PRAXIS VICARIORVM.

CAROLO PELLEGRINO.

PRAXIS VICARIORVM,

Et omnium in vtroque Foro Iusdicentium

QVATVOR PARTIBVS COMPREHENSA:

In Prima continentur omnia, quę ad Vicariorum quorumcumque potestatem, atque officium pertinent.
In II. traditur Praxis procedendi in Causis Ciuilibus.
In Tertia Methodus in Gradu Appellationis.
In Quarta verò habetur exactissima Practica Criminalis.

Cum obseruationibus Vtriusque Iuris; imò & Municipalis Regni Neapolitani, necnon Formulis singulorum Actorum Iudicialium.

Omnia ferè complectens, quæ per Pontificias, ac Cæsareas leges, Conciliorum Decreta, Sacrarum Congregationum Declarationes, ac Sacræ Rotæ Decisiones ad hæc sancita fuerunt.

Opus; nedum Vicarijs, & Episcopis, verum etiam Iudicibus sæcularibus, Regularium Prælatis, Causarum Patronis, omnibusque alijs in vtroque Foro versantibus vtilissimum, ac necessarium.

AVTHORE

D. ABB. CAROLO PELLEGRINO

Ciuitatis Castriuillarum I. V. D. & Prothonot. Apost.

Cum triplici Indice copiosissimo, Doctorum, Tractatuum, ac Rerum notabilium.

VENETIIS, M.DC.LXXXI.

Typis Antonij Tiuani.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

AD LECTOREM
BENEVOLVM.

OCcasionem scribēdi, si petas, amice Lector, edissero. Vicarij munus cum pluries, licet indignus, obirem, illud iugiter cordis auribus altius resonabat: *Ministerium tuum imple*. Accedebat amantissimi Genitoris monitum salutare, ne me totum committerem Actuatijs, qui sæpe (probis exceptis) vel imperitia, vel auaritia, Iudicis animum, existimationemque subuertere non erubescunt. Quamobrem priuato calamo pleraque adnotare contigit, ac seligere, quibus propriæ conscientiæ, ac memoriæ consultum putarem. Quæ cum in oculos plurium peruenissent, visa primum non improbari; tum inde vrgeri, vt communi Iusdicentium, præcipuè Tyronum commodo, eorum maximè, qui Tribunalium, Canonum, & legum prorsus ignari, ad officia quandoque, vt humanum est, Magnatum fauoribus euehuntur. Eaque potissimum ratio inualuit, quod sæculo, scriptorum feracissimo, ac florentissimo, vix vnus, aut alter ad legalem Practicam, tamdiu omnium votis expetitam, se conuerterit. Quod licet alijs, doctrina, & auctoritate longè præstantioribus relinquendum esse sat intellexerim; memini tamen S. Augustini sententiam, nedum hæresum neci, sed cuilibet aptam indigentiæ: optandum esse, vt scribant omnes, etsi eadem alijs verbis fortasse scripturi. Ediderint doctissimi quique præclara volumina; sed aliusaliud argumentum suscepit Theoricè explicandum; hic Ciuilem dumtaxat. Praxim: alter vero Criminalem exegit. Verùm non omnes tanta librorum copia, tantoq; otio abundant, vt ex tam varijs, ac prolixis tractatibus, quæ suo singuli muneri debeat, breui cognoscere possint. Quod itaq; desiderari videbatur, omnia in vnum corpus redegi; ex quo vno veluti armamentario, quilibet paruo tempore, facili sumptu, nec magno labore instrui queat. Idcircò præter Formulas, quæ Practicæ necessariæ sunt, Notationes, ac Citationes Vtriusque Iuris, ac Doctorum tum veterum, tum Recentiorum, necnon Sacrarum Congregationum Decreta, ac Sacre Rotę Decisiones in qualibet materia ad progressum ordinis Iudiciarij spectantes adieci: adeo vt vel hoc solo liber hic maximè profuturus videatur, quod lectorem ad Auctores ex professo rem tractantes plenius imbuendum manuducat. Cæterum, ne angustis limitatum finibus credas, ex titulo, quo affigitur Vicariorum. Nam etsi istorum in primis muneri prospicere, non ignarus mali, didicerim; ea tamen id lege factum est, vt nedū Ecclesiasticis Iudicibus, ac Prælatorum Vicarijs: verum etiam cuicumque Iudici sæculari in suo foro vsui esse possit; indeq; ordinati Iudicia non modo ad terminos Iuris communis, sed iuxta stylum, ac ius municipale Regni Neapolitani, cuius Pragmaticæ, & consuetudines passim adducuntur, & ponderantur. Quin & vlterius Regularium superiores, magnum hinc spero commodum percepturos in regulandis Iudicijs Criminalibus, absque nullitatum, aliorumq; defectuum irreptionibus Hoc postremo te monitum cupio, singulas huius Voluminis Partes, ita ab inuicem solutas esse, ac independentes, vt quælibet seorsìm, absq; alterius consortio prodire possit. His ergo interea fruere, dum aliæ non minus vtiles Practicæ posteriori volumine digeruntur. Iā verò scriptionis ordinē, & Methodū, Index apertiùs explicabit. Quidquid tandē vtilitatis reperies, vni bonorum Auctori Deo acceptum referas: Quidquid autē erratū, hoc est humanum, offenderis, humaniter excusa, & corrige. Hos, fateor, qualescumq; labores, incultos quidem, & illimatos dedi, vt ijs vtantur, qui volent, donec aliquid elegantiùs, & vberiùs ab aliquo in eodem genere prodeat.

IN AVCTOREM

Librum typis committere renuentem.

E L O G I V M.

Reus es, Pellegrine.
Ad Astrææ Tribunal propera.
Iuridicus Orbis accusat, queriturquè;
Lucem te Libro inuidere, quem videre cuncti desiderant,
Virtus celata sterile bonum est.
At ne bonum quidem, dùm sui non est diffusiua.
Thesaurus occultus, frustra Thesaurus dicitur, quia ditat neminem.
Lucerna, quæ latet sub modio, Lucerna quid appellatur, si nemini luceat?
Reuiuisceret iterum ploraturus Democritus,
Si veritatem puteo denuò inclusam aspiceret.
Audi latinæ togæ gloriam: *non nobis tantùm nati sumus*:
Audi Satyricum: *Scire tuum nihil est, nisi te scire sciat alter*.
Reus sanè, alter ait, non est Pellegrinus.
Suæ sapientiæ mysteria Hieroglyphicorum Ægyptus circumsepsit inuolucris.
Apollonius inuitum se ait Veterum secreta pandere.
Proteus nunquam sponte sua liber loquebatur oracula.
Si Nili origo deprehensa esset, è Paradiso scaturire non diceretur.
Lysis, Epaminundæ Doctor, Hyparcum eo nomine reprehendit, quòd in publico philosopharetur;
Plotinus, & Origenes iurarunt, ne Ammonij dogmata ederent.
Sphinges insculptæ, Isidis simulacrum, Harpocrates, digito ad hos admoto, quid nisi silentium indicant;
Non edet sanè typis Librum.
Blattæ, ac tineæ potius domi edant.
Suam tandem profert Astræa sententiam;
Tradendus typis Liber est, Pellegrine,
Anteponenda priuatis sunt publica.
In lucem edatur, quod Iuridico Orbi lucem addere potest.
Vel ipsa tuæ Familiæ te condemnat Tessera.
Hæc gentilitium *Librum* super *Montibus* apertum proferens!
Tuum CAROLE quoque Librum super Æternitatis Montibus palam infert aperiendum!
Aperi.
Reus es, pellegrine.

Ioannis Francisci ab Iesu Maria Coriol. Hydr. ex Cleric. Paup. Matris Dei Schol. Piarum. Romæ in Collegio Nazareno Eloquentiæ Professoris.

E I V S D E M A D E V N D E M I N L A V D E M A V C T O R I S

EPIGRAMMA EMBLEMATICVM.

Quis præsaga neget concedi Stemmata Cœlo,
 Quæ gerimus clypeo, Carole, quisque suo?
En tua tergemino firmatur tessera *Monte*,
 Instruitur *Libro*, nobilitatur *Aue*,
Quam meritò! *Stabilis* fortunæ despicis iras;
 Magnaque dùm pergit *Scribere* ad Astra *Volat*.

ASTRÆAM ALLOQVITVR.

Linque Polos, Astræa, Iubens, & lapsa per auras
 Huc propera lances, dica referre tuas.
CAROLVS en reuocat, qui ne te sidera tardent,
 Cincta quibus graderis conspicienda comas;
Imprimit in libro ter- sancti Principis Astrum
 Pulchriùs an Cœlo, quo decoreris, habes?

Andreas Peschiullius.

SERIES PARTIVM
Tractatum, ac Sectionum hoc Tomo Contentarum.

PARTIS PRIMÆ

SE-

SECTIO SEXTA.

SECTIO SEPTIMA.

SECTIO OCTAVA.

PARTIS II.

Practicæ Ciuilis.

SECTIO PRIMA.

SECTIO SECVNDA.

SECTIO TERTIA.

PARTIS III.

Secundæ Instantiæ.

PARTIS IV.

Practicæ Criminalis.

FINIS.

CATA

CATALOGVS AVCTORVM:

Qui in hoc Volumine allegantur.

A

Gillebert Abbas.
Abbas *Panormit.*
Accursius *Glosat.*
Rodericus Acugna.
Diuersi Addentes.
Adrianus.
Matthaeus de Afflictis.
Andreas Alciatus.
Aldanus.
Arnoldus Albertinus.
Ioseph Aldrete.
Bernardus Aldrete.
Alexand. de Ales.
Clemens Alexandrinus.
Alphonsus *de Castro.*
Alexander ab Alexandro.
Aloysius.
Marius Alterius.
Iacobus Aluarotus.
Marcus Anton. de Amatis.
Amadeus.
Franciscus de Amaya.
Alexander Ambrosinus.
Tranquillus Ambrosinus.
Sanctus Ambrosius.
Americus.
Ioannes de Amicis.
Ioannes Anaia.
Petrus Ancharanus.
Ioannes Andreas.
Martinus Andreas.
Summa Angelica.
Antonius Angelus. *Gratus.*
Iacobus de Anna.
Fabius de Anna.
Vincentius de Anna.
Carolus Antonellus.
Marius Antoninus.
Marcus Antoninus.
Sanctus Antoninus.
Ioannes Baptista Antonuccius.
Franciscus Aponte.
Petrus Aragonius.
Ioannes Arboreus.
Archidiaconus.
Franciscus Aretinus.
Angelus Aretinus.
Caesar Argelus.
Aristotile.
Armendarius.
Summa Armilla.
Henricus Arnaldus.
Ioannes Arnonus.
Summa Astensis.
Ioannes Baptista Asinius.
Stephanus Austerius.
Antonius Augustinus.
Diuus Augustinus.
Augustinus ad Angelum.
Stephanus de Auila.
Ioannes Azorius.

B

Bagharotus.
Ioannes Baptista Baiardus.
Baldus.
Dominicus Bannes.
Andreas Barbatus.
Augustinus Barbosa.
Petrus Barbosa.
Barnabas.
Diuus Basilius.
Bartholus *de Saxa ferrato.*
Bartholomaeus *de Capua.*
Carolus Battanderus.
Beatus.
Martinus Beccanos.
Ludouicus de Bela.
Thomas del Bene.
Venerabilis Beda.
Bartholomaeus Bellencinus.
Aegidius Bellamera.
Ioannes Maria Belletus.
Bellinch.
Petrus Bellonus.
Antonius Bellonus.
Iacobus de Beluiso.
Oliuierius Beltraminus.
Ioannes Beltranus.
Gulielmus Benedictus.
Cornelius Benincasius.
Petrus Benintendus.
Rutilius Benzonius.
Bermondus.
Diuus Bernardus.
Franciscus Bernardinus.
Io. Baptista Bernardinus.
Franciscus Bernardus.
Augustinus Berous.
Ioannes Bertachinus.
Claudius Bertazolus.
Stephanus Bertrand.
Petrus binsfeldius.
Camillus bilotta.
Marcus Antonius blancus.
Franciscus blancus.
Blondus.
Castilius de bobadilla.
Andreas bobadilla.
Virginius boccacius.
Hieronymus bocarus.
Nicolaus boerius.
Henricus boich.
Bolencus.
Ludouicus bologninus.
Albertus bolognettus.
Martinus bonacina.
Hippolytus bonacosa.
Bonfadinus.
Ioannes Baptista bonifacius.
Borgas.
Borgoninus.
Camillus Borrellus.
Ioannes Angelus bossius.
Aegidius bossius.
Iacobus bossius.
Ioannes botrus.
Ioannes botius.
Laurentius brancatus.
Brunorus à Sole.
Matthaeus brunus.
Conradus brunus.
Vincentius brunus.
Maurus burgensis.
Antonius burgos.
Matthaeus buratius.
Franciscus bursatus.
Ioannes bursatus.
Hermannus buseubaum.
Antonius butrius.

C

Gaspar Caballinus.
Ioannes Baptista Caballinus.
Petrus Caballus.
Georgius de Cabedo.
Cacedus.
Octauianus Caccheranus.
Ioann. Baptista Caccialupus.
Hieronymus Cagnolus.
Thomas à via Card. Caietanus.
Laurentius Calcagninus.
Ioannes Calderinus.
Calefatus.
Camillus.
Hieronymus Campanilis.
Ioannes Campegius.
Antonius Canarius.
Plures Canonistae.
Capella *Tholosana.*
Camillus Capucius.
Caputaquensis.
Antonius Capycius.
Prosper Carauita.
Cardinalis *Alexandrinus.*
Cardinus.
Cardosius.
Thomas Carleual'us.
Alphonsus Carmensis.
Carolus à *Basilica Sancti Petri.*
Horatius Carpanus.
Carpzouius.
Alexander Carrerius.
Flaminius Chartarius.
Paulus de Castro.
Alphonsus de Castro.
Ferdinandus Castro Palaus.
Bartholomeus Cassaneus.
Franciscus Casonius.
Franciscus Cassonus.
Mendez à Castro.
Francisc. de Castillo.
Andreas Castaldus.
Gulielm. Cassadorus.
Borgninus Caoalcanus.
Horatius Caualcan.
Iacobus Card. Caualerius.
Ioannes Cephalus.
Antonius Marius Cencius Coelestinus.
Camillus Cellus.
Cornelius Ceocius.
Ludouicus Cencius.
Centulinus.
Petrus Cenedo.
Hieronymus Cenedo.
Bartolom. Caepolla.
Ioannes Ludouic. Cerdanus.
Hieronym. Caeuallos.
Laurentius Chieronius.
Diuus Chrisostom.
Flauius Cherubinus.
Ioanne Baptista Ciarlinus.
M. Tullio Cicero.
Laertius Cherubinus.
Cynus.
Cytillus.
Iulius Clarus.
Claudianus.
Ioannes Baptista Coccinus.
Diuersa Concilia nimirum.
Antiocheonum.
Aurilianense.
Bracharense.
Constantiense.
Coloniense.
Lateranense.
Niceoum.
Tridentinum.
Sacra Congregatio.
Concilij.
Episcoporum.
Immunitatis.
Regulatium.
Rituum.
Corpus Iuris Ciuilis, & Canonici.
Paulus Comitolus.
Ioannes Baptista Contardus.
Aegidius Coninch.
Corbulus.
Antonius Maria Coratius.
Ioannes Corrasius.
Antonius Corduba.
Lancellotus Cortad.
Io. Bapt. Contrado.

Petrus

Petrus Philippus Corneus.
Corradinus.
Antonius Maria Cospius.
Petrus Corsettus.
Antonius Corsottus.
Io: Baptista Costa.
Stephan. Costa.
Didacus Couarruuias.
Aymon Crauetta.
Ioannes Crotus.
Marcus Anton. Cocchius.
Iacobus Cuiacius.
Crescentius.
Raphael Cumanus.
Francisc. Cremona.
Cumianus.
Rochus de Curte.
Curtius Senior.
Curcio Iunior.

D

Propheta Dauid.
Tiberius Decianus.
Philippus Decius.
Deuteronomium.
Antonius Diana.
Bernardus Diaz.
Didacus.
S. Dionysius.
Hyacinthus Donatus.
Leonardus Duardua.
Petrus Duenna.
Franciscus Duarenus.
Gulielmus Dorand.
Dynus *Muxellanus*.

E

Benedictus Aegidius.
Iacobus Aegidius.
Paulus Eginettus.
Nestor Emilius.
Henricus Enriquez.
Anton. Escobar.
Nicolaus Eueradus.
Marcus Antonius Eugenius.
Nicolaus Eymericus.

F

Antonius Faber.
Ioannes Faber.
Andreas Facchineus.
Prosper Fagnanus.
Stephanus Fagnndez.
Aeneas de Falchonibus.
Lodouicus Falconius.
Ioannes Fantonos.
Fanuecius.
Prosper Farinacius.
Hieronymus Pharaonius.
Fastolus
Franciscus Federicus.
Felinus *Sandaus*.
Io. Bapt. Fenzonius.
Fernerius.
Ioannes Franciscus Ferentillus.
Io. Bapt. Ferrettus.
Vincentius Filliucius.
Lactantius Firmian.
Flores de Mandez.
Petrus Follerius.
Ioannes Petrus Fontanella.
Stephanus Forcatulus.
Philippus Franchos.
Vincent. de Franchis.
Raphael Fulgosius.
Paulus Fulchus.

G

Antonius Gabriel.
Hieronymus Gabriel.
Andreas Gaillus.
Andreas Galganett.
Lander Galganettus.
Aemilius Gallus.
Galuppus.
Franciscus Galletus.
Antonius Gama.
Henricus Gandauensis.
Petrus Andreas Gambarus.
Horatius Gambacurta.
Nicolaus Garzia.
Bartholomaus Gauantus.
Aulus Gellios.
Ioannes Geminianus.
Cornelius Gemma.
Iacobus de S. Georgio.
Sacra Genesis.
Marcus Antonius Gennensis.
Genzalls.
Anastasius Germonitis.
Gerdus.
Anastasius Germon.
Petrus Gerardus.
Franciscus Ghisilerz
Marius Giurba.
Gibbo.
Goffredus.
Anton. Gomez.
Gondisalus.
Hieronymus Gonzalez ad Regul. Cancell.
Iacobus Graffius.
Thomas Grammaticus.
Donatus Grammaticus.
Ludouicus Granada.
Carolus de Graffis.
Achilles de Graffis.
Caesar de Graffis.
Hieronymus Gratus.
Stephanus Gratianus.
Nicol. Antonius Grauatius.
Gregorius XV.
Petrus Gregorius.
Gregorius XIII.
Diuus Gregorius.
Gerballus.
Bernardus Grene.
Paulus Grilandus.
Sebastian. Guazzinus.
Gulielmus de Benedictis.
Guido Papa.
Ioannes Gutierez.
Bartholomaus Gypius.

H

Homobonus de Bonis.
Signorolus de Homodeis.
Vicent. Hondedeus.
Petrus Henriquez.
Francisc. Herculanus.
Diuus Hieronymus.
Poeta Horatius.
Cardinal. Hostiensis.
Hugo *de S. Victore*.
Hypollit. *de Marsilijs*.

I

Ioannes Andreas.
Peregrinus Ianninus.
Iason.
Igneus.
Innocentius.
Ioannes de Imola.
Alexander de Imola.
Iodochius.
Io. Baptista Ioseph.
Dominic. Intrigliolus.
Nicolaus Iotriglioli.
Andreas de Isernia.
Marius Italia.
Michael Insinianus.
Amodeus Iustinus.

L

Imola Laderchius.
Lambertengus.
Lambertus.
Lambertinus.
Ioannes Paulus Lancellottus.
Infredus Lanfrancus.
Hieronymus Lanchus.
Abbas Lapus.
Nicolaus Layman.
Paulus Layman.
Iulius Lauorius.
Hieronym. Laurentius.
Valent. Laurentius.
Martinus Ledesma.
Petrus Ledesma.
Bartholom. Ledesma.
Ioannes de Londris.
Alfonsus de Leone.
Franciscus de Leone.
Lantinus Lenius.
Camillus Lepidus.
Leonardus Lessius.
Io. Baptista Lezzana.
Ioannes Lignanus.
Lodouicus Lopez.
Melchior Louerius.
Caesar Loceatellus.
Ioseph Lodouicus.
Io. Baptista Lupus.
Ioan. de Lugo *Card.*
Franciscus de Logo.

M

Propheta Malachias.
Magalottos.
Hieronymus Magonius.
Ioannes Maiorius.
Simon Maiolus.
Philippus Maynardus.
Marius Malderius.
Ioannes Malderus.
Albertus Malet.
Quintilianus Mandosius.
Maldorus.
Mangillus.
Franciscus Cardinalis Mantica.
Marcus Manticæ.
Antonius Maria Marchettus.
Marcus Antonius Archiep.?

arcab. ab Anguillara.
Ioannes Baptista Marchesanus.
Franciscus Marcus.
Hercules Marescottus.
Lodouicus Marotus Marianus.
Donatus Antonius de Marinis.
Hyppolitus de Marsilijs.
Manuel.
Robertus Maranta.
Marta.
Martinus Pap. V.
Iosephus Mascardus.
Garcias Mastrillus.
Ioannes Antonius Masuerus Masullus.
Ioann. Antonius Massobrius.
Mazimiz.
S. Matthæus.
Mattesilans.
Mauz.
Ioannes Mauritius.
Maurus.
Mazzolius.
Martinus.
Paulus Merenda.
Merolla.
Marcellus Megala.
Florea de Mendez.
Ferdinandus Menchiacha.
Bartholom. Medina.
Sebastianus Medices.
Iacobus Menochius.
Ioannes Milleus.
Minadous.
Ludouicus Miranda.
Andreas Molfesius.
Ludouicus Molina Th.
Ludouicus Molina Iure cons.
Franciscus Molina.
Antonius Monachus.
Ioannes Monachus.
Ioannes Maria Monticellus.
Petrus August. Morla.
Isidorus Molcontos.
Ioannes Petrus Moneta.
Hieronymus Moguntinus.
Moronus.
Moledus.
Molfesius.
Emanuel Moure.
Molcarius.
Bernardinus Muscatellus.
Ioannes Mohedanus.
Moaldes.
Sebastianus Mooticulus.
Mysingerius.

N

Antonius Naldus.
Gregorius Natta.
Marcus Anton. Natta.
Petrus Nauarra.
Martinus Nauarra.
Neocesarensis.
Sebastianus Neapodanus.
Nepos à montis Albano.
Antonius Negusantius.
Ioannes Neuizanus.

Sebæ-

FINIS.

PARS

PARS PRIMA

MONITA GENERALIA

Pro Illuſtriſ. DD. Epiſcopis in eligendis Vicarijs Generalibus.

SVMMARIVM

1 *Cauſam damni dans, de damno tenetur.*
Mala electio eſt in culpa. ibid.
Conditiones boni Vicarij; ſecundum S. Carolum.
2 *Ciuis, & non exterſus Vicarius aſſumendus.*
Externum S. Carolus requirebat, & quare.
Externum etiam Sac. Congreg. poſtulat.
Aliquando Diœceſanum permittit ex cauſis legitimis.
3 *Qualitates Boni Vicarij.*
4 *Clericus eſſe debet Vicarius.*
Coniugatus minimè, niſi in iuriſdictione temporali,
Bigamus neque poteſt eſſe Vicarius.
Laicus non poteſt eſſe Vicarius, bene tamen.
Conſultor, vel Aſſeſſor Epiſcopi.
5 *Monachus non poteſt eſſe Vicarius*
Religioſus ex Mendicantibus, neque poteſt
In aliquibus caſibus poteſt.
6 *Nepos Epiſcopi Vicarius eſſe nequit*
Fratres Epiſcopi nequaquam
Conſanguinei minimè
Aliquando poſſunt eſſe.
7 *Ætas requiſita in Vicario Epiſcopi.*
8 *Doctor Vtriuſque Iuris debet eſſe Vicarius*
Saltem ſit doctor in Iure Canonico.
9 *Canonicus Capituli poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi.*
Sed tamen exterus.
Canonicus Regularis poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi.
Pœnitentiarius Canonicus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi.
Parochus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi.

1 CVM ferè innumera ſiut mala quę ex malo officiali procedunt, de quibus Epiſcopus in die Iudicij Domino Deo rationē reddere debet, nam ſanguis Subditorum, de Prelatorum manibus requiret. *cap. irrefragabili. ubi gloſ. verſ. ſanguis eorum. de off. ordin. c. qualiter, & quando 24. §. penult. de accuſat. c. quamuis, de re iudic. cap. ante omnia 40. diſt.* DD. apud Barb. *de off. & pot. Epiſc. p. 1. tit. 2. gloſ. 2. per tot. & p. 3. alleg. 107. n. 31.* quia qui cauſam damni dat, damnū feciſſe videtur; *cap. ſicut de teſtib. & atteſt. can. paſce. 86. diſt. can. ſtudent. 50. diſt. cap. de caetero. de hom. l. qui occidit, §. penul. ff. ad leg. aquil. l. nihil intereſt. ad leg. Cornel. l. illicitas, §. ſicuti, ff. de offic. praeſ.* etenim mala electio eſt in culpa, *cap. quia fruſtra de uſur. ca. an ſit §. reſpondemus, de appel. & ca. conſtitutis, eod. tit. cap. paſtoralis, l. primo de iur. patr. ubi gloſ. verb. in quo, l. ſi ſolutum, ff. de ſolut. l. cuſtis quidem, ff. quod met. cauſ. lib. ſcimus. §. ſi verò poſtquam, C. de iur. delib.* & melius in *l. vel per litteras, ff. ſi mens. falſ. mod. dix. & in l. nam & ſeruus, §. mandato tuo, ff. de neg. geſ.* Ideò magna cum prudentia procedere debet Epiſcopus in aſſumendo, & deputādo Vicario & omnem dilligentiam facere tenetur, vt inueniat Virum probum, & idoneū, nec oſcitanter procedat in huiuſmodi electione; ſed talē quærere debet, contrà quem nihil mali opponi poſſit; alias vltra peccatum, quod incurrit, vt diximus, tenetur in foro fori de facto ſui Vicarij, cum ſibi imputetur, ſi malum Vicarium elegerit, teſte Hoſtienſ. & gloſ. *in cap. adhec de offic. archid.* & bald. in Margar. Innoc. *in verb. Epiſcopus,* quia facta à Vicario, cenſentur facta ab Epiſcopo. *c. Romana de appell. in 6.* Rot. *dec. 431. in antiq. & deciſ. 278. in nouiſ & dec. 266. p. 1 diuerſ. in Prax. Vicar. Caroli Pelleg. Par. 1.*

In primis igitur debet eſſe perſona qualificata & bonis moribus prædita, & qui habeat omnes qualitates, & requiſita, quæ S. Carolus Borrhomæus deſiderabat, de quibus Carolus à Baſilica S. Petri *in vita S. Caroli, lib. 7. c. 36. Acta Eccleſ. Mediolanenſ. par. 1.* ſic ait: *Vicarium verò Generalem in primis grauem, pietate, religioneque praeſtantem, doctrinam ſpectatum, Iuriſconſultum, tùm pręterea diſciplinæ ſacræ ſtudio incenſum, Sacerdotem eligebat.*

2 Secundò debet eſſe ciuis, & non exterus, quòad fieri poteſt vt notos habeat hominum mores illius Diœceſis, Sbroz. *lib. 1. de offic. Vic. q. 34.* Cuccus, *Inſtit. iur. Can. de Vic. Epiſc. nu. 53.* Foller. *pract. crim. Can. cap. 1. par. 1. mor. num. 117.* Sed tamen in hoc S. Carolus aliter ſentiebat, vt tradit idem Carolus *in eius vita ubi ſupra dicens; Hos verò nempè Vicarium Generalem, & duos alios, qui tùm ciuilia, tàm ad criminalia deputabantur, ad habere exteros ſolebat, nè fortè amicitia, propinquitate, gratia, aut verò metu adducti, Ius aliquo modo, aliquando violarent, minuſuè liberè dicerent;* refert Homobon. *de bonis, de humana vita ſtatibus, cap. 7. verſ. ubi commodè.* Hodiè autem non poteſt eſſe Vicarius originarius Ciuitatis, vel Diœceſis, nè deuiet à recto tramite iuſtitiæ, vel ſe reddat partibus ſuſpectum, propter conſanguinitates, affinitates, familiaritates, & alias attinentias, vt pluries declarauit Sacr. Congr. Epiſcoporum *in una Oſtunen. 28. Iulij 1587. & in Spalatren. 9. Martij 1593. & in Senogallien. 10. Februarij 1598. & in Sutren. 16. Nouembris 1640. & alibi ſæpiſſimè.* Solet tamen aliquando Sacr. Congreg. diſpenſare, ſi non reclametur per Diœceſanos multis ex cauſis. Primò quando Epiſcopus adhuc extraneum idoneum inuenire nequit, *ut in una Melphiten. 11. Aug. 1645. & Funden. 25. Maij 1646. & Oppiden. 24. Auguſti eod. an. & in una Ciuitatis Pinæ 23. Aug. 1647. & Tropien. 19. Ianuarius, & Narnien. 18. Febr. eod. an.* Secundò quando Vicarius exterus, non poſſit tàm citò accedere, Sacr. Congr. *& in una Melphiten. 6. Octobris 1645.* Tertiò propter tenuitatem fructuum Eccleſiæ, ead. Sacr. Congr. *in una Sutren. 7. Decembris 1640. & Funden. 29. Septembris 1645.* Quartò propter aeris intemperiem. Eadem *in una Funden 19. Septembris 1645.* Quintò propter notitiam bonarum qualitatum talis Vicarij Diœceſani, qui ſit eximius in regimine. Eadem Sacr. Congr. *in una Montiſflaſconis 4. Septembris 1648 in una Ciuitatis Pinæ 4. Mart. 1649.*

3 Tertiò debet eligi perſona qualificata, circumſpecta, bonæ, & approbatæ vitæ, timens Deum, veridica, liberalis, temperata, fortis, magnanima, manſueta, docta, & quæ non declinet, nec ad dexteram, neque ad ſiniſtram, vt monent Foller. *in pract. crim. can. par. 1 mor. num. 116.* Cucc. *Inſt. iur. can. de Vic. Epiſc. num. 44.* Sbroz *lib. 1. de Vic. Epiſc. q. 33. n. 1.* Rebuff *in Pract. benef. tit. de Vic. Epiſc. n. 28. & 33.* & Pauin. *de pot. Cap. Sed. uac. 2. par. princ. q. 10. n. 304.*

4 Quartò debet Epiſcopus eligere in Vicarium Clericum, ſaltem primæ tonſuræ, non verò laicum, *cap. in noua 16. q. 7. cap. decernimus ubi* Abb. *num. 12.* Felin. *num. 6.* & Dec. *num. 15.* & Alij *de Iudic.* Lancellot. *Inſt. Can. tit. de offic. Vic. §. 1.* Rebuff. *in pract. benef. tit. de Vic. Epiſc. n. 35.* Sbroz *ubi ſupra q. 8. n. 2. & q. 31.* Barboſ. *de off. & pot. Epiſc. p. 3. alleg. 54. n. 4.* qui multos allegat. Non tamen poteſt eſſe Clericus coniugatus, licet cum vnica, & Virgine, Reb. *ubi ſup. n. 35.* Sbr. *q. 31 n. 5. cum ſeq.* Barb. *ibid. num. 6.* Sanch. *de matr. lib. 7. diſp. 46. n. 14.* Sacr. Congreg. Epiſc. *in una Trabuen. 11. Septemb. 1612.* Garz. *de benef. par. 5. c. 8. num. 3.*

Limitatur tamen, ſi Epiſcopus habeat iuriſdictionē tempo

ralem; nam tunc potest in ea nominare Clericum coniugatum in Vicarium. Malcell. Vulpe. *in prax. iudic. for. Eccles. c. 40. n. 13.* Camil. Borel. *in sum. decis. tom. 1. tit. 8. num. 20.*

Neq; potest esse Vicarius Episcopi Clericus Bigamus, quia omni priuilegio clericali priuatus existit, *ex cap. vnic. de Bigam. in 6* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 4. q. 12* Garz. *de benef. p. 5. c. 8. n. 4.* Barb. *vbi prox. n. 1,* Sbroz. *q. 30. n. 5.* Imò Bigamus, neque effectus iterum Clericus, poterit esse Vicarius, nisi prius solutus fuerit ab impedimento Bigamiæ. Garc. *ibid. n. 5.* Barb. *ibid.* Moscon *de pot. moderan Eccles. lib. 5. p. 1. c. 16. fol. mihi* 170. Conr. *in templo omn. iudic. lib. 2. c. 6. de Vic. Epis. §. 1. n. 2. & 6.*

Licet autem Laicus non possit esse Vicarius Episcopi, vt supra diximus; potest tamen esse eius Assessor, & Consultor, etiam in causis criminalibus contra Clericos, ita Abb *in cap. decernimus, num. 24.* vbi et alij Felin. & Alij *de iudic.* Barb. *ibid. nu. 7.* Sbroz. *q. 31. n. 10. & 12.* nam vti minister Iudicis Ecclesiastici, & cum assistentia alicuius Clerici, potest cognoscere de causis Clericorum, *cap. Mennam, 2. q. 5.* Aufrer. *in tract. de potest. secul. Laic. super person. Eccles. reg. 2. num. 21.* Carol. de Grass. *de effect. cleric. eff. 1. n. 864.* Barbos. *vbi supra n. 8.*

5 Neque potest esse Vicarius Generalis Episcopi, Monachus, vel Religiosus de Mendicantibus, vel strictioris non mendicantis Religionis, quia decedet, eos extra claustra degere, & inconueniens est, vt iustitia administretur a Theologis, qui non sunt Iurisconsulti *ex Clem VIII. constit. 50. §. 19.* Sac. Congr. Episcop *in vna Caputaquen. 17. Decemb.* 1591.

Potest tamen Monachus, vel Religiosus esse Vicarius cum consensu Abbatis, vel Superioris, si habeat licentiam Apostolicam degendi extra claustra. Ead. Sac. Congreg *in vna Caputaquen. 17. Nouembris* 1593. Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 15. num.* 100. Sbroz. *lib. 1. q. 38* Ricc. *collect. 143 in fin.* Barb. *vbi sup. n. 12.* Rot. *decis. 4. in antiq. de offic. Vic.* Rebuff. *ibid. n. 30. cum seqq.*

6 Neque potest Episcopus assumere in Vicarium suum Nepotem, siue sit filius fratris, siuè sororis ipsius Episcopi, Sac. Congreg. *in vna Ostunen 19. Septemb.* 1577. *& in Muren. 4. Februarij* 1611. *Tranen. 17. Iunij* 1622. *& in vna Meliten. 18. Iunij 1624. & 8. Iunij 1646. & 11. Octobris 1647. & 2. Octobris* 1648. Neque potest eligere fratrem Doctorem, multò minus; si non sit Doctor. Ead. Sac. Congreg. *in vna Comen. 2. Decemb.* 1578. *& 20. Ianuarij* 1579. *& Messanen. 11. Ianuarij.* 1600. Neque Patruelem, aut alium consaguineum. Ead. Sac. Congr. *in vna Tarentinen. 6. Aprilis* 1611. *& Arianen.* 1636. Nisi hoc Sacra Congreg. ad aliquod tempus concedat, propter bonas qualitates subiecti, vel propter penuriam aliorum idoneorum. Ead. Sac. Congreg. Episc. *in vna Nullius Piscien. 1. Octob.* 1655.

7 Debet Episcopus in Vicarium eligere Virum ætate maturum, saltem qui ætatem habeat 25. annorum, *cap. cum in cunctis, §. inferiora, vbi* Abb. & Dec. *num. 5. de elect.* Azor. *p. 2. Inst. moral. lib. 4. cap. 43. q. 10. & q. 2 n. 55.* Barb. *de offi. & pot. Epis. p. 3. alleg. 54. num. 3. in fin.* Sbroz. *de offi. Vic. lib. 1. q. 35. n. 2.* & quod maius est, Episcopus super ætate prædicta, dispensare nequit, ita Cardin. *in Clem. 1. q. 38. n. 25. de offic. Vic.* adducens opinionem Archidiac. *in cap. licet canon. de elect. in 6.* contrarium asserentis, communiter reprobari Abb. *in d. cap. cum in cunctis, §. inferiora, n. 3.* Sbroz. *ibid. n. 6.* Homobon. *de human. vic. stat. cap. 7. vers. ætas.*

8 Debet insuper Episcopus eligere in Vicarium, Virum non solùm moribus, ætate, & alijs supra enumeratis qualitatibus preditum; verum etiam, qui sit scientia ornatus, vt tradit Rebuff. *in prax. benef. de Vic. Epis. num.* 28. proptereà debet esse Doctor in vtroque iure, & si commodè habere non possit, saltem sit Doctor in Iure Canonico; vid. Sbroz. *lib. 1. q. 36. vbi nu. 5. cum seqq.* concludit, Vicarium debere esse necessariò Doctorem, ob rationes ibi assignatas, tractare enim debet causas matrimoniales, & alias materias ecclesiasticas, in quibus non potest Vicarius bene iudicare, si ignoret leges, vel saltem Sacros Canones. Rot. *decis. 84. alias 788. in antiq. tit. de rescript. textus in cap. fin. vbi* Abb *& Alij de consang. & affin. cap penult. in fin. de restit. in integr.* Bertach. *in tract. de Episc. lib. 4. par. 7. tit. de Vic. Epis. num.* 14. Sbroz. *vbi prox. lib. 2. q. 43. num.* 5. Sac. Congreg. Episcop. *in vna Putinianen. 28. Augusti 1582. & Triuentina 6. Octobris* 1645. Quod procedit non solum in Episcopo Iurisconsulto; verum etiam a fortiori in Episcopo, qui sit Theologus, vel alterius professionis, ne semper indigeat Assessore. Ead. Sac. Congreg *in vna Arbenen. 23. Aprilis 1591. & Caiatin. 11. Maij 1594. & in Montesiascon. 12. Augusti* 1650. Nec sufficit si sit Theologus, & interim, quod prouidebitur de Doctore, dabitur Doctor de Consultore. Ead. Sac. Congreg. *in vna Surrentina. 15. Nouemb.* 1605. Aliquando tamen concessit Sacra Congregatio, posse haberi Vicarium non Doctorem, tamen idoneum, præsertim dum Episcopus est Iurista. Ead. Sac Congreg. *in vna Trabunen. 15. Iunij 1590. & Oritana 29. Martij* 1593. Potest tamen in hoc casu habere non Doctorem, etiam ad tradita per Nauar. *cons. 1. de offic. Vic.* Garz. *de benef. com. 1. par. 5. cap. 7. num. 17.* & Sac. Congreg. Concilij *Super. cap. 16. sess. 24. de reform.* de qua Sbroz. *in addit. ad q. 36. lib. 1. num. 12. de offic. Vic.*

9 Potest autem Episcopus eligere sibi in Vicarium vnum ex Canonicis de gremio capituli, modò sit exterus. Sac. Congreg. Episc. *in vna Trabunen. 3. Septemb. 1601. & Messanen. 23. Iulij* 1603. Foller. *super Constit. tit. de Sacrosanct. Eccles. n.* 75. Cardin. *in Clem. statutum de elect. & cons. 53. incip. Decanus, de quo* Felin. *in cap. cum olim de re iudic. col.* 10. Sbroz. *lib. 1. de offic. Vic. q. 42. num. 1.* Imò si non potest alio modo sibi commodè prouideri, licet assumere Canonicum, etiam Regularem, Cucc. *Inst. iur. Can. de Vic. Epis. lib. 2. num. 57.* Pacif. *cons. 40. num. 19 in 4.* DD. *in cap. si quis dist. 68.* Sbroz. *lib. 1. q. 37. num. 1.* Qui mouentur ratione, nam Canonici Regulares, per seipsos, Clerici censentur, *ex cap. generaliter, 16. quæst. 1.* D. Thom. *2. 2. q. 169. art. 4. ad secundum,* Sbroz. *ibid. num. 2.* Non tamen potest esse Vicarius Episcopi Canonicus Pœnitentiarius, nè suspicionem ingerat, quod in administratione iustitiæ, vtatur scientia confessionis, nisi esset tantæ opinionis apud omnes, vt excluderetur huiusmodi suspicio. Sac. Cong. Episc. *in vna Arminen. 28. Ianuar. 1611. & 13. Maij & 15 Iulij eod. anno.*

Limitatur etiam ne possit Episcopus in Vicarium eligere Parochum, etiam si habeat Parochiam in eadem Ciuitate, multo magis, si extrà Ciuitatem, & multò fortiùs, si extrà Diœcesim. Ratio est, quia tenetur residere in Parochia, & generaliter loquendo, incompetibilia sunt officia in eadem persona, esse Parochum & Vicarium, nam vt quis benè exerceat alterum ex dictis officiis, alteri necessariò deesse cogitur: Sac. Congreg *in vna Surren. 16. Nou.* 1640. Neque potest Vicarium retinere, sub prætextu, quod habeat Coadiutorem in Parochia. Ead. Sac. Congreg. *in vna Albinganen. 8. Iunij* 1621.

Fallit tamen conclusio hæc in Archidiacono, qui licet habeat curam animarum, nihilominus cum sit Vicarius natus; potest exercere Vicariam Episcopi, ipso, eiusque officialibus absentibus, absque alia commissione, *textus cum gloss. in cap. 1. c. adhæc §. secundum, & §. item epistola de offic. Archid.* Hostiens. *in summ. eod. tit. num. 1.* Sbroz. *lib. 1. q. 3. num. 3.*

Monita Generalia pro RR. DD. Vicarijs Generalibus.

SVMMARIVM

Vicariat est Dignitas.
1 *Possessio Vicariatus quomodo capienda.*
Forma litterarum Vicariatus.
2 *Timor Domini semper præ oculis habendus.*
3 *Missam quotidiè Vicarius, vel dicat, vel audiat.*
4 *Dignitatis decorem seruare Vicarius debet ornamenta interiora, & exteriora habere.*
5 *Exemplaris absque vitijs esse debet Vicarius*
6 *Grauis, & moderatus, non mollis, & effeminatus.*
7 *Loquacitatem fugiat Vicarius.*
8 *Gestuum modos seruandos.*
9 *Honestatem colat Vicarius.*
Practicam bonorum habeat.
10 *Humilis, non superbus sit Vicarius.*
11 *Patiens, mitis, pius, & mansuetus.*
Iracundiam fugiat.
Vindictam non quærat.
12 *Rigor absit à Vicario.*
13 *Austeritatem caueat Vicarius.*
Cadere ipse nunquam debet.
14 *Amicitia particulares fugienda a Vicario.*
Conuersationes itidem.

Fami-

Familiaritas contemptum parit.
Frequens populus vitandus.
Monialium Monasteria non frequentanda.
15 *Hospitalitatem amet Vicarius.*
Pietatis opera exercenda.
16 *Inimicitias componat Vicarius.*
Lites citò determinanda.
Lites intricata compromittenda.
Compromissum quando permissum.
17 *Incessu Vicarij grauis.*
Corporis compositio laudatur.
Risus fugiendus.
Armorum vsus prohibitus Clericis.
Ludus prohibitus Clericis, sed non scacorum.
18 *Habitus Clericalis, qualis esse debet Vicarij.*
Vestes Clericorum, quales.
19 *Tonsura Clericorum, qualis.*
20 *Auaritiam fugiat Vicarius.*
Auarissimum clericorum genus.
21 *Cancellarijs se committat Vicarius.*
Nobilitas vera, qua.
Seruitores Vicarij, quales.
22 *Stylus Curia seruandus à Vicario.*
Non alterandus.
Taxa Tribunalis seruanda.
23 *Honoret Vicarius omnes Capitulares, & magnates Diœcesis.*
Honor charior omnibus rebus.
Doctores honorandi.
24 *Studere quotidiè debet Vicarius.*
25 *Requisita diuersa recensentur.*
Voluntas benefaciendi habeatur.

IN præcedentibus Monitis multa affetuimus necessaria requisita pro recta Vicariorum electione, verum quia omnia se tendunt ex parte Episcoporum illos eligentium; Ideò necessariò subinngenda veniunt alia, quæ se habeant ex parte ipsorum Vicariorum, adhoc vt dignos se præbeant in huiusmodi Vicariatus dignitate. Quod autem Vicariatus sit dignitas, probatur in *Clemen. & si principalis de rescript.* vbi habetur, quod rescripta Papæ possunt dirigi Vicario generali, Rebuff. *in pract. benef. p. 1. tit. de Vic. Epis. num. 4.* quia dicitur in dignitate esse.

1 Debet igitur in primis Vicarius generalis Episcopi, postquam electus fuerit, capere possessionem ad quam de iure communi tenentur omnes officiales, *Bart. in lib. 1. C. de muneribus lib. 11. & not. in cap. Regni Neap. incip. scire vos volumus, & in cap. electionem, vbi N gen. num. 11.* quæ possessio fit hoc modo. Primo præmonet Capitulum, quod velit possessionem capere hora tali: quo conuocato ad sonum campanæ more solito in Ecclesia Cathedrali, siuè in Sacristia, ostendit Capitulo litteras Patentiales Episcopi, quæ necessariæ sunt. *capit. cum iure de offic. de leg. lib. vnic. C. de mand. princ.* Rebuff. *ibid. num. 8. de pot. Episc. part. 3. alleg. 54. num. 55.* Deindè debet illas per Ordinarium Notarium, siuè Cancellarium Curiæ Episcopalis legi facere, clara, & intelligibili voce, vt ab omnibus audiatur; postea solet cani hymnus: Te Deum laudamus, & notatur ab eodem Notario actus possessionis in Actis Curiæ, & in eisdem patentialibus, siuè mandato Episcopi tali, vel simili modo; In Dei nomine, Amen.

Per illustris, & Reuerendiss. Dominus N. possessionem cepit sui Officij Vicariatus mediante mandato Illustriss. & Reuerendiss. Episcopi N. præsentibus omnibus Dominis Canonicis, & Dignitatibus Capituli huius Cathedralis Ecclesiæ die tali. mens. talis. hora tali. In quorum fidem, &c.

Datum in Ciuitate N. die.. Mens. An. &c.
N. Notarius.

Forma autem, sub qua solet concipi mandatum Episcopi Vicarium eligentis, est quæ sequitur infrà, vbi de Vicario Episcopi agitur, *in fine Sectionis secundæ;* quam tradunt DD. communiter, Barb. *vbi supra num. 56.* Sbroz *lib. 1. de offic. Vic. qu. 70 in fine,* Rebuff. *vbi supra in tit. forma Vicariatus, Archiepisc. & alior. Collator.*

Quæ forma est communis virtualiter Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, & alijs iurisdictionem habentibus: quæ concedi solet, plus, minusvè ampla, ad eorum libitum; vel cum maiori, aut minori restrictione facultatum, quas concedere potest Episcopus suo arbitrio, prout sibi placuerit: quæ forma, scilicet mandatum testibus inscriptum, & munitum esse debet, Rebuff. *in prax. benef. p. 1. tit. de Vic. Episc. num. 8. & 13.* Barb. *p. 3. de Episc. alleg. 54. n. 55.*

2 Debet secundò Vicarius habere Deum præ oculis in omnibus suis actionibus, timentibus enim Deum, omnia cooperantur in bonum, Dauid *Psalmo 30. & 33. & Eccles. & Prouerb. cap. 14.* dicitur: à timore Dei riuulus gratiæ, D. Bernardus *super Cant. sermo. 54* Diu. Antonin. *part. 1. titul. 6. cap. 10. §. 5.*

3 Debet item quotidie, antequàm aggrediatur expeditiones negotiorum, vel sacrum facere, si sit Sacerdos, vel Missam audire si sit simplex Clericus, sicuti etiam Episcopus, *cap. fin. de priuil. lib. 6.* Abb. *in cap. 1. nu. 10. de vit. & honest. cler. et in Clem. 1. nu. 3. de celebr. Miss.* quidquid dicat Zerol. *in prax. Episc. p. 1. Episcopus §. 36.*

4 Debet seruare decorem Dignitatis, præbendo se ornatum virtutibus, & bonis moribus, qui sunt ornamenta interiora *can. 1. dist. 40. vbi per totam;* Clericorum enim (& à fortiori Vicariorum) talis, tantaque præstantia est, vt nulla secularis similis esse possit, *cap. Sacerdotibus, 11. quæst. 1. cap. duo sunt 96. quæst. 1. cap. denique, 4 dist. cap. admittuntur, 54. dist. cap. reperiuntur, 1. quæst. 1. l. officiales, C. de Episc. et Cler. l. atrocem, C. de iniur.* Tiraq. *de nobilit. cap. 9.* nam quo maiori quispiam dignitate, & honore præfulget; eò nobilioribus, & excellentioribus animi, & corporis gradibus debet esse conspicuus, & præstans, *d. cap. 1. & per tot. 40. dist. cap. vt istiinus, 1. quæst. 1. cap. licet 8. quæst. 1.* Et non solum debet esse plenus virtutibus interioribus: verum etiam exterioribus, quæ versantur circa habitum, incessum, conuersationem, & alia huiusmodi

5 Debet esse immunis à vitijs, & peccatis publicis: Ratio est, tùm quia ipse debet aliorum peccata, & vitia detergere, & curare, *vt in cap. qui sunt, cap. iudices, cap. in grauibus, cap. postulatus, & cap. Sacerdos 23. q. 7. cap. 1. de pœnit. dist. 6.* D. August. *lib. 1. de Serm. Domini in monte, cap. 6. & 4.* tùm etiam quia debet esse exemplo toti Populo, & Clero, *cap. in Sacerdotibus, 61. dist.* Dec. *in cap. cum in cunctis, in princ. n. 19. de elect. cap. nemo, 81. dist. lib. 2. §. idem ait, ff. nè quid in loc. public.* Et insuper, quia nemo potest alium corrigere, qui tacitus respondeat eadem commisisse, *cap. sic, 95. dist. cap. 1. & per totam, 32. qu. 6. d. cap. iudices 3. qu. 7.* Prælati enim, qui peruersa perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad Subditos suos perditionis exempla transmittunt, *cap. præcipuè, 11. q. 3. cap. nulli fas, 25. q. 1.* Dec. *cit. num. 19.*

6 Non se ostendat mollem, effeminatum, aut deliciosum neque durum, aut rusticum, iuxta tradit per Cice. *lib. 1. de offic.* sed grauem, moderatum, & iustum, vt à simili notatur in *Pragm. 1. Regn. sub tit. de Sac. Reg. Cons. in antiq.* de officialibus laicis;

7 In verbis parcus, non nimis facilis ad loquendum: melius est enim pauca idoneæ effundere, quàm multis verbis inutilibus homines prægrauare *l. sancta, § contrarium C. de vet. iur. enucl. cap. 1. 43. dist.* Ideoque loquacitatem fugiat, quæ est odiosa, Ecclesiast. 32. *& cap. 1. §. 1. vers. quoties, 25 dist.* Bart. *in l. proximè, ff. de his quæ in testam. de leo.* Discretus autem in silentio, sicut cautus in verbis, nam veluti incauta locutio in errorem trahit, ità indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errorem derelinquit, *cap. 1. dist. 43.* D. Gregor. *homil. 11. in Ezechielem,* Bed. *in Leuit. 5.*

8 In vultu, & in manibus debet quilibet seruare decorum; multò plus Vicarius, qui tenetur seruare modum, nè per vultus mutationem, aut per manuum motus detegat animi sui passiones, aut pietatis, aut iræ, siuè litis, qui ægrè ferunt suas reprehensiones, vel superioritatem; siuè his, qui illum rogant de aliquo cum non sit recti iudicij patefacere animum suum, DD. *in l. obseruandum per illum textum, ff. de offic. præs.*

9 Debet esse pudicus, honestus, ac castus, & in aspectu oculorum modestus, sicuti tenentur cœteri clerici, *cap. 1. 43 dist. cap. qui viderit, 32. quæst. 5. cap. decernimus, & per tot. 27. 29. 30. 31. & 32. dist. cap. propositum, cum seq. 82. dist. cap. 1. & per tot. 15. quæst. 8. cap. à multis de atat. & qualit. capit. vt clericorum de vit. honestat. cleric.* & cum mulieribus non conuersari, *cap. perlatum, sed si fortè, cap. volumus, cap. in omnibus, capit. non oportet, cap. clerici, & cap. ad ornatum, 82. dist. & tot. tit.*

de cohabit. cler. cum mulier. Cum viris inhonestis practicam non habeat, multò minus cum mulieribus, vt diximus, & à fortiori cum iuuenibus numquam.

10 Debet esse humilis, tractabilis, benignus, non superbus, non iactabundus, non mendax, nec fallax, nè impleatur illud Prophetæ Sophon. 3. & Malach. de quibus in cap. oportet, 81. dist.

11 Debet esse patiens, mitis, pius, mansuetus, & non perturbati sensus, sicut decet clericos, cap. studeat 50. dist. cap. 1. & per tot. 4. dist. c. 1. §. 1. 23. q. 1 cap. si Episcopus, 11. q. 3. cap. 1. & tot. titulo cler. percuss. capit. suscepimus in fin. de homic. Diu. Chrysost. libro 1. de Sacerd. Diu. August. ad fratres in erem. Non sit iracundus, sed lenis, ità enim sæpe in crimen adducit, cap. cum apud Thessalonicam, & cap. summopere, 11. qu. 3. Diu. Paul. ad Rom 12. date locum iræ, & 2. ad Timot. 4. & 2. ad Timot. 2. cap 1. & cap. sam beatus, 45. dist. contra, 11. qu. 3. patienter sufferat subditos, etiam si prouocetur ab illis Afflict. in Constit. quæ incipit, obseruantes. §. tot., multò minus debet esse vindicatiuus, nam si vindictam sumere de futuris, & inimicis, non decet Christianos, capit. 1. §. 1. 23. quæst. 1. & cap. 1. §. 1 23. quæst. 3. inimicorum etiam vindicta Deo seruanda est, D. Paul. ad Rom, 22. Diu Aug. serm. 22. de S. Stephano cap. 1. & cap. hac autem, vita, & ferè per tot. 23. quæst 4 multò magis dedecet Clericum. Gloss. in cap. Solomitana, verb. locutus, 63. dist. Hostien. in cap olim, num. 5. & 8. de iniur. Felin. in capit. quæcumque nu. 5. vbi etiam Abb. n. 11. de sent. excom. Farinac. de diuers. crim. tom. 1. p. 2. quæst. 105 nu. 378. Et eò fortius dedecet Vicarium, qui alios regere debet; Pastor etenim, non percussor esse necesse est, c. 1. & per tot. 86. dist. c. si a 94. dist. cap. esto subiectus 95. dist. Diu. Petr. 1. c. 5. Concil. Trident. sess. 13. de reform.

12 In reprehendendo seueritatem, & rigorem, cum moderamine, & lenitate misceat, rigor enim à clericis abesse debet, cap. 1. de dol. & contum. quia plus agit cohortatio, & beneuolentia cum charitate, quàm seueritas, & comminatio cum potestate, capit. licet 1. & cap. licet 2. dist. 45. Salamon enim ait: Eccles. 7. noli esse nimis iustus nam qui multum emungit, elicit sanguinem, cap. denique, 4. dist. debet enim esse rigor; sed non exasperans; zelus, sed non immoderatæ sæuiens. pietas, sed non plusquàm expediat, parcens, Diu. Greg. in moral. l. 20. p. 4. & in pastoral. p. 2. c. 6. & cap. disciplina, c. omnis, §. Anno 1. sunt namque, c. vera, & c. recedit, 45. dist. c. serpens in fin. & c. libenter, de pœnit. dist. 1. Concil. Trident. d. sess. 13. cap. 1. de refor. Bellet. disp. Cler. p. 1. de diff. cler. §. 15. n. 95.

13 Abstinere omninò debet à cædendo aliquem proprijs manibus, nè exponat se periculo, vt illi amittatur respectus, ex c. non liceat 86. dist. vbi glossa allegat multos alios textus: per alios tamen potest, vbi necessitas postulauerit: medium autem tenere debet, ità vt non se exhibeat nimis austerum, nec nimis mitem, nè odium, aut contemptus indè oriatur, l. ne quidquam §. vbi decret. nu. ff. de offic. Procons. l. obseruandum, ff. de offic. præs. Bellet. ibid.

14 Non debet Vicarius habere familiaritatem, & amicitiam particularem alicuius, sed cum omnibus æqualitatem seruet: Multo minus debet conuiuare cum Subditis Prouerb. 23. D. Paul. ad Rom. c. 13. Aul. Gel. infr. Prohibentur enim Clericis commessationes capitulo commessationes, c. multis. cap. non licet 44. dist. cap. 1. ad cleric. vel monac. Aul. Gell. libr. 11. cap. 28. Bellet. vbi sup. §. 27. n 3. Neque cum illis nimis familiariter conuersari, nimia enim familiaritas contemptum parit, cap. quando, 86. dist. l. obseruandum cit. ff. de offic. præsid. Neque per plateas continuè discurrat, vel per loca, vbi frequens est Populus, nè fatuus reputetur, & imprudens in seruando decorem, & officij maiestatem Gloss. in d. cap. quando, 86. dist. Multò autem fortius abstinere debet, tanquam ab igne ab amicitijs monialium, si in Diœcesi adsint, nè aperiat aditum murmurationibus subditorum, & scandalum pariat, cum non modico interesse, honoret autem omnes, quandò occurret alloqui cum illis, quia honor illis est exhibendus, tanquam Christi sponsis. Gloss in cap. virginibus sacris. verb. iuncta 27. q. 1. Neque ipsarum monasteria frequentare debet, sed rarò propter necessitatem aliquam, vel rationabilem causam, vt Clericos decet, c. vt Clericorum, de vit. & honest. cler. cap. monasteria, vbi Gloss. sed ait. Sanchez in præc. Decal. tom. 2. l. 6. c. 16. n. 108. & 111.

15 Debet Hospitalis esse, nam non posset alijs esse hospitalitatis hortator, si ipse propriam domum hospitibus claudat, capit. 1. & per tot. 42. distinc. capit. 1. 85. distinc. capit. fin. 16. quæst. 1. Diu. Paul. ad Hebr. 13. & ad Rom. 12. cap. 2. de suppl. negl. prælat. in princ. Concil. Trident. sess. 25. capit. 8. de reform. Diuus Hieronymus, epist. ad Oceanum de vit. cleric. Rebuff. de congr. port. quæst. 2. num. 12. & 13. Bellett. disq. cler. 1. part. 1. tit. de discipl. cler. §. 15. numer. 75. ne enumeretur inter eos, quibus in iudicio dicetur; hospes eram, & non collegistis me. Matth. 25. cap. 1. §. 1. distinc. 42. Abraam enim, & Loth per hospitalitatis opera, Deo placuerunt, & Angelos hospitio habere meruerunt. Gen. 18. & 19. Diuus Paulus, ad Hebr. 13. distinct. capitulo 1. §. 1. & capit. quiescamus, 42. distinc. capit. 1. 85. distinc. ad opera enim charitatis tenentur clerici esse propensi. cap. 1. cum ibi not. de emp. & vend.

16 Tenetur Vicarius subditos discordes, ad concordiam, reuocare, & inimicitias componere: cap. placuit, 90 dist. Imò poterit illos excommunicare, si pertinaciter reconciliationem recusauerint. d. capitulo placuit, & can. prælatum, dist. 90. Etsi in hoc negligens fuerit, peccat mortaliter, licet in alio, sit veniale. Gloss. in c. 1. §. 1, vers. quoties, verb. neglexerit, 25. d. Felin. in rubr. de treg. & pac. n. 5.

Quemadmodum enim laborare debet, quilibet, vt lites, quàm citius componantur. l. quidem, ff. si cert. petat, l. congruit, ibid. Bart. & DD. & l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. præsid. §. deinde Auth. de mand. Princip. cap. si primates. 5. qu. 2. cap. finem de dol. & contum. Gloss. 1. in cap. discordantes, 90. dist. Afflict. dec. 13. in fin. & decis. 149. n. 6. Crauet. ad Vestr. in Prax. ciuil. l. 3. c. 1. l. 11. Hostien. in c. conquerente. n. 5. de offic. ord. Ià Vicarius à fortiori ad hoc tenetur, & si prius eos admonuerit, vt ad concordiam deuenirent, & adhuc lis inter eos durat, potest illos per censuras compellere, si diù lis durauerit, can. studendum, & d. cap. placuit. 90. dist. & ibi Gloss. Felin. vbi supra, Barbat. cons. 1. vol. 3. num. 2. vers. & adducas Bellett. disq. cler. p. 1. de fam. cler. real. §. 5. n. 93. Necnon potest subditos compellere ad compromittendum, quando lis diù durauit, & causa est nimis intricata; non solum si causa sit criminalis, verùm etiam si sit ciuilis, ex d. can. placuit, vbi gloss. & DD. 90. dist. Abb. in rubr. de treg. & pac. num. 1. vbi etiam Felin. n 5. Butr. in cap. 1. vbi etiam Imol. de mut. petit. Afflict. decis. 149. n. 6. & ibi. Vrsill. nu. 8. & 9. Similiter quando imminet timor armorum, si partes non concilientur Angel. in l. 29. ex his versic. sed succedit dubitatio. ff. de verbor. oblig. Felin. sup. num. 5. vers. fallit quartò, qui n. 6. alios casus enumerat; licet regulariter, non possit Iudex partes litigantes cogere ad compromittendum, nisi sit inter consanguineos, §. fin. Auth. vt lic. matr. & ibi DD. Abb. in d. rubr. de treg. & pac. num. 1. vbi etiam Felin. num. 11. Bart. in lib. furti. §. qui iussu, vbi Bald. ff. de infam. Imò potest compellere vnum ex aduersarijs ad præstandam cautionem de non offendendo alterum, neque suos, vbi verisimiliter timet vna pars ab alia offendi, Felin. in d. rubr. de treg. & pac. n. 10. Abb. ib. n. 2. Roman. cons. 243. Clar. in §. fin. q. 47. n. 3.

19 Debet esse grauis in incessu, recordando se non modò esse clericum, verùm etiam Vicarium, & officialem, vt grauitate itineris, mentis maturitatem ostendat. can. fin. 41. dist. Diu. Paul. 1. ad Timot. 2. & Die. Gregor. in libr. 1. Reg. cap. 2. Incompositio enim corporis, mentis inæqualitatem indicat ex Diu. August. epist. 109. ad monac. d. can. fin. 41. dist. Diu. Gregor. in pastoral. p. 3. admon. 24. Neque debet multum ridere, quia risus effusus, & multus, animi leuitatem indicat ex Diu. Basil. in Enchirid. cap. 43. Diu. Bernar. lib. 2. de honest. vit. Neque arma deferre debet, quæ sunt prohibita, non solùm clericis, ex can. 1. cum à Iudæis, can. non pila, can. clerici, & can. quicunque. 23. q vlt. cap. 2. vbi Abb. n. 1. de vit. & honest. cler. Clem. 1. eod. tit. cap. 1. §. si clericus, de pace tenend. Verùm etiam de iure communi omnibus, etiam laicis, l. 2. vbi Bart. & Angel. ff. ad leg. Iul. de vi. publ. l. 1. C. vt armor. visus l. 11. l. armorum, ff. de verb. signific. Auth. de armis per tot. Roman. sing. 267. Corn. cons. 2. num. 4. vol. 3. Arma enim clericorum sunt, lacrymæ, & orationes, can. ferrum, 50. dist. can fin. 36. d. cant. porro, 16. quæst. 3. can. conuenior, can. non pila, cap. quicumque, & can. reprehensibile, 23. quæst 8. Quod limitatur vbi sit necessitas ad sui defensionem, dist. capit. 2. vbi Abb. numer. 8. & Bal. num. 2. de vit. & honest. cler. cap. 1. de rest. spol. Imò, & familiares armatos adhibere potest in tali, vel simili casu, & secum etiam illos ducere, Dec. cons. 551. num 21, Bellett. disq.

cler.

cler. §. 1. de disc. cler. §. 18 n. 15. Neque debet Vicarius ludere, aut ludis interesse, qui clericis sunt prohibiti, can. Episcopus, ubi Gloss. 1. & DD. communiter. 35. dist. c. inter dilectos de excess. prælat. cap. clerici officia, & ibi Gloss. verb. ad aleas, & Abb. n. 4. de vit. & honest. cler. cap. 1. ne cler. vel monach. Auth. interdicimus, C. de Episc. & cler. Conc. Trident. sess. 22. c. 1. & sess. 24. cap. 12. de reform. ante fin. Latrunculorum verò, siuè Scaccorum ludo, aliquandò, animi leuandi gratia ludere non reprobantur. Lopez ad D. 22. c. 73. vers. sedan clericos, Abb. in c. Iator, n. 4. de homic. & in d. c. clerici officia, n. 4. vers. ex hoc intellectu de vit. & honest. cler. Bellet. p. 1. §. 24. n. 7.

18 Debet incedere in habitu clericali per Ciuitatem, & Diœcesim. cano. 1. & per tot. 41. dist. can. his igitur. 23. dist. cap. clerici. 2. de vit. honest. cler. Dec. in c. cum in cunctis. in princ. n. 8. de elect. cano. clerici. 41. dist. & can. quisquis. ib. ubi. Gloss. not. Sbroz. de offic. Vic. l. 1. q. 32. n. 2. qui habitus consistit in duobus, in vestibus nimirum, & tonsura, Gloss. in c. 11. de cler. coniug. in 6. in casus figurat. Conc. Trident. sess. 24. c. 6. de reform. Vestes autem debent esse demissæ vsque ad talos. cano. penult. 23. Gloss. in clem. 2. verb. videatur de vit. & honest. cler. Cepol. cons. 11. n. 31. Sac. Congreg. Conc. super c. 6. §. habitus sess. 23. Conc. Trid. & latè Carol. de Grass. de effect. cleric. in prælud. à n. 155. cum plurib. seqq. Sed iter faciendo licitum est clericis vti vestibus breuioribus, secundum morem regionis. can. episcopi 21. q. 4. d. clem. 2. ibid. nisi causa rationabiles, Add. ad Capel. Tholos. q. 256. Bellet. disq. cler. §. 16. n. 12. & 17. non debent tamen esse nimis fulgidæ, virgatæ, nec variatis textoris sericis, neque variorum colorum. can. præcipimus. 21. q. 4 can. omnes ead. caus. & q. cap. clerici officia, de vit. & honest. cler. d. clem. 2. eod. tit. Bellet. ib. n. 4. Carol. de Grass. loc. cit. n. 158. cum seqq. vt procul vt sit omnis ornatus superfluus, & iactantia, d. can. omnis, & clem. 2. cap. 1. ne cler. vel mon. sed debent esse humiles, honestæ, decentes, ac ordini clericali congruentes, can. nullus can. episcopi, cap. fin. d. cap. omnis, & d. cap. præcipimus. 21. q. 4. can. clerici qui comam. 23. dist. d. clem. 2. de vit. & honest. cler. Trident. sess. 23. cap. 6. & sess 24. cap. 12 ver. vestitu insuper de reform. Diu. Bernard. serm. 9. de bené vivend. Nec propterea sint sordidæ, dissolutæ, aut laceræ, vel nimis viles, etiam si fiat humilitatis causa, nè vilescat dignitas clericalis: nam sicut reprobatur omnis iactantia, & vanitas: ità non laudatur nimi a humilitas. can. 1. §. 1. & can. parsimoniam. 41. dist. can. nullum. 21. q. 4. Abb. in cap. clerici officia, n. 17. de vit. & honest. cler. D. Geronym. epist. 21. ad Eustach. de custodia virginum, & serm. de ascensione. §. 1. talis enim quis esse præsumitur, qualis est habitus, quem gestat. cap. in audientia, & ibid. Abb. n. 7. & c. contingit. 2. de sent. excom. c. si iudex laicus, eod. tit. in 6. l. item apud. §. si quis virgines, ff. de iniur. Abb. in cap. si vero 2. n. 3. & 6. & ib. Felin. in principio de sent. excom.

19 Debet itidem Vicarius, sicut cæteri clerici. imò multo magis, vt sit illis exemplo, deferre tonsuram, & coronam per modum sferæ, can. prohibita, & can. penult. 23. dist. cap. duo sunt 12. q. 1. c. clerici officia, de vit. & honest. cler. Genuen. in prax. Archip. Neap. cap. 7. n. 8. tonsura autem consistit in non nutriendo comam, & barbam, est enim proibitum clericis comam nutrire. d. can. prohibita, & can. clerici qui comam, & cantica si quis ex clericis, & cantica pen. 23. dist. sicut etiam & barbam. c. clericus neq; comam, & c. clericis, de vit. & hon. cler.

20 Non inhiet pecuniis, malis artibus, & illicitis modis illas a subditis extorquendo, quia auaritia est radix omnium malorum. c. auaritia de prebend. c. quia radix. de pæn. dist. 2. cap. bonorum 47. dist. Diu. Paul. 1. ad Timoth. 6. can. Diacon 4. dist. 93. excecat enim animos clericorum cupiditas, & auaritia, c. auaritia, de elect. in 6. qui sunt etiam alioquin, vt plurimum auarissimi, Glos. in cap. pluribus, verb. maioris de præbend. in 6. & in d. cap. auaritiæ, ver. cæcitas de elect. eod. l. Io. Andr. in cap. peruenit. de consib. Socc. sen. consil. 15. numero 18. vol. 1. Et non solum in sua persona auaritiam vitare debet: verum etiam in suis ministris & famulis, cap. cum ab omni. de vit. & honest. cler. cap. 1. §. prægmaticæ de cons. l. 6. Concil. Trid. session. 21. de refor. cap. 1.

21 Non multum credat Cancellariis, seù Notarii Curiæ, vel aliis Ministris, semper se remittendo eorum dictis in negotiis iudicialibus, nè decipiatur ab illis, cum vt plurimùm sint homines ordinariæ conditionis, & propterea aliquando vitiis dediti, nisi sint probatæ vitæ viri, vt in multis curiis Ecclesiasticis vidi quosdam clericos nobiles tractus habentes, cum non claritas natalium, sed boni mores, & virtutes, nobilem faciant. cap. 1. §. 1. cap. s lud. cap. qualibet, cap. non loco, cap. autè, & cap. quis præsumat. 40. dist. & cap. sicut excellentiam, vers. non gradus 23 q. 4. cap venerabilis de prabend. Bellet ubi supra §. 15. n. 5. Debet igitur habere circà se viros boni testimonii, graues, & doctos, & in cubiculo non permittere, quod illi seruiant aliæ personæ, quàm ætate maturæ, & Clerici maiores. can. cum Pastoris, & can. ult. 2. q. 7.

22 Non debet aliquo modo stylum curiæ Episcopalis alterare, quia stylus curiæ pro lege habetur, & est obseruandus, vt post Alios not. Roland. cons. 70. num. 12. vol. 1. Menoc. de retinp. poss. in 1. resp. causa finarien. numer. 19. Redoan. de spol. q. 7. numer. 18. Sed illum seruet, si sit bonus, maximè in exigendis sportulis, & emolumentis actorum, & contentus sit solitis ipsius Tribunalis. Rot. dec. 212. in antiquis, Sac. Congr. Concil. in Taurien. 7. Septembris 1632. Sellius in Select. canon. capitolo 42. numero 15. Felin. in cap. licet vol. 1. de offic. ordin. Etsi abusus, & corruptelæ sint, illos aboleat, & tollat, quantum in se est: & curare debet, nè Cancelarii, siuè Notarii, Subditos grauent in emolumentis exigendis pro singulis actis Ead. Sac. Congreg. Concil. in una Viennen. 8. Martij 1602. & quæ gratias sunt concedenda, gratias dari studeat, de quibus, infr. vbi taxa expeditionum ponemus: par. 5. prax. ult. deprompta ex declarationibus Sac. Congr. ex Barbos. de pot. Episc. p. 3. alleg. 107. numero 28. & seqq. & Floc. verb. taxa; secundum taxam iustam, quæ in tabula quadam scribi curet, & exponi publice mandet, omnibus expositam, qui ipsam videant, sine difficultate, & legant, quando placet Sac. Congreg. Episc. in una Galipolitana 26. Iuny 1590. & in una Cathacen. 16. Augusti 1641. & 1. Augusti 1643.

23 Honoret Dignitates, & Canonicos Cathedralis, ac Parochos, & Ministros Ciuitatis, & totius Diœcesis. Nec non Nobiles, & Magnates, si casus occurrat, vt ad ipsum accedant. Non sit austerus in ceremoniis, nè amittatur respectus ab eis, honor enim est hominibus charior omni alio bono temporali. cap. nisi, §. prograui, de renunc. Luc. de Penn. in l. filios C. de decurion. lib. 10. Cassan. in Cat. Glor. Mund. p. 1. consid. 2. numer. 6. & per tot. consid. 6. & ideò homines dedignantur, quando non honorantur, quia honor, & vita æquiparantur, & pari passu ambulant l. iusta ff. de manumiss. vind. Ias. in l. admonendi. 95. col. vers. tertio expedita, ff. de iureiuran. Debet etiam honorare Doctores, & Alios Virtuosos, nam illis honor est debitus de iure, l. fin. in princ. C. de stat. & imagin. Arist. 3. &. Ethic. & non administrans honorem cui debetur, puniendus est. l. singuli, & l. sciant, C. de offic. diuer. iudic. Imò honorem exhibere debet prædictis, & Aliis in litteris scribendis, dando illis solitos titulos absque diminutione, alias inimicitiis fomentum sibi parabit.

24 Studeat quotidiè certis quibusdam horis, nè erret in iustitiam Subditis ministrando. & antequàm veniat ad actum sententiæ ferendæ, omnem adhibeat diligentiam, vt secundù Sacros Canones, & leges, ac Doctores illam ferat, & non per pecuniam, ne in laqueum incidat diaboli, præter onus restitutionis parti læsæ Hostiens. in cap. bona memoria el 1. de postul. Prælat. can. cauendum, can. leg. Iulia, & can. eadem, 1. q. 1.

25 & vltimo. Debet esse arbor fortitudinis, habere corticem veritatis, medullam æquitatis, frondes sagacitatis, qui enim iudicaturus est Populum, adhibere debet diuersas cautelas, & varia rimedia, vt singulis iustitiam rectè ministrare valeat. Bald in sua pract. iudic. tit. de cautel. & remed. num. 2, 6. & 7. Et insuper habere debet odorosos flores honestatis, & fructus vberrimos bonarum operationem, Foller. in pract. crim. in princ. vers. studeant se ornare bene viuendo moribus. Tandem semper habere debet bonam voluntatem benefaciendi, & prodesse omnibus, & meminisse, officium aliquando defuturum, amicitias autem vel inimicitias, ac restituendi obligationes, semper perseueraturas, cum animæ, & corporis non mediocri iactura.

Reliqua bona requisita, curet ex se habere
Hæc pauca tamen enumerasse sufficiat.

SECTIO PRIMA.

De Vicario Generali in genere.

SVMMARIVM.

1 *Nominis ethymologia praecognoscenda in omnibus.*
2 *Vicarius vnde dicatur.*

1 QVoniam vnaquaque scientia is praescribitur ordo, vt ab ijs, quae generalia sunt, ac in vniuersum tradita, successiuè ad specialia, singulariaque descendatur *ex tex. in l. 1. ff. de orig. iur. & in l. 1. ff. si cert. pet. & §. his igitur. Inst. de iust. & iur.* Gloss. *in rubr. de reg. iur. lib. 6.* Sic rerum omnium definitiones, primum ex genere, deinde ex differentijs constituuntur. Arist. *l. 6. topic. & 8. Metaph.* Vnde in primis nominis ethymolog à praecognoscere oportet in qualibet re, de qua sermo instituitur, ex Arist. *in lib. poster.* scire enim quid nominis, principium est doctrinae. Tiraquell *de nobilit. cap. 31. n. 456.* si quidem ignorata, ac prorsus incognita rei nomenclatura, difficilè eiusdem essentia inueniri potest. Iurisconsultus *in lib. 1. ff. si cert. pet.* Bald. *in praelud. feud. volum. 3.* vt in sensibus hominum contingere plerumque videmus, nam cum aliquid longè distans conspicimus, non statim cognoscimus, sed primum ex motu, animal iudicamus, incerti adhuc rationis capax, expers nè sit; tum propinquiores facti, animal rationabile deprahendimus: demum certiori iudicio, Titium, non Sempronium esse discernimus Gribal. *l. 1. de rat. stud. c. 3. § quoties.* Vt igitur materia praesens clarior, & facilior omninò reddatur iuxta Gloss. *in prooem. instit. § eadem*, cum concordantibus adductis per Menoch *lib. 1. de arbitr. Iud. q. 1. in fin* & per ordinem perfectè procedatur, vt monet Diu. Paul. *ad Corinth. 14.* Nomen Vicarij exponemus.

2 Dico itaque, quod Vicarius dicitur à vice, quam gerit, vel qua alicuius muneri, seù officio, vel loco succedit. Salicet. *in praefat. Codicis.* Hinc fit quod, Vicarius omnia potest facere, quae pertinent ad iurisdictionem illius, cuius vices gerit. *lib. 1. C. de offic. eius, qui gerit vices alicus, cap. vlt. 93. dist. cap. 1. 94. dist.* notat. Gloss. *in cap. fin. Nobis verb. Vicarij, de offic. Vic.* exceptis quibusdam, quae speciale mandatum requirunt *arg. cap quod translationem de offic legat. & cap. 2. de offic. Vicar. in 6.* vbi Gloss. de quibus infra.

Omnia verò, quae hic dicenda occurrunt, maioris claritatis, ac distinctionis gratia, per subsectiones de more expediam.

SVBSECTIO PRIMA.

De diuisione Vicarium.

SVMMARIVM.

1 *Vicarium Diuisio.*
2 *Nati, seù legitimi, qui dicantur.*
3 *Foranei, qui sint.*
4 *Datiui Vicarij, qui.*
5 *Episcopus potest Vicarium facere ex se, sine Capituli consensu, & sic remouere.*
6 *Potest Episcopus plures Vicarios facere.*
7 *Vicarij facti à lege.*
Summus Pontifex dicitur Christi Vicarius.
Episcopi sunt Apostolorum successores, & Vicarij ipsorum; Sacerdotes sunt Vicarij Discipulorum Christi.
8 *Vicarij facto hominis, qui.*
Vicarius Vrbis Romae, quie.
Vicarij Cardinalium, qui.
Vicarij Praelatorum.
Vicarij Capitulares.
Vicarij secundum ius Canonicum, qui.
Vicarij secundum ius Ciuile, qui.

1 VT autem rectè, & ordinatè procedamus, post nominis aethymologiam ex praecepto Aristot. *in lib. poster. & 6. Topic.* prius diuisionem Vicariorum facere oportet, & eorum genera distinguere, acceptionesque declarare, & postea definire, nam qui bene distinguit, proximus est veritati. Salic. *in praefat. Codic.* Partitio enim, animum legentis inciat, mentem intelligentis praeparat, & memoriam artificiosè reformat. *l. 1. ff. de except. dol. Inst. de leg. §. sed non vsque*; Gloss. *in § igitur vers. easdem. Instit. in prooem.* Ideo sciendum est, quod multipliciter in Iure, tàm Canonico, quàm Ciuili, & a Doctoribus, Vicariorum genera capiùtur, sed principaliores sunt, qui in tres principales species diuiduntur. Quidam enim Vicarij dicuntur Nati, seù Legitimi; Alij appellantur Foranei: Alij verò sunt Datiui, seù Constituti, qui Generales nuncupantur, sub qua specie, etiam Apostolici continentur, de quibus singulis suis locis quaedam pauca subiungam.

2 Nati seu legitimi Vicarij sunt illi, qui ab ipsa lege constituti sunt, vt Archidiaconus, & Archipresbyter, *cap. 1. & cap. ad haec de offic. Archidiac.* illis verbis: *fecat se Vicarium esse in omnibus, & vbi ad vicem sui Episcopi Vicarius reperiatur, & cap. vt singula de offic. Archipresb.* Marant. *de ord. iudic. p. 4. dist. 5. in princ. num. 7.* Zerol. *in prax. Episc. 1. verb. Arch d.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de form. Vicar. num. 19.* Sbroz. *de off. Vicar. lib. 1. q. 2. n. 3.* Barb. *de pot Episc. p. 3. alleg. 54 n. 17.*

3 Foranei Vicarij sunt illi, qui constituuntur ab Episcopis in aliquo Opp do suae Dioecesis, vel in certa parte illius, vt ibi exerceant iurisdictionem limitatè, vel ad omnes causas illius loci, vsque ad processus compilationem inclusiuè vel vsque ad certam summam. Gloss. *in cap. 1. verb. foraneus, de offic. ord. lib. 6 & in clem. 2. verb. foraneo, vbi.* DD. communiter. *de rescript.* Marant. *vbi sup. num. 14.* Felin. *in cap. cum causam, il 1. num. 8. vbi etiam* Abb. *num. 2. de offic. deleg.* Sbroz. *vbi sup. q. 13. num. 1.* Bartol. *ibid. num. 18.* Qui dicuntur etiam delegati ad certum genus causarum, cum illis committantur certae causae aliquando in genere distinctae. Bart. *in l. more, nu. 14. ff. de iurisd. omn. iud.* Alex. *in l. 1. num. 76. & seq. ff. de offic. eius.* Interdum dicitur Foraneus, qui constituitur solùm in Ciuitate, vbi Episcopus residet, sed limitatè, non ad vniuersitatem causarum. Sanchez. *de matrim. lib. 3. disp. 29. num. 11.* Barb. *vbi supra num. 18. in fin.* Sbroz. *lib. 1. q. 21. num. 4. & 9. 29. nu. 1.* vbi multa congerit ad propositum, & nos infr. *Sect. 7. per tot.*

4 Datiui Vicarij, seù Generales constituti, sunt illi, qui constituuntur ab Episcopis, & Alijs iurisdictionem ordinariam habentibus, vt eorum vices gerant in eisdem Tribunalibus, & locis, in quibus ipsimet ius dicere solent. Bart. *in l. 1. in fin. ff. qui, & à quo*; Couar. *lib. pract. quaest. cap. 4. num. 3.* Marant. *de ord. iudic. p. 4. dist. 5 n. 8.* Sbroz. *ibid. q. 2. n. 4.* Ventr. *pract. annot. vol. 2. annot. 14 § 1. num. 2.*

5 Possunt autem Vicarij Generales creari ab Episcopis, sine consensu Capituli, & illos remouere possunt, item Episcopi sinè eiusdem consensu etiam. Hostien. *in sum. de offic. Vic. §. in quibus, vers. sed numquid.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de Vicar. Episc. p. 1. n. 1.* & ad eorum libitum quandocumque; Sbroz. *lib. 1. q. 45. num. 9.* & dicemus infr. *Sect. 2. Subsect. 6. n. 2. cum seqq & sect. 3 subsect. 3 num. 2.*

6 Potest similiter Episcopus plures Vicarios Generales in sua Ciuitate, & Dioecesi constituere, non tantùm vnum, cum de iure illi talis facultas. *cap. quoniam. de offic. ord. cap. ad haec. de offic. archid. cap. 1. de celebr. miss.* Rebuff. *in pract benef. p. 1. tit. de form. vicariat. n. 103.* Zerol. *in prax. Episc p. 1. verb. Vicarius. n. 1.* & Nos infr. *Subsect. 5. n. 10.*

7 Alij Doctores diuersimodè Vicariorum genera diuidunt. Quidam enim largo modo comprehendentes, asserunt, alios esse Vicarios, sinè facto hominis à lege ipsa, alios verò facto hominis, Marant. *vbi prox num. 6.* Mandol. *in reg. Cancell. 144. q. 6. nu. 16.* Qui à lege sine facto hominis sunt, rursus subdiuiduntur in tres species: in prima collocantur Summi Pontifices, qui Vicarii Christi appellantur. *cap. quamuis. 21. dist. & c. omnes 22. dist. cap. inter corporalia. de transl. Episc.* Gloss. *in clem. 1. verb. vndecumque. de iudic.* quia gerunt vicem Dei in terris. *cap. quanto de translat. episc. cap. apostolicae; §. nos ex re iudic. in 6.* Neque obstant, *tex. in can. Ego Ludouicus. 63. dist. can. Constantinus. 96. dist. & can. quoties 1. q. 7.* in quibus Summus Pontifex appellatur Vicarius Petri; Nam respondetur, quod impropriè sic dicitur; Vel secundum Gloss *in clem. 1. verb. vicarium. de iureiuran.* & Nauar. *in comm. de Iobel. cap 10. in fin.* intelligi debent, quod exercet eamdem vicariam, quam Petrus exercuit. In secunda specie collocantur Episcopi, qui sunt Successores Apostolorum, & eorum vices gerunt. *can. legimus. 93. dist. can. in nom. dist. 21.* Concil. Trident.

Trident. *sess. 23. c. 4. can. quorum vices. dist. 69.* Gloss. *in can. per-so. 66. dist.* Et ideò dicuntur Vicarij Apostolorum. *cap. 1. § perfrontes vbi* Abb. *de san. vnct.* & sunt veluti Pontifices in eorum Diœcesibus, & Summi Sacerdotes. *can. insolita 3 & can. de persona. 11. q. 1. id. cap. 1. §. perfrontes, & tranet* Beitac. *in tract. de Episc. in praelud. num. 13.* In tertia specie collocantur Sacerdotes, qui gerunt vices Discipulorum Domini Nostri Iesu Christi. *can. accusatio. in fin. 2. q. 7. can. in nouo, cap. 21. dist.* Concil. Trident. *sess. 14. cap. 5. in decr. de confess.*

8 Qui vero facto hominis constituuntur, in alias species quoque subdiuiduntur, nam Alij creantur, secundum Ius Canonicum, & Alij secundum Ius Ciuile.

Secundum Ius Canonicum est. Vicarius Vrbis Romæ, qui gerit vices Summi Pontificis, & habet iurisdictionem in Clericos. Vrbis, non extrà. *cap. tua nobis. de offic. vicar. vbi* DD. sicut Ordinarij in Clericos eorum Diœcesium, Mandos. *de reg. 41. q. 16. num. 5.* Vant. *de nullit. ex defect. Iurisd. num. 13.* Sbroz. *lib. 1. de offic. Vicar. quæst. 3. num. 19. de quo infr. Sect. 6. num. 2.* Secundo loco sunt Vicarij Generales, per Sedem Apostolicam ad certam Prouinciam regendam destinati, vt ibi Ius dicant, de quibus Sbroz. *vbi prox. num. 20.*

Tertio loco sunt Vicarij Cardinalium. Legatorum de Latere Abb. *in cap. nouit. de iudic.*

Quarto loco sunt Vicarij Cardinalium in Ecclesijs eorum titulo subiectis, in quibus ipsi habent iurisdictionem Episcopalem. Abb. *in cap. his qua num. 1. & cap. tua num. 5. de offic. vicar.* Fuscus *in tract. de visit. & regimin. Eccles. c. 2. n. 5.*

Quinto loco sunt Vicarij Legatorum natorum, vt in quibusdam Regnis Vltramontes, veluti in Anglia. Vicarius Archiepiscopi Cantuariensis, Eboracen. in Gallia Archiepiscopi Rhemen. in Italia Archiepiscopi Pisani, & in Germania Archiepiscopi Salisburgensis: de quibus Abb. *in cap. 1. num. 1. de offic. de leg.* Gemin. *in cap. 1. de fil. presbyt. & in cap. 1.* vbi Fran. *de appell. in sexto.*

Sexto loco collocantur Vicarij Prælatorum, qui in tres diuiduntur classes, Alij enim sunt Primatis, seu Patriarchæ, Alij Archiepiscopi, & Alij Episcopi, qui dicuntur Vicarij creati, cum ad nutum prædictorum fiant, & remoueantur. Bero. *in rubr. de offic. deleg. num. 9.* Hostiens. *in summ. de offic. ordin. §. sunt autem.* Boer. *in tract. de auctor. mag. Cons. numer. 50. cum seq.* Lancellot. *Inst. iur. can. tit. de Episc. & Summ. Pontif. & ibi* Glois. *in verb. cripartitus, late* Paul. *de pot. cap. Sed. vac. prælud. 6. num. 13* Sbroz. *cit. lib. 1. de offic. vic. q. 3. num. 21.* Rebuff. *in prax. benef. tit. form. Vicar. Archiep.* Concil Trident. *sess. 24. cap. 3. de reform.*

Ex istis Alij sunt Generales ad omnes causas deputati, *vt in cap. fin. de offic. vic. lib. 6.* Gloss. *in cap. 2. eod. tit. Clem. & si principalis de rescript.* cum Gloss. 1. *in verb. Foraneus,* Bart. *in l. 1. in fin. ff. quis, & a quo,* Sbroz. *vbi supra q. 8,* Rebuff. *ibid. tit. de Vic. Episc. nu. 6.* Alij verò sunt Vicarij Foranei ad certos actus tantùm, vt suprà diximus, *& latius infr. Sect. 7. per tot.*

Septimo loco succedunt Vicarij, qui constituuntur à Capitulis Cathedralium Ecclesiarum, Sedibus Episcopalibus per mortem Episcoporum vacantibus, qui cõmuni vocabulo, Vicarij Capitulares appellantur *cap. vnic.* & ibi Glois. *de maior. & obed. in 6.* Abb. *in cap. cum olim. not. vlt num. 2. eod. tit. in antiq.* Sbroz. *lib. 1. q. 16.* Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 16.* de quibus infr. *Sect. 4. & 5.*

Sunt multæ aliæ species Vicariorum, de quibus, qui videre cupit, adeat Doctores allegatos, & præsertim, Sbrozium vbi diximus, qui secundum Ius Canonicum deputantur.

Adsunt & aliæ Species Vicariorum, qui secundum Ius ciuile creantur, nam Alij sunt, qui Vicarij Dei appellantur in temporalibus, vt Imperatores, Reges, & Principes. Bald. *in c. significantibus in fin. de offic. deleg.* Cucc. *ten. cons. 65 num. 4 circa med. vers. sic etiam rex,* Cephal. *cons. 301. num. 20. in 3. vol. & cons. 369. num. 71.*

Alij sunt Vicarij, qui ab ipsis deputantur in locum eorum in Imperijs, Regnis, Principatibus, &c. Bald. *in l. 1. C. vbi. & apud quem,* Marant. *de ord. iud. part. 4. dist. 5. num. 9.* Sbroz. *ibid. q. 3. num. 44.*

Alij sunt, qui deputantur à Principibus in Castris & Oppidis. Bart. *in l. iubemus n. 2. num. 12. C. de Sacros. Eccl.* Rol. *cons. 75. num. 11. & 16. vol. 3.* Foller *super Const. Regni tit. de offic. Iustitiarij num. 4. cap. iustitiarij per prouincias.*

Alij sunt, qui deputantur ab eodem Superiore in locum eorum, qui prius deputati fuerant. *text. & Glois. in l. 2. C. de offic. eius qui vic. alter. ger.* Hostien. *in sum. de offic. vic. num. 1.* Marant. *ibid. p. 6. dist. 5. num. 7.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de vic. episc. num. 240.* Sbroz. *ibid num. 39.* de quibusdam alijs Vicariorum Speciebus, ad pleniorem totius materiæ notitiam, habes infrà *sect. 8. per tot.* Omittimus tamen, & quidem data opera multas alias Vicariorum Species, cum non faciant ad propositum nostrum. Hæc tamen pauca sufficere existimaui pro introductione ad practicæ materiam.

SVBSECTIO SECVNDA.

De Vicarij Generalis multiplici acceptione.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij solent quandoque appellari officiales in locis Vltramontanis & Vltramarinis.*
 Hæc vocabula synonyma sunt.
2 *Vicarius Episcopi appellatur aliquando Deputatus, item Commissarius.*
3 *Missus Dominicus. Interdum appellatur Nuncius.*
4 *Visitator. Item suffectus.*
5 *Substitutus similiter dicitur.*
6 *Ordinarius item.*
7 *Procurator Episcopi aliquando nominatur.*
8 *Aeconomus etiam dicitur.*
9 *Locum tenens item.*
10 *Vicesgerens similiter.*
11 *Vicedominus quoque vocatur.*
12 *Legatus item appellatur, quæ omnia vocabula sunt synonyma.*
13 *Vicariatus Episcopi quo iure fuit introductus.*

1 Est hoc loco aduertendum primò, quod Vicarij Generales, qui, vt diximus suprà, Datiui appellantur, solent quandoque appellari officiales Episcoporum in expeditionibus Romanæ Curiæ, vt in Breuibus, Dispensationibus, Delegationibus, & huiusmodi scripturis, quæ mittuntur extra Italiam, Vltramontes, vt in Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, & in Vltramarinas Prouincias, in quibus cultus catholicus reperitur, & tali modo scribitur: *Dilecto filio officiali Parisien. siue Viennen.* Sed licet vocentur officiales, tamen Vicarius & officialis Episcopi, sunt omninò vnum, & idem. *cap. licet, & cap. fin. de offic. vic. in sexto.* Rot. *in addit. decis. 2. a 2. eod. tit. in nouis.* & habent iurisdictionem ordinariam; *cap. fin. de offic. vic. cap. licet eod. tit. in sexto.* Abb. *in cap. fin. n. 2. de fid. instrum.* Felin. *in rubr. de offic. deleg. n. 4.* Ias. *in rubr. de offic. eius n. 2.* Innocent. *in cap. tua nobis, de offic. vic.*

Quando autem mittuntur expeditiones per totam Italiam, Vngariam, Dalmatiam, Epyrum, siuè Albaniam, Sclauoniam, Cyprum, Cretam, & partes Orientales; necnon ad Insulas Italiam adiacentes, vt Siciliam, Sardiniam, & Corsicam, Cancellaria Romana semper vtitur nomine Vicarij hoc modo.

Dilecto filio Vicario Venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Neapolitani in spiritualibus Generali. Menoch. *consil. 51. numero 35. & 38. vol. 1.* vbi adducit Hieronym. Paul. *in pract. Cancellariæ fol. mihi 7. & 8* Mandos. *reg. Cancell. quæst. 6. num 10. & in tract. de commiss. in commissione per Breue 28. verb. Vicario Bononien.* Sbroz *de offic. vic. lib. 1. quæst. 2. numero 10.* At verò ista nomina non differunt inter se in effectu, cum vnum, & idem sint, vt diximus suprà *vers. officiales*; sed tantum in vocabulo, non in re, nam synonyma sunt, Mandos. *vbi supra* Gonzal. *ad regul. 8 Cancell. gloss. 5. §. 3. num. 8.* Menoch. *ibidem num. 38.* Couarr. *lib. 3. variar. cap. 20. num. 45.* Rebuff. *in prax. benef. part. 1. in form. Vic. Archiep. num 24.* Sbroz. *ibid. num. 23.* Qua forma supradicta non adhibita, Bullæ, non carent suspicione falsitatis. Cucc. *Inst. iur. can. lib. 2. de vic. tit. 8. n. 5.* Alphonsus Carrion. *tract. de incompat. benef. part. 1. cap. 15. numero 1.* Sbroz *ibid. num. 30. in fin.*

2 Appellatur quandoq; Vicarius alijs nominibus, vti deputatus, & Commissarius. Mandos. *ibid. q. 6. n. 10.*

3 Quandoque etiam Missus Dominicus, siuè Nuncius. *c. 2. vbi* Glois. *verb. admissum de treg. & malefic.* Glois. *in cap. 2. verb. officialem de offic. vic. lib. 9.* Mandos. *ibid.*

4 Quan-

4 Quandoque Visitator, & suffectus *cap. fin. de suppl. negli. prael.* Mandos. *ibi. n.* 14. Sbroz. *cit. num.* 14.

5 Quandoque appellatur substitutus. *clem.* 1. *&* 2. *de haret.* Fanin. *de pot. cap. Sed. uac.* 2. *p. prin. q.* 10 *in prin.*

6 Quandoque Ordinarius. Gloss. *in c. Romana in prin. ver. generaliter de appell. in* 6. DD. communiter *in rubr. ff. de officio eius.*

7 Aliquando Procurator Episcopi. *c. petitio*, vbi DD. *de procur.* Franc. *in rubr. de offic. uic. in* 6. *col.* 2. *uers. & aduerte.*

8 Interdum Aeconomus. *can. in atna.* 16. *q.* 7. *can. cum simus* 6. *q.* 3. *can. quoniam.* 89. *dist.* Abb. *in c. quoniam n.* 3. *de offic. ord.*

9 Sæpè vocatur locum tenens. Marant. *de ord. iud. p.* 4. *dist.* 5. *n.* 6. Couar. *lib.* 3. *uar. res. c.* 20. *num.* 4.

10 Quandoque Vicesgerens. Marant. *ibid. nu.* 9. Alex. *in rubr. de offi. eius num.* 14. *&* 17.

11 Aliquando Vicedominus. Abb. *in cap.* 2. *num.* 3. *ne Pralat. uic. suas.* Specul. *lib.* 1. *tit. de Vicedomino* Turrecrem. *in can. volumus.* 89. *dist. & can. Diaconum cum seq. eod. dist.*

12 Quandoque tandem appellatur Legatus. *l. Vicarias, ff. de leg.* Rebuff. *in pract. benef. tit. de form. uic. Arc. nu* 64. *&* 65. Sbroz *ibid. num.* 21. Barb. *in tract. de pract. Card.* 2. *p. in pral. ad.* Boer. *tract. de ord. gratia uerso. num.* 9. Quidquid autem sit de istis relatis nominibus, quibus appellari solet Vicarius, quæ sunt potius synonyma, & in effectu non differunt, secundum DD. & Specul. *tit. de offic. Vic.* Gloss. *in l.* 2. *C. de offic. eius qui vic. alt. ger. uers. uestoram*, Rebuff. *d. num.* 24. Diaz. *in pract. crim. can. cap.* 3. *num.* 4. aliquando tamen differunt in potestate, nam Vicarius potest omnia facere, quæ potest officialis, sed non e conuerso. Federic. *de sen. cons.* 302. *num.* 4. *& cons.* 110. *colum.* 3. *vers. maneor. in primus volum.* 4. & Sbroz. illum referens *vbi sup. quæst.* 7. *num.* 2.

SVBSECTIO TERTIA.

Quid sit Vicarius.

SVMMARIVM.

1 *Definitio Vicarij.*
2 *Definitionis requisita.*

1 Visso de Vicariorum diuisione & de eorum multiplici acceptione, oportet definire Vicarium, seruato Aristotelis præcepto *in lib.* 6. *topic. & in lib. poster. &* 8. *met.* asserentis, non debere deueniri ad definitionem, nisi facta diuisione eius, de quo agendum erit. Aduertendum tamen, est quod Vicarius in Iure ciuili, lato sumpto vocabulo, dicitur ille, qui in locum alterius Magistratus, absentis scilicet, mortui, vel impediti substituitur ab eodem, qui a lege ad id potestatem habet vt deducitur *ex l.* 1. *ff. de tutor. & curat. dat. his. & ex l. vicarias a'uni muneris. ff. de legation.* Cuccus. *Instit. iur. lib.* 2. *de uar.* & *tit. num.* 4. Mandos. *regul. Cancell.* 14. *reser. q.* 6. *num.* 2. *post* Cuiac. *lib.* 1. *quæst. Papin. sup. l.* 5. *ff. de offic. Procons.* Mor. *in empor. Iur. tit.* 2. *in pralud. num.* 84.

Hinc est, quod Nos, qui de illo Vicario agere intendimus, qui iurisdictionem Episcopalem exercet, vt sunt Vicarij Episcoporum, qui ipsorum Vice funguntur, dicimus, quod Vicarius Episcopi est ille, qui episcopi vices gerit in eodem Tribunali, in quo iudicare solet Episcopus, *vt in rubr. de offic. vic.* Hostiens. *in sum. eod. tit. num* 1. Bero. *in rubr. de offic. deleg. nu.* 2. Rebuff. *in pract. benef. tit. de vic. episc. num.* 4. Sbroz. *lib.* 1. *de offic. vic. q.* 2. *num.* 1. Quæ est potius descriptio, quam definitio, secundum Bart. *in l.* 1. *in fi. C. quis, & à quo* Marant. *de ord. iud. p.* 4. *dist.* 5. *num.* 8. Couar. *lib.* 1. *pract. q. cap.* 4. *num.* 3.

2 Cum enim vulgata sit regula Iuris, quod omnis definitio in iure sit periculosa, *l. omnis definitio.* 202. *ff. de reg. iur.* non est multum insistendum in definitionibus, quia sunt potius descriptiones, seù notificationes a posteriori sumptæ. Verum quia ista descriptio potest conuenire solis Vicariis Episcoporum, ideò benè procedere potest, nam omnis bona definitio, debet conuerti cum suo definito, & non conuenire aliis, quàm rei definitæ, *iuxtà tex. in l.* 1. *§. dolum. ff. de dolo* DD. in *lib.* 1. *in princ. ff. de acquir. poss. et in d. l. omnis definitio, ff. de reg. iur.* & insuper constare debet genere, & differentiis Arist. 6. *topic. et* 7. *Metaph.* quæ in nostra definitione obseruantur, nam dicitur Vicarius, loco generis, comprehendens omnem personam vicem alterius gerentem, *l.* 2. *vbi* Gloss. *verb. vestorum, C. de offic. eius, qui vic. alt. ger. l. vicarias, ff. de leg. cap. penult. vbi* DD. *de off. vicar.* Dicitur deindè in eodem loco, & Tribunali, loco differentiæ, nè intelligatur de Archipresbyteris, qui in aliquibus Ecclesiis, vices Episcopi gerunt, Hostiens. *in sum. tit. de offic. Archipresb. num.* 2. Nec non ad differentiam Foraneorum Vicariorum, qui in aliquo loco Diœcesis iurisdictionem Episcopalem exercent, non in eodem loco, vbi Episcopus residet, & Vicarius Generalis ipsius, iurisdictionem exercet; Gloss. *in clem. etsi principalis, verb. Foraneus, de rescript. et in cap.* 1. *eod. verb. Foraneus, de offic. ord. in* 6. *et ubiubique* DD. *et in rubr. ff. de offic. eius.* Et demum bene procedere potest nostra definitio, quia conuenit etiam æthymologiæ Vicarii, quam posuimus *sup. sect.* 1. *num.* 1 ideò propter æthymologiæ consonantiam, erit admittenda; quia in ea consistit vocabuli substantia, & est optimum argumentum Euerar. *in Topic. iur. in loco ab æthymologia vocabuli.* Et quatenus alicui non placeret ista definitio, seù descriptio, non est magnifaciendum, quia Philosophorum, & Scolasticorum est, quiditatem, & essentiam rei propriè explicare. Dec. *in d. l. omnis definitio, num.* 3. *ff. de reg. iur.* Nos tantum contenti illa, quæ constat genere, & differentia, ad tradita per Doctores in *l.* 1. *in princ. ff. de acquir. poss.* Arist. 6. *topic. &* 7. *Met.* Decius *in d. l. omnis definitio* nullam habentes considerationem eorum, quæ contrà rerum definitiones obiicere solent, quidam ex Doctoribus, *in d. l. omnis definitio, ff. de reg. iur. in l.* 1 *ff. de testam. l.* 1. *ff. de dolo. d. l.* 1. *ff. de acquir. poss. & in rubr. Decret. de probat.*

SECTIO SECVNDA.

De vicario Generali Episcopi.

Officium Vicarii Generalis Episcopi fuit introductum de Iure Sacrorum Canonum; quia de Iure Ciuili, Vicarius Episcopi non fuit cognitus. Riminal. iun. *in rubr. ff. de offic. eius num.* 159. Cardinal. *in clem.* 1. *num.* 19. *de offic. vic.* Sed in sexto Corporis Canonici sæpè sæpius fit mentio de Vicario Episcopi, licet in Decreto, quod est volumen Gregorianum, & antiquum paucis in locis, & rarò nominetur. Hanc quæstionem tetigit Sbrozius. *lib.* 1. *de offic. uic. quæst.* 8.

SVBSECTIO PRIMA.

De his, quæ Vicarius Generalis Episcopi facere potest cum mandato generali.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Generalis in spiritualibus, & temporalibus constitui debet.*
Spiritualia, quæ sint, ibid.
Temporalia, quæ. ibid.
2 *Simpliciter constitutus absque expressione in spiritualibus, & temporalibus, censetur in spiritualibus tantum.*
3 *Vigore clausulæ generalis, non potest facere, nisi quæ in mandato generali continentur.*
4 *Sine mandato speciali potest instituere præsentatum.*
5 *Dispensare item potest in irregularitatibus occultis.*
6 *Dispensare etiam in homicidio casuali occulto.*
7 *Dispensare etiam cum ordinato ante ætatem.*
8 *Excommunicationes ferre, sicut Episcopus.*
9 *Monitoria ad finem reuelationis potest facere.*
10 *Facere potest quò ad iurisdictionalia, omnia, quæ Episcopus potest.*
11 *Substituere sibi Vicarium ad tempus potest.*
12 *Cognoscere potest de causis mensæ Episcopalis.*
13 *Exequi etiam commissiones Vicarij Capitularis.*
14 *Index esse potest in causa Episcopi.*
15 *Delegatus Papæ esse potest.*
16 *Iurisdictionem exercere potest, vbi non requiritur mandatum speciale.*
17 *Audire potest Confessiones fidelium, & subdelegare ad absoluendum casus reseruatos.*

18 Com-

18 Commissiones nomine officij exequitur.
19 Precedit omnes de Capitulo.
Ampliatur, & limitatur in aliquibus.
20 Recusarij potest ut suspectus, suspecto Episcopo. Limitatur si sit Delegatus Apostolicus.
21 Salarium petere potest ab Episcopo, etiam non conuentum, Ampliatur, & limitatur in quibusdam.
Casibus.
22 Exercere potest omnia, sicut Episcopus.
23 Brachium saeculare implorare potest.
Casus, in quibus Episcopus implorat auxilium brachij saecularis.
Iurisdictio una debet aliam adiuuare.
24 Episcopi Vicarius carcerat laicos in causis mixti fori.
Crimina mixti fori, quae.
Praeuentionis est locus in illis.
Casus, in quibus Episcopus procedit contrà laicos.
25 Vicarius potest Clericos torquere sinè metu irregularitatis. Imò potest per manus laicorum.
29 Potest etiam sinè scrupulo irregularitatis assistere torturae cum iudice laico, licet reus veniat condemnandus ad mortem,
27 Vicarius carcerans Clericos iniustè incurrit in excommunicationem Canonis si quis suadente.
Carcerare potest iustè Clericos praecedente informatione, etiam per laicos.
Carcerare laicos potest in causis Ecclesiasticis.
Carcer infamat,

VIcarius Generalis debet constitui ab Episcopo in spiritualibus, & temporalibus, & non sufficeret, si crearetur in spiritualibus tantum, vel in temporalibus, quia sub tali forma verborum non esset Vicarius Generalis. *cap. vlt. & c. penult. de suppl. negl. pral. in sexto*, Pauin. *de offic. & pot. c. Sed. vac. p.* 2 *quaest.* 12. *numer.* 6 Rebuff. *in pract. benef. p.* 1. *tit. de vic. Episc. numer.* 16. *& in form. vic. numer.* 16. Barb. *de pot. Epis. p.* 3. *alleg.* 54. *num.* 57. Sbroz. *de offic. vic. l.* 1. *q.* 25. *num.* 1. *cum seqq. vbi n.* 4. alleg. Doctur. contrarium tenentes, & *q.* 26. vbi etiam ait de Vicario constituto in temporalibus tantum. Cum enim Ecclesia habeat & spiritualia, & temporalia, *can. si quis* 1. *q.* 3. ideò debent in forma Vicariatus ambo exprimi. *c.* 2. *de offic. vic. l.* 6. *c.* 3. *de consuet. eod. lib. c.* 1. *de offic. ord. ibid. Romana de appell. c. statutum, & c. fin. de haeret. l.* 6. In spiritualibus consistit potestas excomunicandi, suspendendi, interdicendi, conferendi, instituendi, confirmandi, eligendi, & puniendi; collatio enim Sacramentorum ad spiritualem potestatem pertinet; Sic etiam potestas fori poenitentialis, votorum dispensatio, & commutatio similiter. *c. quaerens. verb. signi, c.* 3. *& cap. cum in Ecclesia, c. veniens, c. ad aures de Simonia, c. ad probandum. de re. iudic.* alia habentur *in c. Messana, & c. Sacrosancta de elect. c. consequutus, de relig. domib. c. si iudex laicus, de sent. excom. in sexto, & clem. dispendiosam, de iudic.* vbi gloss. Rebuff *vbi sup. n.* 18. Administratio autem in temporalibus consistit in iudicio, & extrà iudicium; In iudicio, quando Episcopus habet iurisdictionem temporalem pleno iure quò ad merum, & mixtum imperium, *c. conquestus de for compet. c vlt. in. clem. monac. in sexto*. Extrà iudicium consistit administratio in omni Specie alienationis, census constitutionis, redditus, & pensionis collectionis, &c. *c. si quis presbyterorum, de reb. Eccles. non alien. c. vestra de locat. c.* 1. *ne praelat. vic. suas, Clem.* 1. *de reb. Eccles. non alien. l. lex, quae tutores, C. de administ. tutor.* Rebuff. *ib. n.* 20. *&* 21. Sbroz. *item. q.* 26. *n.* 2.

2 Constitutus autem Vicarius ab Episcopo simpliciter, non expresso in spiritualibus, tunc censetur constitutus Generalis in spiritualibus tantum. Diaz. *in pract. crim. can. c.* 3. *nu.* 3. Sbroz. *q.* 27. *n.* 1.

3 Sed quaeritur, num in generali Vicarij constitutione, concessa intelligantur tantum expressa, vel extendantur ad alia non expressa, vigore clausulae: *Dantes, & concedentes ei plenariam & liberam potestatem*? Respondentur venire tantum ea, quae in generali mandato continetur. *arg. tex. in l. procurator cuius ff. de procurat.* Barbos. *vbi sup. n.* 59. Rebuff. *ib. num.* 30. Non tamen potest facere ea, quae mandatum exigunt speciale, vigore dictae clausulae generalis. *c. qui generaliter. de procur. in sexto*, Gloss. *vlt. in c.* 2. *de offic. vic. l.* 6. Imò non potest omnia facere non expressa, etiam si Episcopus diceret; *Constituo te Vicarium meum vniuersalem cum facultate, & potestate, vt omnia loco mei efficere possis, quae Ego possum, etiam si talia sint, quae speciale requirant mandatum*; Nam etiam tunc talis Vicarius, sic generaliter constitutus, non habebit facultatem efficiendi quidquid speciale mandatum requirit. *c. ex frequentibus de consuet.* Sylua *tract. de benef.* 2. *p. q* 14. *&* 4. *p. qu.* 14. *&* 4. *p. q.* 7 *in princ.* Boer. *decis.* 30 *n.* 4. Zerol *in prax. Episc. p.* 1. *verb. vicarius, §.* 14. licet contrarium asserat Rebuff. *vbi sup. n.* 126 *&* 137. & vid. DD. allegatos à Barbos. *d. alleg.* 54. *n.* 59. Molina. *de iust. tract.* 5. *disp.* 10. *n.* 9. Gloss *in praes. c.* 2. *de offic vic. l.* 6.

4 Potest autem Vicarius generalis sinè hac speciali facultate instituere praesentatos ad Iuspatronatus. *d. c. ex frequentibus. de instit.* Sylua *loco sup. cit.* Boer. *d. decis.* 30. *n.* 4. tamen Rebuff. *vbi proximè* 137. & Barbos. *d. alleg. n.* 70. contrarium asserunt.

5 Potest Vicarius dispensare in omnibus irregularitatibus ex occulto delicto prouenientibus, excepta ea, quae oritur ex delicto voluntario, nec non exceptis alijs deductis ad forum contentiosum. Potest similiter absoluere ab omnibus casibus occulti Sedi Apostolicae reseruatis Concil. Trident. *sess.* 24. *c.* 6. *de reform.* & Franc. Leo. *in Thes. for. Eccles. p.* 1. *c.* 10. *n.* 8 *vers. nono falsi.* Zerola, *ibid. §.* 16. De quo infr. *hac ead. p.* 1. *Sect.* 2. *sub sect.* 1. *n.* 41.

6 Potest dispensare cum occidente aliquem casu, & homicidium est occultum, quia concilium loquitur solùm de homicidio voluntario, non de casuali Armilla, *verb. irregularitas, n.* 13. Nauar. *c.* 220. *not.* 3. *in fin.* Zerola *vbi supr. §. tertium dubium*.

7 Potest dispensare cum ordinato antè legitimam aetatem scienter exercente ordinem, ex quò fit irregularis, quia irregularitatis haec est cum delicto. Zerola. *ib. § quartum dubium*.

8 Potest excomunicationes omnes facere, quas potest Episcopus, quia idem faciunt Consistorium. *Clem.* 2. *de sel. sepult. & ib.* Gloss. *c. de consuet. l.* 6.

9 Item potest concedere monitiones, seù excomunicationes ad finem reuelationis pro rebus deperditis, seù subtractis fieri solitas, licet Concil. Trident. *sess.* 25. *c.* 3. *de reform. in princ.* videatur id concedere solùm Episcopo, cum dicat: *à nemine prorsus, praeterquàm ab Episcopo decernantur*. Ratio est, quia Vicarius, quò ad iurisdictionalia, potest omnia facere, quae ipse Episcopus potest. Barbos. *de pot. Episc. p.* 3. *alleg.* 96. *n.* 7. Franc. Leo. *in Thes for. Eccles. p.* 1. *c.* 10. *n.* 6. *vers. Foranei, & p.* 3. *c.* 7. *nu.* 17. Aloys. Ricc. *prax for Eccles. decis.* 270 *in prim. edit. & resol.* 235. *n.* 4. *in edit.* 2. Garzia *de benef p.* 5. *c.* 8. *num.* 98 vbi ait sic declaratum per Sacram Congregat. his verbis; *Vicarius Episcopi potest concedere litteras monitoriales, &c.* vbi ait dictam Sacram Congregationem, *super Conc. Trident. d. c.* 1. *pluries*, ità declarasse. Et de hac materia *vide infrà part.* 5 *prax.* 8. *à n.* 10. *com.* 2.

10 Potest facere omnia ea, quae Episcopus potest, quò ad iurisdictionalia, si Episcopus hoc sibi specialiter concessit, quò ad ea, quae speciali concessione concedi debent, vel generaliter ea, quae generali clausula conceduntur. *tex. & gloss. in c.* 2. *de offic. vicar. in* 6. Zerola. *verb. vicarius. p.* 1. *§.* 10.

11 Potest Vicarius Generalis Episcopi sibi substituere alium Vicarium ad modicum tempus. Gloss. *Clem. ut professores. verb. locum, de regul.* & Gloss. *in capit.* 1. *de offic. vic. in* 6. Marant. *p.* 4. *de ord. iud. dist.* 5. *n* 22. Vel quando causa esset necessaria, quia fortè est infirmus, vel esset absentandus pro modico tempore. Barb. *de pot. Episc. p.* 3. *alleg.* 54. *num.* 100. *& infra hac ead. p.* 1. *sect.* 2. *subsect.* 1. *numer.* 45. *vers. sed tamen*.

12 Potest Vicarius Episcopi cognoscere de causis mensae Episcopalis, & iudicare, prout iustum fuerit. Sac. Congreg. *Episc in vna Lesinen.* 3. *Octobris* 1586.

13 Potest item exequi commissiones, & litteras Apostolicas, quae prius directae fuerant Vicario Capitulari, non adhuc executae. Ead. Sac. Cong. *in vna Parmen.* 6. *Augusti* 1614.

14 Potest similiter Vicarius Generalis esse Iudex in causa Episcopi, nec quando datur suspectus, eliguntur arbitri, sed tamen de stylo Signaturae datur adiunctus Addit. *ad decis. Rot. dec. de offic. vic. in nouis.* Zerol. *paragr. vltim. vbi sup.*

15 Delegatus Papae esse potest, & executor Gratiarum Apostolicarum, quia est in Dignitate constitutus. *Clem.* 1. *& si prin.*

si principalis, ubi Gloss. *de rescript.* Rebuff *ubi sup. numer.* 27.

16 Potest exercere iurisdictionem ciuilem, & criminalem, & exercere vices Episcopi, in omnibus in quibus de iure non requiritur speciale mandatum Hieron. Vener. *in exam. Episc. l. 4. c. 13. n. 8.*

17 Potest audire confessiones fidelium ex vi mandati generalis. Ricc. *in prax. aurea resol.* 284. Barb. *de Episc. p. 3. d. alleg. 54. n. 95.* Monet. *de commut. ult. volunt. c. 7. n. 42.* & Subdelegare alium ad absoluendos casus reseruatos, si ipse habuit ab Episcopo specialem facultatem ad hoc faciendum, quia est actus iurisdictionis. Nauar. *cons. 22. de poenit.* Iason. *in l. à iudice, C. de iudic.* Vener. *ubi sup. n.* 21. vid. Sanch. *de matrim. l. 3 disp 29. nu 14. & seqq. &* Ventriglia *practicar. annot. vol. 2. annot. 14. §. 2. n. 28.*

18 Agere potest, quæ committuntur a Romano Pontifice, Episcopo, nomine officij, Zabarell. *in Clem. 2. q. 9. n. 8. de rescr.* Dec. *in c. & quoniam eod. tit.* Vener. *loc. cit. n.* 53.

19 Præcedit, etiam si sit Canonicus, omnes alios Capitulares in Choro, Capitulo, & in actis publicis, si assistat, vel Vicarius, etiam si sit Canonicus, & habeat insignia Canonicorum Gloss. *in c. à collatione. verb. prelatis, de appell. in 6.* Gemin. *ib. n. 6.* Nauarr. *fact. in cons. 1. c. 2. de maior & obed.* Sac. Congerg. *in vna Montis Regalis 20. Augusti, 1586. & Lesinen. 3. Octobris eod. ann. & in vna Vicentina 16. Martij 1604.* Quod habet locum, etiam Episcopo presente. Menoc. *cons.* 257. *n.* 94. Sbroz. *l. 2. q. 25. n. 12.* Ventriglia *d. volum. 2. annot. 14. §. 2. n. 1.* Ampliatur etiam si Archidiaconus haberet primam Sedem, post Episcopum; & non solum præcedere debet Archidiaconum, verùm etiam Abbates, Archipresbyteros, & alios Prelatos Episcopo inferiores Sbro. *ib. num. 11.* Barb. *de Epis. p. 3. pract. alleg. 64. nu. 14.* Præcedit etiam Gubernatori Ciuitatis, si est laicus, in functionibus Ecclesiasticis. Aloys. Ricc. *in prax. for. eccles. decis. 580. in prim. edit. & resol. 555. in secund. edit.* Sac. Congreg. Episc. *in vna Ciuitatis Castelli 2. Aprilis 1591.* Barb. *loc. cit.* limitator quando ad esset aliquis Canonicus, qui esset Episcopus, nam præcederet omnibus Canonicis, & Dignitatibus. Nicol. *in flosc. verb. Vicarius generalis, n. 44. limit. 1.*

20 Potest recusari, vt suspectus, ex suspicione Episcopi, quàmuis contrà vicarium nulla adsit suspicio. *c. insinuante, vbi* Abb. *n. 2. de offic. deleg.* Gloss. *in c. si contra vnum, eod. tit. lib. 5.* Marant. *de ord. iudic. p. 6 act. 2. nu. 28.* Rebuff. *in prax. benef. tit. form. vicar. n. 190.* Barb. *ubi prox n. 149.* Limitatur tamen, vt non possit recusari, vt suspectus Vicarius, quando est Delegatus à Papa, propter suspicionem Episc. Farinac *in Fragm. p. 2. n. 759* Sbroz. *l. 3. q. 14. à nu. 8.* Barb. *ib. n. 150.* Contrarium tamen ait Piasec. *in prax. par. 2. c. 4. art. 1. n. 15. vers. Episc. etiam*, scil. quod etiam si causa sit delegata à Sede Apostolica, possit Vicarius recusari.

Quando verò est suspicio contra Vicarium, non potest Episcopus recusari. *c. si contra vnum, de offic. deleg. in 6. in fin.* Rebuff. *ubi prox. n.* 191. Sbroz. *l. 3. q. 15.* Barb. *cit. n. 149. vers. limita tamen.*

21 Salarium potest petere Vicarius ab Episcopo, quia tenetur illi congruum Salarium subministrare. *c. si Episcopus, vbi* Gloss. *in verb. illi, & verb. ipso, & ibi* DD. *de offic. uic. in 6. & in c. inter cetera, cum* Gloss. *verb. necessaria; de off. ord.* Sb. *l. 3. q. 44. n. 3.* ac omnia necessaria ei præbere, nam nemo tenetur suis stipendijs militare. *tam nunc 28. quæst. 1. c. cum ex officijs de præscript.* Specul. *tit. de Salario in princ.* Carauit. *supr. Rit. Magn. Cur. 9. per tot.* Sbroz. *l. 1. qu. 55. per tot.* Piasec. *in prax. episc. p. 2. c. 4. art. 1. n. 20. in fin.* Quod debetur illi, etiam si à principio non sit taxatum, vel conuentum inter ipsos; Seraphin. *decis. Rot. Rom. 74. per Marchesan. p. 1. fol. 1192.* Barb. *ubi sup. n. 178* Imò potest illud petere mortuo Episcopo a Capitulo de bonis Ecclesiæ vacantis, pro toto tempore, quo vixit. Sbroz *d. q. 55. nu. 3.* Non potest tamen petere Salarium non conuentum ab Episcopo successore pro seruitio præstito suo prædecessori, Puteus *decis. 41. l. 2.* Flamin. Paris. *de resig. l. 1. q. 16. n 53.* Barb. *ib. n. 179.*

Quod Salarium non potest esse minus quinquagenis aureis pro quolibet anno. Sic declarauit Sac. Congreg. Episc. *in vna Vintimilien. 8. Martij 1606.* Vel centenis monetæ. Ead. Sac. Congreg. *in vna Caietana. 5. Februarij 1616.* Non potest tamen loco Salarij, seu prouisionis, Episcopus assignare Vicario emolumenta Cancellariæ, vt euitentur fraudes. Ead Sac. Congregation. *in vna Senogallien. 16. Octobris 1604.*

22 Tandem Vicarius Episcopi, qui habet generalem legitimam facultatem, potest omnia regulariter, quæ Episcopus, exercere; ideò sicut Episcopus, cuius vices gerit, est honorandus. *can. præcipimus. 33. dist.* Roman. *Singul. 362.* Rebuff. *in prax. benef. de Vic. Episc. numer. 7.* Quàmuis autem tribuatur illi ordinaria iurisdictio per generale mandatum, intelligi hoc debet, quòad vniuersitatem causarum; potestas tamen inquirendi, corrigendi, excessus puniendi; & à beneficijs, officijs, vel administrationibus amouendi, non comprehenditur, nisi hæc specialiter sibi committantur. *cap. licet de offic. Vic. lib. 6.* Franc. Leo *in Thes. for. eccl. p. 1. cap. 10. n. 11. vers. quamuis, & dicam infr. ead. sect. 2. subsect. seq. n. 1.*

23 Ex dictis. Primo quæritur hic An Vicarius Episcopi possit petere a Iudice laico auxilium brachij secularis in causis, in quibus potest Episcopus?

Respondetur affirmatiuè *per tex. in can. Princeps, can. administratores 23. q. 5.* Menoch. *de arbitr. iud. l. 2. centur. 5. casu 452. n. 2.* Bald. *cons. 92. vol. 5.* Sbroz. *l. 2. q. 190. nu. 3.* Quod si Iudex laicus negligat dare potest compelli per censuras ecclesiasticas, *cap. administratores. 23. q. 5. cap. 2. §. per tempora, vbi* Glos. *in verb. contra eum de maledic. c. 1.* & ibi Gloss. *verb. publicum*, & DD. *de offi. ordin.* Menoch. *d. casu 452. n. 4.* Genuens. *in prax. Archiep. Neap. c. 44. n. 1.* Barb. *de Episc. p. 3. alleg. 107. n. 15.* Sbroz *ib. n. 5.* & ego *ipse infrà par. 4. sect. 7. n. 33.* vbi alias pœnas pono. Ratio est, quia Vicarius ratione iurisdictionis inuocare potest brachium sicut Episcopus *d. c. 2. ubi* Canonistæ, *de offic. ordin. c. dilecto de sent. excommun. in 6.* Concil. Trid. *sess. 24. c. 8. & sess 25. de regul. c. 5. & sess 25. de reform. c. 3.* Bonn. *in Bull. Cam. disp. ... q. 20. punct. 3. §. 2. n. 1.* Gratian. *discept. forens. c. 66. n. 8. cum seq.* Genuens. *cit. c. 44* Menoch. *ib.* Molin. *de brach. secul. c. 14.* Ridolphin. *eod. tract. n. 46.* Barb. *ib. n. 23.* Couar. *l. pract. q. c. 10.* Foler. *super Constit. Regn. tit. de nou. Federici Codic. compilat. c. post Mundi machinam*, vbi docet modum, & tradit practicam inuocandi brachium, *n. 90. 91. 93. & 101.* & idem Foller. *in pract. crim. canon. 2. par. indic. cit. non comp. contum. rep. fol. mihi 160. numer. 68.* & ego ipse *infr. in Pract. simul. p. 4. sect. 7. in fin.*

Neque potest Iudex sæcularis negare, sub prætextu, quod voluerit prius instrui, ex actis ab Ecclesiastico Iudice factis. Segura Dauolos, *in Directorio Iudic. Eccles. p. 2. c. 3. n. 33.* Bonac. *ubi sup. §. 4. n. 1.* Monet. *de conseruat. c. 8. n. 7. & 8.* Barb. *ib. n. 26. & 29.* An autem debeat Ordinarius antè implorationem brachij præmittere censuras? *vid.* Dian. *p. 1. tr. 2. res. 121.* vid. etiam dicta per me *infr. d. p. 4. sect. 7. n. 32.* Excommunicatio autem prædicta contrà Iudices negantes auxilium, est ferendæ sententiæ, non latæ, quia cadit sub. *can. administratores 23. qu. 5.* de qua Tolet. *l. 2. c. 37. n. 1.* Quod autem sit excommunicatio latæ sententiæ ipso facto, tenent Anton. Thesaur. *in prax. Eccles. de pœn. eccl. p. 2. verb. Iudices laici c. 1. vers. declara tertio*, & Hieronym. Venat. *in exam. episc. l. 4. c. 13. n. 34.*

Casus autem quandò Iudex Ecclesiasticus implorare potest auxilium brachij sæcularis, sunt. Primo quando non potest exequi suam sententiam per se in causa mortis Secundo quando non habet sufficientes vires ad capiendum aliquem. Tertio quando timetur de aliqua resistentia. Quarto quando ità est impeditus, vt non possit vti sua iurisdictione. Quinto quando mandatum Iudicis Ecclesiastici expirat. Vltimo in omnibus casibus sibi necessarijs, cum Tridentinum dictis in locis, dicat; *ubi opus fuerit, si necesse est, &c.* vt notat Abbat. Felin. & Alciat. *in d. c. 1. de offic. ordin.* Sbroz. *ib. n. 7. et in alijs not. à* Barb. *de iur. eccl. l. 1. c. 39. n. 69. et 70.* quia vna iurisdictio debet alteram adiuuare, Trident. *sess. 24. c. 8. can. quoniam 10. d. can. nec licuit. 17. dist. can. cum ad verum 96. dist. c. quoniam in plerisque in fin. de offic. ordin.*

Vnde etiam Ecclesiasticus tenetur Iudici laico petenti eius brachium impertire, & si negabit, poterit à Metropolitano, compelli; Couar *d. cap. 10. sub n. 10.* Barb. *ib. n. 71.* & Nos *infr. sect. 3. subsect. 2. n. 27.* De reliquis, quò ad brachium, vide *infrà p. 4. in pract. crim. sect. 7. n. 31. cum seqq. et in p. 5. prax. 10. n. 15. cum seqq.*

24 Quæritur secundo. An Vicarius Episcopi possit carcerare laicos in delictis mixti fori, an tantummodò per censuras, contrà eos procedere.

Respondetur, posse Episcopi Vicarium in huiusmodi delictis procedere contrà laicos, etiam per viam capturæ, Felin. in

cap.

g. tum fit generale, *n.* 20. *de for. compet.* latè Aufer. *in Cle.* 1. *q.* 5. *de haret. & in tract. de pot. Eccles. super laicos in princ.* Couar. *pract. q. c.* 10. *n.* 4. Sbroz. *l.* 2. *q.* 152. *n.* 1. licet contrarium asserant Clarus. *in §. fin. pract. crim. q.* 37. *vers. vnum tamen*, Carol. de Grass. *de effect. cler. effect.* 1. *n.* 602. Sed à prima opinione non est recedendum, maximè vbi consuetudo est, carcerandi laicos per Episcopos. Bald. *in cap. significasti de offic. deleg.* & testatur etiam Clar. *vbi supra. d. qu.* 37. & sic declaratse Sacram. Congregationem tempore Gregor. XIII. refert. Iacob. Berett. *in suis consil. declar.* 3. *per tot. vbi consil.* 4. habetur de familia armata Episcopi. Datus autem in illis præuentio iudici ecclesiastico, & sæculari, *lib. si quis postea* & *ibi* DD. *C. de iudic.* Bald. *in l. si pluribus in princ. ff. de legat.* 1. præferetur tamen præuentio realis verbal, ita si vnus citet, alter carceret, iste remanet Iudex. Leo *in Thes. for. eccles. p.* [illegible] *n.* 19. Barb. *de iur. eccles. l.* 1. *c.* 39. *§.* 5. *n.* 37.

Crimina autem mixti fori multa sunt, et quibus quædam enumerat Gloss. *fin. in c. cum sit generale de for. compet.* & in his datus præuentio iudicibus prædictis, ecclesiastico scilicet, & sæculari, videlicet, crimen sortilegij, Adulterij, Incensus, Concubinatus, Stupri, &c. huiusmodi, de quibus Nos latissimè *infrà par.* 5. *prax.* 10. *§.* 1. Cuccus. *Inst. iur. can. de Episc. tit.* 6. *numer.* 100. Clar. *in pract. crim. §. adulterium, §. fornicatio, & sic de reliquis, et in §. fin. q.* 18. *et* 37. latè Bellett. *Disp. cler. p.* 1 *de fauor. cler. sed.* §. 4. *per tot.*

Casus autem in quibus Episcopus procedere potest, contrà laicos, recenset Cucchus *ib. n.* 87. *cum. seqq.* Bertacch. *tract. de Episc. l.* 4. *p.* 2. *tit. de auctor. Episc. circà Spirit. à nu.* 5. *vsque ad* 18. & Senat. Pedmontan. *qu.* 103. & Nos *infrà dilecta part.* 5. *prax.* 10. *per tot.*

25 Quæritur tertio: An Vicarius Episcopi possit reos Subditos torquere, in casibus, in quibus tortura venit danda, absque metu irregularitatis? Ratio dubitandi est, quia per Card. *in cap.* 1. *ne cler. vel monac.* quem refert. Felin. *in cap. cum illorum numer.* 12. *de sentent. excommun.* dicitur, quod bonum est, si clericos torquens, petat dispensationem irregularitatis, nam per torturam, debilitantur membra, *vt notat* Abb. *in c. accusatus in fin. de accus.* Angel. *de malefic. in verb. membrum n* 8. Bald. *in l. non sunt liberi, in* 2. *lectura ff. de stat. hom.* Sed hoc non obstante, ad dubium.

Respondetur affirmatiuè, *per text. in cap. illi, qui. versicul. religiosus vertor.* 5. *q.* 5. Gloss. *in cap. presbyteri, e'l primo* 5. *q.* 6. Abb. *in cap. vniuersitatis nu.* 5. *de sentent. excommun. vbi etiam* Felin. *n.* 2. Diaz. *in pract. crim. canon. cap.* 117. *n.* 15. Imò non solùm potest ipse Vicarius torquere clericos per se, absque metu irregularitatis, verum etiam, potest mandare, vt torqueantur clerici per manus laicorum, quia hodiè difficilè est inuenire clericos, qui vtantur arte Ministri institiæ. & in torquendo requiritur peritia ligandi, & soluendi, & aptandi brachia. Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 82. *not.* 14. Diaz. *vbi sup.* Sbroz. *l.* 2 *q.* 153. *numer.* 5. Non obstante quod de iure Episcopus, vel eius Vicarius faciens clericum torquere per laicos, sit ipso iure excommunicatus, vt refert Felin. *in cap. vniuersitatis cit. num.* 1. Decius *in c. dilectis in princ. de appell.* Diaz. *vbi sup. num.* 7. quia aliud seruatur de consuetudine, *Abb. in d. c. vniuersitatis nu.* 6. *et in c. vt fama num.* 8. *de sent. excomm.* quem citat. Diaz. *ib. n.* 6. Foller. *in pract. crim. canon. fol.* 260. *n.* 11. Clar. *in pract. crim. §. fin. q.* 64. *vers. hic quaro.*

26 Sed quid, si Vicarius assistat torturę alicuius cum Iudice laicos, qui posteà condemnatus fuit ad mortem, an ex hoc efficiatur irregularis?

Respondetur negatiuè: cum Cœpoll. *consil. crim.* 78. *per tot.* vide etiam Baiard. *in Apostil. ad Clar. in §. fin. prædict. qu.* 40. *infin.*

27 Quæritur quarto. An Vicarius, vel Episcopus carcerans clericum iniustè incurrat in excommunicationem?

Respondetur affirmatiuè, *per Gloss. in ca. si clericos, de sente excomm. in* 6. *notab.* 3. *et in Clem. frequens, ver. capiunt, de excess. Prælat.* vbi Abb. *num.* 4. Imò incideret in excommunicationem Canonis *si quis suadente* 17. *q.* 4. *et in illam d. c. si clericos*, & ibi notat Ioan. Andr. *in ver. commisses.* Abb. *in cap. cum non ab homine in fin. de iudic.* Corn. *cons.* 325. *lit. C. l.* 4. Genuens. *in prax. Archiep. Neap. c.* 34. Piasec. *in prax. Episc. p.* 3. *cap.* 4. *art.* 14. *nu.* 2. *in vltim. impress.* Clar. *in pract. crimin. l.* 5. *§. qu.* 28. *vers. quare numquid.* Ideo caueat Vicarius carcerando Clericos ex quauis leui causa, propter dictum periculum incidendi in excommunicationem. Et quia carcer infamat, debet maturè ad carcerationem deuenire, & non, nisi præuia informatione, nam vltra infamiam, generat etiam præiudicium irreparabile, vt not. Felin. *in cap. cum super num.* 17. *de re iudic.* Iason. *in l. si se non obtulit, §. condemnatum, ff. ced. tit.* & Archid. *in cap. sanctis* 85 *dist.* ait, ex sola accusatione infamari.

Potest autem Clericos carcerare, absque scrupulo, si sit iusta causa, non solùm in pœnam, sed etiam causa custodiæ, si sit de fuga suspectus, *cap. dilectis, de appell. d. cap. si clericos de sent. exc. in* 6.

Et etiam laicos carcerare potest in criminibus ecclesiasticis. *Clem.* 1. *de haret.* Aufrer. *de pot. Eccles. in laicos sub princ & diximus sup. in delictis mixti fori, num.* 24. Marr. *de iurisd. p.* 4. *cap.* 29. *per tot.* Imò potest vti opera laicorum in carcerando, & tunc, neque ipsi laici incurrent excommunicationem in capiendo clericum, etiam si percutiant, si se defendat. Hostiens. *in sum. de sent. excom. num.* 4. Angel. *verb. excommunicatio,* 5. *num.* 6. Suarez *de censur. disp.* 22. *sect.* 2. *à num.* 40. Piasec *ibid num.* 4.

SVBSECTIO SECVNDA.

De his, quæ Vicarij Generales facere nequeunt, si non habeant ordinem Episcopalem, & quæ neque possunt, sine speciali mandato.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius, & Episcopus vnum, & idem Tribunal faciunt.*
Horandi sunt Vicarij, & Episcopi.
Ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, facere nequeunt Vicarij.
Consecrare nequeunt Ecclesias, & Altaria.
Benedicere calices, neque possunt Vicarij.
2 *Chrisma, & Oleum sanctum, neque.*
3 *Interuenire in consecrationem Episcoporum nequeunt.*
4 *Chrisma pueris conferre, nequeunt Vicarij.*
5 *Neque Ordines.*
6 *Neque degradare.*
7 *Neque Indulgentias concedere possunt, & latiùs n.* 34 *infr.*
8 *Capitula corrigere, visitare, & emendare non possunt.*
9 *Neque reconciliare Ecclesias consecratas.*
Neque Oratoria, & Cæmiteria in ipsis.
Ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, Vicarij non episcopi facere nequeunt.
Ordines Episcopalis, quæ?
Dignitatis Episcopalis, quæ?
Iurisdictionis Episcopalis, quæ?
10 *Duos Capellanos in Missa habere non possunt.*
Neque quatuor candelas accensas.
11 *Neque paramenta de Altari sumere possunt.*
12 *Anuli vsus, etiam prohibetur in Missa Vicarij, licet sint Prothonotarij Apostolici.*
Candela benedicta, Palmæ, & Thuribulari debent Vicarijs antè Canonicos tunc assistentes.
Functiones facere nequeunt, absente Episcopo.
Neque prohibere, vt officium, non incipiatur, antè quàm ipsi veniant.
Neque benedictionem Diacono, vel Prædicatori dare possunt.
13 *Beneficia conferre non possunt, sinè speciali mandato.*
14 *Neque resignationes admittere.*
15 *Neque vnire beneficia, vel vniones reuocare.*
16 *Neque Supprimere beneficia.*
17 *Neque Iuspatronatus erigere.*
18 *Neque præsentandum instituere in Iurepatronatus.*
19 *Neque Iuspatronatus reseruare.*
20 *Neque Iurispatronatus donationi assensum præstare.*
21 *Neque ad Iuspatronatus Episcopi præsentare.*
22 *Neque Parochias erigere, aut beneficia, vel dignitates creare.*
23 *Neque pensiones imponere.*
24 *Neque Oeconomum Ecclesiæ constituere.*
25 *Neque deponere ab ordine, vel beneficio, & officio.*
26 *Neque exilio Clericum condemnare, vel ab illo reuocare, Fustigare, an possint, & verberare,*

17 *Neque*

27 Neque Ecclesias dirutas in matrices erigere.
28 Neque Ecclesia statum mutare valent.
29 Neque alienare res Ecclesia in casibus permissis.
30 Neque hæresis crimen cognoscere.
31 Neque pœnitentias publicas imponere.
32 Neque explorare voluntatem Virginis monachanda.
33 Neque monasterij ædificationi consentire.
34 Neque indulgentias concedere.
35 Neque confessionum licentiam alijs concedere possunt Vicarij, sinè speciali mandato.
36 Neque studendi licentiam Monachi subditis concedere.
37 Neque matrimoniales causas tractare.
38 Neque in monitionibus matrimonij dispensare.
39 Neque interdicta relaxare.
40 Neque monitoria excommunicationis decernere.
41 Neque absoluere ab irregularitatibus.
42 Neque ab excommunicatione Canonis si quis suadente.
43 Neque à casibus Episcopo reseruatis.
44 Neque dimissorias ad ordines concedere.
45 Neque substituere Vicarium.
46 Neque visitare Diœcesi.
47 Neque Synodum congregare.
48 Neque charitatiuum subsidium imponere.
49 Neque cathedraticam exigere.
50 Neque Procurationem.
51 Neque quartam funeralem.
52 Neque dispensare in casibus Episcopo permissis.
Casus permissi Episcopo dispensandi, qui.
53 Neque dispensationes Episcopis commissas cognoscere.
54 Neque Pias voluntates exequi.
55 Neque alienationibus rerum Ecclesia decretum imponere.
56 Neque causas restitutionis in integrum cognoscere.
57 Neque purgationi Canonica iuramentum dare.
58 Neque cognoscere, qua meri imperij sunt.
59 Neque causas prima instantia Metropolitano concedere.
60 Neque causas Episcopi delegatas cognoscere.
61 Neque repræsallias concedere.
62 Neque causas feudales tractare.
63 Neque exemplaribus auctoritatem præstare.
64 Neque causas criminales expedire.
65 Neque reum condemnatum absoluere.
66 Neque Clericorum bona confiscare.
67 Neque pœnas corporales in pecuniarias commutare.
68 Neque causas beneficiales cognoscere.
69 Neque causas futuras tractare.
70 Neque exercendi iurisdictionem Episcopis expulsis facultatem dare.
71 Clausula generalis in mandato, quid importet.
72 Expressio omnium casuum, non est necessaria in commissione Vicariatus.

1 QVoniam Vicarij Generales, vt supra demostrauimus, vnum, & idem Tribunal, ac consistorium cum Episcopo constituunt, *capit. Romana, versic. eorum vices, & vers. vnum sit consistorium, de appell. in 6.* Sbroz. *de offic. vic lib. 1. q. 23. numer. 7.* Glos. *antepen. in Clem. 2. de rescript.* & Rot. *decis. 9. de offic. vic. in antiq.* Leo. *in Thes. for. eccl. p. 1. c. 10. nu. 10.* Ideò regulariter possunt omnia exercere, si sint legitima facultate constituti, quæ ipsimet Episcopi constituentes facere possunt, his tamen exceptis, quæ prohibita inueniuntur, *cap. 2. & 3. de offic. vic. in 6.* cum eorum vices gerant, & propterea sicut Episcopi sunt honorandi, *cap. præcipimus 33. dist.* Rebuff. *de vic episc. numer. 7.* Roman. *singul. 362.* Nam ad hoc officium exercendum etiam Episcopi, & Cardinales fuerunt assumpti, vti Vicarij Episcoporum. Rebuff. *in prax. benef. tit. form. vic. num. 35. 38. & 68.* Mandol. *reg. Cancell. 24. de malè promot. qu. 6. numer. 16.* Sbroz. *lib. 1. qu. 44. iuxta tradita in d. c. præcipimus, 33. dist.* Roman. *prac. singul. 362.* Rebuff *vbi sup. de vic. episc. n. 7.* Sunt enim Vicarii ad exemplum, 72. Discipulorum Christi, vt in Concilio, *Neocæsariensi habetur cap. 13.* & prius dicebantur Corepiscopi. *ib.* De quibus fit mentio in *c. quamuis dist. 68. cum seq.*

Regulariter Vicarij possunt exercere absque speciali mandato, omnia ea, quæ sunt iurisdictionis, *cap. fin. vbi DD. de offic. vic. in 6.* Felin. *in cap. cam te numer. 17. in princ. de rescript.* Rebuff. *vbi sup. tit. de deuolution. num. 63.* Sbroz. *l. 2. q. 35. nu. 2.* quæ autem spectant ad dignitatem Episcopi, exercere non possunt, sinè speciali mandato, Sbroz. *l. 1. q. 65. num. 1.* Attamen regula hæc generalis, in multis casibus restricta fuit à Summis Pontificus in iure Canonico, & Ciuili nouissimo, ità vt quædam, absque speciali mandato Episcoporum, Vicarij Generales facere non possint, *cap. pen. et vlt. vbi* Gloss. & DD. *de offic. vic. in 6.* quale verò sit mandatum speciale, not. Sbroz. *d. l. 1. 65. n. 2.* maxime quæ sunt de maioribus; de quibus infr. Idem Sbroz. *l. 2. q. 6. nu. 1.* & ea quæ specialis iure competunt Episcopo, non veniunt sub generali mandato Vicarij. Idem *in d. l. 3. q. 29. nu. 4.* Quædam verò similiter facere nequeunt per seipsos, quæ sunt ordinis Episcopalis, etiamsi Episcopi speciale mandatum concederent.

Et Primò non possunt Vicarij Generales episcoporum consecrare Ecclesias & Altaria, & benedicere calicea quia hęc spectāt ad episcopos, ratione ordinis episcopalis. *can. quamuis, 68 d. et c. vnic. §. fin. de sacr. vnct.* Sbroz. *d. l. 2. q. 5. de offic. vic. nu. 3. et 10. et q. 6. seq. et 2. per tot.* Rebuff. *de vic. nu. 33. et 168.* Franc. Leo. *in Thes. for. eccles. par. 1. c. 10. nu. 12.* Benè tamen possunt hęc facere, si habeant priuilegium Apostolicum, præcit. Franc. Leo. *in Thes. for. eccles. in d. par. 1. c. 10. n. 12. vers. fallit tertio* Rebuff. *vbi sup. tit. form. Vicar. n. 170.* alia verò, quæ episcopis competunt ex priuilegio, sine mandato speciali, non possunt Vicarij exercere. Sbroz. *l. 2. q. 29. n. 5.*

2 Non possunt conficere Chrisma, & Oleum sanctum infirmorum, & cathecumenorum, quæ episcopis tantum facere, concessum fuit in die Cœnæ Domini. *dicto cap. vnic. vers. manus. episcopi de sac. vnct.* Rebuff. *in prax. benef. p. 1. tit. form. vic. Archiep. nu. 40.* hæc enim facere, episcopis concessum fuit de iure speciali ratione ordinis.

3 Non possunt interuenire in consecratione episcoporū, in qua requiruntur tres Episcopi, cum Metroplitano, extrà Romanam Curiam, ideò in hoc non possunt episcopi vicem gerere. *cap. episcopi, et ibi* Gloss. *1. et c. cum prouinciales 64. dist. cant. fin. 66. dist. cant. episcopi, 80. dist. et c. vnic. in princ. de sac. vnction.*

4 Non possunt Vicarij Episcoporum Sacramentum Chrismatis pueris non confirmatis conferre, quia hoc Sacramentum antiquitus ab Apostolis tantumodò agebatur, & potestas illos episcopi tantum permissum fuit, *c. de his, et c. manus quoque, de consecrat. dist. 5. et d. capit. vnic. §. per frontis de sac. vnction.*

5 Neque possunt ordines conferre, cum sit facultas solum Episcopis concessa, ratione ordinis, *cant. quamuis, præcit. 68. d.* Glos. *1. in cap. quia periculosum, de sent. excomm. in sexto.*

6 Actualiter, & solemniter degradare non possunt ordinatus, quia facultas hæc, solum Episcopi, reseruata reperitur, *c. 1. de heret. c. si quis, cum. seq. 15. q. 7. c. degradatio, de pæn. l. 6.* Conc. Trident. *c. 4. de refor. sess. 13.*

7 Non possunt indulgentias concedere, quas possunt Episcopi; Neque hoc permittitur Aliis Prelatis, Episcopis inferioribus. *cap. accedentibus de excess. prælator.* Nauar. *de Iub. et Indulg. notab. 7. nu. 2. tom. 3.* licet contrarium dicatur per DD. de quibus. *infr. nu. 34.* nisi ex priuilegio Apostolico illis concedatur, quia sunt gratiæ, *vid. in cap. cum ex eo; et capit. nostro. de pœnit. et remiss.* vbi DD. communiter, Rebuff. *vbi supra num. 172.*

8 Corrigere, visitare, & emendare Capitula Cathedralium Ecclesiarum, non licet Vicariis Episcoporum, sed tantum ipsis Episcopis, consuetudinibus, & concordiis quibuscumque non obstantibus, Concil. Trid. *c. 4. de reform. sess. 6.* & Sac. Congreg. Conc. *super. eod. c. 4. sub titul. Brixien. §. qui visitare, et §. Capitula Cathedralium.* Neque Episcopis absentibus, possunt Vicarii Generales ipsorum conuocare Capitulum; Neque de rebus Capituli agere. Neque a Canonicis ad Capitulum vocari, nisi sint Canonici. Concil. Trident. *sess. 25. de reform. c. 6.* Limitatur tamen, si in aliqua Ecclesia, maiorem Vicarii auctoritatem habent ex priuilegio, vel consuetudine, *ib.*

9 Reconciliare non possunt Vicariis Ecclesias consecratas, quæ pollutæ sunt, hoc enim solis Episcopis facere permittitur, *c. aqua per Episcoporum vbi* Abb. *n. 1. de consecrat. Eccles. vel altar.* Rebuff. *in prax. benef. de Vic. n. 168.* Idem dicitur de Capellis, Oratoriis, & cimiteriis pollutis in Ecclesiis consecratis, *cap. vnic. de consecr. eccle. vel alt. in 6.* Rebuff. *ibi. n. 158.*

158. ex priuilegio tamen Apostolico, aliquando Episcopi possunt simplici Sacerdoti facultatem hanc reconciliandi delegare, aqua tamen per ipsos exorcizata. Franc. Leo. *in thes. for. Eccl. p. 1. capit. 10. prac. numer. 11. vers. fal. lit. 8.* Barbos. *de pot. Episc. p. 3. alleg. 54. numer.* 83. Sbr. *l. 2. q. 5. n. 4.*

Et regulariter Vicarij Generales, facere nequeunt omnia ea, quæ ardua, maiora, & reseruata sunt, nam illa non veniunt in generali mandato. *cap. 2. vbi DD. post.* Gloss. *de offic. leg.* Geminian. *cons. 38. num. 10.* Abbat. *in cap. prudentiam. §. sexto. col. 2. de offic deleg* Paris. *consil. 10. num. 7. vol. 4. cum* Alijs per Roland. *cons. 75. n. 20. cum seqq. vol. 3.* Ideoque in his opus est speciali mandato: vt sunt omnia ea quæ sunt ordinis Episcopalis, si non sint Episcopi ipsi Vicarij, vt aliquando accidit. Neque Episcopi ea delegare possunt his, qui non sunt eodem ordine insigniti; Ea enim, quæ sunt certo ordini ex Diuina dispositione tributa, committi non possunt Alijs, qui illum ordinem non habeant. Gloss. *penult. in d. cap. aqua: & ibi* Abbat. *numer. 2. & 8. de consecr. Eccl. vel alt.* Ea verò, quæ sunt iurisdictionis, vt iudicare, excommunicare, absoluere, Beneficia conferre, & cætera huiusmodi, possunt Episcopi, Vicarijs aut Alijs Ecclesiasticis personis demandare. Gloss. *fin. in cap. transmissa. de elect.* Quæ autem sint Iurisdictionis Episcopalis, tradit. Sbr. *l. 1. qu. 4.* Non autem ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, cum illa acquirant per consecrationem. *cit.* Gloss. *in cap. transmissa.* Ioan. de Sylu. *trac. de benef. par. 1. q. 2. col. 11.* Leo. *in Thes. for. Eccles. par. 1. cap. 10. n. 12. fall. 8. in fin.* Sbr. *l. 1. q. 5.* Rebuff. *in prax. benef. de vic. episc. n. 170. & tit. de deuolutionib. n. 56.*

Possunt tamen Episcopi, Vicarijs non Episcopis, specialem auctoritatem dare, committendi alicui Episcopo ea, quæ sunt ordinis Episcopalia. Sbr. *d. l. 2. quæst. 12. num. 1. & seqq.* Rebuff. *in cit. prax. benef. p. 1. nu. 171. tit. for. vic. Archiep.* Illa autem quæ ad ordinem Episcopalem tantum pertinent, sunt Ecclesias, Altaria, Calices, Oratoria, ac cœmeteria ædificare, benedicere, consecrare, cæteraque loca, vestes, campanas, mappas, & vasa diuino cultui deputata, & eadem polluta, reconciliare, Abbates, & Abbatissas, ac moniales benedicere, & si est Archiepiscopus suffraganeos, chrisma, oleum cathecumenorum, & infirmorum conficere die Iouis Sancta, pueros, & puellas baptizatas confirmare, Clericos ordinare, pontificalia exercere, & cætera huiusmodi, quæ Episcopo competunt, ratione ordinis. *cap. quamuis. 68. distinc. cast. per lectis. 25. d. cap. quod sicut. §. præterea & ibi* Gloss. *verb. sine pallio, & in cap. transmissam. verb. de dotalibus, & vtroque* Abb. *de elect. cap. aqua, & ibi* Gloss. *verb. iurisdictionis vbi etiam* Abb *num. 2. de consecr. Eccl. vel Altar. ca. inter corporalia de trans. episc. c. vnic. §. frontis. de sacr. vnct. c. accedentibus. vbi* Abb. *n. 1. de excess. prælat.* Speculat. *de iurisd. omn. iud. nu. 28.* Burfar. *consil. 125. n. 36. vol. 1.* Sbr. *l. 2. q. 2.* Rebuf. *in pract. benef. tit. form. vic. Archiep. n. 32. vsque ad 41.* Barb. *de pot. Episc. p. 1. tit. 1. c. 1. n. 9. & 10. vbi fusiù.*

Alia verò multa sunt, quæ Episcopis competunt, ratione Dignitatis, vt habere vsum Mitræ & pontificalium, & quandoq; ex priuilegio vsum pallij, paternum honorem, & reuerentiam à Principibus Mundi, concedere indulgentias, & sacramenta Diœcesanis ad eum recurrentibus, audire confessiones, prædicare, publicas, & solemnes iniungere pœnitentias, dispensare in quibusdam, Diœcesanam Synodum celebrare, & ad Archiepiscopum conuocare Concilium prouinciale, iudicare Clericos, causas matrimoniales cognoscere, dimissorias siuè commendatitias ad ordines, & Sacramenta concedere, decimam oblationum in casibus à iure expressis, Synodaticum; vel Cathedraticum; quartam funeralium exigere, nec non procurationem, ratione visitationis, pro modo facultatem ecclesiæ subsidium charitatiuum ex causa, & eius census, & similia, quæ ad Dignitatem episcopalem pertinent, *capit. accedentibus, vbi* Abbat. *numer. 2. de excess. prel. capit. vt Apostolicæ cum ibi not. per DD. de priuil. in 6. cap. conquerente, vbi latè* Abb. *num. 2. de offic. ord. c. cum. olim. de censib. c. dilectus, de offic. ord. vbi* Abb. *& DD. & in c. et si clerici. §. fin. vbi* Dec. *nu. 50.* Lancellot. *Inst. iur. can. de elect. §. penul. & fin.* Menoch. *de arbitr. iud. l. 2. cas. 178.* Cuec. *Inst. iur. can. de Vic. Episc. n. 51. & seq. l. 2. & de Episc. à nu. 30. vsque ad 70. & per tot.* Sbr. *l. 2. q. 3.* Barb. *de Episc. vbi sup.* Ea enim, quæ sunt dignitatis episcopalis, possunt ab episcopis, Vicarijs com-mitti. *d. c. accedentibus in fin. vbi* Abb. *& Alij & Felin. in c. his quibus in princ. de offic. ord.* Archid. *in c. placuit, per illum tex. de pæni. d. 6.* Sbr. *l. 2. q. 17. n. 3.*

Illa tandem, quæ competunt episcopis, ratione iurisdictionis, sunt: habere subiectionem subditorum, recipere ab illis iuramentum, electos sibi subditos confirmare, nouas erigere Parochias, & ecclesias, etiam Collegiatas, ex priuilegio erectas, collapsas, reædificare, & restaurare, in matrices ecclesias ex causa transferre, eligere, præsentare, præsentatos instituere, destituere, beneficia vnire, conferre, eorum resignationes recipere, eadem resignata conferre, alienare, inuestire, causas omnes ad forum episcopalem spectantes, cognoscere, & iudicare, visitare, reformare, ordinare, facere edicta, Constitutiones, & præcepta exequi, & reuocare, carcerare, torquere, condemnare delinquentes, etiam ad perpetuos carceres, corrigere, mulctare, excommunicare: absoluere, suspendere, interdicere; deponere, degradare, degradatos Curiæ sæculari tradere, brachium sæculare inuocare, mitigare pœnas, indulgere iuramentum purgationis, delinquentibus etiam indulgere, & gratiam facere in casibus à iure permissis, pias exequi voluntates, & reliqua huiusmodi, quæ sunt iurisdictionis Episcopalis. De quibus, *tex. in capit. conquerente, vbi latè* Abb. *numer. 2. de offic. ord. capit. cum ab ecclesiarum, vbi* Gloss. *verb. ecclesiastica sententia eod. tit.* Gloss. *in cap. transmissa, & præcit. verb. de dotalib. & ibi* Abb. *de elect. & in distinc. cap. aqua, verb iurisdictionis de consecr. eccles. vel altar. & in cap. quod Sedem de offic. ord. vbi* Abb. *numer. 5.* DD. *in cap. at si clerici. §. fin. vbi* Dec. *numer. 20. de iudic.* Specul. *de iurisd. omn. iud. numer. 28.* Paris. *cons. 34. & cons. 22. vol. 4.* Bald. *consil 478 numer. 1. volum. 4. & in libr. si quis §. in omnibus, col. 1. C. de episc. & cler.* Sbroz. *vbi sup. lib. 2. quæst. 4.* Barb. *vbi proximè, et Alij per ipsos adducti.*

10 Non possunt Vicarij Generales, quando celebrant habere duos Capellanos, siuè Clericos, qui illis cum coctis inseruiant, etiam si sint Prothonotarij, siuè Vicarij Apostolici.

Neque in altari quatuor candelas accensas tenere, nisi hoc fieret in illo altari, propter solemnitatem diei festi, Sic declarauit Sac. Congreg. Rituum 7. *Augusti.* 1628. Gauant. *in Rubric. Missalis part. 1 tit. 20. vers. cum candelis, ver. an possit, et in Manual. episc. verb. missa ritus n. 11.*

Neque possunt facere circulum in missæ solemni, antè episcopum cum canonicis, ad Gloria, credo, Sanctus, &c. Sacr. Congr. Rituum *in Maceraten.* 28. *Septembr.* 1630. *teste* Barb. *in collect. decis. Apost. coll. 715. n* 18.

11 Neque licet Vicarii sumere paramenta de altari; quia hoc facere, solis episcopis celebrare volentibus, permittitur. Eadem Sac. Congreg. 7. *Iulij.* 1612. Gauant. *in Manual. episcop. d. verb. missa ritus, n. 10.* Hoc tamen facere licet, propter necessitatem, cum scilicet alius locus congruus non adest vt possit sacris vestibus indui. Et tunc non in medio altaris, sed in cornu Euangeli, sicut alii Sacerdotes faciunt, in casu simili paramenta ipsa accipiant. Gauant. *in rubr. miss. p. 2. tit. 2. §. 1. in princ.* Ead. Sac. Congreg. Rit. *declarauit* 7. *Iulij* 1612.

Neque baldachinum erigere, absente episcopo, in Ecclesiis exemptis, inuitis monachis. Sac. Rit. Congreg. *in causa Congregationis Casinen.* 10. *Iulij* 1621. *teste* Aldano *in compendio Canon. resol. l. 1. tit. 48. nu. 32. referente.* Barb. *in collect. decis. Apost. collect. 715. n. 5.*

12 Neque Vicariis annulo vti licet, tempore, quo celebrant, licet sint Prothonotarij Apostolici, non participantes. Eadem Sac. Congreg. 11. *Februarij* 1623. Gauant. *in Manual. episc. verb. missæ ritus, n. 12.* & multò minus, si sint Canonicij Cathedralium. Eadem Sac. Cong. 20. *Nouemb.* 1629. Gauant. *ib. n. 13.*

Debent tamen in missis solemnibus, & functionibus publicis honorari in Choro Ecclesiæ, & vbique; vndè debent illis dari candelæ benedictæ, palmæ, thus antè Canonicos, & dignitates, exceptis his, qui cum paramentis assistunt. Sac. Congreg. *in vna Bisinianen. 26. May* 1600. Nicol. *in Flosc. verb. Vicarius Generalis n. 44. vers. vnde Vicario.*

Non per hoc tamen, potest Vicarius facere functione episcopales, absente, vel impedito Episcopo, sed spectat facere ad prima dignitatem Capituli, & successiue ad alios. Sic declarauit Sac. Rit. Congr. *in Alguren. et Brundusina 20. Decemb.* 1601. *et in alia Brundusina 5. Februarij* 1614. *et in Alatrina*

22. *Ianuarij* 1618. *test.* Barbos. *vbi sup. collec.* 715. *numer.* 6.

Neque potest prohibere Canonicis, nè officium inchoetur, dunec ipse veniat, sed statim signo dato, inchoari debet. Sac. R t. Congreg. *in vna* 25. *Februarij* 1606. *referente.* Barb. *ibid. numer.* 8.

Neque potest dare benedictionem Diacono, antèquam Euangelium cantet.

Neque Prædicatori benedicere, antèquam pulpitum ascendat. Sac. Rit. Congr. *in Pacen.* 17. *Marty* 1607. *refert.* Sellius, *in Select. Canonic. c.* 46. *n.* 54. Barb. *ib. n.* 9.

Multa alia non possunt facere Vicarij, de quibus supradicti DD. nimirùm, Sellius. Aldan. & Barb. *locis cit.*

13 Non possunt Vicarij Generales conferre Beneficia, nisi specialiter eis talis facultas concedatur ab Episcopis, nam alias non comprehenderetur in mandato generali, etiam cum amplissimis clausulis concesso, quia hoc est de maioribus, quæ non veniunt sub generali mandato, *capit. nemo de consec. dist.* 3. *cap.* 2. & *vlt. de offic. vic.* 6. vbi DD. communiter, Zerol. *vbi sup. in prax. episc. p.* 1. *verb. Vicarius*, §. 9. Marant. *par.* 4. *de ord. iud. dist.* 5. *numer.* 59. Rebuff. *in prax. benef. tit. form. vic. numer.* 6. Barb. *de episc. par.* 3. *alleg.* 54. *num.* 6. Sbroz. *lib.* 1. *quæst.* 7. *num.* 11. & *lib.* 2. *q.* 71. Ideoque practicari solet a peritis Vicarijs, vt quando conferunt beneficia, ex hac speciali concessione, asserunt in Bullis, hanc facultatem habere. *arg. ca. cum in iure, de offic. deleg. cap. præterea de delas.* Zerol. *vbi sup.* Non tamen per hoc, quod episcopus hanc facultatem Vicario suo dedit, priuatur iure collationis. Azor. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 44. *q.* 12. vbi tractatur etiam, quid agendum, si eodem die conferat Vicarius vni, & episcopus alteri, & tangit Idem etiam. *quæstion.* 113.

Quæ facultas conferendi beneficia extenditur, etiam si sint extra Diœcesim. Gloss. *in cap. nouit. de offic. leg.* Rebuff. *ib. num.* 127. & *seqq.* vbi limitat hoc multis modis, de quibus ipsum consule.

14 Resignationes beneficiorum admittere, sinè speciali mandato, Vicarij non possunt, nec eas approbare; neque ipsorum permutationes admittere, *capit. quæsitum, de rer. permut.* Zerol. *ib.* §. 10. Rebuff. *vbi sup. num.* 104. *cum plur. seqq.* Sbroz. *l.* 2. *q.* 130 Barb. *ib. num.* 66. Imò neque habentes facultatem approbandi resignationes factas causa permutationis, possunt resignata beneficia permutantibus conferre, absque speciali facultate, & mandato conferendi. Rot. *decis.* 5. *alias* 397. *n.* 2. & 3. *in nouis, quam affer.* Sbroz. *l.* 2. *q.* 71. *num.* 9. Rebuff. *vbi sup. n.* 104. & 106.

15 Neque beneficia vnire possunt, neque vniones reuocare, aut Ecclesias diuidere, sinè speciali mandato latè Locter, *de re beneficiar. l.* 1. *q.* 28. *à n.* 118. Garz. *de benef. p.* 12. *c.* 2. *num.* 69. Sbroz. *l.* 2. *q.* 115. Barb. *ib. n.* 72.

16 Neque beneficia supprimere valent absque speciali mandato. Ricc. *in collect. decis. p.* 1 *collect.* 143. *post princ.* Sbroz. *l.* 2. *q.* 117. Barb. *n.* 71.

17 Neque Iuspatronatus erigere, neque consensum præstare ipsius fundationi, sinè speciali mandato possunt. Ricc. *decis. Curia Archiep. Neap. par.* 1. *decis.* 140.

18 Neque instituere possunt, absque speciali mandato episcoporum, Præsentatum a Patrono in Iurepatronatus vacante. Rebuff. *in prax. benef. form. vicar. numer.* 126. & *in addit. ad reg.* 13. *Cancell. verb. aut Vicarios perpetuos, vers. item Vicarius Generalis*, Roland. *cons.* 47. *num.* 65. *vol.* 1. qui multas adducunt rationes. Sed tamen in contraria sunt sententia communiter DD. in hoc, asserentes, posse Vicarios, absque speciali mandato, electos confirmare, & præsentatos instituere. Gloss. *in cap. fin. de offic. vic. in sexto, verb. non possunt, per tex. in cap. ex frequentibus de institut. vbi* Gloss. *verb. officialium* & Abb. Couarr. *l.* 3 *variar. cap.* 20. *num.* 7. Viuian. *in prax. Iurispatr. p.* 2. *num.* 3. Sbroz. *l.* 2. *q.* 131. Garc. *de benef. p.* 5. *cap.* 8. *num.* 84. & *part.* 8. *n.* 50. Barb. *p.* 3. *de episc. alleg.* 54. *nu.* 70. Zerol. *p.* 1. *prax. episc. verb. Vicarius*, §. 14.

19 Neque Iuspatronatus reseruare alicui possunt, ex causa donationis, fundationis, vel constructionis, absque speciali concessione. Garc. *de benef. part.* 5. *cap.* 9. *n.* 43. Viuian. *in prax. Iurispatr. part.* 1. *l.* 2. *cap.* 1. *num.* 24. *in* 1. *edit.* Sbroz. *l.* 2. *q.* 31. *n.* 4. Gratian. *discept. Forens. c.* 303. *nu.* 12. Barb. *ib. n.* 84. *Rot. Rom. apud* Farinac. *decis.* 337. *n.* 5. *p.* 2. *recent.* & *decis.* 257. *n.* 2. *p.* 2. *recent.*

20 Neque donationi Iurispatronatus auctoritatem, vel decretum interponere, nec assensum præstare valent, sinè speciali mandato, quia hoc est de iurisdictione gratiosa, non necessaria, *vt in d. cap. vnic. de iurepatr. in* 6. Ricc. *in prax. aur. cas.* 469. Zerola *ib.* §. 11. Sbroz. *l.* 2. *q.* 198. Barbos. *n.* 75.

21 Neque præsentare possunt ad Iuspatronatus, sinè speciali concessione, quod ad Episcoporum spectat præsentationem Lambert. *de iurepatr. n.* 3. *l.* 2. *q.* 110. *n.* 2. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 8. *n.* 82. Sbroz. *l.* 2. *q.* 110. *n.* 2. Barb. *ib. n.* 82.

22 Neque nouas Parochias erigere possunt, nec alia Beneficia creare, sinè speciali mandato; Neque in creatione nouæ Dignitatis auctoritatem præstare. *cap. nemo. vbi.* Gloss. *verb. vernat per se, vel per alium de consecr. dist.* 1. Rot. *in Segobricen. Capellania.* 22. *Aprilis*, 1625. *coram Vbaldo, quam affert* Barb. *vbi sup. num.* 76. Sbroz. *l.* 2. *q.* 117. *nu.* 2. & *ead. l. q.* 31. *n.* 4. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 9. *n.* 75.

23 Neque pensiones imponere super beneficijs, in quibus Episcopis permitteretur, ob aliquam iustam causam. Mooet *de Commut. vlt. volun. c.* 5. *n.* 496. Bero. *cons.* 18. *num.* 10. *vol.* 1. Sbroz. *l.* 2. *q.* 71. *n.* 24.

24 Neque Aeconomum Ecclesiæ constituere valent, absque speciali concessione. Felin. *in cap. quoniam. in fin. de offic. ord.* Sbroz. *l.* 2. *q.* 53. *n.* 2. De illo autem Aeconomo intelligitur, qui vicem Episcopi gerit in colligendis fructibus, & redditibus in Clericos, & pauperes distribuendis, non de alij, qui possunt poni, vigore generalis mandati. Barbos. *p.* 3. *de Episc. pot. d. alleg.* 54. *num.* 78.

25 Neque ab ordine aliquem deponere, aut a Beneficijs, officijs, vel administrationibus amouere Vicarij valent, sinè speciali mandato suorum Episcoporum *c. licet. de offic. vic. in* 6. *vbi DD. communiter.* Glofs. *in c.* 1. *verb. episcopos de capell. monac. in* 6. Sbroz. *l.* 2. *q.* 111. *n.* 7. & *q.* 130. *n.* 4.

26 Neque possunt aliquem clericum exilio condemnare, aut ab exilio reuocare, sinè speciali concessione. Abb. *in cap.* 1. *auther.* 3. *de calumn.* & *in capit. cum non ab homine n.* 4. *de iud.* Diaz. *in pract. Crim. Canon. cap.* 126. *in prin. n.* 3. & 4. Foller. *in pr. cr. can.* 3. *p. rub. tit. esse confessi aut conuicti, n.* 15. Sbroz. *l.* 2. *q.* 155. *num.* 2. & 156. *num.* 4. Barb. *ibid. numer.* 79. An autem vti possint pena fastigationis. vide Petr. Grillan. *tract. de relaxat. carcer. q.* 5. & Diaz *in pract. crim. can. c.* 125. *nu.* 6. quos refert. Sbroz. *l.* 3. *q.* 153. *n.* 3. vbi affirmatiuè concludit: verberari enim possunt Clerici in minoribus, & in culpis leuibus, *tex.* & Gloss. *in c. cum Beatus* 45. *d.* Diaz *ib. n.* 2. Sbroz. *d. q.* 154. *nu.* 7. & tunc non faciant per se, *can. non licet,* 89. *d.* sed per ministrum ecclesiasticum Sbroz. *ib. n.* 8.

27 Neque Ecclesias dirutas, & vetustate colapsas, quæ instaurari non possunt ob inopiam Parochianorum, & ecclesiarum, in Matrices erigere, vel in alias viciniores ecclesias transferre, absque speciali mandato, possunt Vicarij. Franc. Leo. *in Thes. for. eccl. p.* 2. *c.* 16. Sbroz. *l.* 2. *q.* 117. *n.* 3. Barb. *ib. numer.* 81.

28 Neque statum mutare valent alicuius ecclesiæ, etiam in casibus, in quibus possent episcopi, sinè mandato speciali. Monet. *de commut. vlt. vol. c.* 11. *n.* 358. & 160.

29 Neque alienare res ecclesiæ in illis casibus in quibus episcopis permittitur, sinè speciali mandato possunt Vicarii, Abb. *consil.* 88. *num.* 6. *col.* 5. *vers. secundo potest se tueri*, Sbroz. *libr.* 2. *quæst.* 118. *numer.* 2. & Ego *infr. numer.* 55. Ratio est, quia est de arduis; ardua verò fieri non possunt sinè speciali mandato. DD. *in cap. adhæc*, maximè Abb. & Innocen. *de offic. Archid.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de vnion. renou. n.* 24. Sbroz. *lib.* 2. *quæst.* 117. *numer.* 4. *cap. nouit.* & *per tot. de his quæ fiunt à Prælat. sinè cons. c.* Idem Sbroz. *in d. l.* 2. *q.* 44. *n.* 5. *q.* 115. *n.* 5. & *q.* 118. *n.* 4. Neque maiora facere, vt Nos *infr. docemus. sect.* 4. *subsect.* 4. *n.* 6.

30 Neque de hæresis crimine cognoscere valent Vicarii, sinè speciali mandato; ità Couar. *l.* 3. *var. res. c.* 20. *n.* 3. Sbroz. *l.* 2. *q.* 161. *n.* 4. Vnum tamen est hic aduertendum, quod Vicarii, neque de licentia episcopi, possunt absoluere subditos in foro conscientiæ a crimine hæresis, quia hoc competit solùm episcopis, vigore concessionis Concil. Trident. *sess.* 14. *de reform. cap.* 6. ibi. *eis tantùm, non eorum Vicarijs sit permissum*, quod aduertit, Cuecus. *Inst. iur. Canon. de episc. num.* 191. Sbroz. *l.* 2. *q.* 20. Practica verò procedendi in causis hæresis, habetur *infr. tom.* 2. *p.* 5. *prax.* 1.

31 Neque subditis publicas pœnitentias imponere; aut publice pœnitentes reconciliare valent, sinè speciali mandato.

Genuen.

Genuen. *in prax. Archiep. Neap. capit. 43. in nouo.* Sbr. *li. 2. quaest. 17. numer. 2.*

32 Neque explorare voluntatem Virginis, habitum regularem suspicere volentis & postea professionem emittere, an coacta, vel seducta sit, vel sciat quid agat seruata dispositione Conc. Triden. *c. 17. de regul. sess. 25.* Vicarij possunt, nisi ad hæc specialiter deputati sint, vel absentibus, vel impeditis episcopis, Sbr. *l. 2. q. 208.*

33 Neque assensum præstare possunt, aut auctoritatem interponere ædificationi monasterij in alicuius testamento relicti, sine speciali mandato, & illi Abbatissam præficere, & si corrupta, sic dispensare, ita Calderin. *cons. 3. de offic. vic. quem refert.* Sbroz. *eod. l. 2. q. 199. n. 1.*

34 Neque Indulgentias concedare possunt, sine speciali mandato. Rebuff. *in prax. benef. in form. Vic. Archiep. num. 172.* Sbroz. *l. 2. q. 40. n. 2. & 3.* Iul. Lanor. *de indulg. par. 2. c. 11. nu. 51.* Barb. *p. 3. de episc. alleg. 54. n. 90.* Ratio est, quia hoc est de maioribus, non veniunt, sub generali mandato, nisi accedat speciale mandatum. *cap. nemo, de consec. dist. 1.* Calderin. *cons. 3 incip. an vicarius. tit. de offic. vic.* Rebuff. *ib.* Sunt tamen multi DD. aliter sentientes, nempè, quod non possint vicarij illas concedere, etiam accedente mãdato speciali, quia tenent, hoc episcopi prouenire, ratione ordinis episcopalis, *vt diximus num. 7.* & Franc. Leo *in thes. for. Eccl. par. 1. cap. 10. num. 12. vers. fallit nono.* Contrarium tamen seruatur, quia concedere indulgentias, non est ordinis episcopalis, sed potius dignitatis, seù iurisdictionis, *cap. accedentibus, & ibi* Abb. *num. 2. de excess. prælat. cap. cum olim. in fin. de maior. & obed. & cap. dilectus, in fin. de offic. ord.* Panin. *de offic. & potest. cap. Sed. vac. 1. p. princ.* Sbroz. *d. q. 40. n. 2. l. 2.* & Nos *sup. numer. 3. vers. alia verò multa*; Et ideo potest concedi hæc facultas ab episcopis suis vicariis, etiam non Sacerdotibus; cum illis petat ratione dignitas, etiam si ipsi episcopi non sint consecrati, sed tantùm electi, & confirmati, mò dato, quod ipsi non sint sacerdotes. Panin. *ubi sup. q. 4. n. 1.* D. Thom. *in 4. sent. d. 2. q. 3. & d. 23. art. 2.* Sbroz. *vbi prox. n. 6.*

35 Neque possunt sinè mandato speciali, concedere aliis Sacerdotibus licentiam confessionis audiendæ. Hostiens. *in summ. tit. de pœnit. §. cui confitendum, in fin.* Sot. *in 4. d. 18. quaest. 4. & 14. num. 3.* Sanch. *de matrim. l. 3. disp. 29. num. 14.* qui tamen numero sequenti contrariam sententiam veriorem vocat, Barb. *de episc. p. 3. alleg. 53. num. 91.* Bene tamen ipsi vicarij ex mandati generalis, possunt Fidelium confessiones audire. Ricc. *in prax. Aur. res. 283.* Monet. *de commut. vlt. vol. c. 7. n. 41.*

36 Neque sinè mandato speciali possunt licentiam concedere alicui monaco vacandi studiis, & proficiscendi in locis, vbi Episcopi, loco Abbatis sunt. Abb. *cons. 88. nu. 5. vol. 1. & not. in cap. eausam, quæ de indic.* Panin. *de offic. & potest. cap. Sed. vacan. 2. part. princ. quaest. 8. numer. 25.* Sbroz. *libr. 2. quaest. 201. nu. 2. & 3.*

37 Neque possunt matrimoniales causas cognoscere, aut eas tractare, sine speciali concessione. Ledesm. *de matrim. q. 45. art. 1. punct. 3. dub. 4.* Rebuff. *vbi sup. nu. 155.* Sbroz. *lib. 2. quaest. 44. numer. 2.* Barb. *vbi sup. numer. 94.* & Alii per supradictos allegati.

38 Neque possunt dispensare in monitionibus matrimonii, etiam iusta causa interuenicote, Menoch. *de arbitr. iud. casu 453. numer. 5. & consil. 69. à num. 55.* Garc. *benef. p. 5. cap. 8. à n. 50.* Contrarium tamen in praxi seruatur, nam possunt Vicarii Episcoporum denunciationes remittere, nisi expresse eis prohibeatur. Genuens. *in prax. Archiep. Neap. cap. 26. num. 1.* Guttier. *de matr. cap. 59. numer. 11.* Sperell. *in decis. For. eccles. decis. 97. num. 1.* Sbroz. *l. 2. q. 43. num. 28. & 29. & q. 202. num. 2.* Barbos. *de episc. p. 2. alleg. 32. nu. 19.* Sanchez. *de matrim. l. 3. disp. 7. num. 9. & 10.* Bonac. *de matr. q. 2. punct. 6. nu. 7. vers. dixit.*

39 Neque possunt cum mandato generali, nisi speciale accedat, interdicta relaxare siuè ab homine, siuè a iure sint. Sbr. *libr. 2. quaest. 185. numer. 2. cum seqq.* Barb. *p. 3. de episc. alleg. 54. num. 96.*

40 Neque possunt sinè speciali concessione, monitoriales litteras, seù excommunicationis ad finè reuelationis, pro rebus ablatis, seù de perditis, decernere, & relaxare, Sayr. *in Claui Reg. l. 9. cap. 15. n. 21.* Marcel. Vulp. *in prax. iudic. for. eccles. cap. 2. num. 4.* Barb. *de episc. p. 3. alleg. 95. n. 6.* vbi assert. Sa. eram Congregationem Concilii sic pluries declarasse; Non desunt tamen Doctores, qui contrarium sententiae de quibus dixi *sup. ead. par. 1. sect. 2. subsect. 2. n. 9.*

41 Neque possunt absoluere ab irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, sinè particulari mandato. Rebuff. *in prax. benef. de form. vic. nu. 179. cum seqq.* Vgolin. *de potest. episc. c. 3. §. 7. num. 2. vers. postremò.* Suar. *de censur. disp. 41. sect. 2. nu. 8.* Sbroz. *l. 2. q. 20. & qu. 169. numer. 1. & quaest. 180. num. 2. & q. 184. num. 1.* Barb. *de episc. p. 2. alleg. 39. num. 10.*

42 Neque absoluere possunt ab excommunicatione Canonis *si quis suadente diabolo 17. q. 4.* sine speciali mandato, in casibus episcopis permissis. De quibus *in c. de castro, de sent. excomm. & in c. in his quibus, vbi* DD. communiter, *de offic. ord. & in c. cum nostris, ubi* Abb. *de sent. excomm.* Sbroz. *l. 2. qu. 180. n. 1.*

43 Neque à casibus reseruatis ab ipsis episcopis absoluere possunt vicarii, absque particolari concessione, cum non veniant in generali mandato. Hostien. *in sum. de pœnit. §. cui confitendum, vers. quod si episcopus*; Rebuff. *in prax. benef. ubi sup. num. 179.* Sbroz. *lib. 2. q. 19. numer. 5.* Barb. *de episc. p. 3. alleg. 54. num. 116.* Casus autem reseruati episcopis enumerantur a Glos. *in cap. 2. de pœnit. & remiss. in 6.* Lancellot. *Inst. iur. can. lib. 2. de pœnit. & remiss. §. illud etiam.* Cucc. *Inst. iur. can. de episc. num. 231.* Plut. *de Sacram. p. 4. c. 5. & 6.* Sbroz. *l. 2. d. q. 19. n. 1.*

44 Neque dimissorias, neque commendatias litteras ad ordine suspiciendos Clericis Diœcesum, in quibus vicarij sunt, concedere, sine speciali mandato possunt; Vel nisi episcopis in remotis agentibus. *cap. cum nullus, vers. officialis, & §. episcopo, ubi* Glos. *verb. in remotis, de temp. ordin. in sexto,* Vener. *in exam. episc. l. 1. c. 16. n. 12.* Rebuff. *ibid. num. 47.* Sbroz. *libr. 2. quaest. 41. num. 8.* Barbos. *de episcopo. par. 2. alleg. 7. n. 9.* Ricc. in *prax. aur. resol. 18* vbi dicit, in remotis esse si Vltramontes sint. Et tunc prodictis litteris nihil accipere possunt etiam sponte oblatum, Concil. Trid. *sess. 21. de reform. cap. 1.* Notarius verò, decimam auri partem habere potest Sbroz. *l. 1. q. 32. n. 4.* de quo infrà *tom. 2. prax. 23.*

45 Neque substituere possunt Alios vicarios sinè speciali concessione præcedente, & ad modicum tempus tantùm, & ex iusta causa, de Episcoporum consensu. *cap. clericos de offic. vicar.* Gloss. *in in cap. 1. verb. ipsius, eod. tit. in 6.* Ricci. *in collect. decis. par. 1. collect. 143. in med. & in prax. aur. resol. 117.* Rebuff. *ubi sup. n. 73.* Marant. *de ord. iudic. p. 4. d. 5. nu. 22.* Molin. *de iust. tract. 5. disp. 10. num. 8.* Barbos. *p. 3. de episc. alleg. 54. num. 99.* Zerola *in prax. episc. par. 1. verb. vicarius, §. 21. vers. quantum dubium,* Sbroz. *l. 2. qu. 66. à num. 1.* Sunt tamen quidam Doctores, qui sentiunt, posse vicarios sibi alios substituere, ad modicum tempus, ex causa, & cum episcoporum consensu; etiam sinè potestate substituendi, Put. *decis. 168. num. 1.* Sbroz. *d. q. 66. num. 17.* sed melius Ricci. *d. resol. 113. vers. amplia*; Rota. *in una Ouolen. Beneficiorum coram Seraphino, 21. Maij. 1593.* inter impress. Seraph. *decis. 1026.* Barbos. *ubi proximè n. 100.* Imò quod possunt vnam, vel plures causas delegare. Gloss. *d. c. 1. verb. ipsius, de offic. vicar. in 6.* Sanchez. *de matrim. l. 3. disp. 7. n. 21.* Barb. *ib. n. 101.*

46 Neque possunt Diœceses visitare, sinè speciali mandato, quia visitatio videtur Episcopis tantùm reseruata, qui per se ipsos visitare tenentur singulis annis, & ipsis legitimè impeditis, per suos Vicarios. *can. decreuimus, 10. q. 1. can. episcoporum eod. caus. & quaest. cap. inter cætera. de offic. ord. cap. si episcopus. eod. tit. in 6.* Concil. Tolet. *4. c. 36.* Trident. *sess. 7. c. 8. de refor. & sess. 24. c. 3. de refor.* Sbroz. *l. 2. q. 120. num. 2.* Rebuff. *ubi supra n. 100.*

47 Neque Synodum Diœcesanam congregare, & celebrare valent, absque præuia concessione. Glos. *in cap. cum nos. verb. Vicarij, de offic. vic. & in c. quod ad translationem verb. reseruata.* illis verbis *item congregatio de offic. legat.* Rebuff. *in Prax. Benef. de form. vicar. n. 151.* Sbroz. *l. 2. q. 46. n. 1.* Barbos. *d. p. 3. alleg. 54. n. 103.*

48 Neque Charitatiuum subsidium imponere, vel exigere possunt, absque speciali mandato. Azor. *Inst. moral. p. 2. l. 9. cap. 14. q. 5. vers. Vicar.* Sbroz. *l. 2. q. 48. n. 6.*

49 Neque Cathedraticum, seù Synodaticum, quod Episcopis debetur ratione subiectionis & non excedit duos solidos argenteos, vel aureos, secundum loci consuetudinem *c. con-*

quærente, de offic. ord. c. pastoralis, *de donat.* Franc. Leo. *in thes. for. eccles. p. 2. c. 14. n.* 5. Barb. *p. 3. de Episc. alleg.* 85. *n.* 40. Bellet. *Disq. Cler. p. 1. tit. de Clerico debitore.* §. 15. *num.* 7. fine speciali mandato exigere possunt. Sbroz. *d.l.2.q.*48.*n.*6.

50 Neque procurationem, ratione visitationis, exigere valent, nisi specialiter committatur, *t. tum venerabilis de relig. dom. c. cum. ex. officij. vers. nos igitur. de praescript. c. procurationes. de cens. in* 6. Barbos. *dist. p.* 3. *alleg.* 73. *num.* 43. Sbroz. *d.q.*48. *num* 6.

51 Neque Quartam funeralem, quæ debetur episcopis, vel Parochis. *Clem. dudum, de sepultur. c.* 1. *&* 4. *cum alijs, eod. tit. c. cum quis, eod. tit in* 6 ex mortuarijs exigere possunt, nisi specialiter ipsis demandetur. Sbroz. *loc. sup. cit.* Aucaran. *conf.* 50. *num.* 2.

52 Neque dispensare possunt in casibus, in quibus possunt episcopi, nisi ipsis hæc facultas specialiter demandetur. Gutier. *Canonic. l.* 1. *c.* 19. *numer.* 15. Rebuff. *vbi sup. numer.* 44. Monet. *de commut. vlt. volun. ca.* 5. *numer.* 578. Sbroz. *l.* 2. *quæst.*34.*num.* 3. Casus autem, in quibus Episcopi dispensare possunt, vel iure ordinario; vel auctoritate delegata per summum pontificem, ponuntur per Doctores. De iure ordinario tradunt communiter DD. *in cap. at si clerici*, §. *fin. de iudic.* Specul. *eo tit. de Dispensat.* §. *nunc de Episcoporum*, *à num.* 1. *vsque ad* 21. vbi ponit centum sexaginta tres casus, & Bertach. *de auctor. & potest. episc. circa spiritualia* vbi ponit 133. *casus.* Casus vero de iure delegato, ponunt Abb. Felin. & Alij. *in ca. fin. de offic. deleg.* Sbroz. *l.* 2. *q.* 33. *n.* 1. Paul. Borgas. *in tr. de irreg. & dispens.* 3. *p. tit. de disp. episc. per tot.* & Cucc. *Inst. iur. c. canon. de Episc. n.* 318. *cum seqq.*

53 Neque simpliciter cognoscere possunt dispensationes sibi commissas ab Episcopis, in casibus permissis, nisi cum eau. sæ cognitione, alias Episcopi non possunt illis committere. Rot. *decis.* 8. *incip. Episcopus committit in fin. tit. de offic. vicar. in vltim.* Sbroz. *l.* 2. *q.* 34. *n.* 3.

54 Neque pias defunctorum voluntates exequi possunt, absque speciali concessione. Bald. *in l. nulli n.* 8. *C. de probat. & in l.* 1. *tum causis, de elect.* Tiraquell. *de privil. piæ causæ privil.* 31. *in fin.* Sbroz. *l.* 2. *q.* 49. *n.* 2. *& q.* 50. *n.* 1. *& q.* 51. *n.* 1.

55 Neque Alienationibus rerum Ecclesiarum decretum interponere, seu transigere, fine speciali mandato, in casibus, quibus possunt Episcopi. Zerol. *in prax. episc. verb Vicarius, p.* 1. §. 12. Abb. *conf.* 88. *n.* 6. *col.* 5. *vers. secundo potest.* Sbroz. *l.* 2. *quæst.* 11. *n.* 2. Barbos. *de episc. p.* 3. *alleg.* 54. *n.* 106. Rebuff. *in prax. benef. de form. vicar. n.* 184.

Possunt autem ep scopi consensum, & auctoritatem præstare alienationi rei immobilis parui valoris, vt si sit aliqua parua vinea, domuncula, seu terrula Ecclesiæ, sine assensu Apostolico, & sine solemnitatibus requisitis, *in extrauagant. Ambitiosæ, de reb. eccles. non alienand. per text. in cap. Terrulas*, 12, *quæst.* 2. sed tamen te a requiruntur copulatiuè in tali alienatione de consensu episcopi facienda. Primo vt res sit exigua & modica: Secundo quod non sit Ecclesiæ vtilis, & Tertio, quod sit necessitas, ita Redoan. *de reb. eccles. non alienand. qu.* 13. *num.* 19. *& q.* 51. *cap.* 8. *&* 20. *num.* 6. Rebuff. *in compend. alienat. num.* 122. Ricclus *in prax. fori eccles. dec.* 39. *in prima edition, & resol.* 36. *in secunda edit. & in prax. aurea, resol.* 383. Barbos. *vbi sup. alleg.* 95 *num.* 30. Quod quidem procedit, etiam post prædictam extrauagantem, quia neque in illa restringitur dispositio, *dicti terrulas*, neque in generali prohibitione veniunt modica, Arb. *in c. vt super de reb. eccles. non alien.* & ha fuisse decisum, & declaratum per Sacram Congregat. testatur, Quarant. *in summa, Bullar. verb. alienatio rer. Eccles. num.* 14. & Marcell. Vulp. *in Prax. Eccl. c.* 6. *n* 26.

Sed quæritur, quæ nam res dicatur modica, & exigui valoris ad hunc effectum?

Respondetur, quod licet Gloss. *in d. cap. terrulas. verb. exiguas*, dicat si fortè non valeat vltra 20. solidos, id est 20. aureos, vt declarat Arch. *d. in cap. si quis, eod. conf.* 12. *& eod. q.* 2. veri. tas tamen, & communis practica ab omnibus obseruat est, quod hoc Iudicis Ecclesiastici arbitrio remittitur; Vnde Episcopus diiudicabit, quæ summa valoris rei Ecclesiæ dicatur modica, attenta conditione temporum, qualibet rei, consuetudine loci, Ecclesiæ alienanti facultate, necessitate, & vtilitate, & simill, vt tradit, Redoan. *vbi sup. quæst.* 10. Quarant. *ibid. num.* 41. Ricci. *resol.* 35. *in fin.* Bouacin. *tom.* 1 *de alienat. bon. Eccl. disp.* 2. *q. vnic. pun.* 4. *nu.* 3. Genuens. *in Prax. Archiep. Neapol. c.* 76. *de alienat. rer. eccl. n.* 4. *ver.* [illegible] *in contrarium est veritas* Piasec. *in Prax. Episc. par.* 2. *c.* 5. *art. vltim. n.* 30.

Arbitrium autem Episcopi extendi potest vsque ad summam quinquaginta aureorum, alibi vsque ad viginti alibi vsque ad 40. & alibi vsque ad decem, siue minus, siue plus, attentis qualitatibus, & conditionibus locorum, rerum, & personarum, vt dictum est, & obseruat Mascard. *de probation. conclus.* 75. *n.* 27. Vulp. *d. c.* 6. *n.* 32.

Et est notandum, quod dispositioni, *dicti c. terrulas*, non est derogatum neque per Concilium Tridentinum, *sess.* 25. *de reform. c.* 11. neque per *dictam extrauag. ambitiosæ*, vt sic declarasse Sacram Congregationem testatur Quaram. *d. n.* 41. Vulp. *d. c.* 6. *n.* 26. & Alij. Vnde sequitur, quod locatio vltra triennium de rebus Ecclesiæ minimis, non cadit sub prohibitione Sacri Concilij, vbi supra, neq; *d. extrauag.* Barbos. *loc. cit. numer.* 51. *in fin.*

56 Neque causas restitutionis in integrum cognoscere possunt nisi eis specialiter committatur. Sanchez. *de matrim. l.* 2. *disp.* 40. *num.* 12. *in fin.* Sbroz. *l.* 2. *q.* 35. *nu.* 4. *& latius l.* 3. *qu.* 13. *n.* 1. *cum seqq.* vbi simpliciter tenet, posse Vicarium concedere restitutionem in integrum, cum quibusdam declarationibus.

57 Neque Iuramentum purgationis Canonicæ deferre possunt, sine speciali mandato, Speculat. *de iurisd. omn. ind. vers. secundum Canones.* Bertach. *de Episc. tit. de vic. Epis. num.* 12. *in fin.* vbi dicunt, hoc esse meri imperij, Sbroz. *l.* 2. *quæst.* 167. *num.* 2.

58 Neque cognoscere valeant ea, quæ sunt meri imperij, quia hæc non veniunt, nisi specialiter eis demandetur. Alex. *in l.* 1. *n.* 72. *&* 73. *ff. de offic. eius per* [illegible] *in c.* 2. *de offic. ord. l.* 6. Gloss. *in c. quod ad translationem. verb. referuatis circa med. de off. legat.* Sbroz. *l.* 2. *q.* 1. *n.* 1. *vbi. n.* 4. *&* 3. declarat, quæ veniant sub mero, & mixto imperio.

59 Neque consentire possunt, vt Metropolitanus, siue alius, cognoscat causas Clericorum in prima instantia, omisso medio appellationis, prorogando illi iurisdictionem. Ferrett. *consil.* 97. *n.* 1. Sbroz. *l.* 2. *q.* 204.

60 Neque cognoscere valent specialiter commissa, seu delegata episcopus à Papa, nisi in rescripto apponerentur hæc verba. *Venerabili Fratri episcopo. N. siue dilecto Filio, Vicario eius Generali.* Zerola. *in Prax. episc. p.* 1. *verb. vicarius*, §. 21. *dub.* 5. Campanil. *in diuersor. Iur. Canon. Rubr.* 11. *cap.* 23. *numer.* 148. Sbroz. *l.* 2. *quæst.* 36. *n.* 4. *& q* 135. *n.* 1. Barbos. *vbi prox. num.* 111.

61 Neque represallas concedere possunt, sine speciali mandato, Sbroz. *l.* 2. *q.* 165. *n.* 1. Barb. *vb. n.* 14. vbi allegat multos Doctores, tractantes materiam Represaliorum, præsertim Bart. *in speciali trac. de Represaliis.*

62 Neque Feudales causas tractare valent, & illas cognoscere, nisi speciale mandatum accedat, Card. *in Clem.* 1. *nu.* 19. *de offic. Vic. per text. ini. verum de ior. compet.* Sbroz. *l.* 2. *qu.* 125. *n.* 5.

63 Neque auctoritatem præstare exemplaribus ex originali sumptis, vt habeant eandem vim cum originali mandato. *c. fin. vers. coram ordinario Iudice, vel delegato ab eo specialiter præsentatur de fid. instrum.* per quem tex. ità ibi tenuerunt Goffredus, & Hostiens. Decian. *resp.* 13. *n.* 54. *vol.* 1.

64 Neque criminales causas expedire, aut inquirere, corrigere, vel punire Subditorum excessus, sine mandato speciali possunt. *c. licet.* 2. *de offic. Vic. in* 6. vbi Arch. & DD. Soccin. *in cap. qualiter, & quando. n.* 162. *de accusat.* Marant. *in aur. spec.* 4. *p. c t. an. sit inditium ord. vel de leg. num.* 16. Rebuff. *in prax. benef. de form. vic. n.* 152. *&* 166. *&* 173. Sbroz. *l.* 2. *q.* 143. *n.* 1. Barbos. *vbi. supr. n.* 117. Sanchez. *l.* 3. *de matrim. d.* 29. *n.* 16. *in princ.* & ego ipse *infr. p.* 4. *in pract. crim. sect.* 17. *n.* 27.

65 Neque condemnatum reum absoluere possunt, sine mandato speciali. Rip. *in l. qui condemnare num.* 9. *vers. sed certe. ff. de re. iudic.* Menoch. *d. arbitr. l.* 1. *q.* 49. *n.* 28. Sbroz. *l.* 2. *q.* 38. *n.* 1. *& qu.* 156. *nu.* 4. siue vt dicitur, gratiam facere Rebuff. *in prax. benef. de form. vic. n.* 176. *& seqq.* Sbroz. *d. q.* 38. *l.* 2. *n.* 1. *&* 2. *vbi* plures DD. allegat.

66 Neque confiscare Clericorum bona, nisi ipsis specialiter demandetur Bald. *in l. imperatores. in fin. ff. de off. præf. Vigil.* Sbroz. *l.* 2. *q.* 158. *n.* 2.

67 Neque pœnas corporales in pecuniarias conuertere valent,

valent, sine speciali concessione *cap. licet. ubi Gloss.* & DD. *de poen. & can. Archiepiscopatu, de rapt.* Cucch. *Inst. iur. Can. de vic. tit. 8. n. 109.* Rebuff. *ubi sup. n. 153.*

68 Neque beneficiales causas cognoscere possunt, sine speciali mandato, quia sunt priuilegiatae. *Clem. dispendiosam, de iud.* Rebuff. *ubi sup. n. 156.*

69 Insuper nequeunt Vicarij futuras causas cognoscere, etiam si episcopi in commissione Vicariatus specialiter ipsis, illas committeret, dicendo, *Causas tam praesentes, quam futuras authoritate ordinaria, vel delegata nobis competentes, committimus.* Ratio est, quia nullam in eis iurisdictionem habent tempore, quo committuntur, ideò delegare non possunt Rot. *decis. 157. Nota quod episcopus, in antiq. decis. 5. sub. tit. de offic. deleg. & decis. 897. episcopus in eisdem sub tit. de offic. Vic. decis. 9.* Rebuff. *ib. n. 159.*

70 Neque tandem sine speciali mandato, possunt dare licentiam, episcopis expulsis à suis Dioecesibus, exercendi iurisdictionem in Dioecesi, ubi sunt Vicarij, Rebuff. *ubi sup n. 178.* Sbroz. *l. 2. quaest. 206. numer. 2. per tex. & Gloss. Clem. 1. verb. Dioecesanis de for. compet.* episcopi enim ex pulsi à suis Dioecesibus possunt procedere contrà expulsores, ubicumque fuerint de licentia tamen episcopi Dioecesani. *Clemens V. in Concil. Vienen.*

71 Solet in Commissione Vicariatus apponi clausula generalis. *Ad omnia alia, & singula faciendi, & committendi, etiam si maiora fuerint, & quae mandatum exigant speciale prout ad ipsum Vicariatum, & officialatus officium noscitur quomodolibet pertinere, &c.* Quę sufficit etiam ad cognoscendum de non expressis, si quędam de requirentibus speciale mandatum, antea concesserit episcopus, Hostiens. *in c. significasti. per illum textum de offic. Archid. c. fides, de rescrip.* Gloss. *in c. 2. in fine. ubi DD. de offic. Vic. l. 6.* Sbroz. *l. 1. q. 65. nu. 5. & qu. 67. n. 3. per optim. text. in c. quod ad agendum. §. sed si aliquis. de procur. in 6.* Couar. *l. 1. var. resol. c. 6. n. 2. & 3. & l. 2. c. 5. n. 8.* sunt tamen quidam Doctores, qui asserunt, talem clausulam non extendi, nisi ad similia, vel minora: non autem ad maiora, *iuxta textum. in Clem. non potest de procur.* Monet. *de commut. ult. vol. c. 5. n. 479.* Rebuff *ubi sup. n. 182. & seqq.*

72 Notandum est insuper, non omnes supradictos casus exprimendos esse in Vicariatus commissione, sed sufficere aliquos tantum exprimi, cum praedicta tamen clausula generali. *Ad omnia, & singula &c. Vt not. per text. in d. c. qui ad agendum. §. sed si aliquis. de procur. in 6.* Sanch. *de matrim. l. 3. disp. 29. n. 8.* Sbr. *z. ubi sup.* Barb. *ib. n. 124.*

SVBSECTIO TERTIA.

An Vicarius Generalis Episcopi, habeat ordinariam, vel delegatam iurisdictionem?

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio Vicarij Generalis ordinaria est, non Delegata.*
 Contrarium tenent quidam Doctores.
2 *Iurisdictio penes duos residere non potest.*
3 *Iurisdictio ordinaria à lege descendit.*
 Omnes res dissoluuntur eo modo, quo nascitur.
4 *Iurisdictio ordinaria non conceditur ab Episcopo.*
5 *Vicarius cum Episcopo unum tribunal faciunt.*
6 *Iurisdictio ordinaria durat etiam mortuo concedente.*
7 *Iurisdictio ab Episcopo locari non potest.*
8 *Neque hos nominandi ad Vicariatum.*

1 Respondetur, quod Vicariatus Generalis habet ordinariam iurisdictionem, non delegatam; ità Gloss. *in ca. 2. verb. officialem. de offic. vic. in 6. & in cap. romana. verb. generaliter, de appella. in 6. & in cap. perlectis verb. & surgia. dist. 25.* Couar. *pract. quaest. c. 4. num. 8.* Matant. *de ord. indic. p. 4. dist. 5. n. 12. & 13.* Sbroz. *l. 2. q. 55. n. 9.* Barbos. *de Episc. p. 3. allig. 43. nu. 26. ubi. n. 43. Doctores adducit, sic sentientes* Garz. *de benef. p. 5. c. 6. n. 21,* Sanchez *de matrim. l. 3. disp. 29. q. 2.* siuè dicatur, quod illam habeat à lege statim, ac Vicarius constituitur, vt est Glos. *in cas. c. romana, verb generaliter, verf. vel dici posset in princ.* Abb. *in c. 2. in fin. de Praelat.* vel *suas* Sbroz. *ib. n. 14. & 26.* siuè quod illam habeat ab Episcopo constituente, vt tenet Couarr.

l. 3. var. res. c. 6. n. 4. Garz. *de benef. p. 5. c. 8. nu. 24.* Vndè concludendum est, ordinariam esse quomodocumque illi proueniat, quia certum est, illam habere, & titulo, & officio Vicarius. Molin. *de iust. tom. 6 disp. 8. n. 2. & 3. &* Morla *in emporio iuris. p. 2. tit. 2. in praelud. n. 88.*

Non desunt tamen Doctores non infimae authoritatis, qui asserant, Vicarij Generalis Episcopi iurisdictionem, delegatam esse, non ordinariam, ità Alex. *in rubr. ff. de offic. eius,* Goffred. *in summ. de offic. Vicar. n. 2. relatus à* Gloss. *in d. c. romana verb. generaliter.* Alciat. *in rub. de offic. ord. nu. 24.* Sot. *in 5. d. 18. qu. 4. art. 3. vers. circà concessiones, cum Alijs,* quos refert Barb. *ubi sup. numer. 30 in fin.* qui mouentur multis rationibus, & argumentis.

Primo. Episcopus ordinariam habet iurisdictionem, *cap. Episcopus de offic. ord. in 6. c. conquerente, c. cum dilectis, eod. tit. in antiq. c. cum venerabilis, de except.*

2 Ergò in personam sui Vicarij, eandem iurisdictionem transferre non potest, nam esset absurdum, & naturali rationi repugnaret, quod vna, & eadem iurisdictio penes duos insolidum resideret, veluti vna possessio, non potest esse penes duos. *l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poss. l. si ut certo. §. si duobus vehiculum. ff. commod.* ita nec iurisdictio; validum enim est argumentum de possessione ad iurisdictionem. *l. qui fur est, 20. ff. de stat. homin.*

Ad hoc tamen respondetur, quod argumentum à iurisdictione ad dominium, seu possessionem, non rectè procedit, ob diuersitatem rationis, inter vnum, & alterum, Farinac. *decis. 696. in nouis, alias par. 4. diuers.* Sbroz. *l. 2. d. q. 55 nu. 28.*

3 Dicunt secundò: iurisdictio ordinaria ea dicitur, quae à lege datur, & descendit *d. & quia. ff. de iurisd. omn. iud.* Vestr. *in prax. cap. num. 2.* Vanz. *de nullit. tit. de nullit. scnt. ex defect. iurisdict. num. 32* Molin. *de primogen. l. 1 cap. 25. num. 11. & 12.* Sed in vniuerso corpore vtriusque iuris, nullus canon, aut lex repetitur, quo Vicarius Episcoporum tribuatur iurisdictio, ergo ordinaria non est, sed delegata, quam illi habent.

Ad hoc respondetur, quod licet nullus canon, iuris Canonici, aut lex iuris Ciuilis reperiatur, quae expresse iurisdictionem ordinariam tribuat Vicarijs; tamen cum permittatur Episcopis Vicarios constituere per Ius Canonicum, *c. cum episcopus de offic. ord. c. ut officium, & c. ult. de haeret. in 6.* Ideò Vicariorum iurisdictio cum ab Episcopis tribuatur, permittentibus Pontificibus, & non contradicentibus, certè ab ipsis electi censentur, & consequenter ordinaria iurisdictio tributa intelligitur.

Dicunt tertiò. Si iurisdictio Vicarij fuisset ordinaria, vtique esset perpetua, nec tempore aliquo finiretur *d. l quia,* vbi Doctores communiter; sed iurisdictio Vicarij ad nutum per Episcopum tollitur, & reuocatur. *ut not. in Clem. 1. ver. per. electionem,* vbi DD. *de rescript. & in Clem. fin. de procur.* Abb. *in cap. postulasti, & in c. quoniam abbas n. 2. de offic. de leg.* Sbroz. *l. 3. q. 6. n. 7.* Rebuff. *in form. vicar. n. 192.* ergo non est ordinaria, sed delegata.

Ad hoc etiam respondetur, quod sicut Vicarij ordinaria iurisdictio à lege tribuitur per Episcopi nominationem, ità iurisdictio reuocatur per contrariam eius voluntatem, Ratio est, quia omnia res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur, *c. omnis res. de reg. iur. in 6. can. omnes, 27. q. 2. l. nihil tam. nat. male, ff. de reg. iur.*

4 Dicunt quarto. Vicarius Generalis ab Episcopo constituitur, sed iurisdictio ordinaria ab Episcopo concedi non potest. *can. à iudicibus, vers. ordinarij verò sunt, 9. 6.* ergo huiusmodi Vicarius non habet ordinariam iurisdictionem, sed delegatam.

Respondetur, quod licet Episcopus Vicarium constituat, non recipit tamen iurisdictionem ab Episcopo, sed à lege, ministerio, & nominatione Episcopi, Sbroz. *l. 2. q. 55. nu. 26.* Sanch. *de matrim. l. 3. disp. 29. n. 23.*

5 Dicunt quintò, Vicarius gerit vicem Episcopi, & vnum, & idem Tribunal cum ipso constituit, *d. c. romana, vers. eorum vices supplendo, & vers. vnum sit consistorium, de appell. in 6. & c. 2. de consuet. eod. l. ubi DD.* Barb. *de Epis. p. 3. alleg. 54. nu. 45.* Sbroz. *l. 1. de offic. vic. q. 24. n. 7.* Sed alterius vice fungitur, nihil proprium habet. Papin. *in l. 1. §. qui mandatam, ff. de offic. eius, l. & si praetor, eod. tit. & l. solet. ff. de iurisd. omn. iudic.* ergò Episcopi Vicarius delegatam, non ordinariam iurisdictionem habet.

Respondetur, quod non rectè deducitur, eum, qui alterius vicem gerit, iurisdictionem ordinariam non habere; nam Legatus Papæ vicem eius gerit. c. 2. de offic. legat. & tamen ordinariam iurisdictionem habet c. 1. eod. tit. l. 6. vbi DD. Salzg. in rubr. de offic. deleg. Sanchez. dicta disput. 29. n. 13.

Ad aliam rationem, quod vnum, & idem Tribunal constituant Vicarius, & Episcopus.

Respondetur, quod licet Iudex delegans, & Vicarius, qui eius vicem gerit, vnum Tribunal constituant, magna tamen datur differentia, vt inter tradunt, de offic. deleg. & tradunt, ff. & C. de offic. eius, nam delegatus, de quo in tit. de offic. deleg. & offic. eius cui in iurisdictione fungitur officio delegantis, sine vllo officio, cui talis iurisdictio adhæreat, sed ex sola delegatione; at Vicarius, de quo loquitur, tit. tradunt, C. de offic. eius, licet vicem alterius gerat, est sub ratione officij, & tituli Vicariatus, cuius ratione iurisdictio tribuitur, non ratione solius commissionis seu delegationis Bellon. l. 1 c 12. n. 2. prop. fin.

6 Dicunt vltimò, iurisdictio ordinaria, & delegata differunt inter se, nam ordinaria permanet, licet mortua est concedens, etiam post mortem, c. legato. de offic legat. in 6 l. more maiorum. ff. de iurisdict. omn. iudic. Menoch. de arbit. l. 1. q. 69. n. 2. Sanch. de matr. l. 8. disp. 28 nu. 4. & seq. Petr. Greg. Syntagma iuris l. 47. c. 32. nu. 2. Delegata verò finitur morte delegantis, et tamen integra, c. relatum, de offic. deleg. cap. vlt. delegatus eod tit. in 6. l. cum qui, cum duabus seqq. ff. de iurisd. omn. iud. Sed iurisdictio Vicarij expirat per mortem Episc. Clem. fin vbi Gloss. verb. cessat ista, de proc. & ibi DD. scribentes; Abb. in c. 1. a. 5. nò Sed. vacan. Parif. cons. 86. n. 6. vol. 4. Sanch. de matr. l. 3. disp. 30. à n. 1. cum seq. Sbroz. l. 3. q. 44. ergò Vicarij iurisdictio maiorem connexionem habet cum iurisdictione delegata, quàm cum ordinaria, cum magis illi cohereat, quàm huic.

Ad quod respondetur, quod iurisdictio Vicarij, non consistit intrinsecè, per se, ne principaliter in eo, sed tanquam accessoria alterius, videlicet Episcopi, iuxta not. in dicto c. romana, de appel. in 6. & d. c. 2. de offic. vic. eod. l. etenim iurisdictio in his terminis, non datur Antonio, vel Francisco. Vicario, sed tribuitur ei, quem Episcopus Vicarium constituerit, ideò mortuo Episcopo, cessat, Quintanad. l. 1. de iurisdict. n. 14. multis exemplis hoc confirmans.

Quibus igitur omnibus argumentis reiectis, firma remanet nostra conclusio, quod Vicarius Episcopi, ordinariam habeat iurisdictionem, non verò delegatam, vt DD. pro contraria sententia allegati afferunt.

7 Sed quæres hic, numquid possit Episcopus iurisdictionis suæ exercitium, sine Vicariatum locare?

Respondetur negatiuè, per tex. in cap. præterea, cum seq. nè Prælat. vic. suas; Abb. in c. dudum, n. 37. de elect. Ideò si venderet iurisdictionem spiritualem, simoniam committeret. Innoc. & Host. ent. in c. præterea. præter. nè præl. vic suas; non tamen incideret in excomm. & pœnas Extrauagant. 2. de simon. quia illa non habet locum, nisi circa ordinem, & beneficia, vt not. Nau. cons. 68. de simon. in antiq. Non verò incurret simoniam, si locaret iurisdictionem in temporalibus; abstinere tamen debet a tali locatione, cum tale lucrum sit turpe, & grauiter peccat locans hanc iurisdictionem Abb. in d. c præterea n. 1. Iustitia enim non debet fieri venialis ab Episc. can. vendentes 1. q. 3.

8 At verò, quid si non vendatur, aut locetur, aut prætio concedatur iurisdictio, aut Vicariatus, sed tantùm facultas nominandi Vicarium, an possit hoc fieri per Episcopum?

Respondetur negatiuè, cum & hoc prohibitum sit expressis verbis in Sacr. Concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 11. & vid. Abb in c. 1. nè Prælat. vic. suas,

SVBSECTIO QVARTA,

An à Vicario Episcopi, eiusque sententia Diffinitiua possit appellari ad Episcopum consentientem.

SVMMARIVM.

1 Respondeo negatiuè, nam cum appellatio fit de minori Iudice ad maiorem prouocatio, vt dicit Gloss. in cap. non putamus, verb. officiali, de consuet. in 6. & DD. in tit. de appellat. ideò non appellatur à sententia diffinitiua Vicarij ad Episcopum, quia sunt vna, eademque persona, quò ad hoc, vnum, & idem tribunal facientes, ac vnum tantum simul consistorium constituentes; Vndè cum æqualis sit vtriusque iurisdictio, de vno ad alium appellari minimè potest; nam de substantia appellationis est, vt de inferiori, ad superiorem deferatur, non ad æqualem, vel ad eundem. can. interrentum. 2. q. 6. d. c. §. ab eo ff. qui, & à quo appell. & præterea. C. de appel. Propterea non datur appellatio à Vicario Generali Episcopi ad ipsum Episcopum, c. 2. de consuet. l. 6. c. romana, de appell. eod. l. & cap. si contra de offic. deleg. vbi DD. communiter. Bart. in l. 2. in fin. ff. quis, & a quo appel. Sbroz. de offic. Vicar. l. 1. q. 22. n. 1. & l. 3. q. 2. n. 1. Marant. de ord. iudic. p. 6 act. 9. vers. & quandoq; appellatur n. 280 Rebuff. in prax. benef. de vic. episc. nu. 6. Barb. de Episc. p. 3. alleg. 54. nu. 46. cum fere innumeris per ipsos adductis. Esset enim appellare ab eodem ad eundem, & sic non esset distinctio personarum, inter Iudicem a quo, & Iudicem ad quem, vt aduertit Dec. in c. dilectis el. 3. n. 4. in gloss ibid. idem credo. de appell.

2 Quod est adeo verum, vt neque valeat consuetudo in contrarium. d. c. 2. de consuet. l. 6. & d. c. romana de appel. eod. l. Abb. in c. cum terra, n. 1. de elect. Sbroz. d. l. 3. q. 2. n. 14

3 Ampliatur primò, vt à Vicario Generali, nec supplicatio dari possit ad Episcopum, nisi pro restitutione in integrum, aduersus sententiam. Marant. d. p. 6. tit. & quandoque appellatur, n. 382 Zerol. in prax. episc. p. 1. verb. Vicarius, §. 5. Sbroz. l. 3. q. 12. n. 11. & q. 13. n. 5. Barb. cit. n. 49.

4 Ampliatur secundò, vt neque partibus consentientibus possit appellari à Vicario ad Episcopum, vnde si de facto fieret, processus nullus, & inefficax esset. Car. Tusc. litt. d. conclus. 49 n 5. Ioann. Andr. in c. c. 2. de consuet. l. 6. & ib. Domin. num. 3. & Philipp. Franc. n. 10. Sbroz. d. l. 3. q 2. n. 11. & 12. Barb. ibid. numer. 48.

5 Ampliatur tertio, vt neque possit interponi appellatio extraiudicialiter. Rot. decis. 7. n. 2. de offic. vic. alias 371 in nouis. Sbroz. ib. n. 10.

6 Benè tamen verum est, quod appellari potest à Vicario ad Episcopum ab interlocutoria sententia, quæ non sit iam executioni demandata; nec causæ finem imponat; nec sit geminata; neque transierint decem dies. Cald. Pereira quasi fernes. ib. t. q. 9. per tot. à n. 1. vsque ad 19. & de potest. nom. c. 2 nu. 38. Stephan. Gratian. discep. for. c. 155. nu. 16. cum seq. alias non prohibetur appellatio per viam recursus a grauamine illato. Glos. in d. c. 2. de consuet. in 6. in verb. officiali, vbi Gemin. num. 4. & Franc. n. 4. Put. l. 2. decis. 502. & decis. 15. de appell. Sbroz. d. l. 3. q. 2. nu. 16. Rot. decis. 3. alias 310. de offic. vic. in nouis Ratio est, quia Iudex potest mutare, & emendare Decretum, quod interloquendo pronunciauit, l. quod iussit. 14. ff. de re iudic. l. quætem, 19. §. decretum, alias l. dicere, ff de arb. c. cum cessante, 69. de appell. Ricc. in collect. decis. p. 5. coll. 1474. vers. limita, late Cald. Pereir. q. for. l. 1. q., non solùm semel, vel bis, vel ter, sed etiam millies, si opus fuerit. Gratian. discep forens. c. 147. n. 11. & c. 155. n. 16. Barb. vbi sup. n. 51.

7 Limi-

7 Limitatur secundò, vt admittatur appellatio à Vicario ad Episcopum, de causis ei specialiter delegatis, quæ non veniunt sub generali commissione Vicariatus, in his Vicarius, delegatam iurisdictionem non ordinariam habet, & ab eo ad Episcopum, prouocari potest Gloss. *in capitul. 2. verb. officialem, de offic. vic. libr. 6. vbi* DD. Sbroz. *lib. 2. q. 55. nu. 35.* Sanchez, *de matrim. lib. 3. disp. 29. num. 6.* Barb. *ibid. num. 52.* Quod intelligitur si prædictæ causæ committantur, & delegentur Vicario ab Episcopo separatim, & diuisim; non simul cum generali commissione, vt aliquando fit quia tunc in omnibus ordinariam iurisdictionem consequitur, & in his non datur appellatio Sanchez, *d. lib. 3. disp. 29. à num. 6* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 8. num. 41.*

8 Limitatur tertio, vt de Vicario ad Episcopum, dici possit de nullitate sententiæ, non obstante, quo non detur appellatio. Vant. *de nullit. tit. coram quo null. num. 10. in fin.* Cucc. *instit. iur. can. de vic. episc. num. 126* Sbroz. *d. q. num. 24*

9 Limitatur quarto, vt à Vicariis Foraneis appellari possit ad Episcopum, vt *cap. Romana, §. Archidiaconis, de appellat. in 6.* & suo loco fusius dicetur, vbi de Vicario Foraneo agetur, *infr. sect. 7.*

10 Limitatur quinto, vbi agitatur de causa suspicionis Vicarij, quia tunc Episcopus cognoscere potest. Tuscus. *tom. 8. conclus. 186. num. 2.*

11 Limitatur vltimo, quando Vicarius non habet commissionem generalem in spiritualibus, & temporalibus, quia tunc talis Vicarius, non facit vnum, & idem Tribunal, & consistorium cum Episcopo. Tuscus *vbi sup. n. 4.*

12 Quæri potest hic, an in criminalibus a sententia Vicarii, possit appellari ad Episcopum?

Ad quod respondetur, quod sic, ità Diaz. *in pract. crim. canon. cap. 3.* & Marant. *de ord. iudic. p. 4. dist. 5. num. 16. & d. p. 6. act. 2. vers. & quandoque appellatur n. 284*

13 Appellatur etiam ad Episcopum a collatione beneficii facta a Vicario Generali, si non habeat mandatum speciale ad hoc faciendum. Rot. *decis. 7. canonis. tit. de offic. vic.* Zerol. *in prax. episc. verb. Vicarius par. 1. §. 4.* Marant. *loco cit.*

SVBSECTIO QVINTA.

An Episcopus cogi possit ad constituendum Vicarium Generalem; & an possit plures constituere, cum eadem facultate generali.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus Vicarium constituere tenetur.*
2 *Limitatur, si esset captiuus.*
3 *Limitatur etiam, quando possessionem non est adeptus.*
4 *Limitatur item, vt non possit perpetuum Vicarium creare.*
5 *Secunda sententia, quod Episcopus non tenetur Vicarium creare.*
6 *Ex his, quæ voluntariè fieri solent, non acquiritur ius alteri.*
7 *Vicarius potest stare in quacumque parte Diœcesis.*
8 *Limitatur, si episcopus sit negligens in expediendis causis, nam tunc tenetur Vicarium facere.*
9 *Vicarius Apostolicus habet auctoritatem priuatiuè, quò ad Episcopum.*
10 *Episcopus plures Vicarios in sua Diœcesi, constituere potest.*
11 *Limitatur, vt debeat constituere illos in loco vbi sedem habet.*
[illegible] *Generalis Vicarius quis dicatur?*
12 *Ampliatur, vt illos possit habere de consuetudine.*
13 *Ampliatur 2. si habeat plures Diœcesi vnitas.*
14 *Tribunalia tamen plura, sicut habet dominia, non potest habere.*
15 *Appellatio ab his Vicarijs, non defertur ad Episcopum, sed ad Metropolitanum.*
16 *Fallit in causis hæresis.*
17 *Episcopus duas habens Diœceses, cogi non potest ad tenendum duos Vicarios.*
18 *Et vnum constituendo, ad illum recurrere debent subditi alterius Diœcesis.*

1 IN hoc dubio, an Episcopus teneatur constituere Vicarium Generalem in sua Diœcesi, ità vt ad hoc cogi possit per superiores, inuenio duas Doctorum sententias, de directo contrarias. Prima est affirmatiua, nempè quod, cogatur Episcopus tenere Vicarium. *per text. in cap. inter cætera, & cap. quoniam. de offic. ord. & ibi Abb. n. 3.* Sylua *in tract. de benef. 1. p. q. 5. num. 174.* Bald. *in alioquando, num. 1. in 4. opp. ff. de offic. Proconf.* Buer. *decis. 347.* Couarr. *lib. 3. var. res. cap. 20. num. 4.* Foller. *in pract. crim. Can. 1. p. moral. num. 74.* Sbroz. *lib. 1. q. 45. num. 1. cum* innumeris Aliis per ipsum adductis; mouetur ratione, quia Episcopus tenetur Ecclesiæ suæ constituere Æconomum generalem, & eo negligente, tenetur illum creare Archiepiscopus; & iste Æconomus Vicarius dicitur, qui vices Episcopi gerat, etiam in iudicandis Clericis, *tex. est in cap. in nona, 16. q. 7. & in can. cum simus. 9. q. 3. & in can. quoniam. 89. dist. & in can. volumus. ead. dist.*

2 Limitant tamen DD. si Episcopus esset captus a Turcis, quia tunc non potest, nec Vicarium constituere, nec beneficia conferre Rebuff. *in concord. Franc. rubr. de coll. §. tenentur in verb. aut eorum Vicarijs &* Mand. *in reg. cancell. 24. de male promotis q. 6. num. 13.*

3 Limitatur 2. quando non adhuc possessionem episcopatus apprehenderit, licet sit declaratus Episcopus. Abb. *in cap. qualiter. in 1. notab. de elect.* Felin. *cons. 40 n. 7.* Sbroz. *ib. n. 15.*

4 Limitatur 3. vt non possit deputare Vicarium perpetuum, nisi ex legitima causa; & tunc non ligat Successorem in Episcopatu; si illum deputatum a suo prædecessore amouere voluerit Put. *decis 4. de offic. Vic.*

5 Secunda vero doctorum sententia, est negatiua nempè non teneri episcopum creare Vicarium; quam sequitur Rot. Romana apud Put *decis. 43. lib. 2.* Mohedan *decis. 4. de offic. Vic. & fuit dictum in una Calagurritana fructuum, 18. Martij. 1583. coram Bubalo, quæ est inter decisiones, diuers. decis. 222. num. 5. p. 2. quas refert.* Ricci. *in collect. decis. p. 5. collect. 1602. & nouissimè vna Viterbien. & Tuscan. Vicarij, Veneris 3. Martij. 1517. coram Caualerio inter eius impressas dec. 418.* Et de facto degnauit manutentionem cuidam communitati contrà episcopum, quem volebat compelere ad retinendum Vicarium Generalem in illo loco *ut decis.* Capuaquen. *306. num. 3 p. 1.* Caualer. *decis. 418. cit. num. 9.* Post. *de manut. obseru. 53. num. 9* Card. Tuscus. *pract. concl. verb. manutenendo concl. 69. num. 6.* Barb. *de pot. Episc. par. 3. alleg. 54. num. 525.* Ratio est, quia in facultate episcopi est, an velit Vicarium retinere. Post. *de manutenet. vbi sup.*

6 Ex iis enim, quæ fiunt, seù fieri solent, vel permittuntur iure facultatis, vel ex gratia, & voluntate aduersarii, nullum quæritur ius, nec oritur possessio, vel quasi. quæ sit attendenda. Ponton. *de spol. lib. 2. cap. 16. num. 166.* Pacif. *de Salaiano interdict. in/poss. 1. cap. 6. num. 30.* Rec. *in collect. decis. select. 1253. in fin.* Mantic. *decis. 279. num.* Rot. Rom. *decis. 297. sub n. 4. p. 2. diuers. & decis. 397. n. 3. & decis. 640. n. 3. p. 2. recent.*

7 Ideò in potestate ipsius Episcopi est, Vicarium retinere in quacumque parte suæ Diœcesis *optim. est tex. in cap. cum episcopus de offic. ord. in 6. ubi* Gemin. & Archid. *num. 7.* Rot. *apud* Postium *post tract. de manuten. decis. 159. num. 3.* Sbroz. *de offic. vic. lib. 1. q. 57.*

8 Limitatur tamen prædicta conclusio negatiua; vt si episcopus negligat expeditionem causarum, præsertim si sit Theologus, non Iurista, quia tunc compellitur constituere Vicarium, vt sæpè Sac. Congr. Episc. diuersis temporibus præcipere consueuit; & si perseuerauerit in negligentia, mittitur illi ab Vrbe vicarius, vel aliundè pro tali officio exercendo, vel cum Breue Apostolico, vel cum litteris Sacræ Congregationis, vel cum patente episcopi, qui fuit adhoc compulsus.

9 Reuera tamen, talis vicarius missus ab Vrbe talibus modis, est vere Vicarius Apostolicus, & iurisdictionem habet priuatiuè, quò ad episcopum, nec episcopus illum remouere potest. Sac. Congr. Episc. *in vna Saonen. 17. Septembris 1605. & in una Motulen. 5. Augusti 1650. & in una Ciuitatis Castellanæ 2. Aprilis 1591. & Mediolanen. 6. Februarij 1594. & Bisinianen. 18. Martij 1632. & in vna Castren. 16. Martij eod. anno.* Cui sententiæ adhæreo, non autem primæ, quia hodiè in praxi seruatur. Et de facto accidit mihi anno 1646. dum essem Vicarius Apostolicus S. Marci in Calabria, cum litteris Sacræ Congregationis.

Ad secundum dubium, An scilicet episcopus possit plures Vica-

Vicarios generales in sua Diœcesi constituere, si voluerit, non vnum tantum?

10 Respondeo affirmatiuè, quia facilius expediuntur causæ per plures, quàm per vnum, *cap. quoniam de offic. ord. cap. adhæc, de offic. Archid. cap. 1. de celebr. miss. Clem. & si principalis, & ibi Card. num. 3. iuncta gloss. de rescript. cap. prudentiam, vbi* Abb. *num. 10. de offic. deleg.* Vgolin. *de offic. & pot. episc. cap. 4 §. 6. num. 4.* Rebuff. *in pract. benef. tit. form. vic. Archiep. num. 203.* Sbroz. *lib. 1. q. 50. num. 4.* Barb. *de episc. pot. p. 3. de alleg. 54. num. 126.* Zerol. *in prax. episc. p. 1. verb. Vicarius n. 1.* maximè si Diœcesis sit multum ampla. Et potest illos tali modo constituere, vt Alter ab altero non dependeat, & quod sint æquales. Imò tàm in solidum, quàm simpliciter, & pro parte. Vel quod vnus sit principaliter alter minus principaliter, etiā si constituatur, vnus in vno loco, & alter in alio loco; nam non attenditur generalitas loci, sed generalitas commissionis causarum, & sic facerent vnum consistorium cum episcopo Syluest. *verb. Vicarius, §. 4. vers. primum,* Gloss. *in dict. Clem. & si principalis, vbi* Card. *num. 4 de rescript.* Felin. *in d. cap. prudentiam, num. 1. de offi. deleg.* Sbroz. *vbi sup. num. 5.* Zerol. *in prax. episc. p. 1. verb. vicarius. §. 1.*

11 Limitatur tamen, vt eos constituere episcopus debeat in loco, vbi Sedem habet, nam Generalis Vicarius ille dicitur, qui constitutus est cum generali potestate in loco, vbi episcopus Sedem habet. Bart. *in l. 1. in fin. ff. quis, & à quo appell.* Marant. *de ord. iudic. p. 4. dist. 5. num. 8.* Sbroz. *lib. 1. q. 28. num. 7. & q. 69. num. 2.* Barbos. *vbi supra n. 127.*

12 Ampliatur prædicta conclusio, vt possit episcopus plures habere vicarios, si ità seruetur de consuetudine. Quarant. *verb. Capitulum Sed. vac.* Sac. Congregat. Episc. *in vna Lancianen. 28. Martij 1599. & 1. Februarij 1614. ibidem.*

13 Et à fortiori si habeat plures Ciuitates, vel Diœceses vnitas, nam tunc debet vnaquaque tenere suum Vicarium generalem. Ead. Sac. Congr. *in vna Sutrina. 7. Iunij 1594.*

14 Non debet tamen habere plura Tribunalia, vel plures Vicarios iuxta numerum dominiorum, ad quæ Diœcesis se extendit, Sac. Congreg. *in vna Aquensis 16. Februarij 1604.* Nicol. *in Flos. verb. vicarius generalis, n. 40. in fin.* Et quia, vt diximus, omnes sic generaliter constituti, faciunt idem, & vnum Tribunal cum episcopo.

15 Sicuti si esset vnus generaliter constitutus, ideò ab istis non posset appellari ad episcopum, vt disponitur, *in cap. 2. de consuet. in 6. & Romana, de appell. eod. lib.* sed appellatio defertur ad Metropolitanum, si non sit exemptus episcopatus.

16 Fallit tamen in causis religionis, seu hæreseos, quia in istis non appellatur ad Metropolitanum, sed immediatè ad Papam, siuè ad supremum Inquisitionis Tribunal, *cap. ut debitus in fin. & ibi* Gloss. *verb. causis de appell.* Apostill. Pegn. *in Director. in quæst. com. 31 in 3. p.* Zerol. *p. 1. prax. episc. verb. vicarius, §. .. in fin.* Quod si noluerit episcopus duas habens Diœceses vnitas, duos vicarios æque principaliter generaliter creare, ad hoc cogi non potest, quia vicarius constitutus in vna Ciuitate, vbi Sedem habet, censetur constitutus in altera, vbi sedem non habet. Cardin. *in Clem. 2. q. 2. de rescript. quam citat* Sbroz. *lib. 1. q. 27. num. 10.* Barb *vbi sup. n. 13.* Ratio est, quia respectu Episcopi, reputantur vna Diœcesis, & potest in vna residendo, explere factum alterius. Rebuff. *in prax. tit. de union. benef. num. 16.*

18 Quod si vnum constituat vicarium, ad illum debent accedere subditi vtriusque Diœcesis. Rebuff. *vbi prox. num. 52. vers. quarto conueniri poterunt.* Rot. *in Viterbien. & Tuscanen. Vicarij Veneris 3. Martij 1617. coram Canalerio, quam affert,* Steph. Grat. *tom. 4. discept. for. cap. 655.* Barbos. *vbi supra nu. 130. in fin.*

SVBSECTIO SEXTA.

Quibus Modis expiret Iurisdictio Vicarij Generalis Episcopi.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio Vicarij expirat multis modis.*
2 *Expirat per reuocationem tacitam, vel expressam.*
3 *Reuocatio ad notitiam Vicarij venire debet.*
4 *Remotio Vicarij sine causa, approbatur.*
5 *Causæ iustæ, pro quibus remoueri potest.*
Quando non benè gubernat.
Nec certiorem facit sacram Congregationem de grauibus causis;
Si scribat irreuerenter ad Sac. Congreg.
Si DD. Cardinales non magnifaciat.
Si caret prudentia.
Si excommunicatus existat.
Si mandatis Sacr. Congregationis non obediat.
Si sit oriundus ex Diœcesi.
Si sit Religiosus.
6 *Reuocari potest Vicarius ab Episcopo, non obstante iuramento de non reuocando.*
7 *Reuocari non potest multis ex causis.*
Quando esset confirmatus à Papa.
Quando reuocatur, ut infirmetur gesta ipsius.
Quando est factus per viam conuentionis à Papa approbata.
Chorepiscopi qui sint.
Quando est Apostolicus à Papa datus.
Neque quando factus fuit per viam compromissi, et gratiæ.
Neque si sit à lege datus.
8 *Gesta per Vicarium reuocatum sunt nulla, si reuocationem sciat.*
9 *Morte Episcopi finitur Vicarij iurisdictio.*
10 *In duobus casibus durat iurisdictio Vicarij, etiam mortuo Episcopo.*
Primo si causa commissa fuit sub expresso nomine proprio.
Secundo si ignorauit mortem Episcopi.
11 *Successor in Vicariatu, an cognoscere possit causas ceptas à suo Prædecessore.*
12 *Cessat similiter iurisdictio Vicarij per translationem Episcopi ad alium Episcopatum.*
13 *Cessat etiam si Episcopus sit excommunicatus vitandus.*
14 *Vicario excommunicato, non excommunicatur subdelegatus, nisi participaret in crimine.*
Secus etiam si sit constitutus ab Episcopo, non à Vicario.
15 *Excommunicato Vicario præterito, non erit excommunicatus Vicarius successor.*
16 *Cessat etiam Vicarij iurisdictio per Captiuitatem Episcopi.*
Mors ciuilis naturali equiparatur.
17 *Cessat item iurisdictio per ingressum Religionis Episcopi.*
Mors naturalis & Religio equiparantur.
18 *Cessat item per Renunciationem.*
19 *Cessat item per Depositionem, vel Relegationem Episcopi.*
20 *Cessat item per Permutationem Episcopatus, sed non statim.*
21 *Syndicari non potest Vicarius post officium.*
22 *Vicarius offendens Metropolitanum, per eundem punitur.*
23 *Vicarius delinquens in officio, à quo puniatur.*

Vidimus in Superioribus, quantum se extendat auctoritas, & iurisdictio vicarij generalis; hoc autem loco necessè est videre, quomodo expiret, vel vsquequo duret eius iurisdictio.

1 Quare est primo loco notandum, quod finitur, & expirat eius iurisdictio pluribus modis. Primò reuocatione Episcopi. Secundò morte naturali eiusdem. Tertiò translatione eiusdem ad alium episcopatum. Quartò morte ciuili ipsius, vt si sit excommunicatus, suspensus, vel interdictus. Quintò captiuitate eiusdem. Sextò per ingressum Religionis Episcopi. Septimò per renunciationem, seu cessionem, vel resignationem. Octauò per depositionem. Nonò per relegationem. Decimò, per permutationem, vel aliam similem causam, per quam cessat Episcopi iurisdictio.

2 Finitur igitur, & expirat vicarij iurisdictio per remotionem, seù reuocationem ipsius ab Episcopo factam, quæ duobus modis fieri solet: expressè scilicet, & tacitè. Expressè fit, quando nominatim Episcopus aufert illi potestatem, *vt in lib. iudicium soluitur, ff. de iudic.* Tacitè fit, quando constituit secundum vicarium, quia tunc videtur primum reuocasse, *cap. clericos, de offic. vic.* DD. *in cap. non iustè de procur.* Rebuff. *in prax. benef. de form. vic. Archie. num. 203.* Sbroz. *de off. vic. lib. 3. qu. 33. num. 1.*

Sed

Sed contrariam sententiam sequuntur Boer. q. 347. num. 7. Roman, sing. 57. in fin. potest Gloss. in cap. Galliarum, 23. q. 5. cum Alijs notat. per Sbroz. d. q. 33. n. 2.

Possunt tamen conciliari sententiæ, vt tunc censeatur reuocatus primus vicarius per constitutionem secundi, quandò expresse, vel tacitè potest colligi ex verbis secundi, quod per creationem secundi, reuocauerit primum, cap. penult. de procur. in sexto. Rebuff. vbi sup. num. 105. Vndè si Episcopus notificare faciat primo constitutionem Secundi, tunc tacitè censetur reuocatus primus, licèt expressè non reuocauerit, & isto casu gesta per primum, amplius non valent, post notificationem, l. si fortè, ff. de offic. Proconsf. Bald. in l. solent. §. sicut. ff. eod. tit. Innocen. in cap. insinuasti, de appell. Sbroz. d. quæst. 33. cap. 4. Rebuff. ibid. num. 206.

3 Reuocatio autem potest fieri, siuè per procuratorem, siuè per nuncium, siuè per amicum; dummodò perueniat ad vicarij notitiam. Alij tenent, quod fieri debet notificatio reuocationis per ipsummet Episcopum, siuè eius Secretarium, vel etiam per secundum Vicarium, & tunc quomodocumque fiat, sufficit. Boer decis. 347. vers. vicarius à num. 14. vsque 17. per Gloss. in Clem. causam, §. insinuatio, de elect. verb. plena, Gloss. in cap. cupientes, verb. notitia, de elect. in 6. Felin. in cap. cæterum. col. 8. vers. valet. processus de rescr. Calder. cons. 4. de offic. vic. Rebuff. ibid. num. 211. Sbroz. d. q. 33. n. 9. cum seqq.

4 Et tamen notandum, quod in remotione Vicarij, debet haberi ratio honoris ipsius, & proptereà magna cum circumspectione est facienda; nec sinè graui causa, alias reintegrari potest per Sacram Congregationem Episcoporum. Sic declarauit, Ead. Sac. Congr. in vna Spalatren. 3. Iulij 1601. & in vna Trahunen. 7. Septemb. & 8 Octobris 1649.

5 Causæ autem iustæ pro quibus remoueri potest Vicarius, plures sunt: Prima est, si de Vicario audiantur multæ querelæ. Ead. Sac. Congr. in vna Spalatren. 5. February 1601.

Secunda est, quando non benè gubernat: nec certiorem facit Sacram Congreg. de causis magni momenti in defectu, vel absentia Episcopi, Ead. Sac. Congr. in vna Agrigentina 27. Octobris 1603. & in vna Teanen. 5. Decembris eod. anno.

Tertia causa est, si se gerebat irreuerenter ad Sacr. Congreg. eiusque DD. Officiales Ead. Sac. Congreg. in vna Rietina 3. Septemb. 1601.

Quarta est, si aliquem ex S. Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, ea, qua decet reuerentia non tractet. Ead. Sac. Congr. in vna Sauonen. 19. Nouemb. 1655.

Quinta est, si caret circumspectione, & prudentia, licet in reliquis idoneus esset. Ead. Sacr. Congreg in vna Placentina 11. Septembris 1601.

Sexta causa est, si excommunicatus existat, Sacr. Congreg. in vna Placentina 18. Iunij 1649.

Septima est, si mandatis Sacræ Congregationis obedire renuit Sac. Congreg. in vna Parmen 17. Augusti 1645. & in vna Ausculana 23. Aprilis 1649.

Octaua est, si oriundus fuerit ex ciuitate, vel Diœcesi Sac. Congreg. in vna Pistorien 19. Octob. 1625. & Sutrinen. 16 Nouem. 1640. & in vna Ostanen. 28. Iuly 1587. & Spalatren. 9. Martij 1593. & Sangallien. 10. February 1598.

Nona est, si Regularis sit, vel religiosus. Ead. Sac. Congr. in vna Istrien. 16. Octob. 1615. & Spalatren. 12. Aprilis 1619.

Notandum est similiter reuocari, & remoueri posse Vicarium per Episcopum, etiam si iurasset Episcopus illum non reuocaturum, Gloss. singul. in cap. fin. de procur. in 6. Anton. Gabr. commun. lib. 2. tit. de iureiuran. concl. 1. num. 14. Sbroz. lib. 3. q. 32. num. 5. Rebuff. in prax. ben. de form. vic. n. 193. Barb. de episc. p. 3. alleg. 54. num. 145. in fin. & Nos infra sect. 7. sub sect. 1. num. 27. Debet tamen prius absolui a iuramento, alias cadit periurus Gloss. in preced. cap. fin. Felin. in cap. ex parte Decani, vers. dict. cap. fin. in ampliat. de rescript. Rebuff. ibid. Sbroz. d. q. 32. num. 8.

7 Non potest tamen reuocari Vicarius multis ex causis. Primò quando confirmatus esset à Papa, nam tunc non potest Episcopus illum reuocare. Cucc. Inst. iur. can. de vic. episc. nu. 139. Rebuff. ibid. num. 194. Sbroz. eod. q. 32. num. 11. Quod intelligitur si confirmatus esset à Papa ad vitam, non si simpliciter facta esset confirmatio. Rebuff. ubi sup. num. 195. & Sbroz. ibid. num. 12. Secundo non potest reuocari quando reuocatio fit ad effectum infirmandi gesta per ipsum, quia res tunc non est integra, cap. in causis, de elect. Rebuff. vt sup. num. 196. Tertiò non potest reuocari, quando factus est per viam conuentionis à Summo Pontifice approbatæ, vt olim fiebat (in horepiscopis, Rebuff. ibid. num. 109. Sbroz ubi sup. num. 13. Quid autem sint Choropiscopi inde tex. & DD. in cap. chorepiscopi 68. dist. Lancell. inst. iur. can. de chorepisc. vsu sublato.

Sed hic est notandum quod licet Vicarius ab Episcopo electus, sit confirmatus à Papa, potest adhuc remoueri ab ipso Episcopo, inconsulto Papa, si est, vt mox diximus, Iacob. Laurent. de iud. & suspell. cap. 4. num. 9. & 11. post. med. Quod tamen non procedit in Vicario à Papa immediatè electo, qui propriè Vicarius Apostolicus dicitur, de quo infrà sermo habebitur, hac ead. p. 1. de Vicar. Apost. sect. 6. per tot.

Quartò non reuocatur, quando fuit illi collata facultas per viam compromissi, & gratiæ, quia tunc etiam re integra, non potest reuocari. cap. causam quæ ubi DD. de elect. Rebuff. ibid. num 197. Quintò non potest reuocari Vicarius à lege datus, vt procedit in Archidiacono, qui à iure habet Vicariatum inhærentem personæ. Abb. & Alij, in cap. 1. in fin. de offic. Archid. Rebuff ibid. num. 199. Sbroz. loc. pracit. num. 14. sed hoc aliter hodie procedit.

8 Notandum insuper, quod reuocatio Vicarij, debet ei notificari, vt suprà diximus, ad hoc, vt se abstineat à iurisdictione exercenda, alias gesta, per ipsum, etiam post reuocationem, ipso tamen ignorante, valebunt, veluti à contrario nullius essent roboris, & momenti omnia ea, quæ post reuocationem fecerit, si illi notificata fuerit. Rober. Lancell. de attentat. par. 2. cap. 10. Put. decis. 450. num. 1. lib. 2. Roman. sing. 58. & 616. Sbroz. lib. 3. q. 32. num. 16. Rebuff in Prax. benef. tit. de Simon. in resign. num. 34. & seq. par. 3. idem dici debet; si Vicarius post finitum officium, vel renunciatum, vellet cognoscere de causis sibi commissis sub nomine dignitatis. Gloss. in Clem. 2. verb. principales, ubi DD. de rescript. Abb. in cap. quoniam, num. 10. & Felin. num. 7. de o fic. deleg. Sbroz. lib. 3. q. 47. num. 1. Secus tamen est in causis, quæ sibi delegatæ fuerant, sub nomine proprio, quia tunc posset de illis cognoscere etiam finito officio. Gloss. in eod. Clem. 2. Abb. & Felin. ibid. Sbroz. dict. lib. 3. quæst. 46. num. 1. & Nos infrà d. sect. 6. num. 37

9 Secundus modus, quo cessat, & finitur iurisdictio Vicarij est, per mortem Episcopi. Ratio est quia cum Episcopus, & Vicarius constituant vnum, & idem Tribunal, per mortem alterius expirat iurisdictio Vicarij, quæ dependet ab Episcopo ipsum constituente, Clem. fin. & ibi Gloss. verb. contestata, procur. vbi communiter DD. cap. si gratiosè de rescript. in 6. cap. illa; & cap. fin. ne Sed. vac. cap. ad abolendam, in princip. de hæret. cap. cum olim. de maior. & obed. cap. quia, ubi DD. de iudic. Abb. in cap. exstirpandæ, §. quia verò numer. 14. de præbend. Rebuff ibid. de form. vicar. num. 216. Sbroz lib. 3. quæst. 44. Barb. de episc. par. 3. de alleg. 54. num. 151. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 30. per tot. Quod adeò verum est, vt Vicarius mortuo Episcopo, non possit amplius cognoscere, neque causas iam cœptas, ipso viuente, & ipsas expedire, perficiendo, quod deficiat. Henriquez in summ. lib. 3. cap. 21. §. 8. litt. S. licet dicat, iurisdictionem non expirare de per se, sed deponi per Capitulum. Specul. tit. de iud. ordin. & auditorib. vers. nota quod Vicarius, Sbroz. lib. 4. q. 45. num. 4.

10 In duobus tamen casibus, potest Vicarius, etiam mortuo Episcopo cognoscere causas cœptas. Primus est, quando causa commissa illi fuit, sub expresso nomine proprio, non sub nomine Dignitatis Vicarij, quia tunc censetur electa Industria, & idoneitas personæ, latè Sperell. decis. 31. num. 12. cum seq. Gloss. in Clem. 2. verb. principalis de rescript. Sbroz. lib. 3. q. 46. num. 2. Alter casus est, quando Vicarius ignorat mortem Episcopi longè distantis, quia tunc valent omnia per ipsum gesta, etiam post mortem Episcopi, Gratian. discept. Forens. c. 18. num. 50. Sanchez d. lib. 3. disp. 22. num. 59. & disp. 30. num. 4. Sperell decis. 30. num. 3.

11 Sed quæritur hic. An successor in Vicariatu, possit cognoscere de causis delegatis Vicario suo prædecessori, nomine officij Vicarij, de quibus antequàm remoueretur, vel alio modo cessaret eius iurisdictio, iam cœperat cognoscere. Et respondeo, quod in hac quæstione non concordant Doctores Quidam enim asserunt, Successorem in Vicariatu, succedere in cognitione causarum prædecessori delegatarum; ità Gloss. in Clem. 2. de rescript. ubi DD. communiter Abbat. in cap. quoniam num. 10. de offic. deleg. ubi Berous. latè, num. 100. Sbroz. lib. 3. q. 49. num. 4. Fusius Hier. Gabr. cons. 32. num. 7. cum seqq.

lib. 2. praesertim num. 6. & 25. Quidam verò Alij contrarium tenentur firmat, successorem in Vicariatu, non posse cognoscere de causis suo praedecessori delegatis. Bart. *in l. quod. Principi. in fin. & in l. more. ff. de omn. iud.* Gigas. *cons. 48.* Cauale. *decis. Finiz. 40. num. 2.* vbi de comuni testatur, Achill. *Rota decis. 331.* Caputaq. *decis. 197.* Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 8. tit. 17. num. 3.* Sbroz. *ibid. num. 3.* Sed prima sententia magis placet, quia dignitas Vicariatus semper durat, & nunquam desinit esse, siuè moriatur, siuè reuocetur, siuè amoueatur Vicarius *cap. si gratiosè de rescript. in 6.* vbi DD *cap. quoniam vbi Abbat. num. 10. de offic. deleg.* & ità vidi in praxi seruari, reiectis subtilitatibus pro contraria sententia adductis. Potest tamen conciliari contrarietas, reccurrendo ad coniecturas; an scil. Papa delegando causam Vicario Episcopi, respexerit potius ad Tribunal Episcopi, quàm ad personam Vicarij; quia in tali casu Vicarius Successor, poterit cognoscere: secus si rationem habuit personae Vicarij, nam tunc, non potest successor procedere. Abb. *in d. cap. quoniam num. 11. vbi* Butrius. *num. 20 & 25. de offic. deleg. latè* Gabriel. *d. cons. 32. n. 5. & 2.* Sbroz. *lib. 4. q. 49. num. 9. qui seq. quaest.* infert, ex hoc, quod legatum factum Vicario, non debetur successori, si moriatur Vicarius legatarius, antè testatorem.

12 Tertius modus, quo cessat iurisdictio Vicarij Episcopi, est per translationem eiusdem ad alium Episcopatum. Ratio est, quia cessat iurisdictio Episcopi translati, sicut per mortem *Not. in cap. inter & cap. fin. de translat. episc.* Gloss. *in cap. si propter. verb. vacabat. vbi DD. communiter, de rescript. in 6. & in cap. si episcopus, ver. mortem. de suppl. neglig. prelat. eod. lib.* Vant. *de nullitat. ex defectu mandat. num. 168. & 171.* Sbroz. *lib. 3. q. 42. num. 4.* Rebuff. *ibid. num. 259.* Et consequetur expirat etiam iurisdictio Vicarij in eodem Episcopatu, & Dioecesi, in qua Episcopus illum constituens, erat prius Episcopus, ex comuni regula *l. cum quis in prim. C. de solut. l. si conuelint. vbi Bart. ff. eod. tit. latè* Couar. *cons. 95. volum. 2. vers. principaliter* Vantius, & Sbroz. *vbi sup.* quod cessante causa, praesumitur cessare etiam voluntas, & mandatum; quod ea conditione videtur factum, vt scilicet si res integra in eodem statu permaneret; ideò cum principalis constituens, Episcopus nimirum, desinat esse dominus, vel quasi illius rei, cuius contemplatione constituerat Vicarium, cessat quoque necessariò illius iurisdictio. Quod est adeò verum, vt cesset Vicarij iurisdictio, etiam si Episcopus translatus, ignoraret translationem Episcopatus, nam adhuc gesta per Vicarium post translationem Episcopi, etiam illam ignorantis, non essent valida. Calder. *consule. de sent. & re iud.* Franc. Marc *q. 11. 20. num. 4. & seq. & num. 11.* Ratio est quia potestas Episcopi abdicata erat tunc temporis ab ipso, & consequenter à Vicario *cap. quia in cunctis. §. adycienbatur de concess. prabend. in 6.* Franc. *in cap. ex eorum de rescript.* Sed hoc est intelligendum, si summus Pontifex translationem admisit, alias non Franc. Marc. *d. q. 1120. num. 4. & seq.* Calderin. *ibid.*

13 Quartus modus, quo finitur iurisdictio Vicarij est, si Episcopus, qui illum constituit, sit maiori excomunicatione ligatus, & publicè denunciatus, aut suspensus, vel interdictus. Ratio est, quia sicut per excommunicationem suspenditur Episcopi iurisdictio *cap. ad probandam de re. iud. cum ... 14. quaest. 1. DD. communiter in cap. susceptum de rescrip.* Suarez. *de cens. disp. 13. sect. 2. num. 55.* Sayrus *de censur. lib. 2. cap. 6. num. 5.* ità similiter suspenditur iurisdictio eius Vicarij, quae est accessoria, & vnum facit consistorium cum Episcopo, *cap. 1. vbi* Gloss. *verb. ipsius officiales in fin. de offic. Vic. in 6.* Gloss. *& DD. in Clem. vlti de procur.* Rebuff. *in prax. benef. de for. vic. num. 217.* Sayr. *vbi sup. num. 19.* Barb. *p. 3. de episc. alleg. 54. n. 146.* Sbrox *lib. 3. q. 17. nu. 1.* Zerol. *in Prax. episcop. verb. Vicarius §. 8.* Ex quo infertur, quod si tunc temporis Vicarius conferat beneficium, vel ipsemet Episcopus conferens efficeretur irregularis, & collatio non valeret. Aretin. *in cap. cum non ab homine col. penult. de iud.* Rebuff. *ibid. num. 2.* Paris. *cons. 89. num. 5. vol. 4.* Sayr. *vbi supr.* Quod habet locum, etiam si Vicarius, & Episcopus adhuc ignoraret excommunicationem Gloss. & DD. *in cap. penul. de cler. excom. minist.* Abb. *& Alij in cap. pastoralis §. verum. de appell.* Rebuff. *vbi sup. num. 218.* Sbroz. *ibid. num. 8.* secus tamen est, si Episcopus esset toleratus, vel occultè excommunicatus, nam tunc fauore publici iuris, ex comuni opinione, prò non excommunicato haberetur, & sic collatio valeret Abb. *in cap. veritatis num. 4. de sent. excom.* Felin. *in cap. ad probandum num. 6. re iudic.* Barbos. *ibid. num. 147.* Sbroz. *nu. 6. & 7.* Patris. *vbi sup. in fin.*

14 Sed quaeritur his numquid si Vicarius habeat subuicarium, ipso excommunicato, cesset iurisdictio eius subuicarij, & fit excommunicatus Subuicarius: sicut excommunicato Episcopo, cessat iurisdictio Vicarii. Respondetur negatiuè. *ex cap. 1. vbi DD. communiter. de offic. vic. in 6.* Pauin. *de pot. cap. sed. vac. p. 2. prin. q. 10. num. 2.* Sbroz. *lib. 3. q. 18.* Cucch. *Inst. Iur. Can. de Vic. lib. 2. tit. 8. num. 11.* nisi Subuicarius participaret cum Vicario excommunicato in crimine criminoso, quia tunc esse exommunicatus. *d. cap. 1. de offic. vic. in 6.* vbi Ioan. Andr. *in vers. qui*, Innoc. & Archid. *in vers. excommunicationis, per text. in cap. si concubina. de sent. excommun* Sbroz. *num. 3* Quod si Subuicarius habuit iurisdictionem ab Episcopo, & non à Vicario, tunc excommunicato Vicario, non esset excommunicatus Subuicarius, si excommunicatio fuit lata, propter delictum Vicarij personale; secus si onus erat reale, inhaerens officio, tunc enim Subuicarius esse excommunicatus, sed primo casu, licet Subuicarius non esset excommunicatus, gesta tamen ab ipso, post excommunicationem Vicarii, non valerent. Archid. *in d. cap. primo verb. excommunicationis maioris.* Franc. *ibid. instit. 2. notab.* Roi, *decis. 4. aliàs 478. num. 3. tit. de offic. vic. in nouis.* Pauin. *vbi sup. num. 20.* Sbroz. *ibid. num. 4. 5. & 6.* Et sicut Vicarius mortuo Episcopo, non potest perficere causas coeptas eo viuente, ità Subuicarius non poterit cognoscere de causis coeptis, antè excommunicationem Vicarij, post eius excommunicationem. *DD. communiter, in d. cap. 1. relati à* Sbroz. *ibid. num. 31.*

15 Sed nunquid excommunicato Vicario, erit etiam excommunicatus eius successor in Vicariatu?

Respondetur negatiuè, per ea, quae DD. communiter dicunt, *in cap. quoniam, vbi* Abb. *num. 8.* & Bero. *num. 105. de offic. deleg. per d. cap. 1. de offic. vic. in 6.* Cucc. *vbi supr. num. 12.* Sbroz. *lib. 3. q. 19.*

16 Quintus modus, quo finitur Vicarij iurisdictio est, per captiuitatem Episcopi, quae mors ciuilis dicitur, *l. pater in prin. l. in omnibus, ff. de captiuis*, nam toto tempore, quo in manibus hostium, captiuus detinetur Episcopus, eius Vicarius, nec excommunicare potest, nec alia facere, quae iurisdictionis sunt, quia mors ciuilis, naturali aequiparatur, & eundem parit effectum, & iurisdictio ad Capitulum deuoluitur, *cap. si episcopus*, vbi Glos. *de suppl. neglig. Prelat. in 6.* Gallet. *in Margar. casuum conscientia, verb. vicarius, antepen.* Sayr. *de censur. l. 1. cap. 5. num. 39.*

17 Sextus modus, quo Vicarius non potest amplius exercere iurisdictionem, est si Episcopus ingrediatur Religionem quia dicitur mortuus mundo, nam aequiparantur, mors naturalis, & ingressus Religionis. *cap. placuit, el secondo*, vbi Gloss *verb. mortuus, 16. q. 1. & can. nullus, el secondo, 2. q. 7. l. res uxoris, C. de donat. inter vir. & uxor.*

18 Septimus modus, quo expirat Vicarij iurisdictio est, per renunciationem: nam adhuc renunciatio Episcopatus, siuè cessio, vel resignatio, eundem parit effectum, & Cathedralis vacare dicitur per renunciationem, sicuti per mortem Episcopi; *cap. 1. de renunc. in 6.* Glos. *in cap. si cui nulla verb. moritur, de prabend. eod. lib. & in capit. si episcopus, verb. mortem, de rescrip. eod. lib. DD. communiter in ca. 2. de prabend. in 6.* Franc. Marc. *q. 1120. num. 2.* Quo fit, vt Vicarij iurisdictio, cesset per mortem ciuilem Episcopi, sicuti, per mortem naturalem; Cucc. *Inst. iur. can. de Vic. Episc. num. 153.* Rebuff. *in prax. benef. num. 219.* Barbos. *de episc. p. 3 alleg. 54 num. 154.* Sbrox. *lib. 3. q. 42. num. 2.* Gesta tamen ipsius Vicarij, post resignationem Ecclesiae valent, antequam notitiam habeat resignationis Peregrin. *decis. Rot. 158. lib. 2.*

19 Octauus, & Nonus modus principalis, quo cessat Vicarij iurisdictio, est, per Depositionem, vel Relegationem, quae sunt similiter mors ciuilis, & quantum adhoc, aequiparantur morti naturali Glos. *in cap. si propter tua debita, verb. vacabant, de rescript. in 6. & cap. si episcopus, vbi* Gloss. *verb. mortem; de suppel. negl. pralat. eod. lib. 6.* Calder. *cons. vlt. tit. de sent. & re iud.* Et sicut per mortem naturalem Episcopi, vacat Ecclesia, & cessat iurisdictio Vicarij, vt suprà diximus, *per cap. si gratiosè de rescript. in 6. cap. illa, & cap. fin. ad Sed. vac. cap. ad abolendam, de haret. cap. quia, vbi DD. communiter de iud.* ità per depositionem, vel relegationem eiusdem, cum ambo mortis naturalis effectus sortiantur, vt probat Cucc. *Inst. iur.*

tam.

can. de vic. episc. d. num. 163. Sbroz. *lib.* 3. *q.* 42. *nu.* 4. Canonistæ omnes *in cap. qualiter, & quando il secondo, §. licet, vbi* Abb. *num.* 1. & Felin. *num.* 52. *de accusat.*

20 Vltimus modus, quo expirat Vicarij iurisdictio est, per permutatione Episcopatus cum alio, quia etiam in isto casu vacat Ecclesia, Gloss. *in d. cap. si propter ver. vacabunt de rescrip. in* 6. Sbroz. *vbi supr. num.* 11. Benè verum est, quod quando Episcopatus permutatur cum alio, non reuocatur ipso iure Vicarij iurisdictio, sicuti per mortem, sed reuocari solet per nouum Episcopum primus Vicarius; Vnde vsquequo, non reuocauerit illum, valebunt omnia gesta, antè reuocationem ipsi notificatam. Calderin. *consil.* 4. *de rescript.* Soccin. *consil.* 27. *lib.* 3. Cuec. *vbi supr. num.* 156. Rebuff. *ibidem num.* 225. *cum seq.* Secus est per secundi Vicarij Constitutionem; quia tunc cessat omninò primi iurisdictio: quomodocumque ad eius aures deueniat secundi Vicarij creatio, de quo Paul. Castr. *cons.* 158. *vol.* 1. & *Alij congesti per* Sbroz. *d. lib.* 3. *q.* 31. *à num.* 1. *cum seqq.*

21 Sed quæritur. An Episcopi Vicarius finito officio Vicariatus, teneatur dare Syndicatum, & reddere rationem suæ administrationis, sicuti cæteri officiales, & iudices, vniuersaliter tenentur?

Respondetur negatiuè. Ità fuisse declaratum a Gregorio XIII. in quadam Const. de anno 1578. directa Clero, & Communitati Tarentinen. refert. Barbos. *lib.* 1. *de iur. eccles. cap.* 52. *num.* 136. *vers. Denique Vicarij,* & *in pract. p.* 3. *de pot. episc. alleg.* 54. *num.* 183. vbi ponit formalia verba Bullæ, affert etiam Genuens. *in Prax. Archiep. Neap. cap.* 58. *in nouis, edit.* & Homobonis de Bonis, *de humanæ vitæ statibus, cap.* 7. *in fin.* Marcell. Vulp. *in Prax. eccles. cap.* 44. *num.* 19. vbi dicit, quod licet Summus Pontifex, loquatur in dicta Bulla de Clero, & Populo Tarentino, quid tamen ex communis est, extendi debet ad omnes alias Ecclesias; & de facto sic seruatur, vt Vicarij generales Episcoporum, non dent Syndicatum finito officio. Cum enim prætenderent Clerus, & Communitas, vt Vicarii essent obnoxii Syndicatui, respondit Summus Pontifex. Vicarios, & Officiales: siuè generales siuè particulares, etiam Foraneos nuncupatos, nullo modo ad aliquem Syndicatum teneri, aut eidem, sub quouis prætextu, obnoxios esse. Neque obstat, quod asserunt multi Doctores, quod Vicarius Episcopi, tenetur finito officio stare syndicatui, sicut Alii officiales, & Iudices Ciuitatum. *ex rub. Vt omn. iudic. tàm ciuil. quam crim. in Authent. cum nigro in verb. Vicarius, tradit* Paris. de Put. *in tractat. de synd. in princ.* Carauit. *super Rit. Magn. Cur. vicar.* 265. *per tot.* Pauin. *de pot. cap. sed vacan. p.* 2. *q.* 8. Sbroz. *lib.* 3. *q.* 58. *& Alij.* Qui mouentur ratione comuni quod scilicet, omnis homo, qui ad ministrationem alicuius exercet, regulariter tenetur reddere rationem, iuxta illud Euangelij; *Redde rationem villicationis tuæ.* Lucæ. 16. *capitul. qualiter, & quando il secondo de accusat.* Soccin. *consil.* 413. Roland. *consil.* 49. *num.* 2. *volum.* 1.

Nam respondetur, quod loquuntur secundum ordinariam regolam iuris comunis, iuxtà quod, priùs tenebantur ad syndicatum; Sed aliter seruatur hodie post Constitutionem prædictam Gregorianam, in Episcoporum Vicariis, & per alias etiam Constitutione particulares Summorum Pontificum, & per Sacræ Congregationis Episcoporum negotiis præpositæ Decreta. Ratio est, quia si errauerint Vicarii, Episcopi peonidebunt, prout iustum fuerit. Ead. Sacr. Congregat. Episc. *in vna Tarentinen.* 1601. 20. *Augusti*, maximè in causis suspiciosis, deputando delegatum, si ipsimet causam cognoscere nolunt, vel non possunt quia & ipsi quoque sint suspecti: & dimittendo ipsi delegato liberam iustitiæ administrationem. Ead. Sacr. Congregat. *in vna Brundusina* 13. *Octobris* 1591. Et insuper aliter seruatur de consuetudine, à qua non est recedendum. Clar. *in pract. crim. §. fin. q.* 25. *vers. fuit aliquando*; maximè vbi esset talis consuetudo, ab Episcopo, vel alio Superiore confirmata, vt inquit Anchar. *consil.* 18. *num.* 2. *cum seqq. & refert.* Sbroz. *de offic. vic. lib.* 3. *q.* 53. *n.* 3.

22 Notandum insuper est, quod si aliquis Vicarius, offendat iurisdictionem Metropolitani, non deferendo appellationi legitimè emissæ, & illius inhibitionem paruipendat, tunc poterit per eundem Metropolitanum censuris Ecclesiasticis compelli, & coerceri, secundum sacros Canones. *cap.* 1. *de offic. vic. in* 6. *cap. romana Ecclesia, in princ. de appell. not. in cap. pastoralis, de offic. ord. vbi Canonistæ;*

23 Aduertendum est vltimo. Quod si Vicarius Episcopi delinquit in officio, vel iniustitiam faciat litigantibus, vel alio modo crimen committat, puniri debet per Episcopum, sicut potest quilibet alius Magistratus coercere officialem suum, omni appellatione remota. *l. nullis officialium, C. quor. appell. non recipiunt. posita per* Gratianum *in can. si qui appellat. §. nullo quoque* 2. *quæst.* 6. Lottec. *de re beneficiar. lib.* 1. *quæst.* 22. *num.* 100. *cum seqq.* Carauit. *Rit.* 49. *num.* 10. Quod intelligendum est, si delinquat, vt quilibet alius priuatus, non his, quæ iurisdictionem tangunt, Gloss. *in cap.* 1. *verb. ex rationabili, de offic. vicar. in sexto.* vbi Arcid. & Alii, Sbroz. *lib.* 3. *q.* 57. *nu.* 8. Si verò delinquat in his, quæ sunt iurisdictionis, punitur ab Archiepiscopo, Gloss. *in d. cap.* 1. *ibid.* Innocen. & Archid. *in cap. romana, §. fin. de for. compet. in* 6. Sbroz. *ibid. num.* 4. Non autem ab ipso Episcopo, nè sit iudex, & pars, & ne iudicet in causa propria, quod prohibitum. Bald. *in lib. si quis, num.* 6. *C. de episc. & cler. & in lib.* 1. *in fin. C. ne quis in sua causa iud.* Sbroz. *lib.* 2. *q.* 138. *num.* 1. Contrarium tamen tenent quidam Doctores, qui sic in praxi seruari communiter asserunt, ità Specul. *tit. de compet. iud. adit. §. sequitur, num.* 3. Bald. *in addit. in §. fin. vers. officiales;* Capic. *decis.* 137. *num.* 7 Foller. *super Constit. Regn. tit. de Magist. iudic. cap. magister iustitiarius, nu.* 36. *cum seqq.* Sbroz. *vbi sup. num.* 2.

Forma Litterarum Patentialium Vicariatus Episcoporum.

M. Patritius Ciuitatis N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratias Episcopus N. Baro, &c.

ADmodum Rev. Domino N. salutem in Domino. Pietati, integritati, & doctrinæ tuæ confidentes, te Vicarium nostrum Generalem in spiritualibus, & temporalibus constituimus, cum facultate, ut non solum causas etiam matrimoniales cognoscere possis; sed etiam inquirere, corrigere, & punire quomodocumque excessus: Clericos à suis beneficijs, & officijs, vel administrationibus amouere, & ijs priuare, Beneficia qualibet, etiam resignata, & in posterum constituenda conferre; beneficiorum resignationes recipere, causas beneficiales, etiam institutionem non sequuta cognoscere, beneficia unire, in Iuspatronatus consitituere, & eius donationi impartiri, in alienatione bonorum Ecclesiasticorum, & in transactionibus in eo genere factis auctoritatem interponere, & hæc omnia in casibus à iure permissis; Visitare Ecclesias, Monasteria, & pia loca, Synodum conuocare, & celebrare, dispensare in omnibus casibus Nobis permissis omniaque alia facere, quæ in hac Diœcesi generales Vicarij facere consueuerunt, etiam si speciale mandatum requirerent, quæ omnia ad præscriptum Sac. Canonum, decretorumque, & ordinum huius Diœcesis, ac nostrorum geras, & administres, cum omnibus, & quibuscunque honoribus, & prærogatiuis in similibus consuetis, ac cum lucris, & gagijs, & emolumentis solitis &c. Mandantes, & præcipientes tenore præsentium quibusuis subditis nostris in uirtute sanctæ obedientiæ, quatenus te prompto animo, & benigno recipiant affectu, teque tanquàm Vicarium, & Officialem nostrum, & nostra Cathedralis Ecclesia, & Diœcesis (ut permittitur) recipiant, & admittant, ac tibi pareant, & audiant. Præsentibus ualituris ad nostrum beneplacitum. In quorum omnium, & singulorum fidem has præsentes nostra manu subscriptas, solitoque sigilli impressione munitas faciendas duximus. Datum, &c. Die &c. An. &c.

N. Episcopus &c.

sigill. †

N. Secretarius.

ALLA FORMA,

N. Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopus N.

Dilecto Nobis Perillustri, & Admodum Reu. Domino N. Ciuitatis N. Prouinciæ N. salutem in Domino &c,

INgens negotiorum, causarumque multitudo in foro nostro Episcopali N. in dies magis, magisque emergentium, Nos temere facit, ne Ecclesia nostra sollicitudinis concredita, Nobis circa alia valdè occupatis in spiritualibus, & temporalibus aliquod sentiat incommodum, quod facilè contingere posset, nisi seduló inuigilantes de aliqua persona idonea, per quam pro temporis opportunitate, Ecclesiastica negotia (ut decet) expediantur, prouideri curemus. Quà propter cupientes, & volentes in dicto nostro Episcopatus Generalem Vicarium, atque in temporali iurisdictione Vicecomitem constituere; ac ausó dictum Admodum Reu. N. cuius probitatem, morum honestatem, in rebus agendis industriam, prudentiam, aliaque laudabilia virtutum suarum merita, iam dudum plenè cognouimus, ad huiusmodi munus tenore præsentium eligimus, & deputamus, Cum honoribus, oneribus, & facultatibus, quæ tàm de Iure, quàm de consuetudine ad huiusmodi officium, quomodo libet spectant, præter quàm facultate à Casibus nobis reseruatis absoluendi vel eam alijs Confessarijs, licet à Nobis approbatis, concedendi; Et cum emolumentis solitis, & consuetis, licitis tamen; De quibus contentus sis, & esse debeas absq; ullo salario; mandantes propterea tam R. R. DD. Canonicis dictæ nostræ Cathedralis Ecclesiæ, quam alijs presbyteris, & Clericis secularibus, & regularibus; Nec non alijs nostræ Diœcesis N. atque in ea quouis modo commorantibus, cuiuscumque sint gradus, status, Dignitatis, & conditionis; Nec non Gubernatori, & hominibus dictæ nostræ Iurisdictionis temporalis, quod te in Vicarium, & pro Vicario nostro Generali, & Vicecomite recipiant, tibique in omnibus ad tuum Vicariatus, Vicecomitatusque officium spectantibus, promptè, & libenter obediant, & pareant, prout de iure facere tenentur. Si quis vero temere ausus fuerit contrauenire, sciat, se pœnas, tàm iuris, quàm nostri arbitrij incursurum. In quorum &c. Datum &c. die &c. An. &c.

N. Episcopus N,

Locus † sigilli

N. Secretarius.

ALLA FORMA
diuerso modo.

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N.

DIlecto filio Reu. D. N. I. V. D. Ciuitatis N. diœces. N. Salutem, & sinceram in Dom. Caritatem. Cum decreuerimus iustis causis animum nostrum mouentibus nouum Vicarium in spiritualibus, & temporalibus Generalem deputare; confisi de tua in rebus agendis dexteritate, eximia fidelitate & conscientiæ candore, te nostrum in spiritualibus, & temporalibus Vicarium Generalem constituimus, nominamus, & deputamus; Cum generali, & omnimoda facultate audiendi, & decidendi, causas ciuiles, criminales, mereas, & mixtas, iusque, sub delegandi, carcerandi, mulctandi, censuras ferendi in forma amplissima ad beneplacitum nostrum. Monentes proinde nostros Diœcesanos, ut tibi in prædicto officio promptè obediant, & auxilium præstent opportunum. Quod si quis tibi resistere, aut non obedire audebit, congruam sentiet ultionem: In quorum testimonium has nostras litteras fieri iussimus per infrascriptum Cancellarium, subscriptione nostra, & sigillo roboratas. Datum &c. Die &c. An. &c.

N. Episcopus N.

Locus † sigilli

N. Secretarius.

Forma substitutionis Vicarij Generalis penes Acta Curiæ &c.

In Christi nomine Amen.

PEr illustris, ac Reuerendissimus Dominus N. V. I. D. Abbas, Prothonotarius Apostolicus, ac Illustriss. & Reuerendiss. Domini N. Episcopi N. in spiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis &c. Volens se absentare à Ciuitate N. causa eundi ad visitationem generalem totius Diœcesis (Vel, &c. si Discedat ob aliud negotium) *ad effectum ut Iustitia omnibus æqualiter administretur in ijs quæ ad officium Episcopalis regiminis pertinent, substituit, deputauit, & in eius locum posuit, usque ad eius reditum Admodum Reu. D. N. cum auctoritate in forma &c. omni modo &c.*

N. Vicarius Generalis.

Præsentibus ibidem. N. & N. testibus &c.

N. Cancellarius &c.

Aliquando fit per ipsummet Episcopum huiusmodi substitutio per litteras Patentiales in forma, &c.

SECTIO TERTIA.

De Vicario Archiepiscopi, seu Metropolitani.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus, & Metropolitanus idem sunt.*
2 *Quod probatur ex multis verbis.*
3 *Dictio.* videlicet, *importat declarationem eiusdem rei.*
4 *Archiepiscopus aliquando sumitur pro Primate, vel Patriarcha.*
5 *Archiepiscopus dicitur Princeps Episcoporum.*
6 *Metropolitanus dicitur a mensura Ciuitatum.*
7 *Metropolis unde dicta.*
8 *Archiepiscopus est æqualis Episcopo, quo ad potestatem ordinis, maior tamen, quoad priuilegia.*

1 IN præsenti sectione, in qua de Vicario Archiepiscopi agitur, operæ pretium duxi præmittere, quod Archiepiscopus, & Metropolitanus vnum, & idem sunt in substantia; quamuis in nomine diuersi videantur, vt probatur *ex ordina. Roman. tit. qualiter Episcopus in Romana Ecclesia ordinetur* & traditur per Rebuff. *in concord. tit. de collatione. §. 1. in princ. in glos. verb. Metropolitano*, Raban. Maur. *de institut. cleric. lib. 1. cap. 5. de ordine tripartita Episcopor.* Barbos. *de offic. & pot. episc. par. 1. tit. 1. cap. 6. num. 12. & de iure ecclesiastico lib. 1. cap. 7. num. 4.* Pauin. *de offic. & potest. cap. sed vacant. prælud. 6. n. 14.* Azor. *Instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 35. q. 4.* Et Alij.

2 Quod quidem vltrà supradictos doctores optimè colligitur, *ex cap. pastoralis in princ. de offic. ordinar. & Extrauagant. Saluator. de præben.* & benè, ad expressè habetur in textus *cap. referens. de præbend.* in illis verbis. *Ad Metropolitanum, videlicet Remensem Archiepiscopum.*

3 Vnde cum natura dictionis. *Videlicet sit* declarare eandem rem, vel personam per tex. *in cap. transmissæ de eo, qui cognou. consang. vxor. sua ibi vxore sua defuncta, filiam eius primogenam, videlicet propriam, & in cap. Sacrosancta de elect. & in cap. nonnunus de verb. signific.* probatur etiam *l. videlicet ff. ex quib. caus. maior. & in l. videlicet, ff. de pactis & in l. si quis §. si venditorem, ff. commun. præd.* Gloss. *in Clement. causam verb. videlicet de elect.* Gloss. & Bart. *in lib. 1. num. 1. ff. ad leg. Aquil.* & Aliis penes Barbos. *de dictionib. usu frequentiorib. diction. 423. n. 1.* ideò non est dubitandum.

4 Neque obstat dictum Isidori. *lib. 7. Ethymolog. cap. 12.* vbi videtur asserere Archiepiscopum, & Metropolitanum differre inter se. Nam respondetur, quod ipse sumpsit nomen Archiepiscopi pro Patriarcha, vel Primate: nomen verò Metropolitano pro Archiepiscopo posuit, ità habetur per Gloss. *in cap. Cleros §. ordo. verb. Archiepiscopis dist. 21.*

5 Archiepiscopus autem dictus est, quasi Princeps Episcoporum, quia præest Episcopis suæ Prouinciæ, Isidor *d. lib. 7. etymo.*

etymol. c. 12. debet enim Archiepiscopus habere sub se aliquos Episcopus, puta decem, vel vndecim, vt habetur, *in cap. scitote 6. quæst. 1.* & notatur per Gloss. *in praecit. cap. cleros, §. ordo, ver. à mensura dist.* 21.

6 Hinc est, quod hac eadem ratione dicitur Metropolitanus, à mensura Ciuitatum, quas sub se continere solet, vt inquit Pelagius *Pap. II. epist. 1. omnibus Episcopis*, relatus *in d. cap. scitote 6. q. 3.* & Gloss. *in d. c. cleros, verb. a mensura.*

Neque obstat, quod inueniantur multi Archiepiscopi, qui non sint Metropolitani, & nullum habeant Episcopum Suffraganeum, vt sunt in Regno Neapolitano, Archiepiscopus Nazarenus, Russanensius, Lancianen. & alibi Alij.

Nam respondetur, quod hoc accidentaliter est, & casus rarus existit. Nos verò loquimur de comuni regula. Sicuti neque necesse est, quod semper habeat decem, vel vndecim Episcopus sub se, vt dicatur Archiepiscopus, seu Metropolitanus *iuxta praecit. tex. c. scitote 6. q. 3.* nam sufficit, si habeat vnum Episcopum sub se, vel duos, aut tres, vel plures Suffraganeos, & adhuc dicitur, & est Archiepiscopus, seu Metropolitanus, quia constitutio *d. cap. scitote* non fuit perpetua lex, sed accommodabilis ad necessitates Prouinciarum nutum Summi Pontificis numerum Episcoporum declarantis; vt notat Petr. Greg. *in lib. 15. syntagmat. iuris c. 11. n. 3.*

7 Vel dicitur Metropolitanus à Metropoli Ciuitate, seu Matrice aliarum Ciuitatum Suffraganeorum Episcopurum; vnde Ciuitas, in qua residet Archiepiscopus, Metropolis dicitur, quia est caput Prouinciæ sibi subditæ: Prouincia autem dicitur totus circuitus territorij omnium Diœcesum Episcopatuum, & Episcoporum, sibi subiectum. *de quo vid.* Couarr. *lib. 1. practicar. quæst. cap.* 19. *num.* 2. Gambar. *de offic. & potest. Legati à latere tit. de varijs ordinariorum nominibus, num. 34. dum seqq.* Dionys. Paul. *in tractat. de vera quatuor Patriarchar. Sedium erection. cap. 1. n. 23.* Barbos. *de iure Ecclesi. lib. 1. cap. 7. n. 2. & 3. & de offic. Episc. p. 3. tit. 1. cap. 6. n. 12.* Alciat. *lib. 2. disp. c. 23.* [illegible] Forcat. *dialog. 61. n. 4.*

8 Hinc deducitur, quoad Archiepiscopus est maior Episcopo, solum in iurisdictione, non in substantia ordinis, & characteris Episcopalis. Card. Zabarell. *in Clement. Archiepiscopo num. 7. de priuil.* in eo enim eandem habent auctoritatem quoad potestatem spiritualem. Barbos. *de iur. Ecclesi. d. lib. 1. cap. 6. num. 1. cum seq.* Est tamen Archiepiscopus magis priuilegiatus, quam Episcopus, *cap. seruatis, & cap. igitur 25. quæst. 2.* cuius præstantia dicitur auctoritatis Metropolitanæ, *cap. sollicitudinem de appell. cap. de his, distin. 12. cap. final. distin.* 50. & præcellit honore cæteros Episcopos. Gemin. *in cap. per singulos d. 2. 9. quæst. 3.*

SVBSECTIO PRIMA.

De Vicarij Archiepiscopalis iurisdictione in genere.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ab Episcopis defertur ad Archiepiscopum Metropolitanum, & n. 5.*
2 *Vicarius Archiepiscopi eamdem habet auctoritatem in sua Diœcesi Archiepiscopi, sicut Vicarius Episcopi in sua Episcopali.*
3 *Similem auctoritatem habent Vicarij.*
Primatis, vel Patriarcha in proprijs Diœcesibus.
Non differunt Episcopi ab Archiepiscopis, Primatibus, vel Patriarchis, quò ad potestatem ordinis, sed tantùm quò ad iurisdictionem ibid.
Archiepiscopus habet iurisdictionem ordinariam in propria Diœcesi, in subditos verò Suffraganeorum, Metropolitanicam ibid.
4 *Archiepiscopi nullam habent iurisdictionem in subditos Suffraganeorum, nisi in casibus in iure expressis.*
5 *Appellationum causa inter subditos Suffraganeorum, per Vicarium Archiepiscopi cognoscuntur.*
6 *Et tàm in spiritualibus, quàm temporalibus.*
7 *Si appellatum fuit ab interlocutoria, remanet Iudex in tota causa.*
8 *Casus, in quibus non appellatur ab Episcopis Suffraganeis ad Archiepiscopum.*
9 *In causis Sanctæ Inquisitionis.*
10 *Item in compulsione aliorum subditorum, qui non fuerunt partes in causa.*
11 *Item à Delegato Episcopi.*
12 *Item quando Vicarius Archiepiscopi conuenit coram se subditum Suffraganei.*
13 *In tribus tantum casibus appellatur ad Metropolitanum, scilicet à sententia diffinitiua; ab Interlocutoria vim diffinitiuæ habente; & Grauamine irreparabile.*
In quo differant sententia diffinitiua ab interlocutoria.
14 *Quid sit grauamen irreparabile.*
15 *A quo grauamine appellari possit.*
16 *Quando admitti debet appellatio à grauamine comminata tortura.*
17 *Appellatio à comminata excommunicatione, quando admittatur.*
18 *In prima instantia, extrà casus permissos, non debet admitti appellatio à Metropolitano.*
19 *Appellatio debet proponi coràm Iudice à quo idest suffraganei.*
Limitatur in aliquibus casibus, ib.
20 *Differentia appellationis ab interlocutoria, & appellationis à diffinitiua.*
21 *Non licet Vicario Archiepiscopi ferre excommunicationem in Suffraganeos, existente Archiepis. in Prouincia.*
22 *Iudex à quo potest arctare terminum appellanti ad prosequendum.*
Limitatur in Beneficialibus, ib.
23 *Metropolitanus adiri potest per viam querela. Et quomodo procedat.*
24 *Excommunicatus appellans, quomodo absoluatur à Metropolitano.*
25 *Excommunicatus appellans, potest absolui cum reincidentia à Suffraganeo.*
26 *Appellatio ab excommunicat. vltrà decem dies conceditur.*
27 *Appellatio ab excommunicationem, non suspendit executionem.*
28 *Post latam excommunicationem possunt affigi cedulones, etiam infrà terminum decem dierum ad appellandum concessum.*
29 *Appellatio datur a declaratoria excommunicationis, ante; non potest declaratoriam.*
Praxis obseruanda in declaratoria excommunicationis.
30 *In delictis notorijs non datur appellatio à declaratoria.*
31 *Metropolitanus est Iudex competens Suffraganeorum Episcoporum.*
32 *Metropolitanus quando sit iudex competens, si lis sit inter Episcopum Suffraganeum, & subditum ipsius Suffraganei.*
33 *Appellatio, an suspendat interdictum, remissiuè.*
34 *Quando Iudex à quo, possit exequi sententiam suam.*

VT perfectior notitia habetur à Vicarijs de tota materia Vicariatus officium comprehendente, conueniens est percurrere, & prælibare quædam de facultate Vicarij Archiepiscopalis; successiuè deindè tangere breuiter, quæ spectant ad Vicarios Capitulares; & tandem videre, ad quid se extendat facultas Vicariorum Apostolorum, & Foraneorum.

1 Cum itaq; à sententijs latis à Vicario Episcopi, non appelletur ad ipsum Episcopum, quia, vt diximus, vnum consistorium, & vnum Tribunal constituunt Vicarius, & Episcopus, *cap. romana, vers. eorum vices, & vers. vnum sit consistorium de appel. in 6.* Gloss. *antepen. in Clem. 2. de rescript.* & Nos *supra sect. 2. subsect. 4. n. 1.* Sed appellatio deferatur ad Archiepiscopum, seu Metropolitanum, si sit Suffraganeus, aliàs ad Papam, *d. cap. romana, vbi* Gloss. & DD. & *in c. 2. de consuet. eod. l. 6. Apostil. ad Specul. tit. de appell. §. nunc tractemus, vers. tertio.* Conc. Trident. *sess. 13. c. 1. in fin. & c. 1. & sess. 24. c. 10. de reform.* meritò igitur, videndum erit de potestate Vicarij Archiepiscopi in subditos eiusdem Archiepiscopi constituentis, ac etiam in subditos Suffraganeorum Episcoporum ipsius Archiepiscopi Metropolitani.

2 Aduertendum est ergò primo, quod Vicarius Archiepiscopi, succedit in iurisdictione Archiepiscopali, eo modo, quo Vicarius Episcopi in episcopali, nam Archiepiscopus in sua propria Diœcesi habet omnia iura, potestatem, &

obligationes, quas habent cæteri Episcopi in suis Diœcesibus, & sunt veluti omnes alij Episcopi. *vt not.* Barbos. *de iur. eccles. p. 1. c. 7. n. 15.* ideò debet constitui Vicarius Generalis, etiam ab Archiepiscopo, nè fiat fraus. Concilio Lateranensi, *in cap. fin. vbi* Gloss. *& DD. de offic. Vic. & cap. statutum de prabend. in 6. cap. constituens; & cap. fin. de concess. prabend. vbi* Gloss. *& DD.* vt exerceat iurisdictionem, & habeat eandem auctoritatem, quam ipsemet Archiepiscopus habet in subditos, cum etiam Vicarius Archiepiscopi, vnum, & idem Tribunal constituat cum Archiepiscopo, sicut diximus de Vicario Episcopi. Quod habet locum similiter in Vicario Primatis, vel Patriarchæ. Vndè ab istis Vicarijs non appellatur ad Archiepiscopum, vel Primatem, aut Patriarcham, sed ad Papam, *d. c. romana de appell. in 6. in princ. vbi DD. cap. non putamus, vbi etiam DD. de consuet. eod. lib. 6. c. si contra. in fin. de offic. deleg. eod. lib. DD. in Clem. si principalis de rescript.* Sbroz. *lib. 3. q. 2. num. 1.* propter eandem rationem adductam de Vicario Episcopi, qui scilicet per ipsos constituitur vnum, & idem Tribunal, & esset appellare ab eodem, ad eundem, & non intercederet differentia personarum Iudicis à quo, & Iudicis ad quem, vt dicitur, *in d. c. romana, & in c. 2. de foro. compet. & not.* Decius *in c. dilectus il 3. n. 4. in gloss. vbi idem credo. de appell.* contrà dispositionem Sacrorum Canonum, nam appellatio est, de minori Iudice, ad maiorem prouocatio Gloss. *in c. non putamus, verb. officiali de consuet. in 6. DD. communiter in tit. Decret. de appell.*

3 Animaduertendum est secundo, quod Vicarij Archiepiscopi, vel Primatis, aut Patriarchæ in Archiepiscopali Ecclesia, siuè Primitiali, vel Patriarchali, in quibus per eosdem constituuntur Vicarij generales cum amplis facultatibus agendi omnia, & singula, etiam quæ mandatum exigunt speciale, habent iurisdictionem in illa Diœcesi, æquè ac Vicarius Generalis in Diœcesi Episcopali, vt suprà diximus; & ideò omnia, quæ dicta sunt de Vicario Episcopi, habent etiam locum in Vicario Archiepiscopi, Primatis, vel Patriarchæ in eorum Diœcesibus, cum nulla detur differentia, inter Episcopum, Archiepiscopum, Primatem, & Patriarcham, quo ad potestatem ordinis, & consecrationis, sed solùm quò ad potestatem iurisdictionis, Alnarottus, & Præposit. *in tit. de Episc. vel Abbat. §. 1. colum. 6.* Constat enim Episcopos, inferiores Archiepiscopis; Archiepiscopos, inferiores Primatibus; Primates verò inferiores Patriarchis; licet quidam dicant, inter Patriarchas, & Primates, nullam dari differentiam, nisi quò ad nomina, *per text. in cap. 1. & 2. 99. dist. cap. duo simul de offic. ordinar.* Glos. *in cap. coram de in integr. restit.* Cassan. *in Catal. glor. mund. part. 4. consid. 9. in princ.* sed re vera datur aliqua differentia, vt notat. D. Antonin. *in summ. par. 3. tit. 20. cap. 4. in princ.* Barbos. *de pot. Episcopi. l cap. 6. num. 7. cum seqq* Maioritas tamen prædictorum, consistit in eo, quod Patriarchæ, seù Primates præsunt pluribus Prouincijs, seu Archiepiscopis; Archiepiscopi pluribus Diœcesibus, seù Episcopi, qui Suffraganei dicuntur, *can. sotere 6. quæst. 3.* Episcopi verò præsunt pluribus Parochijs, Michael Ferrus, *in tract. de praced. & Pralat. Eccles. quest. 4. à num. 1.* Lam. *de Pralat. Eccles. elect. cap. 14. quæst. 151.* Barbos. *vbi sup. num. 10.* Archiepiscopus idem est, vt dictum fuit supra, ac Metropolitanus, qui in numero Ciuitatum constituitur, *d. cap. sotere 6. quæst. 3.* nam vnum vel plures Episcopos sub se habeat. Petr. Gregor. *Syntagmat. iur. libr. 15. cap. 11. numer. 3.* Rebuff. *in concordam. tit. de collation. §. 1. verb. Metropolitana.* Barbos. *ibid. num. 12. & de iur. Eccles. par. 1. cap. 7. numer. 4.* Non est tamen necesse, vt plures sub se habeat Ciuitates *DD. loc. cit.*

Archiepiscopus in propria Diœcesi, Episcopalem ordinariam iurisdictionem exercet; in Diœcesibus Suffraganeorum, Metropolitanicam; neutram tamen, antequam pallium suscipiat exercere potest, *cap. significasti, de elect. cap. nisi specialis de auctor. & vsu pallij; & cap. antiqua de priuil.* Barbos. *loc. sup. cit. cap. 13.* Genuens. *in Prax. Archiep. Neap. cap. 88. per tot.* Lel. Zecch. *de statu Reuerendiss. Archiep.* Azor. *Inst. moral. p. 2. lib. 3. c. 34. q. 9. cum seqq.*

4 Animaduertendum tertio, Archiepiscopum, nullam regulariter habere iurisdictionem in subditos Suffraganeorum, nisi tantùm in casibus a Iure expressis. *cap. pastoralis de offic. ord.* vbi Gloss. *ver. tantum; & ver. excep. c. romana c. venerabili. de sent. excomm. in 6. cap. 1 de suppl. negl. pral. eod. lib.* Lott. *de re benef. lib. 1. q. 22. num. 37.* Seraph. *dec. 1212. n. 2. & dec. 1222. n. 3.* Idem dicitur in casibus similibus, quia dictio *tantùm* non excludit casus similes. *L. ob as, C. de prad. minor. vbi* Gloss. *& l. si mora verb. dumtaxat, ff. solut. matrim. & in l. vlt. C. de reuoc. donat. ità notabiliter* aduertit Felin. *in cap. pastoralis, num. 3. de rescript.* Et consequenter, Vicarium ipsius, eandem limitatam habere facultatem, concludendum venit. Qua propter debet Vicarius in citationibus, quas relaxat contrà subditos Suffraganeorum, exprimere casum ipsum exceptum in Iure nè spernatur eius iurisdictio, aliàs citatus non tenetur comparere. Scaccia *de appell. q. 8. sub. num. 98. dec. 4.* Quarant. *in summa Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas num. 12.* Genuens. *in Prax. num. 102.* Imò est adeò limitata eius iurisdictio in subditos Suffraganeorum ad causas appellationum tantùm, extrà casus exceptuatos, & expressos in Iure, vt aliàs, nullam prorsus in predictos habeat iurisdictionem, etiam ipsis volentibus, nisi expressè consentiant ipsi Suffraganei. Scaccia *in d. tract. de appell. q. 19. remed. 3 num. 54. & q. 17. limit. 47. membr. 3. num. 11.* Barbos. *de potest. Episc. p. 1. tit. 4. num 2. prop. fin.*

5 Appellatur itaque à sententijs Vicariorum Episcopalium ad Tribunal Archiepiscopi, vbi per ipsius Vicarium cognoscuntur causæ appellationum inter subditos Suffraganeorum, *cap. pastoralis, de offic. ordin. cap. dilectus, cap. cum causam cap. sollicitudinem, de appell. cap. 1. de foro. compet. in 6. cap. romana. de appell. eod. libr.* Couarr. *pract. cap. 6. num. 2.* Quarant. *vbi sup. vers. 18.* Genuens. *ibid. c. 88 num 8.* Scaccia *de appell. q. 8. n. 86. cum seqq.* Seraphin. *decis. 1183.* Sbroz *lib. 3. q num. 1.* Hoc autem loco, præmittendum, notandumque erit, quod omnia, quæ inferius referentur ad Archiepiscopi iurisdictionem facientia, ea similiter, quibusdam tantum ordinis episcopalis exceptis ad ipsius Vicarium Generalem, mandatum speciale habentem spectare, cum exercitum iurisdictionis habeat, *vt sup. diximus* & habetur *infr. subsect. seq. n. 49.* Quæ supra firmata conclusio, vt à sententijs Vicariorum Episcopalium, appelletur ad Tribunal Archiepiscopi, est adeò vera vt si Episcopus Suffraganeus, post appellationem, promoueatur in Archiepiscopum, possit esse Iudex appellationis à sententia, quam ipse protulit dum erat Episcopus; conuenit tamen, vt ipse se abstineat, illam causam cognoscere, & alteri delegare. Scaccia. *de appell. q. 2. num. 15. & q. 8. num. 86. vers. extende primo* Petr. Gregor. *tract. de appell. lib. 4. cap. 17. sub. num. 9. cum seqq.* Barbos. *vbi sup. num. 62.*

6 Ampliatur secundò, quod appellatur ab Episcopo ad Archiepiscopum, tàm in temporalibus, quàm in spiritualibus *cap. romana. §. debet de appell. & recusat. in 6.* Quarant. *in sum. Bullar. de verb. Archiepiscopi auctoritas, num. 13. vers. ampliatur tamen,* Scaccia *d. q. 8. à num. 9.*

7 Ampliatur tertio, vt in causa appellationis ab interlocutoria, in qua pronunciatum fuit, benè appellatum, remaneat Archiepiscopus, Iudex in toto negotio principali. Scaccia. *d. tract. de appell. q. 18. limit. 47. membr. 3. num. 9.*

8 Est tamen Aduertendum; quod dantur plures casus, in quibus non appellatur ab Episcopo, ad Archiepiscopum Metropolitanum.

9 Primus est, in caussis sancti Officij, in quibus ab Episcopo, appellatur ad Papam propter negotiorum grauitatem, non ad Archiepiscopum. Pegna *in Direct. Inquisit. p. 3. Comment. 31.* Genuens. *in prax. Archiep. Neap. d. c. 70. n. 8.*

10 Secundus. Casus est, in compulsione Aliorum subditorum, qui non fuerunt partes in causa, quia tunc, & grauamine Vicarij Episcopi, recurrendum est ad ipsum Episcopum, non ad Archiepiscopum Abb. *in cap. pastoralis. num. 12. de offic. ordin.* Genuens. *loc. prox. cit. num. 7. vers. declara primo.*

11 Tertius casus est in Delegato Episcopi, nam ab ipso non appellatur ad Archiepiscopum, sed ad Episcopum delegantem, nisi Episcopus delegaret causam in fraudem, quia tunc appellaretur ad Archiepiscopum, Franc. *in c. dilectus il 3. de appell.* Genuens. *in d. cap. 70 num. 7. vers. limita secundo.*

12 Quartus casus est, quando Archiepiscopi Vicarius, conuenit coram se aliquem subditum alicuius Suffraganei, quia tunc Episcopus Suffraganeus, debet appellare ab isto grauamine ad superiorem Archiepiscopi, non ad ipsummet Archiepiscopum, Geminian. *in cap. romana. 3. §. Archidiaconis sub num. 4. cas. 2. vbi* Franc. *num. 4. limit. 8. de appell. in 6.* Soccin. *reg. 23. fallent. 8.* Scaccia *vbi sup. q. 7. n. 107.*

13 Est secundo aduertendum in hac materia appellationis, quod de Iure nouissimo Sacri Concilij Trident. *in sess. 24. cap. 20.*

cap. 20. de refor. in tribus casibus solùm appelari potest à Suffraganeis ad Metropolitanum.

Primo a Diffinitiua, quæ imponit vltimam manum liti.

Secundo ab Interlocutoria, habente vim Diffinitiuæ.

Tertio a grauamine irreparabile, quod per Diffinitiuam reparari non potest Concil. Lateranen. *sub Leone X. sess. 10. §. Sacro.* Concil. Trident. *sess. 13. cap. 1. de reform. in fin.* Boer. *decis. 79. num. 8.*

Quæ autem sit Differentia inter sententiam Diffinitiuam, & Interlocutoriam simpliciter, vide Bald. *in lib. 1. in princ. C. sentent. rescind. non poss.* Marant. *in pract. parte 6. in tit. de sentent. à numer. 1. vsque ad 46. & per Nos infr. par. 2. sect. 3. de sentent. subsect. 1. num. 15.*

14 Sed quæritur; quid sit grauamen irreparabile? Respondetur, grauamen irreparabile dici omnem actum irretractabilem, vt est, excommunicatio, carceratio, tortura, & alia huiusmodi. Abb. *in cap. cum in contemplatione, num. 4. de reg. iur.* Marant. *6. p. de appell. num. 216.* Bald. *in margarita. inuocans. in verb. appellari.*

15 Est tamen hic notandum, quod non ab omni carceratione appellari potest ad Metropolitanum, sed tantùm modò, quando Suffraganeus grauaret subditum in carceratione. Philip. *in c. super eo. el 2. col. 1. de appell. et in cap. ex parte el 1. col. 2. eod. tit.* vt putà si quis detineretur iniustæ; vel quandò causa esset in limine expeditionis, & Suffraganeus nollet eum expedire, sub prætextu, quod habeat biennij tempus ad expediendam causam, Concil. Trid. *sess. 24. cap. 20.* nam dato, quod nomine causæ veniat, tàm ciuilis, quàm criminalis, prout sument Cardin. *in Clem. 1. q. 18. de offic. Vicar.* Marant. *vbi sup. part. 5. num. 65.* hoc tamen est intelligendum, quandò causa, non esset benè instructa, & non esset compilatus processus informatiuus: sed quando omnia sunt completa, & non restat, nisi vt expediatur causa, tunc si Suffraganeus detinet carceratum, iniustè detineret, & ideò carceratus Iure appellaret, tanquam grauatus *cap. 1. de appell. in 6. cap. non ità 2. quæst. 6. et cap. cum sit romana, de appell.* De quò vide Genuens. *in Prax. Arch. Neap. cap. 88. num. 4.* Secus est, quando Suffraganeus adhuc compilaret processum informatiuum, quia hoc casu, si carceratus appellaret, non esset per Vicarium Metropolitani admittenda appellatio, tanquam friuola, quia aliàs Suffraganeus non posset aliquem subditum carcerare, quin semper carcere diceretur grauamen irreparabile, & sic deluderetur Tribunal Suffraganeorum. *cap. de priore, de appell. l. quoniam Iudices, C. de appell.* Rot. *decis. 1. vt lite pendente. in nouis. num. 7. et ibi Addent.* Bart. *in lib. apertissimi, in 5. notab. C. de iud.* Zerol. *in Prax. episc. p. 1. verb. appellatio, § 6. ante fin.* Staphil. *de lit. Grat. num. 1. cum seqq.*

16 Aduertendum est etiam, quod ex predictis rationibus, non debet à Vicario Archiepiscopi admitti appellatio à comminata tortura, sic simpliciter interposita, quando scilicet processus fuit ritè, & rectè compilatus, concessis defensionibus, & repulsa, & facta publicatione, ac audito reo, in omnibus suis iuribus, cum Procuratore, & Aduocato, & indicia non essent adhuc euacuata per defensiones, & alia acta; nam tunc videtur potius interponit appellationem ad dilatandum, & ad euadendam pœnam delicti, cum non sit grauamen; & ideò admitti non debet prædicta appellatio a comminata tortura, tamquam friuola, Diaz. *in pract. crim. can. cap. 117.* Couarr. *pract. quæst. cap. 23. num. 5. concl. 1. vers. tertium.* Foller. *in pract. crim. canon. fol. mihi 258. num. 5.* Nauar. *in cap. inter verba, concl. 64. pro fin. 2. quæst. 4.*

17 Similiter est aduertendum, quod a comminata excommunicatione, debet per Vicarium Archiepiscopi admitti appellatio, *cap. per tuas, de sent. excomm. cap. ad audientiam de appell. cap. solet. de sent. excomm. in sexto, cap. venerabilibus, §. sed si, de sent. excomm. eod. lib. cap. ad reprimendam, de off. ord.* Guid. Pap. *q. 539. num. 33. et 16. et q. 75. num. 2.* Syluest. *in verb. excommunicatio. 2. num. 1. et verb. absolutio, 2. §. 7.* Zerol. *vbi sup. §. 9.* Nauar. *c. 27. in Manual. num. 4.*

Fallit tamen in notorijs, & publicis criminibus, in quibus non debet admitti appellatio, *cap. peruenit. cap. pastoralis, §. vero cap. cum sit romana, §. præterea, de appell.* Abb. *in cap. Parochianos, num. 2. de pœnit. et remiss.* Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 2. num. 9.*

18 Ex supradictis est valdè notandum, quod non omnis appellatio est admittenda a Vicario Archiepiscopi, nè de facili tollantur causæ Suffraganeorum, & eorum Tribunalia patui pendantur. Guid. Papa, *q. 236. et q. 74. num. 2.* Rot. *decis. 58. de appell. in nouis, per text. in l. si quis pronocatione, C. de appell. can. non ità 2. quæst. 6.* Et nè Suffraganei spernant inhibitiones; nam cauetur in Sac. Concil. Trident. *sess. 13. c. 1. de reform. et sess. 24. cap. 20. de reform.* quod nec Episcopus, nec Vicarius tenentur assentiri quibuscumque inhibitionibus, & deferre cuicumque appellationi friuolæ, nisi in illis tribus casibus, de quibus *sup. diximus n. 12.* Quod etiam disponitur per Constitutiones Pontificias, & per Declarationes Sac. Congregationis; Adest enim Bulla *Greg. XIII.* quæ est 24. *fol. 220. in Bullar.* Sac. Congreg. *ità declarauit penes* Zerol. *in Prax. episc. p. 1. d. verb. appellatio, §. 10.* & Conc. Trident. *vbi sup. ex tex. in c. cum contingat, de for. compet.* quibus in locis dispositum inuenitur, vt Archiepiscopus non debeat se ingerere in causis, quæ agitantur coràm eius Suffraganeis in prima instantia, cùm non teneantur deferre appellationibus, nisi in supradictis tribus casibus.

19 Sed quæritur, an appellatio sit proponenda coràm Suffraganeo, qui dicitur Iudex à quo, & ab eo admitti, vel sufficiat habere recursum ad Metropolitanum Superiorem, qui dicitur Iudex ad quem?

Respondetur, quod appellatio, debet proponi ab appellante coràm Iudice à quo, *vt probatur in c. vt debitus, de appell. vbi Gloss. verb. et dicatur;* & simul exponi debent coram eodem, causæ grauaminis in specie. Gloss. *ibid.* Marant. *p. tit. de appell. num. 153.* Sufficit tamen aliquando appellare facto, idest, per arreptionem itineris ad Superiorem, *cap. dilecti el secondo de appell.* Quando autem sufficiat sic appellare vide Gom. *in q. 11. et in tit. de impetr. benef. per ob. fam. col. 2.* Card. Grillan. *de fuga carcer. num. 29.* Foller. *in Pract. for. fac. 2. p. 2. parte vers. verum si citati comparent et c. n. 7.* Boer. *decis. 1. num. 24.* Guid. Pap. *q. 25. et q. 436. n. 5. et 59. et 62. et 67. per tot.*

20 Quæritur secundò. Quæ nam sit differentia inter appellationem ab interlocutoria, seù grauamine, & appellationem à diffinitiua, quò ad Iudicem ad quem?

Respondetur, quod si appellatur a grauamine antè sententiam diffinitiuam, & rationabiliter appellatum fuerit, tunc Iudex ad quem, remanet Iudex etiam in causa principali, postquam cognouerit de grauamine illato, & pronunciauerit benè appellatum, secus in diffinitiua, nam tunc statim per appellationem, Metropolitanus, remanet Iudex in toto negocio principali; absque tali cognitione præcedenti, *text. et Gloss. in pergit. cap. vt debitus, verb. alioqui, de appellat. et in c. 1. verb. prætermisso, de for. compet. in 6.* Marant. *p. 4. dist. 6. num 26.* Couar. *pract. q. cap. 5. n. 5. conclus. 1.* An autem semper cognitio de grauamine, deuoluatur negotium principale ad ipsum Metropolitanum, vide Gom. *in cap. si annum. num. 11. de iudic. in 6. c. olim de except.* Rot. *decis. 1. de offic. deleg. in nouis et ibi. Adden. n. 2.* Couar. *d. q. n. 5.* per quinque conclusiones.

Secunda differentia est, quod dùm appellatur ab interlocutoria, non suspenditur iurisdictio Iudicis, à quo. Neque per Iudicem, ad quem, reuocantur attentata, antequam inhibeatur Iudici, à quo, *cap. non solum de appell. lib. 6.* Guid. Papa. *quæst. 74.* Quod intelligitur, nisi Iudex, a quo detulisset appellationi, nam tunc ligantur eius manus ipso facto, Marant. *6. p. de appell. n. 182. et 209.* Rot. *dec. 1. de offic. deleg. in nouis.*

Tertia differentia est, quia appellatio ab interlocutoria iustificatur ex deductis, & non ex deducendis. *Clem. appellanti, de appell. et ibi.* Gloss. *verb. probandis.*

21 Quæritur tertiò, an liceat Vicario Generali Archiepiscopi inhibere Suffraganeis, sub pœna excommunicationis?

Respondetur negatiuè, *cap. 2. de offic. deleg. vbi* Gloss. *verb. aliter, in 6. cap. 1. de cler. venat.* Staph. *de litt. gratia. fol. 291. num. 4.* Quod est valdè notandum ab omnibus Ordinarijs, & Delegatis Apostolicis, quando inhibent Episcopis, nè in errorem incidant. Ratio est, quia Vicarius Archiepiscopi non potest ferre sententiam, vel exercere iurisdictionem, vel promulgare censuras Ecclesiasticas in Suffraganeos, existente in Prouincia Archiepiscopo, *cap. 1. §. officiales, de offic. ord. in 6.* vbi Gloss. & Gemin. *cap. 2. verb. aliter prægit. de offic. deleg. eod. lib. 5.* Staphil. *de litt. gratis. fol. 291. num. 4.* Quod procedit, propter reuerentiam dignitatis Episcopalis. Sed intelligitur de sententia diffinitiua censurarum, & non quando Vicarius Generalis Metropolitanus inhiberet, sub pœna suspensionis, seù interdicti. Rebuff. *in pract. benef. de form. Vic. num. 164.* Bertach. *in tract. de*

Episc. in 7. p. l. 4. q. 10. *Zerol. in prax. episc. p. 1. verb. appellatio. §. 7.*

22 Quæritur quartò, an Iudex, à quo, scilicet suffraganeus, possit arctare terminum appellanti, ad prosequendum appellationem, & petendum Apostolos?

Respondetur affirmatiuè; potest enim arctare terminum ad prosequendam, & illum limitare, *cap. personas, cap. cum sit romana; cap. ad aures, cap. sæpè, cap. oblata, cum similibus de appell.* Marant. 6. *p. tit. de appell. n.* 205. Fallit tamen hoc in Beneficialibus, vbi non potest arctari terminus iuris ad prosequendum, nisi vtraque parte consentiente. *Gloss. in cap. penult. de offic. ord. in* 6. Marant. *loc. cit. num.* 415 Felin. *in cap. cum sit, col. fin. & ca. constitutus, il 2. col. 1. de appell.* Rot. *decis.* 85. *de appell. in antiq. & decis.* 32. *sed. tit. in nouis.*

23 Quæritur quintò, an possit adiri Metropolitanus per viã querelæ, quando sublatum esset remedium appellationis?

Respondetur affirmatiuè, ità Gloss. *in cap. ad reprimendum, verb. suspendatur, in fin. de offic. ord. vbi* Abb. *& in c. p. litteris, col. vlt. eod. tit. & in c. dilecto. de appell.* Felin. *in cap. directo, col. penult. eod. tit.* idem Felin. *in c. inter, col. 4. de iud.* Marant. 6. *p. de appell. num.* 115. *cum seqq. & tit. de sentent. n. vlt.* Contrarium tamen tenet Couarr. *pract. quæst. c. 9. num. 2. per text. in c. 1. de offic. legat.* Ratio ipsius est, quia per viam querelæ, ille tantum Iudex potest adiri, qui absque appellatione, potest causam cognoscere; sed Archiepiscopus non est Iudex, nisi in gradu appellationis, ergo, &c. Probabilior tamen mihi videtur prima sententia, nam à suffraganeo, qui committit, aliquid iniustitiæ in causa, potest tunc adiri Metropolitanus per viam querelæ, nam in hoc casu, suffraganeus fit reus Metropolitani, & querelans actor; vndè cognita iustitia causæ, potest præcipere suffraganeo, vt sententiam reuocet, vel quod reuideatur, in audientia Metropolitana. Couarr. *præcit. loc cap.* 10. *num.* 1. *vers. eadem ratione,* Marant. *ibid. num.* 115. Abb. *in cap. sacro num 6. de sent. excom.*

24 Quæritur sextò, an appellans à sententia excommunicationis suffraganei ad Metropolitanum, possit absolui, antè cognitionem causæ, ab ipso Metropolitano.

Respondetur affirmatiuè, *cap. venerabilibus, §. porrò. de sent. excom. in 6. cap. per tuas eod. tit. & §. libro.* Quæ absolutio appellari solet habilitatio, ad finem, vt possit agere in Iudicio. Verùm quia ex hac absolutione oriuntur multa absurda, nam appellans, videns se absolutum tali modo, vel habilitatum, non æstimaret censuras suffraganeorum; Propterea procedendum est alio modo; nimirum; Iudex ad quem recepta appellatione, inhibet Iudici à quo, vt per dies aliquot, non procedat ad vlteriora, & transmittat acta, quibus transmissis, & visis, potest iudicari, iuxta *d. cap. venerabilibus, §. sanè, de sententia excom. in* 6. Et si inuenerit bene appellatum, & malè iudicatum, tunc, vel ipsemet absoluet appellantem, vel remittat ad suffraganeum, vt eum absoluat. Anchar. *in cap. solet. num. 3. de sentent. excom. in* 6. Abb. *in cap. per tuas num. 2. eod. tit.* Ità seruari vidi, quando appellatur post excommunicationem; si verò antè, superior inhibet, *vt suprà;* Et cognita causa de iniustitia, præcipit suffraganeo, vt ad vlteriora non procedat, secundum doctrinam. Abb. *in cit. cap. per tuas. num.* 13. Vide Gloss. *in cap.* 1. *verb. prætermissa de for. compet. in* 6. Gloss. *in cap. vt debitus verb. aliequin de appell.* Couar. *in c. alma mater* 1. *p. §. vlt. n num.* 7. *cum seqq.*

25 Quæritur septimò, an possit Iudex à quo, idest suffraganeus absoluere ad tempus appellantem excommunicatum pendente lite?

Respondetur affirmatiuè. Ità Couarr. *vbi sup. §.* 11. *à num.* 6. quia licet excommunicatio, non possit suspendi, tamen non impedit, quin ab ea possit concedi absolutio ad certum actum, vel certum tempus, quo finito, ille sic absolutus, reincidat in eamdem excommunicationem, vt priùs; quæ absolutio dicitur cum reincidentia, *facit text. in cap. veniens, il secundo. in fin. de testib. cap. de cætero, & ibi* Abb. *n. 2. de sent. excom.* vt fit adueniente magno festo, vel quando reus vult pro sui defensione, quærere testes vel scripturas, *cap.* 2. *in* 2. *respons. de sent. excomm. in* 6. *vbi* Gloss. *& DD.* Hæc enim absolutio, non pertinet ad ordinem, sed ad iurisdictionem, Innoc. *in cap. tanta, num. 3. de excess. prælat.* Sylu. *verb. absolutio,* 1. *num.* 2. Nauar. *in man. cap.* 27. *num* 41.

26 Quæritur octauò, an liceat appellari à sententia excommunicationis Suffraganei ad Metropolitanum, etiam elapso termino decem dierum?

Respondetur negatiuè, de iuris rigore, nam transactis decem diebus ad appellandum concessio, non potest excommunicatus amplius appellare. Abb. *in cap. ad reprimendum de offic. ord.* Gloss. *in cap. cum tessante. de appell.* Marant. *de appell. d. n.* 115. *cum seqq.* Sed tamen de æquitate, admittitur per Iudicem appellatio, etiam post lapsum decem dierum. Gloss. *in d. c. ad reprimendum. verb. suspendatur.* vide Bald. *in Margar. tunc. in verb. sentent. excommunicationis.* Guid. Papa q. 74. *n.* 8. Ratio est, quia excommunicatio, est sententia interlocutoria. Gloss. *in sum.* 2. *q.* 1. Felin. *in rubr. de re iud. col.* 9. Marant. 6. *p. tit. de sent. n.* 40. Abb. *in rubr. de re iudic. & in rubr. de sent. excom.* Neque transit in rem iudicatam, propter periculum animæ, & hoc quoad publicam vtilitatem, quæ concernit animas; sed quò ad priuatum, benè transit. Gloss. *in c. cum cessante. ver. tantummodo. de appell.* Abb. *in c. consanguinei col. pen. de re. iud. &* Nos *infr. p.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 2. *n.* 57. Et quia interlocutoria est, non ligat manus Iudicis, quin transacto decemdio, possit eam reuocare, vel reum absoluere, Rot. *decis.* 3. *de offic. Vic. in nouis.* Felin. *vbi sup. col.* 9. Innocen. *in cap. Sacro. n.* 13. *de sent. excom.* Syluester. *verb. appellatio num.* 8.

27 Et est notandum, quod appellatio ab excommunicatione, non suspendit illam, quod est commune omnibus alijs censuris Ecclesiasticis. Ratio est quia Censuræ ferunt secum executionem inseparabiliter. *cap. adhuc il 2. c. pastoralis, §. verùm de appell.* Bald. *vbi sup. verb. Interdictum.*

28 Ex dictis oritur dubium, An Iudex post latam sententiam excommunicationis contrà aliquem, possit ante decemdium relaxare cedulones; vel debeat expectare lapsum decem dierum ad appellandum concessorum.

Respondetur, posse Iudicem Ecclesiasticum, post latam sententiam declaratoriam, statim mandare affigi cedulones, etiã durante dicto termino. & hoc propter rationem allatam, quia excommunicatio, fert secum executionem. Tantò magis, quia cedulonum affixio, non est, nisi sententiæ manifestatio, siuè potius executionis promulgatio, & non executio, quæ statim sequitur sententiam; Illi enim dies, conceduntur ad appellandum; non ad prædictam denunciationem. *cap. pastoral. in §. verùm præcit.* Gloss. *in c. non solum verb. innouata de appell. in* 6. Gloss. *in cap. venerabilibus. §. porrò. verb. appellatum. de sent. excom. in* 6. Couar. *pract. quæst. c.* 23. *num.* 3. *ver. illud,* Marant. 6. *p. tit. de appell. num.* 88. Et ratio rationis est, quia cum appellatio à sententia excommunicationis, non impediat illius executionem, multò minus impedire debet cedulorum affixionem. DD. *loc. sup citatis,* quibus adde Zerol. *in Prax. Episc. p.* 1. *verb. appellatio. §.* 10. *ad med.*

29 Sed aduertendum est, quod cum à declaratoria excommunicationis possit appellari, est obseruãda talis praxis, vt scil. Iudex, qui vellet declarare aliquem incurrisse sententiam excommunicationis, illum que citaret ad dicendum causam, quare non debet declarari excommunicatus; tunc illo non comparente, debet reseruare decem dies, quia aliàs si ferat sententiam declaratoriam, & decernat affixionem cedulonum, & ille appelleret antè sententiam declaratoriam, illa appellatio, impediret sententiam declaratoriam, quia datur appellatio ab illa; secus tamen si appelleret, post declaratoriam, quia tunc non impediretur sententia declaratoria. Felin. *in cap. cum non ab homine. col. fin. de iudic.*

30 Fallit tamen hoc in delictis notorijs, vt in publica Clerici percussione, vel publico adulterio, & similibus, in quibus nõ obstante appellatione Rei à declaratoria, non per hoc impeditetur execution, & cedulonum affixio, *cap. peruenit il* 1. *de appell.* Abb. *in Cl.* 2. *n.* 6. *de præb.* Couar. *in c. alma mater,* 1. *p. §.* 2. *num.* 9. *de sent. excom. in* 6. Quæ autem delicta dicantur notoria, vide infr. *p.* 5. *Prax.* 17. vbi de notorijs criminibus agitur.

31 Sed quæritur, An Metropolitanus, sit vel possit esse Index competens inter Episcopos suos Suffraganeos?

Respondetur affirmatiuè si lis versetur inter Episcopos suffraganeos, quia tunc Archiepisc. est eorum Iudex competens. *c. fin. de for. compet.* Gloss. *in c. pastoralis, ver. insinuatum de offic. ord.* Couar. *pract. q. c.* 9. *ner. a. & Nos infr. subsect. seq. num.* 19. Quod est adeò verum, vt quicumq; habeat actionem contrà Episc. possit illum conuenire coram Archiepisc. *can. conquestus* 10. *q.* 5. Abb. *in d. c. pastoralis, & ibi* Alij. Sed in criminalibus non potest conueniri coram Metropolitano, nam de delictis maioribus depositione dignis, cognoscit solus Papa, de minimis, Concilium Prouinciale. Conc. Trid. *sess.* 24. *de refor. cap.* 5.

32 Quæ-

32 Quaeritur insuper; An Archiepiscopus sit, vel esse possit Iudex competens similiter, quando lis versatur inter Episcopos, & eorum Subditos?

Respondetur cum distinctione; si Episcopus est Reus, & subditus actor, tunc Archiepiscopus, est Iudex competens Episcopi, *can. si clericus 11 q. 1. & ibi.* Gloss. *verb. audiatur.* Ratio est, quia Actor sequitur forum Rei, *can. experientiae; & can. si quisque 11. q. 1. cap. fin. & cap. cum sit generale cap. si clericus. de for. compet. l. in criminali C. de iurisd. omn. iud. l. iuris ordinem C. eod. tit. lib. 2. C. vbi, & apud quem.* Si verò Episcopus est Actor, & subditus Reus; tunc debent eligi arbitri, ad quos eligendos, Episcopus ipse, cogere potest subditos, Gloss. *in d. c. si clericus. verb. arbitros.* Abb. *in c. cum Apostolus, n. 4. de censib.* Marant. *6. p. tit. de appell. n. 376.* & Barb. *de pot. Episc. p. 1. tit. 4. n. 28.* Est tamen notandum, quod a sententia istorum arbitrorum, non appellatur ad Metropolitanum, sed ad Papam. Gloss. *in c. arbitris de appell. in 6.* vide Concil. Antiochen. *c. 4. & 15.* Capy. *dec. 137. n. 3. & 4.* Isern. *in Vsib. Feud. rubr. vlt. in fin. n. 16.*

33 Quaeritur vltimo; An appellatio suspendat interdictum, & cessationem a Diuinis?

Respondetur remissiuè, cum sit quaestio nimis intricata, & quaesitum protraheretur in Tractatum, si illi immorari vellem, vide Couarr. *in cap. alma mater §. 2. num. 1. de sentent. excom. in vbi latè.*

34 Similiter respondetur remissiuè ad dubium, Quando scilicet Iudex a quo, possit exequi sententiam suam, si non detulit appellationi, propter eamdem rationem, vt scilicet breuitati consulam; vide enim Bald. *in Margarit. Innocen. in verb. Iudex,* vbi multos enumerat casus practicabiles.

SVBSECTIO SECVNDA.

De iurisdictionem Archiepiscopi in Suffraganeos, & de Casibus, in quibus potest procedere absque gradu appellatione.

SVMMARIVM.

1 *Casus, in quibus Metropolitanus iurisdictionem habet in Episcopos Suffraganeos, plures sunt, videlicet, si Episcopus Suffraganeus, vt obseruet eumdem ritum in diuinis Officijs celebrandis, vt Metropolitana Ecclesia.*
2 *Potest cogere ad seruandum Sacros Canones.*
3 *Potest cognoscere causas subditorum Suffraganei, ratione bonorum.*
4 *Cognoscit etiam causas, ratione loci.*
5 *Cognoscit causas appellationum.*
6 *Quando subditus Episcopi solutus ab illo, non vult Episcopo obedire.*
7 *Si sit causa criminalis inter Episcopum, & subditum suum.*
8 *Si subditus litiges ciuiliter cum proprio Episcopo.*
9 *Quando Canonici nolunt obedire Episcopo.*
10 *Quando Episcopus negligit facere, quod tenetur.*
11 *Cogit Episcopum, vt Aeconomum faciat.*
12 *Item cogit ad Synodum faciendam.*
13 *Item, vt constituat Archipresbyterum ruralem.*
14 *Item potest absoluere subditum Suffraganei, & Episcopum cogere ad deferendum appellationi.*
15 *Cogit Episcopum negligentem erigere Seminarium.*
16 *Eligit ministros vacante Sede Episcopali.*
17 *Cognoscit de iniustitia sententia excommunicationis Suffraganei.*
18 *Cogit Episcopus ad soluendam procurationem visitando Prouinciam.*
19 *Est Iudex competens suorum suffraganeorum.*
20 *Cognoscit differentias Suffraganeorum in confinibus.*
21 *Dispensat in Votis, & Iuramentis Suffraganeorum.*
22 *Confert beneficia vacantia per negligentiam Suffraganei.*
23 *Instituit praesentatum a Patronis, per negligentiam suffraganei.*
24 *Instituit etiam in Curatis, si Suffraganeus negligit.*
25 *Cogit Suffraganeum, & subditum pro testimonio ferendo.*
26 *Exequitur vltimas voluntates, Episcopo negligente.*
27 *Cogit Episcopum ad auxilium praestandum Iudici saeculari.*
28 *Absoluit subditum Suffraganei, negligente illo.*
29 *Dispensat in subditos Suffraganei, ipso negligente.*
30 *Cogit Episcopum ad faciendum sibi vicarium idoneum.*
31 *Potest Episcopus Suffraganeos excommunicare, suspendere, & interdicere in casu permisso.*
32 *Potest etiam Vicarium ipsius, ipso absente, haec omnia facere.*
33 *Excommunicat Vicarium Episcopi Suffraganei, causa rationabili existente.*
Causae sunt: si impediat appellationem.
Si delinquat in commisso officio.
Si delinquat in iurisdictione: & ibidem, num. 35.
Si exerceat iurisdictionem Episcopi excommunicati.
Si non seruat priuilegia Sedis Apostolicae.
Si sit incorrigibilis, criminosus.
34 *Extrà numeratos casus, non habet iurisdictionem in Vicarios Suffraganeorum, nisi vt in caeteros eorum subditos.*
35 *Coercet autem Vicarios, si delinquant in officio, non deferendo eius appellationi.*
36 *Aliàs Vicarij Suffraganeorum, non possunt ab Archiepiscopo puniri, sed ab Episcopis eorum.*
37 *Vocare potest Suffraganeos ad Concilium Prouinciale, in quo ipse est caput, & praesidet omnibus.*
38 *Cogere potest subditos Suffraganeorum in tollenda mala consuetudine.*
39 *Potest punire subditos Suffraganeorum sibi, vel suis iniuriam facientes.*
40 *Potest exulare à tota Prouincia delinquentes in sua Dioecesi.*
41 *Cogere potest Regulares vagabundos per Prouinciam, vt ad Monasteria redeant.*
42 *Potest similiter cogere Regulares, etiam exemptos, ad obseruandum Decretum Concilij de Regularibus.*
43 *Potest similiter authoritate Apostolica compellere Abbates, & alios Praelatos Regulares, vt praedicetur in Ecclesijs exemptis in sua Prouincia.*
44 *Potest exercere iurisdictionem in Ecclesia Suffraganea, non existente Capitulo in illa.*
45 *Post facere Vicarium Sede Episcopali Suffraganea vacante, ob negligentiam Capituli.*
46 *Potest mittere Quaestores per Prouinciam pro fabrica Ecclesiae Metropolitanae.*
47 *Potest mittere edicta per totam Prouinciam, in casibus ad suam iurisdictionem pertinentibus.*
48 *Potest interdicere aliquibus Praedicationem per totam Prouinciam.*
49 *Vicarij Archiepiscoporum possunt omnia facere, quae ipsi Archiepiscopi possunt, si mandatum speciale habeant, nonnullis exceptis, quae ordinis sunt.*
50 *Neque possunt Vicarij exercere, quae sunt, dignitatis Archiepiscopalis.*

Diximus in praecedenti *subsect. 1. n. 4.* Archiepiscopum nullam habere iurisdictionem in Episcopos Suffraganeos, eorumque subditos, nisi in casibus in iure expressi. Ideò videndum est in praesenti, qui sint isti casus in iure excepti, & expressi.

1 Primus igitur casus, qui ponitur per Gloss. *in c. pastoralis de offic. ord. verb. exceptis vbi quidam alij enumerantur,* est, quod Archiepiscopus potest cogere suos suffraganeos Episcopos, vt obseruent eundem modum in Diuinis officijs celebrandis, quem seruat Ecclesia Metropolitana, si ab illo deuient *ita text. in c. de his 12. dist.* Quarant. *in sum. Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 7. vers. 10. & 22.* Syluest. *ver. Archiepiscopus, sub n. 2.* Barb. *in Collect. ad c. pastoralis, de offic. ord. n. 6.*

2 Secundus casus est, vt possit iniungere suffraganeis, vt obseruent Sacros Canones in materia simoniae, aliàs ipse Metropolitanus, poenam infliget. *cap. dilectus el 2. de simon.* Genuens. *in prax. Archiep. Neap. cap. 88. n. 26.*

3 Tertius casus est, vt possit Metropolitanus cognoscere causas subditorum suffraganei, si habeant praedium in suo Archiepiscopatu, *cap. fin. de for. compet. cap. fin. eod. tit.*

4 Quartus est, quando subditus suffraganei delinquit in Dioecesi Archiepiscopali, nam tunc fit Ordinarius, *c. placuit 6. q. 3. cap. 1. & per tot. 3. q. 6.* Barb. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 83. & de pot. episc. par. 1. tit. 4. num. 2.* Et potest illum iudicare, ratione criminis; quod tamen est comune omnibus aliis Ordinariis Iudicibus, qui cognoscunt exteros delinquentes in suis iurisdictionibus, ratione loci, *arg. cap. fin. & c. fin. de for. compet. vbi* Gloss. *& in d. c. pastoralis, de off. ord. verb. exceptis. vers.*

& ille casus, quia causa ibi agenda est, vbi crimen committitur, *can. 1. & per tot. 3. q. 5. can. placuit 6. q. 3.*

5 Quintus casus est, quando defertur causa ad ipsum Metropolitanum per appellationem, in his casibus, de quibus supra diximus, præsertim *prox. num. 13. cap. duo, de offic. ord. cap. 1. de offic. legat. cap. peruenit, 1. quæst. 1.*

6 Sextus est, quando subditus Episcopi absolutus ab Archiepiscopo, non vult parere Episcopo, *cap. ad recipiendum de offic. ord.*

7 Septimus casus est, si sit causa criminalis inter Episcopum, & subditum suum, tunc illa causa deduci debet ad Synodum, in qua præest, Archiepiscopus, *canon. 1. 6. q. 2.*

8 Octauus est, si Clericus habeat ciuilem causam contra Episcopum suum, *can. si clericus 11. quæst. 1. & diximus supr. prox. præcedent. num. 21. & 32.*

9 Nonus casus est, quando Metropolitanus Suffraganeorum Canonicos corrigit in casu in obseruantiæ censurarum ab Episcopis latarum, *cap. irrefragabili. §. cæterum, vel delegatus, de offic. ord.* Genuens. *in Prax. Archiep. Neap. c. 88. n. 15.*

10 Decimus est, quando Episcopus negligens est, ad faciendum id, quod debet, Metropolitanus potest illum corrigere. Abb. *in cap. si quis contra clericum, n. 40. de for. compet.* Quarant. *vbi sup. num. 9. vers. decim. quarto* Genuens. *ibid. dict. cap. 88. & seq.* Felin. *in cap. pastoralis, de offic. ord.*

11 Ideoque potest cogere, vt constituat Æconomum. *can. cum simus, 9. q. 3. can. in nona, 16. q. 7.* Felin. *in cap. pastoralis, eis. num. 6.* Nec non, vt constituat sibi Vicarium Generalem, quem tenetur habere, secundum Abb. *in cap. quoniam, de offic. ord.* Sbroz. *lib. 1. quæst. 57.* sed Felin. *in dict. cap. quoniam*, ait, Episcopum, non teneri constituere sibi Vicarium, maximè quando Episcopus est Doctor Iuris, & habilis ad regendum, & ità sæpissimè censuit Ruta, & Sacra Congregatio, *vt diximus supr. sect. 2. subsect. 5. n. 1. cum seqq. latè & signanter, n. 5.*

12 Similiter potest compellere Episcopum Suffraganeum ad faciendam Synodum quotannis, *c. sicut de accusat.* sicut tenetur de iure Concilij Trid. *sess. 24. cap. 2. de reform.*

13 Similiter, vt constituat Archipresbyterum ruralem, vt tenetur, *ex cap. fin. de offic. Archipresb.*

14 Similiter potest absoluere excommunicatum subditum Suffraganei, licet contrarius appellet, & cogere Episcopum, vt deferat appellationi, *cap. qua fronte, §. fin. de appell. vbi* Gloss. *cap. super quas. de sent. excomm.*

15 Similiter potest cogere Episcopum Suffraganeum, si negligit erigere Seminarium. Conc. Trident. *sess. 23. cap. 18. de refor.* Est autem hic aduertendum, quod per negligentiam Episcopi, circà illud, quod facere debet, deuoluitur facultas ad Archiepiscopum, *dicam. cum simus, 9. quæst. 3. cap. 1. §. notetur, de tenssib. in 6.* Felin. *in d. cap. pastoralis, de offic. ord.* vbi de communi testatur. Quidquid dicat Abb. *in cap. si quis contra, de for. compet.* vbi admittit in duobus casibus tantùm, scilicet, in absolutione ab excommunicatione, à qua, Episcopo nolente absoluere, Archiepiscopus absoluit, *cap. ad reprimendam, de offic. ordinar.* & in correctione criminum notoriorum *iuxta cap. 1. §. notoria, de censib. in sexto*, cui Felin. respondet, *vbi supra.*

16 Vndecimus casus est, quando defuncto Episcopo Suffraganeo Ecclesia vacans, non habet idoneos Clericos, vt bona ipsius ministrent, nam tunc Metropolitanus illos eligit, vt bona pro Successore fideliter ministrent, *canon. non licet, 12. q. 2.*

17 Duodecimus casus est, quando Episcopus Suffraganeus iniustam sententiam excommunicationis contrà suum subditum protulit, & euidenter apparet, nam tunc Metropolitanus cognoscet, *cap. sollicitudinem, de appellat. §. nos igitur, vers. si verò notorium, vbi* Gloss.

18 Decimus tertius casus est, quando visitat Prouinciam suam, idest Diœceses Suffraganeorum, quia tunc potest compellere illos ad procurationem exhibendam, quacumque appellatione remota, *cap. cum ex officij de præscript. vbi* Gloss. *cap. Episcop. de censib. cap. cum nuper eod. tit.*

19 Decimus quartus est, quando est aliqualis inter Episcopos suos Suffraganeos, nam tunc Metropolitanus est Iudex competens ipsorum, Gloss. *in cap. pastoralis, verb. inuicem, de offic. ord. cap. fund. de for. compet.* Couar. *pract. q. c. 10. in princ. versic. eadem ratione.* Imò potest cogere Suffraganeos, vt Iudex cogit suos subditos, iustitia mediante. Innoc. & Alciat. *in d. cap. pastoralis; & cap. fund.* Couac. *ibid. latè*, quia est Iudex Ordinarius omnium Episcoporum suæ Prouinciæ, vt diximus *sect. preced. num. 31. cap. qua cognouimus 10. q. 3. cap. sollicitudinem, de appell.* Abb. *in cap. pastoralis, num. 2.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 42. num. 16.* Sbroz. *de offic. Vic. lib. 2. q. 58. in prim.* Genuens. *in Prax. Archiep. Neap. d. cap. 88. num. 2.* Barbos. *de potest. episc. p. 1. tit. 4. num. 27.* Quarant. *in sum. Bullar. ver. Archiepiscopi auctoritas num. 50. vers. decimasexta.* Hoc tamen intelligitur de causis tantùm ciuilibus, non de alijs. Abb. *in d. cap. pastoralis, n. 2.* Sbroz. *vbi sup. num. 6.* Barbos. *ibid. num. 28.* Lotter. *de re benefic. l. 1. q. 22. num. 29.*

20 Decimus quintus est, quod Metropolitanus post cognoscere differentias Suffraganeorum super perceptione iurium Episcopalium in Ecclesia, quæ est sita in confinio duarum Diœcesum, & illos cogere, vt concordent. Bellenc. *tract. de charitatiuo subsid. q. 52.* Prosp. de August. *in addit. ad Quar. d. verb. Archiepiscopi auctoritas. vers.*

21 Decimus sextus est, quam Archiepiscopus potest dispensare in votis, & iuramentis Episcoporum Suffraganeorum. Sanchez, *in præcept. Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 38. num. 16.* Molfes. *in summ. mor. Theolog. tract. 11. cap. 15. num. 111.* Sed quod in hoc standum sit consuetudini, probat Suar. *de relig. lib. 6. de voto cap. 11. num. 3.*

22 Decimus septimus est, quando Episcopi Suffraganei sunt negligentes in collatione beneficiorum, intrà semestre tempus, nam tunc deuoluitur ad Archiepiscopum collatio, & ipse habet aliud semestre ad conferendum. Quod si ille non conferat, deuoluitur ad Primatem, posteà ad Patriarcham, vltimò ad Papam, *cap. licet, de suppl. neglig. prælat.* Abb. *in cap. 2. de concess. præbend. num. 7.*

23 Decimus octauus est, nam si Episcopus noluerit instituere, intrà duos menses præsentatum in iure patronatus à patronis, illum instituet Archiepiscopus, quem possunt adire patroni, *ex Bulla Pij V. In Conferendis. mox citand.* Abbat. *in cap. ex parte, de concess. præbend.* Roth. *de iure patron. quæst. 5. num. 12.* Campanil. *in diuersor. Iuris Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 477.* Barbos. *in collect. ad cap. nullus num. 2. de iure patron.* Rot. *decis. 4. de iure patron. in nouis.* Ab Episcopo tamen exempto, collatio deuoluitur ad Papam. Campanil. *ibid. num. 484.*

24 Decimus nonus est, in Beneficijs Curatis de Iure patronatus, in quibus, si Episcopus est negligens in instituendo infrà duos menses, Patroni possunt adire Archiepiscopum, qui instituere potest. *Constitutio Pij V.* quæ incip. *In conferendis sub die 16. Maij 1567.* Quarant. *in summ. Bullar. verb. Beneficiorum Parochialium collatio.*

25 Vigesimus casus est, quando Episcopus est negligens in cogendo subditos pro perhibendo testimonia, & alia opportuna in causis faciendo, nam tunc potest Archiepiscopus cogere, & Suffraganeum, & subditum eius Barbos. *in collect. ad cap. pastoralis num. 11. de offic. ord.* Abbat. *in cap. si quis contra clericum, num. 7. & in repet. à n. 40. de for. comp.* Quarant. *in sum. Bullar. verb. Archiepisc. auctoritas, n. 14. litt. M.*

26 Vigesimus primus casus est, si Episcopus est negligens in executione vltimarum voluntatum, nam tunc Archiepiscopus exequi potest Abb. *in d. cap. pastoralis, in princ.* Genuens. *vbi sup. cap. 88. num. 3. ad fin.* Marta. *de iurisdict. part. 2. cap. 10. num. 4. in med.* nouissimè Franc. Carpe. *de executor. testament. lib. 1. cap. 22. num. 77.*

27 Vigesimus secundus est, vt Metropolitanus possit cogere Episcopum, ad exhibendum auxilium Iudici sæculari petenti, si abnegauit. Conatr. *pract. quæst. cap. 10. sub num. 10.* quia cum Iudex laicus cogi possit ad dandum brachium sæculare Iudici Ecclesiastico, vt diximus sup. *sect. 2. subsect. 1. numer. 23.* ità Ecclesiasticus, tenetur auxilium dare Iudici laico, nam vna iurisdictio, debet iuuare alteram. Trident. *sess. 24. cap. 8.*

28 Vigesimus tertius est, vt possit absoluere Archiepiscopus subditum Suffraganei, quem ipse non vult absoluere, *cap. ad reprimendam, de offic. ord.*

29 Vigesimum quartus est, quod possit dispensare in subditis Suffraganei, quando ipse denegat dispensationem, & dispensatio est debita, ratione personæ, loci, ætatis, temporis, pietatis, necessitatis, & vtilitatis Ecclesiæ. *text. singularis, in can. vt constitueretur, & can. Domino nostro dist. 50. late* Rebuff. *in Prax. dispensation. ad plura benefic. num. 8. & notat.* Genuens. *in d.*

in d.c.88.num.3.post med. Sanchez in precep. Decal. tom. 1.l.4.cap. 38. num. 12.

30 Vigesimus quintus est, vt Archiepiscopus, possit cogere Suffraganeum ad custodiendum sibi Vicarium idoneum, quando ipse non est idoneus ad regendum, vel commode regere non potest. Abb. in c. quoniam de offic. ord. Sbroz. de Vic. Episc. l. 1. qu. 57. sed Felin. in d. cap. quoniam; contrarium tenet, & sic Rota, & Sacr. Congregation. censuerunt sæpissimè, vt dixi sup. num. 11.

31 Vigesimus sextus casus est, nam Archiepiscopus potest Suffraganeos excommunicare, suspendere, & interdicere, succedente casu. cap. 1. §. fin. de offic. ord. in 6. cap. venerabilis, vbi Abb. de sent. excom. Gloss. in cap. de his, 13. d. 12. & in c. postulasti, num. 11. de cler. excom. celebr. vide Concil. Antioc. can. 14. & 15. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas. num. 8. & vers. 13. Genuens. vbi supr. numer. 6. Debet tamen Archiepiscopus in coërtione Suffraganeorum seruare formam cap. 2. de offic. deleg. in 6. videlicet, quod primo debet prohibere ingressum Ecclesiæ, vel interdicere ministerium sacerdotale; deinde debet suspendere ab officio; vltimo loco, excommunicare. Verùm si contrà talem formam, lata sit excommunicatio, valet. Genuens. in pract. prax. Archiep. Neap. d. c. 88. num. 6. Ioann. Andr. & Domin. in d. c. 1. de offic. ord. n. 6.

32 Quod ampliatur in Vicario Archiepiscopi, vt ipse possit Suffraganeum suspendere, interdicere, & excommunicare, absente tamen Archiepiscopo, non præsente, d. c. 1. § fin. de offic. ord. in 6. Bertach. de Episc. par. 7. l. 4. tit. de Vic. Episc. quæst. 10. Sbroz. de Vic. Episc. l. 2. q. 58. n. 3. Foller. in pract. crim. can. p. 1. moral. n. 123. propter reuerentiam Episcopalis dignitatis. cap. 2. de offic. de leg. in 6. cap. romana, §. officiales; vbi Gloss. & Canonist. de offic. ord. in 6. Abb. in c. si quæ contrà, in prim. & 2. lectur. n. 19. & 34. de for. compet. Rebuff in prax. benef. de form. vicar. n. 64. Sbroz. vbi sup. num. 2. & Genuens. ib. Quod si Episcopus non fuerint consecratus, Vicarius, etiam præsente Archiepiscopo, illum excommunicare poterit, Cucch. inst. iur. Can. lib. 4. tit. de cons. Episcop. num. 6. & tit. de Vic. Episc. num. 123. Sbroz. vbi sup. num. 3.

33 Ampliatur secundo, quod Archiepiscopus possit excommunicare Vicarium vel officialem Episcopi Suffraganei, causa rationabili existente c. 1. et ibi Gloss. verb. rationabile. de offic. vic. in 6. Archid. in c. 1. de offic. ord. eod l. 6. Sbroz. libr. 2. quæst. 59. num. 6.

Causæ autem rationabiles excommunicandi Vicarium, sunt, quando Vicarius impedit causam appellationis delatam ad Archiepiscopum: Vel si deliquit circà officium commissum: Vel si peccaret in his, quæ sunt iurisdictionis: Vel si vtereretur iurisdictione Episcopi excommunicati, Vel si non seruat priuilegia Sedis Apostolicæ: Vel sit criminosus, & incorrigibilis, recenset Gloss. in d. cap. 1. de offic. ord. in 6. vbi Archid. in princ. et Gen. n. 6. in princ. refert Sbroz. d. q. 59. n. 6.

34 Aliàs enim Archiepiscopus, vel eius Vicarius, non habet iurisdictionem in Vicarios Suffraganeorum, nisi in casibus lege Metropolitana concessis, vt in cæteris subditis Suffraganeorum d. c. romana. § sed attenti et § fin. vbi Innoc. Archid. Abbat. & Alij de for. compet. in 6. Gloss. in d. c. 1. verb. rationabilis, de offic. vicar. in 6. Sbroz. d. q. 59. n. 6.

35 Declaratur dicta conclusio, vt Archiepiscopus, possit coercere Vicarios Suffraganeorum, si delinquant in officio, proferendo scilicet sententiam per gratiam; Vel si sententiam excommunicationis proferant sine scriptis, vel absque trina monitione, iuxta c. sacro. de sent. excom. et c. 1. eod. tit. in 6. Vel si offendant iurisdictionem Metropolitanam, non deferendo appellationi legitimè emissæ; Vel si inhibitionem illius paruipendant; Vel si notoriè, & grauiter offendant partes litigantes, iniustitiam faciendo. d. c. 1. de offic. vicar. in 6. c. romana. in princ. de appell. Lotter. de re benef. l. 1. q. 22. n. 100. tecus si delinquant extra officium. Domin. Franc. & Ali. in c. 1. §. fin. de for. compet. in 6. per expressum textum in c. 1. de offic. vicar. in 6.

36 Alioquin, nisi propter notorietatem, & grauitatem criminis facta sit deuolutio ad Archiepiscopum, vt diximus, punitio Vicarij pertinet ad ipsum Episcopum, qui habet facultatem à Iure, prout quiuis alius magistratus coercendi officialem suum, appellatione remota, vt disponitur in l. nullo officialium, C. quomod. appell. non recip. Gratian. in c. ei. qui appellat. §. nulli quoque. 2. q. 6. Barb. de pot. Episc. pa. 1 tit. 4. n. 18.

37 Vigesimus septimus casus principalis est, quod Archiepiscopus vocare potest Episcopos Suffraganeos ad Concilium Prouinciale, vt habentur, in 18. d. per totam. Concil. Trid. sess. 24. c. 2. de reform. Genuens. vbi sup. d. 88. num. 27. In quo ipse est Præsidens. can. placuit. 18. d. Gloss. in d. cap. pastoralis. ver. exceptis. de offic. ord. & caput totius Concilij Prouincialis. 18. d. per totam. Trid. sess. 24. de reform. c. 2. Abb. in c. grauis. num. 8. & Imol. n. 10. de præbend. & est Iudex principalis in Concilio. can. 134. d. & ad ipsum spectat principaliter iudicare de consilio aliorum Episcoporum, Card. Alex. in c. de eod. 50. Reliqua ad materiam Concilij Prouincialis Archiepiscopi Metropolitani, ponit Quarant. in summ. Bullar. verb. Concilium Prouinciale; et Genuens. vbi sup. 89. per totum latè.

38 Vigesimus octauus casus est, quod potest exercere iurisdictionem in subditos Suffraganeorum, in concernentibus totam Prouinciam, vt iest, in tollendo prauam consuetudinem, c. ad extirpandas § et c. fin. de filij presbyt. c. ex frequentibus de institut. Abb. in c. pastoralis in princ. de offic. ord. vbi Felin. num. 7. Quarant. ib. Archiepiscopi auctoritas, num. 35. vers. 20. Genuens. d. c. 88. num. 11.

39 Vigesimus nonus est, quod si subditi suorum Suffraganeorum sibi notoriè iniuriam fecerint, vel nuncis, siuè alijs de sua familiam, dum Prouincia sua exercet iurisdictionem, tàm si impediant iurisdictionem, quàm si non impediant, potest illos punire. c. 1. de pæn. in 6. Quarant. dicto verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 21. vbi Prosp. de August. in addition. & Genuens. in Prax. cit. Archiep. Neap. d. c. 88. num. 13. Ampliatur, vt Archiepiscopus, possit punire iniurias etiam occultas, dummodò de illis contrastare aliquo modo possit; Hostiens. & Archidiac. in c. 1. Prosp. de Aug. ib. & Genuens. in sup. cit. c. 88. n. 11.

40 Trigesimus casus est, quod Archiepiscopus; potest exules facere à tota Prouincia, delinquentes in sua Diœcesi, c. 2. de arbitr. c. tanium de priuileg. Quarant. vbi prox. vers. 39. Genuens. in supra cit. c. 88. n. 21. Barbos. de iur. Eccles. l. 1. c. 7. n. 82.

41 Trigesimus primus est, quod in tota Prouincia, potest compellere quoscumq; Regulares vagabundos, & apostatas, vt redeant ad sua monasteria, monendo priùs Episcopos Suffraganeos, vt id exequantur; deinde aduertiendo Superiores Regularium, vt eos reducant: quibus omnibus negligentibus, ipse compellet, non modò Regulares, verùm etiam Superiores. per textum in cap. quanto, de offic. ord. refert. Genuen. vbi sup. in cit. c. 88. n. 25.

42 Trigesimus secundus casus est, quod potest conuocare Regulares in cuius Prouincia, monasteria, sub immediata Sedis Apostolicæ protectione sita sunt, negligentes exequi Decretum Concilij Tridentini in sess. 25. de Regular. cap. 8. tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus; per tex. in c. quamuis de offic. ordin. vbi communiter DD. et præsertim. Anton. num. 5. Quarant. in dict. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 37 in med.

43 Trigesimus tertius est, quod similiter, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, potest compellere Abbates, & Prælatos Regulares negligentes, vt prædicatio sacri Euangelij fiat in Ecclesijs Prouincialibus, subiectis monasterijs in nulla Diœcesi existentibus, Sac. Conc. Tridenti. sess. 5. de reform. c. 2. Quarant. vbi suprà in dict. vers. trigesim. septim.

44 Trigesimus quartus est, quod Archiepiscopus, potest exercere iurisdictionem, & vacante Sede Metropolitana, Capitulum, si Ecclesia Cathedralis Suffraganea non habeat Capitulum actu, sed habito; vel quando nullus Canonicus est in sacris in ipsa Ecclesia Suffraganea, Notat. Pauin. de offic. et potest. c. sed vac. p. 1. q. 10. sub num. 5. Prosp. de August. in addit. ad Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, post vers. 40.

45 Trigesimus quintus casus est, quod potest deputare Vicarium, seu Officialem in Ecclesia Suffraganea, si infrà octo dies, post mortem Episcopi Capitulum non deputauerit, vel non idoneum elegerit. ex Decreto Concilij Trid. sess. 24. de reform. c. 16. referunt. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 36. & Genuens. d. c. 88. n. 7. Ragul. de Iur. Canonic in c. qua fit, 37. n. 1. Verù hodiè vt plurimum practicatur, vt vbi Capitulum negligens est infrà dictum tempus eligere, vel eligit non idoneum, vel non seruat formam præscriptam à Sacro Concilio, statim ac notitiam habuerit Sacra Congregatio Episcoporum, mittit Vicarium Apostolicum, vt suo loco inferiùs dicemus.

46 Trigesimus sextus est, quod Archiepiscopus, vel eius Vicarius, potest mittere quæstores eleemosynarum per totam Prouinciam pro fabrica Ecclesiæ Metropolitanæ, quibus tamen,

men, si à subditis Suffraganeorum resistitur, vel non paretur, non possunt eos citare: *c. 1. de pæn. & remiss. in 6.* vbi Franch. dicit procedere pro quolibet alio opere pio. Quarant. *dict. verb. Archiepiscopi auctoritas vers.* 26. Barbos. *de iure Eccles. l. 1. cap. 7. n.* 28. Genuens. *loc. cit. n.* 14.

47 Trigesimus septimus casus est, quod potest mittere edicta per totam Prouinciam, in casibus ad suam iurisdictionem pertinentibus. Gemin. & Franc. *in cap. 2. de supplen. neglig. Prælator. in 6.* Quarant. *ib. versic.* 27. Genuens. *in d. capit.* 88. *numer.* 15.

48 Trigesimus octauus est, quod potest interdicere prædicationis officium aliquibus, per totam suam Prouinciam, *vt in c. suarum. de priuileg.* Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers.* 34. Genuens. *d. c.* 88. *n.* 21. Barbos. *de Iur. Eccl. l. 1. c. 7. n.* 81. *& de pot. Episc. p. 1. tit. 4. n.* 45.

49 Est autem notandum, quod in omnibus, supra numeratis casibus, eandem iurisdictionem, & auctoritatem retinent Vicarij Archiepiscoporum, ac habent ipsi Archiepiscopi à iure, vel ab homine, si mandatum generale, & speciale dederint, vt omnia, & singula facere possint in his, quæ iurisdictionis sunt, vt ipsismet facere permittitur, vbi de consuetudine non prohiberentur, vt notant *DD. in sæpè cit. c. pastoralis de offi. ordin. & in c. Romana, de for. compet. in 6.*

50 Notandum est vltimo loco, quod multa alia facere possunt Archiepiscopi in suis Prouincijs, quę non possunt cōmunicare eorum Vicarijs, prę sertim quę sunt Ordinis Episcopalis, vel dignitatis Archiepiscopalis, vt deferre Crucem antè sè, vti pallio, dare benedictionem, &c. huiusmodi, de quibus Quarant. Genuensis, Barbos. & Alij in suis locis sup. cit.

SVBSECTIO TERTIA.

De quibusdam casibus, in quibus Archiepiscopi liberè in Suffraganeos iurisdictionem exercere nequeunt, & consequenter neque Vicarij ipsorum, sed limitatiuè, secundum Sacros Canones, & Sacrarum Congregationum Decreta.

SVMMARIVM.

1 *Casus, in quibus Archiepiscopi limitatam iurisdictionem habent. Primus est, quod non potest committere causas appellationis, nisi vt Ciuitate agitentur, vel vbi causa ipsæ sunt.*
2 *Non potest cogere subditos Suffraganei ad suscipiendas commissiones eius.*
3 *Visitatorem dare non potest Ecclesiæ Suffraganea vacanti, si Capitulum benè administret.*
4 *Non cogit Populum, sed Ecclesiam pro solutione procurationis.*
5 *Expensas in Visitatione Prouinciæ, ab Ecclesijs pauperibus, non exigit.*
6 *Inquirere non potest delicta subditorum Suffraganei, etiam Episcopo negligente, cogit tamen illum.*
7 *Dimissorias ad ordines non concedit, visitando Prouinciam, subditis Suffraganeorum.*
8 *Visitare non potest Diœceses suffraganeorum, nisi causa cognita in Concilio Prouinciali.*
9 *In causis primæ instantiæ Suffraganeorum, non potest se ingerere.*
10 *Neque exemptionem concedere subditis suffraganeorum in prima instantia.*
11 *Neque statuta condere potest, totam Prouinciam obligantia.*
Metropolitanus non potest à Conc. Prouinciali puniri. ibid.
12 *Neque potest officiales facere in Diœcesibus Suffraganeorum pro causis futuris.*
13 *Non potest reuocare censuram latam contra appellantem.*
14 *Neque potest præfigere terminum Suffraganeis in expeditionibus causarum.*
15 *Absoluere non potest excommunicatum appellantem, subditum suffraganei sed ad illum mittere debet.*
16 *Exequi non potest sententias ciuiles Suffraganei, nec exigere pœnam in criminalibus.*
17 *Commissarium contrà Suffraganeos expedire non potest, inconsulta Sacra Congregatione.*
18 *Monitoria excommunicationis in forma.* Significauit, *publicare non potest in Diœcesi suffraganei.*
19 *In festis seruandis, non inhibet suffraganeis.*
20 *Neque in materia Immunitatis Ecclesiasticæ.*
21 *Excommunicatos à suffraganeis absoluere nequit, nisi in causa appellationis.*
Limitantur in multis casibus.
22 *Excommunicare non potest Populos suffraganeorum.*
23 *Compellere non potest subditos suffraganeorum pro testimonio ferendo.*
24 *Neque in integrum restituere potest aduersus sententiam suffraganei.*
25 *Neque cognoscit de nullitate sententiæ inter subditos suffraganeorum.*
26 *Neque grauare potest Suffraganeos, occasione Visitationis.*
27 *Neque reuisitare Suffraganeorum loca semel visitata, antè quàm totam Prouinciam visitet.*
28 *Non potest recipere procurationem in pecunia à subditis Suffraganeorum, nec munera.*
29 *Visitando Prouinciam, non debet magnum, comitatum ducere.*
30 *Non potest cogere subditos Suffraganeorum vt suam delegationem accipiant, aut sententiam exequantur.*
31 *Non potest esse iudex pro salarijs Aduocatorum, & Procuratorum sui fori contrà subditos suffraganei.*
32 *Non potest ferre censuram contrà officiales Suffraganei, si noluerint comparare coram eo.*
33 *Neque citare in causa appellationis, nisi appellatio sit legitima.*
34 *Non potest eximere ab Episcopo appellantem in alijs causis, quàm in illa appellationis.*
35 *Neque facere Vicarios Foraneos in Diœcesi Suffraganeorum.*
36 *Neque pœnas pecuniarias imponere potest subditis Suffraganei, nisi vbi excommunicare potest.*
37 *Neque iudicare potest subditos Suffraganeorum, nisi in casibus permissis.*
38 *Neque extra suam propriam Diœcesim, in Diœcesi Suffraganeorum, nisi quod expressum in iure inuenitur.*

1 SEquuntur enumerandi hic casus, in quibus non conceditur de iure facultas Archiepiscopis, & consequenter eorum Vicarijs generalibus exercendi liberam iurisdictionem in Episcopos Suffraganeos, sed tā tummodò limitatā, quorum.

Primus casus est, quod Archiepiscopus, vel eius Vicarius non potest audire, vel committere alteri, causas, quæ per appellationem, aut alio quouis iure Metropolitanico deferuntur ad ipsum, vt agitentur alibi, quàm in sua Ciuitate, vel Diœcesi: aut in eis, in quibus fuit appellatum, vel causæ ipsæ consistunt, nisi aliud sibi competat de consuetudine, *ca. vt litigantes de offic. ord. l. 6.* Et hoc fuit dispositum, vt euitentur expensæ.

2 Secundus casus est, quod non potest compellere subditum sui Suffraganei ad suscipiendas commissiones eius in causis, nisi aliud de consuetudine obseruetur, *per textum in ca. romana de for. competent. l. 6. & in c. pastoralis. de offic. ordin.*

3 Tertius casus est, quod non potest Archiepiscopus dare visitatorem Ecclesiæ Suffraganeæ vacanti, si capitulum benè administrat. *textus. in capit. Ecclesia. de supplend. neglig. Prælat. l. 6.*

4 Quartus casus est, quod non potest compellere populum visitatum, quando facit visitationem per Prouinciam, ad soluendam sibi procurationem, sed tantùm Ecclesiam. *per textum in cant. placuit. 10. q.*

5 Quintus casus est, quod non potest petere expensas, quas facit eundo, pro visitatione facienda in Prouincia, quando Ecclesiæ, quas visitat, pauperes existunt, sed tunc de suis redditibus viuere debet; & si vno die expedire visitationem non potuerit, pluribus diebus, vt oportuerit, procurandus erit. *de hoc habemus textum in can. placuit. 10. q. 1.* Innocent. & Archidiac. *in cap. 1. de censib. in 6. verb. procurationes, in quo* citato capitulo, præscribitur modus visitandi, & refert etiam Diuus Antonin. *in 3. part. tit. 20. c. 5. §. 4. & 5.*

6 Sextus casus est, quod non potest Archiepiscopus inquirere delicta subditorum Suffraganei, si Episcopus Suffraganeus, negligat hoc facere, cum hoc non reperiatur expressum in

iure

iure Canonico, ità dicit Innocent. *vbi supra tit. c. 1. verb. inquirant*, allegans ad hoc *arg. c. quia cognouimus 10. qu. 3.* Potest tamen cogere Episcopum Suffraganeum, vt procedat, alias ipse puniet. *cantic. quorundam. 34. d.*

7 Septimus casus est, quod non potest Archiepiscopus concedere dimissorias subditis Suffraganeorum, cum visitat Prouinciam, quia non reperitur hoc in iure permissum; ità Franc. & Geminian. *ca. final. de temporib. in 6.* Barbos. *de potest. Episc. par. 1 tit. 4. n. 49.*

8 Octauus casus est, quod Archiepiscopus hodie attenta noua dispositione Concilij Trid. *sess. 24. c. 3. de reform.* non potest visitare Diœceses Suffraganeorum, nisi causa cognita, & probata in Concilio prouinciali, & tunc visitando habebit easdem facultates, quas antè concilium habebat de iure comuni. *Henriquez l. 6. de pœnit. c. 14. num. 9. in text. & in communi litt.* Z. Sanchez *in precept. Decal. tom. 1. l. 2. c. 11. num. 6. relat. à* Barbos. *vbi sup. n. 50 in fin.*

9 Nonus casus, quod non potest se ingerere in causis suorum Suffraganeorum, quæ agitantur coram eis in prima instantia; & si se ingerat, sperni potest eius inhibitio. Concil. Trid. *sess. 13. c. 1 de refor. & sess. 24. c. 20. de reform. adest Bulla Greg. XIII. quæ est 24. fol. 1220. in Bullar.* Sacra Congregat. Episcoporum, *declarat. 181. & 211.* penes Zerol. *in prax. episc. p. 1. verb. appellatio, vers. Ad decimum.*

10 Decimus est casus, quod non potest concedere aliquam exemptionem subditis suffraganeorum in prima instantia, ita declarauit Sac. Congreg. Episcoporum. *in vna Montis realis 2. Decemb. 1699. & in Syracusana eod. anno.*

11 Vndecimus est, quod non habet facultatem Archiepiscopus Metropolitanus condendi statuta, & leges totam Prouinciali, cuius decretis obligatur; etiam ex vi coactiua, & licet in eo primam sedem teneat; nec possit à Concilio Prouinciali puniri, vt colligitur, ex *c. sicuti graue de prabend. & docet.* Sanch. *l. 8. disp. 18. num. 73.* est tamen inferior, vt dictum est, toto concilio; *Bonac. tom. 1. de legib. disp. 2. q. 2. punc. 3. n. 5. & q. 1. punc. 3. n. 25. & q. 1. punc. 6. num. 22.* & sic non potest ipso solus totam Prouinciam obligare.

12 Duodecimus casus est, quod non potest Archiepiscopus in Diœc. Suffraganeorum sibi facere officiales pro causis futuris, *vt habetur in c. 1. de offic. iud. ord. in 6.* Quod si per consuetudinem tale ius habeat, non possunt officiales inhibere, ante appellationem, *d. c. 1.* & Sac. Congr. Episc. *in vna Vulturarien. 13. Maij 1603.*

13 Decimus tertius est, quod non potest reuocare censuram latam à proprio Ordinario contra appellantem, *c. romana, §. sententias de appell. & recusat. in 6.*

14 Decimus quartus casus est, quod non potest præcipere suffraganeo, vt expediat aliquam causam, intra certum terminum, puta viginti, vel triginta dierum, ita declarauit Sac. Congreg. Episc. *in vna Muren. 14. Aprilis 1612.*

15 Decimus quintus est, quod Archiepiscopus non potest absoluere sic simpliciter illum, qui de excommunicatione appellauit ad ipsum, sed remittere debet ad Episcopum, qui excommunicauit; quomodo autem hoc procedat, vid. *not. in ca. ad exprimendum de off. ord.*

16 Decimus sextus casus est, quod non potest exequi sententias ciuiles, nec exigere pœnas criminales delictorum, ex eo, quod ipse confirmauit sententiam suffraganei; Sac. Congreg. Episc. *in vna Squillacen. 6. Martij 1618.*

17 Decimus septimus est, quod non potest Archiepiscopus expedire commissarium contra suos Suffraganeos, sine licentia Sacræ Congreg. ita declarauit, Sacr. Congreg. Episc. *in vna Vmbriat. 25. May 1629.*

18 Decimus octauus casus est, quod non potest publicare monitoria excommunicationis ad finem reuelationis in forma: *Significauit* in Diœcesi sui Suffraganei. *c. 1. Romana de off. ordin. in sexto.* Sacr. Congregat. Episcop. *in vna Alessanen. 15. Septembris 1603.*

19 Decimus nonus est, quod non potest inhibere Suffraganeis in materia obseruationis Festorum. ita declarauit Sacr. congregat. Episc. *in vna Beneuentana 11. Ianuarij 1622.*

20 Vigesimus casus est, quod Archiepiscopus non potest similiter inhibere Suffraganeis, nec se ingerere in causis Immunitatis Ecclesiasticæ; sed remittere debet ad Sanctam Sedem Apostolicam eos, qui recurrunt ad ipsum, sic declarauit Sacra Congreg. Episcop. *in vna Anglonen. 23. Septemb. 1624. et in alia Polocastren. eod. ann.*

21 Vigesimus primus casus est, quod non potest Archiepiscopus absoluere excommunicatos a suffraganeis, vel officialibus ipsorum, nisi in casu appellationis, *cap. Venerabilibus de sent. excomm. in 6.* Limitatur in multis casibus. *vt ib. §. Porrò* Notitum si suffraganeus offerat se probaturum, quod ex iusta causa excommunicauit in contumacia, nisi reus proponat se non esse contumacem, quando impeditus potuit comparere, secus si fatetur suam contumaciam, vel alias sit manifesta. In hoc tamen adde; si Reus velit probare, se non esse contumacem, non debet absolui, nisi data cautione de stando iudicio Ecclesiæ, & facta solutione expensarum. Item si suffraganeus excommunicauit, ex eo quod Reus non comparuit in certo loco, & Reus velit probare, quod locus non erat sibi notus, nō obstante, quod anteà hoc non opposuerit, nam tunc est absoluendus, quia contumacia est solum præsumpta.

22 Vigesimus secundus casus est, quod non potest Archiepiscopus Populos suffraganeorum excommunicare. *Calistus I. epist. secunda c. nullus, 9. q. 3.*

23 Vigesimus tertius casus est, quod non potest Archiepiscopus compellere subditos Episcopi suffraganei ad perhibendum testimonium in causa appellationis, nisi aliud sit de consuetudine; eo tamen casu potest, quando Episcop. nollet compellere. *Genuen. in Prax. Archiep. Neap. c. 70. alias* 88. *num. 7. vers. declara primo.*

24 Vigesimus quartus casus est, quod non potest restituere in integrum, aduersus sententiam Episcopi suffraganei, quia Archiepiscopus non potest adiri, nisi peruiam appellationis, vt sæpè diximus, *not.* Abb. *in c. vlt. in fin. de restit. in integ.* Scacc. *in tract. de appell. q. 19. remed. 1. conclus. 6. n. 85. in fin. et remed. 2. n. 61. vers. ad quartum.*

25 Vigesimus quintus casus est, vt Archiepiscopus non possit cognoscere de nulitate sententiæ, inter subditos suffraganeorum, absque appellatione, Franc. *in c. 1. §. post hæc, sub n. 7. vers. sed aduerte, de appel. in 6. et in c. dilecto sub n. 63. vers. secundus casus eod. tit.* Felin. *in c. in literis antè fin. vers. secundus casus est de offic. deleg.* Genuens. *vbi proxim. d. n. 7. vers. limita quarto;* Scacc. *ib. q. 19. remed. 1. concl. 6. n. 85.*

26 Vigesimus sextus casus est, quod non potest grauare suffraganeos, occasione visitationis. Concil. Constantin. IV. *cap. 9. et 19.*

27 Vigesimus septimus est, quod non potest ad visitata loca suffraganei redire denuò, antequā visitet totam Prouinciam, nisi à Diœcesanis locorum requiratur, *c. 1. §. ex quo de cens. lib. in 6.* vel nisi ratio id postulet. *ib. §. postquam.*

28 Vigesimus octauus casus est, quod non potest recipere procurationem in pecunia, nec munera a subditis suffraganeorum, & si recipit, tenetur restituere in duplo, *d. cap. 1. §. procurationes.*

29 Vigesimus nonus est; quod non potest visitans Prouinciam secum ducere magnum numerum personarum & equorum, ideo non debet excedere numerum quinquaginta. Conc. Later. *3. c. 4.*

30 Trigesimus casus est, quod non potest cogere subditos suffraganeorum, vt suam delegationem accipiant, vel sententias exequantur, *c. 1. § neque de for. compet. in 6.*

31 Trigesimus primus est, quod non potest esse Iudex competens pro salarijs Aduocatorum, & Procuratorum sui fori, contrà subditos suffraganeorum, *dict. cap. 1. §. nec etiam de for. compet. lat.*

32 Trigesimus secundus casus est, quod non potest ferre censuram contra officiales suffraganei, ex eo quia citati noluerunt comparere coram eo, *d. c. 1. § fin.*

33 Trigesimus tertius casus est, quod non potest citare in causa appellationis ab Episcopo, nisi causa appellationis fuerit sufficiens, & legitima, *c. Romana, §. cum autem de appell. in 6.*

34 Trigesimus quartus casus est, quod non potest exhibere ab Episcopo eum, qui ad ipsum appelauit, in alijs causis quàm in illa appellationis *d. c. Romana, §. cum vero.*

35 Trigesimus quintus casus est; quod non potest facere officiales suos foraneos in Diœcesi suffraganeorum, *cap. 1. de offic. ordin. in 6.* Neque potest disponere in eadem Diœcesi. *ibid.* Neque potest in dictis Diœcesibus constituere officiales, vt cum fuerit ad se appellatum, faciant citationes, inhibitiones, &c. *ibid.* Neque pro causis futuris, *vt diximus sup. n. 12.* Sed quando facta est appellatio, & causa

causa est deuoluta, tunc potest in ea causa officiales constituere, quia, habet iurisdictionem, *d. c. 1. de offic. ord. in 6.* vbi *in §. officiales*, habetur non posse Metropolitani officiales, contra suffraganeos subditos, censuras ferre.

36 Trigesimus sextus est, quod non potest pęnas pecuniarias imponere subditis suffraganeorum, nisi in casibus, in quibus potest excommunicare, vt habetur in *c. venerabilibus, §. denique, de sent. excom. in 6. & nos sup. tetigimus*.

37 Trigesimus septimus casus est, quod non potest iudicare Episcoporum suffraganeorum subditos; neque aliquid in eorum Diœcesibus facere, nisi expressè reperiatur ipsi concessum in iure, *c. 1. de for. comp. in 6. c. pastoralis de offic. ordinar. c. nullus Primas, 9. q. 3. quod ante disposuerat* Cęlestinus I. *epist. 4.* & Nos *supr. diximus, & seq. n. dicemus.* Potest tamèn causas iudicare ad instantiam Episcoporum suffraganeorum, Concil. Nicen. ex Iulio I. *c. 14. c. sacrosa. c. Archiepiscopus, c. si autem, & c. nullus Primas cit. 9. q. 3.* Adrian. I. *in decret. c. 14.*

38 Tandem est aduertendum, pro regula generali, quod Archiepiscopus Metropolitanus, extra suam propriam Diœcesim, nihil potest facere, nisi quatenus reperiatur in iure expressum, vt possit in Diœcesibus suffraganeorum, *vt in c. Romana, & c. Venerabilibus de sent. excom. in 6. c. 1. de suppl. neglig. Prælat. vid. l.* & dictum fuit suprà *subsect. 1. n. 4.* Vel quatenus de consensu Episcoporum suffraganeorum ipsi permittitur, vt decreuit Papa Iulius I. *epist. 2. c. 22.* Luccius I. *epist. vnic.* Conc. Lucern. 2. *c. 4.* Adrian. I. *in decr. c. 46.* Zaccharias *epist. 7. c. 1. cap. per singulas, c. conquestus, & c. Episcopo. 9. q. 3.*

Forma Vicariatus Generalis Archiepiscoporum eligentium pro Vicario Generali, aliquem Episcopum suffraganeum, vel Titularem aut Alium in ordine Episcopali constitutum.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis &c. N. de N. Dei, ac Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Archiepiscopus N. salutem in Domino.

NOuerritis, quod Nos attendentes multiplices occupationes nostras, & curam animarum, quæ Nobis subiecta sunt, & quod etiam nobis curæ est munera nostra Alijs impartiri, qui Idoneitate, scientia, moribus, & ętate reperti sunt probatissimi. Considerantes igitur probitatem, scientiam discretionem, legalitatem, & industriam Illustriss. & Reuerendiss. Domini Episcopi N. Ipsum Vicarium Generalem in Ecclesia, Ciuitate, & Diœcesi nostra tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus tenore pręsentium facimus, constituimus, & creamus (citra tamen reuocationem Aliorum Vicariorum nostrorum Nos aliàs institueramus) si verò voluerit reuocare, dici poterit. *(reuocando per præsentes omnes alios Vicarios, &c.) Dantes, & concedentes eidem plenam, & liberam potestatem; & mandatum speciale, Ecclesias, Altaria, oratoria, & cœmeteria ędificata benedicendi, & consecrandi, cęteraque loca, & vasa, Vestesque diuino Cultui deputata, & eadem polluta reconciliandi, Episcopos Suffraganeos, Abbates, & Abbatissas ac moniales benedicendi, Chrisma, Oleum Catircumenorum, & Infirmorum conficiendi Die Iouis sancta; Pueros, & puellas baptizatas confirmandi, vsumque Pontificalium exercendi, & reliqua conficiendi, quæ ordinis sunt Episcopalis, vel prædicta omnia, & singula committendi, vt fiant, & exerceantur per Alium Episcopum, Nec non Indulgentias concedendi in casibus à Iure permissis;* Exhibendi *Sacramenta Diœcesanis Ad eum recurrentibus, confessiones audiendi, prædicandi, & solemnes pęnitentias iniungendi; Synodum Diœcesanam celebrandi, Prouinciale Concilium conuocandi, Dimissorias siuè commendatitias ad ordines, & Sacramenta concedendi, Clericos iudicandi, causas matrimoniales cognoscendi, & decidendi, Decimam oblationum in casibus à Iure expressis, nec non Synodaticum, vel cathedraticum, quartam funeralium, procurationem Visitationis, subsidium Charitatiuum, & ius census in casibus à Iure permissis exigendi, & reliqua faciendi, & exercendi, quæ sunt Dignitatis Episcopalis; Nec non subiectionem subditorum nostrorum, & reuerentiam, ac iuramenta ab ipsis recipiendi, electos sibi subditos confirmandi, nouas Parochias erigendi, erectas collapsasque reficiendi, in Matrices Ecclesias transferendi, eligendi, Visitandi, præsentatos instituendi, destituendi, Beneficia conferendi, pensiones super illis imponendi in casibus à iure, vel consuetudine permissis, resignationes illorum recipiendi, eadem resignata conferendi, inuestiendi, alienandi, dispensandi, vota commutandi in casibus Nobis permissis; causas omnes ad forum Episcopalem spectantes, & pertinentes cognoscendi, & decidendi, etiam feudales, visitandi, reformandi, præcepta, & edicta faciendi, ac nouas constitutiones decernendi, illasque exequendi, corrigendi, mulctandi, excommunicandi, anathematizandi, absoluendi, etiam à casibus quibuscumque Nobis reseruatis, suspendendi, interdicendi, deponendi, delinquentes incarcerandi, torquendi, condemnandi, tam ad tempus, quam ad perpetuos carceres, prout sibi conuenire videbitur; causasque omnes criminales cognoscendi, & decidendi, Clericos degradandi, brachium sæculare inuocandi, pęnas mitigandi, gratias faciendi delinquentibus, prout sibi videbitur expedire, purgationes indicendi, pias voluntates exequendi, & easdem commutandi, vnum vel plures Vicarios locatenentes cum eadem, & simili, vel minore auctoritate faciendi, creandi, & substituendi, & cætera omnia, quæ sunt Episcopalis, & Archiepiscopalis iurisdictionis exercendi, & terminandi; Ac omnia alia, & singula faciendi, & committendi, etiam si talia essent, quæ mandatum exigerent speciale, & maiora, ac grauiora expressis, prout ad Vicariatus officium noscitur quomodolibet pertinere; cuius gesta, sententias, & mandata, rata, & grata habere promittimus. Mandantes quibuscumque ad quos spectat, sub pęna excommunicationis, quam ex nunc, prout ex tunc ferimus in his scriptis, quatenus ipsum N. tamquàm Vicarium, & officialem nostrum recipiant, suscipiant, & admittant, ac eidem in his, ad Nos, & iurisdictionem nostram ordinariam qualitercumque spectant, vel spectare poterunt, faueant, & assistant, & efficaciter obedire teneantur. In quorum testimonium has nostras litteras fieri iussimus per Cancellarium, & Notarium nostrum subscriptione nostra, ac maioris nostri sigilli impressione roboratas, &c. Datum N. &c. die N. &c. anni N. &c.*

N. Archiepiscopus N.

Locus † sigilli

N. Notarius &c.

FORMA EISDEM.
alio modo.

N. Dei, & Apostolica Sedis gratia Archiepiscopus N. &c.

CVm ex Apostoli voce, deceat Nos, tanquam positos à Spiritu sancto, regere Ecclesiam nostram sanguine Iesu Christi acquisitam, & propterea quantum in nobis est curare, vt cuncta adimpleantur ex omni parte, quę pertinent ad primum ordinem hierarchicum, nec non ad dignitatem nostram, & iurisdictionem; attendentes necessitatem in qua semper constituti sumus, propter multiplices occupationes nostras, & curam animarum, quę nobis subiectę sunt; curę etiam nobis fuit, munera nostra alijs impartiri, qui moribus, scientia, & ętate reperti sint probatissimi. Ideircò considerantes probitatem, ętatem, atque scientiam Domini N. Iuris Vtriusque Doctoris, reuocantes in primis quemcumque Alium Vicarium, & officialem nostrum hactenus per nos constitutum, præfatum N. constituimus, & creamus Vicarium nostrum generalem in Ecclesia, Ciuitate, & Diœcesi nostra, tàm in temporalibus, quam in spiritualibus, dantes, & concedentes eidem, plenam, & liberam potestatem, & mandatum speciale. Exhibendi *Sacramenta Diœcesanis &c.* vt supra.

Reliqua ponantur, vt in alia forma prox. præcedenti ab illo versiculo exhibendi, &c. à vsq; in finem &c. si easdem facultates concedere voluerit &c. alias ponantur illæ tantum, quæ illi placuerint, &c.

ALIA FORMA
diuerso modo.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis N. Dei, ac Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Archiepiscopus N. salutem in Domino.

NOueritis, quod Nos attendentes multiplices occupationes, & residentiam, quam oportet nos necessariò in Curia Romana facere, propter officij nostri N. Sanctiss. Domini debitum tribuere, ex quo nostra Ecclesia in defensione iurium suorum, nostrique subditi in audictione causarum, & redditione iustitiæ non modicum possent recipere detrimentum, ac læsionem. Considerantes igitur probitatem, legalitatem, scientiam, discretionem, ac industriam discreti viri N. de N Clerici, vtriusque Doctoris, ipsumque N. nostrum Vicarium generalem in spiritualibus, & temporalibus, & officialem in Archiepiscopatu nostro N tenore præsentium facimus, constituimus, & creamus citrà tamen reuocationem aliorum Vicariorum nostrorum per nos alias constitutorum dantes, & concedentes eidem N. vnà cum alijs Vicarijs nostris plenam, & liberam potestatem, etiam circa ea, quæ mandatum speciale requirunt, cum illegitimè natis, vt ad minores ordines promoueri, & beneficia simplicia recipere, & retinere valeant, dispensandi, litteras commendatitias, & dimissorias ad omnes, etiam sacros ordines concedendi, & in ipsis ministrandi, beneficia, & officia in Ecclesia, Ciuitate, & Diœcesi nostris, ad nostram collationem qualitercunque spectantia conferendi. & commendandi & vnendi beneficia, resignationesque recipiendi; & beneficia resignata conferendi. Visitationes faciendi, Synodos celebrandi, & committendi causas criminales, & ciuiles, matrimoniales, & beneficiales, & quascumque alias tàm principales, quàm incidentes, & per appellationem deuolutas, & in posterum deuoluendas, & quæ ad dictam nostram Ecclesiam pertinebunt, de iure, vel consuetudine audiendi, & de ipsis cognoscendi.

Et ex officio inquirendi Ecclesias, capellas, & oratoria, ac cimiteria pollutæ reconciliandi, & personas omnes in nostra Ciuitate, & Diœcesi, & in tota nostra Prouincia, prout ad nos de iure metropolitico spectat, & pertinet, siuè sint prælati, Abbates, Priores, & alia Ecclesiastica personæ quocumque nomine censeantur, puniendi, deponendi, corrigendi, & mulctandi sinè acceptione personarum, prout delictorum qualitas, & excessus quantitas exegerint, & enormitas delinquentis, suspendendi, interdicendi, excommunicandi, præcepta, & mandata faciendi, ipsaque exequendi, & condemnandi ad perpetuos carceres; vel ad tempus, pœnas mitigandi, à sententijs excommunicationis, & a quibuscumque alijs casibus nobis reseruatis absoluendi, prout sibi videbitur conuenire, & in ipsis criminibus, in quibus nobis, vel aliàs a iure permittitur, vel constitutionibus Synodalibus, vel prouincialibus dispensandi, & absoluendi, prout eidem N. videbitur, expedire, sententias proferendi.

Et omnia alia, & singula faciendi, & committendi, etiam si maiora fuerint, & quæ mandatum exigant speciale: prout ad ipsius vicariatus, & officialatus officium noscuntur quomodolibet pertinere, cuius sententias, & mandata, prout ritè lata fuerint, rata, & grata habere promittimus, & faciemus authore Deo, inuiolabiliter obseruari, præcipimus, & damus in mandatis tenore præsentium omnibus, & singulis nostris subditis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in omnes, & singulos rebelles, ex nunc, prout ex tunc ferimus in his scriptis; quatenus ipsum prompte, & benigna exceptione affectu, eumdemque N. tamquam Vicarium, & officialem nostrum, & prædictæ nostræ Ecclesiæ, vt præmittitur, recipiant, suscipiant, & admittant, ac eidem in his, quæ secundum Deum ad nos, & iurisdictionem nostram ordinariam qualitercumque spectant, vel spectare poterunt, pareant, & efficaciter obediant, prout obedire, & parere tenentur Nobis Archiepiscopo prælibato. In cuius rei testimonium, has &c. Datum &c.

N. Archiepiscopus &c.

sigill. † locus

N. Secretarius.

SECTIO QVARTA.

De Vicario Capitulari Cathedralis Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Cathedralis Ecclesia, quæ;*
2 *Sub nomine Ecclesiæ simpliciter, in dubio intelligitur Cathedralis.*
3 *Cathedraticum, quid sit?*
4 *Cathedralis Ecclesia est dignior alijs Diœcesis.*
5 *Decimas percipiendi ius habebat antiquitùs in tota Diœcesi.*
6 *Hodie tamen habet in territorio Ciuitatis tantum regulariter.*
7 *Cathedralitas quibus modis probetur.*

1 ACturus in præsenti Sectione quarta de Vicario Capitulari Ecclesiæ Cathedralis in genere, præmittere necesse est, quod cathedralis Ecclesia dicitur illa, in qua residet Sedes, seù Cathedra Episcopalis; & ideo, quia penes ipsam est cathedra episcopi, nomen sumpsit cathedralis, vt ex D Hieronymo notat Tostar. *sup. Matth. c. 1. q. 70.* vbi ait, quod cathedra propriè dicitur Sedes episcopi, & Doctoris, & per eam magna prædictorum dignitas, & præcellentia designatur. Prout antonomasticè per Cathedram Diui Petri Ecclesia Romana denotatur. Ioan. Scotan. *contra hæreticos interrogation. 5. de Primatu Petri, & Eccle a Romana. fol. 87. vers. subiectam.*

2 Vnde a simili aduertendum est, quod in dubio nomine Ecclesiæ simpliciter absque alia expressione sancti particularis, intelligitur Ecclesia Cathedralis ex antiquo stylo Romanæ Curiæ. Rota Rom. *decis. 233. num. 4. & 13. par. 1. diuers. & in Cæsar augustana Cathedralitatis 1. Martij 1630. coram D. Coccino,* notant autem Abb. *in c. cum super num. 6. de sepult.* Gloss. *in c. quamuis, ver. non extendit. de præbend. in 6.* vbi etiam Monach. *num. 5.* & Gemin *§. fin. num. 10. post med* Mandos. *sup. Regul. Cancell. reg. 26. q. 3. num. 5. & 6. circa fin. vers. Romana autem,* Gratian. *discept. for. c. 89. n. 32.*

3 Hinc fit, quod in honorem cathedræ episcopalis debetur episcopo quolibet anno a singulis Parochijs, & alijs Ecclesiæ suæ Diœcesis Cathedraticum, vltra procurationem moderatam; illud autem de generali consuetudine possunt episcopi petere pro Ecclesiæ cathedralis reparatione, aut alia causa, & constat regulariter vno, vel duobus solidis pro qualibet Ecclesia, nisi aliud seruetur ex immemorabili consuetudine. Gloss. *in sum. & in c. 1. & c. inter cætera 10. q. 3.*

4 Cathedralis Ecclesia est dignior cæteris alijs Ecclesijs Diœcesis, & ideo est ei assignandus sublimior locus. Rot. *decis. 3. n. 1. & 2. tom. 5. recent.*

5 Habet quoque ius exigendi decimas, in tota Diœcesi, vbi facta non sit Parochiarum diuisio, quia antiquitus ante factam talem diuisionem decimæ totius Diœcesis ad solos episcopos spectabant, qui tunc temporis soli erant Parochi, & ad illos pertinebat cura animarum totius Diœcesis, *c. episcopus, & c. percipimus, 12. qu. 4.* cæteri verò Sacerdotes erant tamquam eorum coadiutores, *c. in nouo, 21. d.* Facta deinde Ecclesiasticorum redditutum diuisione, *iuxta tex. in c. de redditibus, & in c. quatuor 12 q. 2.* constitutæ fuerunt Parochiæ cum suis particularibus territorijs, singulæ singulis Sacerdotibus attributæ, & sic quisque propriam animarum curam habetet. *c. 1. 13. qu. 1.* Sylua *de benefic. p. 1. q. 4. num. 13.* Nauar. *in c. placuit in princ. de pœnit. d. 6.* Vnde hodie Parochis debentur decimæ ratione administrationis Sacramentorum, quam Parochianis faciunt; DD. apud Barb *de iur. eccles. l. 3 c. 28. §. 2. n. 7.*

6 In Territorio tamen Ciuitatis cathedrali soli competit facultas exigendi decimas, *c. quoniam, & c. cum contingat,* vbi Gloss. & DD. *de decimis,* Rota *in Pampilonen. congrua 7. Aprilis 1595. coram Card. Mellino, & in decis. 429. coram Gregor. XV.* Rebuff. *in tract. de decim. q. 6. n. 12.*

Hinc est, quod Episcopus habet intentionem fundatam de iure comuni super decimis, ratione Ecclesiæ cathedralis, cuius dicitur Parochus propriè, & immediatè. *c. dudum de decimis;* non vero aliarum Ecclesiarum Parocialium suæ Diœcesis. Rot. apud Coccin. *decis. 38. num. 1. & decis. 254. num. 4.* & apud Postium, *post tract. mandat. de manutenend. decis. 157. num. 1. & 2. &*

decis.

decis. 187. *n.* 6. *& decis.* 211. *n.* 4. Monet. *de decim. cap.* 7. *n.* 7. Rebuff. *eod. tract. quaest.* 7. *num.* 9.

7 Ad probandam tamen cathedralitatem, non sufficit ius prædictum colligendi decimas tantùm; sed plura alia requiruntur, vt tradit Rot. *in d. Caesar augustana Cathedralitatis, in vers. c. quintum, &c.* nimirum antiquus vsus celebrandi festum dedicationis. Gregor. *decis.* 393. *num.* 12. Rot. *decis.* 616. *numer.* 4. *&* 6. *p.* 1. *rec.*

Item ius extrahendi defunctorum cadauera ex alienis Parochijs; *c. ex parte il* 1. *c. cum liberum, c. cum super c. in nostra* vbi DD. *de sepult.*

Item delatio Sanctiss. Sacramenti in eius festo cum processio a cathedrali sit incipienda, & ibidem finienda; vt declarauit Sacra Rituum Congregatio, *in vna Tuscanen. sub die* 19. *Augusti* 1619.

Item asseruatio Olei sancti. Ead. Sacr. Congr. *vbi proximè.*

Item prærogatiua præeminentiæ supra alias Ecclesias, de qua in simili Put. *dec.* 343. *l.* 2. *in correctis.*

Potest etiam Cathedralitas probari ex historijs; & ex testibus; & quando de ea agitur incidenter, etiam ex sola quasi possessione. Rot. apud Duran. *dec.* 331.

His pro introductione Iuuenum prænotatis, quæ ad materiæ intelligentiam tamquam prologomena non parum deseruire poterunt, ad alia transeamus, & sic erit.

SVBSECTIO PRIMA.

De Iurisdictione Vicarij Capitularis Cathedralis Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Cathedralis Ecclesiæ succedit in iurisdictione Episcopi mortui, in his quæ sunt ordinariæ iurisdictionis.*
2 *Sunt qui asserunt non succedere pleno Iure, sed communis sententia est affirmatiua.*
3 *Tenetur Vicarium constituere infra octo dies post mortem Episcopi.*
4 *Ante Concil. Trident. iurisdictio exercebatur à Capitulo mortuo Episcopo.*
5 *Iurisdictio est penes totum Capitulum infra octo illos dies, non penes Archidiaconum.*
Archidiaconus Vicarij vices non gerit infra dictos octo dies, sed totum Capitulum.
Quando potest administrare, n. 23.
Ex diuersis non fit illatio.
6 *Capitulum non arctatur Vicarium facere intra pauciores dies, quam octo.*
7 *Quid facere debet Capitulum infra illos octo dies.*
8 *Electio Vicarij Capitularis quomodo facienda.*
9 *Electio Vicarij vnica vice fieri debet.*
10 *Electio prædicta fieri potest ad tempus, melius tamen est, si fiat simpliciter.*
11 *Vicarius Capitularis est eligendus de gremio Capituli.*
12 *Debet eligi Doctor, alias electio est nulla.*
Electio, quando deuoluatur ad Metropolitanum, ib. num. 3. *&* 17.
In casu necessitatis potest eligi non Doctor.
Vicarius Episcopi, si sit Doctor, confirmari potest, aliàs non.
13 *Electio secundum declarationes Sacræ Congregationis est facienda.*
14 *Parochus eiusdem Ciuitatis potest esse Vicarius Capitularis, extraneus non.*
15 *Inquisitus de aliquo delicto non potest eligi Vicarius Capitularis.*
16 *Aetas Vicarij Capitularis* 25. *annor. vel* 23. *ex necessitate.*
17 *Vnus eligi debet, non plures, aliàs electio deuoluitur ad Metropolitanum.*
18 *Plures Vicarij eligi possunt, vbi viget talis consuetudo.*
19 *Vicarius electus non potest amplius reuocari sine licentia Sac. Congregationis.*
20 *Causa, pro quibus reuocari potest Vicarius Capitularis.*
21 *Eligere non potest Capitulum, quando Vicarius Episcopi est missus a Papa, vel Sacra Congregatione.*
22 *Neque ante verisimilem notitiam mortis, aut translationis Episcopi.*
23 *Neque Episcopo absente, si ipsius Vicarius moriatur.*
Captiuitate Epis. iurisdictio ad Capitulum deuoluitur.
24 *Electio Vicarij debet esse sine conditione.*
25 *Assessor Vicarij Capitularis, quando permittatur.*
26 *Electio Vicarij sine restrictiua.*
27 *Emolumenta Sedis vacantis, vbi sit consuetudo, quomodo diuidenda.*
28 *Vicarius electus cum aliqua restrictiua, potest illa spreta liberè exercere iurisdictionem.*
29 *Mora Capituli in eligendo purgari non potest.*
30 *Salarium competens Vicarius Capitularis habere debet, & quomodo.*
31 *Distributiones, & fructus, quando lucretur Vicarius Capitularis, & n.* 34.
32 *Electionis nullitas à quo cognoscenda.*
33 *Pluribus Vicarijs electis propter discordiam quis remaneat.*
34 *Præcedentia Vicario Capitulari competit, & quomodo.*
35 *Mortuo primo Vicario Capitulari, electo, etiam a Metropolitano ob negligentiam, Capitulum eligit denuo.*
36 *Capitulum quod electionem Vicarij, nullam exercere potest iurisdictionem.*

1 CApitulum Cathedrali Ecclesiæ sede Episcopali vacante, statim post mortem sui Episcopi, ipsius vice fungitur, & succedit in omnibus, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, exceptis casibus expressis in Iure. *c. his quæ, c. cum olim de maior. & obed. c. vnic. eod. tit. in* 6. *c. ad abolendam. de haeret. c. pen. & c. fin. de suppl. neglig. Prælat. in* 6. *& extrauag. Execrabilis. vers. cæterum. de præbend. facit etiam c. si, eni de elect. in* 6. Abb. *in c. cum olim. n.* 2 *& in c.* 1. *n.* 4. *ne sede vacan.* Conc. Trid. *sess.* 24. *n.* 4. *de reform. c.* 16. Pauin. *de offic. & Potestat. Capituli sede vacant.* 1. *p. q.* 1. Rebuff. *in Prax. Benefic. p.* 1. *de deuolution. num.* 58. *cum. seqq.* Gatz. *de benefic. p.* 5. *c.* 7. *n.* 4. Barb. *de pot. Episc. p.* 3. *allegat.* 54. *num.* 157. Sbroz. *de offic. Vicar. l.* 1. *q.* 15. *&* 16. Suarez. *de censur. tom.* 5. *disp.* 50. *sect.* 5. *n.* 6. *&* Alij penes Dian. *p.* 8. *tract.* 4. *resol.* 1. *vbi fusè.*

2 Non desunt tamen Doctores, qui asserant, Capitulum, sede vacante, succedere solùm in his, quæ sunt iustitiæ, & necessitatis, non autem, in his quæ sunt gratiæ, seù voluntariæ iurisdictionis. *ita Ioan. Andr. in cap. vnic. de maior. & obed. in* 6. Gloss. *in Clem.* 1. *§.* 1. *vec. Capituli de haeret.* expressè dicit, quod Capitulum est necessarius, non voluntarius administrator. Felin. *in c. cum olim præc. de maior. & obed. n.* 4. *ad* 8. *q. & n.* 6. *ad* 13. *q.* vbi ait Glosam illam esse communiter approbatam. *Paris. de resigna. benef. l.* 7 *q.* 23. *num.* 13. 35. *& seq.* Quarant. *in sum. Bullar. verb. Capitulum sede vacante sub n.* 1. *vers.* 3. *intellige, q.* 2.

Magis autem communis sententia, & ab omnibus recepta, est quod succedat in omnibus pleno iure, tàm in his quæ sunt iurisdictionis necessariæ, & contentiosæ quam voluntariæ. & gratiosæ, exceptis nonnullis casibus in Iure expressis vt suprà diximus, *& tradit* Selua *de Benefic.* 2. *p. q.* 11. *num.* 2. *&* Paulin. *de pot. c. sed vac.* 1. *p. qu.* 5. Nauar. *consil.* 7. *de fil. presbyt.* Gutierez *canonicar. q. l.* 1. *c.* 11. *n.* 10. & Alij apud Dian. *d. p.* 8. *tr. c. resol.* 2.

3 Qua propter ex eo, quia capitulum succedit Episcopo in tota iurisdictione ordinaria, siuè contentiosa, siuè voluntaria, & ad illum deuoluitur iurisdictio per mortem ipsius Episcopi, vt in dictis iuribus, *præsertim c. vnic. & ibi.* Gloss. *de maior. & obed. n.* 6. & ipsius vice fungitur, tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus. *c. pen. & vlt. de suppl. neglig. Prælat. in* 6. *& c. si, eni de elect. in* 6. Ideo tenetur, sicut Episcopus tenebatur, Vicarium Generalem constituere vel existentem confirmare infrà octo dies, post mortem Episcopi, qui sit Doctor vel licentiatus in Iure Canonico, vel aliàs quantum fieri poterit Idoneus, Quod si secus fecerit, huiusmodi deputatio deuoluitur ad Metropolitanum. Sacr. Concil. Trid. *sess.* 24. *de refor. ca.* 16. *vbi per hæc verba disponitur, Item officialem, seu Vicarium infrà octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omninò teneatur, qui saltem in Iure Canonico sit Doctor, vel licentiatus, vel aliàs, quantum fieri poterit, idoneus, si secus factum fuerit, ad Metropolitanum, deputatio huiusmodi deuoluatur.* Quod intellige, si Ecclesia sit Suffraganea; si verò exempta, ad Episcopum viciniorem; Et si Capitulum negligens fuerit in

sit in Electione, vacante sede Metropolitana, tunc electio illa deuoluitur ad antiquiorem Episcop. ex Suffraganeis. Trid. *dict. cap. 16. de reform.* Barbol *de iur. Eccles. libr. 1. cap. 32. num. 28. cum seqq.*

4 Ante autem Concilium Trident. de iure communi non tenebatur Capitulum Vicarium constituere, Sede vacante, sed poterat per se iurisdictionem exercere, Felin. *in cap. cum olim num. 4. de maior. & obed.* post verò Concilium tenetur eligere intra octo dies.

5 Sed quæritur hic an infra illos octo dies iurisdictio exerceatur a toto Capitulo, vel ab Archidiacono, qui est caput Capituli?

Respondetur, quod spectat exercitium iurisdictionis ad totum capitulum in solidum, non ad Archidiaconum. Quarant. *in summ. Bullar verb. Capitulum sede vacante, §. ad secundo quæro, vers. terminum,* Riccius *in decis. curia Archiep. Neapol. par. 4. decis. 105. num. 3. & post resol. 305. in notab. de mater. Vicar. à capitulo sede vac. vers. 1.* Quidquid dicat Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 1. qu. 61. num. 1. & Follet. in comment. ad constitutionem Regni. Peruenit ad audientiam nostram. tit. de sacrosanct. Eccles. num. 13.* Abb. *in cap. dilecto, num 3. de offic. Archid. vbi firmant;* Archidiaconum gerere vices Vicarij sede vacante, dum agitur a capitulo de electione Vicarij. Nec suffragatur, *text. in cap. 1. & in cap. ad hec de offic. Archid.* nam loquuntur, quando Episcopus adhuc viuit, non quando sedes episcopalis vacat; & ex diuersis non fit illatio, *l. si vero cum eo, in princ. ff. de iurisd. omn. iud. l. si domus, ff. de servit.* Glos. *in l. si maritus, verb. separata, C. de donat. int. vir. & vxor.* Nunc autem cessat omnis disputatio ex declaratione Sacr. Congregat. Conc. *sub die 19. Septembris* 1620. vbi disponitur, iurisdictionem residere penes Capitulum, non penes primam dignitatem.

6 Quæritur secundò, an capitulum possit cogi ad creandum Vicarium intra pauciores dies, quam octo?

Respondetur non posse cogi, & arctari ad huiusmodi electionem, sed gaudere terminos a Sac. Concilio dato, & interim per se administrare. Quarant. *vbi sup. vers. terminum,* Barbos. *de op. p. 3. alleg. 54. num. 163. in fin.*

7 Ante electionem Vicarij, debet Capitulum, statim ac notitiam vocationis habuerit, siue per mortem Episcopi, siuè per translationem, siuè alio modo vacauerit, supplicationes, preces, & processiones facere per Ciuitatem, & indicere Clero, vt idem faciat per Diœcesim, orando, vna cum Populo, Deum vt bonum Prælatum dignetur concedere, & vtilem suæ Ecclesiæ, Trid. *sess. 24. cap. . de reform.* vbi multa alia præscribuntur ad materiam scientia.

8 Electio Vicarij capitularis debet fieri a capitulo more solito capitulariter congregato, & per secreta suffragia, alioquin mala est, vt declarauit Sac. Congreg. Episc. *in vna Siculana 18. Nouembris* 1625. & Congregat. Conc. *sup. capitul. 6. de reform. sess. 25.* licet aliter teneat Zerol. *in prax. episc. p. 1. verb. capitulum, §. 3. in fin.* vbi ait, quod Sacrum Concil. ibi loquitur de electione Superiorum Regularium, non sæcularium, idem tenet, Garz. *de benef. par. 5. cap. 7. num. 21.* & Dian. *par. 8. tract. 4. resol. 60.* Sed contrarium est verius, & ita seruari debere secundum mentem Sacræ Congregationis episcoporum, & Concilij monet Illustriss. D. Abb. Michael Iustinianus *in suis constitutionib. Iustinianis Ecclesiast. lib. 1. tit. 4. cap. 42. §. 42. tit. 5. num. 15.*

9 Et licet capitulum possit iteratis vicibus ad Vicarij electionem deuenire, cum hoc non reperiatur prohibitum in iure; tamen absq; graui causa hoc facere non debet, ita declarauit Sac. Congreg. Episc. *& Reg. in Messanen. 6. Martij* 1608.

10 Potest Capitulum eligere Vicarium ad tempus, puta ad annum, apponendo in commissione hanc clausulã, vt scilicet duret per annum, vt declarauit Sac. Cong. Concil. *sub die 17. Iunij* 1617. vel per sex menses, non tamen per tres menses. Melius tamen erit, si simpliciter eligat, Sac. Congreg. Episc. *in Caietana 28. Octobris* 1587. facta tamen electione simpliciter, sine temporis limitatione, durabit Vicarij iurisdictio toto tempore vacationis sedis. *Barbos. de Episc. p. 3. alleg. 54. n. 173.*

11 Debet eligi Vicarius Capitularis vnus qui sit de gremio Capituli, si adsit idoneus; Sacra Congr. Episc. *in vna Trauien. 22. Februarij* 1597. *& in vna Nepesina 10. Iunij* 1602. Dian. *p. 8. tract. 4. res. 57.*

12 Et vt si Doctor, alias electio est nulla Sac. Congreg. Episc. sic declarauit, in *vna Trauen. 25. Febr. 1597. & in Puteolana* 27. *Martij* 1653. Garz. *de benef. tom. 1. part. 5. num.* 10. Dian. *d. par. 8. tract. 4. resol.* 56. & electio deuoluitur ad Metropolitanum, Sac. Congregat. *in vna Mazaren. 23. Decembris* 1603. *ex* Trident. *sess. 24. de reform. cap. 16.* Nec sufficit, quod sit Magister in sac. Theologia. Sac. Congreg. *in vna Bononien. 9. Ianuarij* 1601. vbi iussit remoueri Decanum non Doctorem, & eligi Archidiaconum Doctorem.

Habilis tamen non Doctor tolerari potest, si Doctor haberi non possit. Sac. Congreg. *in Puteolana 23. Iulij* 1603. Debet tamen Vicarius non Doctor eligere sibi consultorem bene visum in casibus, in quibus habere debet consilium Doctoris. Barbol. *de canon. & dignit. cap. 42. nu. 52.*

Potest tamen Vicarium Episcopi mortui confirmare, si sit Doctor, alias non, vt declarauit Sac. Congreg. *sup. d. c. 16. sess. 24. de reform.* de qua Sbroz. *in addition. ad q. 36. lib. 1.* quia Episcopus potest habere Vicarium non Doctorem cum sit ipse Doctor notat. Nauar. *cons. vnic. de offic. vic.*

13 Aduertendum est, quod in materia electionis Vicarij Capitularis Sacra Congregatio Episcoporum, & similiter Sacri Concilij sæpè sæpius irritauerunt electiones, secundum rationes pro temporum diuersitate allegatas: ideo fieri debet electio, quantum fieri potest, secundum declarationes ipsarum; licet aliter Doctores discurrant; vti experientia patet, & innuit Barbol *d. cap. 42. ferè per totum.*

14 Quare potest in Vicarium Generalem Capitulum eligere Canonicum eiusdem Ecclesiæ, qui in Eadem Ciuitate, & Ecclesia curam quoque gerit animarum, ita Sacr. Congreg. Episcoporum, *in Oren. 19. Martij* 1619. *& 19. Iulij.* vbi fuit etiam declaratum, quod contrariæ decisiones intelliguntur de Parocho rurali, refert. Barbol *d. cap. 42. de canon. & dign. num.* 33. & Dian *d. p. 8. tract. 4. res. 58.*

15 Non debet tamen eligere Inquisitum ante absolutionem, *contra dispositionem, cap. omnipotens Deus 4. de accusat.* quia aliàs committeret Sacra Congregatio electionem alicui Episcopo viciniori, vt denuò alium eligat idoneum de gremio capituli eiusdem. Sacra Congregat. Episcop. 21. *Maij* 1656. *in Montepolitana Episcopo Grauina.*

16 Debet eligere capitulum in Vicarium, vnum qui habet ætatem 25. annorum, si haberi possit, alias permittitur, vt sit in ætate 23. annorum, si est idoneus, sed non semper expedit. Sac. Congregat. 11. *Augusti* 1614. *nu.* 29.

17 Non potest eligere Capitulum in Vicarium capitularem, nisi vnum tantum, & si eligat plures electio deuoluitur ad Metropolitanum, Sac. Congreg. *in vna Cassanen. 6. Augusti* 1596. *& in vna Bobien. 12. Martij* 1607. *& in vna Potentina 30. Augusti* 1641. Si tamen plures successiuè elegit, primò electus debet continuare, dummodò habeat requisita. Sac. Congregat. *in Veliterna 11. Septembris* 1623. Quidquid aliter dixerit. Garz. *de benef. par. 5. c. 7. num. 36.* Sbroz *lib. 1. qu. 50. & quæst. 60. num 3.* Genuen. *in prax. Archiep. Neap. c.* 87. *nu.* 2.

18 Post tamen capitulum duos Vicarios constituere, vt alternis mensibus Vicariatus munere fungantur, si legitimam habeat consuetudinem ab immemorabili seruatam, sinè interruptione, & electi sint prædicti omnibus qualitatibus, *quas* Trid. *d. c. n. 16. de reform. sess. 24.* requirit, ità declarauit Sac. Congreg. Concil. *in vna Panormitana 15. Maij* 1592. *& in Salernitana die 26. Iunij* 1589. quas refert per formalia verba. Add. ad Garz. *vbi sup. nu.* 37.

19 Est tamen aduertendum, quod facta semel per capitulum electione Vicarij capitularis, non potest illum ad libitum. Idem reuocare, & nouum constituere, est enim hoc prohibitum per Sacr. Congreg. Episc. *in Messana 1. Septemb.* 1603. *& 6. Martij* 1618. & refert Riccius *in Collect. decis. p. 5. collec.* 3602. *in fin. & in decis. Curia Archiep. Neap. decis. 178. p. 4.* licet Garz. *d. par. 5. cap. 7. num. 22. in addit.* Sbroz. *lib. 1. quæst. 37. &* Zerol. *in prax. episc. par. 1. verb. Vicarius. §. 21. vers. secundum dubium*; aliter sentiant, cum alijs per ipsos allegatis, nam hodiè standum est decis. Sacræ Congreg. vt ait Genuens. *d. cap. 84. seù 86.* Quaranta *in summ. Bullar. verb. cap. sede vac. n. 3.*

Si tamen adesset iusta causa illum reuocandi, debet priùs habere licentiam a Sacr. Congreg. Episcoporum, Ead. Congr. *in vna Neapolitana 1. Septembr.* 1603. *ita declarauit*, quam per extensum refert Genuens. *vbi sup.* & Quarant. *ibid.* & Barbos. *in collectan. collect. 785. numer. 16. qui num. 17.* inquit non posse per capitulum reuocari Vicarium prædictum, etiam si electus fuit cum clausula, quod possit reuocari ex causis sibi

benè visis, vt declarauit Sacr. Congreg. Concil. *in Ecclesien. 1. Aprilis* 1628. quæ remisit ad Congregationem Episcoporum vt cognosceret causam, vt refert Bonfadin. *Thesaur. ecclesiast. decis. resol.* 51. *num.* 22.

20 Plures autem dantur causæ, propter quas remoueri potest Vicarius capitularis, vt indignus: Prima est, si patitur aliquid fieri, contra libertatem ecclesiasticam. Sact. Congregat. Episc. *Capit. Mattheranen.* 17. *Iulij* 1601.

Secunda est si Vicarius capitularis non resideat, Sacr. Congreg. *in vna Tridentina 7. Iunij* 1622.

Tertia si est debitor capituli, Sac. Congreg. *in vna Nullius Altamuren.* 13. *Iulij* 1646.

Quarta si accipit pecuniam pro dimissoriis, quam iussu a superioribus non restituit statim Sac. Congreg. *in vna Tranen.* 17. *Maij* 1604.

Quinta si patitur multas exceptiones, & propter malos mores redditus sit exosus Clero, & Populo, Sac. Cong. *in vna Neapolitana 26. Ianuarij* 1604.

Sexta si sit Vicarius capitularis in Metropolitana, & sine causa inhibet suffraganeo, vel eius Vicario exercitium sui officij. Sacræ Congregat. *In vna Tarentina 17. Ianuar.* 1604. *& in Mattherana* 8. *Maij* 1604.

21 Sed est aduertendum, quod capitulum non potest deuenire ad electionem Vicarij capitularis, post habitam notitiam mortis vel translationis episcopi, quando Vicar. episcopi defuncti, vel translati missus fuerat à S. Sede Apostolica vel a Sacr. Congregation. Episc. sic declarauit ead. Congr. *in Aquilana 4. August.* 1578. quia durat etiam Sede vacante. Ead. Congregatio. *in vna Licien.* 17. *Nouembr.* 1590. argum. *cap. penult. sunct.* Gloss. *in verbo mortem de supp. negl. prælat. in* 6.

22 Neque potest deuenire ad electionem Vicarij prædicti, ante verisimilem notitiam vacationis, aliàs electio est nulla; licet capitulum certum esset de imminenti morte, vel translatione Episcopi. Sac. Congregat. Episc. *in vna Nursinen.* 24. *Maij* 1651. *ex cap. Bona el 2. de elect.*

23 Neque propter solam absentiam Episcopi potest capitulum constituere Vicarium capitularem, licet moreretur, vel alio modo deficeret Vicar. Episc. sed recurrendum est ad Sanctam Sedem Apostolicam pro prouisione, quando non potest certiorari Episcopus, vt constituat alium Sac. Congre. Episc. *in Messanen* 11. *Ianuar.* 1616. *ex d. cap penult. verb. mortem vbi* Gloss. *suppl. negl. prælat. in* 6. & interim administrabit Archidiaconus qui est Vicarius natus, vt notat Sbroz. *lib.* 1. *qu.* 2. *numer.* 10. & Nos *diximus sup. de Vic. Episc. sect.* 1. *subsect* 2. *num.* 2. Secus tamen esset, si Episcopus detineretur captiuus in manibus hostium, quia tunc Vicarium capitularem eligere posset, *vt notauimus sup. hac ead. p.* 1. *sect.* 2. *subsect.* 6. *nu.* 6. & dicemus *infra hac eadem sect.* 4. *subsection.* 5. *nu.* 6.

24 Est similiter aduertendum, quod capitulum sede vacante in electione Vicarij capitularis debet seruare formam Decreti Sacri Concilij Tridentini *sess.* 24. *cap.* 16. *de reform.* simpliciter, absque vlla adiunctione, aut restrictione; vel cum aliqua clausula mutationis, vel reuocationis, ad beneplacitum, sed vt liberè, tamquam Ordinarius possit iustitiam administrare, aliàs esset nulla electio, ita, Sac. Congreg. Episc. *in vna Caietana 10. Octobris* 1587.

25 Qua propter non potest deputare Assessorem Vicario capitulari, nisi ipse ex se in aliquibus casibus vellet vti Assessore sibi benè viso, aliàs deputatio Assessoris facta a capitulo esset nulla, & inualida. Sact. Congr. Episc. *in vna Acerrarum* 22. *Nouembris* 1604.

26 Neque potest capitulum apponere restrictiuam, vt Vicarius capitularis non possit procedere, contra aliquem capitularem absque consensu capituli Sac. Congr. *in vna Legien.* 26. *Iulij* 1593. Vel sine adiunctis, *in vna Salernitana* 16. *Iulij* 1628. nisi Ecclesia gaudeat priuilegio adiunctorum, sicut Episcopus faciebat. *Vener. in esam. Episc. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 28.

27 Neque potest apponere in electione conditionem, vt participet capitulum de emolumentis ex officio vicariatus prouenientibus Sac. Congreg. *In vna Brundusina* 8. *Maij* 1606. Nisi capitulum habebat priuilegium percipiendi emolumenta iurisdictionis tempore Sedis vacan. & tunc si capitulum sit canonicorum sæcularium diuidenda sunt æqualiter inter se; si verò sit canonicorum Regularium, qui votum paupertatis emittunt, debet ea expendere in communi. *Idem Vener vbi proximè num.* 37.

28 Neque potest capitulum reseruare sibi facultatem signandi supplicationes; distribuendi conciones; vel habendi superintendentiam Seminarij. Sacræ Congr. *in vna Tudertina* 11. *Decemb.* 1654.

Vel faciendi gratiam condemnatis ab ipso Vicario, vel cognoscendi de causis suspicionis Ipsius Vicarij, ac Iudicem non suspectum partibus deputandi; vel cum alia restrictiua insolita. Quod si Vicarius capitularis electus fuerit cum huiusmodi conditionibus, poterit, nihilominus liberè vti sua iurisdictione, absque vllo respectu supradictarum conditionum. Ita declarauit Sac. Congreg Episc. *in Salernitana* 16. *Iulij* 1628. Nec est audiendus Quarant. *vbi supra num.* 15. *vers. item erit obseruandum*, vbi ait posse capitulum in actu deputationis Vicarii sibi aliqua reseruare.

29 Est itidem aduertendum, quod postquam Metropolitanus, ob negligentiam capituli Suffraganei non constituentis Vicarium Capitularem infra octo dies, deputauit Vicarium, non potest amplius Capitulum negligens purgare moram, & eligere. Sac Cong. *in vna Mazarien.* 27. *Octobris* 1603. Neque licet moram purgare transactis octo diebus, etiam re integra, antè quàm Metropolitanus deputet Vicarium. Suarez. *tom.* 5. *de censur. disp.* 28. *sect.* 3. *num.* 3. vbi ait, capitulum, quod Sede vacante non constituit Oeconomum, vel Vicarium, tempore, & modo præscriptis a Sacro Concilio Tridentino, priuari pro ea vice facultate illos constituendi; quod etiam tenet Quaranta *in sum. Bullar. verb. capitulum sede vacante numer* 4. Quid quid dicat Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 7. *numer.* 7. vbi tenet posse capitulum, re integra, ante quàm Metropolitanus eum deputet, moram purgare: Quod confirmat verbis Sequentibus *d. cap.* 16. Concil. Triden. *sess* 24. vbi Concil. inquit, quod si Ecclesia Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulum, quod in deputatione Vicarij negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, & propinquior in exempta Vicarium posset constituere. Ex quibus verbis colligit ipse, quod ista deuolutio fiat solum ad effectum, vt possit suppleri negligentia Capituli, & per ea declaratur verba præcedentia, ergo poterit moram purgare sed contrarium est verius per declarationem Sacræ Congregationis concilij aliter sentientis, Quod si capitulum non eligit Vicarium in tempore, nec Metropolitanus negligentiam suppleuit; tunc deputatur Vicarius Apostolicus a Sacra Congregatione, *vt accidit in vna Surrinen.* 10. *Iunij.* 1603.

30 Est Insuper notandum, quod potest Capitulum, imò debet salarium competens constituere Vicario Capitulari, nam non debet proprijs stipendijs militare. *cap. cum nunc.* 28. *qua.* 1 *prop. fin. versic. quis militat, & cap. cum ex officij de præscript.* sed habere debet competens salarium, sicut quilibet alius extraneus Vicarius, debet tamen deducere expensas, quas domi facturus esset, ex eo quia tenetur residere, propter Ecclesiæ seruitium, vt notat Pauin. *de pot. c. sed. vacant p.* 2. *prim. qu.* 10. *nu.* 5. Follet. *super Const. Reg. tit. de Sacr. Eccles. nu.* 75. Sbroz. *lib.* 1 *qu.* 55. *nu.* 7. Quarant. *vbi prox. versic. septimo dubitatur*. sic etiam declarauit. Sacra Congregatio *in vna Vintimilien.* 15. *Octobr.* 1601. Quod potest esse ad rationem scutorum quatuor pro singulis mensibus, vt declar. Sacræ Congregat. *in vna Casalen.* 21. *Aug.* 1654. Non tamen debet esse maius eo, quod habebat Vicarius Episcopi defunct. Sac. Congregat. *In Vintimilien.* 15. *Ianuarij* 1602.

31 Sed quæritur hic, an Vicarius Capitularis lucretur fructus, licet non inseruiat Ecclesiæ officijs in Choro.

Respondetur affirmatiuè, quia censetur inseruire Ecclesiæ, & habetur tanquam præsens *c. ad audientiam de cler. non resid.* Rot. *dec.* 22. *numer.* 6. *par.* 3. *diuers.* Monet. *de distribut. quot. par.* 3. *quæst* 11. *num.* 89. Pauin. *vbi sup. num.* 5. *præcet.* Quarant. *ib. num* 8. Garz. *de benef. part.* 3. *cap.* 1. *numer.* 358 Gonzal. *ad reg. octauam Cancell. gloss.* 6. *num.* 264. Quod habet locum de iure, etiam cessante consuetudine. *per cap. ex part.* 2. *de cleric. non resid.* non solum in fructibus, verum etiam in distributionibus quotidianis, si est præsens in loco, vbi est Eccles. *cap. vnico de cleric. non resid. in* 6. *& ibid. Doctor.* Couarruu *libr.* 3. *variar. cap.* 31. *numer.* 8. *versic. optimè*, Zerol. *in prax. Episcopal. part.* 1. *vers. distributiones quotidianæ* §. 3. *vers. septimo, debentur*, nisi adsit consuetudo non lucrandi distributiones, *& non. Prosp. August. in add. ad* Quarant. *d. ver. cap. sed. vac. numer.* 8. *in fin.* Monet. *d. quæst.* 11. *num.* 83. *&* Garz. *vbi prox. num.* 160 *vt in simile tradit*. Sbroz *in Vic. ap. lib.* 1. *quæst.* 43. *nu.* 3. & Nos *infra subsect.* 4. *num.* 9.

vbi

vbi dicemus secus esse in Vicario Episcopi, quia ipse seruit Episcopo, non Ecclesiæ.

32 Est similiter aduertendum, quod si in electione Vicarii Capitularis non interfuerint omnes de Capitulo, sed Aliqui dicerent de nullitate, ex eo quia non fuerunt vocati, vt accederent ad electionem, nec auditi, nullitas hæc proponi debet coram superiore Gapituli, per quem congnoscetur de prædicta nullitate, & si per ipsum fuerit electio irritata; propter huiusmodi causam, tunc non deuoluitur facultas ad Metropolitanum, sed poterit capitulum iterum, & denuò congregari, & ad legitimam Vicarii Electionem deuenire, vt respondit Sacræ Congreg. *penès* Quarant. *d. verb. Capitulum sed. vac. in fin.*

33 Quod si in electione Vicarii discordia esset inter Canonicos, & plures eligerentur, remanere debet, cæteris remotis, magis idoneus, & habens qualitates, Concilii Quarant. *ibid. vers. secundò dubitatur.* Ricci. *resol.* 505. *vers.* 2.

34 Sed quæritur, an Vicarius Capitularis debeat præcedere omnes Canonicos, & dignitates, excepta prima, post pontificalem?

Respondetur affirmatiuè ita Sacr. Congreg. *declarauit an. 1603. in vna Assisien. de mense Augusti.* si verò lucrari voluerit distributiones quotidianas, & sit Canonicus interessendo Choro, debet habere solitam vestem canonicalem, & sedere in loco proprio sui Canonicatus, neminem antiquiorem præcedendo. Rot. *in Lucana benefiicii* 18. *Decembris*, 1579. *coràm Seraphino relata ab* Aloif. Ricc. *in resol.* 499. *numer.* 5. *secund. edit. & not. etiam in prax. for. Eccles. decis.* 475. *in prim. edit.* Et Ead Rot. *decis.* 288. *numer.* 2. *apud* Farin. *part.* 2. *recens.* Barbol. *de pot. Ep. past.* 3. *alleg.* 54. *num.* 167 *& in simili not.* Sbroz in Vicario Episc. si sit canonicus, nam tunc sedere debet in loco suo, si vult lucrari distributiones *idem in lib.* 2. *de Vic. Episc. quæst.* 45. *num.* 17. *vbi multos alleg* Barb. *de iur. eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 39. *&* 40. Dian. *par.* 8. *tr.* 4. *res.* 07. si verò noluerit habere distributiones, debet præcedere omnes, vt diximus, non tamen potest occupare sedem Archidiaconi in Ecclesia, sed sedere debet in alia sede portatili. Ita declarauit S. Cong. Rituum *in Nucerina* 10. *Aprilis* 1601. *quam refert* Barbos. *ib. num.* 42.

35 Quæritur secundo, ad quem spectet noua electio Vicarii, si primo electus à capitulo, vel a Metropolitano moriatur?

Respondetur, quod ad capitulum deuoluitur electio. Quarant. *vbi sup. n.* 4. Gauan. *in Ench. ver. capitulum sed. vac. n.* 22.

36 Quæritur tertio, an Capitulum sede vacante, post electionem Vicarii, possit aliquam iurisdictionem exercere?

Respondetur negatiuè. per Garz. *tom.* 1. *de benef. p.* 1. *c.* 7. *num.* 25. *& seq.* Ratio est, quia tota iurisdictio episcopalis transit ad Vicarium capitularem, post electionem priuatiuè, quod capitulum, non cumulatiuè; ita Sac. Cong. Episc. *in vna Hydruntina*, 1. *Octobris* 1655. *& in alia Neritanen.* 17. *Septembris. eiusdem anni.* Non desunt tamen Alii, qui contrarium asserant. *de quibus* Meroll. *tom.* 3. *disp.* 7. *c.* 7. *dub.* 25. *n.* 252. *& sequ.* & Dian. *part.* 6. *tr.* 7. *resol.* 42. sed tamen à prima sententia negatiua non est recedendum.

SVBSECTIO SECVNDA.

De his, quæ Vicarius Capitularis facere potest de iure Ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum succedit Episcopo in his, quæ competunt de iure communi.*
Casus, in quibus Vicarius capitularis iurisdictionem ordinariam habet.
2 *Dimissorias ad ordines infra annum his, qui arctati sunt beneficijs concedere valet.*
3 *Non arctatis non potest infra annum concedere.*
4 *Potest illas dare præsentato ad Iuspatronatus infra annum.*
5 *Dimissorias prædictas potest dare post annum omnibus subditis.*
6 *Pontificalia exercendi licentiam concedere potest extero Episcopo à sed iam cautela, c. Pontifices 7 q. 1.*
Prax. Vicar. Caroli Pellig. Par. I.
7 *Vicarius capitularis totam iurisdictionem habet, etiam in his, quæ sine mandato speciali Vicarius Episcopi non potest.*
8 *Vicarius prædictus priuatiuè, quoad capitulum iurisdictionem habet.*
9 *Iurisdictio dicti Vicarij est eadem, quam Episcopus habebat.*
10 *Litteras commendatitias Curatis studere volentibus concedit infra annum.*
11 *Visitare potest Diœcesim, etiam absque mandato capituli.*
12 *Visitatorem facere potest, ipso impedito, si lapsus sit annus ab vltima visitatione.*
13 *Synodum Diœcesanam celebrare valet, post annum ab alia.*
14 *Examinatores Synodales ibi creare potest.*
15 *Præsentatos admittit, & instituit.*
16 *Concursum ad Parochiales vacantes facit.*
17 *Reconciliat Ecclesias non consecratas.*
18 *Causas matrimoniales cognoscit, sine speciali mandato capituli; criminalis verò non.*
19 *Litteras executiuas Apostolicas episcopo mortuo directas.*
20 *Similiter & directas eius Vicario sub nomine Vicariatus, sed contrarium est verius, & seruatur.*
21 *Litteras approbationis de vita, & moribus concedit.*
22 *Dispensat in irregularitatibus occultis.*
23 *Visitat moniales non exemptas.*
24 *Visitat exemptas, vt Delegatus Apostolicus.*
25 *Parochialibus vacantibus Oeconomum deputat.*
26 *Substituere potest sibi Vicarium ad modicum tempus.*
27 *Sine adiunctis procedere potest, si Episcopus poterat prius.*
28 *Delegatus Apostolicus esse potest in causa hæresis, si 40. annum habeat.*
29 *Resignationes beneficiorum recipit, & quomodo.*
30 *Beneficia confert, si ad Episcopum spectabat collatio.*
31 *Permutationibus beneficiorum communium capitulo, & episcopo consentire potest.*
32 *Vnire potest beneficia ex causa.*
33 *Priuare Beneficiatos in casibus episcopo permissis.*
34 *Commendare Ecclesias potest ad tempus*
35 *Ædificandi Ecclesiam licentiam concedit.*
36 *Dispensat cum illegitimis ad minores ordines, & ad simplex beneficium, cum causa.*
37 *Dispensare potest in omnibus, quæ de iure episcopis competunt ex iurisdictione.*
38 *Indulgentias concedere valet.*
39 *Confessarium, vel Pœnitentiarium, pro Sede vacante tantum eligere potest.*
40 *Censuras ferre potest, & ab illis absoluere, nisi specialiter prohibeatur.*
41 *Electiones Religiosorum infirmare, vel confirmare potest.*
42 *Statuta facere potest totam Diœcesim obligantia.*
43 *Exequi potest vltimas voluntates, si iure ordinario episcopo competebat.*
44 *Religiosos exequutores testamentorum compellere potest ad rationes reddendas.*
45 *Administratores piorum locorum compellit similiter ad rationes reddendas.*
46 *Causas omnes cognoscere potest in prima instantia, quæ ad Episcopum spectabant.*
Etiam Hæresis.
47 *Interstitia remittere potest, vt Episcopus poterat.*
48 *Vltimas voluntates commutare potest.*
49 *Matrimonio assistere valet, & alteri Sacerdoti assistendi licentiam concedere.*
50 *Charitatiuum subsidium pro episcopo exigere potest.*
51 *Licentiam nouitijs donationem faciendi ante duos menses professionis concedere potest.*
52 *Confessarios ad confessiones approbare potest.*
53 *Inquirere potest de delictis extra visitationem.*
54 *Syndicare officiales potest.*
55 *Testimoniales de vita, & moribus facere potest.*
56 *Monitoria ad finem reuelationis concedere potest.*
57 *Dispensare valet in censuris vel aliis vigore, Conc. Trid. c. 6. de ref. sess. 24.*
58 *Item in hæresi occulta.*

59 *Item in casibus Pontificijs, in quibus non est facilis recursus ad Papam.*
60 *Item absoluit ab excommunicatione ob percussionem Clerici in casibus Episcopo permissis.*
61 *Capitulum dicitur successor, non Vicarius episcopi iurisdictione.*
62 *Cognoscit laicos, si iurisdictionis temporalis illius sint.*
63 *Succedit in iurisdictione ex consuetudine episcopo competente.*
64 *Gratiam facere etiam potest.*
65 *Episcopus est Princeps in sua Diœcesi.*
66 *Clericos selmaticos creare potest Vicarius capitularis.*
67 *Ea, qua speciale mandatum requirunt capituli facere nequit, absque illo.*

1 CVm Capitulum, sede vacante, succedat Episcopo in his, quæ illi competunt de Iure communi, non verò in his, quæ sunt de iure speciali, siue delegato, vt per Doctores communiter *in cap. cum te, vbi* Felin. *numer. 17. de rescript. in cap. cum olim de maior. & obed. & in capitul. verum. num. 17. de for. compet.* Abb. *in capit. quoniam numer. 15. de offic. deleg. Roman. cons. 56. vbi* Mandos. *in addit. numer. 14. &* Decius. *cons. 128. col. 1.* & Nos *dicemus infr. num. 37. & subsect. seq. num. 1.* Ideo & Vicarius capituli succedit eodem modo, quia non potest plus iuris habere, quam capitulum habet. *l. nemo plus iuris ff. de reg. Iur.* Felin. *in proximè cit. capit. cum te num. 17.* Cucc. *Inst. Iur. Can. libr. 2. de offic. Vic. num. 39.*

Quare referam hic casus, in quibus authoritatem habet Vicarius Capitularis secundum ius commune & decisiones Sacrarum Congregat. Episcoporum Concilij, & Rituum, licet post huiusmodi compillationem, inuenissem alium Doctorem, quem prius non videram, qui similem ordinem in aliquibus tenuerat, diuersimodè tamen.

2 Potest igitur prædictus Vicarius concedere litteras dimissorias ad ordines, iosi à annum in arctatis Beneficijs, tam habitis quam habendis, *vt in c. licet Canon. de elect. in 6.* Tr. *sess. 7. c. 10. de ref.* Zerol. *in Prax. Episc. p. 1. verb. Capitulum §. 1. vers. secundum*, Rebuff. *in Prax. Benef. de deuolution. p. 1. n. 67. per c. cum nullus. §. Episcopo de tempor. ordin. in 6.*

3 Alijs tamen, qui non sunt arctati occasione Beneficij recepti, vel recipiendi dictas dimissoris concedere non potest *vt dicemus infrà sect. seq. num. 4* aliàs incurreret pœnas comminatas à Sac. Conc. Trid. *sess. præd. 7. cap. 10. de ref. & sess. 23. c. itidem 10. de ref.*

4 Potest similiter Vicarius Capitulari concedere litteras Dimissorias ad primam tonsuram ei, qui est præsentatus à Patronis laicis ad Beneficium Ecclesiasticum ipsorum, vt illud obtinere valeat. Sacr. congreg. Conc. *ita declarauit sup. cap. 19. de ref. sess. 7. de qua* Garz. *de Benef. p. 5. c. 7. n. 93.* Aluin. *de potest. Episc. Abbatum, & Abbatissar. c. 7. sub nu. 1.* Barbos. *de Canonic. & dignitatib. c. 42. nu. 118.*

5 Potest autem litteras dimissorias ad ordines ad quoscunque subditos concedere potest annum sedis vacantis, & facultatem ordinandi in Ecclesia vacante, vt etiam declarauit Sac. Cong. *vbi sup. de qua idem* Garz. *vbi proximè declarat. prima.*

6 Potest etiam Vicarius Capitularis, sede vacante concedere licentiam extero Episcopo exercendi Pontificalia in Ecclesijs Diocesis, & ordines conferendi, tam clericis suis subditis, quam etiam exteris habentibus litteras suorum Episcoporum, iuxta tamen formam Decreti Sacræ Congreg. Conc. *vbi sup. sess. 7. cap. 10. de reform.* Pui. *decis. 407. l. 2* Nauar. *consil. 44. de temporib. ordinat.* Quarant. *in sum. Bullar verb. capitul. sede vacant. q. 10 sub. n. 1. vers. subnectitur congruè, & qu. 11.* Garz. *d. n. 93. declar. 5.* Henriq. *in sum. l. 10. c. 22.*

Et similiter potest dare licentiam episcopo extero confirmandi, Ecclesias consecrandi, reconcillandi, &c. ad vsum Pontificalium spectantia in sua iurisdictione. Sacr. Congr. *in vna Nepesina 15. Decembr. 1603.*

In omnibus autem casibus, in quibus concedit licentiam Episcopo extero exercere Pontificalia in Diœcesi debet vti cautela tradita *in c. Pontifices 7. q. 1.* idest vt præstet cautionem, quod ex hoc nollum sibi ius in Ecclesia veodicabit, vt tradunt, Gloss. & DD. ibi.

7 Potest exercere Vicarius capitularis totam iurisdictionem capitulo competentem, etiam in illis casibus, in quibus Vicarius Episcopi non posset sine speciali mandato. Ratio est, quia cum Concil. Trid. *sess. 24. cap. 16. de reform* arctet capitulum ad eligendum Vicarium, infra octo dies, qui totam iurisdictionem exerceat, non videtur necessaria alia specialis commisio. Dian. *par. 6. tr. 7. resol. 41. in princ. vers. sed vndè videtur; vide tamen infrà n. 57.*

8 Maximè, quia per declarationes Sacræ Congregationis, Ipse Vicarius priuatiuè quoad capitulum, non cumulatiuè, iurisdictionem obtinet, Sac. Congreg. Episc. *in vna Hydruntina 1. Octobris 1655 & in alia Neritonen. 17. Septemb. eiusdem ann. & diximus subsect. praced. n. 35.*

9 Et eius iurisdictio eadem est in his quæ sunt iuris communis, quæ fuit Episcopi. Sac. Congreg. *in vna Rietina 21. Nouembris 1603.*

10 Potest litteras commendatitias dare clericis animarum curam habentibus ad studium ire volentibus, quia non sunt dimissoriæ ad ordines. Innoc. *in c. 1. num. 1. & 2. de cleric. perg.* Ab Panorm. *in cap. relata numer. 4. & in cap. fraternitatis, numer. 6. de cler. non resid.* Zerol. *in prax. episc. part. 1. verb. capitulum, §. Ad secundum.*

11 Potest item Vicarius capitularis visitare Diœcesim, quamuis id à capitulo specialiter ei non fuerit commissum. Sac. Congr. Conc. 1591. 21. *Aprilis, de qua* Garz. *in addit. ad d. c. 7. n. 29.* Barbos. *de iur. eccl. l. 1. c. 32 n. 67 cum seqq.*

12 Imò si ipse noluerit per se visitare potest Visitatorem deputare *DD. super cit.* Quod si ipse visitet, decreta quæcumque facere potest, dummodo sit lapsus annus à postrema visitatione. Nec faciat nouitates, Sac. Congreg. Episc. *in vna Lancianen. 10. Iunij 1629. & in alia Pampelon. 3. Februar. eod. an. & in alia Materanen. 10. Decembr. 1604. & 12. Ianuarij & tot. tit. Decret. extr.* Ne sede vacante aliquid innouetur, & Sacr. Conc. 3. *Febr. & 10. Decembris. 1629.* cum famulatu, & comitato solito, à Sac. Conc. Trid. *sess. 21. c. 3. de reform.* præscripto. Ita Sac. Cong. Concil. *in Lunen. 10. Maij 1629.* de qua Barb. *de can. & dign. c. 42. n. 70. & vbi sup. n. 71.*

13 Potest Diœcesanam Synodum congregare, elapso tamen anno ab altera Synodo vltimo loco celebrata. Gauant. *in Prax. Diœces. Synod. pot. c. 2. in annotat. n. 3.* Massobr. *de Synod. Diœces. c. 2. dub. 4.* Sac. Congr. Conc. *ann. 1577. Capitulum Toletanum; de qua* Garz *p. 9. c. 2. n. 8.*

14 Potest eo tempore, quo facit Synodum eligere examinatores Synodales, extra vero illam non poterit; sed vti debet electis antea, Sacr. Congr. Episc. *in vna Neapolitana 12. Ianuarij & 26. Ianuarij 1604.*

15 Potest admittere clericos præsentatos ad Iuspatronatos à Patronis, & illos instituere, *c. 1. de institutionib. in 6.* Vivian. *de iurepatron. par. 2. l. 12. c. 1. nu. 6.* Pann. *de pot. c. sede vac. 2. p. qu. 4. & 5.* Garz. *de benef. p. 5. cap. 7. num 54.* Barbos. *p. 3. de episc. alleg. 72. n. 183. & de iur. eccles. l. 1. cap. 32. nu. 63. vers. item in confirmandis, & n. 95.*

16 Item concursum ad Parochiales vacantes tempore sedis vacantis facere potest, vt poterat Episcopus, seruata forma Sacri Conc. Trid. *sess. 23. cap. 18. de ref.* magis idoneum eligere, & approbationem ad Sanctiss. Dominum, eiusque Eminentissimam Cardinalem Datarium mittere pro confirmatione electionis. ita declarauit Sacra Congregatio Episc. *in vna Rauennaten. 3. Februar. 1603.* de qua Garz. *de benef. part. 9. capit. 2. n. 7. & in alia Toletana,* de qua idem Garz. *p. 11. c. 4. n. 79.* Gauant. *in Manual. episc. vers. capitulum sed vacant. num. 31.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 2. nu. 36.* Quidquid afferat Meroll. *tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 15.*

Neque obstat, quod non possit beneficia conferre, *vt dicemus in seq. subsect. nu. 16.* & ideò neque curata, vt censuit Rot. *in vna Abulen. Parochialis 22. Iunij 1594. coram Domino Blanchetto.* quam refert Barbos. *de can. & dignitat. cap. vlt. n. 110. & de iur. ecclesi. l. 1. c. 37. n. 109.* Ead. Rot. *in alia 1. Februar. 1592. coram D. Molino.* de qua Garz. *d. n. 79.* Nam respondetur, quod concursum facere, & approbare magis idoneum repertum, ac illum ad summum Pontificem mittere pro collatione, non est conferre, vt clarè de per se patet.

17 Potest Ecclesiam non consecratam reconciliare. Sacr. Congr. Rituum *in vna Hydrunt. 15. Decemb. 1632.* Bonfadin. *in Thesaur. ecclesiast. decis. res. 51. n. 25.*

18 Potest idem Vicarius capitularis, ex mandato Generali capituli, cognoscere causas matrimoniales; non tamen causas criminales, sine mandato speciali Sac. Congr. Concil. *die 30. Maij 1602.* de qua Aldan. *in compend. canonic. quæst. libr. 1. tit. 43.*

tit. 53. *num.* 47. Pauin. *de pot. cap. sed. vacant. par.* 2. *q.* 10. *num.* 17. Barbos. *par.* 3. *de episc. alleg.* 54. *num.* 175. *& de iur. eccles. l.* 1. *c.* 32. *num.* 72. *& num.* 202. Sed tamen in Praxi seruatur, quod quotiescomque eligitur Vicarius capitularis a capitulo; datur illi omnes facultas, quam capitulum habet, & dare potest, etiam in his, quæ speciale mandatum requirunt.

19 Potest executioni demandare litteras episcopo defuncto per Sacr. Congregationem directas & ab illo non executas Sacr. Congreg. Episc. *die* 10. *Aprilis* 1615. de qua Barb. *de canonic. & dignit. cap.* 42. *num.* 60 Dian. *par.* 5. *tract.* 14. *resol.* 29. *& infr. num.* 55. Secus erit in commissionibus Apostolicis in forma dignum; nam istas litteras exequi non potest, vt dicemus *infrà subsection. seq. n.* 29.

20 Potest exequi similiter litteras ad Vicarium episcopi mortui directas, sub nomine Vicarij. Sacr. Congreg. Episc. 5. *Febr.* 1601. de qua Gauant. *in man. episc. verb. capitulum sede vacante, num.* 53.

Negat tamen Rot. *in vna Ilerdensi* 4. *Maij* 1588. *coram Seraphino.* Idem tenet Garz. *de benef. p.* 6. *c.* 2. *à num.* 45 & latè; Leo similiter *in Thes. for. eccles. p.* 1. *c.* 10. *num.* 8. *fallentia quarta.* & Barb. *de iur. eccles. l.* 1. *c.* 32 *num.* 57 *cum seqq.* & de communi obseruantia testatur, & plures declarationes S. C. affert. *& infr. subsect. seq. n.* 29.

21 Potest etiam ante lapsum anni dare litteras testimoniales obtinenti facultatem à Papa suscipiendi ordines de licentia Ordinarij, hoc est de vita, & moribus approbationem. Nauar. *cons.* 19. *de tempor. ordinat.* Pialec. *in prax. episc. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 14. *vers. capitulum,* Barbos. *de pot. epis. p.* 2. *alleg.* 7. *num.* 14. Quarant. *in sum. Bullar. verb. capitulum sede vacante, qu.* 10. Idem Barb. *de iur. eccles. l.* 1. *c.* 3.. *n.* 122.

22 Potest item Vicarius capitularis absoluere ab irregularitatibus, & censuris ex delictis occultis Sedi Apostolicæ reseruatis prouenientibus, in quibus concessum est episcopis, vigore Conc. Trid. *sess.* 24. *de refor. capit.* 6. posse absoluere; cum capitulum sede vacante, eamdem habeat facultatem quam habet episcopus in his, quæ iure communi veniunt, vt *sup. dixim. num.* 1. ita declarauit Sac Congreg. Conc. *die* 3. *Decemb.* 1612. de qua Barbos. *de can. & dign. d. cap.* 42. *n.* 62. *in fin.* Idem Barbos. *de epis. p.* 2. *alleg.* 39. *n.* 16. *& de iur. eccles. l.* 1. *cap.* 32. *num.* 62. *in fin. & latè num.* 12. Dian. *p.* 4. *tr.* 4. *res.* 211. *vers. notandum quod* Garz. *de ben. p.* 5. *c.* 7. *num.* 41. *& p.* 7. *c.* 11. *num.* 21. Sayr. *in Clau. Reg. l.* 6. *c.* 11. *n.* 84. Quidquid aliter sentiat Bonac. *de cens. disp.* 7. *q.* 5. *pun.* 1. *&* Alter *de cens. tom.* 2. *disp.* 6. *de suspens. c.* 3 *&* Piasec. *in Prax. Episc. p.* 2. *c.* 1. *art.* 3. *num.* 81. vbi affert declarationem Sacræ Congregationis Concilii. *de qua* Nos *infr. n.* 55. & Leo. *in Thes. for. Eccl. p.* 1. *c.* 10. *n.* 8. *fallent.* 8. *&* 9.

23 Post Idem Vicarius capitularis moniales non exemptas visitare, exemptas verò non potest Pauin. *de potest. c. sede vac. p.* 1. *q.* 7. Azor. *l.* 3. *c.* 37. *q.* 15. Garz. *de ben. p.* 5. *c.* 7. *num.* 45. & Leo. *in Thes. for. eccl. p.* 1. *c.* 10. *n.* 8 *fallent.* 10. Barb. *de iur. eccles. l.* 1. *c.* 32. *n.* 71. *vers. extende.*

24 Potest tamen moniales exemptas visitare in iis, in quibus datur Episcopis facultas perpetua visitandi, tamquam Sedis Apostolicæ delegatis, vt in Conc. Trid. *sess.* 25. *de regular. c.* 9. *ita* Molin. *de iustit. tr.* 5. *disp.* 11. *num.* 8. Garz. *in addit. ad. d. c.* 7. *n.* 47. Barbos. *de Canon. & dignit. c.* 42. *num.* 107. *& de iur. eccl. l.* 1 *cap.* 32. *n.* 71. *in fin.* Ratio est, quia ista delegatio fit Episcopo in perpetuum, & sic transit ad capitulum, cum sit pars iurisdictionis ordinariæ, non ad tempus *vt notatur per supr. adductos DD. locis cit.* & Nos *dicemus infrà subsect. seq. n.* 31.

25 Potest idoneos vicarios parochialibus vacantibus deputare, donec de Rectore prouideatur, & proponere edicta pro concursu *vt sup. dix. num.* 16. ita Sac. Congreg. Conc. declarauit. *quam adducit* Aldan. *in compendio Canonicar. resolut. l. tit.* 42. *num.* 46. Molin. *de iustit. tract.* 5. *disp.* 11. *n.* 11. *vers. licet.* Barb. *d. l.* 1. *de iur. eccles. c.* 32. *n.* 92.

26 Potest item Vicarius capitularis substituere sibi Vicarium, ad modicum tempus, propter eius absentiam, vel infirmitatem, non verò capitulum. Sacr. Congr. Conc. *sup. d. c.* 16. *de ref. sess.* 24. *de qua* Garz. *de benef. p.* 5. *d. c.* 7. *num.* 23. *declar.* 6. Pauin. *de pot. c. sed. vac. p.* 1. *q.* 10 Barbos. *de iur. Eccles. l.* 1. *cap.* 32. *num.* 56. *vers. Non potest. & ead.* Sac. Congr. Conc. 7. *May.* 1600. *de qua* Barbos. *in coll. doc. apost.* 717. *n.* 9.

27 Post procedere, sine adiunctis, secundum dispositionem Sacr. Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 6. *de refor.* si Episcopus, dum viuebat auctoritatem habebat procedendi, sine illis; si verò Episcopus hoc priuilegio non gaudebat: ita nec Vicarius capitularis illius Ecclesiæ. Sac. Congreg. Concil. *penes* Garz. *vbi sup. de benef. p.* 5. *c.* 7. *n.* 32. *declarat.* 8.

28 Potest etiam Vicarius capitularis esse Delegatus Apostolicus in causa hæresis, si attigerit annum quadragesimum suæ ætatis, aliàs gesta per ipsum non valent, etiam si non opponatur. Pauin. *de pot. cap. sed. vac.* 2. *p. princ. q.* 10. *num.* 9. *quod antè dixerat.* Gloss. *in Clement.* 2. *verb. commissi de hæret.* Sbroz *de offic. Vic. l.* 1. *q.* 35. *num.* 8. In cognoscendo autem de crimine hæresis, prout poterat Episcopus, vt in Reis comprehendendis, iudicandis, & puniendis, non requiritur delegatio cum habeat facultatem a Iure Gloss. *in cap. ad abolendam ver. prerogatiua de hæretic.* Dian. *p.* 4. *tr.* 8. *resol.* 31. Barb. *de iur. eccles. l.* 1. *c.* 32. *n.* 66.

29 Potest resignationes Beneficiorum recipere, si tria concurrant; Primo scilicet quando fieret ex causa necessaria non libera, Secundo quando collatio spectat ad Episcopum, & capitulum simul. Tertiò quando talis resignatio, & collatio fiunt ante prouisionem factam de Prælato in Concistorio, etiam antequam possessionem capiat. Garz. *de ben. par.* 11. *cap.* 3. *num.* 256. *& cap.* 4. *à num.* 75. Sbroz. *de Vic. Ep. l.* 2. *q.* 71. *num.* 12. Barb. *de pot. Ep. par.* 3. *alleg.* 69. *num.* 8. *& de iur. Eccl. l.* 1. *cap.* 32. *num.* 96. Quarant. *in sum. Bull. d. verb. cap. sed. vac q.* 9. *propè fin. vers. quarto limita.* Zerol. *in Prax. Epis. p.* 1. *verb. Capitulum, §. Ad quartum,* Dian. *par.* 8. *tract.* 4. *resolut.* 28. *vbi latè.*

30 Potest ea Beneficia conferre, quorum collatio prius spectabat ad Episcopum per deuolutionem, ob negligentiam inferioris. Abb. *in c.* 2. *n.* 1. *Ne sed. vacant.* Quarant. *vbi supra qu.* 10. Alia verò beneficia non potest conferre per Bullam Pii V. *edit. ann.* 1568. *& notat* Zerol. *vbi sup. in fin. &* Nos *dicemus subsect. seq. n.* 16. *&* 19.

31 Potest similiter in Beneficiorum Permutationibus auctoritatem interponere & consensum præstare; quando collatio partim spectat ad capitulum, & partim ad Episcopum, non in aliis casibus. Quarant. *ib. q.* 10. Barbos. *de iur. eccles. l.* 1. *c.* 32. *n.* 97. Garz. *de benef. p.* 11. *c.* 4. *à n.* 75. Bonacin. *de simon. q.* 4. *§.* 12. *n.* 8. *vers. Alij verò* Dian. *p.* 8. *cit. tr.* 4. *res.* 29.

32 Potest vnire Beneficia, ex causa, in omnibus casibus, in quibus potest Episcopus, dummodò nihil præiudicetur iuri Episcopali Quarant. *ib. qu.* 9. *vers. quæ conclusio.* Zerol. *in Prax. Ep. p.* 1. *verb. vnio. §.* 11. *& p.* 2. *verb. capitulum §.* 3. Barb. *d. lib.* 1. *c.* 32. *num.* 98 Garz. *de benef. p.* 12. *c.* 2. *num.* 68. non tamen capitulo vnionem facere *vt infr. subsect. seq. n.* 12.

33 Potest priuare beneficiatos eorum beneficiis, seruatis seruandis, in casibus Episcopo permissis Quarant. *ib.*

34 Potest commendare Ecclesias ad tempus, donec prouideatur. Quarant, *loc. cit.* Zerol. *in prax. ep. p.* 1. *d. verb. capitulum §. ad quintam.* Rebuff. *in prax. ben. tit. de deuolut. num.* 77. *&* 80. Molin. *de iust. tr.* 3. *disp.* 11. *num.* 11. *vers. licet.* Barb. *de iur. eccles. l.* 1. *c.* 32 *num.* 94.

35 Potest dare licentiam ædificandi Ecclesiam. Quarant. *vbi sup.* Et vt acquiratur Iuspatronatus. Lambertin. *de iurepatr. l.* 1 *par.* 1. *quæst.* 5. *art.* 9. Pauin. *de pot. cap. sed. vac. p.* 5. *quæst.* 1. *n.* 5. Garz. *de benef. p.* 5. *c.* 9. *n.* 79. Barb. *de episc. p.* 3. *alleg.* 70. *n.* 32.

36 Potest dispensare cum illegitimis, etiam ex damnato coitu, ad minores ordines; & ad beneficium simplex, cum causa. Nauarr. *consil.* 31. *quod. incipit. an capitulum de temper. ordin. in antiq. & consil.* 7. *de fil. presbit. in nou.* Quarant. *vbi sup. versic. secundo quæro,* Barb. *de potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 45. *n.* 25. *& de iur. eccles. l.* 1. *c.* 32. *n.* 81.

37 Potest dispensare irregulariter in omnibus iis, in quibus potest episcopus, ratione iurisdictionis episcopalis, vt obseruat Enriq *in sum. l.* 14. *de irregular. cap.* 20. *§.* 1. Molin. *de iust. tract.* 2. *disp.* 11. *numer.* 5 Sayr. *in clau. Reg. lib.* 6. *cap.* 11. *numer.* 84. Barbos. *vbi prox. numer.* 26. *& de iure ecclesiast. lib.* 1. *capit.* 32. *num.* 81. Ratio est quia cum capitulum Sede vacante succedat Episcopo defuncto in omnibus his, quæ ad ordinariam iurisdictionem Episcopi spectabant de iure communi, exceptis nonnullis speciali iure prohibitis, vt diximus *sup. n.* 1. *& dicem. infrà subsect. seq. num.* 2. & notat Rebuff. *in prax. ben. f. tit. de deuolut. à num.* 57. Pauin. *de potest. Epis. sed. vac. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. Gutier. *canon. quæst. l.* 1. *cap.* 3. *num.* 10 Sayr. *ibid.* & Barbos. *vbi prox. num.* 27. Ricci. *in prax. for. Eccles. decis.* 357. *in prim. edit. & resol.* 305. *num.* 4. *in* 2. *edit.* vbi ait quod capitulum succedit in omnibus, quæ sunt iurisdictionis, tàm contentiosæ quam voluntariæ, ideò Vicarius à capitulo electus, potest omnia facere,

quæ capitulo competunt, cum per Concil. ib. d. sess. 24. cap. 16. de reform. tota iurisdictio transfundantur in Vicarium electum, vt etiam diximus sup. num. 9. & seq. vt iurisdictionem capitulo competentem in spiritualibus, & temporalibus administret. Rebuff. vbi sup. num. 63. etiam in his, quæ mandatum exigunt speciale. Genuens. in prax. Archiep. Neap. cap. 86. num 5. Garz. de benefic. par. 5. c. 7. n. 28. Barb. de iur. eccles. l. 1. d. c. 32. n. 103.

38 Potest concedere Indulgentias, quia hæc facultas Episcopo competit, ratione iurisdictionis, Syluest. verb. indulgentia, & vers. capitulum, §. 10. Zerol. in prax. Episc. par. 1. verb. indulgentia, §. ad secundum, vbi affert paritatem, quod etiam Vicarius generalis Episcopi potest indulgentias concedere, si adhoc speciale mandatum habeat, ex Rebuff. in prax. benef. de for. vicar. n. 172. Pauin. vbi sup. p. 1. princ. q. 4. Barb. d. l. 1. c. 32. n. 91. & de ep. p. 2. alleg. 88. n. 21.

39 Potest creare confessarium, tamquam Penitentiarium, sed durante sede vacante, qui absoluat in casibus, etiam Episcopo reseruatis, vt notat. Abb. Panorm. in cap. his qua de maior. & obed. Gloss. & DD. in capitol. 2. de pœnit. & remiss. Rebuff. vbi sup. tit. de deuolut. num. 63. Barbos. de iur. eccles. l. 1. cap. 32. numer. 64. Quod intellige de simplici confessario, qui gerat vices pœnitentiarij, non quod reuera possit conferre præbendam Pœnitentiarij. Garz. de benef. par. 5. ca. 4. num. 150.

40 Potest similiter suspendere, excommunicare, interdicere, priuare, & obseruare. cap. his, qua in fin. de maior. & obed. c. vnic. eod. tit. in 6. Rebuff. vbi proxime, & Alij apud Dian. p. 8. trac. 4. res. 11. quare poterit absoluere ab excommunicatione, à qua poterat Episcopus, nisi ei fuerit à Sede Apostolica specialiter prohibita, seù interdicta potestas, vt in d. cap. vnico habetur, Syluest. in sum. verb. capitulum, §. 2. Suar. de cens. tom. 5. disp. 7. sect. 2. Barb. de iur eccles. l. 1. c. 32. num. 62. & 65 & 80 Nec non poterit excommunicationis monitoria concedere ad finem reuelationis pro rebus deperditis, vt dicem infrà sub n. 56.

41 Potest confirmare, vel infirmare electiones Religiosorum, sicut poterat Episcopus, vt de Præpositis Religionum, & similibus, cap. cum olim, vbi Gloss. & DD. de maior. & obed. Barb. ib. num. 63.

42 Potest etiam statuta facere, quæ totam Diœcesim obligent, etiam tempore Episcoporum successorum, Pauin. de potest. cap. sed. vacant. p. 1. q. 6. Sbroz. de offic. Vic. l. 2. quæst. 187. num. 5. & 6. Zerol. in prax. episc. par. 1. verb. capitulum, §. 15. Card. Tusch. practicar. conclus. tom. 1. litt. C. conclus. 53. num. 1. Marcel. Vulpe. in prax. eccles. cap. 44. num. 16. Quarant. d. ver. capitulum sede vac. vers. quaero quaro, Barbos. de iur. eccles. l. 1. cap. 32. vbi declarationes Doctorum affert, qui intelligunt de illis statutis, quæ ad ipsum capitulum pertinent, quomodo scilicet congregari debeat, distributiones diuidere inter se, & huiusmodi vel sint iusta, & vtilia Ecclesiæ, & mensæ episcopali: vnde non poterit statuere, vt charitatiuum subsidium in futurum minuatur, Barbos. ib. & de pot. epis. p. 3. alleg. 87 n. 14.

43 Potest item exequi, vltimas defunctorum voluntates, quatenus iure Ordinario competebat Episcopos, Pauin. ibid. par. 2 quæstion. 7. Zerol. vbi supr. par. 2. §. 6. Quarant. ibidem vers. septimo, quæro. Barbos. ib. numer. 76. & de episc. par. 3. alleg. 82. n. 31. secus est in exequutione testamentorum, quę competit Episcopo iure speciali, nam tunc non poterit. Pauin. ibid. vers. respondeo. Azcued. cons. 11. n. 9.

44 Potest compellere Religiosos, qui fuerunt exequutores testamentarij ad reddendas rationes administrationis. Pauin. de pot. c. sed. vac. d. p. 2. q. 7. n. 6. Azor. Inst. mor. par. 2. l. 3. ca. 39. sub q. 2. Barb. p. 3. de episc alleg. 82. n. 35.

45 Potest exigere rationes ab administratoribus piorum locorum. Quarant. vbi sup vers. septimò, Zerol. ib. p. 2. verb. capitulum, §. 9. Barbos. par. 3. de episc. alleg. 75. n. 61.

46 Potest cognoscere qualcumq; causis in prima instantia. vigore Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 20 ad Episcopum pertinentes cum illi succedat in omnibus, quæ sunt iurisdictionis, etiam voluntariæ, Aloys. Ricci. in Praxi Aurea resol. 130. Barb. d. p. 3. alleg. 81. num. 6. Nouarius in tit. c. sede vacante n. 7. in summ Bullar.

Potest cognoscere etiam causas hæreticales, iuxta tamen. text. c. ad abolendam de hæretic.

47 Potest item remittere interstitia: dispensando in illis cum ordinandis, sicut Episcopus potest virtute Conc. Trident. sess. 23. de reform. c. 11. 13. & 14. ex causis ibi expressis, ita declarauit Sacr. Congreg. Concil. de qua Marcell. Vulp. in Prax. Ecclesiast. c. num. 27. Garz. de benef. d. par. 5. c. 7. num. 92. Barb. de iur. eccles. l. 1. cap. 32. num. 128. & in collectan. decis. Apostol. collec. 717. num. 10.

48 Potest similiter vltimas voluntates commutare in casibus, in quibus de iure communi potest Episcopus, vt notatur per Coccum. Instit. canon. l. 2. tit. 9. n. 82. Moner. de commut. vltim. volunt. c. 5. n. 427. cum seqq.

49 Potest etiam matrimonio celebrando assistere; & alteri Sacerdoti assistendi licentiam concedere, iuxta Concil. Trid. dispositionem sess. 24. de reform. matr. c. 1. ita Sanchez. de matr. l. 3. disp. 18. num. 5. Guttierez. eod. tit. de matrim. c. 66. num. 9. Barb. de pot. epis. p. 2. alleg. 32. n. 123. Dian. p. 8. tr. 4. res. 49. & Alij apud ipsos.

50 Potest etiam charitatiuum subsidium Episcopo competens exigere. Bellencin. de charitatiuo subsidio qu. 17. Barb. l. 1. cit. c. 22. n. 83. de iur. eccles.

51 Potest quoque licentiam dare, vt Nouitij, antequam professionem faciant, possint disponere de suis bonis, & donationem vel cessionem facere cuicumque voluerint, per duos tamen menses ante professionem, secundum formam Concilij Trid. sess. 25. de regul. cap. 16. ita Sanchez in Precept. Decal. tom. 2. l. 7. cap. 5. numer. 68. Barthol. à S. Fausto. in Thesaur. relig. l. 5. qu. 195. Peregrin. in const. Cler. Regul. p. 2. c. 1. litt. C. §. 261. Tambur. de iure Abbatiss. disp. 4. q. 10. n. 4. Barbos. de episc. p. 3. alleg. 99. n. 5.

52 Potest item approbare, & exponere confessarios ad audiendas confessiones subditorum, cum hoc sit actus iurisdictionis, non ordinis episcopalis, aut dignitatis. Suarez. tom. 4. de pœnit. disp. 28. sect. 5. num. 5. Henriq. in sum. l. 3. de pœnit. cap. 6. in princip. Fagundez in 5. eccl. prac. l. 7. prac. 2. cap. 2. num. 54. Barbos. de iur. eccl. d. l. 1. ca. 32. n. 100. Lodouic à Crux in Bulla Cruciata disput. 1. cap. 2. dub. 24. num. 2. quem refert Dian. p. 8. trac. 4. res. 46.

53 Potest similiter inquisitionem facere contra certas personas de delictis, extra visitationem, cum in puniendis criminibus, & reformandis moribus eamdem habeat auctoritatem, quam Episcopus habebat. Rot. decis. 166. p. 1. n. 2. in recentior. Federic. de Senis, cons. 36. n. 1. in fin.

54 Potest etiam munus syndicandi officiales exercere, sicut Episcopus, Rot. d. decis. 166. n. 2. & 4. vbi respondet contrarijs, ratio est, quia syndicare est actus iurisdictionis. Paris de Puteo in tract. de syndicatu rubric. de offic. syndicatus, §. Iudices ad syndicatum num. 9. Et autem, quæ sunt iurisdictionis, vt diximus, exercere potest Vicarius capitularis, nisi expresse prohibita reperiantur.

55 Potest etiam infrà annum concedere testimoniales de vita, & moribus ordinando par Breue Apostolicum ab alieno Episcopo extra Diœcesim, ita Marchinus de Sacramento Ordinis tr. 1. p. 6. c. 3. num. 17. Molin. de iust. tom. 6. trac. 6. disp. 11. n. 14. Dian. p. 8. trac. 4. res. 42.

56 Monitoria ad finem reuelationis potest Vicarius capitularis concedere, quia est actus iurisdictionis necessariæ, vt est excommunicationis promulgandæ facultas, Mart. de iurisdict. p. 3. c. 4. num. 53. Franc. Leo. in Thes. for. eccles. p. 3. c. 7. n. 18. Pauin. loc. cit. de pot. cap. sed. vacan. q. 1. par. 1. Campanil. in diuers. iur. canon. rubr. 11. c. 15. num. 106. Sayr. de censur. l. 1. c. 9. n. 33. Lezar. de monit. sect. 1. q. 7. Marcell. Vulp. in Prax. eccles. c. 2. n. 6. Theophil. Raynaud. de monitor. eccles. p. 1. c. 1. q. 10. Escobar. in tractatib. selectiss tract. 2. p. 2. q. 2. §. 3. num. 58. & ita declarauit Sac. Congreg. Conc. die 26. Octob. 1590. Barbos. de episc. p. 3. alleg. 96. n. 10. Dian p. 8. trac. 4. res. 17.

57 Sed cum dictum sit, sup. numer. 22. posse Vicarium capitularem absoluere, seu dispensare super omnibus irregularitatibus suspensionibus, & censuris ex delicto occulto prouenientibus, a quibus potest Episcopus vigore facultatis Sacr. Concilii Tridentini sess. 24. de ref. cap. 6. vltra citatos DD. ibi Meroll. tom. 3. disput. 7. cap. 7. dub. 1. num. 26. Dian. par. 7. trac. 2. resol. 3. & p. 8. trac. 4. res. 7. Riccius in Prax. tom. 3. resol. 295. rationem assignabo infrà subiect. seq. numer. 34. præter assignatam in præc. n. 22.

58 Nunc dubium est, an possit absoluere ab hæresi occulta? & affirmatiuam partem tuentur Baldell. tom. 2. l. 1. disp. 48. num. 21. vbi plures Alios allegat hanc sententiam tenente, ita etiam tenet Fagundez in Decal. tom. 1. l. 1. cap. 15. num. 10.

& Alij

& Alij apud Dian. *par. 8. prat. tract. 4. ref. 8.* & ratio est, quia hęc potestas spectat ad capitulū iure ordinariȩ iurisdictionis, nam licet capitulum non succedat Episcopo in his, quæ illi conueniunt iure speciali delegato, *vt dicemus in seqq. subsect. num. 1. cum seqq.* & notat Syluest. *verb. capitulum num.* 3. succedit tamen in illis, quæ competunt iure speciali ordinario Abb. *in cap. verum num. 9. de for. comp.* Feliu. *in cap. cum te. num. 17. di refer.* Sanchez. *lib. 8. de matrim. disp. 8. num.* 110. & talis sine dubio est potestas ista dispensandi, vigore Concilij quia non datur personæ, sed dignitati, & officio in perpetuum, vt bene aduertit Sanch. *lib. 8. de matr. disput. 42. num.* 14.

59 Potest similiter dispensare in casibus, & censuris Summo Pontifici reseruatis, quando non est facilis recursus ad Papam Meroll. *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. n. 12.* quem refert, & sequitur Dian *p. 8 tract. 4. ref. 9.*

60 Item absoluere poterit Vicarius capitularis ab excommunicatione Canonis *si quis suadente Diabolo 17. qu. 4.* quæ incurritur ob Clerici percussionem, in casibus Episcopo permissis, quia capitulum succedit in iurisdictione Episcopi, & sic absoluere potest ab excommunicatione lata, tam à lure, quam ab homine, quando Episcopus absoluere potest textus est expressus *in cap. vnic. de maior. & obed. in 6.* Meroll. *tom. 6. tract. 5. disp. 11. num. 6.* & Dian. *vbi sup. resol.* 12.

Neque obstat textus *in cap. peruenit, de sent. excom.* vbi facultas Episcopis, concessa absoluendi ab excommunicatione canonis *si quis suadente prae.* quando est leuis percussio, videtur restricta in persona Episcoporum tantum, & consequenter extendi non potest ad Alios, vt probatur ex illis verbis. *tua fraternitatis arbitrio duximus committendum, &c.*

Nam respondetur, quod illa verba referuntur ab Alios Prelatos Episcopis inferiores, non ad capitulum, & consequenter ad Vicarium capitularem, quia non est inferior Episcopo, quo ad iurisdictionem; sed par, cum eadem auctoritate vtatur, ac Episcopus, dum viuebat vtebatur, & dum in ea, per eius mortem succedit, eandem omninò potestatem, tamquam subrogatum habet. *arg. tex. in cap. li. qui in ius. de regul. iur. in 6.*

61 Hinc fit, quod capitulum dicitur successor Episcopi in iurisdictione, non eius Vicarius vt est Vicarius Generalis ab eo constitutus, dum vixeret, ità Abb. *in cap. cum olim. notab. 1. de maior. & obed.* post Gloss. *in c. 1. eod. tit. in 6.* Roman. *consil. 506. num. 15. in fin. & ibi.* Mandos. *litt. L.* vbi de communi testatur, & Federic. de Senis. *cons. 40 n. 6.*

62 Post similiter cognoscere personas seculares, in quibus Episcopus iurisdictionem temporalem habebat. *arg. tex. in cap. conquestus, de for. compet. & cap. romana, §. debet de appellat.* Meroll. *tom. 3. disp. 7 cap. 7. dub. num.* 9. Rodriquez. *in sum. tom. 1. cap. 71. num. 2.* Dian. *p. 8. tract. 4 ref. 16.* Ratio est, quia capitulum, vt pluries dictum est, succedit in iurisdictione Episcopi, quàm de iure ordinar o illi competebat.

63 Sed dubium esse potest, an succedat, etiam in iurisdictione quæ Episcopo competebat ex consuetudine? & respondetur affirmatiuè, cum Molin. *de iust. tom. 6. tract. 5. disp. 11. num. 10.* Meroll. *tom. 3. disp. 6. cap. 7. dub. 11. num.* 12. Azor. *p. 2. lib. 3. cap. 39. quest. 7.*

64 Item potest gratiam facere subditis qui per sententiam ad aliquam pœnam condemnati fuerunt, quia est de iurisdictione ordinaria; Potest similiter dispensare, & remittere pœnas, etiam per Episcopum mortuum Impositas. Ioan Maria Nouarius, *p. 1. questionum forens. q.* 102. Io. Ant Nouar. frater *in summ. Bullar. tit. de cap. sed. vac. num.* 12. Riccius. *tom. 1. Praxis for. eccles. resol.* 302. & Marcell. Vulp. *in Prax. eccles. cap. 43. num. 27.*

Quidquid in contrarium afferant Ioan. Baptista Costa *de remed. subsidiar. remed.* 115, *num. 9. & de indic. num.* 45. Mantic. *tom. 2. de tacit. convent. lib. 25. tit. 8. num.* 11. qui mouentur ea ratione, quia gratiam facere est de reseruatis Principi, vt tradit Bart. *in l. acta, ff. de re iudic.* Salicet. *in l. cum indulgentia, C. de sent. pass.* Boss. *in Prax. tit. de remed. ex sola Clement. Principis num. 41.*

65 Sed contrarium est verius, quia vltra quod gratiam facere est iurisdictionis, vt dictum est, Episcopus in sua Diœcesi est verus Priceps Ecclesiasticus, & non Vicarius Pontificis, Bellarmin. *lib. 1. de Roman. Pont. cap. 3. in fin.* Vnde sequitur, quod idem sit capitulum, & consequenter Vicarius ab eo electus, quia est Episcopi successor, quoad iurisdictionem, siuè illa sit contentiosa, siuè voluntaria.

66 Potest similiter Clericos creare seluaticos (vt dicitur in Regno Neapolitano qui sunt merè laici, sed seruitio alicuius Ecclesiæ deputati, puta ad campanas pulsandas, ostium claudendum, & aperiendum, lampades accendendum, organorum folles eleuandum, Ecclesiam verrendum, & cætera huiusmodi faciendum; qui gaudent priuilegio fori in criminalibus tantum, ex declarationibus Sacr. Congregationis Episcoporum, & aliquando in ciuilibus vbi talis viget consuetudo vt in quibusdam, Diœcesibus Calabriæ) & ratio est, quia cum Capitulum succedat Episcopo in omnibus, quæ ipsi competebant, tamquam Ordinario, poterit vtique illos etiam Vicarius capitularis creare, & seruitio Ecclesiæ assignare, nam post Episcopi mortem verè dicitur Ordinarius Nouarius *in opusculo. Noui iuris Pontificij conclus. 1. num. 4. sub rubric. de causis primę instant. coram locor. ordin. tractand. & infrà num. termin.* Riccius *in Prax. tom. 4. resol.* 227. Dian. *part. 8. tract. 4. resol.* 51.

67 Est autem aduertendum pro complemento totius materiæ, de qua supra egimus, quod eo ipso, quod Vicarius Capitularis electus est à capitulo, non potest facere omnia ea, quæ speciale mandatum requirunt, si illud non habeat, nec veniunt vigore mandati generalis, ità declarauit Sacr. Congregatio Concilij *die 4. Decembris 1632. in vna Camenecen.* in qua dubitatum fuerat pro parte dicti Episcopi Camenecen., an facultas competens Episcopis vigore Concilij Trident. *cap. 6. sess. 24. de reform.* transferatur in Vicarium capitulare, sede Episcopali vacante, & Sacra Congregatio Cardinalium, Concilij Tridentini Interpretum inhærendo declarationibus aliàs factis, respondit, eam facultatem transferri in Vicarium capitolarem sede episcopali vacante, dummodò talis facultas specialiter per Capitulum eidem Vicario tributa fuerit, de qua declaratione. Piasec. *in Prax. episc. par. 3. cap. 1. art. 3. num.* 18. Rot. ità etiam tenuit *in Mauritanen pensionis 25. Iunij 1606. coram Domino Peruano in fin. & in Burgen. Canonicatus coram Domino Gypsio, Addit. ad* Garz. *de benef. par. 5. cap. 7. num. 29. vers. sed pestea.* licet contrarium asserant quamplures Doctores, magnæ auctoritatis, simpliciter affirmantes in Vicarium electum à capitulo sede vacante, eo ipso transire totam iurisdictionem capitulo competentem, nec esse necessariam commissionem particularem, & impartitionem specialis mandati quò ad ea, quæ non transeunt in Vicarium Episcopi sinè mandato speciali, ità Guttierez. *Canon quaest. lib. 1. cap. 11. num. 10. vers. id quod hodiè.* Genuens. *in prax. Archiep. Neap. cap. 86. num.* 5. Molin. *de iust. tract. 5. disp. 11. num. 4.* Garz. *de benef. d. p. 5. cap. 7. num. 28. & dixim. sup. num. 5.* Mouentur ratione, nam cum Concilium arctet capitulum ad constituendum Vicarium infrà octo dies. *sess. 24. cap. 16. de refor. vt dixim. sup. subsect. prae. num.* 4. qui totam iurisdictionem administret, non videtur necessaria alia specialis commissio, & delegatio particular: sed tamen à prima opinione non est recedendum, & ideò asserendum est in Vicarium capituli simpliciter constitutum, non transire ea, quæ requirunt speciale mandatum, etiam post Concilium Tridentinum, nam nihil sancitum de hoc, sed tantum arctauit capitulum ad constituendum Vicarium infrà octo dies & nihil allud disposuit. Vnde casus omissus remanet in dispositione iuris communis, quando lex noua nihil disponit. *arg. l. Aurelius, §. testamentum, 1. ff. de leg.* Dec. *in rubric. de consess. vtil. num.* 2. Antè autem Concilium, in Vicarium capitularem non transiebat maior potestas, quàm in Vicarium Episcopi, vt tradit Pauin. *de pot. cap. sed. vac. part. q. 10. 2. par. num.* 17. Mandos. *in regul. 24. Cancell q 6. num.* 10. & Sbroz. *de Vic. Episc. lib. 2. qu. 4. num* 5. Quarant. *in summ. Bull. dict. verb capitulum sed. vacant. quaest. 2. num. 15. vers. circà quam commissione*; ergo cessat omnis dubietas, cum etiam accedant prædictæ declarationes Sacrę Congreg. Concilij, & Rotę Romanę decisiones.

SECTIO TERTIA.

De his, quæ Vicarius Capitularis facere non potest.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis succedit loco Capituli in iurisdictione episcopali in his, quæ de iure communi Ordinaria sunt*

Iure non iure delegato.

2 *In his, quæ iuris delegati sunt non succedit.*

3 *Quæ sint iuris specialis, sed perpetuò annexa iurisdictioni ordinariæ.*

4 *Dimissorias ad ordines non arctatis infra annum concedere non potest.*

Pœna, quæ incurritur à Vicario capitulari concedendo dictas dimissorias infra annum. ibid.

5 *Arctati, qui dicantur.*

6 *Neque potest illas dare, etiam si capitulum exemplum territorium cum iurisdictione habeat.*

7 *Post annum verò potest indistinctè illas dare arctatis, & non arctatis.*

8 *Et tunc ad Vicarium, non ad Capitulum spectat dare, subditis tamen.*

9 *Pontificalium exercitium dare Episcopo extero, an possit infra annum pro regularibus ordinandis, remissiuè.*

10 *Dimissoria Vicarij capitularis, in casibus permissis, non expirant per aduentum noui Episcopi, si non annullat.*

11 *Dimissorias prædicti Vicarij potest nouus Episcopus annullare per edictum.*

12 *Innouare quidquam non potest sede vacante in præiudicium Ecclesiæ.*

13 *Neque alienare bona Ecclesiæ dicto tempore.*

14 *Neque bona Ecclesiæ relicta occupare.*

15 *Emolumenta iurisdictionis Episcopo conseruare debet.*

16 *Beneficia conferre non potest toto tempore vacationis sedis Episcopalis.*

17 *Etiam si collatio spectaret ad Episcopum cum consensu sui capituli.*

18 *Potest tamen si collatio spectaret ad Episcopum, & capitulum simul.*

19 *Potest similiter conferre beneficia deuoluta.*

20 *Doctores facere non potest, vt Episcopus poterat, si ex priuilegio habebat facultatem hanc.*

Notarios verò sic.

21 *Non potest supprimere beneficia, & capitulo vnire.*

22 *Neque donationem Iurispatronatus confirmare.*

23 *Neque monasteria exempla visitare.*

24 *Neque examinatores Synodales substituere potest in locum demortuorum infra annum.*

25 *In feudum dare bona Ecclesiæ non potest.*

26 *Neque Pœnitentiarium creare.*

27 *Neque licentiam absentandi Canonicis dare, etiam si ad breue tempus esset.*

28 *Neque facere, vt Canonici non residentes, pro præsentibus habeantur.*

29 *Neque commissiones Apostolicas in forma dignum exequi, Episcopo, vel eius Vicario directas.*

30 *Neque causas delegatas Vicario Episcopi cognoscere potest.*

Causæ prædictæ transeunt ad Vicarium noui Episcopi.

Delegationes Apostolicæ, sede Episcopali vacante, non committuntur Vicario capitulari.

31 *Neque Confessarios Regulares examinare iterum, si licentiam habeant sine limitatione.*

32 *Neque prohibere potest, ne subditi ordinentur.*

33 *Neque causas expedire, imminente Episcopi prouisione.*

34 *In multis, quæ delegati iuris sunt, succedit Vicarius per epicheiam.*

35 *Casus, in quibus Episcopi tanquam delegati Apostolici procedere possunt.*

Iurisdictio delegata, quæ.

36 *Iurisdictionis prorogatio, quæ.*

37 *Commissiones ordinariæ Episcoporum, & Aliorum, quæ.*

38 *Rationes disparitas, cur in delegata iurisdictione non succedat Capitulum.*

1 VIdimus supra in præcedenti subsectione omnia ea, quæ Vicarius Capitularis facere potest, quæ vt plurimum sunt iurisdictionis ordinariæ, in qua succedit Episcopo in his, quæ iuris communis sunt, vt diximus, quæ Episcopo competunt de iure communi tantùm; non iure speciali delegato; nisi expressè prohibeatur; *vt notatur in text. cap. Pastoralis, §. præterea de offic. ordin. &* Gloss. *in Clem. 1. §. Dare tamen, verb. capitulum de hæretic. &* Abb. *in cap. cum olim, num. 2. de maiorit. & obed. col. 3. in med. dubit. 5.* Felin. *in cap. cum omnes, num. 10. de const.* Panin. *de pot. cap. sede vacant. par. 1. princip. quæst. 10.* Marant. *in pract. dist. 5 num. 56.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 7. num. 38. cum seqq.* Barbos. *de pot. episc. par. 2. alleg. 45. num. 27. & p. 4. allegat. 54. num. 157. & de iur. eccles. lib. 1 cap. 32. n. 104. cum Alijs per ipsos allegatis, & dix. subsect. præc. num. 1.*

2 Verum quia multa alia sunt, quæ competunt Episcopo non Iure proprio, idest de iure communi, & iurisdictione ordinaria; sed iure alieno, idest iurisdictione delegata in his non succedit capitulum, & consequenter Vicarius capitularis, vt censuit. Rot. *dec. 6. de offic. deleg. in antiq.* Sbroz. *de Vic. lib. 1. q. 16. num. 1. & lib. 2. quæst. 135. num. 4.* Genuens. *in Prax. Archiep. Neap. cap. 85.* Garz. *vbi sup. num. 42.* Quarant. *in summ. Bullar. ver. capitulum sede vacan. num. 1. circa princ. vers. subsequenter.* Meroll. *tom. 3. disp. 3. cap. 7. dub. 1. num. 15.* vbi tredecim Doctores hanc negatiuam sententiam tenentes allegat, Solorzan *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 12. num. 4.* Barbos. *loc. sup. cit. lib. 1. cap. 32. num. 108.* Leo. *in Thesaur. for. eccles. par. 1. cap. 10. num. 8. fallent. 4.* Non desunt tamen DD. affirmatiuam sententiam tenentes, quos refert Dian. *par. 8. tract. 4. resol. 2. vers. non desunt.* Ideò de his in specie erit aliquid inquirendum, adhoc, vt Vicarius capitularis de illis notitiam habeat, & quorum ignorantia facilè in errorem aliquem incidere posset.

3 Sunt tamen nonnulla, quæ competunt quidem Episcopo iure speciali, sed perpetuò annectuntur iurisdictioni, quæ transeunt cum iurisdictione ordinaria, de quibus infra *num. 34. cum seqq.*

4 Dico igitur, quod non potest prædictus Vicarius capitularis, infra annum dare dimissorias, etiam ad primam tonsuram non arctatis, occasione beneficij recepti, vel recipiendi. Conc. Trident. *sess. 7. cap. 10.* & si dederit non arctatis, incidit in pœnam interdicti, iuxta dispositionem eiusdem Concilij, & *sess. 23. cap. 10. de refor.* si verò sint ordinati, in maioribus remanent suspensi ab executione ordinum ad beneplacitum futuri Episcopi; & in minoribus sub pœna nullitatis priuilegij clericalis, sed post sententia. Quæ pœna per Constitutionem Vrbani VIII. aduersus malè promotos, de qua Barbos. *d. cap. 32. num. 131.* locum habet, quamuis illi vsus non fuerit Is, cui litteræ concessæ fuerunt; quia actus iam fuit consummatus, quoad Vicarium concedentem, ita resoluit Sacr. Congregatio Concilij penes Garz. *de benef. part. 5. cap. 7. num. 92. in addit.* Barbos. *de iur. ecclesiast. lib. 1. cap. 32. num. 116.* vide ad saturitatem Dian. *d. p. 8. tract. 4. resol. 41. cum duob. seqq.*

5 Sed quæritur hìc, qui dicantur arctati?

Respondetur, quod laici præsentati à Patronis, vel qui sunt præsentandi ad aliquod beneficium, dicuntur arctati, ad effectum, vt Vicarius capitularis possit infra annum dimissorias ad primam tonsuram concedere. Ità resoluit Sacr. Congreg. Concilij. *Die 13. Ianuarij 1594. in vna Squillacen.* de qua Barbos. *vbi sup. num. 118.* & eod. ann. Congreg. Episc. *3. Ianuarij penes* Gauant. *in Enchir. verb. capitulum sede vacan. num. 29.* Quarant. *d. verb. capitulum sede vacan. vers. Decimoquarto*, Ricci. *in Prax. Aur. resol. 106.* Maiol. *de irregular. lib. 4. cap. 2. n. 3.* & latè Barbos. *d. c. 32. num. 126. & seqq.*

6 Neque potest infra annum dimissorias ad ordines concedere, etiam si capitulum haberet territorium distinctum, & exemptum, & pacificè possideat ab immemorabili, & in eo iurisdictionem ordinariam habeat. Quarant. *vbi proximè;* Ricc. *in Dec. Cur. Archiep. Neap. p. 4. dec. 185.*

7 Post annum verò post Vicarius capitularis concedere dimissorias prædicta indistinctè arctatis, & non arctatis, absq; metu pœnarum suspensionis scilicet Vicario, & Interdicti capitulo à Sacro Concilio Tridentino comminatarum. *d. sess. 7. cap. 10. de ref. & sess. 23. cap. 10. etiam de refor.* quibus in locis fuit illi sublata, & suspensa hæc facultas per annum, cum ante concilium licitum erat de iure communi illas concedere, *cap. cum nullus, §. Episcopo de temporib. ordin. in 6.*

8 Et tunc spectat ad Vicarium, non ad capitulum huiusmodi dimissorias dare; prout Sac. Congreg. Episc. Vicario capitulari Neapolitano rescripsit, *sub die 12. Ianuarij 1604. & in vna Aversana 24. Ianuarij 1653. de quibus* Barbos. *d. lib. 1. de iur. eccles. cap. 32. num. 120.* & Nicol. *in flosc. verb. Vicarius capitularis, sub num. 70. licet* Marcel. Vulp. *in Prax. eccles. cap. 44. num. 27. dicat contrarium.*

Debent

Debent tamen esse subditi Diœcesis illi quibus dimissoriæ conceduntur. Sacr. Congr. Episc. *in una Nulian 5. Martij 1601. & in una Insulana 2. Iulij eod. ann.*

9 Neque potest durante anno vacationis sedis Episcopalis, Vicarius prædictus dare licentiam Episcopo extero commoranti in Diœcesi, vt ordinet regulares etiam præuio examine per ipsum Vicarium facto, propter rationes allatas à Rague. *de voce canonic. quæstion. 39. numer. 4.* contrarium tamen asserunt Nauar. *consl. 27. de temp. ordin.* Quarant. *d. verb. capitulum sede vac. q. 11.* Genuen. *in Prax. Archiep. Neap. cap. 87. nu. 33.* Piatec. *in prax. episc. p. 1. cap. 1. num. 13. vers. capit.* Barbos. *d. cap. 32. n. 124. & dixim. subsect. prac. n. 6.*

10 Sed quæritur hîc, an Dimissoriæ à Vicario capitulari, sede vacante, post annum, vel infra annum in casu permisso, citè, & rectè concessæ, expirent per ingressum moderni Episcopi.

Resp. illas non expirare, ob illam rationem, quia gratia semel obtenta non expirat morte concedentis. *cap. si super gratia de offic. deleg. in 6. capitul. cat nulla de prabend. eod. libr. 6.* ità tenet Quarant. *in sum. Bullar. d. verb. capitulum, sede vacante vers. secundò dubitatur* Gonzal. *ad regul. 8. cancellar. gloss. 12. numer. 37.* Ledesm. *in sum. part. 1. de Sacrament. ordin. capit. 8. concl. 4.* Gutier. *canonicar. lib. 2. cap. 17. num. 12.* Barbos *d. cap. 32. lib. 1. de iur. eccles. nu. 129.*

11 Benè tamen verum est, quod nouus Episcopus potest omnes dimissoria à Vicario Capitulari concessas per edictum reuocare; nec non omnes alias ab Episcopis prædecessoribus concessas similiter annullare, vt tenet Rebuff *in Prax. Benefic. tit. de formalit. dimisser. nu. 14.* Bonacina verò indistinctè tenet valere Dimissorias, nisi expressè reuocentur per nouum Antistitem. *de suspensionib. omnib. in particulari, tom. 3. disp. 3. qu. 1. punct. 11. nu. 26.* vbi affert consilium Guttierez. *vbi sup.* qui suadet Episcopis, ad quos Dimissoriæ diriguntur, vt si tempore præsentationis ipsarum inuenerint à nouo Antistite captam fuisse possessionem, vel ipsum in Episcopatu adesse, illas non admittant, nisi confirmatè, seu nisi nouæ litteræ concessæ fuerint ab ipso, vel ab eius officiali, ab hoc speciale mandatum habente. Idem refert Barbos. *vbi proximè d. n. 129.*

12 Non potest aliquid innouare in his quæ pertinent ad ius Ecclesiæ, aut Episcopi, cum non sit qui ius Episcopale tueatur, *cap. 1. sede vacant. cap. cum omnes de constitutionibus* Abb. *in cap. cum olim de maior. & obed.* nisi in his, quæ ad capitulum spectant, absque præiudicio iurium Episcopalium, vt dix. *sup. subsect. prac. num. 42.*

13 Neque potest tempore sedis vacantis, res, aut iura Ecclesiastica alienare, aut permutare. *c. si qua de rebus 12. q. 2.* Glos. *in d. cap. cum olim de maior. & obed.* licet locare bona Ecclesiæ possit, vt notat Perez. *de empt. & vendit. c. 26. n. 14.*

14 Neque potest occupare bona relicta in sede vacante & eo tempore collecta, neque illa dissipare, vel consumere, aut aliquo modo in proprios, aut alienos vsus conuertere; & non solum Vicarius, verum etiam quilibet alius; Quod si secus; sunt suspensi ab officiis, & beneficiis, non obstantibus consuetudinibus, vel statutis, etiam iuratis, & à sede Apostolica confirmatis, *ita expressè deciditur in textu cap. quia sæpe 40. de election. in 6. & colligunt* Suarez. *tom. 5. de censur. disp. 28. sect. 3. nu. 6.* Rainer. *in catalogo censurar. & irregularit. tit. de suspensionib. cap. 4. suspens. 2. &* Bonac. *tom. 3. de suspensionib. omnib. in particulari disp. 3. q. 4. punct. 15. per tot.*

15 Non potest lucrari emolumenta ex iurisdictione Episcopali prouenientia, licet ipsius iurisdictionem habeat sed ipsa reseruare debet Episcopo successori. *Clementin. statutum de election.* si ad episcopum Ecclesia non vacante pertinuissent, ità Sac. Cong. Concilii *in Agrigentina 17. Aprilis 1627. teste* Aldan. *in compendio Canonicar. resol. libr. 3. tit. 2. numer. 17.* quem refert Barbos. *in collectan. ad* Concil. Triden. *sess. 23. de reform. capit. 11. num. 9. & in collectan. Decis. Apost. collect. 281. numer. 1. &* Marcell. Vulp. *in Prax. Eccles. capit. 44. numer. 13. & 14.* Verba autem formalia Sacræ Congregationis sunt sequentia: Congregatio Concilii censuit, emolumenta tempore vacationis sedis episcopalis obuenientia ex iurisdictione, & sigillo aut aliàs vndecunque, quæ ad Episcopum, ecclesia non vacante pertinuissent ad capitulum minimè spectare, nisi Apostolico priuilegio illi concessa fuissent, sed debere futuro episcopo reseruari, ex his tamen emolumentis deducendum esse rationabile salarium Vicario constituendum, & persoluendum; Quod si ex priuilegio Apostolico capitulo competerent, non posse Canonicos, si Regulares sint, & tria vota emiserint, inter se diuidere.

Quomodo autem sit constituendum salarium, *decim. sup. ead. sect. 4. subsect. 1. n. 30*

16 Neque potest tempore sedis vacantis conferre Beneficia spectantia ad solam collationem Episcopi, *capit. 2. Ne sede vacante, capit. quanto & cap. ea noscitur de his, quæ fiunt à Prælat. sin. consl. capit. 1. de institut. in 6.* Gloss. *in capit. ad. hæc, quæ de maior. & obed.* Zerol. *in Prax. episcop. pa. 1. verb. capitulum §. ad quintum,* Rebuff. *in Prax. de benef. de deuolution. nu. 70. 71. 82. & 90.* Leo. *in Thes. for. Eccles. part. 1. capit. 10. numer. 8. vers. tertiò fallit* Barbos. *de iure Eccles. libr. 1. d. capit. 32. numer. 109.* Garz *de benef. d. part. 5. capit. 7. numer. 15. latè* Meroll *tom. 3. disp. 7. capit. 7. dub. 7.* Dian. *part. 8. tract. 4. res. 25. cum seq.* eorum enim dispositio est reseruata Episcopo successori. *cap. vnic. §. cum verò. Ne sede vacante, in 6.* quia collatio est fructus Beneficii. Glos. *in d. cap. cum olim de maior. & obed.* fructus autem futuro successori reseruantur. *cap. quia sæpe de elect. in 6. Clement. statutum eod. tit. capit. cum nos de offic. ordin. ap. fin. eod. tit. in 5* & insuper, quia collatio est quædam species donationis *cap. fin. de offic. vicar. in 6. cap. si tibi absenti de prabend. eod. libr. 6.* nam Prælatus in conferendo Beneficia, vtitur liberalitate quadam. *cap. relatum, vbi hoc, de prabend. cap. potest electionem in princ. de concession. prabend.* Donare autem non possunt, nisi qui liberam bonorum administrationem habent. *l. contra, §. si filius ff. de pact. l. filius, §. 1. ff. de donation.* Sed Capitulum liberam administrationem iurisdictionis Episcopalis non habet, vt supradiximus, Ideò sede vacante conferre beneficia minimè potest.

Hodie tamen per regulam secundam, & tertiam Cancell. à Clemente VIII. editas, reseruatur collatio Sedi Apostolicæ, vsque ad diem pacificæ possessionis Episcopatus. Adest etiam Constitutio Papæ Pii V. quæ incipit *Sanctissimus 55.* in qua idem disponitur.

17 Quod locum habet, etiam si collatio spectaret ad Episcopum cum consensu, vel Consilio Capituli, quia alias capitulum sede vacante conferre non potest, vt probatur *in d. cap. vnico, §. cum verò ne sede vacante in 6.* Sed ad summum Pontificem pertinet ei conferre, Paulin. *de pot. capituli sede vacante, p. 2. qu. 1. à princ.* Nauar. *consl. 20. num. vlt. de prab.* Barb. *d. lib. de iur. eccl. cap. 32. num. 10.*

18 Si verò prouisio beneficij spectat ad Episcopum, & capitulum simul, & prouidetur per concursum suffragiis capituli, & Episcopi, tunc capitulum sede vacante conferre potest huiusmodi beneficia, *vt habetur in d. cap. 1. ne sede vacante in 6.* Nauar. *ibid.* Molin. *de iust. tract. 5. tom. 6. disput. 11. num. 13.* Barbos. *ibid. vers. Quando.*

19 Idem firmatur in beneficiis ad Episcopum pertinentibus, ratione Dignitatis, quando ad ipsum deuoluuntur, ob negligentiam, vel delictum inferioris, nam tunc capitulum conferre potest. Zerol. *in Prax. Episc. part. 1. verb. capitulum pract. §. 5. & part. 2. eod. verb §. 10.* Molin. *vbi sup. numer. 12.* Barbos. *ibid. num. 110. vers. verum autem.* Lel. Zecch. *de benefic. & pension. cap. 5. numer. 5.* quia deuolutio pertinet ad iurisdictionem Episcopalem, ad quam succedit capitulum. Contrarium tamen tenet Abb. *in d. cap. cum olim. num. 3. vers. sed circa de maior. & obed.* & Paulin. *d. part. 2. quæst. 2. num. 10.* Rebuff. *d. tit. de deuol. nu. 93.* & Garz. *d. p. 5. cap. 7. num. 53. & 54.* vbi intelligit de collatione libera, non in confirmatione, vel institutione, Barbos *ibid. vers. Verum contrarium.*

20 Neque potest Vicarius capitularis, scholares doctorare, & priuilegio Doctorandi vti, quod competebat Episcopo; quia priuilegium non transit in capitulum sede Episcopali vacante, cum sit ius speciale. Cardinal. *in capit. verum in princip.* vbi Abb. *num. 10. de for. compet.* & idem Abb. *in cap. cum olim in fin. de maior. obed.* vbi Fel. *n. num. 7* Rebuff. *in Prax. benef. de deuolut. num. 69.* & Sbroz. *de offic. Vic. lib. 2. quæst. 29. num. 6.* Si verò Episcopus posset de iure communi ordinario, tunc illa facultas transiret ad capitulum. Sbroz. *ibid. num. 8.* Notarios tamen creare potest, sicut Episcopus. Paulin. *de pot. cap. sede vacante, qu. 10. num. 12.* Sbroz. *n. 10.*

21 Neque potest supprimere beneficium, & vnire capitulo ita declarauit Sacr. Congreg. Concil. *sup. capitul. 15. de reform. sess. 24. & in vna Hieracen.* respondit, non licere capitulo, etiam sede vacante, supprimere portiones, vigore huius decreti, vt per Monet. *de distrib. par. 1. qu. 5. num. 29.* Garz. *de benef. p. 12. capit. 2. numer. 68.* Azor. *instit. mor. par. 2. libr. 3. capit. 38. quæst. 9. in med.*

Barbos.

Barbos. *de potest. Epis. par. 3. alleg. 67. numer. 3. & de iur. eccles. lib. 1. cap. 32. numer. 112.* Sicut sede plena non potest consentire vnioni faciendæ ipsi capitulo directè, & principaliter, sed requiritur auctoritas Papæ. *Clement. si vna, §. fin. de reb. eccles. non alien.*

22 Neque donationem Iurispatronatus confirmare, nam in illa debet necessario interuenire Episcopi consensus, vt notat Gratian. *discep. foren. cap. 303. nu. 10. cum seqq.* Barbos. *d. p. 3. alleg. 71. num. 23.* Lambertin. *de iure patr. lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 2. num. 5. & art. 4. per tot.* Ciarlin. *controuers. forens. lib. 1. cap. 10. num. 84.* Rota apud Farinac. *decis. 257. numer. 1. par. 2. recent. & decis. 576. par. 1. recent.*

23 Neque potest monasteria exempta etiam si monialium sint, visitare, nisi ad sit alicubi contraria consuetudo visitandi ex præscriptione vel priuilegio, vt colligitur ex Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 3. vers. Visitatores*, & notat Azor. *Instit. mor. lib. 3. cap. 40. qu. 8.* Barbos. *de epis. p. 3. alleg. 73. num. 26.* vbi verò talis consuetudo non est, non potest visitare, ità censuit Rota *in vna Burgen. Iuris visitandi 1598. coram D. Orano.* vt refert idem Barbos. *ibid. num. 25. sed vide quæ diximus supr. sit. prax. num. 23. & 24.*

24 Neque potest substituere nouos examinatores in locum examinatorum absentium, vel defunctorum, tempore sedis Episcopalis vacantis, infra annum, pro concursu Parochialium iuxta formam traditam à Concil. Trident. *sess. 24. de refor. cap. 18. post text. in cap. fin. de elect. in 6. vbi DD.* Sed curare debet, vt elapso anno Alij in locum demortuorum sufficiantur, seu eligantur in Synodo; alioquin pro legitimis non habentur, qui supeccerunt, ità declarauit Sacr. Congregat. Concil. *sup. d. cap. 18. in verb. Idemcum & in verb. ab eius Vicario generali.* dicit quæ Add. ad Sbroz. *lib. 5. qu. 512. sup. num. 5.* Garz. *de benef. p. 9. cap. 2. num. 78.*

25 Neque potest in feudum concedere bona Ecclesiæ, quia capitulum non succedit Episcopo in iurisdictione feudali. *vt not. gloss. in cap. verum verb. quæstio, de foro com. & ibi* Abb. *n. 8. & 9.* Lau. *in Thesaur. for. Eccl. p. 1. cap. 10. n. 8. fallen. 7.*

26 Neque potest Pœnitentiarium creare, occurrente vacatione Pœnitentiariæ, tempore vacationis sedis Episcopalis, etiam si collatio præbendarum capitularium sit communis Episcopi, & capituli, vel etiam solius capituli, sed spectabit ad Papam, Garz. *de benef. tom. 1. p. 5. cap. 4. §. num. 145.* vbi tradit rationem quia electio personæ, & prouisio officij Pœnitentiarij ad solum Episcopum spectat, *vt dix. sup. num. 16.* & capitulum non succedit sede vacante in prouisione beneficiorum ad Episcopum spectante. *cap. illa nè sede vacante.* Benè tamen durante vacatione sedis, poslet confessarium eligere, qui habeat eam dem facultatem absoluendi à reseruatis, sicut Pœnitentiarius potest, *vt dix. sup. subject. prax. nu. 79.* Vndè debet sano modo intelligi doctrina Rebuff. *in prax. benef. tit. de deuolut. num. 63.* vbi inquit posse capitulum creare Pœnitentiarium, &c. quia loqui tur de confessario simplici constituendo à capitulo, vt sede Episcopali vacante possit absoluere à casibus Episcopo reseruatis, cuius officium, creato Episcopo, expirat, cum nullam præbendam annexam habeat, vt fit in Pœnitentiario, qui ad præscriptum Sacr. Concilij *sess. 24. de reform. cap. 8.* debet deputari cum vnione præbendæ, & ità in terminis censuit Sacræ Congreg. Concil. *sup. d. cap. 8.* vacante sede Epiic. Ianuen. *de qua in 2. vbi prox. in Addit. ad n. 158.*

27 Neque potest dare licentiam absentiæ Canonicis, & præbendatis; sicut neque capitulum conferre potest eos habere pro præsentibus, vltra tempus trium mensium à Concilio Tridentino concessum *sess. 24. de refor. cap. 12. & sess. 22 de ref. cap. 3.* ne quidem ad breue tempus ex causa iusta, licet non computentia in iure, sed ex quadam Consuetudine, quia dici debet potius abusus; vbi non firmatur eius iustitia à Iure, vel legitimo statuto Ecclesiæ, Couarruu. *libr. 3. variar. capit. 13. sub numer. 9.* Garz. *de benef. tom. 1. parte 3. capit. 2. §. 2. num. 417. Idem tenet* Rutil Benzon. *Episcopus Lauretanus in speculo Episcopor. et fugalib. 1. disp. 1. quæst. 7. in fin. versic. & hos tribus conclusionibus, fol. mihi 125. à tergo.* hæc tamen conclusio supra exposita habet locum in capitulo, etiam sede Episcopali plena, & extensiuè ad capitulum sede vacante, propter identitatem rationis, quia si permitteretur capitulis abeundi licentias concedere, omitteretur omninò seruitium Ecclesiæ, cum singuli sibi inuicem frequentissimè idem facerent pro libito, ex quo maximum absurdum oritur, cum sine causa rationabili, & iusta huiusmodi licentiam darent, & sic seruitium Chori, & Ecclesiæ in deterius abiret.

28 Neque potest facere, vt Dignitates vel canonici, qui numquam in ecclesia resederunt, & fidei professionem non emiserunt, habeantur pro præsentibus & fructus percipiant, etiam si sint absentes pro causis, & negotijs capituli; aut occupati sint in causis, & officiis sanctæ inquisitionis. Ita Sac Congreg. Conc. Tr. *sup. cap. 12. de reform. sess. 24. ad tertium dubium respondit, de qua Garz. de benef. p. 3. c. 3. n. 51. & 52.* vbi affert formalia verba declarationis Sac. Cong.

29 Neque potest exequi commissiones Apostolicas in forma; Dignum & alias directas Episcopo vel eius Vicario Sacr. Cong. Conc. *2. Augusti 1 51. vide quæ diximus sup. subject. prax. num. 19. & seq. & dictum subject. seqq. nu. 11.*

Quod non possit exequi delegationes factas Vicario Episcopi generali, tenet Federic. de Senis *cons. 0. ant. numer. 1. vers. fin. iure agitur, &* Felin. *in capit. cum olim de maior. & obed. vide* Garz. *de benef. part. 6. capit. 1. numer. 44. cum seqq. præsertim in addit. ad numer. 58.* Quod autem non possit exequi ea, quæ competunt Episcopo iure delegationis, vt in causa hæresis, firmant DD. allegati à Dian. *part. 4. tract. 8. resol. 33. versic. sed an capitulum.*

30 Neque potest cognoscere causas Vicario Episcopi motu delegatas, quia iurisdictio delegata non transit in capitulum, vt supra notauimus, ita Abb. *in d. c. cum olim n. 2. vers. quinto dubitatur. in ver. Episcopo delegato de maior. & obed. & Dec. in c. quoniam abbas n. 21. de offic. deleg.*

Sed causæ prædictæ delegatæ Vicario vti dignitati, non expresso nomine proprio, transeunt in Vicarium generalem successorem, vt tenet Abb *in d capit. quoniam abbas numer. 10. & Alij,* quos refert Leo. *in Thes. fori eccles. part. 1. cap. 10. numer. 8. fallentia 4. & Alij quos notans sup. subject. præced. numer. 19. & 20.* Et ita seruatur hodie de stylo Romanæ Curiæ, nam omnia ea, quæ solent committi Episcopo, vel eius Vicar. generali, siuè sint collationes beneficiorum, siuè dispensationes, vel absolutiones, aut monitoria, vel aliæ quæcunque gratiæ, quæ vigore *cap. statuimus de rescript. in 6.* & Concil. Trident. *sess. 25. de reform. cap. 10.* sede plena committuntur Episcopis, siuè eorum Vicarijs generalibus, aut Iudicibus Synodalibus, vel Alijs in dignitate Ecclesiastica constitutis, semper sede Episcopali vacante, committuntur Alijs Ordinarijs vicinioribus, de quo stylo testatur in eodem Paul. *in pract. cancellar. prime. vers. circa qualitatem,* & patet omnibus curialibus, refert Garz. *de benef. part. 6. capit. 2. num. 4.*

31 Neque potest suspendere, & iterum examinare Confessarios Regulares ab Episcopo defuncto examinatos & simpliciter approbatos, absque præfixione temporis, vel ad tempus nondum elapsum, propter priuilegium, quod habent à Clemente IV. de quo Dian. *par. 1. tr. 2. res. 27. vers. Notandum est, & p. 4. tr. 3. res. 200. in fin.*

32 Neque prohibere potest, ne quis sede vacante promoueatur ad ordines, Sac. Congreg. Episc. *in vna Syracusana 13. Martij 1604.*

33 Neque potest, nec debet expedire causas, quæ patiuntur dilationem, imminente prouisione Ecclesiæ, nisi fuerint sibi specialiter delegatæ; sed relinquere expeditionem nouo Episcopo, ità declarauit Sacra Congreg. Episc. *in vna Nami. 25. Maij 1601. & 21. May eiusdem anni, & in Neapolitana 17. Maij 1594.* Debet similiter tali tempore imminentiæ Episcopi noui abstinere à dandis dimissorijs, seu testimonialibus ad ordines. Ead. Sacr. Congregat. Episcop. *in vna Brixien. 20. Nouembr. 1654.*

34 Est autem aduertendum, quod prædicta regula generalis, vt Capitulum, & sic Vicarius ipsius, non succedat in iurisdictione Episcopali in his, quæ ad Episcopum spectant, non iure communi Ordinario, sed iure delegato, *vt diximus, sup. num. 2* fallit in multis casibus, in quibus Capitulum eamdem iurisdictionem habet, sicut Episcopus habebat licet illa sit specialiter delegata, puta in delegationibus perpetuis, Episcopis factis à Sacr. Conc. Trident. & sac. Canon. vt procedere possint, tanquam Sedis Apost. Delegati; licet enim illa facultas competat Episcopis, iure delegato, tamen competit eis iure communi speciali ex iurisdictione Ordinaria ipsis tributa, in illis casibus, & illa iurisdictio delegata est essentia pars iurisdictionis ordinariæ, cum sit perpetuò annexa dignitati Episcopali, & ideò illa iurisdictio per epiikeiam (nisi con-

trarium

tariam colligatur de mente Sacr. Concilij, aut Pontificis) transit ad Capitulum sede vacante, tanquam ordinaria non delegata, vt inquit Molin. *de iust. tom. 6. tract. 5. disp. 11. num. 8. & 9.* ita Enriq. *in sum. lib. 6. cap. 16. §. 1.* Rodriq. *qu. regul. tom. 1. qu. 61. artic. 9.* Suar. *tom. 4. de poenit. disp. 30. sect. 2. num. 4.* Genuen. *in prax. Archiep. Neap. cap. 65. num. 22. & capit. 85. num. 31.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 7. nu. 41.* Barbos. *lib. 1. de iur. eccles. cap. 32. nu. 71. & 105. 6. 7.* Quibus in locis DD. præcipue exemplificabant prædicta in casu Concilij Tridentini *sess. 24. de refor. ca. 6.* de absolutione à censuris in delictis occultis, de quo late Dian. *d. p. 8. tr. 4. resol. 7.* Riccius *in Prax. tom. 3. resol. 265.*

35 Sed in hac æquiuoca conclusione, ne erretur, seruanda est regula tradita a Garzias *vbi supra num. 48.* aliud enim est, dari à iure iurisdictionem delegatam Episcopo, ità vt procedat auctoritate Apostolica, in casibus specialibus, & particularibus, & tamquam delegatus Sedis Apostolicæ, vt in terminis *Clement. 2. Attendentes de stat. monach.* & Concil. Trident. *sess. 25. de regul. cap. 9.* vbi de iurisdictione monasteriorum exemptorum agitur, & in terminis *cap. irrefragabili de offic. ordin. §. cæterum, & cap. ad abolendum in fin. de hæret. & cap. 1. §. fin. de stat. regul. in 6. & Clement. 1. de suppland. negl. Prælat. & Clement. Quia contingit de religios. domib.* & in hac iurisdictione non succedit Capitulum sede vacante.

36 Et aliud est, dari à Iure, seu Concilio iurisdictionem Episcopo in aliquibus casibus, quam aliàs non habebat, prorogando, & extendendo eius iurisdictionem, & potestatem ordinariam, itaut Episcopus iure proprio, & tamquam ordinarius procedat non tamquam delegatus particularis, & in hac succedit capitulum sede vacante, vt in iurisdictione, quam habet Episcopus ex consuetudine de qua Abb. *in cap. cum olim, qu. 10. de maior. & obed.* Pauin. *1. par. qu. 99. num. 7.* Genuens. *cap. 85. num. 14. in Prax.* Molin *d. disp. 11. num. 10. & in terminis* Conc. Trident. *sess. 14. de ref. cap. 6. de qua* Garz. *ibid. num. 40. & 41.* ita etiam succedit capitulum in iurisdictione Delegata, quando tollitur, & remouetur obstaculum exceptionis *vt in Cle. 1. de testam. & in Clemen. 1. de sepul.* quia tunc reducitur casus ad terminos iuris communis: vt ait Pauin. *vbi sub quæst. 10. num. 4. vbi num. 3.* dat regulam quod quando verba, *auctoritate apostolica*, coniunguntur cum verbis, *concedimus facultatem*, non faciunt iurisdictionem delegatam, sed benè quando iunguntur potestati faciendi, &c.

37 Sunt enim quædam commissiones, quę solum diriguntur ordinarijs; non alijs, vt Gratiæ in forma. *Dignum.* iuxtà constitutionem Pij V. *editam. an. 1602.* & Dispensationes matrimoniales iuxta Concil. Trident. *sess. 13. de refor. c. 2.* & in his de stylo Curiæ neque succedit capitulum, quia sunt delegationes speciales; aliæ sunt quæ fieri solent, non solùm Ordinarijs locorum, sed etiam alijs personis in Dignitate constitutis, vt executiones gratiarum, beneficiorum in forma Gratiosa, aut in forma commissaria; executiones pensionum, & Delegationes causarum, & litium, & in his succedit capitulum eiusque Vicarius, quia sunt delegationes ordinariæ *vt ait.* Garz. *d. p. 5. cap. 2. dub. 4. in addit. ad num. 58.*

38 Rationem disparitatis quare capitulum non succedat in delegationibus Episcopo factis particulariter, assignat Molin. *de iust. tom. 6. tract. 5. disp. 11. num. 8. & 9.* vbi tradit etiam regulam, distinguendo tali modo: Quando aliquid iurisdictionis in perpetuum committitur muneri Episcopali ex delegatione Sedis Apostolicæ, vt ex officio deinceps competat Episc. tunc capitulum in dubio succedit in huiusmodi iurisdictione in perpetuum Episcopali muneri delegata, nisi aliud aliunde legitimè colligatur ex mente delegantis; Quando verò traditur iurisdictio Episcopo, sub Nomine Dignitatis, & consequenter, etiam eius successori, à summo Pontifice delegato ad aliquam peculiarem tantum causam vel negotium, *iuxta text. in c. quoniam abbas de offic. delegat.* tunc iurisdictio ista delegata non transit in capitulum sede vacante; & ita procedit regula ordinaria Doctorum, *de qua sup. nu. 2.* quia supposita perpetuitate delegationis, per quam id, de quo actum fuerit, annectitur in perpetuum Episcopali muneri, non principaliter in vtilitatem Episcopi, eiusque priuilegium, sed in bonum eorum in quo ea iurisdictio taliter delegata exercetur, vel in bonum Aliorum, aut Ecclesiæ, consequitur eamdem iurisdictionem, censendam esse, vt accessorium, imò vt partem totius iurisdictionis Episcopalis in communi, ac proinde, vt talem transituram in Capitulum, in quo sede vacante per viam regulæ transit tota Episcopalis iurisdictio, vt optimè aduertit Molin. *d. nu. 8.* Barbos. *de iur. eccl. lib. 1. d. cap. 32. num. 107.* quem refert, & sequitur Ventriglia *in suis practicis annotationib. vol. 2. annot. 15. §. 1. num. 10.*

SVBSECTIO QVARTA.

De quibusdam differentijs, quæ inueniuntur inter Vicarium Episcopalem, & Vicarium Capitularem.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis debet esse. Doctor, si adsit, alias electio est nulla.*
Vicarius Episcopi potest confirmari à Capitulo, si sit Doctor, aliàs non.
2 *Vicarius Capitularis non potest ad libitum remoueri.*
Vicarius Episcopi ad libitum remouetur.
3 *Vicarius Capitularis non potest esse, nisi vnus.*
4 *Vicarius Capituli non potest fieri cum limitatione.*
5 *Vicarius Capituli debet esse de Gremio Capituli.*
6 *Vicarius Capituli habet totam iurisdictionem absque mandato speciali, etiam in maioribus, & arduis.*
Vicarius vero Episcopi ea, quæ sunt de maioribus sine speciali mandato agere nequit.
7 *Vicarij Capitularis iurisdictio incipit morte naturali, vel ciuili Episcopi.*
8 *Vicarij prædicti iurisdictio durat vsque ad possessionem noui Episcopi.*
9 *Vicarius Capituli absens à Choro lucratur fructus.*
Vicarius Episcopi non lucratur.
10 *Vicarius Capituli saluetum non conuentum petere potest.*
Vicarius Episcopi, non potest.
11 *Vicarius Capitularis exequi non potest commissiones Apostolicas, Vicario Episcopi mortuo directas.*
Vicarius Episcopi potest.
Congregationum Decreta variant aliquando pro temporum diuersitate.
12 *Vicarius Capitularis monasteria erigendi licentiam non potest dare.*
Vicarius Episcopi potest.
13 *Vicarius Capitularis recusari non potest vt suspectus, ex leui causa.*
Vicarius tamen Episcopi recusari potest, etiam ex Episcopi suspicione.
14 *Vicarius Capitularis syndicatum dare compellitur.*
Vicarius Episcopi non.

1 Sicut itaque in multis conueniunt Vicarius Episcopal. & Vicarius Capitularis in exercitio iurisdictionis; sic inter illos multæ constituuntur differentiæ.

Prima est, nam Vicarius Episcopi potest esse quilibet, etiam quod non sit Doctor, (aliquando, maximè quando Episcopus est Iurista,) si aliàs idoneus sit, & alias qualitates habeat ad Vicarium requisitas. Garz. *de benefic. tom. 1. part. 5. capit. 7. numer. 17.* & Sacr. Congregat. Episco. pluries declarauit de quibus *supr. in Monit. general. Episcopor. numer. 8. in fin.* Vicarius verò Capituli debet necessario esse Doctor, si sit in capitulo, aliàs electio esset nulla; imò non potest confirmari Vicarius Episcopi in Vicarium capitularem, si non sit Doctor, vt declarauit Sacr. Congregat. Concil. *supr. cap. 16. de reformat. sess. 24. de qua* Sbroz. *in addit. ad quæst. 55. libr. 1. de offic. vic. numer. 2.* Nauar. *consil. 2. de offic. vic.* Riccius *in Prax. for. eccles. decis. 477. numer. 2. & in collectan. decis. part. 5. collect. 1602.* Barbos. *de episc. part. 3. alleg. 54. numer. 168.* Henriq. *consil. 90.* Garz. *vbi supr. numer. 9. cum seqq.* & Nos supra *hac ead. sect. 4. subsect. 1. numer. 12.*

2 Secunda differentia est, nam Vicarius Episcopi potest ad nutum, & arbitrium eiusdem Episcopi remoueri quandocumque illi placuerit. Gloss. *in Clement. fin. de procur. & in Clement. & si principalis in verb. per electionem*, vbi Abb. *numero 7. de rescript.* notat Sbroz. *lib. 1. quæst. 45. num. 9. & libr. 3. qu. 32. à nu. 1.* Rebuff. *in Prax. de for. Vicar. nu. 192.* Hosticn. *in sum. de offic.*

de offic. Vic. §. *& in quibus vers. sed. numquid*; & Nos *diximus sup. sect. 1. subsect. 2. n. 5.*

Vicarius verò capitularis post electionem legitimè factam, non potest a capitulo remoueri, si fuit electus absque limitatione, sed simpliciter, & eius iurisdictio durabit toto tempore vacationis sedis, vt notat Quarant. *in summ. Bullar. verb. capitulum sede vacante propè finem. vers. circa quam commissionem.* Barb. *d. alleg. 54. nu. 173.* & Nos *dixim. sup. hac eod. sect. 4. subsection. 1. n. 10.* Imò si capitulum voluerit cum causa legitima reuocare Vicarium electum non potest nisi causa à Sacr. Congreg. approbetur, ita Sac. Congreg Episc. *in vna Messanen. 1. Septembr. 1603. & in alia Messinen. 6. Martij 1618.*

3 Tertia differentia est, nam Episcopi Vicarius potest esse non solum vnus, sed plures eligi possunt, *vt notauimus sup. sect. 2. subsect. 5. n. 10.*

Vicarius autem capitularis non potest esse, nisi vnus tantum, nisi esset immemorabilis consuetudo in capitulo plures eligendi, vt notat Quarant. *vbi sup. nu. 3. vers. nonò dubitatur*, vbi ait sic declarasse Sacram Congregat. Quidquid dicat Sbroz. *l. 1. q. 50. n. 7.* de quo vid. Garz. *de benef. p. 5. c. 7. nu. 36. & 37.* & Nos *dixim. sup. ead. sect. 4. subsect. 1. n. 17.*

4 Quarta differentia est, nam Vicarius Episcopi potest eligi ab Episcopo, cum limitatione, & sine limitatione, quia Episcopus potest illi dare maiorem, vel minorem facultatem, prout sibi placuerit.

Vicarius verò capituli non, vt notauimus *sup. eod. sect. 4. subsect. 1. n. 14. cum seqq.*

5 Quinta differentia est, nam Vicarius episcopi potest esse quilibet exterus ad sui ipsius libitum, imo tenetur episcopus exterum eligere vt diximus supra in *Monit. gener. Episc. n. 2. vers. Hinc autem.*

Vicarius vero capituli debet esse de gremio eiusdem, si adsit idoneus, vt notauim. *ib. n. 11.*

6 Sexta differentia est, nam Vicarius episcopi totam iurisdictionem, sine speciali mandato exercere nequit; nam ea, quę sunt de maioribus, & arduis, de quibus actum est supra *sect. 2. subsect. 2. n. 9. & 29.* à Vicario episcopi tractari non possunt, nisi ei specialiter demandentur; quia illa sub generali mandato non veniunt, *c. pen. & fin.* vbi DD. *de offic. Vic. in 6. c. quod translationem de offic. Deleg.* Cardin. *in Clement. 1. n. 19. de offic. Vicar.* Sbroz. *l. 2. q. 6. n. 2.* & Nos *loc. c. n. 1.*

Maiora autem sunt, quæ ad Dignitatem ordinem & iurisdictionem episcopalem spectant, & mandatum exigunt speciale, *cap. nemo, de consecr. dist. 1.* latè Couar. *lib. 3. variar. resolut. cap. 20. num. 3.*

Vicarius verò capituli totam iurisdictionem capitulo competentem habet statim, ac lectus fuerit, etiam in illis casibus, in quibus Vicarius episcopi non habet absq; speciali mandato, esto quod in mandato capituli non exprimatur clausula. *Cum mandato speciali.* vt fieri debet in commissione Vicarij episcopi, Et ratio est, quia cum Sac. Trident. Concilium *sess. 24. c. 16.* arctet capitulum ad eligendum Vicarium, qui totam iurisdictionem exerceat, non videtur necessaria alia specialis commissio Garz. *de benef. p. 5. c. 7. nu. 28.* Dian. *par. 6. tr. 7. res. 41.* maximè quia priuatiuè Vicarius, non cumulatiuè cum capitulo iurisdictionem habet, vt declarauit Sacr. Congregat. Episc. *in vna Hydruntina 1. Octobris 1655. & in alia Neritenen. 17. Septembris eiusd. ann.* & Nos *dixim. sup. hac ead. sect. 4. subsection. 2. num. 8.*

Contrarium tamen tenent Barb. *de episc. p. 3. alleg. 54. numer. 175. circa fin.* Castro Palao *in opere moral. tom. 2. tractat. 13. disput. 2. punct. 29. num. 5.* quorum sententiam amplexa est Rot. Rom. *in vna Mauriacensi pensionis die 25. Iuly 1626. coram Pirouano*, vt obseruat idem Barbos. *de canonic. & dignitat. capit. 42. num. 103.* & Nouarius *in summ. Bullar. tom. 2. tit. de capitul. sede vacant. num. 10.*

7 Septima differentia est, nam Vicarij episcopi iurisdictio finitur morte naturali vel ciuili episcopi, *vt diximus, sup. sect. 2. subsect. 6. n. 9.* per DD. *ibi allegatos.*

Vicarij vero capitularis iurisdictio incipit morte episcopi naturali, vel ciuili, vt habetur in Conc. Trid. *sess. 24. de reform. c. 16.* & Nos *dixim. sup. ead. sect. 4. subsect. 1. à n. 1. cum seq.*

8 Octaua differentia est, nam Vicarius episcopi desinit esse talis, statim ad missa translatione episcopi in concistorio Cardinalium, vt declarauit ex Sac. Congreg. Concil. Trident. *consilio SS. D. N. Vrbani PP. VIII. in sua Constit. edita die 20. Martij 1625. quæ incipit: Nobis nuper*, quam refert. Barbos. *p. 3. de episc. d. alleg. 54. n. 161. in fin.*

Vicarius verò capituli continuat Iurisdictionem capituli vsque ad realem possessionem episcopi, nec sufficit, vt sit electus vel confirmatus, & admissus in concistorio, nisi possessioné capiat, vt notat Pauin. *d. tr. de pot. c. sede vac. 2. p. qu. 10. nu. 9.* Quarant. *in summ. Bull. verb. c. sede vac. n. 13. vers. decimo tertiò dubitatur*, & Nos *dicem. infrà subsect. 6. n. 1. & seq.*

9 Nona differentia est, nam Vicarius episcopi si sit Canonicus capituli non lucratur fructus si horis Canonicis choro non intersit; quia deseruit episcopo, non Ecclesiæ. Rota *decis. 222. nu. 5. p. 2. diuers.* etiam si ab immemorabili tempore seruatum fuerit, vt debeantur, vt decisum refert Garzias, *in addition. ad c. 2. n. 359. cum seq. p. 3. de benefic.* vid. Sbroz. *l. 1. q. 43.*

Vicarius verò capituli si sit canonicus excusatur a residentia, & lucratur fructus, quia Ecclesiæ seruit, & præsens esse censetur. *capit. ad audientiam de cleric non resi.* Ioan. Franc. *in tract. de potest. cap. sede vac. quæst. 10. secundæ partis, col. 2. vers. sed numquid*, Quarant. *eod. verb. cap. sede vac. vers. octauò dubitatur in fine*; Rebuff. *in Praxi. ben. de Vicar. episc. numer. 5.* vbi ait, nisi consuetudo Ecclesiæ illum absentem non excuset, & Barbos *vbi suprà, nu. 165. vers. Qui dum à Choro, & num. 178.* vbi dicit, quod distributiones quotidianas, seclusa consuetudine, statuto, vel priuilegio non lucratur; de quo vid. Garz. *vbi suprà*; *vide quæ diximus sup. subsect. 1. nu. 31.*

10 Decima differentia est nam Vicarius Episcopi non potest salarium non conuentum ab Episcopo petere nisi probatis duobus extremis, nimirum quod Episc solitus esset conducere, & Vicarius locare operas suas, *secundum* Alex. *consilio 109. l. 2. Dec. cons. 192. in fin.* Barbos. *vbi proximè n. 178. vers. & cum fuisset dubitatum.* saltem non potest petere salarium non conuentum a successore Episcopo pro seruitio præstito eius prædecessori. Put. *dec. 43. l. 2.* Flamin. Parif. *de resignat. l. 1. q. 16. nu. 51. de quo nos etiam egimus sup. sect. 2. subsect. 2. n. 21.*

Vicarius verò Capitularis potest petere, quia debet habere salarium sicut quilibet extraneus. Sacr. Congregat. episcop. *in vna Vintimilien. 15. Octobris 1601.* Ad rationem scutorum quatuor pro singulis mensibus. Ead. Congreg. *in vna Casalen. 21. Augusti. 1654.* Non tamen maiora eo, quod habeat Vicarius Episcopi defuncti. Ead. Congrs. *in vna Vintimilien. 15. Ianuarij 1602*, Debet tamen deducere expensas, quas domi facturus esset, tamquam reputatus præsens; propter seruitium Ecclesiæ. Pauin *de pot. c. sed. vac. p. 2. q. 10. nu. 5.* Sbroz *l. 2. qu. 55. n. 7.* Quarant. *vbi sup. vers. septimò dubitatur.* Barb. *dict. nu. 178. in princ.* Barb. *de iur. eccles. l. 1. c. 32. num. 60. vers. Vicarius capitularis, & nos dix. sup. sect. 4. subsect. 1. nu. 30.*

11 Vndecima differentia est, nam Vicarius Episcopi potest exequi litteras Apostolicas directas Vicario suo prædecessori, siuè Episcopo prædecessori Episcopi, qui illum constituit dum viuebat, *vt tradunt DD. adducti à* Sbroz. *l. 3. qu. 49. nu. 1. & seqq.* & Nos *sup. sect. 1. subsect. 6. n. 11.*

Vicarius verò Capitularis non habet talem facultatem illas exequendi, Sac. Conc. Ep. *in vna Messal. 17. Dec. 1577. de quo* Nos *etiam sup. subsect. pręc. n. 29.*

Poterit autem exequi Breuia Benedictionum generalium, vel alia mandata, siue litteras directas episcopo defuncto, vel eius Vicario sub nomine officii, nisi talis potestas eis auferatur, vel limitetur à Sacra Congregat. *vt ead.* Sac. Congr. *in vna Teanen. 26. Ianuarij 1604. & in Neapolitana 10. February eiusdem anni* quas refert Barbos. *de iur. eccles. l. 1. c. 32. n. 60. &* Dian. *p. 5. tr. 14. res. 29.*

Tutius tamen erit, si facultatem exequendi a Sacra Congregatione petierit, quæ facillimè concedit, & hoc ad euitandos scrupulos, cum decreta Congregationum variari soleant, secundum temporum diuersitatem, & pro accidentium varietate, vt notatur *in vna Acerran. 6. Septemb. 1604. & in Acerentina 24. Octobris 1620* in quibus semper concessum fuit Vicario capitulari huiusmodi facultas exequendi Breuia directa episcopo mortuo, siuè eius Vicario

12 Duodecima differentia est, nam Vicarius episcopi potest concedere licentiam erigendi noua monasteria monialium *in vim c. n. 3. sess. 25.* Conc. Trid. *de regular.* cum mandato speciali, *vt notauim. sup. sect. 2. subsect. 2. n. 33.*

Vicarius verò Capitularis minimè potest. Sac. Congregat. episc. 19. *Februarij 1633. de qua* Lezana *Verb. monasterium Regularium num. 3.*

13 Decima tertia differentia est, nam Vicarius episcopi recusari potest, vt suspectus ex suspitione episcopi, quamuis contra Vicarium nulla adsit suspicio. *cap. insinuant.*, *vbi* Abb. *num. 2. de offic. deleg.* Gloss. *in cap. si contra venum verb. Episcopi de offic. deleg. in* . Marant. *de ord. iudic. p. 6. num. 18. cum Aliys addictis per* Barb. *de ep. p. 3. alleg. 54. n. 149.* Sbroz. *l. 4. qu. 14. & 16.* & Nos *dix. sup. subsect. 3. n. 10.*

Vicarius verò Capitularis non potest recusari pro qualibet causa, sed si adsit legitima causa illum recusandi, tunc recurrendum est ad ipsum capitulum, quod potest eligere Arbitros, ad hoc vt cognoscant causas suspicionis, quæ sunt proponendæ eadem modo, quo erant proponendæ coram episcopo, si viueret. Quod si Arbitri iudicauerint causas suspicionis militare, tunc capitulum talem causam à Vicario auferre debet, & alteri committere. Quarant. *in d. Verb. c. sed. vacante num. 5.* Marcell. Vulp. *in Prax. Eccles. c. 25. nu. 19.* Barb. *vbi sup. num. 150. vers. vbi verò in med.*

14 Decima quarta differentia est, nam Vicarius episcopi, post finitum officium Vicariatus, non tenetur stare syndicatui, vt expressis verbis declaratum fuit à Papa Gregorio XIII. in quadam Bulla *ann. 1578. directa Clero, & communitati Tarentinen. de qua* Marcell. Vulp. *in Prax. Ecclesiastica cap. 44. n. 19.* vbi obseruat, quod licet illa Constitutio Tarentina sit particularis, tamen venit extendenda ad omnes, cum sit lex generalis *vnde qua diximus sup. sect. 2. subsect. 6. num. 21. &* Quarant. *inferius citand.*

Vicarius autem capituli, sede vacante, finito officio tenetur stare syndicatui, & reddere rationem suæ administrationis episcopo successori, non capitulo, etiam si reddidisset illam capitulo, & ab eo, vel à Deputatis, seu syndicatoribus ipsius obtinuisset liberationem; iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 16. de reform.* ibi, *rationem exigat.* sic etiam censuit Sac. Congregat. episc. *in vna Carbanensi 13. Ianuarij 1600. & in alia Hydruntina 19. Maij 1621.* Etiam si esset remotus a Sacra Congregatione de eius licentia. *Ead. Congr. in vna Materanea. 10. Iuly 1606.* tradit idem Quarant. *in sum. Bullar. d. verb. c. sed vac. vers. Dubitatur denique num. 14.* vbi asserit contrarium seruari de consuetudine in Vicario Episcopi, contra Paum. *d. tract. de potest. c. sed. vac. 2. p. qu. 8. &* Sbroz. *de off. vicar. l. 5. q. 5.*, qui loquuntur attento iure communi, per quod tenetur etiam Vicarius Episcopi rationem reddere suæ administrationis; sed contrarium seruatur, vt diximus, de consuetudine, secundum dispositionem prædictæ constitut. Gregorianę, & declarationum Sacræ Congregationis. *Idem decit* Alois. Riccius *in Prax. Neap. decis. 485. in prima edition. & resolut. 504. in secunda edition.* Marcell. Vulp. *in Prax. Eccles. c. 44. nu. 19. & nouissimè* Barbos. *de episc. p. 3. Alleg. 54. num. 181. & de iur. eccles. lib. 1. cap. 32. num. 156. versic. Dominus Vicarius capitularis, &* Armendar. *in addition. ad recopilat. legum.* Nauarræ *l. 1. tit. 18. l. 7. de episcopis. n. 99.* vbi ait, posse Episcopum per se rationem administrationis officij gesti à Vicario capituli sede vacante constituto exigere; atque in aliquo delicto compertum reum punire posse, quod etiam obseruant Vgolin. *de offic. episc. c. 2. §. 2. nu. 2. & Idem* Ricci. *in decis. Cur. Arch. Neap. decis. 191. p. 4.*

SVBSECTIO QVINTA.

De Casibus, in quibus Capitulum iurisdictionem habere incipit, et consequenter, Vicarium Capitularem eligere potest.

SVMMARIVM.

1 *Per mortem Vicarij relicti ab Episcopo in remotis degente, succedit Capitulum in iurisdictione.*
2 *In remotis degere, quis dicatur?*
3 *Excommunicatus priuatur iurisdictione.*
4 *Si Vicarius ejceretur à Principe saeculari, Capitulum similiter eligeret.*
5 *Melius faceret, si Sacram Congregat. Episcoporum consuleret.*
6 *Si Episcopus caperetur ab hostibus fidei, similiter Capitulum eligeret Vicarium de iure.*
7 *Si Episcopus transferretur ad aliam Ecclesiam similiter.*
8 *Translatio Episcopi ad aliam Ecclesiam à Papa tantum fieri potest, & quare.*
9 *Per ingressum religionis Episcopi, vel per depositionem, relegationem, vel similem modum, Capitulum succedit.*
10 *Mors ciuilis naturali aequiparatur.*
11 *Per excommunicationem Episcopi similiter.*
12 *Item per mortem Episcopi.*

1 QVodlibet Capitulum Cathedralium, siuè Aliarum Ecclesiarum iura quasi episcopalia habentium iurisdictionem habere incipit, & consequenter ius obtinet creandi, & erigendi Vicarium Capitularem cum plena facultate, iuxta dictam præcedentibus subsectionibus, in pluribus; & diuersis casibus, in quibus vacare, vel quasi, dicitur Ecclesia, quia Capitulum succedit in iurisdictione Episcopali, per vacationem; vel quasi vacationem, Quorum.

Primus est, si episcopus degeret in remotis partibus, siuè ob seruitium Sedis Apostolicæ, vti Nuncius alicuius Regis, vel Principis; siuè ob necessitatem, vel vtilitatem propriæ ecclesiæ, vel ob aliam iustam causam; & Vicarium Generalis ab ipso relictus in episcopatu mortem cum vita commutaret, sine aliqua prouisione eiusdem episcopi; tunc Capitulum eligere potest Vicarium Capitularem cum pleno iure, omnimodaq; iurisdictione æquè ac si episcopus fuisset mortuus, quia longa absentia æquiparatur morti. Cardinal. *in Clement. vnic. quæst. 18. in fin. de offic. vicar.* Bonifac. *in Clement. 1. § volumus, quæst. 5. de foro compétent.* ita tenen: Quarant. *in summ. Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas num. 12.* Prosper. de August. *in addit. ead. eund.* Quarant. *In verb. cap. sede vacante, num. 12. vers. duodecimo, dubitatur in 1. edit.* Hanc opinionem sequuntur. Genuens. *in prax. Archiepiscop. Neapol. cap. 86. num. 11.* Monet. *de commut. vlt. volunt. cap. 5. num. 48.* Giuff. *tom. 2. consil. tit. de elect. consil. 1. num. 4.* Ventriglia. primum Canonicus Capuæ, postea verò episcopus Caietanus, *in 2. tom. practicar. annotat. de cap. sede vac. annot. 15. §. 5. annor. 3.* Eruditissimus; ac mihi non mediocri amicitia iunctus D. Michael Abbas Iustinianus Patritius Ianuensis ex Dominis de Scio *in suis constitution. Iustinianus Ecclesiastices lib. 2. tit. 4. cap. 42. §. 42. litt. S. num. 5. fol. mihi 325* Barbos. *de pot. episc. p. 3. alleg. 52. n. 3.* Dian. *p. 8. tract. 4. resol. 4. vers. sed difficultas est,* & Alij penes ipsos.

2 Se quæritur, quando dicatur quis in remotis esse?

Respondetur, quod in hoc certa regula tradi nō potest, cum diuersimodè iura disponant, vt tradit Gloss. *in c. nihil. est, §. cæterum verb. vltra Italiam de elect.* vbi plures textus allegat: sed veritas est, tunc Episcopum, & quemcunque alium in remotis esse dici, quando in breui eius præsentia haberi non potest. *cap. vnic. §. fin.* vbi Gemin. *ne sed vacant. in 6.* Gloss. *in c. cum nullus, verb. remotis, de temp. ord. eod. lib. & in d. ver. vltra Ital.* Addent. ad Quarant. *In d. ver c. n. 12.* Meroll. *in Theolog. moral. 3. p. disp. 7. cap. 7. num. 6.* & Alij, de quibus *sup. sect. 2. subsect. 1. n. 44.*

3 Secundus casus, in quo capitulo competit ius electionis Vicarij, est si Vicarius ab Episcopo in remotis degente in Episcopatu relictus, excommunicaretur, quia tunc militaret eadem ratio, ac si mortuus esset, cum excommunicatus iurisdictionem exercere nequeat. *argum. cap. decernimus,* vbi DD. *de sent. excom. in 6.* Soccin. *in cap. Sacris n. 235. de sent. excomm.* Sayr. *de censur. l. 2. c. 6. n. 15.* & dicam infra *n. 11.* ita tenet. Idem Iustinian. *vbi sup. n. 7.* quem in hoc libentissimè sequor, ob efficacissimam rationem præfatam.

4 Tertius casus est, si idem Vicarius Episcopi in remotis partibus existentis, à ciuitate, & Prouinciis, ob potentiam alicuius Principis sæcularis, eijceretur: qui etiam tunc haberetur pro mortuo quo ad officium Vicariatus. Bobadill. *in sua Polistica l. 2. cap. 18. a num. 60.* Salgado *de Regia protection. p. 1. cap. 2. nu. 273. cum seqq.* Cened. *canonicar. quæst. i. 1. qu. 45. nu. 24.* Ioseph. Selse. *de inhibit. cap. 8 §. 3. num. 98.* D. Franc. de Amaya. *ad l. 60. num. 40. C. de decurionib. l. 10.* sequitur Barbos. *loc. cit.* & Iustinian. *ibid.*

5 Bene tamen verum est, quod melius esset, si in tali casu haberetur recursus per Capitulum ad Sacr. Congregationem Episcoporum, certiorando illam de huiusmodi vacatione Vicariatus, & ab illam facultatem recipere eligendi Vicarium ad modum prouisionis, donec Episcopum nouum Vicarium

eligeret; *iuxta ea quæ diximus, supr. ead. sect. 4. subsect. 1. numer. 23.*

6 Quartus casus est, si Episcopus efficeretur captiuus ab inimicis Catholicæ fidei, puta à Turcis, Saracenis, Paganis, Hæreticis, Schismaticis, & huiusmodi; quia tunc diceretur mortuus ciuiliter, & in hoc casu mors ciuilis æquiparatur morti naturali. *cap. si Episcopus, ubi* Gloss. *in verb. mortem, & verb. sed. capitalum, & verb. paganis, vers. nota primò. de supplend. neglig. Prælat. in 6.* Rot. *in Burgen.* 10. *Martij* 1597. *coram D. Orano.* notant Riccius *in Prax. for. eccles. par. 1. resol.* 543. Barbos. *de potest. Episc. p. 3. alleg. 52. num. 3.* Dian. *p. 8. tract. 4. resol. 4.* Mareschott. *variar. resol. lib. 2. cap. 15. num.* 38. Iustinian. *ubi sup. num. 2.*

7 Quintus casus est, si Episcopus translatus fuerit ad aliam Ecclesiam, nam tunc post eius propositionem in Sacro Cardinalium, cum summo Pontifice Concistorio factam, etiam ante litterarum Apostolicarum de altera Ecclesia expeditionem; & antequam alterius Ecclesiæ, ad quam translatus fuit, possessionem capiat, capitulum eligere potest Vicarium capitularem, infra octo dies computandos à die scientiæ iuxta formam traditam sacro Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 16.* habetur in constitutione bon. mem. *Vrbani VIII. quæ incipit. Nobis nuper.* Rot. *decis.* 475. *par. 1. recent.* & notatur per DD. quos refert. Ioan. Carol. Antonell. *in lib. inscript. de regimine Ecclesiæ Episc. lib. 4. cap. 7. § 5. n. 52. vers. Item Ecclesia & dictam infr. subsect. 5. n. 3. &* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 22. num.* 32. Dian. *d. p. 8. tr. 4. res.* 33.

8 Hæc autem translatio de una ad aliam Ecclesiam à solo Papa fieri potest. Concil. Constantiense *sess. 39. cap. inter corporalia, & cap. licet in tantam de translation.* Et sine magna necessitate fieri non debet. Conc. *præd. ubi sup.*

Causæ, ob quas fieri potest translatio habentur *in cap. mutationes, cap. scias, & cap. temporis. 7. q. 1.* in Concil. Constantiens. *d. sess. 19. & in Epist. 8. Ioannis VIII. & in Epist. 1. & 10. Pelagij II.*

9 Sextus est casus est, si Episcopus ingrediatur aliquam Religionem, nam tunc post admissionem summi Pontificis ad resignationem Ecclesiæ, capitulum succedit in Iurisdictione Episcopali, & sic eligere potest Vicarium, qui illam administret, sicuti etiam facere potest, si Episcopus episcopatum cum alio permutauerit, resignauerit, vel alio modo ab illius iurisdictione se abdicauerit; vel si ob delictum relegetur, aut deponatur, vel alio simili modo iurisdictione priuetur.

10 Ratio est, quia dicitur mortuus ciuiliter, & mors ciuilis æquiparatur naturali, vt tradit Gloss. *in d. cap. si Episcopus verb. mortem de suppl. negl. præl. in 6. & dictum est supra num. 6.* & eumdem sortitur effectum mors ciuilis prout naturalis Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 5. num. 19.* Sbroz. *lib. 3. de offic. vicar. q.* 42 Barbos. *de pot. episc. alleg. 54. n. 54.* quem refert, & sequitur Iustinian. *ubi sup. num* 4 Vnde in huiusmodi casibus capitulum iurisdictionem administrare debet. *d. cap. si Episcopus, & cap. 2. præd. de supp. negl. præl. in 6.* Galletius. *in Margarita casuum conscientiæ verb. Vicarius antepenult.* vide, quæ dixi *sup. sect. 2 subsect. 6. n. 15. & per tot.*

11 Septimus casus est, si Episcopus excommunicetur maiori excommunicatione, & fuerit publicè denunciatus, nam tunc iurisdictione priuabitur, non solum ipse, per textum *in cap. ad probandum. de re iudic. cap. audiuimus. 24. q. 1.* DD. communiter *in cap. Infirmitatis de rescript.* Suarez *de censur. disput. 13. sect. 2. num. 15.* verum etiam Vicarij Generalis ab eo constituti iurisdictio suspenditur, tamquam accessoria; cum vnum, & idem Tribunal. & consistorium constituant Episcopus. & Vicarius probatur *in tex. cap. 1.* vb Gloss. *verb. ipsius officialis in fin* & Franch. *notab. ult. de offic. vicar. in 6.* Sanchez. *de matrim. lib. 3. disp. 30. num.* 6. Zerol. *in Prax. Episc. par. 1. verb. vicarius. §. 8.* Matant. *in spec. Aur. 4. p. dist. 5. nu.* 75 Barbo. *ubi sup. num.* 146. Sbroz. *de off. vicar. lib. 3. q. 17. à num. 1* & Alij plena manu per ipsos allegati.

12 Octauus, & vltimus casus, quamuis sit principalis & præcipuus, quoad hunc effectum, est, si Episcopus moriatur, nam tunc capitulum intra octo dies, si fuerit in Diœcesi, aut infra eumdem terminum à die scientiæ mortis illius, & vacationis Ecclesiæ, Vicarium capitularem eligere tenetur iuxta formam traditam in Sacr. Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 16.* quia ad capitulum deuoluitur iurisdictio Episcopi per eius mortem siuè sit contentiosa, siuè voluntaria, *tot. voc.* vbi Glos. *de maiorit. & obed.* 146. & latè dix. *sup. subsect. 1. num. 1. cum seqq.* Et Ad summum in omnibus casibus, in quibus finitur iurisdictio Episcopi, eiusque Vicarij, de quibus egimus suprà *sect. 2. subsect. 6. per tot.* incipit iurisdictio capituli Cathedralis, vel alterius Ecclesiæ iura quasi episcopalia habentis; & sic eligere potest Vicarium capitularem, qui iurisdictionem Episcopalem exerceat, iuxta superiùs tradita.

SVBSECTIO SEXTA.

Quomodo finiatur iurisdictio Vicarij Capitularis.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij Capitularis iurisdictio cessat per possessionem noui Episcopi.*

2 *Vacare dicitur Ecclesia vsque ad præsentationem litterarum Apostolicarum Capitulo factam.*

Administratio Episcopatus competit Episcopo, post dictam præsentationem litterarum Capitulo.

3 *Vacat Ecclesia in casu translationis statim admissa in Concistorio translatione.*

4 *Cessat etiam iurisdictio Vicarij per suspensionem, vel interdictum Capituli, aut per priuationem iurisdictionis.*

5 *Cessat eius iurisdictio, etiam si esset electus à Metropolitano, ob negligentiam Capituli.*

6 *Cessat etiam finito tempore præfixo à Capitulo.*

Electus simpliciter, durat toto tempore vacationis sedis.

7 *Vicarius Capitularis electus à Metropolitano, ob negligentiam Capituli potest remoueri ab eodem ad libitum.*

8 *Cessat similiter iurisdictio ipsius, si mittitur à Papa Vicarius Apostolicus.*

9 *Cessat etiam, si remoueatur à Sacra Congregatione, vel vocetur ad Vrbem.*

10 *Vicarius Apostolicus non potest reuocari à Capitulo, non obstante quocumque prætextu.*

1 Visum fuit in præcedenti subsectione, quibus in casibus capitulum iurisdictionem habere incipiat; & consequenter ius obtineat eligendi Vicarium capitularem, qui iurisdictionem episcopalem, ad quam succedit quodlibet capitulum, in casu vacationis sedis, exerceat; in præsenti videndum remanet, qualiter cesset, finiatur, & expiret iurisdictio prædicti Vicarij à capitulo constituti, sede episcopali vacante, altero ex modis ibidem enunciatis ita vt amplius non possit se intromittere dictus Vicarius in his, quæ iurisdictionis episcopalis sunt, vt prius poterat; statim ac sedes episcopalis cessat esse vacans. Vacare autem tunc desinit, quando episcopus adeptus est possessionem episcopatus vt notat Pauin. *de pot. capit. sede vac. par. 2. q. 10. numer.* 19. Marcell. Vlp. *in Prax. eccles. capit. 44. numer.* 3a Nec sufficit, quod episcopus si electus; quia episcopus nominatus non potest Vicarium constituere in Ecclesia, in qua nominatus est, & illum illuc mittere, sed prius oportet, vt capiat possessionem episcopatus, & ostendat Bullas capitulo & Clero more solito. Quarant. *in summ. Bullar. verb. capitulum sede vacante, num.* 13. Aliàs prædictus Vicarius capitularis continuabit exercitium iurisdictionis.

2 Ratio conclusionis est, quia sedes episcopalis intelligitur semper vacare, vsquequò litteræ Apostolicæ Prælati nouiter prouisi de illa Ecclesia, cuius sedes vacabat, non fuerint præsentatæ capitulo; vt habetur *in text. Extrauag. Iniunctæ de election.* vt notant in Rebuff. *in Prax. benef. tit. de Simon. in resignat. n.* 11. Henriq. *consil. 29. num.* 4. Aloil. Ricci. *in Prax. fori eccles. decis. 376. in prim. edit. & resol. 500. in secunda edit.* Marcel. Vulp. *in Prax. eccles. cap. 43. num. ultim.* Barbos. *de iur. eccles. lib. 1. cap. 32. num. 136. vers. dicetur autem; & de pot. episc. p. 3. alleg. 54. n.* 160 Nam episcopus nouiter prouisus de aliquo episcopatu, non potest illum administrare, nisi litteris expeditis in Curia Romana, & ostensis capitulo, vt notant etiam Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 4. cap. 29. qu. 9 vers. cæterum*; Flam. Paril. *de resignat. lib. 8. q. 5. nu.* 33. Gratian. *discept. forens. cap.* 27. & Gonzal. *ad regul. 8. Canc. gloss. 35. § 2. n.* 88.

3 Quo verò ad vacationem Ecclesiæ vt possit capitulum habere iurisdictionem episcopalem, quando Prælatus transfertur ab vno ad alium episcopatum: licet ad illum episcopatum, ad quem transfertur, nullum habeat ius, quoad Vicarij constitutionem, quia illum facere non potest, vt diximus, ante actualem, & realem possessionem; tamen quantum pertinet ad episcopatum, à quo transfertur, idest quem dimittit, aliter se res habet: nam statim ac admissa fuerit in consistorio Romani Pontificis eius traslatio, cessat eius iurisdictio & ex eo tempore dicitur vacare Ecclesia, quo ab illius vinculo absoluitur. Vnde statim ac capitulum huiusmodi notitiam habuerit ex testimonio, seù documento D. Secretarij Sacri Collegij, vel alio modo ad eius aures deueniat illius translatio, & admissio, poterit ill indicere, vt abstineat a iurisdictionis ordinariæ exercitio; & illicò potest ea iurisdictione vti, sedem vacantem publicare, & officialem seù Vicarium Generalem ad præscriptum Sacr. Conc. Tridem. *sess. 24. de ref. cap.* 16. constituere, & eligere seruantis seruandis; *vt habetur in const. quæ incipit, Nobis nuper SS D. N. Vrbani Papa VIII. edit. die* 20. *Martij* 1625. Hoc incidenter, sed suo loco vberius, *sup. subsect.* 5. *n.* 7.

4 Finitur similiter Vicarij Capitularis iurisdictio, si fortè capitulum, sede vacante, ex aliqua iusta causa, suspensionis censuram incurrat, vel ecclesiastico interdicto irretiatur, & iurisdictionis vsu priuetur, quia tunc Vicarius capituli iurisdictionem exercere non posset, *vt notat* Suarez, *de censur. disp.* 7. *sect.* 3. *n.* 13. licet contrarium teneat Vgolin. *in tract. de censur. tab.* 1. *cap.* 4. §. 2. nam iurisdictio, & officium Vicarij capitularis, cuiusque vis, & potestas dependet, & originem trahit ab ipso capitulo; vnde suspenso capitulo, erit etiam suspensus eius Vicarius, vt notat Quarant. *d. verb. ca. sed vac. num.* 13. *versic. Idem erit.*

5 Sed quæritur, quid si Vicarius fuerit electus à Metropolitano, ob negligentiam capituli, non ab ipso capitulo, vt disponitur à Sac. Conc. Trid. *vbi sup. d. cap.* 16 an etiam hoc casu, suspenso capitulo, erit suspensus Vicarius?

Respondetur affirmatiuè, cum Suar. *vbi sup. d. sect.* 3. *num.* 13. quia negligentia capituli facit solum, vt deuoluatur à Metropolitanum facultas eligendi Vicarium, non verò vt ad ipsum deuoluatur iurisdictio capituli; alias ipse auctoritate ordinaria excommunicare, & absoluere posset, & alia omnia facere, quæ Episcopus posset; quod non procedit; sed per Concilium Tridentinum, vbi suprà non deuoluitur ad ipsum, nisi ius deputandi, seù constituendi Vicarium, nomine capituli, & huiusmodi Vicarium taliter constitutus habet iurisdictionem, non ab ipso Metropolitano, sed pendentem à iurisdictione, quæ residet in ipso capitulo; nam Tridentinum Concilium noluit, iurisdictionem capituli, ob eius negligentiam non deputandi Vicarium intra octo dies, in Metropolitanum deuolui; sed tantum modò intendit compellere capitulum, & obligare ex quadam præcisa necessitate ad nominandum Vicarium, intra terminum octo dierum præfixum; ergo Vicarius constitutus à Metropolitano adhuc incurreret censuras capituli; hoc est cessaret eius iurisdictio, si illa à capitulo interdiceretur.

6 Est etiam aduertendum, quod cessat Vicarij capitularis iurisdictio statim ac finitur terminus præfixus à capitulo, si ad tempus determinatum, puta ad annum, vel sex menses fuit deputatus, vt notat Quarant. *de verb. capitulum sede vacante in sum. Bullar. num.* 13. licet autem possit ad tempus constitui, vt iurisdictionem exerceat, vt declarauit Sac. Congregatio Concilij de qua Garz. *de benef. to.* 1. *p.* 5. *in addition. ad capit.* 7. *num* 3. meliùs tamen faciet capitulum, si absolutè eliget, absque præfisione temporis Sacra Congregatio Episcoporum. 29. *Octobris* 1587. Et eo casu durabit eius iurisdictio toto tempore vacationis sedis Episcopalis. Barbos. *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 54. *num.* 173. & Nos *diximus sup. subsect.* 1. *num.* 10. *in fin.*

7 Aduertendum quoque est, quod si Vicarius capitularis fuerit deputatus à Metropolitano in sede vacante, in vim *dicti cap.* 16. *de ref. sess.* 24. Concil. Trident. quando capitulum, ad quod spectabat electio, illum non deputauit intra tempus à Concilio præscriptum, potest dictus Vicarius amoueri ad nutum ipsius Metropolitani; vt declarauit Sacra Congregatio Concilij in Liman. 29. *Septembris* 1613. de qua Solorzan. *tom.* 2. *de iure Indiciarum libr.* 3. *capitol.* 13. *num.* 65. & Barbos. *de Canon. & Dignit. capitol.* 43. *num.* 48.

8 Tandem est aduertendum, quod vt plurimum terminatur Vicarij capitularis iurisdictio, cum mittitur Vicarius Apostolicus à Papa, vel Sacra Congregatione Episcoporum quod fit si Ecclesia diù vacauerit: vt censuit, ead. Congreg. *in vna Aleriana.* 28. *Iuny* 1649.

Præsertim si adsint inconuenientia in administranda iustitia ead. Congr. *in vna Vgentina.* 17. *Septemb.* 1655.

9 Similiter cessat iurisdictio Vicarij prædicti si remoueatur à Sacra Congregatione; vel vocetur ad vrbem pro iustificandis rebus, de quibus fuit inculpatus. Ead. Congreg. *in vna Spoletana* 13. *Nouemb* 1600. *& Asten.* 30. *Septemb.* 1650. *& in alia Monopolitana.* 2. *May* 1653.

10 Tandem est aduertendum hic, quod quomodocumque Vicarius capitularis remoueatur à Sacra Congregatione, & mittatur Aliquis alius eius loco cum auctoritate Apostolica, nullo modo poterit capitulum illum recusare, non obstante quod exceptiones, aut causas aliquas habere prætendat, vel reuera cum effectu habeat; sed huiusmodi Vicarium à Sacra Congregatione missum omninò acceptare tenetur; & interim exceptiones, ac prætensiones, quas habere prætendit idem Sacræ Congregationi proponat, & ab ea resolutionem expectet.

Neque ante ipsam, ad electionem alterius Vicarii deuenire licet, quocumque prætextu non obstante, ità declarauit Sacr. Episcop. Congr. *in vna Alerianen.* 10. *Maij* 1655. existente ibidem Vicario Apostolico Illustris D. Abb. Michaele Iustiniano, qui in suis *constitutionib. ecclesiast. lib.* 2. *tit.* 4. *cap.* 42. §. 42. *litt.* 5. *num.* 35. litteras Sacræ Congreg. sic declarantis, penes se habere testatur.

FORMVLA.

Creandi Vicarium Capitularem.

NOs Canonici, & Capitulum Cathedralis N. sede vacante per obitum bonæ memoriæ N. Episcopi &c. Reuerendo N. salutem in Domino sempiternam. Cum ex Sacrorum Canonum dispositione, Ecclesiarum Cathedralium capitula in deficientium Episcoporum (præsertim si ex humanis exitus contigerit) locum subrogentur, eisque in spiritualibus, & temporalibus succedant: eorum munus esse viduatis Ecclesiis ità consulere, vt ministrorum solertia, & diligentia viduitatis incommoda minimè sentiantur. Nè igitur supradicta Ecclesia nostri culpa aliquid detrimenti in spiritualibus, & temporalibus patiatur, Nos dictis Sacris Canonibus, & Conc. Trid. Decretis obtemperare volentes, vocatis omnibus, & singulis Canonicis infrà tempus à dicto Conc. statutum, ad Vicarium, qui vices nostras substinere debeat deputandum, congregatisq; ijs, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt interesse, habitisq; interessentium votis, de consensu, & voto eiusdem capituli, te Reuerendum N. de cuius probitate, scientia, & sufficientia, confisi, generalem in spiritualibus, & temporalibus. Vicarium nostrum in prædicta Ecclesia Cathedrali. Ciuitate, & Diœcesi, tenore præsentium deputamus, creamus, & constituimus (per menses sex...) vel (Episcopali sede vacante) cum omnibus, et singulis facultatibus, priuilegijs, & honoribus, oneribus præeminentijs, & prærogatiuis, ad huiusmodi munus exercendum necessarijs, & opportunis. Dantes tibi plenam, & liberam potestatem, omnia, & singula exercendi, quæ capitulo sed. vacante in vtroque foro à iure permittuntur, & deinde causas omnes tam ciuiles, quam criminales, & mixtas, etiam hæresis, & matrimoniales audiendi, prouidendi, & decidendi, cum facultatibus excommunicandi, & censuras proferendi, cum voto tamen ordinariorum consultorum nostræ curiæ in sententiando, & proferendo ad actus, quorum grauamen per appellationem à diffinitiua reparari non potest, nec non ea omnia faciendi, quæ nos facere, & mandare possumus, etiam si speciale mandatum requirant. Reseruantes nobis collationem beneficiorum; eorumq; institutione ad capitulum spectantem, deputationem examinatorum, officialium, actuariorum, & ministrorum Curiæ, regimen Seminarij, facultatem cognoscendi de causis suspicionum, & denegata iustitia, constitutis (seruatis de iure seruandis) alteri delegandi. Volumus autem, vt concedere licentiam ordinandi etiam ad primam tonsuram (in casibus à Sacro Concilio Trid. capitulo permissis) & prouidere de prædicatori-

bus in aduentu, & quadragesima; ac dispensare in foro exteriori, etiam quò ad temporum interstitia, casus reseruatos de nouo facere non possis absque expresso nostro consensu particulariter habito. Nec approbare confessores, ordinandos, & ad beneficia obtinenda, nisi præuio examine ab examinatoribus deputatis, quorum approbationes per Secretarium annotentur in libro. In casu verò infirmitatis, vel absentia substituere non possis vel causas delegare, sed in his casibus prouisio ad Nos spectare debeat. Præcipimus itaque vniuerso Clerò huius Ciuitatis, & Diœcesis, alijsque huius Ecclesiæ iurisdictioni subiectis quatenus te in Vicarium, officialemque nostrum generalem recipiant, tibique in omnibus præmissis pareant, & obediant. Dantes tibi vices, & voces nostras &c. Contradictores, & inobedientes pœnis, & censuris Ecclesiasticis, compescendi, & etiā Vicarium te deputamus, cum solutione salarij, per eum, cui incumbit, faciendu. In quorum fidem præsentem scribi iussimus per Notarium nostræ Curiæ, & manu propria subscripsimus. Datum in nostro Capitulo Cathedralis Ecclesiæ N. Die .... Anno.....

SVBSECTIO QVINTA.

De Vicario Capituli Collegiatæ Nullius Diœcesis.

SVMMARIVM.

1 *Collegiata Ecclesia, quæ sit.*
Collegiata dupliciter accipitur.
2 *Quæ disponuntur in capitulis Cathedralium locum habet in capitulis Collegiatarum.*
3 *Collegiata capitulum tenetur Vicarium capitularem eligere, vacante sede sui Prælati.*
Vicarius collegiatæ succedit in iurisdictione sui Prælati sicut Vicarius Cathedralis, & num. 5
4 *Collegiata Cathedrali subiecta potest eligere Vicarium Foraneum, si sit talis consuetudo.*
5 *Vicarius capitularis Collegiatæ potest esse non Doctor.*
6 *Compellere potest capitulum ad tenendum lectorem Theologiæ.*
7 *Prohibere potest, ne canonicus subdiaconus habeat vocem in capitulo.*
8 *Collegiata fit à tribus canonicis.*
Duo congregationem faciunt.
Decem homines plebem.
Quindecim Turbam.
Decem caci gregem.
9 *Collegiata secundi generis præcedit omnibus Ecclesiis simplicibus.*
10 *Collegiata debet habere congruam dotem,*
11 *Collegiata non potest fieri ab Episcopo.*
Contrarium tenent quidam Doctores.
12 *Canonici collegiatæ tenentur ad residentiam.*
Et ad missam quotidianam.
Et ad chorum, vt lucrentur fructus.
13 *Collegiata insignis præcedit alias non insignibus etiam antiquioribus.*
14 *Collegiata exempta subiicitur Episcopo, quoad visitationem tantum.*
15 *Dispositio Conc. Tridentini super modo procedendi in cathedralibus cum adiunctis habet locum etiam in collegiatis.*
16 *Præcedentia inter canonicos collegiatæ quomodo seruanda.*
17 *Præcedentia inter canonicos, & Regulares quomodo procedat.*
18 *Præcedentia inter canonicos, & Parochos in associandis cadaueribus mortuorum, quæ.*
19 *Præcedentia inter canonicos, & Alios in Synodalibus functionibus, & processionibus quibus danda.*
Pro canonicis est, etiam si priùs non habebant.
Etiam si in erectione collegiatæ, sit clausula: sine præiudicio.
20 *Canonici collegiatæ quomodo Thurificandi.*
21 *Professio fidei an facienda à canonicis collegiatæ, sicut à canonicis cathedralis.*
22 *Capitulum simpliciter nominatum in dubio intelligitur de capitulo cathedrali, non collegiatæ.*
Sicut cum dicitur Ecclesia, intelligitur de cathedrali.
23 *Vicarius collegiatæ non potest monitoria excommunicationis concedere pro rebus deperditis.*

1 SVnt Ecclesiæ quædam, quæ capitulum cum Dignitatibus, & Canonicis habent, & nullius Diœcesis nuncupantur quæ quidem sub nomine collegiatarum veniunt, Collegiatæ etenim Ecclesiæ in duplici sunt differentia, ac in duas diuiduntur species, seu classes: Aliæ enim sunt subiectæ Ecclesiæ Cathedrali, in cuius Diœcesis sitæ inueniuntur; Aliæ verò sunt collegiatæ, quæ inueniuntur quidem intra fines alicuius Diœcesis, non tamen subiectæ sunt cathedrali, neque Episcopo illius Diœcesis, in qua sitæ sunt, sed exercent iurisdictionem particularem ex se ipsis independenter ab Episcopo, & subiiciuntur immediatè suo proprio Prælato, postea Sanctæ Sedi Apostolicæ, siue Alteri ordinario, vel Metropolitano, ex priuilegio particulari, & istæ dicuntur *Nullius Diœcesis* vti sunt in Apulia ecclesia Archipresbyteralis Ciuitatis Altamuræ Cirignolæ, Putignani, Prioratus Barii in Calabria Abbatia Mileti, & Aliæ quam plures in Regno Neapolis, & in aliis Prouinciis. Ambę autem faciunt Capitulum constitutum ex Dignitatibus, & Canonicis præbendatis, sicut Capitulum Cathedralis, & de istis loquimur hic.

2 Aduertendum est itaque quod ea, quæ disponuntur in Cathedralibus, locum obtinent in collegiatis, vt habetur in Sacr. Concil. Trident. *sess. 22. de reform. capitul.* 4. de præbendis, Dignitatibus, Personatibus, canonicatibus, officiis, portionibus, &c. in quibus præcipit, omnes, qui aliquam ex prędictis dignitatibus obtinuerint, cui sit annexus aliquis ordo sacer, debere intra annum, illum suscipere, nisi adsit impedimentum legitimum. Nec non per se ipsos illud munus exercere, sub pœnis ibi contentis.

Similia etiam habetur dispositio Concilij Trident. *sess. 25. de reform. cap.* 7. vbi disponitur, quod in ecclesiis cathedralibus, non admittatur accessus, & regressus beneficiorum, & hæc quoque locum habet in collegiatis, et alibi pluries. Ideò omnia ea, quæ diximus *sect. 4. praced. per tot.* de Vicario capitulari Cathedralis locum habent in Vicario capitulari collegiatarum.

3 Quapropter capitula collegiatarum secundæ speciei, quæ nullius Diœcesis sunt, vacante sede suorum Prælatorum, cuiuscumque nominis sint, qui ordinariam, & quasi episcopalem iurisdictionem habent, debent eligere Vicarium capitularem, eodem modo, & eisdem legibus capitulis cathedralium præscriptis à Sacro Concil. Trident. *sess. 24. de reform. capit.* 16. de quibus diximus *sup. subsect. 1. à numer. 1. cum seqq.* cum, & ipsarum quodlibet capitulum succedat in iurisdictione sui Prælati, sicut capitulum cathedralis succedit in illo loco sui episcopi; ideò debet Vicarium creare intra octo dies, cum aliis conditionibus ibi enumeratis, & examinatis, nam vt diximus, de pari ambulant in hoc propter identitatem rationis, cum quadam tamen diuersitate; nam Vicarius capitularis cathedralis necessariò debet esse Doctor, si adsit, alioquin electio esset nulla: Vicarius autem capitularis collegiatæ Nullius, de qua sermo noster est, potest esse vnus, qui non sit Doctor.

4 Aliæ verò collegiatæ primæ classis nullam habent iurisdictionem, & consequenter vicarium eligere non possunt, sed electio ipsius sede vacante spectat ad capitulum cathedralis, non illius collegiatæ cathedrali subiectæ, vt declarauit Sacr. Congreg. episc. 1647. 13. *Septemb. & mox dicemus num. 5.*

Potest tamen huiusmodi collegiata cathedrali subiecta eligere vicarium Foraneum in illo loco, vbi est collegiata, si sit talis consuetudo, qui postea erit confirmandus à vicario capitulari cathedralis, alias non, ità declarauit etiam Sacr. Congreg. episc. *in vna Brundusina 16. Ianuarii* 1604. & 10. *Ianuarii* 1605.

5 Vicarius, inquam, collegiatæ prædictæ nullius non debet necessariò esse Doctor, aut licentiatus in iure canonico, nec de eo loquitur Sacr. Trident. Concilium *d. capitul.* 16. vt Sacr. Congregat. Cardinalium Trident. Concil. Interpetrum declarauit, *sup. dicto capit.* 16. *ann.* 1585. 12. *Septembris*, vbi fuit dubitatum, an extendatur *dictum capit.* 16. ad ecclesiam collegiatam, defunctio eius Prælato, qui ordinariam iurisdictionem.

nem, & omnia iura episcopalia habebat & Congr. censuit negatiuè, vt refert Garz. *de benef. tom. 1. par. 5. capit. 7. n. 20.* Ratio est, quia si non est necesse, vt hic Prælatus mortuus sit Doctor, ergo nec etiam Vicarius; vt considerauit Sac. Congreg. *ibid.* & notat Sbroz. *in addition. ad qu. 36 l. 5.* Aloil. Ricc. *in collectan. decis. p. 5. collectan. 1602.* Ragus. *de vocecanonic. in Ecclesia, qu. 37. num. 6.* In alijs autem capitulum collegiatæ sede vacante succedit in iurisdictione sui Prælati, sicut capitulum cathedralis in iurisdictione Episcopi, etiam quoad ius visitandi, vt censuit Rota *in Burgen. iurisdictionis 22. Iunij 1611.* apud Farinac. *p. 1. recent. decis. 346. nu. 5.* notat. Barbol. *de potest. Episc. par. 3. allegat. 73. n. 27. vers. sicut.*

6 Sed sunt notanda quædam singularia quoad materiam collegiatarum; & Primò quod Vicarius capitularis collegiatæ, potest compellere capitulum ad tenendum vnum Lectorem Theologiæ, quia sic disponitur in Concil. Mogunt. in 4. *capit. 67.*

7 Similiter idem Vicarius non debet permittere, vt canonicus collegiatæ, qui non est subdiaconus, habeat vocem in capitulo, quia hoc esset contra dispositionem Concilij Tridentini *sess. 22. de ref. cap. 4.* in quo prohibetur per hæc verba; *Quicumque in cathedrali, vel collegiata, secularis, vel regularis Ecclesia diuinis mancipatus officijs in subdiaconatus ordine, saltem constitutus non sit, vocem in huiusmodi Ecclesijs in capitulo non habeat, etiam si hoc sibi ab Alijs liberè, atrit concessum, &c.*

8 Est aduertendum similiter, quod collegiatam faciunt, etiam duo, vel tres canonici, ad minus, vt ait Gl. *in l. fin. in c. cum sicut de consecrat. eccles. vel altar.* quia iste numerus trium canonicorum sufficiens est ad constituendum capitulum collegiatæ, vt tradit Felin. *in c. accedentibus numer. 1. vers. & nota de praescr.* Roman. *cons. 436. numer. 6.* Specul. *libr. 3. tit. de notorijs criminib. particul. 1. §. 0. iam de notorio, vers. quidam tamen n. 6.* Lambertin. *de Iurepatr. pa. 1. l. 2. q. 5. in princ. num. 3.* Caualer. *decis. 649. n. 6* Ro. *in Asculana Plebania coram D. Merlin.* de qua Barb. *de iur. eccles. l. 2. c. 6. n. 8.* tres enim constituunt collegium, *lib. Neratius, ff. de verb. signific.* Duo faciunt Congreg. *cap. 1. de elect.* vbi gloss. Decem homines faciunt Plebem, *c. in eo, 10. q. 3. §. eodem verb. mancipia.* Quindecim faciunt Turbam, *l. Prætor ait, §. 1. ff. de vi bon. rapt.* Decem oues, vel quinque Porci faciunt gregem, *l. 1. oues, ff. de abig.*

9 Quia vero Ecclesiæ collegiatæ secundi generis sunt secundæ post Cathedrales, vt habetur in Concil. Colon. *2. part. 3. cap. 2.* & spirant institutum primitiuæ Ecclesiæ. Concil. *præd. ibid. cap. 4.* & magnam habent præeminentiam: possunt in publicis processionibus deferre propriam crucem, etiam præsente capitulo cathedralis, dummodo dignior locus relinquatur cathedrali, vt censuit Sacra Rituum Congregatio *in vna Auximana 24. Augusti 1602.* & præcedunt omnibus alijs simplicibus, vel his quæ tantum Parochiales sunt. eadem. Sac. Rit. Congr. *in Nolana 10. Iuly 1602. & Senogallien. 23. Martij. 1619.* etiam illis cederet locum, antequam in collegiatam erigeretur ead. Congr. *in Terracinen. Sonnino 24. Februarij 1605.* notat Sell. *in selectis. Canonicis. c. 24. n. 32.*

10 Ideo ad seruandum decorem, collegiatę habere debent congruam dotem, quæ tanta esse debet, vt sufficiat Canonicis in illa seruientibus, secundum quantitatem, & numerum collegiatorum. Abbat. *in d. c. cum sicut de consec. eccl. vel altar. nu. 5.* vbi etiam Gloss. *1. & Gloss. in c. 1. verb. necessitatem in fin. 21. q. 1. ad textum. in cap. placuit 1. q. 2. ca. nemo, 2. de consecr. dist. 1. Authent. vt nulli fabr. oracor. dom. col. 5. & ibi* Bart. Lambertin. *de iurepatr. l. 1. p. 1. q. 5. art. 21. n. 5. versic. Dominus Paulus de Citad. & num. 14.* vbi subdit quod est etiam habenda ratio, vt Canonici Collegiatæ possint hospitalitatem seruare & iura Episcopalia soluere, & visitantes procurare, vt notat Gloss. *fin. in d. c. cum sicut de cons. eccl. vel altar.*

11 Sed quæritur hic, an Episcopus possit Ecclesiam aliquam in Collegiatam erigere.

Respondetur negatiuè, cum Rebuff. *in Prax. Benef. p. 1. tit. de erect. in collegiatam,* Riccius *in decis. cur. Archiepisc. Neapol. p. 3. decis. 66.* Azor. *instit. mor. par. 2. l. 5. num. 112. & Alij relati à* Barbos. *d. lib. 2. de iur. eccles. ca. 6. num. 1. vers. Ego tamen.* Filiuc. *de benef. c. 3. n. 112.* Rot. apud. Paul. de Rubeis. *decis. 99. num. 9. tom. 3. diuers. alias. par. 3. recent. & eiusdem* Sac. Congr. Concil. *in vna Conuersan. 27. Iunij 1629.* de qua Lotter. *de re beneficiar. l. 1. quæst. 14. num. 49. & declarauit similiter* Sacr. Congr. Episc. non posse Collegiatam erigi, nisi à solo summo Pontifice. *in vna Tropien. 22. Iuly. 1682. & in alia Bouanen. 17. Octobris. eiusdem anni. & in alia Messanen. 4. Iunij 1682. & in alia. Aurien. 23. May. 1614.* Quod est adeo verum, vt erectio facta ab Episcopo, etiam cum reseruatione beneplaciti Apostolici, nulla sit, ante quã obtineatur, non obstante appellatione, vel inhibitione Rotali, ita Ead. Sacr. Congr. Episc. 1612. *in vna Nocerinen. 16. Martij. & 2. May 1612. & in alia Mindonien. 27. Nouembris 1654 & in alia Syracusana. 30. Aprilis 1655.* Idonec stantibus declarationibus prædictis, non sunt audiendi Doctores, licet alias magnæ auctoritatis, qui tenent, Episcopum posse erigere Parochialem Ecclesiam in Collegiatam, *per text. in c. quibusdam de vit. & honest. Cleric.* & ibi Abb. *antiq. n. 1. &* Ioan. Andr. *n. 3.* Butr. *n. 2. in fin.* Abb. Panorm. *n. 1. & 6.* Imol. *n. 1. vbi testatur de communi, quae aliquando sequuta fuit* Rot. *in Regien. vnionis 12. May 1625. coram* D. *Coccino. &* Garz. *de benef. p. 12. c. 5. n. 4. & fin.*

12 Quæritur secundo, an Canonici Collegiatæ teneantur ad residentiam?

Respondetur affirmatiuè, si redditus non sint omnis tenui, declarauit Sac. Congreg. Episc. *in vna Albanen. 9. Ianuarij. 1602. & in alia Anagnina. 17. Decembris. eiusdem anni. & in alia 26. Iunij. 1603.*

Imò tenentur ad cantandam singulis diebus missam conuentualem & ad Chorum, si Clerus sit numerosus Ead. Sacr. Congr. *in vna Liueren. 14. Ianuar. 1603.* & si quis in Collegiata voluerit recipere fructus præbendæ, debet interesse horis diuinis in Choro, alioqui distributiones non lucratur. *c. vnic. de cler. non. resid. in 6.* Rebuff. *in concord. tit. de collationib. § Volumus. verb. collegiatis.*

13 Quæritur tertio, an Collegiata nuper erecta præcedat alijs Ecclesijs?

Respondetur cum distinctione; aut enim est simplex collegiata, & tunc non habet præcedentiam super alias. Sac. Coog. Ep. *in vna Nolana 29. May 1661. pro collegiata Terra Summa seu Vesuuij.*

Aut est collegiata insignis, & tunc ab eius erectione præcedit alijs Collegiatis, non insignibus, quamuis antiquioribus, vt censuit Sac. Rituum Congreg. *Firmana. 24. May. 1612.* notat Aldan. *in compend. canon. resol. l. 1. tit. 7.* quamuis erectio facta fuerit cum clausula sine præiudicio alterius. ead. Sac. Congr. Rit. *in Nolana 20. Aprilis 1602. & in nullius seu Firmana 24. Martij 1602.* quarum meminit Sellius *vbi supra in select. can. c. 24. n. 33.*

Insignis autem dicitur illa, cui à summo Pontifice tale priuilegium conceditur, vt ita vocetur; alias remanet in terminis iuris communis. In quo non conueniunt Doctores, ad declarandum; quæ nam dicatur collegiata insignis; Card. *Mant. decis. 175 n. 1.* ait non posse dici insignem ex num. Canonicorum exiguo, modicis redditibus. & qualitate seruit subditque hoc esse arbitrarium per DD *in cap. statutum de rescript. in 6.* & Alberic. *in Diction. verb. insignis, &* Menoch. *de arbitr. cas. 580. num. 4.* Potest fieri diiudicatio insignitatis ex qualitate loci, vt censuit Sacra Rit. Congreg. *in vna Collegiata Ecclesia Sancti Pauli Ciuitatis Nouæ Firmana Diœcesis* penes Barb. *vbi sup. nu. 15.* vbi habetur, quod ad instantiam D. Ludouici Centofiureni, declarauit dicta Congregatio, prædictam collegiatam dici insignem, eò quod oppidum, in quo sita erat, poterat dici insigne ex numero quatuor mille habitatorum hoc est focularioruni 820. quatuor monasteriorum Regularium, & vnius Sanctimonialium ibi existentium, ex copia Peritorum & Nobilium, refert Ioan. Anton. Massobr. *in tr. synod. Episc. c. 4. dub. 14. n. 9. & seq.* De loco insigni, quis dicatur vid. Nauar. *consil. 8.*

14 Quæritur quarto, an Collegiata exempta subijciatur Episcopo, quoad visitationem?

Respondetur affirmatiuè secundum dispositionem Sac. Concil. Trid. *sess 6. de reform. c. 4. & sess. 25. de refor. cap. 6.* Quando verò Episcopus potest visitare Ecclesiam Collegiatam, tunc potest visitandi facultatem subdelegare, sed opus est subdelegatione speciali: vt declarauit Sac. Congr. Conc. *in Lucana 1. Februarij 1631. penes* Sell. *vbi sup. n. 33.*

15 Quæritur quinto, an dispositio *dict. c. 6.* Conc. Trid. vbi disponitur, quo ad visitationem Episcopi, & de modo procedendi cum canonicis adiunctis, & alijs, habeat locum in collegiatis exemptis?

Et respondetur affirmatiuè, vt censuit Rota apud Farinac. *decis. 709. num. 3. & decis. 715. num. 2. in 1. collectan.* limitatur autem prædicta conclusio, vt non habeat locum in collegiata erecta in Cathedralem, quæ prius non erat exempta, nam ista non comprehenditur sub dicto decreto Conc. *cap. 6. de ref. sess. 25.* ita declarauit Sac. Congreg. Conc. penes Armend. *in addit. ad recopilat. leg. Nauar. l. 1. tit. 19. l. 7. de episc. n. 80.* notat Barbos. *de off. & p. ... alleg. 72. n. 4. in fin.*

19 Quæritur sexto, quomodo gerere se debeat Vicarius capitularis Collegiatæ in causis præcedentiæ inter canonicos?

Respondetur, seruare faciet, vt canonici ecclesiæ collegiatæ antiquiores tempore, licet non sint ordine presbyteri, præferantur Canonicis presbyteris iunioribus, vbi viget talis consuetudo, & vbi Præbendæ non sunt distinctæ, ita censuit Sacr. Rit. Congregat. *in vna Vrbis Sanctæ Mariæ Rotundæ 16. Decembris* 1606. *& in alia Vrbis 3. Augusti* 1601. vbi dicitur hoc procedere tantum in Ecclesijs collegiatis, vbi talis est consuetudo; nam in cathedralis, si Præbendæ non sint distinctæ, & omnes requirant ordinem presbyteralem, præcedunt secundum ordinem receptionis; at si prius receptus non sit sacerdos, donec ordinetur, præcedit sacerdos secundò receptus, sed eo ordinato, restituit præcedentiam; vt tradit Sellius *in selectis canonicis capit. 11. numer.* 74. & Barbos. *in collectan. Decis. Apostolicas. collect. 91. num. 5.*

17 Quæritur septimo, quomodo seruari faciet Vicarius prædictus inter canonicos collegiatæ, & regulares in materia præcedentiæ.

Respondetur, quod faciet obseruari, vt canonici collegiatæ, & Alij clerici sęculares semper præcedant Regularibus, etiam in ipsorum Regularium ecclesijs, ita declarauit Sac. Congreg. Rit. *in Tullen. 12. Martij 1616. & in Firmana Terra Sanctæ Victoriæ 31. Martij 1618. de quibus* Sell. *vbi prox. num.* 91. & Barbos. *ibid. nu. 32. & de canonic. & dignitatib. cap. 16. n.* 69

18 Quæritur octauo, quid si lis sit inter canonicos collegiatæ, & parochus super præcedentia in funeribus.

Respondetur, quod Vicarius facere debet, vt canonici collegiatæ in funeribus defunctorum præcedant Parochus, vt censuit Sacra Rit. Cong. *in Sutrina. 30 Augusti 1603. & 2. Augusti 1603. & in Meliten. 18 Nouembris 1606. & in Hostien. Terræ Cori. 9. Maij 1617. & in Prænestina Camerinen. 14. Augusti 1618.* vbi declaratum fuit præcedentiam semper, & vbique competere Archipresbytero, & canonicis Ecclesiæ collegiatæ Sanctæ Mariæ supra parochum S. Stephani, etiam in associandis funeribus defunctorum propriæ ipsius parochiæ, de qua Barbos. *d. collect. 91. numer.* 33.

19 Quæritur nono, quid seruandum inter canonicos collegiatæ, & rectores curatos, ac Plebanos Ecclesiarum parochialium in functionibus & processionibus publicis?

Respondetur, quod Vicarius curam habebit, vt præcedant canonici collegiatæ omnibus Rectoribus, curatis, Plebanis, ac presbyteris Ecclesiarum parochialium, tàm in publicis processionibus, quàm etiam in functionibus Synodalibus eadem Sacr. Rit. Congreg. *in Verulan. 11. Decembris 1613. & in Senogalien. 23. Martij 1619. & 4. Aprilis 1620.*

Quod habet locum, etiam si antè erectionem in collegiatam, mixtim incederent clerici illius Ecclesiæ cum dictis Rectoribus, vt declarauit ead. Congreg. *in Syracusana 20. Decembris 160.*

Nec etiam si inferiores Ecclesiæ essent antiquiores, & fuissent in quasi possessione præcedendi Ecclesiæ collegiatæ, antè erectionem in collegiatam. Ead. Sacr. Congreg. *in vna Illerden. præeminentiarum 26. Iunij 1602.* vbi dicitur hoc procedere, etiam si erectione adsit clausula (*sinè præiud. cu. alicuius*) vt tradit idem Barbos. *in tract. de canon. cap. 18. num.* 67

20 Quæritur decimo, quomodo thurificari debeant canonici collegiatæ, duplici nè, an triplici ductu thuribuli?

Respondetur, quod thurificari debent duplici tantum ductu, clerici verò Ecclesiarum Parochialium vnico tantum ductu; ita Sac. Congreg. Rit. *Cæsaraugustana de Barocca 19. Ianuarij* 1613. de qua Sellius, *d. cap. 11. nu. 98 Sellect. canon.* & Barbos. *d. collect. 91. nu.* 39.

21 Quæritur vndecimò, an dispositio Sac. Concil. Trident. *sess. 24. de refor. c. 12. vers. prouisi etiam*, vbi agitur, quod prouisi de canonicatibus, & dignitatibus in ecclesijs Cathedralibus facere debeant professionem fidei, non solùm coram episcopo, sed etiam in capitulo intra duos menses ad minus, à die adeptæ possessionis, alioquin fructus non faciant suos, nec possessio illis suffragetur, habeat locum, & extendatur huiusmodi obligatio emittendi professionem fidei etiam ad canonicos seu Dignitates in Ecclesijs collegiatis?

Respondetur nagatiuè; cum Concilium loquatur tantum in prouisis de canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesijs cathedralis, non in Ecclesijs collegiatis, vt tradit Sanchez *in præcep. Decal. lib. 2. cap. 5. num. 1. & ità censuit Sacr. Congregatio eiusdem Concil. supradicto versic. prouisi etiam, cap. 12 de reform. sess.* 24. in quo declarauit non extendi ad canonicos in collegiatis, de qua Garz. *de benef. p. 3. cap. 3. num. 11. & 12* & nouissimè Barbos. *de iur. eccles. lib. 1. cap. 21. num. 65. & de pot. episc. par. 3. alleg. 61. n.* 15. Bonaciņ. *in præm. Eccles. præcep. disp. 1. quæst. 2. punct. 4. §. n. 9.* contra Zerol. *in prax. Episc. p. 1. verb. beneficium. §. 5 vers. Dico quartò;* & Vgolin. *de potest. Ep. cap. 50. §. 16. nu. 3.* existimantes canonicos, & dignitates Ecclesiarum Collegiatarum teneri ad professionem fidei emittendam.

22 Est tandem aduertendum, quod vbicunq; fit mentio de potestate capituli, siuè sede vacante, siuè plena, semper intelligi debet de capitulo cathedralis Ecclesiæ, non de Collegiatę, nam ipsius capitulum dicitur potius Canonicorum Collegiatæ, & semper fieri debet in specie mentio ipsius, aliàs semper, vt diximus, intelligitur de capitulo cathedrali, non collegiatæ, quæ potestatem huiusmodi non obtinet. *cap. Sanctorum 70. distinct.* nam cum Ecclesia exprimitur, tunc nomine Ecclesiæ solùm cathedralis continetur, *cap. cum clerici de ver. signif.* notat Barbos. *de iur. eccl. lib. 1. c. 12. nu.* 136.

Reliqua de materia collegiatæ, vltrà supradictos DD. vid. Felin. *in cap. accedentes de præscrip. num. 2 glos. & DD. in cap. dilecta de excess. prælat.* Lambertin. *de iur. patron. part. 1. lib. 2. q. 5. art. 1.* Cucch. *inst. maior. lib. 4. tit. 1. à nu.* 5. Mascard. *de probat. concl.* 485. Zecch. *de Republ. Eccles. c. 28. de præpos. seù rector. colleg. Eccles.* Fuscum. *de visit. lib. 2. cap.* 1 & Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 90. à num,* 20.

23 Insuper est notandum, quod Vicarius collegiatæ Nullius Diœcesis, si non habeat priuilegium particulare, non potest concedere monitoria excommunicationis ad finem reuelationis pro rebus de perditis post Concilium Tridentinum; subditi enim illorum debent Sanctam Sedem Apostolicam adire, vt illa obtineant, ita declarauit Sac. Congregatio Concil. *sup. cap. 3. de reform. sess. 25.* licet prius dispositum fuerat, *ibid. §. qua propter,* referunt Vgolin. *de pot. Episc. cap. 45. in princ. vers. excipiuntur,* Leo *in Thes. for. Eccles. p. 3. cap. 7. num. 18. vers. cæterum & num.* 19. Barbos. *p. 3. de episc. alleg. 96. n.* 12.

FORMVLA.

Vicariatus Capitularis Ecclesiæ Collegiatæ Nullius Diœcesis.

Nos Archidiaconus, Canonici, & Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ N. Nullius Diœcesis sede vacante per mortem bonæ memoriæ N. Prælati dictæ Eccles. R. D. N. de N. (*si sit Doctor ponatur. V. I. D.*) salutem in Domino sempiternam.

CVm ex sacrorum Canonum dispositione, Summorumque Pontificum priuilegijs Ecclesiarum Collegiatarum Capitula, quæ nullius Diœcesis sunt, ad instar Cathedralium Capitulorum, in deficientium Prælatorum locum subrogentur, eisque in spiritualibus, & temporalibus succedant; eorum muneris erit viduatis Ecclesijs ita consulere, vt Ministrorum solertia, atque diligentia, viduitatis incommoda minimè sentire permittant. Ne igitur supradicta Ecclesia nostri culpa aliquid detrimenti in spiritualibus, vel temporalibus patiatur: Nos dictis sacris Canonibus, Summorumque Pontificum priuilegijs, & Sacri Tridentini Concilij decretis, vt par est, obtemperare volentes: Vocantes omnibus, & singulis Canonicis intra tempus octo dierum à dicto Concilio statutum, ad Vicarium, qui vices nostras sustinere debeat, deputandum. Congregatisque ijs, qui debuerunt, potuerunt, & voluerunt interesse, qui duas capituli partes excedebant, siuè complebant: habitis capitulariter secretisque suffragijs, siuè votis omnium, seù maioris partis interessentium, & vt præmittitur Congregatorum. Te R. D. N. de N. (sinè V. I. D.) *supradictum, de cuius probitate scientia, & solicitudine, plurimùm in Domino confidimus. Generalem in spiritualibus, & temporalibus Vicarium nostrum, in*

præ-

prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ aliisque Diœcesis, Ciuitate, & locis ipsi subiectis (siue Diœcesis,) tenore præsentium deputamus, facimus, creamus, & constituimus Prelato nostro sede vacante. Cum omnibus, & singulis facultatibus, priuilegijs, honoribus, & oneribus, præeminentijs, & prærogatiuis, ad huiusmodi munus exercendum necessarijs, & opportunis. Dantes tibi plenam, & liberam potestatem omnia, & singula exercendi, quæ capitulo sede vacante in vtroque foro a iure, vel priuilegio permittuntur; & præsertim causas omnes, tam ciuiles, quàm criminales, & mixtas, etiam hæresis, & matrimoniales, audiendi, cognoscendi, prouidendi, & terminandi, ac decidendi; cum facultate excommunicationem, aliasque ecclesiasticas censuras, & pœnas ferendi, & infligendi. Nec non ea omnia faciendi, mandandi, & exequendi, quæ nos facere, mandare, vel exequi possemus, etiam si requirant speciale mandatum. (si Vicarius non sit Doctor addatur:) cum voto tamen idonei Consultoris I. V. D. tibi benè visi in sententiando, & procedendo ad actus quosctumque irretractabiles, & qui consilio indigebuntur indigere. Præcipimus itaque vniuerso Clero huius Ciuitatis, & iurisdictionis (siue Diœcesis, si illam habeat,) alijsque huius Ecclesiæ iurisdictioni subiectis, quatenus Te in Vicarium officialemque nostrum Generalem, vt præmittitur, recipiant; Tibique tanquam tali in omnibus præmissis pareant & obediant. Dantes tibi voces, & vices nostras, &c. Contradictores etiam, vt rebelles pœnis, & censuris ecclesiasticis compescendi. In quorum fidem præsentes scribi iussimus per infrascriptum nostræ Curiæ Notarium, manu propria subscripsimus, & sigilli nostri Capitularis fecimus impressione muniri. Datum N. &c. die &c. ann. &c.

N. Archidiaconus.
N. Canonicus.
N. Canonicus, & sic de singulis.

Loco † sigilli

N. Notarius.

SECTIO SEXTA.

De Vicario Apostolico.

SVMMARIVM.

1 Vicarius Apostolicus quis sit.
2 Vicarius Papæ dicitur etiam Apostolicus.
Eius iurisdictio qualis.
3 Causa mittendi Vicarium Apostolicum.
Prima, Si Episcopus male gubernet.
2 Si sit sordidus.
3 Si sit senex.
4 Si sit suspensus à iurisdictione.
5 Si non expediuit Bullas per multos annos.
6 Si sit moro sus in pensione soluenda.
7 Si sit processandus.
8 Si vocatus ad Vrbem.
9 Si non resideat.
10 Si non vult recipere Vicarium missum ab Vrbe.
11 Si moriatur morte violenta.
12 Si Capitulum in electione Vicarij capitularis non concordauit.
13 Si Capitulum elegit indoctum.
14 Si Vicarius Capitularis vocatur ad Vrbem.
15 Si Ecclesia diu vacauit.
16 Si interesse Cameræ Apostolicæ ita requirit.
17 Si negligit Episcopus exequi decreta Visitationis Apostolicæ.
18 Propter vtilitatem Ecclesiæ.
19 Propter aliquos graues respectus
20 Propter inhabilitatem, vel impedimentum Episcopi.
4 Vicarij Apostolici iurisdictio, est eadem ac Episcopi.
Appellatio à Vicario Apostolico defertur ad Metropolitanum.
5 Vicarius Apostolicus exequi potest commissiones Apostolicas Episcopo, siue eius Vicario directas.
Habet omnes prærogatiuas episcopales.
6 Visitare potest Diœcesim.
Episcopus in tali Visitatione non potest, nisi confirmare patres.
Taxatur modus expensarum à Sac. Congregatione.
7 Synodum celebrare potest sine Episcopo.
8 Concursum facere potest ad Parochiales vacantes.
9 Inuigilare debet super manutentione introitus mensæ episcopalis.
10 Non se intromittat in redditibus mensæ episcopalis, nisi pro sua prouisione.
11 Dimissorias ad ordines concedere non potest.
In Statu Ecclesiastico potest.
De iure communi potest concedere, cum ista facultas veniat in iurisdictione, sed à Congregatione prohibetur.
Conceditur tamen facillimè talis facultas.
12 Beneficia simplicia conferre nequit.
13 Neque processare Vicarium Episcopi.
Par in parem non habet imperium.
14 Neque in causis Episcopi se intromittere potest.
Minor in maiorem ius dicere non potest.
15 Episcopus contra Vicarium Apostolicum nihil agere potest, neque post officium.
16 Neque potest Vicarium Generalem tenere tempore Vicarij Apostolici.
Neque exequi litteras Apostolicas sibi directas, sub nomine Dignitatis, sed Vicarius.
17 Vicarius Apostolicus non est associandus à canonicis, vt Episcopus.
18 Neque thurificandus est ter in missa solemni, vt Episcopus.
Neque triplici ductu thuribuli, præsente Episcopo, sed duplici.
19 Neque liber Euangeliorum osculandus traditur.
20 Neque duos Clericos potest habere dum missam celebrat.
21 Neque quatuor candelas accensas.
22 Neque functiones episcopales facere potest.
23 Neque paratus, vt Vicarius missas solemnes cantare, reliquias ferre, &c.
24 Non debet scribere Romam pro qualibet re leui, sed tantum pro re graui.
25 Neque instigator sit in foro laicali.
26 Neque depositis fidei monialium se intromittat.
27 Vicarius Apostolicus durat, etiam mortuo Papa.
28 Vicarius Apostolicus Episcopi durat, etiam ipso mortuo.
29 Vicarius Apostolicus, sede vacante, potest omnia facere, vt Vicarius capitularis.
30 Tenetur residere in Diœcesi.
Neque potest discedere vocatus à Principe.
Neque, vt ad Vrbem accedat.
31 Præcedentiam habet in Choro, si non sit canonicus.
32 Salarium, seù Prouisionem habere debet, à die possessionis, cum accessu, & recessu.
Nisi sit in eadem ciuitate.
33 Prouisio non semper est eadem.
34 Prouisio ab ipsomet recipitur propria auctoritate, si retardetur.
35 Emolumenta Vicariatus sunt sua, non quæ ex sigillo proueniunt.
36 Causæ pro quibus remouentur Vicarius Apostolicus.
Prima. Si Episcopus non sit soluendo.
2 Si Ecclesia fuit prouisa de Pastore.
3 Si Episcopo restituatur iurisdictio.
4 Si pecuniam indebitè extorquet.
5 Quando non defendit immunitatem ecclesiasticam.
6 Quando detegitur aliqua infamia.
7 Si cum banditis conuersetur.
8 Si filios bastardos habeat.
9 Si illicitè negotietur.
10 Si sit exosus Populo, & clero.
11 Propter interesse camerale.
12 Si cum monialibus practicam habeat.
37 Finito officio non potest cognoscere causas inceptas, & non finitas.
Limitatur in Canonico Ecclesiæ

Vt

VT totam materiam ad officium Vicarij ſpectantem percurramus, neceſſe eſt etiam aliqua prælibare de Vicario Apoſtolico; cum & ipſe iuriſdictionem ordinariam in Epiſcopatu, ad quem aliquando mittitur, exerceat, & ius, iuſtitiamque adminiſtret, & dicat, inter ſubditos illius Diœceſis.

1 Eſt igitur præmittendum pro perfectiori, & pleniori notitia, quod Nos loqui intendimus de illo Vicario Apoſtolico, qui mittitur à Summo Pontifice cum Breui vel à Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, ex aliqua legitima cauſa, cum litteris eiuſdem, ad regendam aliquam Eccleſiam, cum facultate adminiſtrandi totam iuriſdictionem Epiſcopalem, aliquibus tamen exceptis caſibus in particulari. Quod ſolet fieri aliquando ſede Epiſcopali plena, & aliquando ſede vacante.

2 Non autem de illo Vicario Apoſtolico, qui deputari ſolet a Papa in Vrbe de poteſtate ordinaria, & eſt aliquis Cardinalis ad vitam, qui iuriſdictionem habet in Vrbe Romæ tantum, non extra Vrbem, præſertim vltra diſtrictum, niſi ei ſpecialiter commiſſa fuerit. *c. ſua nobis de offic. Vicar.* Iſtius iuriſdictio in Vrbe eſt tamquã ordinarij in ſua Diœceſi, & extenditur, etiam ad exemptos per conſtitutionem prima Pauli II. quæ incipit: *Licet Eccleſiarum, & per conſtitutionem 28. Iulij I. incip. Decrot.* & per aliam Pauli III. quę incip. *Licet 36. eiuſdem.* in quibus præſcribitur huiuſmodi Vicarij iuriſdictio in Vrbe, vt extendatur ſuper omnes Eccleſias & perſonas exemptas, & non exemptas; Nec non Iudæos. Hoſpitalia, ſodalitates, cauſas matrimoniale. & vſuræ. Habet familiam armatam ad coercenda delicta. Pauin. *de offic. & pot. capituli ſede vac. p. 2. q. 10.* Cognoſcit etiam Clerum Romanum; & cauſas periurij & blaſphemiæ, &c. de quo agitur, *in cap. Sua Nobis, de offic. vic.* & notatur à Sbroz *de offic. vic. l. 1. q. 3. nu. 19.* Azor. *Inſtit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 39. de Vicario Vrbis* Veſtr. *in Pract. lib. 2. cap. 6.* Galganet. *de iure public lib. . tit. 36. num. 7.* P. Laurent. Braucat. à Laurea omni eruditione præditus, Patria mihi conterminus, ſed propior amicitia, *in ſuo Epit. Sacr. Canon. verb. Vicarius Papæ* Rot. *in Firmana penſionis 15. Decemb. 1627. coram D. Dvran.* Non cognoſcit tamen iſte Vicarius Vrbis de cauſis ſub titulis Eminentiſſimorum Cardinalium, vt optimè aduertit Illuſtriſſ. D. Proſpe. Fagnan. *in repetition. cap. His, quæ de maiorit. & obedient.*

3 Vicarius igitur ſupradictus qui mittitur a Papa cũ Breui, vel a Sacr. Congregationem Epiſcoporum cum litteris, ad regendam aliquam Eccleſiam cum tota iuriſdictione Epiſcopalis qui Apoſtolicus; dicitur ea omnia ibi facere poteſt, quæ & ipſe Epiſcopus, exceptis Pontificalibus, vt habetur *in cap. fin. diſt. 61. & in cap. is, cui de elect. in 6.* Et propter plures, & diuerſas cauſas mitti ſolet, vt obſeruatum eſt in Sacra Congr. Epiſcoporum.

Prima eſt, ſi contra aliquem Epiſcopum adſint querelæ, quod malè regat, & gubernet Eccleſiam, vt cenſuit, ead. Sacr. Congregat. *in vna Vulturaren. 21. Nouemb.* 1664. *& in alia Saſſinen. 6. Auguſti* 1601.

Secunda eſt, ſi Epiſcopus ſit ſordidus, & committit extorſiones, iniuſtè extorquendo à ſubditis pecuniam. Ead. *in vna Theanen. 15. Ianuarij* 1602. Maximè quando per ſubditos petitur à Sac. Congreg. vt mittat Vicarium Apoſtolicum. Ead. *in vna Teanen. 23. Iulij.* 1602.

Tertia cauſa mittendi Vicarium Apoſtolicum eſt, quando Epiſcopus eſt ſenio confectus, itaut propter grauem ætatem, impeditus, & ferè prorſus inhabilis reperiatur. Eadem *in vna S. Agatha 7. Decembris* 1581.

Quarta cauſa eſt, ſi Epiſcopus eſt ſuſpenſus a iuriſdictione. Ead. Congregat. Epiſcop. *in vna Traven. 19. May* 1645. *& in alia Biſimanen. 9. Iunij & in alia Lanciauen. 23. Iunij eodem anno, & in alia Traven. 8. Februarij* 1650. *& in alia Lanciana. 10. Martij & 30. Septemb. eod. ann. & in alia Alatren. 5. Maij.* 1651 *& in alia Melfitana 2. Maij* 1653.

Quinta eſt, quando Epiſcopus non expediuit Bullas, poſt multos annos, poſtquàm fuit prouiſus, & percepit fructus Epiſcopatus, ſolùm cum Breui. Ead. Congregatio *in vna Offeranen. 9. Septembris* 1645.

Sexta eſt, quando eſt moroſus in ſoluenda penſione. Ead. Congregat. Epiſcop. *in vna Auellinen. 17. Aug. 1646. & in alia ſimiliter Auellinen. 10. April.* 1662. me præſente in curia.

Septima eſt, ſi formandus ſit proceſſus contra Epiſcopum. Ead. Congreg. *in vna Anglonen. 17. Maij* 1642

Octaua cauſa eſt, ſi epiſcopus vocatur, vt Romam accedat in pœnam quaſi, ſuæ malæ vitæ. Ead. Congr. *in vna Cotronen. 2. Maij.* 1651

Nona eſt, quando Epiſcopus non vult reſidere. ead. Congregat. *in vna Caſſanen. 23. Martij* 1619.

Decima eſt, quando epiſcopus non vult recipere Vicarium miſſum ab Vrbe, vel impedit ei iuriſdictioni exercitium. ead. Congregat. *in vna Theanen. 8. Nouembris.* 1614. *& in alia. 21. eiuſdem menſis eodem ann.*

Vndecimam eſt, quando eccleſia vacaret per mortem violentam epiſcopi. ead. Congregat. *in vna Arianen. 8. Decembris* 1645.

Duodecima eſt, quando ſede Epiſcopali vacante, capitulum non concordauit in electione Vicarij capitularis, iuxta formam concilij, & ſic plures adſunt Vicarij capitulares à diuerſis de capitulo facti. Ead. congr. *in vna Motulen. 8. Nouembris 1647. & in alia Triuentinen. 2. Martij* 1646.

Decimatertia eſt, quando capitulum eligit Vicarium indoctum, ſede vacante, & propter eius imperitia multa inſurgunt inconuenientia. ead. Cong. *in dicta Triuentinen. 2. Martij 1646. & in alia Tropien. 13. Iulij eod. ann. & in alia Motulan. 8. Nouembris* 1647.

Decimaquarta eſt, quando Vicarius capitularis vocatur ad Vrbem pro ſua iuſtificatione, vel remouendus ſit pro legitimis cauſis, ead. Congreg. *in vna Spoletana 15. Nouembris* 1600. *& in alia Aſten. 30. Septembris* 1650. *& in alia Monopolitana. 2. Maij* 1653

Decimaquinta eſt, quando Eccleſia diù vacauit. ead. Congreg. epiſc. *in vna Alterenen. 28. Iunij.* 1649. præſertim ſi ſubditi in adminiſtratione iuſtitię aliquod inconueniens experiantur. ead *in vna Vgentinen. 17. Septembris* 1655.

Decimaſexta eſt quando Theſaurarius Generalis, propter intereſſe Cameræ Apoſtolicæ ita cenſet expediens, vt mittatur Vicarius Apoſtolicus, ead. Congr. *in vna Aiceranen. 10. Iunij* 1650.

Decimaſeptima eſt, quando ordinarius negligit exequi decreta viſitationis Apoſtolicę & admonitus in id inuigilare non curat, ead. Congreg. *in vna Seanen. 8. Maij* 1580.

Decimaoctaua eſt, ad hoc vt magis proſpectum ſit Diuino ſeruitio, quieti Animarum, & bono ſeruitio Eccleſiæ, & cleri. ead. Congregat. *in Conſentinen. 10. Iunij.* 1650.

Decimanona eſt, quãdo expediens à Sacra Congregatione iudicatur mittere Vicarium Apoſtolicum, propter aliquos grauiſſimos reſpectus. ead. Congreg. *in vna Arianen. 8. Decembris.* 1645. Regulariter tandem deputatur Vicarius Apoſtolicus, propter epiſcoporum inhabilitatem & impedimentum, de quibus Mandol. *in regul. Cancellar. 24. de male promotis. qu. 6. num. 13.* Rebuff. *in tract. de nominatione. qu. 8. num. 22. & in concordatis. Francię tit. de collationib. §. Præfatique ordinarij in verb. conferre.*

4 Eſt autem aduertendum, Primo quod Vicarius Apoſtolicus eandem habet iuriſdictionem, quam habeat Epiſcopus: & actualiter habet in potentia licet per Vicarij Apoſtolici deputationem, impeditum ſit ſibi iuriſdictionis exercitium. Hinc eſt, quod a ſententiis Vicarii Apoſtolici appellatur ad Metropolitanum, non ad Papam, vt declarauit Sac. Congr. Epiſc. facto verbo cum SS. Papa. bon. mem. Gregorio XII. *in vna Salernitana 7. Iunij* 1580 *& in alia Caputaquen 22. Aprilis* 1596. & Regulariter poteſt omnia facere, quæ poſſunt ſui principales, vt tradit Ioan. Picar. *conſ. 53. num. 164. inter conſil. Menoch. lib. 1. de mente Bartoli in lib. 1. §. his quibus ff. de leg. 3. in lib. filius ff. de legat. & in lib. comperimus in fin. C. de præſcrip. Sacr. Seriniar. h. 12.* Sbroz. *lib. 2. quæſt. 64. num. 6.*

5 Aduertendũ eſt ſimiliter ſecundo, quoad vltra poteſtatem ordinarię iuriſdictionis ſibi traditæ, concedi ſolent multę aliæ facultates pro temporum diuerſitate; Inter quas ſolet exprimi in Breui Pontificio, (cuius habetur in fine præſentis ſectionis exemplar; ſicut & litterarum Sacræ Congregationis.) vt poſſit exequi litteras Apoſt. epiſcopo, vel eius Vicario directas æquè ac ſi dirigerentur ipſimet Vicario Apoſt. ita declarauit etiam in caſu dubio Sacr. Congr. Epiſc. *in vna Aſſiſien. 10. Maii.* 1583. *& in vna Biſinianen. 18. Maii.* 1642. Ratio eſt, quia omnes prærogatiuas Epiſcopi conſequitur, vt declarant in ſimili Alexand *in lib. & quia ad fin. ff. de iur. omn. Iudic.* Dec. *in cap. quoniam* Abb. *num. 15. in fini de offic. deleg.* probat.

Patt.

Bacc. in l. filius prase. ff. delegat. notat Sbroz. lib. 2. quæst. 135. numer 6.

6 Potest similiter visitare Diœcesim, cum & ista facultas specialiter ei tribuatur. Est autem in hoc aduertendum, quod si cum ipso visitet etiam Episcopus, non potest Episcopus se ingerere in visitatione, sed solùm in exercitio Pontificalium, confirmando, vel aliquid simile faciendo, quod ad ordinem Episcopalem spectat, si non sit ei interdictum.

Et ne eo casu Cletus duplicibus expensis grauetur, præscripsit modum, & formam Sacra Congregatio Episcoporum, vt scilicet non possint Episcopus, & Vicarius Apostolicus simul ducere secum plusquam quinque personas, ita declarauit in vna Casacen. 20 Aprilis 1601. & in alia Consentinen. 19. Nouemb. 1632. & in alia Bisinianen. 23. Augusti 1652.

7 Quando autem Synodum celebrare voluerit, cum talé facultatem habet, hoc facere debet, sine interuentu Episcopi. ead. Sac. Congr. in vna Lecien. 22. Septembris 1628.

8 Potest similiter facere concursum in Parochialibus vocantibus, eligere magis idoneum, ac fidem mittere ad Datariam; vel ad episcopum, respectiuè Ead. Congr. in vna Lecien. 9. Iunij 1628. & in alia Bisinianen. 16 Maij 1653. Cùm ad ipsum Vicarium Apostolicum hoc spectet, non ad Episcopum, qui non habet, nisi administrationem ordinis, nisi sit ipsi interdicta etiam ista administratio.

9 Potest etiam, immò debet inuigilare super manutentione Introitum mensæ episcopalis cum ad ipsum hoc spectet, ita eadem Sac. Congr. in vna Traen. 7. Iunij 1652.

10 Non tamen potest se intromittere in redditibus mensæ, nisi in quantum sibi debetur pro suis prouisionibus, & interesse, non in aliis. ead. Cong. in vna Capuaquen. 8. Octob. 1585. & 20. Octob. eiusd. ann. & in alia Lancianen. 17. Nouem. 1646.

11 Neque potest Dimissorias ad ordines concedere, cum hæc facultas illi in specie auferri soleat in Breui, vt plures censuit Sac. Congr. Episc. præsertim in vna Traen. 9. Iunij 1635. & in alia Vgentinen. 8. Octob. 1655.

In statu tamé Ecclesiastico solent in Breui prohibere solùm dimissorias pro sacris ordinibus, non pro minoribus, eadem Sac. Congreg. in vna Terracinen. 26. Iunij 1648.

De Iure autem communi canonico potest Vicarius Apostolicus dimissorias prædictas concedere, cum veniat ista facultas comprehensa in his, quæ sunt iurisdictionis, non ordinis episcopalis, textus est, cum Gloss. in cap. si, cum de elect. in 6. & olim Sac. congregatio concedere soleat, vt rescripsit Vicario Apostolico, Sennen. sub die 26. April. 1580. quidquid in contrarium dicant, Pauin. de pot. cap. sede vac. par. 2. q. 10. num. 36. & Sbroz. lib. 2. qu 41 num. 6.

Stante verò hac prohibitione hodie non potest dimissorias concedere, neque illis, qui rescriptum solitum obtinuerunt a Sac. congreg. Expectans ætatem, sed adueniente ætate debent supplicare de nouo, eadem congregat. in vna Traen. 30. Decembris 1650.

Hæc tamen facultas solet à Sac. congreg. facilè concedi, saltem ad tempus limitatum puta ad annum, præsertim illis, qui valdè distant ab Vrbe. ead. congreg. in vna Larinen. 3. Augusti 1622. & in alia Nullius Pinaroli 11. Augusti 1645.

12 Neque potest beneficia simplicia conferre, quia in Breui Papæ, quando mittitur Vicarius Apostolicus ad aliquem episcopatum, solet auferri illi talis facultas in specie. Quare ad Episcopum spectabit eorum collatio, nisi auferatur expressis verbis in Breui Apostolico; In quo aliquando conceditur Vicario Apostolico facultas, vt possit conferre Parochiales Ecclesias vacantes in mensibus ordinarii. Quod si hoc expressè cautum in Breui non inueniatur, spectabit ad Episcopi collationem, & remanebit ipsi libera facultas conferendi in suis mensibus de iure ordinario, ita declarauit Sacra congregatio Episcopor. in vna Tarentina 3. Decemb. 1586.

13 Neque potest informationes sumere contra Vicarium suum Antecessorem, neque sequestrare bona, vel iura ipsius, ad instantiam alicuius personæ quantumuis priuilegiatæ, sine speciali licentia, & concessione Sacræ congregationis; propter rationem communem, quia par in parem non habet imperium, c. Innotuit, §. quamuis verb. in parem de election. l. nam & magistratus, ff. de recept. arbitr. & l. ille à quo, §. tempestiuum, ff. ad Trebellian. ita declarauit, ead. coug. in vna Larinen. 15. Decemb. 1587. & 1588. & in alia Assisien. 21. Iunij eodem anno.

14 Neque a fortiori potest se intromittere Vicarius Apostolicus in causis personam Episcopi concernentibus, siuè in ciuilibus, siuè in criminalibus, siuè in mixtis; quia minor in maiorem ius dicere minimè valet, c. inferior, & c. denique 21. d. in verb maiores, vbi gloss. vbi habetur, quod Iudex minor non potest exercere iurisdictionem suam, præsente maiore Iudice, quod probatur etiam in c. presbyter. 95 d. & l. vlt. ff. de offic. proconsul. ergò multò minus poterit imperium, & iurisdictionem in maiorem exercere; nisi super hi specialiter illi concedatur a Summo Pontifice, vel Sac. congreg. vt censuit in vna Casacen. 20. Aprilis 1640.

15 Et e contrario neque Episcopus vllam habet iurisdictionem, & auctoritatem in Vicarium Apostolicum, ita vt si ipse delinquat, nec informationes capere possit contra ipsum, ne quidem officio finito. Et multo minus poterit edicto aliquo ipsius honorem detur pare, vt declarauit eadem Sac. congreg. in vna Theanen. 30. Martij 1612. & in Monopolitana 16. Octobris 1627.

16 Neque potest Episcopus tenere Vicarium Generalem, tempore, quo adest Vicarius Apostolicus, nec aliquo modo se intromittere valet in negotiis iurisdictionem tangentibus. Imò neque potest exequi litteras Apostolicas sibi directas, sub nomine dignitatis, vt declarauit ead. Sac. congreg. in vna Nolana 28. Septemb. 1641.

17 Est præterea aduertendum tertiò, quod Vicarius, licet Apostolicus non potest compellere canonicos ad deducendú illum a Palatio ad Ecclesiam; & ab Ecclesia ad Palatium, quia hoc est propium priuilegium episcopi, ead. congr. sub die 28. Augusti 1589. fol. 268. §. 10.

18 Neque potest prætendere huiusmod. Vicarius, vt sibi ter detur incensum, inter missarum solemnia, nempe in principio missæ; Post Euangelium & in Offertorio; sed semel tantum dari debet in offertorio, & non amplius. Et tunc, si episcopus sit præsens, bis ducto thuribulo; si abiens ter ducto. ead. congreg. in Caietana 14. Ianuarii 1595.

19 Neque potest prætendere, vt sibi deferatur osculandus liber Euangelii, nisi sit episcopus, quia hoc est priuilegium solis episcopis concessum, vt declarauit ead. Sac. congreg. Episc. 28 Augusti 1588. fol. 268. de qua Gauant. in Manual. Episc. verb. Missa ritus. n. 19.

Quod habet etiam locum in Vicario Generali episcopi, in Gubernatoribus, & Alii ministris, qui non sunt Prælati maiores, vel Magni Principes. vt declarauit Sac. congreg Episcop. 22. Augusti 1589. de qua Gauant. ib. n. 18.

20 Neque potest habere duos clericos cum coctis, quando celebrat, vt ipsi insequiant, etiam si sit Prothonotarius Apostolicus.

21 Neque potest quatuor candelas accensas in altari tenere, dum similiter celebrat, nisi hoc fieret ibi propter festiuitatem currentem, ita declarauit Sacra Ri. Congregatio 7. Augusti 1627. Gauant. in rubric. Missal p. 1. tit. 20. vers. tum candelas verb. an possit, & in man Episc. vbi sup. n. 11.

22 Neque potest facere functiones episcopales, absente, vel impedito Episcopo; sed hoc spectate ad primam Dignitatem, & successiuè ad alios seniores de capitulo declarauit Sacta congreg. Ri. in vna Algaren. & Brundusina 20. Decembris 1621. & in alia Brundusina 5. Februarii 1614 & in Alcarmen 22. Ianuary 16 8. de quibus Aldan. in compendio canonicar. resol. l. 1. tit. 43. n. 34. & Barb. in collectan. decision. Apostolicor. collect. 715. n. 6. de reliquis. quæ sunt communia omnibus Vicarius, vide sup. sect. 2. subsect. 2. à n. 10. cum seqq.

23 Neque potest Vicarius vti Vicarius missas solemnes cantare; Sanctis. Sacramentum, aut sacras Reliquias paratus deferre; nec aliis functionibus ecclesiasticis se immiscere, sed tantum præesse, vt omnia suo ordine rectè fiant, vt declarauit Sac. congr. Episc. in vna Suffanen. 14. Aprilis 1592. & in alia Bisinianen. 16. Maij 1600. & in Spoletana 22. Decembris 1611. & in vna Orronen. 19. Septemb. 1627.

24 Est etiam aduertendum quarto, quod non debet Romam scribere pro qualibet re leui occurrente in Diœces. Ead. in vna Theanen. 14. Nouemb. 1601.

Sed bene pro re graui, nimirum pro delicto commisso contra Epis. Ead. in vna Theanen. 1. Octob. 1501.

Et similiter pro aliis occurrentiis grauioris momenti, in defectum Episcopi. Ead. in vna Castren. 26. Nouembris 1602.

25 Non

25 Non debet tamen inſtigatorem agere contra carceratos in foro laicali; vt declarauit Sacr. congreg. Epiſc. *In vna Reatina 19. Iunij* 1601.

26 Neque debet præſtare auctoritatem depoſitis fictis monialium, alias incurrit pœnam, vt teneatur de proprio, ita declarauit. ead. Sacr. congreg. *In vna Reatina 26. Ianuarij* 1604.

27 Eſt inſuper aduertendum quintò; quod Vicarius Apoſtolicus deputatus à Papa, durare ſolet abſque controuerſia etiam Sede Apoſtolica vacante, vt declarauit. Eadem congreg. *In vna Licien. 17. Nouembris* 1590. *& eodem anno in Caſtellanetana*.

28 Imò ſi Vicarius Epiſcopi mortui fuerat miſſus à Papa, vel à Sacra congregat. non poteſt per capitulum ſed vacante expelli, & nouus Vicarius capitularis eligi. Ead. *In vna Aquilana 4. Auguſti* 1578.

Solet tamen ex abundanti Sac. congreg. occurrente caſu vacationis Sedis prohibere capitulis, vt non procedat ad electionem Vicarij capitularis. Ead. Sacræ congreg. *in Spoletana 2. Aprilis* 1591. *& in Licien. 22. Decembr.* 1628. *& in Biſianen. 2. Auguſti* 1647.

29 Quod ſi Vicarius Apoſtolicus miſſus ſit, ſede vacante, poteſt expedire litteras, quæ Vicarijs epiſcopalibus dirigi ſolent, ac dare dimiſſorias ad ordines poſt annum, & infra annum arctatis, ac ſi eſſet Vicarius capitularis, niſi hoc ei ſpecialiter prohibitum ſit. ead. Congreg. *In vna Aquilana 22. Septemb.* 1628. de quo Nos ſup. *ſect. 4. ſubſect. 2. n. 2.*

30 Eſt etiam aduertendum, ſexto quod Vicarius Apoſtolicus tenetur reſidere in Diœceſi, ad quam regendam miſſus fuit nec poteſt ab ea ad longum tempus diſcedere. & alium ſubſtituere, abſque præuia licentia Sacræ Congreg. Epiſcoporum, vt Eadem declarauit. *In vna Spoletana 19. Iunij* 1647. Quod habet locum, etiam ſi ſit vocatus ab aliquo Principe, nam neque tunc poteſt, ead. *in vna Meſſanen 27. Maij* 1603. *& 28. Nouembris fol* 140.

Neque poteſt abſque dicta licentia diſcedere, etiam ſi ſit acceſſurus ad Vrb. Ead. *In vna Reatina 12. Decembris* 1600.

31 Aduertendum quoque eſt, ſeptimo loco, quod Vicarius Apoſtolicus debet habere in choro, ſi non ſit Canonicus, præcedentiam ſupra omnes; ideò debet ſedere in digniori ſede, nō tamen in ſolio Epiſcopali, vt declarauit Sac. Congr. Epiſcopi. *In vna Caietana 22. Ianuarij* 1596

Quod ſi dignior ſedes chori eſſet occupata; tunc dignitates, & Canonici deſcendere debent inferius vno grado, relinquendo maiorem ipſi Vicario. ead. 20. *Auguſti* 1589. *fol.* 268. §. 8. *& in vna Licien. 4. Auguſti* 1590. *fol.* 189.

32 Et quoque aduertendum octauo loco, quod Vicarius Apoſtolicus debet habere ſalarium ſcutor ducentorum monetæ Romanæ pro ſingulis annis ab Epiſcopo, vel à menſa Epiſcopali, ſed vacante, niſi in Breui Pontificio aliter exprimeretur, & inſuper ſcuta quinquaginta eiuſdem monet pro acceſſu, & receſſu, ideſt. 25. pro acceſſu, & totidem pro receſſu, aliquando tamen taxatur minus vel plus ſecundùm locorum diſtantiam, eadem Cong. *In vna Caputaquen. 20 Septembris* 1580, *& in vna Caiacen. 17. Februarij* 1603. *& alibi pluries.*

Quæ prouiſio, ſeù ſalarium non incipit currere a data Breuis, ſed a die poſſeſſionis & ingreſſus in Ciuitatem, quando cæpit iuriſdictionem exercere. Ratio eſt, quia pro viatico dantur ſibi expenſæ acceſſus, vt dixit eadem *in vna Brunduſina 10. Iunij* 1612. *& in vna Caiacen. 23 Nouembris.* 1604.

Quod ſi deputaretur Vicarius Apoſtolicus aliquis, qui in eadem Ciuitate reſidet, non poſſet iſte prætendere expenſas acceſſus neque receſſus, ſi habea re vera non recederet. eadem congregat. *in vna Biſinianen. 9. Iunij* 1645 *& in vna Triuentina 2. Martij* 1646.

Neque poteſt, vſque quo diſcedat, ſummam taxatam pro receſſu prætendere. ead. Congreg. *in vna Caiacen. 23. Nouemb.* 1640.

33 Sed quæritur hic, an eadem prouiſio debeatur Vicario Apoſtolico ſemper eodem modo?

Reſpondetur, quod ſi epiſcopatus habeat tenues redditus, & detracta prouiſione prædicta non poſſet cum reſiduo decenter ſubſtentari, deberet vtique fieri noua taxatio, & diminui prædicta prouiſio habita ratione paupertatis epiſcopi, vt ead. declarauit. *In vna nullius Altamura 7. Decembris* 1604 *& in alia 2. Auguſti* 1647.

Quæ moderatio, poteſt imò debet fieri ad ſcuta centum quinquaginta, & aliquando ad centum pro prædicta ratione paupertatis, & tenuitatis redditum epiſcopalium, ead. cōgregatio. *In vna Ferentinen. 22. Auguſt.* 1653. *& in alia Cotronen. 3. Octobris eiuſdem anni*,

34 quæritur ſecundo quomodo debeat ſatis fieri Vicarius de ipſa prouiſione?

Reſpondetur quod ſolet Sacra Congregatio in litteris cōmiſſionalibus, vel Summus Pontifex in ipſo Breui Vicariatus Apoſtolici, concedere eidem Vicario facultatem, vt ſummere poſſit ſuam prouiſionem ex redditibus menſæ propria auctoritate, ſi illi ad quos ſpectat ſoluere de quadrimeſtri in quadrimeſtre anticipata ſolutione, negligentes fuerint, & ſic poſſet idem Vicarius auctoritate Apoſtolica fructus menſæ Epiſcopalis ſequeſtrare, quouſque ſatisfactionem reciperet. ead. Cōgreg. *In vna Caiacen. 29. Nouemb.* 1600. *& in alia Thianen. 17. Septembris* 1602.

35 Et aduertendum pręterea, nono quod Vicarius Apoſtolicus, vltra prouiſionem prædictam, vna cum acceſſu, & receſſu; debet habere ſolita emolumenta Vicariatus, & honoraria pro decretis; Non tamen habere debet, nec recipere poteſt emolumenta, quæ proueniunt ex ſigillo, illa enim ſpectant ad Epiſcopum, ſiue ad menſam, vt declarauit eadem Congregat. *In vna Aquilana 24. Octobris.* 1585. *& in alia Tiburtin. 21. Auguſti* 1615.

36 Præterea eſt aduertendum, quod Vicarius Apoſtolicus remoueri ſolet pluribus ex cauſis; quarum.

Prima eſt ſi Epiſcopus ſiuè alius Prælatus non poſſit ſoluere tantam prouiſionem, & non potens ad continuandum, vt declarauit ead. Congr. epiſc. *In vna nullius Altemura 19. Nouembris.* 1602.

Secunda eſt, quādo Eccleſia fuit prouiſa de Paſtore, ſi Vicarius Apoſtolicus fuerat miſſus tempore, ſedis vacantis eadem Congreg. *In vna Ciuitatis Caſtellane 7. Nouembris* 1653.

Tertia, eſt quando epiſcopo reſtituitur regimen eccleſiæ. ead. Cong. *In vna Beneuent. 14. Februarii* 1652.

Quarta eſt ſi pecuniam recipit pro eo quod non debet. ead. Congreg.

Quinta quando non defendit libertatem eccleſiaſticam, & iura eccleſiæ, & eccleſiaſticarum perſonarum, *Eadem Congregatio*.

Sexta eſt, ſi fuerit publicè tortus, & prius ignorabatur; vel aliquam aliam infamiam ſit paſſus, & poſteà detegatur, *eadem congreg.*

Septima eſt ſi damnatus fuit cauſa bannitorum, quia fortè cum ipſi conuerſatus ſit.

Octaua eſt, ſi filios baſtardos habeat, & prius ſimiliter ignorabatur. *eadem congr.*

Nona, ſi negotia illicita gerit. *Eadem congr.*

Decima eſt, ſi clero, & Populo non eſt acceptus, vt declarauit ead. Cong. *In vna Hydrunt. 6. Aug.* 1601. *& in alia Materanen. 22. Ianuarii*, 1601. *& in Ferentinen. 17. Septembris ead. anno & in alia Fauentina 20. Aprilis*, 1603. *& in alia Sypontinen, & in alia Lauretana 28. Iunii eiuſdem anni & in alia Aſſiſien. 3. Febr.* 1604.

Vndecima eſt, propter intereſſe camerale, ead. Congregat. *in vna Alerianen. 10. Iunii* 1850.

Duodecima eſt ſi fuit illi à Sacr. Congreg prohibitus acceſſus ad Monaſteria Monialium, adhuc non abſtineat, eadem Congr. *in vna Terracinen. 10. Nouembr.* 1645.

In quo caſu iſte talis redditur omninò incapax ad huiuſmodi dignitatem obtinendam alia vice, imò neque debet iſte talis, nec Vicarius foraneus amplius deputari, ead. *in alia 6. Octobris* 1645. *fol.* 113.

Sunt & aliæ cauſæ, pro quibus remoueri ſolet Vicarius Apoſtolicus, pro temporum, locorum, & perſonarum diuerſitate quibus attenti ſolet Sacra Congr. ſcandalis, & inconuenientibus opportune prouidere.

Solet tamen remouendus moneri, vt ſponte ſua licentiam petat. eadem congregatio. *In vna ciuitatis Caſtelli 20. Auguſti* 1601.

Sed non propter hoc quod priuatur Vicariatu Apoſtolico, remanet priuatus alijs officijs. ead. congr. *In vna Materanen. 17. Septembris.* 1601.

37 Demum eſt aduertendum, quod Vicarius Apoſtolicus, ſicut & quilibet Alius, poſt finitum, vel renunciatum officiū non poteſt cognoſcere de cauſis, quę tempore Vicariatus

ſibi

sibi commissæ & delegatæ fuerant, sub nomine Dignitatis Vicariatus iuxta tradita per, Gloss. in Clem. 1. vers. principalis, ubi Card. n. 7. & Imol. n. 11. & 12. de rescript. Abb. in ca. quoniam, n. 10. cum seq. Imol. col. 8. & Felin. n. 7. de offic. deleg. Barbat. ad Bartol. in l. quod Principi, ff. de legat. 2. Roland. consil. 39. n. 16. vol. 1. Sbroz. l. 3. q. 47. n. 1. cum duob. seqq.

Licet secus sit de Canonico Ecclesiæ Cathedralis, vel alio Prælato, nam isti etiam post finitum officium vel renunciatum Canonicatum cognoscere possunt causas sibi prius commissas, quia si desinunt esse Canonicus vel Prælatus, non desinunt esse Iudices. Franc. in c. statutum col. 2. in princ. de rescript. in 6. Bald. in l. generaliter n. 9. C. de Episc. & cler. Felin. ib. n. 5. Sbroz. ib num. 4. et Barbos. de Episc. p. 3. alleg. 54. num. 155. et 156 & ita declarauit Sac. Congr. Episc. in una Min. obseruant. 4 Maii. 1604.

FORMVLA.

Breuis Apostolici Vicarij à Summo Pontifice destinati.

N PP. N.

Dilecte fili salutem & Apostolicam benedictionem.

PRo nostri Pastoralis officii munere illi potissimum inuigilare debemus, quæ curam Dominici Gregis, ut in usum mandatorum Domini ad salutem dirigatur omninò respiciunt, Volentes igitur Ecclesiæ N. ad præsens Pastoris solatio destitutæ de Vicario Apostolico prouidere & de tuis fide, prudentia, integritate, & doctrina plurimum in Domino confisi sperantesque, quod ea, quæ tibi committeremus, cumulate sis expleturus; de Venerabilium Fratrum nostrorum, S. R. E. Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, Te in Ciuitate, & Diœcesi N. Vicarium & Officialem generalem, commissarium, in spiritualibus, & temporalibus Apostolica auctoritate tenore præsentium, ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, durante vacatione sedis dictæ Ecclesiæ N. constituimus, eligimus, facimus, & deputamus cum eadem auctoritate facultate, & potestate, quoad exercendam ea, quæ iurisdictionis etiam voluntariæ existunt [excepta tamen facultate beneficia ecclesiastica conferendi, ac litteras commendatitias, ac dimissorias ad sacros Ordines concedendi, quas Episcopus N pro tempore existens habere, & exercere solet in uniuersa Diœc.) in foro conscientiæ, & contentioso, & aliàs quomodocumque & qualitercumque, nec non Ecclesias, & loca pia omnia, etiam Monialium Monasteria, etiam exempta, quoad clausuram ad Sacri Concilij Tridentini præscriptum visitandi, & reformandi, ac in visitatione huiusmodi quam celerrimè, & debita cum diligentia procedendi, Synodum celebrandi, Iudices, consiliarios, Vicarios Foraneos, Notarios, actuarios magistros actorum, procuratores, Fiscales, exequutores, omnesque alios, & singulos officiales, tam maiores, quam minores curiæ Episcopalis, quibuscunque nominibus censeantur in Ciuitate, & Diœcesi prædictis, quotiescunque opportunum fore iudicaueris, & alias iuxta solitum remouendi, & alios in eorum locum eligendi, deputandi, & subrogandi, mulctasque & pœnas pecuniarias apud aliquem probum, & idoneum virum per te de clero eligendum, deponendi pijs vsibus arbitrio tuo applicandas, quascunque litteras Apostolicas Episcopo prædicto, seu eius Vicario directas, ac dirigen. atque, ac si tibi specialiter dirigerentur aperiendi, & exequendi litteras monitoriales in forma significaui pro rebus deperditis, seu furto sublatis, iuxta præscriptum dicti Concilij Tridentini, ac Bulla fel. rec. Pij V. Prædecessoris nostri concedendi, in beneficijs de Iurepatronatus, eiusque erectione, constitutione, nec non locationibus emphyteuticis, alienationibus, & permutationibus bonorum ecclesiasticorum, iuxta formam Sacrorum Canonum, & constitutionum Apostolicarum auctoritatem, et consilium præstandi, causas criminales, ciuilesque, et beneficiales, ac matrimoniales, et alias quascunque principales, et incidentes, etiam per appellationem deuolutas, et quæ ad Episcopum. N. quouis modo pertinent de iure, vel consuetudine in Ciuitate, et Diœces. prædictis cognoscendi, audiendi, committendi, fineque debito terminandi, contra delinquentes per inquisitionem, etiam ex officio prout iuris fuerit procedendi, eosque corrigendi; mulctandi deponendi, et excommunicandi, suspendendi, et interdicendi, pœnarumque et sententiarum earundem moderationem, et mitigationem tibi reseruandi; nec non censuras, et pœnas ipsas in casibus à iure permissis aggrauandi, et reaggrauandi, et ab illis alijsque casibus Episcopo prædicto reseruatis prout tibi videbitur conuenire, in utroque foro absoluendi, et absolui faciendi, et exercendi, quo prædicto Episcopo ratione iurisdictionis de iure, & consuetudine competunt in præmissis & circa ea, etiamsi talia forent, quæ magis specialem, & expressam exigerent commissionem, & cum facultate substituendi in casu necessitatis unum similis, vel limitata facultate, & potestate; Volumus autem quod pro tua, & familiæ tuæ substentatione, ex redditibus Ecclesiæ prædictæ promisso annua ducentorum scutorum monetæ Romanæ, & in rata de quadrimestri in quadrimestre anticipata solutione persoluatur ultra emolumenta ordinaria, & extraordinaria licita solita, & consueta, ratione muneris Vicarij huiusmodi competentia dumtaxat stante si ij ad quos spectat, in solutionibus, vel earum aliqua defecerint suo tempore elapsis decem diebus ex fructibus mensæ Episcopalis pro deficienti portione, quæ tibi videbitur, propria auctoritate capere, & exigere liberè, & licitè possis, & valeas, simulque habitationem commodam in Palatio Episcopali pro tempore officij, necnon expensas accessus, & recessus habere debeas. Contradictores quoslibet, et rebelles, ac præmissis non parentes cuiuscumque status, gradus ordinis, vel conditionis existant pœnis pecuniarijs pijs vsibus arbitrio tuo applicandis, ac etiam per censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam adhoc, quatenus opus fuerit auxilio brachij sæcularis, non obstan. constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Ecclesiæ, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus priuilegij, quoque indultis, ac litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innouatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die ... Mensis N. Ann. ... Pontific. Nostri Anno ...

N. de N.

Foris. Dilecto Filio N. de N. Doctori, etc.

FORMA

Litterarum Sacræ Congregationis pro deputatione Vicarij Apostolici.

AL Capitolo N. Attesa la partenza del Dottor N. Vicario Capitulare deputato della Sac. Congreg. per cotesta Chiesa, accioche il governo della medesima non riceua alcun pregiuditio. Questi Eminentissimi Signori etc. hanno deputato in suo luogo il Dottor N. della cui habilità hanno certa notitia con la prouisione di dieci scudi il mese oltre gli emolumenti di officio, Decente habitatione nel Palazzo, ò altroue à spesa di cotesta mensa, dell'accesso, e recesso à suo tempo, communicando al medesimo, in virtù della presente tutte le facoltà solite à concedersi à Vicarij Apostolici eccettuata però la collatione de Beneficij, o la concessione delle lettere Dimissoriale, & Io lo significo alle SS. VV. acciò gli ne diano il possesso, e gli prestino la douuta vbbidienza. Roma à di etc. sol.

N. Vescouo di N.

Secretario.

Est autem aduertendum, quod suprascripta forma litterarum Sacræ Congregat. Episcoporum pro deputatione Vicarij Apostolici non est semper eadem in omnibus casibus talis deputationis, sed variari solet tam in substantia, quam in accidentalibus qualitatibus, secundum diuersitatem, & varietatem circumstantiarum, Rerum, Temporum Locorum, & Personarum; vt experientia docet. Hoc tamen loco istam apponere placuit pro pleniori notitia materiæ, non quod necessaria fuerit; prout neque exemplar præcedentis Breuis Apostolici.

SECTIO SEPTIMA.

De Vicario Foraneo.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Foraneus quis.*
2 *Foraneus vnde dictus.*
3 *Aliquando in Ciuitate Episcopalis tantum deputatus dicitur Foraneus.*
4 *Delegatus ad certum genus causarum dicitur etiam talis.*
5 *Aliquando dicitur Delegatus ad vniuersitatem causarum.*
6 *Delegatus ad vnum actum particularem non dicitur Vicarius Foraneus.*
7 *Foraneus abusiuè dicitur Vicarius.*
8 *Foraneus propriè appellandus potius Delegatus, quam Vicarius.*
9 *Vicarius propriè dicitur Generalis, non Foraneus, etiam si sit delegatus ad vniuersitatem causarum.*
10 *Neque dici potest Ordinarius, etiam si sit delegatus ad vniuersitatem causarum.*
Nec facit vnum, & idem Tribunal cum Episcopo, ib. & num. seqq.
11 *A sententia Vicarij Foranei appellatur ad Episcopum, vel eius Vicarium Generalem.*
Differentia multa inter Ordinarium, & delegatum remissiuè.
12 *A sententia tamen ipsius, vti particularis delegati, appellatur ad Episcopum, non ad Vicarium.*
Delegatus in vna causa ab Episcopo, est maior Vicario Generali in illa causa, nam
Delegatus Principis est maior Ordinario in causa delegata.

SVccedit postremò loco, de Vicarij Foranei potestate, aliqua breuiter attingere, ne quidquam intactum remaneat, quod ad officium Vicarij spectare quouis modo potest. Vicarius igitur Foraneus, ille dicitur, qui ab Episcopo, seù ab alio iurisdictionem ordinariam habente, constituitur, & deputatur in certa parte Diœcesis, vel ad certos actus tantùm, *cap. 1. in princ. & ibi* Gloss. *verb. Foraneos de offic. ordin. in 6. & Clement. 12. in fin. ver. Foraneo de rescript.* Ad differentiam Vicarij Generalis, qui ad totam Diœcesim regendam ponitur. Gloss. *pracit. in Clem. 2. qua incipit. & si principalis. verb. Foraneo de rescript. & in d. c. 1. verb. Foraneos de offic. ordin. in 6. & vtrobiq; Doctores communiter & in rubr. ff. de eius* Felin. *in ca. cum causam el primo n. 8. vbi* Abb. *n. 3. de offic. deleg.* Marant. *de ord. iud. 1. p. 4. d. 5. princ. n. 14.* Couarr. *l. practicar. q. 1. 4. n.* 8. Sbroz *l. 1. q. 13. n. 1.* Barb. *de Episc. p. 3. alleg. 54. n. 18.* Garz. *de benef. tom. 1. p. 5. c. 8. n. 29.* & Leo. *in Thes. for. Eccles. p. 1. c. 10. num. 5. vers. Foranei.*

2 Dicitur Foraneus, quia foris, idest extra locum, in quo sedes Episcopalis est, Episcopi vice fungitur; ad differentiam Vicarij Generalis, qui in Eadem Ciuitate, vbi Episcopus residet, constituitur, vt notat Archid. Imol. & Abb. post Gloss. *in d. ca. 1. verb. Foraneus.*

Vel dicitur Foraneus, quia forum teneat; vel quia de foris veniat, vt ait Gloss. *in d. c. 1. verb. Foraneos,* Syluest. *in summ. verb. Vicarius n. 4. in prins* Rebuff *in Prax. benef. tit. de forma, & declarat. noua prouision. verb. official. Episc. n. 1.* Sanchez *de matrim. l. 3. disp. 29. n. 10.* Interdum Decani Rurales dicuntur Vicarij Foranei *c. ad hac de offic. Arch* Gloss *in d. Cl. 2 de rescr.*

3 Aliquando Vicarius Foraneus dicitur, etiam ille, qui constituitur ab Episcopo in Ciuitate tantum, vbi residet Ipsemet Episcopus. Cardin. *in dist. Clem. 2. numer. 3. de rescript.* quia tunc non faceret vnum, & idem Tribunal cum Episcopo, & sic non diceretur Vicarius Generalis, vt notat Sbroz. *l. 1. q. 23. n. 4. & melius eod. l. q. 39. n. 1. &* Sanch. *vbi sup. n. 11.*

4 Sed propriè ille Foraneus appellatur, qui vt diximus, In aliqua parte Diœcesis, vel in aliqua Parochia, & ad certos actus deputatur, vt notatur per Gloss. *in d. Clem. 2. verb. Foraneo vbi Cardin. n. 3. DD. communiter in c. Romana de offic. ordinar. in 6.* Qui dicitur etiam Delegatus ad certum genus causarum, quia certæ causæ in genere distinctæ illi demandantur vt tradit Bartol. *in l. more, num. 4. ff. de iurisd. omn. iud.* Alexand. *in libr. 1. numer. 76. & sequent. de offic. eius.*

5 Interdum tamen dici solet Vicarius Foraneus etiam ille, qui delegatur ad vniuersitatem causarum, secundum Bartol *in l. in fin ff. quis & à quo;* Abbat. *in c. relatum, nu. 8. de offic. deleg.* Sbroz *l. 1. d. q. 13. n. 7.*

6 Sed quæritur hic, an ille, qui deputatur ab Episcopo ad aliquem actum specialem tantum, possit dici Vicarius Foraneus?

Respondetur negatiuè, nam talis deputatus ad vnum actum specialem, puta ad absoluendum aliquem à peccatis occultis, & Sedi Apostolicæ reseruatis, præuia dispensatione Sanctæ Sedis prædictæ, secundum formam *cap. 6. de ref. in* Concil. Tridens. potius dici debet Vicarius specialis; quam Foraneus, vt notat Sbroz. *l. 1. quæst. 14. num. 1.* Ego dicerem, huiusmodi posse potius dici Delegatum particularem, non Vicarium, quia illi particulariter committitur, & delegatur solummodò actus ille nudus, & simplex absoluendi, & nihil aliud, per text. *in d. cap. 6. de ref.* vid. Couar. *in l. practicar. quæst. d. 1. 4. n. 8.* Ille namque Vicarius propriè dicitur, qui vicem gerit pro Episcopo in eadem loco, & tribunali, in quo residet Episcopus, vt notatur per Bart. *in d. l. 1. in fin. ff. Quis, & à quo* quem sequutus est Marant *de ord. iud. d. par. 4. d. 5. n. 8.* Couar. *ib.* & Sbroz. *l. 1. q. 20. n. 3.*

7 Ex qua Bartoli doctrina, vbi proximè colligitur, Vicarium Foraneum abusiuè, largo modo, & impropriè dici Vicarium, non propriè, quia Foraneus non gerit vices Episcopi in eodem loco, vbi ipse episcopus residet, sed in alia parte Diœcesis. Vnde potius dici debet delegatus episcopi quam Vicarius, vt probat Gloss. *in d. Clem. 2. verb. Foraneos,* vbi expressè inquit, Officiales Foraneos episcopi esse delegatos, non Vicarios, quam sequitur ibi Ancharan *col. 2.* & Alij. Hostiens. *de offic. Vicar. numer. 2.* Felin. *in rubr. de offic. deleg. num. 41.* Couar. *ib.* & Sbroz. *d. q. 20 n. 4.* vbi respondet ad theo contrarium adducta quod dici possit Vicarius, quia etiam ille gerit vices episcopi in illa parte Diœcesis, seù in illis actibus, in quibus fuerunt constituti; inquit enim quod gerit vices, vt delegatus, non vt Vicarius, nam & delegati gerunt vices delegantis, vt ait Alexand. *in rubr. de offic. eius nu. 36. in fin.* Cardinal. *in Clem. 2. nu. 3 de offic. Vicar.* & Menoch. *de arbitr. iudic. l. 1. q. 12. num. 5.*

8 Est autem adeò verum, quod Vicarius Foraneus sit potius delegatus, quam Vicarius appellandus, vt etiam si ipse sit constitutus ad vniuersitatem causarum, adhuc dicatur Delegatus Episcopi, non Vicarius, quia delegatus dicitur ille, cui omnes causæ vnius territorij committuntur; vt probat Gloss. *in l. 1. in princ. vers. ab eo, ff. Quis, & à quo,* vbi Bartol. *in §. Scilicet. in l. à Iudice col. 1. in fin. vers. quare ad declarationem,* & ibi Iason. *num. 8. C. de iudic.* Felin. *in cap. causam matrimonij, num. 7. in fin. de offic. deleg.* quos refert. Sbroz. *dict. l. 1. q. 12. num. 1.* Tribus enim modis dici potest quis delegatus, vel si sit ad vniuersitatem causarum vnius loci; Vel si sit constitutus ad certum genus causarum, vt ad aliquas causas, aut actus in genere distinctos; vel si committatur aliqua causa particularis, vt notat Felin. *in rubr. de offic. deleg. n. 4* Couar, *d. l. pract. q. 1. 4. n.* 8

9 Neque per hoc, quod aliquando Vicarius Foraneus constituatur delegatus ad vniuersitatem causarum alicuius loci dici potest propriè Vicarius; cum illud nomen spectet solùm ad Vicarium Generalem, qui gerit vices episcopi in eodem loco, & tribunali, vbi episcopus residet, vt per Bartol. *in d. lib. 1. ff. Quis, & à quo, notauimus sup.* & in eo, præsente episcopo, cognoscit omnes causas totius Diœcesis spectantes ad illud forum, Couar. *vbi supra,* Marant. *ib.* & Alij per Sbroz. adducti, *q. 23. l. 1.* Foraneus verò cognoscit solùm in aliquo loco, vel in certa parte, vel ad aliquos actus, vel ad certas causas limitatè, vt notant communiter DD. & Gloss. *in d. Clem. 2. verb. Foraneos de rescript & in c. Romana in fin. de offic. ordin. in 6. & in c. Romana de appellat. eodem l. & in rubr ff. de offi. eius.*

Et est obseruandum, quod licet Vicarius constitueretur ab Episcopo in ciuitate, in qua ipse residet, & non cum facultate generali cognoscendi de omnibus causis totius Diœcesis, adhuc diceretur Vicarius Foraneus, non obstante doctrina Bartoli, *dict. l. 1.* vt notat Ancharan *in d. Clem. 2.* & Sbroz. *l. 1. quæst. 29. num. 1.*

10 Hinc fit, quod Vicarius Foraneus quomodoquocumq; cõstituatur altero ex tribus modis supra enumeratis, numquam

quam facit vnum, & idem Tribunal cum episcopo, vt facit Vicarius Generalis, vti suo loco diximus. Neque dici potest Ordinarius, vt Vicarius Generalis, *d. cap. Romana de appell. in* 6. Gloss. *in cap.* 2. *verb. ordinariam*, vbi Hostiens. *num.* 2. *de offic. vicar. in* 6. Abb. *in cap. determinar num.* 12. *de iudic.* Sbroz. *lib.* 1. *prot. quæst.* 23. *num.* 5. Couar. *lib.* 1. *variar. resol. cap.* 20. *num.* 4. Sed delegatus, vt inquit, Gloss. *in d. Clem.* 2. & Bartol. *in d. lib.* 1. Marant. *de ord. iudic.* 4. *part. dist.* 2. *princ. num.* 8. Couar. *ibidem*.

11 Et propterea à sententia Vicarii Foranei datur appellatio ad episcopum, vel eius Vicarium Generalem, sicut à quolibet alio delegato, quia non facit vnum, & idem Tribunal, & consistorium cum Episcopo. Gloss. *communiter recepta in Clement. & si principalis, verb. foraneo de rescrip. sepe cit.* DD. communiter *in d. cap. Romana de offic. ordin. in* 6. Marant. *ibid. dist.* 54. *num.* 14. Sbroz. *lib.* 1. *q.* 23. *num.* 9. & latius *lib.* 2. *q.* 55. *num.* 33. *& q.* 62. *num.* 6. Couarr. *pract. quæst. cap.* 4. *num.* 7. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. *num.* 10. *&* 12. Garz. *de benef. tom.* 1. *par.* 5. *cap.* 8. *nu.* 29. *cum seqq.* & Alii allegati per Barbos. *de pot. episc. p.* 3. *alleg.* 54. *num.* 21. *&* 22. Secus est in Vicario Generali, à quo non datur appellatio ad episcopum, quia esset appellare ab eodem ad eundem, vt habetur in *d. cap. Romana*, vbi Innoc. & Archid. *de appellat. in* 6. Rebuff. *in pract. benef. de vic. episc. num.* 6. Bertachin *in tract. de episc.-tit. de vic. episc. n.* 15. & Nos *diximus sup. vbi de vic. epis. sermo fuit*.

Et hæc est vna ex principalioribus rationibus, quod vicarius Foraneus largò modo, & impropriè dicatur vicarius, nam propriè est delegatus; inter quem, & vicarium constituuntur multæ differentiæ, vt notat Sbroz. *d. lib.* 1. *q.* 23. *nu.* 1. & tradit Soccin. *in cap. qualiter num.* 180. *de accusat.* Sed omnium latissimè, & melius Marant. *de ord. iud. d. par.* 4. *d.* 5. *tit. An sit iudicium ordinarium, vel delegatum à num.* 23. *vsque ad fin.* vbi enumerat disertissimè quadraginta differentias, quæ extant inter Ordinarium, & delegatum, ex quibus magni, & diuersi effectus oriuntur.

12 Sed quæri potest hic; quid seruandum, si episcopus committat aliquam causam Vicario foraneo, seu alteri expediendam, an ab isto delegato appelletur ad vicarium Generalem, vel ad ipsummet episcopum, omisso medio Vicarii?

Et respondetur, debere appellari ad Episcopum non ad Vicarium. Abb. *in cap. dilectis il terzo, num.* 3. *de appell.* Cassan *in cat. Glor. mund. p.* 7. *consil.* 10. *vers. & ex his infert*; nisi episcopus esset absens, vt ex Abb. *vbi sup. & in cap. si quis contra in* 1. *lectur. num.* 25. *& in secunda num.* 30. *de for. comp.* vbi Dec. *num.* 1. notat Sbroz. *lib.* 2. *q.* 6. *num.* 1. *& seqq.* Ratio est, quia Delegatus ab episcopo maior est vicario episcopi in illa causa, & ideò ab illo non debet appellari ad vicarium episcopi; *Roman. singular.* 598. *quod incipit; Tu habes casualum*, Guid Pap. *q.* 272. Pro qua sententia adducitur textus *in cap. studuisti de off. deleg.* vbi de causa specialiter commissa delegato per Papam, legatus Generalis non potest se ingerere in illa, quia quoad illam causa, delegatus censetur maior ipso legato, vt ibi, & *in cap. pastoralis, §. præterea de offic. ordin.* vbi habetur, quod excommunicatus per delegatum Papæ, etiam eo defuncto, non potest absolui ab Alio, quam à Summo Pontifice. Episcopus enim delegando alteri causam, videtur auferre in illa causa iurisdictionem Vicario Generali, *d. cap. studuisti*, & notat Sbroz. *vbi sup. num.* 5. *& lib.* 2. *q.* 62. *nu.* 9. *&* 10. vbi dicit quod DD. communiter *in rubr. ff. de offic. eius*, asserunt, quod Delegatus Principis est maior ipso Ordinario in illa causa sibi Delegata; ergo etiam Delegatus episcopi in illa causa.

Non desunt tamen Doctores non spernendæ auctoritatis, qui contrariam partem tueantur: quod scilicet à Delegato episcopi possit appellari ad vicarium, ob diuersas rationes; quo vide apud Sbroz. *ibid. num.* 11. *cum seqq.* qui *num.* 20. concludit, primam sententiam negatiuam magis communem esse, & ideò ille hanc libenter amplectitur, & sequitur, cum declaratione tamen Abbatis *in dict. cap. si quis contra num.* 25. *&* 30. *prima & secunda lectura & d. cap. dilectis il terzo, num.* 3. nimirum si episcopus sit præsens, secus si sit absens.

SVBSECTIO VNICA.

De Iurisdictione Vicarij Foranei.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus tenetur Vicarios Foraneos in Diœcesi facere.*

2 *Eligi debent Vicarij Foranei saltem Rectores Parochialium.*

3 *Sunt amouibiles ad nutum Episcopi.*

4 *Eorum iurisdictio est limita.*

5 *In criminalibus non possunt se intromittere, nisi informatiuum processum faciendo.*

Formam facultatum semper inspicienda.

6 *Partem pœnarum habere debent in mulctis violationis festorum.*

Ipsis licentiam dare competit operandi die festo.

7 *Præcedentia illis non competit, ratione foraneitatis.*

8 *Præcedunt tamen in Congregationibus tantum non ante, nec post.*

9 *Non debetur honor Thuris, & pacis ante alios.*

Et in Choro cum coætaneo stare debeat.

10 *Residere debeat in loco, vbi creantur.*

11 *Congregare possunt presbyteros sui Vicariatus singulis mensibus ad conferendum inter se difficultates Ecclesiæ.*

12 *Inquirant de vita, & moribus Clericorum.*

13 *Conclusiones Quæstionum in libro registrare tenentur.*

14 *Visitent regionem suam certo anni tempore.*

15 *Indicare debent Episcopo Parochos inhabiles ad concionandum.*

16 *Conueniant omnes simul coram Episcopo certo anni tempore, vt ipsum informent de rebus occurrentibus. Ante, & post dictam Congreg. seruent solitum.*

17 *Congregent alia vice Parochos ad Synodi negotia tractandum.*

18 *Curatos non residentes significare Episcopo debent.*

19 *Nomina excommunicatorum Regularibus mittere debent.*

20 *Non habent maiorem partem in funeralibus, sed solitum, ac si non essent Vicarij.*

21 *Non possunt Canonicis prohibere ne congregentur, sine eorum licentia.*

22 *Neque innouare aliquid in punctando absentes à Choro.*

23 *Non tenentur aliquid dare ministris Episcopi per Diœcesim discurrentibus, nisi cubile, & lumen.*

24 *Omnes Diœcesani debent illis obedire.*

25 *Non potest Foraneus esse Delegatus Apostolicus, nisi ex certa scientia Papæ.*

26 *Foraneus dependet à Generali Vicario.*

Limitatur, si sit Delegatus particularis.

27 *Vel si eximat illum Episcopus à potestate Vicarij Generalis.*

28 *Episcopus potest inhibere Vicario Generali, ne in aliqua causa iudicet.*

29 *Foraneus non restituit integrum.*

Nisi sit Delegatus ad vniuersitatem causarum.

30 *Neque causas hæresis, matrimoniales, & criminales cognoscere potest.*

31 *Neque monitoria excommunicationis concedere valet.*

1 AD hoc vt maiori cum diligentia ea, quæ episcopus exequi debet erga subditos, accuratiùs peragantur, & officii sibi commissi partes vigilantiùs adimpleantur, necesse omninò est, vt Vicarios Foraneos per Diœcesim deputet, & constituat, vt habetur in Conc. Mediolan. 1. *p.* 2 *tit. de Vicary Foraneis*.

2 Ad hoc munus Vicarii Foranei erunt eligendi, & constituendi Archipresbyteri, & Præpositi locorum, vel Alii in dignitate ecclesiastica constituti; sin minus eligantur Rectores Ecclesiarum Parochialium Diœcesis quantum possibile erit, vt habetur eod. Conc. Mediol. 1.

3 Qui possunt amoueri arbitrio Episcopi quotiescumque voluerit, & luent pœnas, si malè se gesserint in officio. *ibid.*

4 Iurisdictio Vicariorum omninò limitata, nam semper concedi solet, vel in certo loco, vel parte Diœcesis, vel vt possint cognoscere causas ciuiles ibidem occurrentes, vsque ad cer-

ad certam summam, puta sex ducatorum; plus, minusuè prout libuerit, ne partes pro qualibet re leui cogantur semper adire ciuitatem, & comparere coram Vicario Generali, ita censuit Sac. Congr. Episc. *in vna Troian. 27. Martij 1590.*

5 In criminalibus verò eorum iurisdictio non extenditur, nisi vt possint informationes capere, & formare processum informatiuum, ad effectum illum transmittendi ad Vicarium Generalem cum relatione totius facti, ita declarauit Ead. congreg. *in vna metulensi 9. Iunij 1592.*

Quod si adsit consuetudo, vt omnes causæ cleri alicuius oppidi, tàm ciuiles, quàm criminales, & mixtæ (exceptis iis, pro quibus pœna corporis afflictiua venit imponenda) per Vicarium Foraneum illius oppidi cognosci debeant, sinere linquendi in ea possessione, vel quasi eum concedi possit man. datum de manutenendo, & de facto, sic declarauit Ead. Congregat. *in vna Tarentina pro Oppido Martina 7. Iulij 1567.*

In hoc autem est obseruanda forma constitutionis Vicariatus Foranei, siuè litterarum vt dicitur, testimonialium, quia ipsæ constituunt essentiam facultatum ipsi delegatarum, vt habetur in tex. *l. Iulianus, ff. ad exhib. & l. diligenter, ff. mandat. cap. cum dilecti,* vbi latè Felin. *col. 6. vers. de forma obseruantia de rescrip* Abb. *in c. tua, n. 6. de offic. vic. & cons. 88. n. 6. col. 5. volum. 1.* Bald. *ad nostrum propositum in l. aliquando, n. 4 ff de offic. presens.* & Bart. *in l. vicarium, ff. de legat.*

6 Debent Vicarij Foranei habere pro suis emolumentis tertiam partem pœnarum, quæ à viola oribus festorum exiguntur, quia vbique seruatur, quòd pœnæ prædictæ applicentur Vicarijs Foraneis, & eorum executoribus, & ità censuit eadem Sacr. Congregat. Episc. *in vna Theanen. 5. Februarij 1591.*

Ad Vicarium enim Foraneum, potiùs quàm ad Archipresbyterum, locì ipsi spectat dare licentia operandi die festo, & contrauenientes mulctare, *ead. 18. Nouemb. 1597.* Quæ licentia in scriptis concedi debet, non ore tenus, *Ead. 21. Augusti 1615.* de quibus Gauant. *in Man. Episc. verb. Festi dies in additi, num. 1 & 2.*

7 Dicti Vicarii Foranei nullam habent præcedentiam, ratione tali officij in Choro, in sessionibus, processionibus, & alijs actibus, & functionibus ecclesiasticis, suprà Archipresbyterum, & alios presbyteros loci ipsi Vicariis antiquiores, & dignotores, ex eo solum, quod sunt Vicarij Foranei, nisi contrarium habeatur de consuetudine; neque super hoc innouatio fieri debet, præsertim sede vacante; Sed debent stare, sedere, & incedere in loco solito suæ receptionis, & dignitatis, ac si non essent Vicarii, tàm cum cotta, quàm sine illa, non obstante quacumque ordinatione Episcopi in contrarium. Ead. Sacr. Cong. Episc. *in vna Ortan. 9. Ianuarij 1587. & in alia Nol. 15. Septembris eod. ann. & in alia Teanen. 2. Aprilis 1601.*

8 In congregationibus autè, quæ singulis mensibus, fiunt de mandato Episcopi, (vbi talis viget consuetudo) præcedere debent omnibus prædictis, tamquam Episcopi delegati, non tamen in processionibus, & aliis, quæ fiunt antè congregationem Sac. Congreg. Rit. *in vna Brundusina 17. Nouemb. 1600. & in Oritana. & Catanien. eod. die, & non & in Marsicen. Spoletan. & Beneuen. 11. Aprilis 1601. & in Regien. 2. Martij 1602. & in Trepien. 25. Ianuarij 1603.* & alibi sæpissimè, quarum omnium meminit Aldanus *in compend. Canon. resol. lib. 1. tit. 43. num. 52. relat. à* Barb. *in collect. decis. Apost. collect. 718. num. 2. & de iur. eccles. lib. 1. cap. 24. num. 57.*

Quod habet locum non obstante quacumque contraria consuetudine, vt nouissimè censuit. ead. Sac Cong Rit. *in Syracusana 8. Iunij 1601.* de qua idem Barb. *n. 1. vbi sup.*

9 Neque ratione officij Vicariatus debent antè alios habere thurificationes, & pacis honorem, & in processionibus, & Choro vti debent cotta sicut alii Presbyteri. Eadem Congr. Rit. *in vna Tranen. 24 Septemb. 1605.* de qua Aldan *d. tit. 43. n. 54.*

10 Debent dicti Vicarii residere in eisdem locis, vbi constituti fuerint, vel in alio non multum distanti. Sac. Cong. Episc. *in vna Troian. 22. Decembr. 1646.* Locus autem debet esse oppidum nnmerosum à ciuitate remotum, & ibi teneri debet Vicarius Foraneus secundum solitum.

11 Habent facultatem prædicti Vicarii Foranei in vnum congregandi semel in mense presbyteros Regionis, se sileci, vt conferant inter se super difficultatibus Parochiarum, & Curis Animarum. Concil. Prouinc. Mediolanen. *1. par. 2. tit. de Vic. Foran.*

12 Eorum officium est etiam inquirere de vita, & moribus Clericorum, & an eorum incuria Diuinus cultus aliquid detrimentis patiatur. Idem. Concil. *vbi sup.* inquirere debent, an Parochi, & Presbyteri illius loci, sibi commissi, habeant libros, quos tenere debent; an obseruent Decreta Synodalia, & de his omnibus ad Episcopum relationem faciant. *ibid.*

13 Custodiant librum, in quo describantur conclusiones ab Episcopo approbatæ, tàm quæstionum explicatarum, quàm explicandarum. Conc. Prouinc. Mediolanen. 2.

14 Visitent Regionem quisque suam à die Sancti Martini vsque ad festum S. Ambrosij Conc. Prouinc. Mediolanen. 5. nisi longiori tempore sit opus.

15 Antè primam Dominicam Aduentus mittant ad Episcopum indicem Parochorum, vbi opus sit, quibus minus idoneis ad concionandum, dandus erit Concionator in Quadragesima. Concil. Prouinc. Mediolanen 7. Hæc omnia intelligat prudens Lector in terminis habilibus vbi adest consuetudo.

16 Hebdomada penultima antè Septuagesimam conueniant omnes Vicarij Foranei coram Episcopo, nisi aliud præscribatur. Concil. Prouinc. 5.

Antequàm veniant, congregatis Parochis sibi subditis, colligant ea, quæ referre debent Episcopo. *ibid.* Cum ad Ciuitatem accedunt, primò Episcopum adeant, & de singulis referant. Concil. Mediol. *vbi sup.* cum redierint, quisque suos iterum conuocet, moneatque de quibus iusserit Episcopus. dict. Concil. Prouinc. 5.

17 Feria secunda post Octauam Paschatis, si dies festus non sit, al oquin prima die feriali, iterum conuocent Parochos, & colligant, si quæ inciderint post Dominicam Septuagesimæ, & quæ similiter ad Episcopum pro synodo referri oportebit. *ibid.* Et licet Synodus non habeatur, ob aliquam causam, prædicta tamen nè ommittantur. *ibid.*

18 Tenentur significare Episcopo curatos non residentes in sua Regione, Concil. Mediolanen. *1. part. 2. titul. de resident.*

19 Tenentur etiam transmittere nomina eorum, qui non communicarunt in Paschate, ad Regulares, vt sciant; post quam fuerint interdicti, vel excommunicati. Id. prouinc. 7.

20 Vicarij Foranei, sunt Canonici, non debent habere maiorem portionem ex funeralibus, quàm si esset simplex Canonicus; ità declarauit Sac. Congreg. Rit. *in Beneuen. Casus Sancti Ioannis die 7 Octobris 1617.* quàm ex Aldan. *d. tit. 43. n. 55.* refert Barbos. *d. collect. 718. n. 4.*

21 Non possunt prohibere Canonicis, nè capitulum faciant, sine sua licentia, contrà vsum Ecclesiæ. Sac. Rit. Cong. *16. Decembr. 1616. & in Ortan. Cælia 16. Decembris 1606.* quam refert Sellius *in select. canon. tit. 46. n. 57.*

22 Neque possunt mulctare Clericos, vel presbyteros, qui non veniunt ad horas Canonicas, vltrà solitum punctum amissioni distributionum quotidianarum. Sac. Rit. Congreg. *in Brundusina. 4. Maij 1606.* de qua ex Aldano *vbi sup. num. 56.* Barbos. *vbi prox. num. 5.*

23 Non tenentur soluere Vicarij Foranei, vel alii Rectores Curatorum, ant alijs Episcopi min stris per Dioecesim discurrentibus quidquam, sed tantum ministrare debent cubile, & lumen, & si victum eis præbeant, ab Episcopo repetere possunt. Sacr. Congregat. Episc Vicario Apostolico *Licien. 5. Februarij 1591.* quod intellige si à principio habuerunt animum repetendi. ead. Congregat. *in vna Balneoregien. 6. Augusti 1601.*

24 Vicarij Foraneis obedire debent omnes Curati, & Alii Clerici, cuiuscunque dignitatis sint, aliàs per episcopum puniri possunt. Concil. Mediolanen. *1. part. 2. tit. de vicar. foranei.*

25 Est, autem aduertendum, quod vicarius Foraneus Episcopi non potest esse Delegatus Papæ. *Clem. & si de rescript. ubi Gloss. & DD. in §. officiali verb. foraneo* & dicunt, quod ideo non potest esse Delegatus Apostolicus vicarius Foraneus, quia habet delegatam iurisdictionem episcopi, non ordinariam, notat Sbroz *tit. 2. q. 23. n. 8* sed Ancar. Card. & Imol. *in d. Cle. & si principalis 3. de rescr.* addunt aliud quod scilicet Foraneus non dicitur habere Dignitatem quod notat Rebuff. *in Prax. benef. tit de vnlit. Iuris. & desect. iurisd. delig num. 66.* limitatur tamen conclusio, vt si delegatio fieret foraneo ex certa scientia Pontificis, tunc enim valeret Gloss. *in d. Clem. & si principalis in fi.* Sbroz. *ibid. nu. 9* & Barbos. *de iur. eccles. l. 1. c. 15. num. 29.*

num. 25. & de epis. pars. 3. alleg. 54. num. 139.

26 Sed quæritur hic, an vicarius Foraneus dependeat à vicario Generali, & eidem subditus sit?

Respondetur affirmatiuè: cum Cardinal. *in Clem. 2. pracit. de rescript. num. 24. & 25.* quia ab eius sententia ad vicarium Generalem appellatur vt notauimus *sup. sect. 7. num. 10.* & Alij per Sbroz. *lib. 2. q. 62.* limitatur tamen conclusio, quando per Episcopum aufertur à potestate vicarij generalis, propter aliquam causam sibi delegatam, vt ex Card. *d. n. 24.* notat Sbroz. *ibid. num. 8.* quia tunc in illa causa sibi delegata est maior ipso vicario, ad instar Delegati Principis, qui est maior ipso ordinario in causa delegata, vt concludunt communiter DD. *in rubr. ff. de offic. eius & notauimus sup sect. n. 12.*

27 Vel si eximat omninò Episcopus ipsum Foraneum à Generali Vicario, quia sicut potest vicarium Generalem, ad libitum reuocare, vt probatur *in d. Clement. 2. verb. per electionem, vbi DD de rescript. sup. cit. Clemen. fin. de procurat.* Bald. *in l. solent. num. 6. ff. de offic. Proconsf.* Barbat. *in cap. postulasti in 2. notab. ad fin. de rescript. & in c. quamuis* Abbas *num 37. vbi Abb. n. de offic. deleg.* Rebuff. *in prax. Benef. tit. form. Vicar.* A'cbierp. *n. 192.* & Nos notauimus *sup. sect. a subsect. 6. n. 2. cum seqq. præsertim n. 6.* sic potest idem Episcopus.

28 Inhibere Vicario Generali, ne aliquem cognoscat vel in aliqua certa causa iudicet *per l. iudicium soluitur ff. de iudic. c. vt nostrum* vbi DD. *de appella. ton cum adnotatis* per Innocent. & Alios *in cap. Romana de appellat. in 6.* Tuscl. *decis. 480.* Maran. *de ordine iudic. p. 4. dist. 16. num. 58 & seqq.*

29 Quæritur secundò, an Vicarius Foraneus possit concedere restitutionem in integrum, sicut Vicarius Generalis?

Respondetur negatiuè, cum Abb. *in cap. pen. n. 7. de restit. in integr.* Iacob de Sancto Georg. *in l. aduersus. n. 5. C. si aduers. rem iudicat. add. in tract. de restit. in integr. p. 1. quæst. 33. art. 21. num. 359.* limitatur tamen per Abb. *vbi sup.* Quando Foraneus est ad vniuersitatem causarum, tunc enim potest restituere in integrum, vt notat Sbroz. *lib. 3. q. 12. n. 3.*

30 Est aduertendum tandem, quod vicarius Foraneus cum sit Iudex inferior non potest cognoscere causas hæreticæ prauitatis; neque causas matrimoniales, nec criminales, quia omnes prædictæ sunt Episcoporum tantum iurisdictioni, & examini reseruatæ à Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 20. §. Adhæc.*

31 Neque potest concedere litteras monitoriales pro occultis, deperditis, aut subtractis rebus ad finem reuelationis, quæ vulgò dicuntur monitoria excommunicationis, quia etiam hæc Episcopi solum modò, aut eorum Vicarij Generales, cum speciali mandato, & sufficienti facultate constituti, concedere & relaxare possunt Conc. Trid. *sess. 25. de reform. cap. 3.* Vicarij enim Generales, vt supra, etiam in aliis casibus censuras ferre, & promulgare possunt, *cap. 1. & capitol. licet, sanct.* Gloss. *de offic. vicar. in 6.* & ideò etiam hæc monitoria excommunicationis relaxare valent prædicti Vicarij Generales vt notat DD. *mox citandi, præsertim* Barb. *nu 7. & dix. sup. sect. 2. subsect. 1. num. 9.* Non autem Vicarij Foranei, qui sunt officiales inferiores, Lazarius *in tr. de monitor. sect. 3. q. 5. nu. 9.* Vgolin. *de pot. Epis. cap. 45. in princ. versic.* excipiuntur, Riccius *in Prax. rer. for. Eccl. resol. 235. in fin. in 2. edit.* Escobar. *in tractatib. selectissim. tr. 2. p. 2. q. 2 §. 3. num. 56.* Ipsi enim nequeunt huiusmodi monitoria concedere quod procedit etiam in alias Prælatis Episcopis inferioribus, etiam si sint exemptis, ac nullius Diœcesis vt tradit Vgolin. *de potest. Episc. vbi sup.* Leo. *in Thes. for eccles. p. 1. cap. 10. nu. 6. & p. 3. cap. 7. n. 18. & 19.* Genuens. *in Prax. Arch Neap. c. 1. num. 3. & alij alleg. à* Barbos. *de Episc. p. 3. allegat. 96. n. 3. & 12*

Possent tamen Episcopi ipsis Vicarijs Foraneis specialiter, & expresse talem facultatem concedendi monitoria delegare, & committere, dummodo sint viri integerrimi, & circumspecti, & non alias vt decisum refert Gallet. *in Margarita Casuum conscientiæ verb. littera 2.*

FORMVLA.

Commissionis Vicariatus Foranei.

N. Episcopus N. &c.

Dilecto nobis in Christo R. N.

Cvpientes in Oppido N Nostræ Diœcesis de idonea persona prouidere, quæ Vicariatus Foranei officium in omnibus ad huiusmodi munus spectantibus benignè pro totius Cleri, & Populi quiete, & salute, exercere possit, non valentes propter ardua, variaq; negotia, ob distantiam locorum, Nos, & Vicarius noster Generalis, personaliter vbique locorum, prout optaremus interesse, propterea de tua confisi fide, prudentia, probitate, & integritate, auctoritate qua fungimur in prædicto Oppido te in Vicarium Foraneum, cum omnibus honoribus, oneribus emolumentis, & prærogatiuis in forma solita, per præsentes facimus constituimus, & deputamus ad nostrum beneplacitum. Cum potestate omnes depravatos mores in personis Ecclesiasticis tibi subditis, corrigendi, & emendandi, informationes ad instantiam partis, vel ex officio contra illos in crimine concubinatus, blasphemia, & aliorum spiritualium, vel mixti fori delictorum, etiam contra laicos capiendi, processus formandi, & vsque ad sententiam diffinitiuam exclusiuè in omnibus causis procedendi, illosq; firmatos ad nos originaliter transmittendi, præcepta Canonicis, & Presbyteris, & cæteris Ecclesiasticis personis tibi subiectis sub pœnis tibi benè visis de se ad nos præsentando faciendi, non parentes carcerandi in causis ciuilibus vsq; ad summam scutorum tot. in eis quantitatis vero, & in quibus non est sola iudiciaria, seù decretum diffinitiuum non est interponendum vsque ad quamlibet summam cognoscendi, & terminandi; Festiuitates, & alia, quæ mandat, & præcipit Sancta Mater Ecclesia seruari mandandi, reliquaque omnia faciendi, gerendi, & exercendi, quæ similes Vicarij Foranei, facere, gerere, & exercere solent. Mandantes omnibus & singulis, Canonicis, Presbyteris, Clericis, cæterisque, ad quos spectat, vt te in Vicarium Foraneum, vt suprà recipiant, admittant, recognoscant, & obediant, sub pœna scutorum aureorum quinquaginta, & in subsidium excommunicationis. In quorum fidem has præsentes manu nostra subscriptas, & nostro sigillo solito munitas fieri fecimus. Dat. &c.

SECTIO OCTAVA.

De diuersis Alijs Vicarijs.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij Beneficiorum duplices.*
2 *Vicarius perpetuus est, qui deputatur in vnionibus Ecclesiarum ab Apostolica Sede.*
3 *Sunt etiam illi, qui deputantur Ecclesiis exemptis ab Ordinarijs prauio examine.*
4 *Dicti Vicarij non possunt remoueri à Prouiso.*
5 *Vicaria perpetua est Beneficium.*
6 *Congrua portio debet illis assignari; & quæ illa sit.*
7 *Vicarius perpetuus non potest sibi alium substituere.*
8 *Neque potest duos vicariatus habere, quia tenetur residere.*
9 *Si efficiatur Curatus, cessat esse Vicarius.*
10 *Beneficium de nouo impetrans debet exprimere vicariatum.*
11 *Si habeat alia curata, tenetur resignare.*
12 *Beneficia cum vicariatu dicuntur curata.*
13 *Deputatio Vicarij perpetui per Episcopum facienda est in actu visitationis.*
14 *Fieri potest etiam in Ecclesiis exemptis.*
15 *Item etiam si in litteris vnionis fuerit aliter cautum.*
16 *Debet tamen deputationem facere cum causa.*
17 *Arbitrium regulariter à iure.*
18 *Deputatio prædicta facienda est citatis citandis.*
19 *Casus, in quibus deputatio prædicta fieri nequit.*
20 *Vicarij temporales, qui sint.*
21 *Causa deputandi Vicarium temporales plures sunt nimirum:*
Si Parochus sit absens, vel impeditus.
Si Parochialis vacat.

Si quis quas habet Parochias.
Si Parochus sit nimis occupatus.
Si velit peregrinari.
Si non intelligit linguam Parochianorum.
Si pergit ad prædicandum.
Si adsit vtilitas, aut necessitas Ecclesiæ.
Si Rector religiosus efficiatur.
Si adsit augmentum Diuini cultus.
Si Rector non habet ætatem.
Si cura animarum sit vnica mensa episcopali, vel Capitulo.
Si aliud beneficium iniungitur.
Vel quando Vicaria perpetua vnitur; nam tunc datur Vicarius temporalis, quia non sunt amplius perpetua.
22 *Vicaria temporalis non est Beneficium, sed stipendium, ideo.*
Non potest quis ordinari ad eius titulum.
Non gaudet prærogatiuis vicarij.
23 *Nominatio temporalis Vicarij ad Ecclesias exemptas vnitas, Spectat ad Superiorem Monasterij, non ad Episcopum.*
Examen, & approbatio ad Episcopum.
24 *Vltimus status inspicitur in dubio, an sit vicaria perpetua, vel temporalis.*
25 *Vicarius perpetuus Parochialis præcedit temporali, & Cathedrali.*
26 *Vicarij Parochorum, qui.*
27 *Si Parochus ex priuilegio habeat duas Parochias, vni ex illis datur Vicarius.*
28 *Vel quando Parochus est illiteratus.*
29 *Vel quando datur Ecclesia vacans.*
30 *Vel quando expedit dare temporalem, & non perpetuum Ecclesiis vacantis.*
31 *Vicarij Regularium, qui.*
Ipsi sunt Superiores, absentibus Prioribus.
32 *Vicarij Generales Religiosorum habent eamdem auctoritatem, ac Generales absentes.*
33 *Vicaria Monialium quales.*
Vicariæ monialium electio, quomodo fiat.
34 *Vbi eligantur à Monialibus, Episcopus non se ingerat.*
35 *Superiores monialium triennio durant.*
Vicaria potest eligi, post triennium immediatè ab Abbatissatu.
36 *Vicaria eligitur, quando Abbatissa male gubernat.*

PRo complemento totius materiæ, officium Vicarij concernentis, vt plenior de omni Vicariorum Genere notitia habeatur, obseruandum est, quod vltra species Vicariorum supra enumeratas, dantur in Iure Canonico Alij Vicarij, largo tamen modo; nam Alij sunt Vicarii Ecclesiarum, seu Beneficiorum; Alii sunt Vicarii Parochorum, Alii Vicarii Regularium; Alii Monialium, & sic de reliquis; de quibus singillatim quædam breuiter, vt de Aliis fecimus, prælibare, & obiter percurrere non pigebit; cum quædam alia tetigerimus de Aliis Vicariis *sup sect. 1. subsect. 1.*

1 Dico igitur, quod dantur vicarii Beneficiorum & Ecclesiarum, qui sunt in duplici differentia; nam Alii dicuntur Perpetui; Alii temporales, secundum Abb. *in cap. extirpanda, §. qui verò nu. 5. de præbend.* Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 3. cap. 6.* Paul. Laym. in Theolog. *moral. lib. 4. tit. 2. cap. 5. n. 8.*

2 Perpetui sunt illi, qui deputantur, quando fit vnio Ecclesiarum Parochialium, siue Beneficiorum accessorie, nam tunc in Ecclesia, seu Beneficio vnito [illegible] vicarius perpetuus, qui illi deseruiet; & tali casu, qui habet Beneficium vnitum, non poterit illi deseruire de se, inuito vicario perpetuo. *per text. in c. extirpanda, §. qui verò de præbend. c. 2. eod. tit. in 6. & in c. a. vnic. de suppl. monach. in 6.* Abb. Pan. *in c. Perpetuus de fid. instrum.* DD. communiter *in Clem. vnic. de offic. Vic.* de quibus Rebuffus *in Prax. Ben. p. 1. tit. de Vicar. perpet. per tot. & Alij alleg.* à Barbos. *de iur. Eccles. lib. 3. cap. 6. num. 3.*

Et isti habere debent omnes conditiones Parochorum, *d. Cle. vnic. de offic. vicar.* quia Vicarius perpetuus dicitur Curatus, & Pastor Animarum, vt aduertit D. Prosp. Fagnanus, *in cap. ex parte, num. 67. de cleric. non resid.*

Hinc est, quod tenetur ad residentiam in Ecclesia titulari, sicut cæteri Parochi, *c. 1. & c. fin. de offic. vic.* vbi idem Fagnan. *n. 7.* & postea in eodem *c. fin. n. 25.* tradit huiusmodi Vicarium perpetuum teneri infra annum suscipere ordinem Presbyteratus si tempore, quo fuit factus vicarius perpetuus, non erat sacerdos.

3 Sunt etiam vicarii perpetui, qui deputantur ab ordinariis locorum, Monasteriis, Conuentibus, Hospitalibus, Collegiis aut aliis Ecclesiis, & Beneficiis, in quibus pro regimine, & cura Animarum illis subiectarum, sunt erectæ vicariæ perpetuæ Apostolica auctoritate; Et tunc post erectionem prædictam vicarii huiusmodi admitti debent auctoritate ordinaria, prævio examine, iuxta formam Sac. Concil. Trid. *sess. 24. cap. 16. de reform. & sess. 25. de Regul. cap. 11.* & asseruot DD. adducti à Garzia *de benefic. tom. 2. p. 9. c. 2. §. 2. n. 285.*

4 Huiusmodi Vicarii Ecclesiarum, seu Beneficiorum dictis piis locis perpetuò vnitorum, & annexorum, secundum Trident. *sess. 7. de reform. c. 7.* non possunt, sine graui causa ab illis amoueri à Prouiso de illa Ecclesia, vel ab ordinario, *cap. ad hæc*, & ibi Gloss. *verb. remouere de offic. vicar. & d. c. 1. de capel. monach. in 6.* Abb. *in cap. extirpanda præc. §. qui verò, n. 9. de præb.* Rot. *decis. 24. n. 1. de præbend. in nou.* & Sac. Concil. Trident. *d. cap. 7. de ref. sess. 7.*

5 Ratio est, quia vicaria perpetua vere est beneficium, Rot. *decis. 2. n. 1. de excessib. Prælat. in nou.* Garz. *loc. proximè citat.*

Et ideò remoueri minimè potest, vt notatur in *d. Clem. vnic. de offic. vic. & d. cap. ad hæc*, vbi Abb. Etiam si Rector principalis moriatur, vt habetur *in d. cap. ad hæc*, & Abb. & Alii tradunt in *d. §. qui verò* nam beneficia debent esse perpetua, *cap. Sanctorum, 70. dist.* Gloss. & DD. *in cap. fin. de tempor. ordinat. in 6.* Rebuff. *d. tit. de vic. perp. n. 15.*

6 Isti Vicarii debent habere congruam fructuum portionem, quæ tamen non sit maior centum, nec minor quinquaginta scutorum annis singulis ab ordinariis locorum assignanda; nisi auctoritate Apostolica in erectione aliter assignata fuerit, vt statuit Pius V. *in Bull. seù constit. 47. quæ incip. Ad exequendum; Kalend. Nouembris* 1567. apud Cherubin. *in Bullario to. 2. pag.* 243. quæ summa fit, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obuentionibus communiter percipi solitis, vt in *d. const. 47. habetur*, de qua Gutier. *canl. 8. num. 3. cum. seqq.* Valenzuel. *cons. 54. tom. 1. &* Rot. apud Paul. de Rubeis *decis. 230. num. 2 par. 6. recentior. aliàs tom. 2. diuers.* & Barbos. *mox. cit. and. num. 42.*

Alias Ecclesiæ Rector priuetur Ecclesia, *d. cap. extirpandæ, §. qui verò de præb.* Concil. Lateranen. *3. tit. de Vicarijs, cap. 1. & 2.* Concil. Lateranen. *4. cap. 32* Concil. Germaniæ. *1. c. 12.* Concil. Coloniens. *2. par. c. cap. 5. & 4.* Concil. Moguntin. *4. cap. 80.* & Concil. Trident. *sess. 7. de ref. c. 5.* quæ refert P. Laurent. Brancat. à Laurea *in Epit. Iuris Can. verb. Vicarij, & Vicariatus Ecclesiarum, §. 12.* vide per hoc Barbos. *de iur. Eccles. lib. 3. cap. 6. num. 40.* vbi ponderat ipsa loca Concilii Tridentini, in quibus fit mentio huius congruæ portionis.

7 Huiusmodi Vicarius perpetuus non potest substituere sibi Alium Vicarium *cap. Clericos de offic. Vic.* Concil. Lateran. 3. *tit. de Vicarijs, c. 3.* Barbos. *de iur. eccles. lib. 3. cap. 6. n. 37.*

8 Neque vnus potest plures vicariatus habere, *c. prouideas de offic. vic.* Concil. Later. *3. vbi sup. n. 6.* quia tenetur seruire Ecclesiæ, in qua est Vicarius, & ibi residere, *cap. fin. de offic. vic.* & Conc. Londin. *2. cap. 15.*

9 Quod si adeptus sit officium curati, cessat à vicariatu. *cap. Ad audientiam de offic. Vicarij.*

10 Et iste Vicarius perpetuus, si habeat vnde viuat, impetretque beneficium, non facta mentione de vicariatu, nulliter impetrat. *cap. postulasti de rescript.*

11 Et si habeat alia beneficia curam Animarum habentia, tenetur resignare. Conc. Londin. *2. cap. 11.*

12 Beneficia enim, quæ huiusmodi vicarias perpetuas habent, dicuntur curata saltem habitu. Rot. *decis. 2. de offic. vic. in antiq.* Felin. *in cap. postulasti n. 1. de rescript.* Ideò multi DD. asseruerunt in ipsis debere fieri concursum, seruata forma Conc. Trid. *sess. 24. de refor. cap. 18. de quo notanimus*, & tradit Leo *in Thes. for. eccl. p. 1. c. 10. n. 5. vers. 2. sunt*, Rebuff. *in Prax. benef. tit. de vicar. perpet. n. 14. & in tract. de nominat. q. 9. n. 8.* Leis. *lib. 2. cap. 4. n. 3.* & Alii penes Garz. *de benef. to. 2. p. 9. cap. 2. §. 2. n. 286.* quamuis ipse *n. nuner. 289.* contrarium teneat, & ità Sacram Congr. sup. Concil. Trid. *sess. 7. de reform. cap. 7.* penes eundem Garz. *num. 294.* declarasse refert, quem sequitur Barb. *de iur. eccl. lib. 3. cap. fin. nu. 35.* & Alii apud ipsum. In facti tamen contingentia quælibet harum sententia sequi potest cum vtraque æqualiter probabilis mihi videatur.

13 Sunt tamen hic notanda quædam valdè necessaria; Quorum primum est, quod licet possit Episcopus vicarios per-

petuos

petuos deputare in quibuscumque Beneficiis Curatis, quæ vnita reperiuntur ecclesiis Cathedralibus, Collegiis, & Monasteriis, non obstantibus priuilegiis, & exemptionibus quibuscumque, iuxta *cap. ad hæc de offic. vicar.* & hodie habetur in Conc. Trident *sess. 7. de reform. cap. 7.* hanc tamen deputationem facere debet in actu visitationis, non extra illam, vt probatur, *ind. cap. 7.* Sacr. Concil. Trident. & aduertit Barbos. *de potest. Episc. par. 3. alleg. 72. num. 190.* vbi de institutione in Iurepatronatus agit; quamuis Pac. Iord *in suis elucubration. diuers. to. 2. lib. 9. tit. 1. de dispensat. nu. 482.* dicat hoc procedere tantum in beneficiis, & locis Regularium exemptis, in quibus extra visitationem Ordinarius iurisdictionem non habet, non in aliis, & allegat Garz. *de benefic. tom. 2. par. 11. cap. 2. num. 12.* idem tenentem.

14 Secundum est, posse episcopum vicarios prædictos deputare in quibuscumque ecclesiis, & monasteriis quantumuis exemptis, quomodocumque eis, eorumque mensæ vnitis, vt colligitur ex Sacr. Concil. Trident. *vbi supra*, & declarauit Sacra Congregatio Concilii super decreto *d. cap. 7.* de qua idem Garz. *loc. cit. num. 9.* Nauar. *cons. 11. num. 9. de statu monach. in nouis*, Flores de Mena. *variar. lib. 1. q. 10. n. 39.*

15 Tertium est, posse episcopum huiusmodi vicarios constituere, etiam si in litteris vnionis apposita fuerit clausula, vt possit in illis seruitium præstari per vicarios amouibiles, vt tenet Garz. *vbi supr. num. 7.* afferens verba Sacræ Congregationis. Concilii sic declarantis: *Per hoc decretum tollitur consuetudo immemorabilis, vt in illis beneficiis vnitis deseruiatur per Cappellanos amouibiles, si aliter Episcopo videbitur:* contrarium tenet Flores de Mena. *loc. cit. num. 44.* qui tamen intelligi potest de litteris emanatis ante Concilium, non post, quia posteriora derogant prioribus, *l. sed & posteriores, ff. de legib. lib. cum in pluret, §. locator horrei, ff. locati; l. 1. in fin. ff. de stipulat. seruor. l. si vnus, §. pactus, ne peteret ff. de pact.*

16 Quartum est, quod licet episcopus possit vicarias perpetuas erigere, vt supra dictum est, hoc tamen facere debet cum iusta, & legitima causa, non liberè, & simpliciter, iusta causa non existente; quia Concilium concedit Ordinariis facultatem id faciendi, si eis expedire videbitur, quæ verba denotant arbitrium boni viri, ratione regulatum, ad tradita per Bartol. in *lib. alio, n. 8. ff. de aliment. & cibar. legat.* Corn. *cons. 173. col. 3. vers. sed dubium facit, volum. n. 3.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 8. num. 27. cum duob. seqq.* nouissimè Theodos. de Rubeis, *in singularib. Rota tom. 2. p. 4. clausula 174. n. 5.* & latè Noguerol. *allegation. iur. tom. 1. allegat. 10. n. 82. cum seqq.*

17 Et ratio a priori est, quia arbitrium regulatur à iure, vt pluries censuit Rota, & signanter, *decis. 179. num. 1. & decis. 235. num. 1. & decis. 247. num. 1. p. 1. rec. antior. & decis. 587. num. 1. part. 2. recent. & decis. 11. num. 3.* apud Pacif. *post tract. de salman. interdict. & decis. 236. n. 1.* apud Cene. *de censibus, & decis. 119. n. 1.* apud Zacchiam *post tractat. de obligat. Cameral.* Gregue. *decis. 11. num. 3.* & nouissimè pluries, de quibus alibi. Hinc fit, vt perpendere debeat, an vtilitas, aut necessitas Ecclesiæ adsit in tali deputatione.

18 Quintum est, non posse episcopum deputationem huiusmodi Vicariorum facere, nisi citatis citandis, & auditis partibus, vt tenet Flor. de Men. *d. q. 10. num. 8.* & Garz *d. par. 11. cap. 2. num. 10. & 11.* vbi ait, posse à tali decreto appellari quoad effectum suspensiuum, & deuolutiuum; nisi fiat in actu visitationis, nam tunc solùm admittitur appellatio quoad effectum deuolutiuum, non suspensiuum. Flor. de Men. *ibid. n. 75.* Pac. Iordan. *loc. cit. num. 481.* & Alij.

19 Sunt tamen multi casus in quibus episcopus non potest Vicarios perpetuos deputare. Quorum primus est, si in Beneficiis vnitis monasteriis Regularium deputentur Religiosi idonei per ipsum episcopum, pro vicariis temporalibus, vt habetur in Bulla Pii V. 46. incip. *Ad exequendum*.

Secundus est, quando vnio facta est per viam pacti, & concordiæ, cum clausula, vt deseruiri possit in illis per vicarium ad nutum amouibilem; & concordia fuerit per Summum Pontificem approbata Flores de Men. *d. q. 10. n. 41.*

Tertius est, quando à tempore immemorabili vnio facta fuit, & semper seruierunt Vicarii amouibiles, cum consensu episcopi. Idem Flor. de Men. *præcit. q. 10. n. 44.*

Quartus est, si beneficium esset vnitum cum clausula deseruiendi per Vicarium amouibilem ex priuilegio remunerationis gratiæ concessu. Idem Men. *num. 46.*

Quintus est, quando pro bono pacis, & pro tollendis litibus, ac pro bono seruitio beneficii expediret per Vicarium amouibilem gubernari Ecclesiam. Idem. *num. 47.*

Sextus, quando particulariter, & per se fuit vnita vicaria perpetua. Idem *num. 48.*

Septimus est quando per priuilegium Pontificium, post Tridentinum Concilium fuit concessum, vt Beneficium vnitum gubernari, & administrari possit per vicarium ad nutum amouibilem, quia tunc, sicut in aliis prædictis casibus, non potest Episcopus vicarium perpetuum deputare. Idem Men. *d. q. 10. nu. 49. & 50.* Sanchez. *in præcept. Decal. tom. 2. lib. 7. & 19. n. 121.* Barbos. *d. allegat. 72. n. 190. vers. Vltra quem casum.*

20 Vicarii verò temporales illi dicuntur; qui deputantur Apostolica auctoritate ad regimen Terrarum Status Ecclesiastici in temporalibus, secundum Abb. *in d. c. qui verò cap. exstirpanda de preb. num. 9.* Roman. *cons. 59. n. 2. in fin. & nu. 3.* Felin. *in cap. pastoralis, num. 1. de rescript.*

Necnon illi, qui mittuntur à Papa, vel à Congregatione Episcoporum, & Regularium ad regimen. Cathedralium in spiritualibus, & temporalibus, ob malam episcoporum administrationem; qui propriè Vicarii Apostolici appellantur, de quibus *sup. notauimus sect. 6.* Leo. *in Thes. for. eccl. p. 3. cap. 10. num 6. vers. Vicarij etiam.*

Propriè tamen illi dicitur Vicarius temporalis, qui auctoritate alicuius, in locum alterius, ad tempus, vel ad voluntatem constituentis, sufficitur, vt tradit Gonzal. *ad reg. Cancell. glos. 5. §. 3. num. 12.* Layman. *in Theol. mor. lib. 4. tit. 2. c. 5. n. 8. vers. vicarij*, Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 6. q. 1. in fin.* quia vicaria temporalis dicitur illa, quæ duratura est ad tempus, non in perpetuum. Barbos. *de iur. eccl. lib. 3. c. 6. nu. 52.* vbi ex Gonz *vbi sup. num. 37.*

21 Enumerantur quindecim causæ, propter quas fit deputio Vicarii temporalis, seù œconomi ab episcopo de iure communi puta quando ex legitima causa Rectoribus ecclesiarum Parochialium absentibus, suspensis, impeditis, aut inhabilibus deputantur ab episcopo cum congrua fructuum portiones, vt in *c. relatum de cler. non resid. c. non oportet. de consecr. dist. 5. & c. peruenit. il 2. de appellat & cap. cùm ex eo de elect. vers. porrò septimo in 6.* Conc. Trid. *sess. 6. de ref. c. 2. & sess. 7. de ref. c. 5. & sess. 21. de ref. c. 6.* Vel quando Parochialis vacat, & datur illi vicarius ad deseruiendum, donec de Rectore prouideatur. Conc. Trid. *sess. 24. de ref. cap. 18.* Vel quando quis duas habet Parochias, *c. & temporis 26. q. 11.* Vel quando Rector est nimis occupatus, *c. Adhæc. de offic. Archid. & c. 3. de celebr. missar.* Vel quando Rector peregrinatur. *c. fin. de vot.* Vel quando ægrotaret. *c. 3. & tot. tit. de Cler. ægrot.* Vel quando Rector non intelligit linguam populi illius, *c. 5. de offic. ordin.* Vel causa prædicationis. *c. inter cætera de prab. c. quod Dei timorem de stat. monac.* Vel propter vtilitatem, aut necessitatem ecclesiæ *c. expofuisti de prabend.* Vel quando Rector Religionem ingreditur, *c. de Monach. d. prabend.* vel ad incrementum Diuini cultus, *c. illud, c. nihil 7. q. 1.* vel quando Rector non habet ætatem, *c. 2. ætate & qualit.* vel quando beneficium est vnitum mensæ episcopali, vel capitulari. Gloss. *in Clem. 1. ver. ad mensam de excessib. Prol. Clem. 1. de suppl. neglig. Prolat.* vel quando aliud beneficium iniungitur. Gloss. *in Clem. vnic. verb. parochialium de offic. Vic.* Vel quando Vicariæ perpetuæ vniuntur, quia tunc efficitur temporalis ecclesia. Gambar. *de offic. legati in vniendis, numer. 102.* Gonzalez. *d. §. 3. num. 16.*

22 Est autem aduertendum, quod vicaria prædicta temporalis, & ad nutum amouibilis non est beneficium, vt vicaria perpetua, nec titulus beneficialis, quia non confertur in titulum, sed est simplex salarium seù stipendium. Rebuff. *de nominat. q. 14. n. 63. & in Prax. benef. tit. de dispensat. ratione ætatis, verb. earum perpetua vicaria.* Garz. *de benef. tom. 1 p. 1. cap 2. n. 93.* Barb. *lib. 3. iur. eccl. d. c. 6. n. 58.* Gonz. *d. glos. 5. §. 3 n. 35.*

Vnde non subiacet nominationibus; Nec comprehenditur reseruationibus. Nec ad eius titulum potest quis ordinari; vt probatur per DD. *alleg. à Barb. vbi sup. n. 59.* Ideò dicti Vicarij temporales non gaudent prærogatiuis Vicariorum perpetuorum Gonz. *d. §. 3. n. 40.* Neque obligantur ad horas Canonicas, ratione vicariæ temporalis, nisi in aliquibus casibus, notatis à Sua. *de relig. tr. 2 l. 4. de hor. can c. 21. n. 15.* Barb. *ib. n. 61.* Ley. *in sua mor. Theol. l. 4. tr. 2. c. 5. n. 8. vers. temporales autem Vicarij.*

23 Nominatio verò huiusmodi Vicariorum ad nutum amouibilium spectat ad Prælatum monasterii, cui beneficium

est vnitum; & Episcopus solùm debet approbare admittere; & licentiam administrandi Sacramenta, dare si Vicarius idoneus inuentus fuerit, quem potest examinare, nec vlla alia requiritur collatio, aut institutio; vt habetur in Bulla 46. Pij V. *de Vicarijs perpet. in Paroch. vni monast.* & notat Flores de Men. *variar. lib. 1. q. 1c. num. 26.* Garz. *vbi proximè d. n. 93. & p. 9. cap. 2. n. 295.* vbi tamen loquitur de perpetuis, & ex vtroque refert Barbos. *ibid. n. 61. vbi num. 64.* inquit sic fuisse decisum, *in Ianuen. Parochialis Sancti Ananiæ 19. Aprilis 1627. coram D. Dunozetter eius impress. dec. 79.* quam refert Viuao. *post Prax. iurispatr. decis. 86. num. 2.* Piasec. *in Prax. episc. p. 2. cap. 3. num. 40. in antiqua impress.* & Pac. Iordan. *Diuersar. elucubrat. tom. 2. lib. 9. tit. 1. ad dispensas n. 483.*

24 Est etiam aduertendum, quod in dubio, ad sciendum, an sit vicaria perpetua, vel temporalis, attendendus est vltimus status, vt tradit Gonzal. *d. glos. 5. §. 3. num. 18.* & Garz. *de benef. tom. 2. p. 11. c. 2. n. 16.*

25 Sed quæritur; An Vicarij temporales & amouibiles Ecclesiæ Cathedralis præcedant vicariis perpetuis Ecclesiarum Parochialium?

Respondetur negatiuè; sed ipsi Vicarii perpetui Parochialium potius præcedere debent illis de Cathedrali, ita declarauit Sacra Rituum Congregatio. *in Tertulen. 16. septembris 1606.* vt refert Aldan, *in compendio Canonicar. resolutionum. lib. 1. tit. 43. num. 58.*

26 Alii Vicarii dicuntur Parochorum & sunt, (propriè tamen loquendo,) illi, qui deputantur ab Episcopis in Parochiis ad curam animarum exercendam, quando Parochus habet temporale indultum, vel impedimentum non residendi; de quibus loquitur Concilium Tridentinum *sess. 6. cap. 2.* (nam largè omnes supradicti Vicarii temporales dici possunt Vicarii Parochorum.)

27 Vel quando aliquis Parochus ex priuilegio Papæ est dispensatus, vt retinere possit plura curata Beneficia; quia tunc deputatur Vicarius cum congrua portionis assignatione, illi Parochiæ, cui Parochus superesse non potest de quibus Trident. *sess. 7. cap. 5. de ref.*

28 Vel quando ab Episcopis, etiam tamquam Apostolicæ Sedis Delegatis, Parochis illiteratis, & imperitis, si alias honestæ vitæ sint, dantur Vicarii seù coadiutores ad tempus cum congrua portione fructum, de quib. Concil. Trident. *sess. 21. de ref. cap. 6.*

29 Vel quando ab Episcopo constituitur Vicarius, communi vocabulo Oeconomus dictus, Parochiali vacanti, donec ei de Rectore prouideatur de quib. Concil. Trid. *sess. 24. de ref. cap. 18. & sup. notau.*

30 Vel quando Parochiis perpetuò aliis ecclesiis vnitis, pro bono Ecclesiarum regiminè, expedit vt dentur ab episcopis Vicarii temporales, licet sint deputandi perpetui, vt probatur per Trid. *sess. 7 de ref. cap. 7* in quo videtur moderari, quod disponitur *in cap. extirpanda, §. qui verò de præbend.* in quo statuitur quod dentur vicarii perpetui, & Concilium dat facultatem episcopis deputandi temporales, si ipsis videbitur expedire.

31 Alii sunt Vicarii, qui dicuntur Vicarii Regularium superiorum, qui vices eorum gerunt in monasteriis seu conuentibus Religiosorum, & ad ipsos spectat officium superioris facere, absente Priore, seù superiore conuentus, non ad Religiosum, qui per turnum inuenitur hebdomadarius chori, vt declarauit, auferendo abusum prędictum, Sac. Congregat. Episc. *& Regular. 7. Maij ann. 1627. fol. 212.* vbi fuit ponderatus textus *in l. Tutor. 20. ff. de testament. tutel.*

32 Item sunt Vicarii Generales Religionum, & Congregationum Regularium, vt Congregationis Fratrum Discalceatorum S. Augustini, qui possunt eadem facere, quæ possunt alii superiores Generales, ipsis tamen absentibus, vt declarauit Sacr. Congreg. *Visitationis Apostolicæ die 26. May. 1626.* de qua Aldan. *in Compend. Can. resol. d. lib. 1. tit. 43. n. 55.* Nec non S. Francisci de Paula, qui deputantur in Prouinciis a correctore Generali totius ordinis; *vt refert* Laurent. de Peyrin. *de priuilegijs Regularium ad constitut. 14.* Leonis X. *num. 4.* Et sic de singulis Religionibus, vbi constituuntur Vicarii Generales, qui Generalibus ipsis deficientibus possunt facere omnia, quæ Generales poterant, vsquequo eligantur de nouo; vel si sint absentes vsquequo ad Prouincias, vbi Vicarios habent, redierint. *Clement. vxist. in fin. de verbor. significat.*

De aliis in qualibet Religione vide Doctissimum, ac meretissimum P. Brancatium *in Epitom. Sacror. Canon. in Verbo quarumlibet Religionum propijs suis locis, vt Verb. Monachi Cassinenses, Camaldulenses, Carthusiani, Cistercienses & sic de Religqui. Item Verb. Fratres Mendicantes, &c.*

33 Aliud vicariorum genus est illud, quod appellatur monialium; in monasteriis enim illarum solent constitui quędam moniales antiquiores in vicarias, seu Præfectas superiores, sinè in Abbatissas, quarum electiones fieri debent per secreta suffragia, & vota, & nomina eligentium publicari non possunt, alias electio est nulla, & electa est inhabilis ad alia officia vt habetur in Concil. Trident. *sess. 25. de regularib. cap. 6.* cuius electionis Praxim habes infra. *tom. 2. p. 5. Pract. 16.*

34 Est tamen obseruandum, quod si huiusmodi vicariarum, & aliarum superiorum monasteriorum electio per ordinationes, & constitutiones monasterii, spectet ad Abbatissas & Discretas, & ad episcopum pertineat tantum illas confirmare, ita seruari debet; nec episcopus aliud prætendere potest, vt declarauit Sac. Congre. Episc. *& Regular. in vna Lamacen. 26. Octobris ann. 1604.*

35 Obseruandum est præterea, quod vicariæ, Præfectæ, & aliæ superiores monasteriorum monialium non possunt durare; vltra tres annos, & postea vacant officio, vt de Abbatissis, & Aliis Italiæ Præfectis disponitur *in constit. 80.* Gregor. XIII. & in Concil. Mediolanen. *1. p. 3. tit. de Perfectis &c. monialium.* Per Istam tamen Gregorii VIII. constitutionem, neque per aliam alterius Pontificis, non prohibetur, ne possit eligi vicaria, quæ triennio immediatè præcedendi fuit Abbatissa, dummodo eadem vicaria non sit prima Superiorissa monasterii, sed subsit Abbatissæ pro tempore existenti, vel alteri Superiorissæ. Ead. Congreg. *in vna Cremonen. 28. Iulij 1628. & in alia 22. Septembris ead. ann.* Nisi in monasterio adesset contraria consuetudo.

36 Obseruandum tandem, quod huiusmodi vicariæ deputatio fit etiam, quando in aliquo monasterio, ob malum alicuius Abbatissæ regimen succedunt inconuenientia; & tunc eligitur aliqua ex monialibus senioribus, ac monasticæ disciplinæ zelantioribus; sine cuius participatione, & consensu Abbatissa nihil possit facere, & decernere, vt declarauit Ead. Congr. *in vna Montisregalis 9. Nouembris, 1629.*

Et hæc pauca dixisse sufficiat in materia omnis generis Vicariorum, veluti Prolegomena, & viam sternentia ad proprium institutum Praxis. Ad quam in aliis sequentibus Partibus opportunè tradendam gradum facimus.

Ad Laudem, & Gloriam Omnipotentis DEI, Beatæque Virginis MARIÆ & Omnium Sanctorum.

FINIS PRIMAE PARTIS.

In Conceptione Tua Virgo Immaculata Fuisti:
Ora pro Nobis Patrem, Cuius Filium Peperisti.

PARS

PARS SECVNDA

In qua traditur methodus formandi Processus ciuiles in vtroque foro, tùm Ecclesiastico; tùm Sæculari; ad formam iuris communis; necnon municipalis Regni Neapolitani.

Cum obseruationibus Sacrorum Canonum, legum, & Doctorum. Formulas insuper totius ordinis iudiciarij fusè complectens.

Iudicibus, Aduocatis, & Causidicis omnibus, Etiam Laicis perutilis, ac necessaria.

IDEA, ET MEDVLLA TOTIVS PRACTICÆ CIVILIS,

HAC SECVNDA PARTE CONTENTAE.

ANtequam Sectiones de more doctrinales instituam: Memoriæ, ac facilitati legentium, præcipuè non adeò versatorum, consulens: Compendiariam hic totius Ciuilis Practicæ Ideam, ac impressam veluti, atque extractam ordinis iudiciarij Medullam tradere visum fuit; vt primo quisque obtento, ac breuissimo lectionis excursu, statim præoculis habeat, quæ in tota Parte fusius pertractantur.

De Libello.

IVdicium Ciuile principium sumit à Libello, seù comparatione Actoris; Ipse enim siuè per se, siuè per Procuratorem comparet coram Iudice, cui porrigit libellum, in quo petit, se debere consequi aliquid ab Aliquo, vel instat aliquid aliud sibi fieri.

Iste debet esse clarus, adhoc vt Reus conuentus deliberare valeat, an liti cedere, vel contendere voluerit; alioquin Vicarius, siuè quilibet Alius Iudex illum admittere non debet; sed potius reijcere, quia secundum illum sunt per Actorem ipsum faciendę probationes, & formandi Articuli super quibus examinantur testes, Nec nō Iudex sententiam dare debet conformem libello. De quo habetur Infrà *section. 1. subsect. 1.*

De Citatione Rei conuenti.

POst libelli porrectionem fit citatio per Iudicem super eodem, adhoc vt Reus Conuentus illius petitionis ab Actore factæ notitiam habeat, sine appositione alicuius pœnę; solet tamen in Aliquibus Curijs tali caso procedi per viam mandati pœnalis, quod fit ad instantiam Actoris aliquid petentis, in quo requiritur, vt apponatur terminus aliquorum dierum, cum verbo: *Peremptoriè*: adhoc vt Reus possit legitimè comparere intra terminum illorum dierum, habita ratione distantiæ loci.

Ista Citatio intimanda est Reo de Persona, si commodè haberi potuerit; Aliàs domi suæ solitæ habitationis exequenda, dimissa copia. Quia exequuta aliquo ex supradictis modis, fieri debet relatio à cursore, seu ministro curiæ, qui citauit, super exequutione. Et hæc aliquando fit per notarium in calce eiusdem citationis, seù mandati, medio iuramento dicti ministri: Aliquando verò scribitur per ipsummet Ministrum cum sua subscriptione, & duorum testium, vbi copia hominum scribere scientium fuerit; aliàs apponenda erunt ipsorum nomina, & cognomina; Annotando etiam diem Mensis, & Anni, iuxta stylum propriæ Curiæ, in qua Ius dicitur. est benè verum, quod in quibusdam Curijs non expeditur citatio particularis, sed notificatur Reo idem libellus, cuius copiam habere debet. Et de his habetur, *tùm in præfata subsect. 1. tùm in subsect. 2.*

De Contumacia Rei conuenti.

QVòd si Reus conuentus citatus non comparuerit in iudicio, neque per se, neque per alium suo nomine, ad dicendum, & allegandum quidquid dicere, & allegare voluerit, accusantur contra ipsum contumaciæ; ita tamen, vt si in citatione, seu mandato appositus fuerit terminus duorum dierum Reo ad comparendum post intimationem, & citatus fuit prima die Septembris, (verbi gratia) Prima contumacia accusari debet die tertia eiusdem mensis, dummodo sit dies iuridica, non festiua; nam tunc accusabitur die sequenti.

Quod intelligendum est, vbi proceditur de iure ordinario, non in iudicijs summarijs, in quibus non seruatur ordo, & figura Iudicij; neque proceditur per apices iuris, sed sine illis, sola facti veritate inspecta.

Vltima verò contumacia Incusanda est post lapsum trium dierum a die primæ contumaciæ incusatæ; Si Reus conuentus præsens fuerit in loco iudicij.

Si enim esset extra Territorium Iudicis, incusari debet infra duos menses; si in territorio, & iurisdictione, sed non in loco iudicij, Infra mensem, ad electionem Actoris; qui numerandi sunt à die primæ contumaciæ.

Si verò in vltima contumacia Reus conuentus comparuerit, vel eius Procurator, aut Alius suo nomine, legitimè tamen cum eius mandato; admittendus erit, tam si eodem tempore, quo vocatur in Banco Iuris compareat; quam ante; & cum illo procedetur ad vlteriora. Et de hac habetur *infrà ead. sect. 1. subsect. 3.*

De Primo & Secundo Decreto.

AT si nemo comparuerit, condemnandus erit in contumacia. Vnde interponitur primum Decretum, vel datur terminus in causa in contumaciam, ad electionem Actoris.

Et tunc, si Actor eliget viam condemnationis ad possessionem ex primo decreto, expediendæ sunt litteræ exequutoriales, seù (vt alibi dicitur) mandatum exequutiuum ex primo decreto; quarum vigore Actor ponitur in possessione bonorum Rei conuenti pro quantitate in libello petita.

Poterit tamen Reus contumax dictam contumaciam irtra

tres

tres menses a die interpositione primi decreti computandos, purgare; sed soluere debet omnes expensas in Iudicio ab Actore factas, his tantùm exceptis, quæ in primo mãdato, & prima contumacia factæ fuerunt; istę enim non soluuntur: & insuper dare tenetur cautionem in forma de stãdo Iuri & constituere Procuratorem in loco Iudicij instructum, reperibilem, & curiæ notum; & sic contumaciam purgabit.

Quando autem Reus conuentus persistet in contumacia per dictos tres menses numerandus a die, quo Actor positus fuit in possessione bonorum ipsius Rei ex primo decreto; tunc ipsis elapsis citatur denuò ad videndum interponi secundum decretum intra terminum aliquot dierum habita ratione ad loci distantiam. Quo casu si comparauerit in termino adimplendo omnia ea, quæ paulò ante diximus, admittendus erit vt supra.

Sed si Reus conuentus nullo modo comparuerit, accusata prima contumacia, & elapso triduo, exequi debet citatio, vocando Reum in Banca, vt dicitur, idest curia sedente pro Tribunali, & tunc prouidebitur mediante decreto, procedendam esse contra ipsum debitorem ad omnes & singulos actus in sua contumacia faciendos.

Post quod Actor præsentabit libellum, seù petitionem, in qua petet adiudicationem bonorum exequutorum, vigore primi decreti, in quibus immissus fuit in possessione pro quantitate sui crediti; mediante tamen appretio expertorum. Deinde in eadem petitione dandus est terminus in contumacia Rei, & Actor suas probationes facere tenebitur, se esse creditorem in ea quantitate, & quod bona exequuta fuerunt, & sunt eiusdem sui debitoris.

Quo facto fit Publicatio, & conclusio in causa; & Iudex interponit secundum decretum, in quo declarare debet, debitorem esse legitimum contumacem; & bona exequuta esse adiudicanda Creditori pro quantitate sibi debita, mediante appretio Expertorum ad effectum, vt de illis disponere valeat, vt verus dominus. Quod Decretum legendum est sormitar Curia pro Tribunali sedente, in contumacia dicti debitoris, & deinde elapsis decem diebus ad appellandum concessis, expediuntur litterę exequutoriales pro exequutione secundi decreti; cum aliàs sine illis exequi minimè possit.

Post tamen hoc secundum decretum Reus gaudebit tempore vnius mensis, intra quem comparare poterit, & recupere bona adiudicata creditori, si debitum, & expensas soluerit; post lapsum verò mensis audiri non poterit; nisi probaret, quod fuisset legitimè impeditus, de quibus omnibus habetur infra *ead. sect. 1. subsect. 4.*

De copia Libelli, & Scripturarum.

QVod si Reus Conuentus post citationem, seù intimationem libelli, siuè petitionis Actoris sibi per Iudice factam comparuerit in Curia, habere debet copiam libelli, vt deliberare possit, an cedere, vel contendere voluerit. *De quo ibidem subsection. 5.*

De Exceptionibus declinatorijs, & Dilatorijs.

EX illo autem tempore allegare poterit Reus sua Iura, & opponere exceptiones, quas habere prætendet, ante tamen litis contestationem. Inter quas primum locum obtinent, quæ Personam Iudicis respiciunt, & fori declinatoriæ dicuntur; & istæ Iudicij vires eneruant, & declinare faciunt forum, itaut ad vlteriora procedi non possit, absque actorum, & processus nullitate; vt si quis priuilegiũ habeat à Iure exemptionis, propter quam dicit de Iudicis incompetentia; vel gaudeat priuilegio electionis, aut variationis fori; & hæ multipliciter contingere possunt, *prout habetur d. sect. 1. subsect. 6. intersec. 1.*

Istæ autem exceptiones declinatoriæ, & incompetentiæ Iudicis opponẽdę sunt ante omnes alias; alioquin si opponerentur aliæ exceptiones dilatoriæ, vel peremptoriæ, videretur consentiri in Iudicem.

Declinatur autem forus septem modis, vt videri poterit loco præcitato, præsertim ex litis pendentia in alio Tribunali, vel ex quo causa sit compromittenda, quia vertitur inter consanguineos, aut affines vsque ad certum gradum, iuxta locorum consuetudines & statuta particularia, & tunc causa remitti debet ad suum proprium Iudicem.

Quod si iudicium fundatum remaneat coràm eodem Iudice, qui Reum conuenit, non obstantibus oppositis; tali casu poterit Reus conuentus alias exceptiones dilatorias opponere, quæ Personam Actoris respiciunt; & Istæ de sui natura negotium principale ad longum aliquatenus protrahunt; prout sunt, exceptio legitimationis personæ Procuratoris Actoris; Item exceptio filiationis, cessionarij, donatarij, hæredis, & similes. Item si agat vti Tutor, Curator, Syndicus, &c. *de quibus habetur ibid. intersecat. 2.*

Similter opponere potest Reus exceptiones dilatorias, quæ Persona ipsiusmet respiciunt, prout sunt exceptiones carentiæ, & incompetentię actionis; cautionis expensarum; termini ad denunciandum; Excussionis principalis; Reconuentionis; laudationis in authorem; & aliæ, *de quibus habetur ibidem intersec. 3.*

Opponuntur tandem alię exceptiones dilatoriæ, quę causę, seù Actionis qualitatem respiciunt, ommitum socpitudinis, vel obscuritatis libelli; petendo vt Actor illum declaret in tali, vel tali parte; temporis anticipationis; dilationis quinquennalis, & aliæ, *de quibus habetur ibid. intersecat. 4.*

De Exceptionibus Peremptorijs.

OPponere similiter poterit Reus exceptiones peremptorias, quæ quidem non protrahunt iudicium, sed illud omninò cessare faciunt; vti est exceptio litis finitæ; Periurij; Rei iudicatæ; Transactionis; Nullitatis processus; Pacti de non petendo; & aliæ, quæ impedimentum præstant, ne ad vlteriora procedi possit in causa. *Et de istis habetur ead. sect. 1. subsect. 7.*

De Litis Contestatione.

POstquam autem oppositæ, & discussæ fuerunt prædictæ omnes exceptione. & quædam ex illis admissæ, aut omnes reiectæ extiterint, siuè per Iudicem: siuè per Actorem: vel forsan reseruatæ ad merita causæ, idest ad decisionem litis, fit litis contestatio. *De qua habetur section. 2. subsect. 1.*

De Iuramento Calumnię.

DEinde præstari solet Iuramentum Calumniæ, euitandæ scilicet tam per Actorem, quam per Reum. *De quo ibid. subsect. 3.*

De Termino Probatorio.

SVccessiuè datur terminus in causa ad probandum incumbentia intra aliquot certos dias, qui est vtrique parti communis; videlicet Actori, ad faciendum suas probationes; & Reo conuento ad faciendum suas defensiones. *De quo d. sect. 2. subsect. 3.*

De Positionibus.

DAto termino prædicto fieri solent aliquando Positiones, super quibus respondendum est per partem aduersam, ad effectum vt releuentur ad inuicem ab onere probandi. *Et de his habetur ibid. subsection. 4.*

De Articulis.

QVod si partes per positiones nullum senserint commodum probationis, producere solent Articulos, super quibus examinantur Testes in vim probationum, præcedente citatione partis aduersæ ad videndum illos iurare, & in eodem termino per aliam partem ex aduerso principalem producuntur Interrogatoria, super quibus interrogandi sunt prius Testes & postea respondeant Articulis. *De quibus habetur ead. section. 2. subsect. 5.*

De Testium productione, & examine.

POst Articulorum, & Interrogatorium productionem, fit citatio ad Testes vt accedant ad curiam ad se examinandum super illis; & eodem contextu citatur pars aduersa ad vi-

ad deferendum ipsorum testium iuramenta de veritate dicenda super contentis in Articulis, & Interrogatorijs. *Et de his habetur ead. sect. 2. subsect. 6.*

De Testium Absentium Examine; eorumque nominatione.

VBi verò examinandi erunt testes absente extra locum Iudicij, fieri solet ipsorum nominatio: & petuntur litteræ commissoriales, seù missiuæ, vel remissoriales, ad partes, quæ diriguntur Iudicibus ordinarijs locorum, in quibus testes examinandi inueniuntur, dummodo suspecti non fuerint. Post transmissionem litterarum, Iudex remissorialis monet partes ad interessendum Iudicio examinis testium, assignando locum, & tempus certum, & postea successiuè seruatis seruandis, illos examinabit super Articuli Actoris, & Interrogatorijs Rei conuenti, vel è conuerso, in termino citationis. Nec non partes ipsas principalis, tamquam magis idoneos, iurare faciendo de veritate dicenda super his, quæ scire credunt & adimplendo etiam omnia alia necessaria *de quibus in d. sect. 2. subsection. 7.*

De publicatione Testium.

COmpletis deinde probationibus, absolutisque testium examinibus, fit publicatio in causa; per quam manifestantur vtrique parti omnia dicta testium. *Et de ea habetur ibid. subsection. 8.*

De Repulsa, seù Reprobatione Testium.

PEracta Publicatione in causa, & visis per partes collitigantes testium examinibus, petì solet ab altera ex ipsis repulsatio, seù reprobatio ipsorum testium examinatorum. Qua per Iudicem concessa repulsantur intra terminum assignatum testes pro parte aduersa examinati, & approbantur Alij examinati pro se. Terminus autem Repulsæ, & medietas termini probatorij, itaut si terminus ad probandum, fuerit octo dierum, iste ad repulsandum testes, erit quatuor dierum; & currit de momento ad momentum. Expleto examine testium reprobatorum, fit publicatio in causa Repulsæ. *De quibus omnibus habetur ead. sect. 2. subsect. 9.*

De Repulsa Repulsæ.

DEinde si altera pars aduersa reprobare voluerit testes reprobatorios, petere potest Repulsam Repulsæ, idest alium terminum ad repulsandū testes examinatos pro repulsa testium examinatorum in termino probatorio. Iste autem terminus concedendus est, breuissimus tamen, & sic erit medietas termini primæ Repulsæ, idest dierum duorum tantum. Peracto postea examine fit etiam publicatio In hac secunda repulsa: & tunc regulariter non datur alius terminus; nisi aliquis ex litigantibus esset priuilegiatus. *prout notatur ibid. subsection. 10.*

De Restitutione in Integrum.

SI verò Partes litigantes essent personæ priuilegiatæ, quibus competeret beneficium restitutionis in integrum, vti est Mulier, Minor, Ecclesia, Persona Ecclesiastica, Vniuersitas, Fiscus, & similes; petere potuerint primam, & secundam restitutionem in integrum: quæ in Regno Neapolitano appellantur primum, & secundum beneficium. Tali caso Terminus primæ restitutionis, seù primi beneficii erit medietas termini probatorii concessi in causa principali; Terminus verò secundi beneficii erit medietas termini primi beneficii, veluti fit in Repulsa, & in Repulsa Repulsæ. Et in istis fieri etiam possunt Testium nominationes eodem modo, & forma vt fit in termino probatorio. Et ab vtraque parte dari possunt Articuli Contrarij. Quod si Ambæ partes, hoc est, tàm Actor quam Reus conuentus essent Personæ priuilegiatæ: tunc essent in causa quatuor beneficia, duo pro qualibet parte, & quælibet vti posset beneficio alterius, quia quilibet terminus beneficiorum est comunis vtrique parti. *Et de his omnibus agitur ead. sect. 3. subsection. 11.*

De Conclusione in causa.

PEractis omnibus probationibus in beneficijs, & factis tandem publicationibus in qualibet ex illis, fit conclusio in causa, quæ operatur, ne amplius fieri possint aliæ probationes post ipsam, cum videatur renunciatum vlterioribus, quia aliàs causæ fierent immortales, & numquam finem haberent. Verùm de æquitate Canonica, & stylo supremorum Tribunaliū concipi solet conclusio in causa sub quadam verborum forma, vt non præcludatur omninò via, nouas scripturas producendi. Quare facta conclusione præsentari possunt scripturæ cum breui termino, Iudicis arbitrio, ad illas concomitandum per testes, si publicæ fuerint: qui terminus erit similiter communis alteri parti ad illas impugnandum. Si verò scripturæ fuerint ex priuatis concomitari per testes minimè poterint. *Prout habetur ibidem sub section. 12.*

De Monitione ad allegandum in Iure, & in Facto.

QVibus omnibus expletis firma prorsus remanet conclusio, & tunc monentur, ac citantur ambæ partes ad dicendum & allegandum coram Iudice oretenus, & in scriptis: in Iure, & in Facto, cum Aduocatis, & Procuratoribus, ad effectum discutiendi probationes factas, vt possit tandem Iudex ad sententiam deuenire. *De qua habetur ead. sect. 2. subsect. 13.*

De Modo videndi Processum.

DEinde Iudex produci sibi per Notarium Causæ facit Acta omnia, ad affectum illa diligenter perscrutandi, vt ex his rectam sententiam nemini præiudicialem proferre valeat, Quod vt facilius succedat, diligentias quasdam facere debet. *Et de his agitur ibid. subsection. 14.*

De Citatione ad Sententiam.

SVccessiuè post quam omnia benè perpenderit, ac rimatus fuerit, citare ac monere tandem faciat ambas partes ad audiendam sententiam diffinitiuè proferendam cum termino peremptorio: quæ nominatim, & specificè fieri debet, aliàs sententia nullum produceret effectum. Prout habetur *ead. sec. 2. subsect. 15.*

De Sententia.

POstremò absolutis omnibus necessarijs ad benè formandum Processum, de quibus in superioribus dictum est, debet Iudex sententiā diffinitiuam secundum Sacros Canones, leges ciuiles, Iura municipalia, & graues Doctores proferre, quæ condemnationem, vel absolutionem, continere debet Rei conuenti: aliàs non valeret. Et similiter multa alia requisita in se continere debet sententia vt valida sit. *De quibus plenè habetur in sect. 3. subsect. 1.*

De Exequutione Sententiæ.

POst sententiam consequitur necessariò, vt si valida fuerit, & ab ea per Reum condemnatum non fuerit infra decem dies appellatum, debitæ exequutioni demandetur. Quod quidem in quibusdam casibus succedere solet, non obstante appellatione. *Prout latè probatur ead. sect. 3. subsect. 2. & inferius Par. 3. per tot.* vbi de iudicio appellationis sermo erit. Et de his hactenus.

Præmissa quædam ad vberiorem intelligentiam.

SVMMARIVM.

PRÆMISSORVM.

1 *Litigandi origo vnde.*
2 *Practica iudiciaria ex lege Veteri originem; & noua formam habuit.*
3 *Præmissorum vtilitas.*
4 *Iudicium quid sit.*

5 Per-

5 *Persona ad iudicium necessariæ, quæ.*
6 *& 7. Personæ Adminiculantes iudicium, quæ.*
8 *Nuncius, seù cursor in iudicio interueniens.*
9 *Iudicium Triplex, ciuile, criminale, & mixtum.*
10 *Iudicium summarium fit ordinarium aliquando.*
11 *Iudicium possessorium non est confundendum cum petitorio.*
12 *Iudicium criminale, quid*
13 *Iudicium ordinarium, & extraordinarium,*
14 *Iudicium spirituale, & temporale.*
15 *Iudicium vniuersale generale, commune, & speciale,*
16 *Iudex quis sit, & vnde dicatur.*
17 *Iudex secundum allegata, & probata iudicare debet.*
Allegata, & probata in iudicio præstant ius Iudici adiudicandum.
18 *Iudex triplex est, ordinarius, delegatus, & Arbiter.*
19 *Iudex ordinarius à quo potestatem obtineat,*
20 *Iudex delegatus, quis sit.*
21 *Delegatus à Principe subdelegare potest,.*
22 *Arbiter quis sit, & eius potestas.*
23 *Arbitri sententia non Patitur appellationem laudum] dicitur sententia Arbitri.*
24 *Arbitrator qui sit, & eius potestas.*
25 *Arbiter Iuris, quis sit, & eius officium,*
26 *Assessor, quis sit, & eius officium.*
27 *Auditor. quis sit, & eius officium.*
28 *Iudices esse, qui possint, vel non.*
Persona quæ non possunt esse Iudices,
29 *Iudex qualis esse debet.*
Requisita optimi Iudicis, quæ.
30 *Actor, quis sit, & eius partes.*
Actor sequitur forum Rei,
Agere quis possit, vel non,
Cognito vno de contrarijs cognoscitur & reliquum.
Actore non probante Reus absoluitur,
31 *Actori obstant aliquæ exceptiones ad agendum.*
32 *Exceptiones obstantes, quæ?*
33 *Excommunicationis exceptio in quacumque parte iudicij opponi potest.*
34 *Actor deportatus agere non potest.*
35 *Infamis Actor agere prohibetur.*
36 *Personis Actor in quo agere valet;*
37 *Actor excipere etiam potest.*
38 *Reus quis sit, & vnde dicatur.*
Clericus trahi non potest ad forum sæculare regulariter, nisi in quibusdam casibus.
39 *Miles habet fori priuilegium.*
40 *Scholaris similiter,*
41 *Reus habet multa priuilegia, & quæ.*
Actor sequi debet forum Rei.
42 *Substantialia iudicij, quæ.*
Libelli oblatio, vbi agitur.
43 *Litis contestatio, vbi examinatur,*
44 *Publicatio in causa, vbi?*
45 *Conclusio in causa, vbi?*
46 *Sententia prolatio, vbi?*
47 *Ordo iudiciarius necessariò seruandus,*
48 *Actus iudiciary non necessary, qui?*
49 *Actuum iudiciariorum distinctio.*
50 *Causa priuilegiata à Iure quæ?*
51 *Causa priuilegiata ab homine quæ?*
52 *Causa priuilegiata ex natura causarum, quæ?*

1 AGgressurus in præsenti Practicam Iudiciariam Ciuilem, Vtriusque fori; Ecclesiasticis scilicet, & sæcularis, ad ritè & rectè iudicia Causarum Ciuilium peragenda, pro pleniori Tyronum notitia, ante actorum iudiciarij ordinis elucidationem, quædam præfari non omninò inutile esse duxi. Vnde prænoto, ordinem Iudiciarium, hoc est litigandi, & placitandi in Iudicio vsum, ex Iure Diuino originem habuisse. Nam postquam Dominus Deus primum nostrum Parentem Adam de limo terræ in campo Damasceno ad sui imaginem formauerat, *vt habetur* Genes. *c. 1. & 2. &c. Hac Imago, 33. q. 5. & can. Illud distinct.* 40. vbi Gloss. *in verb. extra Paradisum*, & Ego ipse notaui *in meo Museo Historiæ legali. l. 1. par. 6. c. 12. circ. princ.* posuit eum in Paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum, injunxitq; ei Deus legem, vt de omni ligno Paradisi comederet, de ligno verò in medio Paradisi posito, ne comederet, in quacũque enim hora comederet, morte moreretur, cum autem non esset bonum hominem esse solum, & obdormisset Adam, tulit Deum vnam de costis eius, & ædificans in mulierem, adduxit eam ad Adam, eique in matrimonium collocauit, Genes. *d. c. 1. & 2.* Cum verò hæc prima mulier vidisset lignum, quod esset bonum aduescendum, seducta ab Antiquo serpente humani generis hoste; quod nequaquam morte moreretur, iuxta preceptum Domini, tulit de ligno, vetito, & comedit; deditque viro suo, qui etiam comedit. Genes. *c. 3.* Sed cum Dominus Deus redargueret Adam de inobedientia quod comedisset de ligno vetito Paradisi voluptatis, contra legem sibi impositam. Ipse quasi Actor exceptionem opponens ad se exonerandum, relationem criminis conuertit in coniugem Euam, imò in ipsummet coniugis authorem Deum Optimum Maximum dicens, *Mulier, quam dedisti mihi sociam, decepit me, & comedi* Genes. *c. 3. & c. serpens. de pænit. dist.* 1. & aduertit speculat. *in Procem. l. 1. num. 14.* Vnde postrà formato quasi Iudicio, successit sententia Dei iudicantis; *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Genes. *ibid. cap. in capite dist. 50.*

2 Practica autem Iudiciaria originem sumpsit ex lege Veteri; quia Deus per Moysen ait. *Deuteronom. c. 19. Non stabit testis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit, sed in ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum, &c* & habetur *in c. nouit. de iudicijs, & c. in omni, & c. licet de testib.*

Posteà verò approbata fuit, & extensa de Iure positiuo, a quo emanauit quædam forma particularis, & spiritualis, quæ seruari deberet in iudicijs, ad lites breuius terminandas, & dirimendas nam & Apostoli, & Summi Pontifice eorum successores varios Canones ad hunc finem. & effectum Sanctissimè ediderunt, vt habetur *in cap. 2. 3. & 4. d. 10. c. Sancta 15. d. & d. 16. tot.* & ex infra notandis apparebit.

3 Hi præl[illegible] non erit, inquam inutile quædam pauca præmittere; & explanare, nimirum quid sit Iudicium, quot eius species, quæ personæ illud constituant, & quæ sint de substantia ordinis Iudiciarij. quia vt ait Baldus *in prælud. Feudor. in prim. column.* non statim injiciendæ sunt manus in messem particularem, sed paulatim, & post cognitionem generalium, nam cognitis generalibus, deuenitur ad cognitionem singularium & particularium, *l. 1 ff. de orig. iur. §. His igitur Instit. de iust. & Iur.* Glos. *in rubr. de reg. iur. in* . Vnde expedit præmissa facere, quia ex præmissis sequuntur, vt plurimum demonstrationes, quinimò cognoscitur vis causæ finalis cuiusq; rei, vt probatur *ex d. l. 1. ff. de origin. iur. et l. Pacumeius ff. de hæredib. instit.* & in omnibus his, quæ ordinem in se habent, premittenda sunt præludia quædam vtilia, vt notatur, *in § fin. collat. 8. Authent. In medio litis non fieri factas formas.* Vnde fit,

P R Æ M I S S V M I.

De Iudicio in genere.

DIco igitur, quod Iudicium est legitimus actus trium Personarum, Iudicis scilicet Actoris, & Rei; ita Hostiens. *in summ. de iudicijs ab princip.* Ioan. Andr. *in addit. ad specul. l. 1. in tit. de Actore, § 1. list. A. in princ.* & Alij communiter *in tit. de iudic.* Glos. verò *in c. forum de verb. signific. in verb. iudicium*, ait, Iudicium esse legitimum actum duarum personarum, actoris, & rei super eadem quæstione sub eodem Iudice contracta: locus autem, vbi iudicium exercetur, dicitur forus, vt habetur *in d. c. forus*.

Non obstat tamen, quod sint aliqua Iudicia, in quibus non interueniunt omnes supradictæ tres Personæ, vt in iudicio inquisitionis generalis vbi non est persona actoris, vel Rei, de quo *in c. bona de elect.* Et in Iudicio specialis inquisitionis, quæ fit officio Iudicis tantum, nemine instigante, vt *in c. qualiter, & quando il secondo de accusation.*

Nam respondetur, quod ibi fama, quæ præcedere debet, habetur loco actoris, vt *ib. notatur.* Neque obstat, quod in Iudicio, vbi agitur de crimine notorio, non interuenit persona actoris.

Nam respondetur, quod ibi notorium gerit vicem accusatoris interpretatiuè: vt colligitur *ex c. manifesta 2. q. 1. cap. ad nostram de iure iurando, de fil. presbyt. et c. euidentia accusat.*

Vnde

Vnde firma remanet supracitata diffinitio Iudicij, quod sit actus legitimus trium Personarum, Iudicis, Actoris, & Rei.

5 Quod si quis dicat, huiusmodi definitionem Iudicij non esse vndequaque veram, quia in iudicio interueniunt Aliæ Personæ, vltra supradictas tres, vt sunt Procurator, defensor, excusator, coniuncta persona, Tutor, Curator, Syndicus, Oeconomus, & similes, de quibus Speculat. *in l. 1. partical. 3 per tot.* sub diuersis rubricis egit.

Respondetur, quod huiusmodi Personæ non sunt necessariæ in iudicio ad substantiam illius, sed admittuntur alieno nomine, agendo, vel defendendo, non nomine proprio, vt Iudex actor & Reus, qui sunt de substantia.

6 Idem dicendum de Aliis Personis, quæ nec agunt, nec defendunt, sed adminiculum præstant ipsis causis, quę in iudicio actitantur, vt sunt causarum Patroni seù Aduocati; de quibus est sermo in *c. 1. q. 4. c. pastoralis. de iudic. c. 1. vt lite non contestat. c. forum. §. in omnis, de verb. signif. & tit. Decretal. & ff. de postul. per tot.*

De Iure verò Regni loquitur Regia Pragmatica, quæ incipit: *Quaera dic*; ibi; *sine praesentia Procuratoris, vel Aduocati*; & constitutio Regni, quæ incipit: *Hac edictali lege, sub rubrica de salario Aduocatorum*; & constitutio Regni, quæ incipit. *Iustitiarii, sub rubr. vt Iustitiarij habeant certos Aduocates*, & constitutio Regni, incip. *Lege praesenti, sub rubr. de dandis Aduocatis, pupillis, & Alij miserabilibus personis*, & constitutio. *Aduocatorum officium sub rubric. de Aduocatis ordinandis*; & constitutio *Aduocates, tit. de praestatione Sacramenti ab Aduocatis.*

7 Sunt præterea aliæ personæ, quæ interueniunt in iudicio, & non sunt de substantia, sed præstant adminiculum ipsis causis, vt sunt Notarij, seù Cancellarij, seu (vt in Regno vulgò dicuntur) Actorum Magistri, qui Iudicij acta conscribunt, de quibus loquitur textus *in c. quoniam contra de probationib.* & de iure Regni loquitur constitutio, quæ incipit; *In locis Demanij*, ibi: *propter Iudicem & Actorum Notarium*; & alia constitutio Regni incip. *Cum iuxta prouidum sub rubr. de salaria Baiulorum, Iudicum, & Notariorum Curiæ*, & constitutio: *Iustitiarij per Prouincias*; ibi; *Assessoris etiam, & Actorum Notarius.*

8 Item interuenit Nuncius, seù Cursor, seù Baiulus, seù Apparitor, seù seruiens curiæ, qui alia nomina sortitur, & hic citat partes in omnibus actis iudiciariis; & postea refert in scriptis Notario, se citasse; vt habuit in commissis, de quibus loquitur text. *in c. prudentiam 2. respons. de offic. deleg. & c. cum parti. de appell.* & de Iure Regni loquitur constitutio. *in ciuilibus causis sub rubr. de apparitorib. & eorum salario*, & constitut. *edictorum*. ibi. *per specialem citantis nuntium de litteris citatorijs* & constitut. *citationis littera eod.* & Regia Pragmatic. 2. *in ordine*, quæ incipit. *Quilibet agere volens*; Et istæ personæ neque sunt de substantia Iudicii, sed adminiculum tantum præstant, nam de substantia, vt diximus, solum illæ tres personæ sunt, nimirum Iudex, Actor, & Reus.

PRÆMISSVM II.

De speciebus Iudicii.

9 PRænotato quid sit Iudicium, & incidenter viso de Personis non necessariis ad ipsius substantiam, rectus ordo postulat videre, quotuplex sit Iudicium, nam & hoc scire, non parum prodest iudicium exercenti.

Dico igitur, quod Iudicium triplex est, Ciuile, Criminale, & Mixtum.

Ciuile dicitur illud, cuius finis tendit tantummodo ad commodum partis Gloss. *in l. praetor. ff. de sepulcr. viol.* & est etiam triplex: ordinarium; summarium, & Exequutiuum. *Ordinarium* dicitur omne illud, in quo agitur via ordinaria, non vigore obligationis cameralis, nec Clausulæ Quarantigiæ, nec alterius scripturæ, quæ habeat executionem paratam, & sic est omne iudicium in curiis Ecclesiasticis, nisi in causis priuilegiatis, vt infrà. *Summarium* dicitur, omne illud, in quo agitur summariè sine ordine iudiciario, vt sunt causæ priuilegiatæ à Iure, vel ab homine, veluti in possessorio iudicio Retinendæ, Adipiscendæ, & Reintegrandæ, de quibus infrà suo loco dicemus. *Executiuum* verò dicitur illud, quod habet paratam executionem, in quo, non attenduntur exceptiones, quæ altiorem requirunt indaginem; vt fit etiam in quolibet iudicio possessorio in quo non admittuntur exceptiones respicientes petitorium.

10 Quapropter est valde aduertendum, ne procurator, vel Aduocatus iudicium exequutiuum, vel summarium faciat ordinarium, in maximum causę pręiudicium; vt si quis agere debeat vigore obligationis cameralis, vel in Regno vigore instrumenti quarentigiati, & intentet iudicium ordinarium per viam libelli; vel si Iudex in sententia dicat *N. teneri, & obligatum esse*, nam tali casu, licet de sui natura, & ex forma obligationis Cameralis, & iudicij exequutiui, non daretur appellatio; tamen ex modo procedendi, causa euaderet appellabilis. Vnde traditur cautela, quando sumus in huiusmodi iudicijs exequutiuis, & pars aduersa petit terminum ad probandum, vel producit aliquam scripturam, quæ de parte sola non potest impedire exequutionem, vt scilicet fiat talis, vel similis protestatio iuxta stylum Cuiusque propriæ Curiæ: videlicet,

Talis & tali contra asserta iura N. pro nunc dixit generalia verba, &c. salue iure. &c. & his salais, non esse admittenda in praeiudicium obligationis Cameralis, & iudicij possessorij executiui, aliat, &c. omnis, &c.

Et tunc Iudex debet petitum terminum ad probandum concedere, contra obligationem cameralem; vel iura producta admittere, sine pręiudicio obligationis cameralis, seù iudicii possessorii.

11 Item est aduertendum, ne cumuletur iudicium petitorium, cum possessorio, quia iudicium fieret ordinarium & daretur appellatio. Vnde non inutilis etiam cautela datur, vt quando agitur iudicio possessorio, producatur coram Iudice protestatio suspensionis petitorij, quę potest sub hac, vel simili forma concipi, videlicet,

Talis de tali, vel N. procurator N. comparet in Curia Episcopali N. declarans se in praesenti iudicio velle agere in summarissime possessorio, non in petitorio, & ideo protestatur, quod si aliquid dictum fuit, vel in futurum dici, aut produci contigerit; id solum dictum, & productum esse intelligatur ad corroborandum, & condemnandum ipsam possessorium Quod petitorium ex nunc suspendit, & pro suspenso habet, protestans, quod per quemcumque actum faciendum, etiam huic, contrarium, non intendit à suspensione praedicta recedere, nisi de hac expressum fecerit mentionem, & ita protestatur, non solum isto, sed omni meliori modo, &c.

Fieret etiam appellabilis causa, quando Iudex in sententia condemnaret reum ad restituendum fructus, rationes mixturæ. Vnde alia traditur cautela, vt scilicet condemnet illum ad restituendum fructus per capita separata, quia tunc, quoad possessionem, daretur quidem appellatio; non verò quoad fructus. Veluti si diceretur ver. gra. *Dicimus, declaramus, & sententiamus talem esse reintegrandum, & possessionem talis agri relaxandam, &c.*, deinde dicatur: *Et insuper pari nostra sententia decimus, talem teneri ad restituendum fructus à die occupata possessionis indebitè perceptos, &c.*

12 *Criminale* verò Iudicium est illud, cuius pœna applicanda venit Fisco Butr. *in rubric. de iudic.*

Mixtum iudicium est illud, in quo agitur de crimine, ciuiliter tamen pro interesse. *cap. Tua. de procurat. & cap. super his de accusat.*

13 Diuiditur secundo Iudicium ex parte formæ; & sic duplex est, ordinarium scilicet, de quo *in c. examinata de iudicijs*, & extraordinarium, de quo *in c. nouit. eod. tit.*

14 Diuiditur tertio, Iudicium ex parte materiæ, & tunc etiam duplex est; aliud enim est spirituale, de quo *in Clement. dispendiosam de iudicijs*; aliud verò est temporale, de quo *in c. Venerabilem. eod. tit.*

15 Diuiditur quartò, ex parte quantitatis, & hoc quadruplex est; Vniuersale, generale, speciale, seu singulare, & commune.

Vniuersale iudicium, dicitur illud, quod continet vniuersum ius, de quo habetur *in c. conquerente, de offic. ordin.* & de iure ciuili est petitio hæreditatis, vt habetur *in l. 1. & in l. sed & si. §. fin. ff. de pet. hered. & l. 1. in fin. ff. si pars hered. petat.*

Generale iudicium, differt ab vniuersali, nam licet sub se contineat plura capitula, non tamen continet vniuersum ius; de quo habetur, *in c. cum Ecclesia, de caus. poss. & propr.* & de iure ciuili est actio pro socio, tutelæ, negotiorum gestorum, &c. de quibus habetur *in l. 1. ff. de tit. & rat. ...*

tion. dist. l. solemnus ff. de iudic. l. arbitrium ff. pro socio, & alibi.

Singulare, seu speciale iudicium, est illud, in quo petitur res particularis; vel intentatur actio particularis, vt est actio rei vendicationis, depositi, commodati, & similium, de quibus in *c. significantibus, & c. dilecti de libelli oblat.*

Commune tandem Iudicium, est illud, in quo intentatur actio communis, vt finium regundorum; familiæ erciscundæ; & communi diuidundo; de quibus in *c. ex litteris, de probation. & c. deinde 26. d. c. unum. quid 28. q. 1.* & commune iudicium dicitur, quia in his actionibus, tam actor gerit vicem, Rei, quam Reus gerit vicem Actoris in probationibus faciendis, vt habetur *in dic. ex litteris, § ad quod vbi* Gloss. *in ver. vices duorum.*

PRÆMISSVM III.

De tribus Personis ad Iudicij substantiam requisitis; & Primo de Iudice.

16 Firmauimus supra, tres Personas esse de substantia Iudicij, Iudicem scilicet, Actorem, & Reum; ideò de singulis erit videndum; Et Primò de Iudice de quo sunt plura examinanda. Primo, Quid sit Iudex. Secundo, Quotuplex sit. Tertio, Quis possit, vel non possit esse Iudex. Quarto, Qualis esse debeat Iudex.

Circa primum est notandum, quod Iudex est ille, qui in Iudicio causas iudicat, dicitur enim Iudex, quasi ius dicens, vel ius dans; aut dictans populo. *c. forus, §. in omni. de verb. signific.* qui debet esse iustus, vt possit alijs ius dare, alias non meretur nomen Iudicis, si in eo iustitia non sit, vt habetur *in d. §. in omni* cum Iustitia, quæ virtus est, vt *c. cum renunciatum. 23. qu. 1.* non possit stare cum homine scelerato. *cap. prac. forus in fin. de verb. signif.*

17 Hinc fit, quod iniustitiam & peccatum committeret, si iudicaret scientia priuata, & non vt Iudex, secundum allegata, & probata, per tex. *in c. iudicet 3. q. 7. & c. Deus Omnipotens. §. quando autem. 2. q. 1. c. summopere. 11. q. 3. & c. pastoralis. §. quia verò de offic. deleg.* Ratio est, quia Iudex in iudicando non potest vti scientia priuata, sed iudicare debet, secundum allegata & probata in iudicio. Diu. *Thom. 2. 2. q. 67. art. 3.* Bartol. *in l. illicitas. §. veritas ff. de offic. præsid.* Ioan. Andr. ad Speculat. *in l. 2. tit. de disput. & allegat. aduoc. §. satis. 6. n. 13.* Sayr. *in Clau. Reg. 12. n. 8.* Tolet. & ibi Addent. *in sum. l. 5. c. 57. nu. 3.* & Alij.

18 Circa secundum, *quotuplex sit Iudex*, est notandum, Iudicem triplicem esse, ordinarium scilicet, Delegatum, & Arbitrum. *Ordinarius* dicitur ille, qui habet territorium, & in eo potestatem habet iudicandi à se, & iure suo proprio, vt sunt Episcopi, Præsides Prouinciarum, & Alij, de quibus habetur *in tot. tit. de offic. Iudic. ordinar.*

19 Habet autem Iudex ordinarius iurisdictionem à Sac. Canonibus, vel à lege Secondo à lege animata, vt est Summus Pontifex, Episcopus erga suum Vicarium Generalem, Imperator, vel Princeps superiorem non recognoscens. Tertio à consuetudine; Quarto ab vniuersitate approbata, de qua Glos. *in l. & quia ff. de iurisd. omn. Iud.* & Latius Speculat. *in l. 1. rubr. de offic. ord.* per tot.

20 *Iudex Delegatus* est ille, qui vtitur iurisdictione aliena, & habet potestatem cognoscendi causas ex alterius commissione, vt est ille, cui committitur cognitio alicuius causæ particularis per rescriptum Papæ, vel eius Legati à Latere, aut Episcopi *c. pastoralis. & c. super quæstionum. §. 1. & §. etas de offic. deleg. & l. 1. in fin. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisd.*

21 Delegatus à Principe potest alteri suam iurisdictionem subdelegare. *d. c. pastoralis, & c. super quæstionum*, etiam contra voluntatem partium, ac non obstante, quod in rescripto delegationis sit clausola: *oneramus conscientiam suam*, vt notat Angel. *in Auth. ad hac, C. de iudic.* & Paul. de Castr. *in l. à Iudice n. 7.* vbi etiam Alberic. *n. 5. C. de iudic.*

Si verò sit Delegatus ab Inferioribus, non potest alterum subdelegare, nisi in rescriptio delegationis fuerit ei data facultas subdelegandi. Abbat. *in c. cum Bertoldus. n. 24. de sent. & re iudic.* Bald. *in l. non distinguemus. §. de officio n. 4. ff. de recept. arbitr.* latè Speculat. *l. 1. titul. de iudic. deleg. §. 1. à n. 2 cum seqq.*

22 Arbiter verò est ille Iudex, qui de partium consensu eligitur, vt possit iudicium facere, & sententiam proferre super re litigiosa, quam in eum compromittunt ipsæ partes litigantes, sub aliqua pœna. *c. à Iudicibus, cum c. seq. 2. q. 6. & rub. de arbitr. per tot.* Vel si loco pœnæ ponatur aliqua res in pignus, ad hoc, vt stetur eius sententiæ metu pœnæ, vel pignioris amissionis, *c. dilecti de arbitr. & lib. 1. C. de recep. arb. & l. non distinguemus. § 1. l. litigatores. §. 1. & l. non cogendum ff. eod. tit.* Vel si compromittantur medio iuramento de stando eius sententiæ *c. omnes 22. q. 1. c. 2. et c. per tuas de arbitr.*

23 A sententia Arbitri, (quæ in iure dicitur laudum) non appellatur, sed recurritur ad arbitrium Boni Viri (idest Iudicis *l. continuus. §. cum ita ff. de verb. oblig.*) *c. Quintanallis, et c. veniens. de iureiur. l. si societatem secunda §. arbitrorum ff. pro socio. l. diem proferre. § stari. ff. de rec. arbitr. et l. 1. C. eod. tit.*

Potest tamen à parte solui pœna apposita in compromisso, & nō stare sententiæ Arbitri, nisi sit apposita in compromisso clausula; *Rato manente pacto, &c.* quia tunc talis clausula operatur contra contrauenientem. Marta *de clausul. par. 1. clau. 141. in ult. edit. alias 115. in 6.* Casu verò quo appellatur à laudo, non potest agi ad pœnam compromissi. Puteus *decis. 384. lib. 2. in non.*

24 Datur etiam Arbitrator, qui differt ab Arbitro; nam arbiter eligitur à partibus, vt iudicet super litigiosa re, vt *in tit. de Arbitr. ferè per tot.* & debet Iuris ordinem seruare, *vt in lib. 1. ff. de rec. arbitr.* Arbitrator verò est amicabilis compositor, non, vt iudicet, sed vt componat aliquam differentiam, & pacificet partes, vt in societate. *d. l. si societatem. 2. §. arbitratorum ff. pro socio.* Et iste non tenetur iuris ordinem seruare, nec statur eius sententiæ, si sit iniqua, sed reducitur ad arbitrium boni viri *d. c. Quintanallis &c. veniens de iure iur. & d. l. si societatem. §. arbitrorum, & l. unde si Nerua. ff. pro soc. & l. si libertus ff. de oper. libert.* ita vt recursus habeatur ad superiorem. *cap. 2. de arbitr. & l. pen. ff. de rec. arbitr.*

25 Datur etiam Arbiter Iuris, & est ille, qui eligitur de necessitate statuti, & si [illegible] Iudex allegatur suspectus, nam tunc debent eligi arbitri ex necessitate Iuris, ad cognoscendum de suspicione. *l. fin. & ibi* Bart & DD. *C. de iudic.* & habetur *in cap. suspicionis de offic. et leg. & in cap. ab arbitris eod. tit. in 6.* similiter quando extaret statutum quod causæ inter coniunctos compromittantur: tales arbitri dicuntur Iuris, secundum Abbat. *in c. cum dilectus col. 7. de arb.* De materia arbitri, & arbitratoris, vid. Speculator *in l. 1. p. 1. de Arbitro, & Arbitratore per tot. vbi latè* de arbitro verò Iuris vid. Marant. *in spec. aur. p. 4. d. 14. n. 1. & 4.*

26 Similiter inueniuntur Alij, qui exercent etiam Iudicis officium, vltra supra notatos vt est Assessor, Auditor, & similes, de quibus idem Speculator. *vbi sup. rubr. de Assessore & rubr. de Auditore.* Est autem *Assessor* ille, qui assidet, & assistit Iudici imperito in causæ cognitione, & illum instruit ad rectè decidendum causam, vt habetur *in c. statutum. §. assessorem autem. de rescript. in 6. & l. 1. C. de assessorib.* Qui alio vocabulo dicitur Consiliarius, & de eo ponit particularem rubricam Speculat. *in l. 2. de requisitione consilij; vbi latè.* Iste autem assessor, seu consiliarius non habet iurisdictionem. *l. 2. C. de assessor.* Carauit. *super Rit. Magna Curia Vic. rit. 295. n. 2.* Quapropter Clericus potest esse Assessor Iudicis laici in causa ciuili, quia assessoris officium non est publicum. *l. 4. C. de assess.* & publica officia sunt Clericis prohibita non priuata *l. placet. C. de Episc. & Cler.* Non tamen potest in causis criminalibus, in quibus infertur pœna sanguinis *c. sententiam. Ne Clerici vel monac.* similiter laicus potest esse assessor Iudicis Ecclesiastici. Abb. *in c. super quæstionum n. 16. de offic. deleg.*

Assessor punitur, aliquando plusquam Iudex faciens *c. tanta in fin. 86. d. c. quo consentit. 11. q. 3.* Speculat. *de assess. §. 6. n. 1* quia plus est suadere quam compellere, *l. 1 §. suadere ff de serv. corrupt.* Vnde tenetur de malo consilio, Bartol. *in lib. 1. ff. de offic. assess.*

Potest tamen allegari suspectus ex causa licet non habeat iurisdictionem, & si iudex non admittit suspicionem, fit ipse suspectus; Abbat. *in c. 1. n. 14. de iudic.* Et si grauat partem, potest ab eo appellari. *arg. c. ex parte de priuil.* quia eadem viget ratio, ac de iudice.

27 *Auditor* verò dicitur ille, cui ab aliquo iudice aliquid de medijs causæ committitur, puta aliquis certus articulus audiendus, vel examinandus: vel vt probationes in causa recipiat, vel examini testium interueniat, & simil. Speculat. *vbi sup. rubr. de Auditore.* A quo non appellatur, nisi modum, vel fines man-

mandati excedat, vel sit verè suspectus ex causa, *cap. super quæstionum §. verum, & § seq. in fin. offic. deleg. cap. à iudicibus, 2. quæst. 6.* communiter autem Auditor dicitur iudex delegatus, & alius, qui potest sententiam proferre diffinitiuam, sed impropriè.

28 *Circa tertium, quis possit*, vel non possit esse Iudex. dico quod ex pluribus causis regulariter quis prohibetur esse Iudex de Iure.

Primo, ex natura, vt si quis sit impubes, surdus, mutus, furiosus, mente captus, de quibus infra *numero 32. cum sequent.*

Secundo, ex lege, ipsa namq; prohibet iudicem fieri excommunicatum, irregularum, Hæreticum, Paganum, & omnes alios, qui sub alterius potestate sunt.

Tertio ex sexu, & moribus, nam ex hoc capite prohibetur mulieribus fieri iudices propter earum inconstantiam, & mutabilitatem. *c. Dilecti filij de arbitr.*

Quarto, ex status qualitate; ex quo capite prohibentur omnes illi, qui à iure priuati sunt honoribus, & sic seruus non potest esse iudex, quia de iure ciuili habetur pro mortuo, *leg. Cassius ff. de Senator. l. cum lege, ff. de rec. Arbitr.* Abb. *in cap. cum dilectis n. 17. de confirmat. vtil. vel inutil.*

29 *Circa Quartum*. Qualis debet esse iudex; dico quod iudex, præscindendo ab Ecclesiastico, vel sæculari, multis qualitatibus, & virtutibus præditus esse debet, ab omnibus vitiis alienus, quia sic iudicandi munus exposcit. Multas conditiones, & requisita ad bonum iudicem Ecclesiasticum constituendum, congessi suprà *Par. 1. in Monit. gener. Episc. & Vic.* vbi multas auctoritates adduxi; hoc autem loco alia requisita compendiosè enumerabo, prout collegi tum ex Specul. *in l. 1. tit. de offic. ord. & tit. de iudic. deleg. præsertim. §. superest.* vbi Ioan. Andr. tum ex Mant. *in pract. p. 6. tit. n. 2 rubr. & quandoque appellatur,* nec non ex Abb. Felin. Bal. & aliis.

Debet itaque quilibet iudex in primis esse timoratæ conscientiæ, & semper Deum, maximè in ferendis sententiis, præ oculis habere, à quo & ipse iudicandus erit; studeat etiam charitatem erga subditos, tamquam suo proximos habere, ideo debet eorum causas charitatiuè iudicare, non aliqua passione, aut odio impulsus, eosque quoties opus fuerit benignè non asperè audiat, Allegationes, & scripturas in iure, & in scriptis recipiat, videat, & animaduertat. Alicuius tamen partis temerè allegantis petitionibus silentium imponat, & aditum præcludat; veritatem inquirat, iura vtriusque partis cum attentione, & diligentia perpendat, secundum leges iudicet, & ob ipsi arbitrium suum temperet. lites, quanto citius potuerit, terminare faciat, controuersiasque dirimat, vel per sententiam, vel concordando partes. Quas ab expensis superfluis, & à grauaminibus, quoad fieri potest, releuet. Violentias prohibeat. Iniurias subditis illatas multas, & impunitas non relinquat. Facinorosos debitis pœnis puniat. Viros probos non contemnat. Neutralitati studeat. Vtilitati subditorum inuigilet. Carceratos sæpè visitet, eisque de omnibus necessariis prouidere curet. Rerum omnium ordinem inquirat. Cuncta rectè inspiciat, & maturè disponet. Sit placidus cum subditis, mitis, æquus, secretus fidelis fortis, patiens non facilis ad credendum, neque nimis durus; neque facilis apprehensionis, & difficilis ad deponendum malam informationem. Vtramque partem intelligat. In causarum processibus nil vendicet odium, fauor vsurpet, timor exultet. Præmium, aut ipsius spes iustitiam non corrumpat. Lachrymis aditum præcludat. In melius sit semper flexibilis. Mitiorem partem in sententiando accipiat, & sequatur. A prædecessore in officio, & à senioribus Viris probis, de necessariis ad officium, informationem accipiat, vt de stylo Curiæ, de statutis, Aduocatis, procuratoribus, causidicis, & de omnibus aliis pertinentibus ad bonum, laudabile, & perfectum regimen, ne in diuersos errores incidat. Caueat ab omni vitio, præsertim ab omni genere libidinis, studeat ne Auaritia illum succumbat. Abstineat à partialitatibus, compaternitatem non contrahat. Fugiat à gratificationibus; Amorem non admittat. A nimia familiaritate cum subditis caueat. Odium expellat. Timorem exulet. In excandescentiam non incidat; à concussionibus abstineat subornari per pecuniam se non faciat; est Tandem Virtutibus omnibus studeat, itaut Quemlibet aliqua virtute præclarum imitari curet, & sic officium suum adimplebit, & à Deo bonorum operum retributionem accipiet in æterna vita; & è contrario, malorum pœnas æternas sustinebit.

30 *Secunda Persona* in iudicio necessaria de substantia; est *Actor*, & ille dicitur talis, qui suo nomine agit, vel accusat, aut comparet in Iudicio, petendo aliquid ab aliquo. Qui debet dare libellum in scriptis, alias non est admittendus ad litigandum. *cap. 1. de libell. oblat.* & in libello debet clarè exponere factum. *cap. dilecti filij de iudiciis*, declarando rem, de qua litigat. *cap. significantibus de libell. oblat.*

Et debet adire Iudicem competentem ipsius Rei ad illum conueniendum pro re, quam petit, *l. adire C. de iurisd. omn. iudic.* quia regulariter Actor sequitur forum Rei, *c. experientiæ, & c. si quisquam. 11. q. 1. c. cum sit generale de for. comp. & c. statutum, §. cum verò de rescript. in 6.* Quod fallit in quibusdam casibus, in quibus reus trahitur ad forū Actoris v. gr. ratione iuramenti, *vt in c. vlt. de for. compet. in 6.* Item ratione consuetudinis, vt quando Clerici trahunt laicos ad forum Ecclesiasticum in causa ciuili per *d. cap. cum sit generale*, & notatur *in cap. si Clerici eod. tit. de for. comp.* vbi Abb. dicit illum textum esse singularem, & simil.

Quis autem possit agere, vel non traditur regula generalis, quod scilicet omnis, qui expressè in iure non prohibetur, agere potest. arg. text. *in cap. cum locum de sponsal. & l. mutus ff. de procur. cum simil.* quia viso vno contrariorum, cognoscitur per consequens & reliquum, *cap. ejiciens 88. dist. & l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.*

Quando Actor citat partem aduersam, & postcà non compareat in termino, tenetur ad expensas, vique eò factas à Reo, *c. 1 de dolo, contumac. in 6.* & tunc non conceditur alia citatio nisi cauerit, quod comparebit in termino, *vt in d. c. 1. habetur*. Et ipso contumace existente, recipi debent testes, & ferri sententia etiam lite non contestata, *c. causam de dol. et contum.*

Et si habeat plures lites contra eumdem Reum, non potest eodem tempore illas coram pluribus Iudicibus mouere, præsertim si Iudices distent, alias rescripta impetrata erunt nulla, & tenebitur ad expensas Reo sic defatigato. *cap. dispendia de rescript. in 6.* Et si petat rem ex certa causam, si causam non probet, succumbit, *cap. abbate de sent. & re iudic. in 6.* petendo verò rem in genere, sine expressione causæ, quid agere debeat iudex in tota causa, habetur ibid. Si habuit decretum pro se, vt mitteretur in possessionem, & non fuit admissus, post annum efficitur posse or. *cap. contigit de dol. & contum.* Et potest mitti in possessionem causa custodiæ, si lite non contestata reus sit contumax. *cap. tua fraternitatis, vt lite non contest.*

Actore non probante Reus absoluitur, *cap. vnic. vt Eccles. Benefic. sin. demin. conf.* [illegible] potest facere, quod Reo non licet, *cap. non licet. 32. de regul. iur. in 6.*

31 Contra Actorem potest opponi exceptio de ætate, vt si sit minor 14. annis, nam tunc non potest agere, accusare, vel conueniri, sed tutor eius, *cap. ex parte de appellat. l. clarum C. de autor. præst. l. 1. & 2. C. qui legit. pers. stand. in iud. hab. & l. 4. ff. de administr. tutor.*

Admittitur tamen minor in iudicio ad agendum in quibusdam casibus, qui non intentantur in figura iudicii, vt in petenda bonorum possessione, *l. bonorum quidem, C. qui admitti ad bonor. poss. & l. si infanti, Cod. de iur. delib.* & in Aliis de quibus Specular. *lib. 1. de Actore. §. 1. num. 1. & seq.*

32 Potest etiam opponi contra Actorem exceptio, quod sit prodigus, demens, surdus, mutus, fatuus, vel orphanus, vel in aliis casibus, in quibus quis non potest esse in iudicio, sine curatore, vt habetur *in §. prodigus, et §. mulieri. Instit. quib. test am. fac. poss. & l. dubimus; l. vel surdo, cum l. seq. ff. de priuileg. credit. & l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. de postulan. & l. consil. in princ. ff. de cur. furios. & l. curator, ff. eod. & l. si tibi, §. vnius, ff. de opt. l. & l. si curatorem, C. de integr. restit. et l. orphanotrophos. C. de episc. et cleric. & cap. sufficit, §. erit in princ. 3. q. 7.*

33 Item potest opponi contra Actorem, quod sit excommunicatus, & de hoc in quacumque parte iudicii; vt habetur in *cap. exceptionem & cap. à Nobis, & cap. cum inter in fin de exception. cap. pendentiam, §. sexta, de offic. deleg. & cap. audiuimus 24. q. 1. & l. placet C. de sacrosanct. Eccles. & Authent. sed et quæcumque C. de Episc. & Cleric et §. Nulli collat. 9. Authent. de Sanctiss. Episc.*

Potest tamen appellare, & appellationem prosequi *cap. fin. cap. dilecti, cap. dilecta, & cap. seq. de exception.*

Quod procedit etiam in Reo, qui reconuenire non potest. *c. cum inter vos fin. de except.*

34 Item potest opponi exceptio contra Actorem, quod sit deportatus, qui non agit, sed Fiscus, qui in bonis eius succedit. *l. si debitor. ff. de fideiuss. l. quoties. ff. de nonat. l. si quis post C. de bon. damn.*

35 Item quod sit infamis, qui non potest agere. *c. prohibentur 2. q. 1. c. constituimus. 3. q. 5. c. infames 6. q. 1. c. licet de test. c. inter dilectos, de excess. prael. & l. vnic. c. de infa. lib. 10. & l. criminis, C. de his, qui ac. non poss.*

36 Item quod sit periurus, qui non potest agere, nec habere rem, quam petit. *c. paruulis 22. qu. 5. cap. quartinum, de iureiur. cap. 2. in fin. de fineuss. cap. dilecti de except. l. si quis maior, C. de transact.*

Sunt & aliæ multæ exceptiones, quę opponi possunt contra Actorem, quas si percurrere vellem, excresceret opus, ideo qui illas videre cupit, adeat Speculat. *vbi sup. tit. de Actore, partic. 2. per tot.* & Ioan. And. *ibidem.*

37 Potest tamen etiam actor excipere, quod non cogitur inuitus agere, vel accusare, vt in *tot. tit. C. vt nemo inuitus agere vel accusar. & l. creditores, C. de pignor.*

38 *Tertia Persona* ad substantiam iudicij necessaria est, *Reus*, qui dicitur à re, quæ petitur ab illo per Actorem. *l. foras, de verb. signif.* Sicut autem contra Actorem dantur exceptiones, de quibus ex parte vidimus supra, sed fusius infrà: sic Reo competunt defensiones. Vnde si Clericus citetur ad soluendũ aliquid coram iudice laico, competit illi defensio, quod non potest trahi coram tali, sed coram Ecclesiastico; imo neque volens ipse potest coram laico comparere, neque in causis ciuilibus, neque in criminalibus; nec potest huic iuri renunciare, quia est priuilegium concessum ordini Clericali in genere, non Clerico in specie. *c. in olim. c. placuit, & c. continua 11. q. 1. cap. si diligenti de for. compet. & l. cum Clericis C. de Episc. & cler. & Authent. si statuimus, & Auth. sed hodie C. eod. tit. & in §. si quis autem contra. Auth. de sanctiss. episc. et in cod. Authent. tot. tit. vt Cler. apud prop. Episc.*

Nisi ratione feudi, vel reconuentionis, & in aliis casibus qui notantur in summa, *et cap. clericum 11. qu. 1.* & Speculat. *in lib. 2. tit. de competenti Iudicis additione. §. 1. num. 21. vers. in clic. autem.*

Item, quando quis se obligauit alicui sub pœna, iudicio sisti. si postea conueniatur, potest se defendere, quod habet semestre tempus a iure, *vt in l. sancimus C. de fideiuss.*

39 Item si miles conueniatur coram alio Iudice, quam coram magistro militum, potest opponere exceptionem incompetentiæ. *c. nullus omn. 7. qu. 1. et l. 2. ff. de re milit. et l. magisteria, C. de iurisd. omn. iud.* Quod procedit in militante tantum. *l. fin. in fin. ff. de accusat.*

40 Item scholaris potest se defendere, si conueniatur coram non suo iudice, sicque se tueri exceptione, quod debet conueniri coram Magistro, vel corã iudice loci, vel sub Episc. sub quo maluerit, vt habetur *in proœm. ff. §. & hoc omnia, et §. seq. et l. habita, C. ne fil. pro patre, in legib. Feder.* & hoc de iure; quidquid sit hodie de consuetudine in quibusdam locis.

Idem dicendum de omnibus Aliis, qui nominantur, in *cap. constantinus 96. dist. et lib. 2. 3. et 4. ff. de in ius vocand.* & in aliis, quos recenset Speculat. *lib. 1. tit. de Reo partical. 2. per tot.* & regulariter omnes exceptiones, quæ facere possunt ad defensionem Rei, & omnea aliæ, quæ possunt apponi contra Actorem, competunt Reo ad sui defensionem.

41 Quoad Reum sunt notanda plura. Primũ, quod ipse non tenetur probare, quod negat, sed actor, seu accusator, *ca. quod autem, et cap. accusator 6. q. 5.* Secundum, quod non potest trahi extra suam Ciuitatem, vltra vnam Dietam, neq; ad Ciuitatem Actoris, *cap. statutum, §. cum autem, de rescrip. in 6.* nam regulariter iudicandus est in loco, in quo reperitur, & non alio trahendus. *cap. si quis clericus 3. q. 6.*

Tertium est, quod in suo foro est audiendus, & hunc debet sequi actor, *cap. si quis Episcoporum, et cap. pulsatus 3. qu. 6. c. experientia. cap. si quisquam 11. q. 1. cap. praeterea de testib. cogend. cap. fin. de for. compet. et c. cum sit generale, eod. tit. et cap. statutum, §. cum vero de rescr. in 6.*

Quartum est, quod Reorum confessiones aduersus Alios non debent admitti, (præter casus ad Sanctum Officium spectantes) *cap. nemini, et cap. vlt. 15. q. 3.*

Quintum, quod Reo absente non est audiendus accusator. *cap. absente 10. et cap. necesse est. 3. q. 9.*

Sextum, quod Reus præsens est conuincendus postea iudicandus, *cap. non oportet; cap. habetur. cap. venera; cap. absente Reo; cap. absente aduersario; cap. absens. et cap. charta 3. q. 9.*

Septimum, quod Reus non potest alium accusare, nisi prius se purget. *cap. neganda, cap. non est credendum; et cap. prius est 3. q. 11. & cap. qui crimen 6. q. 1.*

Octauum, quod non dicitur Reus, qui peccauit non ex voluntate, sed ex necessitate. *cap. illa cauenda, cap. aliquis 32. quaest. 1.*

Nonum, quod non tenetur respondere libello actoris in actione personali, nisi exprimatur causa petendi. *c. dilecti filij de lib. obl.*

Decimum, quod non tenetur dare actori suas scripturas contra se facientes. *cap. 1. de probat.*

Vndecimum, quod Reus recedens à iudicio relicto procuratore ad agendum, est contumax, & condemnatur ad expensas. *cap. constitutus de procurat.*

Duodecimum, quod si non potest inueniri, vt citetur, sufficit ponere citationes illius in Ecclesia sei stræ. *cap. fin. de dol. et contum.*

Decimum tertium, quod ipsis potius erit fauendum, quam actoris, si iura vtriusque sint obscura. *cap. cum sunt 11. de regul. iur. in sexto.*

PRÆMISSVM IV.

De Substantialibus Processus, seu ordinis Iudiciarij.

42 Vlio vsque modo de Personis, quæ sunt de substantia ipsius Iudicij. & de aliis, quæ præstant adminiculum in causis, Nunc videndum est de substantialibus processus, aut ordinis iudiciarij.

De substantia igitur sunt quinque. Primo, libelli oblatio. Secundo, litis contestatio. Tertio Publicatio in causa. Quarto, Conclusio in causa, & Quinto, sententiæ Prolatio.

De libelli oblatione agitur *a cap. 2. de libelli oblation. in fin.* vbi Glos. *& in Clementin. sępè de verbor. significat.* & ibi Gloss. *verb. necessario, & in Authentic. offeratur, C. de litis contestat. et in l. 1. ff. eod. tit. l. edita, C. eod. tit.*

Et de iure Regni Neapolitani, habetur *in Regia Pragmatica 1. sub tit. de ordine Iudiciorum*, quæ incipit: *Dispendia litium*, & in *capitulo Regni*, quod incipit: *Destantes.*

43 De litis contestatione agitur, *in cap. Dudum. 2. de elect. & in cap. exhibita de iudicijs, vers. lite nondum super eodem negotio contestata. & in c. vnic. de litis contest. & in cap. prout de dol. et contumac. et in cap. cum causam de iuram. calumn.* Licet autem de iure communi litis contestatio sit fundamentum & angulus iudicij, vt inquit Bald. *in d. c. vnic. de lit. contest.* tamen de iure Regni Neapolitani in Tribunalibus secularibus non fit litis contestatio, quia causæ sunt summariæ, & *per dictum cap. Regni: Detestantes*, fuit sublata; sed ille actus, qui immediatè sequi solet, post litis contestationem, vt est datio termini, habetur pro litis contestatione. Sed Alii Doctores Regnicolæ asserunt, litis contestationem fieri per citationem, & responsionem Rei, vt infra latius.

44 De publicatione in causa agitur a Canonistis *in c. cum sum qua de testib.* & à Gloss. *c. in l. prolatam verb. solutum, C. de sentent. & interlocut. omn. Iudic.* Potest tamen in multis casibus omitti, si non petatur a partibus. *DD. in cap. fraternitatis, de testibus* secus tamen si petatur a partibus, nam tunc si non fiat publicatio vitiatur processus.

De iure Regni agitur de ea in Regia Pragmat., quæ incipit *Cursu dilationum.*

45 De conclusione in causa agitur *in d. Clem. sępè de verb. signif.* vbi Gloss. *in ver. Conclusione*, & Gloss. *in cap. cum dilectus de fide instrum. & in c. quoniam contra de probationib. & in cap. pastoralis, de caus. possession. & propriet.*

Et de iure Regni Neapolitani, habetur in Pragmatica, quæ incipit: *Conclusione.*

46 De prolatione sententiæ, quod nostrum propositum agitur in *c. quoniam contra de probat.* & quod proferatur in scriptis habetur *in cap. fin. de re iudic. in 6. & in l. fin. C. de sent. ex breuit. recit. vers. descript. recitatione proferri.* de qua latissimè Speculat. *lib. 2. partical. 3. in rubr. de sententia, & quæ ipsam sequuntur* vbi per nouem §§. plena manu materiam examinat.

Et

E de iure Regni Neapolitani agitur in Pragmatica, quæ incipit: *Carolus Quintus*, & DD. Regnicolæ, de ea agunt Paris de Puteo *in tract. de syndicat. vers. sententia, per decem capita*, & Maran. *in Spec. Aur. 6. p. vers. & demum ferimo sententia* & Alij; de quibus omnibus nos agemus infra in progressu Practicæ fusius.

47 Est autem aduertendum, quod ordo iudiciarius in formandis processibus in nostris Tribunalibus Ecclesiasticis, & de iure communi non debet prætermitti, confundi, vel præposterari, alias ex omissione, confusione, vel præposteratione nasceretur & fieret nullius iudicij, seu processus, vt habetur *in cap. qualiter, & quando 1. de accusationib. & 2. q. 1. per tot.* & expressè, *in cap. ut, qui appellat. vlt. § diffinitiua 2. quæst. 6.* & latè Speculator. *loc. prox. cit. de particul. 3. § 8. iuxta propositam.*

Nec potest prætermitti, etiam de consensu partium, Gloss. notabilis *in cap. de causis, de offic. deleg. in verb. consensu partium, et in Clem. sæpè de verb. sign. in ver. intricandas glos. vlt.*

Prætermissio autem, confusio, vel præposteratio ordinis iudiciarij, scilicet, si primò proferatur sententia, & postea fiat scriptura, vel prius fiat publicatio, quam litis contestatio, & sic de reliquis: actibus iudiciarijs, vt notat Gloss. *in l. prolatam, ver. solitum, C. de sent. et interloc. omn. iud.*

48 Alij verò actus iudiciarij particulares, qui in formandis processibus fiunt, v. exceptiones, replicationes, probationes, quod sententia non feratur sub conditione, & quod non prius pronuncietur de possessione, quam de proprietate, appellationes, & Alij id genus, de quibus infra patebit, non sunt de substantia processus, vel ordinis iudiciarij, & ideò si omittatur aliquis ex ipsis, non nascitur nullitas, & sic sententia valeret; vt obseruat Gloss. *in cap. 1. 2. quæst. 1. et cap. biduum. 2. q. 6. et l. 1. C. de appell.*

49 Est item aduertendum, quod ex istis actibus particularibus, Aliqui sunt ordinatorij litis, & processus: Aliqui verò sunt Instructorij causæ, seu ad litis decisionem.

Ordinatorij, seu ad litis ordinationem, sunt citationes, replicationes, satisdationes, iuramentum calumniæ, & similes actus iudicij Ordinarij.

Actus verò instructorij, seu decisorij causæ, aut litis, sunt attestationes, confessiones, probationes, instrumenta, priuilegia, scripturæ, & alia, quæ factum respiciunt; iuxta tradit. per Hostiens. & Innoc. *in ca. causam 1. de testib. & in d. Clem. sæpè de verb. signif. in glos. facit ad hoc.*

50 Tandem est aduertendum, prædictos actus iudiciarios non semper seruandos esse æqualiter in omnibus causis, ob earum differentias. Nam aliquæ causæ, seu lites sunt priuilegiatæ à iure Aliæ ab Homine, & aliæ a natura causarum adeò ordo supradictus per omnia necessariò, vel non ca potestur, vel in eis nullo modo seruatur,

Causæ igitur priuilegiatæ à iure sunt causæ Beneficiales, matrimoniales, decimales, vsurariæ, & ipsas tangentes, vt habetur *in Clement. Dispendiosam de iudic.* sic & causa hæresis, *vt in cap. fin. de heret. in 6.* & in illis procedi potest simpliciter, & de plano, absque figura iudicij, sed summariæ sola facti veritate inspecta Vt fit in Regno Neapolitano, in quo hodie omnes causæ sunt summariæ, per *Capitulum Regni*, quod incipit: *Detestantes*, vbi latè Paris de Put. *de syndic. ver. sententia, & per Regiam nouellam Pragmat. 1. in ordine*, quæ incipit: *Dispendia litium*; de Summariis, Mat. *in Aur. Spec. latè p. 4. dist. 9. per tot.*

Quod si iudex voluerit ordinem iudiciarium in his causis summarijs obseruare, vtique potest, ad tradita per Bald. *in l. nulla tres. fin. ff. de legib. & in l. testamentum notab. 3. C. de testam. argum. text. in c. nonne, de iudic.* & ibi Innoc. *in 1. col. post princ.* vbi ait, quod ordinem seruare, non potest nocere; & latè Felin. *in c. cum dilecta, col. 14. de rescript. vers. ampliatione.*

51 Causæ priuilegiatæ ab Homine sunt illæ quæ committuntur à Principe alicui, cum facultate, vt possit procedere summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij; & in his iudex non tenetur similiter ea, quæ sunt de substantia iudicii, vsquequaque obseruare, vt est libelli oblatio, litis contestatio, conclusio, publicatio, & sententia, nisi partes contradixerint, vt habetur *in Clement. sæpè de verbor. signif.* in qua traditur forma procedendis in causis à Principe commissis summariè, & de plano. Quis autem possit causas sic committere, vid. Gloss. *in cap. fin. de heretic. in 6. verb. figura*, vbi ait, Inferiorem à Principe, seu Papa non posse causas ita committere sublato iuris ordine, imò neque Legatum à Latere, de quo latè Felin. *in cap. 1. § 1. col. 1. vers. legatus non committit de rescript.* & Speculat. *lib. 1. rubric. de legat. § 4. superest, num. 4. & 5.*

52 Causæ verò priuilegiatæ ex natura causarum, sunt causæ notoriæ, in quibus non exigitur ordo iudiciarius, vt dicemus infr. *tom. 2. p. 5. prax. 17. per tot.* in illis enim ordo est ordinem non seruare, *vt in cap. ad nostram 3. de iureiuran.* de quo *in cap. Tua, & in cap. vestra, de cohabitation. cleric. & mulier.* Et similiter causæ, in quibus non proceditur ad instigationem alicuius, sed ex officio iudicis per Inquisitionem. *vt in cap. quoniam frequenter, § sunt. & alij. Vt lite non contestat.* His prænotatis transeamus ad Practicam formandi processus Ciuiles.

SECTIO PRIMA,

De ordinatorijs Processus à principio causæ, vsque ad litis contestationem exclusiuè.

INcipit Practica Ciuilis, quæ in vtroque foro, tum Ecclesiastico, tum sæculari communiter seruatur in omnibus Tribunalibus, quæ regulantur, secundum Ius commune; & similiter in Tribunalibus Regni Neapolitani, quæ regulantur secundum ius municipale eiusdem Regni.

Practica Diuisio.

DIuidam itaque illam in tres Sectiones imitatus in hoc Speculatorem Patrem Practicæ *in lib. 2. in princ.* quia diuisio, vt inquit Gloss. & Add. *in proœm. Instit. § igitur vers. easdem* animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificiosè reformat, & quæ sunt benè diuisa, melius intelliguntur *l. 2. § cum/que ff. de verb. sign.*

Prima igitur Sectio principium habebit ab initio litis, seu causæ, & sic continebit omnes actus ordinatorios processus à porrectione libelli vsque ad contestationem litis exclusiuè. Secunda, à contestatione litis, vsque ad sententiam exclusiuè. Tertia verò, à sententia, vsque ad eius exequutionem inclusiuè, vbi appellatum non fuerit; quia si appellatur, suspenditur exequutio. *cap. venientes de iureiur. cum simil.* Quælibet tamen sectio plures actus principales Iudicij continebit, vt infra videbitur.

Porrò in quolibet actu, dilucidabimus omnia necessaria ad Iudicium. Primò, per ius commune Canonicum, & Ciuile, vt possit omnibus deseruire. Secundò loco, per ius Regni Neapolitani, vt illi etiam, qui in tam vasto Regno, (quod duodecim Prouincias complectitur, & in se continet Archiepiscopatus 21. Episcopatus 11[illegible]. Ex quibus omnibus 24. sunt ad Regiam præsentationem, reliqui sunt Pontificiæ collationis,) iura dicunt vtilitatem recipiant, Quia in Multis Tribunalibus Ecclesiasticis eiusdem Regni practicatur idem stylus Curiæ sæcularis, resecatis tantùm quibusdam; semper tamen cum Theoria, associabo Praxim.

In prima igitur Sectione continebuntur actus tam principales, quam minus principales iudicij per plures Subsectiones distincti, vt est: actus libelli oblationis citationis Contumaciarum, exceptionum, &c. In Secunda habebitur litis contestatio, terminus probatorius, Articulorum positiones, examen testium, Publicatio, Repulsa, Repulsa repulsæ, Primum & Secundum beneficium, conclusio, citatio ad dicendum, &c. In Tertia tandem erit actus prolationis sententiæ. Itaque sit.

SVBSECTIO PRIMA.

De Libello, qui est primus Actus de substantia Iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Libellus est fundamentum totius iudicij.*
2 *Libelli multiplex acceptio.*
3 *Libelli species quot.*
4 *Libellus, quod sit.*
5 *Libelli nomina diuersa.*
6 *Libellus constat ex tribus.*
7 *Libellus continere debet quinque, & quæ*

8 *Lib. Bernm Clausula saluatoria, quæ?*
9 *Libelli obscuritas euitanda.*
10 *Causæ omnes in Regno sunt summariæ.*
11 *Clausula* sine figura iudicij, *quid importet. Lites sunt celeriter expediendæ.*
12 *Libellus qualiter concipiatur,*
Forma libelli,
13 *Præsentationis libelli forma.*
14 *Forma Decreti procedatur ad vlteriora in libello.*
15 *Decretum super obscuritate libelli.*
16 *Intimationis eiusdem Decretum,*
17 *Intimationis, & Citationis differentia,*
18 *Citari debet pars aduersa in omnibus actis,*
Decretum probationis soluendæ mercedis,
19 *Decretum ne stando iuri, & iudicatum soluendo.*
20 *Assecurationis iudicij forma.*
Suspectus de fuga carceratur mediante decreto.
21 *Mandatum de capiendo, eiusque forma.*
Carcerari nemo potest sine mandato Iudicij.
22 *Relatio Citationis libelli, qualiter fieri per*
Nuncium debeat, eiusque forma.

1 QVoniam iudicium non potest stare in incerto, ideò fieri debet libellus; nam omnia acta, & sententia iudicis fundantur in libello, ipse enim est fundamentum totius iudicii. proptereà benè formari debet, aliàs nullitas resultaret. *l. vt fundus ff. commun. diuidun. §. vt vnrò institution. de action.* De libello igitur plura dicenda erunt quam breuissimè. Primò quotupliciter sumatur. Secundò, quotuplex sit. Tertiò, quid sit. Quartò, quot nominibus appelletur. Quintò, ex quibus constet. Sextò, quæ sint in eo exprimenda. Septimò Quæ clausulæ poni possint in eius fine.

2 *Quoad primum*, est notandum, quod libellus multipliciter sumitur. Primò enim sumitur pro paruo libro, vti Codice *cap. 2. de summ. Trin. & fid. Cath. l. 1. ff. de tab. exhib.* Secundò accipitur pro precibus Imperatori oblatis *l. 1. C. quand. lib. princ. dat. fac. lit. contest.* Tertiò sumitur pro iudicis delegatione *l. nec quicquam, §. vbi decretum ff. de offic. procons.* Quartò Sumitur pro libello repudii, quem maritus mittit ad vxorem, & è contra. *cap. non Satis. 32. q. 2.* Quintò Sumitur pro scriptura infamatoria, *vt in tit. C. de fam. libel.* Sextò pro scriptura recusationis. *l. apertissimi C. de iudic.* Septimò pro scriptura appellationis *l. 1. §. fin. ff. de appell.* Tandem omissis reliquis acceptionibus, quas ponit Specul. *l. 4. Rubr. de libell. concep. par. 1. §. 3.* sumitur pro parua cartula, in quo actor declarat suam intentionem, & ità capitur hic, & *Auth. offeratur, C. de lit. contest. & in §. Sancimus, & ibi gloss verb libellus. Auth. de exhib. reis*, & ita quoque sumitur in Regno *in R. g. Prag. 1. de ord. iudic.* quæ incip. *dispendia litium*, & *in cap. Regni*, quod incip. *detestantes.*

3 *Quò ad secundum*, est notandum, quod dantur quinque species libellorum. Primò datur libellus accusatorius, qui offertur in causis criminalibus, *vt in lib. libellorum ff. de accus.* & communiter dicitur quærela. *c. maximè tamen. 81. dist. c. querelam de elect. & c. querelam de procur.* Secundò dicitur libellus recusatorius, per quem iudex recusatur, vt suspectus, *de quo in l. apertissimi. C. de iudic.* Tertiò dicitur libellus refutatorius, qui tamquam obscuros refutantur, de quo *in l. ampliorem, § in refutatorijs C. de appell. & nos inferius* Quartò dicitur libellus reclamatorius, *de quo in c. 2. de l. oblat.* Vltimus dicitur libellus conuentionalis, quo actor conuenit reum in iudicio in ciuilibus, *de quo in cap. 1. & fin. de libell. oblat. & in d. Auth. offeratur, C. de lit. contest.* & de hoc loquimur in præsenti.

4 *Quò ad Tertium*, est notandum, quod libellus est breuis scriptura claram continens Actoris intentionem, *ità Cyn. in d. Auth. offeratur.* Dicitur: *breuis* quia faciens libellum, debet vti breuibus verbis in ipsius formatione, aliàs refutandus est, *vt in lib. ampliorem. §. in refutatorijs C. de appell.* Dicitur: *scriptura*, quia debet fieri in scriptis, vt iudex possit ferre sententiam conformem libello *l. vt fundus ff. commun. diuid. l. fin. C. de fideicom. liber.* Et licet in Regno non semper detur sententia conformis libello, propter *d. cap. Regn. detestantes.* vt not. Gramm. *decis. 15. num. 3. & decis. 19.* & Carauit. *in Rit. Mag. Cur. Vic. 188. n. 10.* Contrarium tamen videmus seruari in omnibus Tribunalibus tàm Sacri Concilii, quàm magnæ Curiæ Vicariæ, in quibus semper sententiæ sunt conformes libellis. Dicitur: *claram continens intentionem*, quia debet esse clarus, non obscurus *lib. fin. C. de non. except.*

Et tamen obseruandum, quod in Regno Neapolitano pro libello sufficit talis qualis petitio, quia reus possit deliberare, num velit cedere, vel contendere, vt habetur *in d. Reg. prag. 1. dispendia litium.* Dicitur tandem: *Actoris*, quia primus libellus in iudicio porrigitur per Actorem, licet aliquando offeratur etiam à Reo aduersario, *vt infra dicemus.*

5 *Quò ad quartum*, est notandum, quod libellus variis nominibus appellatur, tàm de iure communi, quam de iure Regni; vocatur enim aliquando petitio, *vt patet in c. vnic. vt lit. non contest. & cap. dudum. 2. §. licet autem de elect.* & ità vocatur in Romana Curia à plerisque. Differt tamen noster libellus à petitione. Primò quia libellus fit in scriptis, sed petitio fit aliquando oretenus, *vt in §. triplici inst. de action.* Secundò, quia libellus offertur in principio litis, petitio verò fieri solet in medio, & in fine litis. Tertiò, quia libellus conficitur solemniter, vt diximus, petitio verò sufficit talis, qualis sit, vt possit reus deliberare an velit cedere, vel contendere. Ias. *in l. non solum §. morte n. 46. ff de nou. oper. nunc.* & Pract. Papien. *in for. act. realis.*

6 *Quò ad quintum*, est notandum, quod libellus constat ex tribus; scil. ex narratione facti, ex medio, seù causa concludendi, & ex conclusione. Bart. *in l. si prius col. 6. ff de non. oper. nunc.* sequitur. Ias. *in § omnium n. 114. inst. de act.* Exempli gratia: peto à Titio centum; Eccè *narratio*; quia mutuaui, eccè *causa concludendi*; ideò peto, cum condemnari ad soluendum eccè *conclusio*. Et ex his propriè efficitur libellus.

7 *Circa sextum*, est notandum, quod libellus in causis ciuilibus debet continere quinque requisita; scil. nomen Actoris, rei, iudicis rei quæ petitur, & causam, propter quam petitur, vnde versus

Quis, quid, coràm quo, quo iure petatur, & à quo.
Rectè compositus quisque libellus habet.

quos affert Specul. *loc. cit. §. 4. in princ.* Primò igitur continere debet nomen Actoris, qui agit, *arg. tex. in c. querelam de elect. & cap forus §. nomine de verb. sign.* & si agat Prælatus nomine Ecclesiæ, debet exprimi nomen Ecclesiæ. *c. inter dilectos de fid. instrum.* quia Prælatus non habet dominium directum in Ecclesia, sed vtile *Auth. sed hoc. C. de Epis. & Cler.* similiter si agat Syndicus, nomine Communitatis, debet exprimi nomen Communitatis. Specul. *d. tit. de libel concept. §. 9.* Item tutor nomine pupilli, nisi pupillus sit infans *l. 1. ff. de admin. tutor.* Secundò nomen Conuenti, idest Rei, vt si Titius agat contrà Sempronium; & si agat contra Ecclesiam, debet agere contra Prælatum ipsius ità etiam contra Tutorem, nomine pupilli, & contrà Syndicum, nomine Communitatis. *vt in d. l. 1.* & ibi DD. Tertiò, nomen iudicis ordinarij, vel delegati, siuè Curiæ, vbi comparet, & tunc sufficit ponere nomen dignitatis, putà coram Illustris. D. Episcopo N. vel coram Reuerendiss. D. Vicario Generali N. vel coram Iudice, vel Viceprincipe, vel Viceduca, vel in Curia Episcopali N. vel Ducali & Baronali N. &c. Quartò, exprimitur res quæ petitur; & si sit immobilis, debet designari cum suis confinibus, saltem duobus, aliàs libellus esset obscurus, *l. si in rem. ff. de rei vindic. & l. forma ff. de censib.* si verò est mobilis, debet designari cum suis qualitatibus *arg. prod. iniurium.* Sextò continere debet causam, propter quam res petitur, *vt in c. dilectis de iudic. & §. 1. in fin. Inst. de act.* & quando intentatur actio personalis in contractibus, debet denominari contractus. Ias. *in d. §. omnium.* Specul. *lib. 2. p. 1. rubr. de act. seù petit. §. 1.* & in actione reali debet exprimi dominium, Ias. *loc. cit.* Causa autem debet esse concludens, alioquin nihil ageret. Gloss. & Abb. *in cap. 1. de libell. oblat. cap. dilectis, & cap. examine de iudic.* Gloss. *in l. 2. § circà ff. de dol. mal. except.* Bart. & Alij *in l. edita, C. de edend.* Nomen autem actionis non est exprimendum in libello. *c. dilecto de iudic.* Qua autem lingua debent fieri libellus, attendendæ sunt consuetudines locorum. Romæ tamen semper fit latina lingua, non nimis elegāti sed intelligibili, & in aliquibus Curijs, fit etiam vulgari lingua.

8 *Quò ad vltimum*, est notandum, quod in fine libelli, solent apponi, quædam clausulæ salutares, quarum vnaquæque producit suum effectum particulare. Prima est, *super quibus omnibus, & eorum singulis peto ius, & iustitiam mihi ministrari*, & ista clausula saluat libellum ab omni ineptitudine. Abb. *in cap. cum dilectis de ord. cognit.* & similiter operatur, vt censeatur intentatum remedium magis vtile ipsi petenti. DD apud

Barbos.

Barbos. *de clauf. vfu frequent. clauf. 76. num.* 2. Secunda clausula est. *Hoc, et omni alio meliori modo, etc.* & hæc operatur in capite dubio, vt libellus non intelligatur in fauorem rei, *leg. si quis intentione, ff. de iudic.* De vi, & effectibus huius clausulæ videndi Barbos. *loc. cit. clauf. 95. per tot.* Tertia clausula est *Non se astringens, etc.* quæ operatur, vt actor non teneatur probare qualitatem deductam in libello. Bartol. *in l. dumus ff. de ei iudic.* Marant. *de ord. iudic. par. 6. tit. de libell. oblat. n. 17.* Quarta clausula est: *Protestans sede omnibus damnis, expensis, et interesse, passis, et patiendis*; Et per istam clausulam actor videtur interpellare Iudicem, vt in casu succumbentiæ condemnet reum ad expensas, *iuxta l. properandum. §. si autem, C. de iud.* Cardosius *in prax. iudic. et aduoc. verb. clauf. 11.* Marant. *vbi sup. n. 18.* Item operatur, vt si Iudex interpellatus pro expensis, non condemnet victum reum victori, teneatur de suo soluere. DD. *in d. §. si autem,* aliàs parte non petente, Iudex non potest victum in expensis condemnare, Gloss. *vlt. in e. fin. de refer.* Vtuius *to. 1. com. opin. l. 4. tit. 1. n. 95. verf. hocq; intelligitur.*

9 Est tamen aduertendum in præsenti materia libelli pro versantibus in Tribunalibus Regni, quod licet pro libello possit dari talis qualis petitio, quia omnes causæ sunt summariæ, vt diximus, ideo sufficit talis qualis petitio, ex qua reus possit deliberare, an velit cedere, vel contendere, iuxta *cap. offeratur 3. quæst. 3. et l. 1. ff. de edend.* & propterea *per Pragm. 1. Dispendiosum* ineptitudo libelli fuit sublata, quæ olim erat in magna consideratione, *lib. ampliorem, § in refutatorijs, C. de appellat.* tamen non fuit sublata qualitas obscuritatis libelli, & ideo, quando libellus esset obscurus, reus petit, vt actor declaret libellum in partibus obscuris, vt possit se defendere Cepoll. *consil. 106.* quæ incipit. *Quando libellus*, & Affl. *in constit. Regni: exceptiones n. 37. et 38.* & ita videmus hodie passim practicari in omnibus istis Tribunalibus.

10 Aduertendum secundo, quod licet in eodem Regno omnes causæ ciuiles & mixtæ expediri debeant summariè & de plano, sola facti veritate inspecta, & sine figura Iudicij, *vt in d. pragm. 1. Dispendiosa de ord. iud. et cap. Regni. Detestantes*: tamen non sunt omittendæ in illis probationes necessariæ, vt notat Plotinus *in rubr. de verb. oblig. lib. 5. n. 15.* quia per dicta iura non sunt sublatæ. Et ratio est, quia probationes, & defensiones sunt inuentæ de iure diuino, in quo statuitur, vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum, vt Deuteronom. *c. 19. et c. nouit. de iud.* & etiam de iure Canonico & Ciuili, vt *in tit. de probat.*

11 Sed quæret quis, quid importet illa clausula mox enunciata; *sine figura iudicij.*

Respondetur, per illam importari sublatum esse ordinem iudiciarium, qui in iudicio obseruari solet; vt per Gloss. *in c. statutu quadam, verf. summa de heret. in 6. et in Clement. sæpè in verb. non exigat de verb. signif.* Archid. & Alij *in cap. indemnitatibus, de elect. in 6.* Bart. *in extrauag. Ad reprimendam*; & Bald. *in l. nec quidquam, §. de plano, col. 2. ff. de offic. procons.* Est tamen obseruandum, quod non omnis ordo iudiciarius censetur sublatus per istam clausulam in causis summariis, ciuilibus, & mixtis nam solemnitates iuris, per quas deueniri debet ad prolationem sententiæ, de quibus Nos inferius dicemus in præsenti Practica, non censetur sublatæ; sed solùm intelliguntur sublatæ dilationes, & oppositiones frustratoriæ, quæ aliquando solent dari, & recipi in iudicio, ob quas multi ad egestatem redacti sunt, vt habetur in *Authent. Vt differentes Iudices*, Nec non videntur sublatæ solemnitates, quæ olim requirebantur in formando libello. *lib. 2. C. de formul. sublat.* de quo Vincent. de Franch. *decis. 245.* Item sunt sublatæ feriæ vindemiarum, & messium. Gloss. *In constitutione Regni: Barones omnes*; de quibus *in l. 1. C. de ferijs, et in Auth. offeratur, C. de lit. contest.* & hoc, vt lites celerius expediantur, *iuxta cap. iurgantium de sent. et re iudic. et cap. finem litibus, de dol. et contum. et l. properandum, C. de iudic.* Reliqua de ista clausula vid. plenè congesta per Marant. *in Specul. Aur. p. 4. dist. 5. num. 11.* vbi etiam notat quid importet alia clausula; *sola facti veritate inspecta à num. 3. vsque ad n. 50.* & de ista clausula vid. DD. apud Barbos. *de clausulis vsu frequentior. clauf. 163. per tot.* vbi latè.

12 Tandem obseruandum est, quod libellus formari, & concipi debet tali modo, vt essentialia superius notata contineat; quamuis sub diuersa verborum forma actum exponatur, secundum rerum varietatem, Regionum obseruantiam, & Curiarum stylum, vt traditur per Speculator. *in lib. 4. de libell. conception. §. 12.* Solet autem regulariter esse talis, vt sequitur, vel huic similis, videlicet.

Forma Libelli.

In Episcopali Curia N. comparet N. de N. Vel: *coram Illustriss. et Reuerendiss. D. Episcopo N.* Vel *coram per Illustriss. et Reuerendiss. D. Vicario Generali N. comparet N* & dicit *anno ei pso mutuasse Titio N. centum scuta gratis, gratia, et amore, qui promisit restituere infrà duos menses. Verum, quia iam fuat transacti, non solum duo, verum etiam quatuor menses, et non curauit, neque curat realiter, et cum effectu tradicta centum scuta ipsi comparenti restituere graue cum damnum prædictum, et interesse: Propterea comparens ipse petit, et instat prædictum Titium N. cogi, et compelli ad restituendum prædicta scuta centum; aliàs protestatur de omnibus damnis expensis, et interesse, etc. super quibus omnibus etc. Non se astringens, etc. Et ita, etc. Hoc, et omni alio meliori modo, etc.*

Quod si compareat Prælatus, nomine Ecclesiæ; vel Syndicus, nomine Vniuersitatis, aut Tutor, seu Curator, nomine pupilli, aut Procurator, nomine alterius, formatur libellus, nomine personarum, pro quibus intentatur iudicium, vt superius diximus.

Facto libello, iuxta morem Regionis, vt dixi, dummodo essentialia præuotata contineat, offertur iudici. vel, ei qui in curia, in qua comparet actor vel procurator officium habet recipiendi libellum, qui diuersimodè etiam vocatur pro varietate Regionum, nam in quibusdam vocatur Notarius, vt Romæ, in alijs dicitur Cancellarius, alibi Actuarius, seu Magister actorum, vt in Regno, & alibi aliter. Qui tamen recipiendo libellum, debet referre in scriptis in principio, vel in fine ipsius libelli, iuxta locorum consuetudines, apponendo diem, mensem, & annũ, & per quem fuit præsentatus Exẽpli gratia.

Forma Præsentationis.

13 *Præsentatus fuit per N. de N. die tali; mensis N. anni N. etc. N. de N. Actuarius, etc.* Et in quibusdam Curijs ponitur etiam *hora tali, etc.*

Vel alio modo.

Die tali mensis N. in Ciuitate siuè loco N. præsentata fuit comparitio, seù libellus coram Reuerendiss. D. Generali Vicario N. per comparentem petentem, etc.

Solet autem in quibusdam locis pro tali præsentatione libelli solui quædam parua pecuniæ quantitas.

Debet se subscribere Notarius, seù Actuarius, si non sit defectiuus libellus, nam alias non est admittendus, vt diximus, & sic admittatur, potest per Reum opponi, quando citatur, vt dicemus.

14 Sed si libellus contineat omnia essentialia, & sit bene formatus, & nihilominus opponitur a parte aduersa, vt fieri solet a quibusdam Procuratoribus, (qui potius procurant implere marsupia, quam vtilia agere pro clientibus,) Iudex non habita ratione huiusmodi oppositionis faciat Decret. modicum, verbi gr.

Forma Decreti processus ad vlteriora.

Et per Reuerendiss. D. Generalem Vicar. N. fuit prouisum, quod oppositis non obstantibus procedatur ad vlteriora, & ita, &c.

N. Vicarius Generalis.

N. Actuarius &c.

Vel vt alibi fit.

Qui, &c. Viso, &c. mandauit procedi ad vlteriora, oppositis minimè obstantibus, omnis, &c.

15 Si verò libellus sit obscurus, vel alio modo defectiuus, potest iudex facere præceptum; vel decretum, quod Pars aduersa declaret libellũ in partibus obscuris. Vel si sit defectiuus

quod admitti non debet) & tunc fieri solet tale, vel simile decretum, videlicet;

Forma Decreti pro declaratione Libelli.

Et per Reuerendiss. D. Generalem Vicarium N. fuit prouisum, & decretum declarandum esse libellum praefatum per dictum N. [illegible] dictumque, quod dictus N. Actor declaret illum in tali, vel [illegible] parte, alias non esse admittendum, prout non admitti mandatur, & ita, &c. Hoc suum, &c.

Vel sub alia forma.

Qui Dominus, &c. mandauit declarari libellum praefatum in tali loco; alias non admitti. Et ita &c. omni, &c.

Vel alio modo.

Per Reuerendiss. D. Generalem Vicarium N. fuit dictum fore, & dandum esse locum oppositioni N. de N. super defectibus libelli N. de N. & [illegible] non esse admittendum, prout non admittitur, & ita, &c. Hoc suum, &c.

N. Vicarius Generalis.

N. Notarius.

16 Quod si libellus sit recte formatus, & non defectiuus, fit decretum à iudice vt intimetur parti, quod fit sine solemnitatibus, simpliciter tantum, tali, vel simili modo, iuxta stylum Regionum, debet;

Decretum intimationis Iudicij.

Et per Dominum Vicarium Generalem N. visa petitione huiusmodi [illegible] N. fuit dictum, quod omnia praedicta intimentur N. de N. parti [illegible], &c. Hoc suum, &c.

N. Vicarius Generalis.

N. Actuarius.

Vel alio modo, videlicet.

Qui, &c. comparitionem, seu libellum factum per parte N. de N. contra talem de tali, in tali causa admisit, & inquantum, & intimare mandauit dicto tali de tali, omni, &c.

N. Iudex.

Vel N. Cancellarius.

Semper decreta huiusmodi sunt firmanda, vel à iudice, vel a Notario seu Cancellario, aut Actuario, secundum consuetudinem, & stylum Curiarum & Regionum.

17 Est tamen aduertendum, quod intimatio & notificatio [illegible] actus iudiciarij idem [illegible], differunt autem solum in hoc, quod regulariter citatio [illegible] & intimatio verò subsequitur.

Est aduertendum Secundo, quod in quibusdam causis, [illegible] petitione, quam faciunt serui super salario, quod a Dominis habere praetendunt, vel ab alijs operarijs in [illegible] & in alijs similibus, solet fieri talis qualis petitio, & vulgò dicitur *memorialis* breuiter continens quidquid petitur, & praesentatur iudici, qui summariè habita cognitione de eo, quod petitur pro seruitio probato per testes, vel alio modo, fit praeceptum Debitori, quod soluat statim, alias [illegible] exequetur contra ipsum; & si debitor compareat, dicens, se soluisse, debet esse [illegible], vel [illegible] solutionem statim, si possibile est, alioquin assignatur ei [illegible] terminus, quo elapso, & non probata solutione, condemnatur ad debitum, & ad interesse.

18 Semper tamen debet citari pars aduersa; quia citatio est fundamentum, & principium essentiale cuiuscumque iudicij, & ordinis iudiciarij, Gloss. *in ca. Ecclesia S. Mariae de constit.* Et habetur *in tex. c. 1. de caus. poss. & propr.* non posse contra inauditam partem aliquid diffiniri. Vnde notabiliter inquit *Imperator. [illegible]* [illegible] actionum instituendarum principium ab ea parte [illegible], quae est de in ius vocando.

[illegible] ad probandam solutionem, [illegible] fieri sequens, vel simile decretum, videlicet;

Forma Decreti ad probandam solutionem factam.

Et per D. Gener. Vic. N. fuit prouisum N. de N. fore, & esse admittendum ad probandam solutionem, prout admitti mandauit, & proinde fuit datus terminus dierum tot 3. ad producendum testes, & probandum, &c. quibus productis, si probaberit, absoluatur, si verò non probauerit, ex nunc pro tunc condemnatur ad soluendum, &c. & ita, &c. Hoc suum, &c.

N. Vicarius Generalis, &c.

N. Act. &c.

19 Sed si datur petitio in libello formali, & citata pars comparet, & confitetur debitum, fiat praeceptum, vt soluat infra tot dies, ad [illegible] per DD. *in Clem. saepe de verb. signif.* & si sit suspicio de fuga, fiat decretum, quod det pignora, si habeat in bonis, vel det fideiussorem idoneum in Ciuitate bene [illegible], alias [illegible] in carcere. Si verò confitetur quidem debitum, at non simpliciter, sed conditionate cum aliqua qualitate, tunc dare debet cautionem de stando iuri, & de soluendo quod iudicatum fuerit, & per hoc assecurari debet iudicium, quando persona est aduena, & suspecta; quo assecurato datur illi terminus ad probandum summariè, & de plano solutionem, mediante tali, vel simili decreto, videlicet;

Decretum de stando iuri.

Et per D. Gener. Vicar. N. fuit prouisum, quod N. de N. praestet idoneam cautionem de stando iure, & iudicatum soluendo, & cum termino dierum tot ad probandum solutionem, alias, &c. & ita, &c. Hoc suum, &c.

N. Vicarius Generalis, &c.

N. Actuarius, &c.

20 Si verò Debitor fideiussorem dare recusauerit, vel habere non potuerit, & Actor iurauerit, quod assecuret de persona Debitoris [illegible], & de fuga; tunc iudex summariè cognoscit de debito & de suspitione fugae, medio iuramento creditoris praestito super suspitione, & si debitum excedat duos aut tres [illegible] faciat hoc decretum, vel simile, videlicet.

Decretum carcerandi suspectum de fuga.

Et per D. Generalem Vicarium N. visa probatione debiti, & visoque iuramento per N. praestito de suspicione fugae N. ex causis superuenientibus post obligationem, ac constito summariè de eis, & de alijs, &c. fuit prouisum, & decretum dictum N. capiendum fore, & esse, ad effectum assecurandi iudicium, prout praesenti decreto capi, & assecurari mandatur, & ita &c. Hoc suum, &c.

Vel et alibi fit.

Qui, &c. Viso iuramento praestito de suspicione fugae N. ex causis, &c. ac constito sibi summariè de eis, & de alijs, &c. mandauit dictum N. capi ad effectum assecurandi iudicium, omni modo, &c.

21 Quo facto expeditur *mandatum suspectus fugae* de capiendo, &c. tali, vel simili forma.

Forma mandati de capiendo, &c.

De mandato Perillustris, & Reuerendiss. D. Generalis Vicarij N. sede, etc. et ad instantiam N. principalis capiatur de fuga suspectus N. ex aduerso principalis, et captus carceretur, et non relaxetur, donec dictum instantem de summis tot integrè satisfecerit, vel aliter cum eo concordauerit, aut idoneè cauerit de stando iuri, et iudicatum soluendo. Quoniam dicta de credito in actis Mei Notarij, etc. ac etiam de fuga suspectum iurato, Dominus ita mandauit, etc. Dat. die, etc.

N. Vicarius Generalis etc.

N. Notarius etc.

Quod autem possit fieri ista citatio realis, quando debitor est suspectus de fuga probatur *ind. ait praetor. §. si debitorem,* vbi Bartol. *ff. quae in fraud. creditor.* notat plenè Alexand. & Iason. *in l. 1. ff. de iurisd. omn. iudic.* idem Iason. *in l. si ab arbitro.* *ff. qui*

[illegible] *in l. seruum, cum [illegible]* ... *in c. 1. [illegible]* ... *de actionib. col. 11. & 12.* & Felin. *in c. 1. [illegible] de [illegible]*, quibus in locis declarantur omnia requisita ad capiendum debitorem suspectum de fuga, imo potest capi talis suspectus de fuga, propter auctoritatem, etiam per priuatum, sine Iudicis commissione, vt habetur *in dicto §. [illegible]*, quod regulariter fieri prohibetur, nisi præcedat mandatum Iudicis, vt est textus *in l. Nemmem, C. de exhibend. reis*, & ibi communiter notant DD. & Bald. *in l. [illegible], [illegible] quæstion. C. de testib.*

Est tamen aduertendum, quod si reus debitor opposuerit, quod causa fiat ordinarie, & tunc arbitrabitur Iudex, an causa digna erit, quod ordinarie fiat, nec ne. Si vero sit modica summa, & causa non indigeat dilationis, propter legitimas causas animum Iudicis digne mouentes, summarie procedendum arbitrabitur. Et si reus simpliciter confessus fuerit debitum, fieri debet præceptum, vt soluat, etiam de [illegible], non sedendo pro Tribunali, ita practicatur in Tribunalibus ecclesiasticis, etiam in foro conscientiæ.

22. Tandem est obseruandum, quod præsentato libello, & dicto per iudicem, quod intimetur parti, vt supra notauimus, consignatur hæc prouisio per partem alicui Nuncio seu Cursori, qui officium habeat citandi partes litigantes, qui diuersis nominibus, vt diximus nuncupatur, secundum diuersitatem Regionum. Et ad faciendam citationem parti aduersæ, non requiritur commissio Iudicis, si sit persona publica approbata in tali officio, & potest illam exequi exercendo suum officium, citando partes per totum territorium illius Iudicis; alias extra tale territorium debet implorare brachium, & habere licentiam illius Curiæ, nisi sit cursor alicuius Tribunalis superioris, vt Bart. *[illegible] ad reprimendum, vers. per Nuncium, & [illegible]*, & in Regno adest *Pragmat.* quæ incipit *Quilibet agens*, vbi cauetur, quod nuncius, seu cursor, portarius, seu baiulus executa citatione per citationem partis debet referre se citasse personaliter, vel ad habitationis domum, coram duobus testibus, qui se subscribere debent, vbi fieri potest; alias sufficit, quod nominet eos in relatione, & aliter facta citatio non valet, & ipse incurrit quandam pœnam ducatorum [illegible], maxime si fiat extra territorium quia tunc semper requiritur subscriptio duorum testium, Bartol. *in d. vers. per nuncium*, & Speculat. *libr. 2. partic. 1. de citatione numer. 6.* [illegible]

Forma autem relationis Nuncij.

Solet per eumdem in quibusdam curijs concipi hoc, vel simili modo.

Refero Ego N. de N. cursor, &c. die ... mensis ... anno ... me citasse ... N. de N. [illegible] N. & N. personaliter, &c. vel domi sua solita habitationis, & in fidem, &c.

N. de N. Cursor, &c.

N. Fui præsens pro teste, &c.

Fui etiam præsens, &c.

Vel alio modo, vt fit alibi per manus Notarij, seu Actuarij Curiæ.

[illegible] ... mensis ... anno ... Castrumellarum vel. [illegible] N. de N. ordinarius [illegible] Episcopalis Curiæ Castrensis, cum iuramento [illegible] suprascripto Actuario, se hodie prædicto die, vel tali die, citasse personaliter N. de N. vel domi sua solita habitationis, modo, & forma, sibi commissis, &c. & in fidem, &c.

N. Actuarius, &c.

SVBSECTIO SECVNDA.

De Citatione Rei conuenti.

S V M M A R I V M.

1 Citatio igitur est secundus actus principalis, qui fit in iudicio, vt diximus; Qua propter, cum sit fundamentum ordinis iudiciarij, vt habetur *in c. [illegible] contra de probat, &c. inter quatuor de maior. & obed.* & ita d. Gl. *[illegible] Ecclesia S. Mariæ de [illegible]*, ex omissione ipsius redduntur nullitas processus omnino [illegible], vt aduertit Vant. *de nullit. rubr. de nullit. ex defectu citationis [illegible] num. 55.* Vbi plura vt ea per Nos examinanda erunt, in hoc etiam [illegible] Specul. *in prat. [illegible] 2. de cit.* Primo igitur videbimus, quid sit citatio. Secundo; Quotuplex sit. Tertio; Quæ requirantur ad eius validitatem. Quarto; Quot modis redatur inualida. Vltimo; Quis sit eius effectus.

Quoad primum est notandum, quod citatio est in ius vocatio. DD. *commun. ter. in rubric. ff. & C. de in ius vocand.* & DD. Regnicolæ *in er constit. Regni; [illegible], & sup. alias constitut. citationis forma, & Pragmat. Quilibet agens de [illegible] iudic.* Dicitur quidem a verbo *Cio, cies*, quod vocare significat: Teste Virgil. 6. *Æneid.*

Ære ciere Viros, Martemque accendere cantu.

Et sicut tuba [illegible] vocat, & excitat ad bellum, sic nuncius seu cursor, aut Baiulus per citationem excitat, & vocat reum ad iudicium. Ex quo fit, vt in aliquibus curijs fiunt citationes tubis, iuxt. tex. *in §. 2. Authent. de Iudic.* & [illegible] Neapol. in Tribunali Magnæ Curiæ Vicariæ. Differenter tamen appellatur citatio de iure communi, & de iure Regni; Nam de iure communi dicitur in ius vocatio, *vt in tot. tit. ff. & C. de in ius vocando*; De iure vero Regni aliquando intimatio, *iuxta Clement. 1. de appellat.* aliquando notificatio, vt *in d. constit. Regni, Citationis forma*; & aliquando dicitur citatio, vt *in dict. Pragm. Quilibet agens, & in tit. de citationib.*

2 *Quoad secundum* est notandum quod multiplex est citatio. Prima enim dicitur realis, seu personalis, quæ est quando quis carceratur, & capitur de persona, *vt in lib. 2.* & ibi Gloss. Bart. & Iac. *ff. de iurisd. omn. iud. & l. consensaneum. C. quomodo, & quand. iud.* Et ista regulariter fieri non potest in causis ciuilibus, nisi præcedente commissione iudicis. *l. nemmem. C. de exhibend. reis*; quæ commissio in Regno appellatur. *[illegible]*

3 Fallit tamen regula debitore suspecto de fuga, *ut sup. vocan. subsect. prec. n.* 21. nam in tali casu potest capi, sine commissione iudicis *per l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. cred.* constare tamen prius debet de credito, alioquin non potest arrestari debitor. DD. Regnicol. *ind. const. edictorum.*

4 Secunda species citationis dicitur verbalis, & est illa quæ fit viua voce, *iuxta text. in c. cum dilecti vers. viua voce de dol. & contum.* de qua Specul. *d. l.* 2. *de citation.* §. 4. *sequitur.* & in Regno habetur *in d. constit. edictorum*; vt si iudex imponat oretenus cursori, seu nuncio, vt citet aliquem.

5 Tertia dicitur citatio in scriptis, quæ fit per litteras citatorias, & est illa quæ fit per nuncium, commissione iudicis præcedente *c. cum parati. de appell.* Quæ debet habere septem requisita; de quibus Specul. *loc. cit.* §. 5.

Primò, debet continere nomen iudicis, citantis, qui necessario debet esse competens, *l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic.* & dicemus infer. *in vers. Quod quartum n.* 15.

6 Secundo, nomen citati. Gloss. *in c. cum in multis ver. quorum de resc. in 6.* vbi est obseruandum, quod in quolibet actu, & de qualibet re quis citari debet. *l. de vnoquoque ff. de re iud.* Et licet per tex. *in l.* 1. 2 & 3. *ff. de in ius vocan.* quædam personæ non sint citandæ: tamen de iure Regni *per Ritum Magnæ Cur. Vicar.* 46. omnes citandi sunt. Et si sit infans qui *per lib. quisquis ff. de in ius vocand.* citari non potest, erit citandus ille qui curam illius habet, *vt in d. rit.* 46. per quem videtur correctus text. *in d. l.* 1. 2. & 3. *de in ius vocand.*

Tertio, continere debet nomen eius, ad cuius instantiam fit citatio; vt notatur per Felin. *in ca.* 1. *col.* 2. *de iudic. & per const. Regn. cit. edictorum.*

Quarto, causam, propter quam quis citatur. *d. pragm. quilibet agere.*

Quinto, tempus, infra quod citatus comparere debeat, vnde si fiat citatio, quod quis compareat die Lunæ, Martis, & Mercurij, sufficit, quod compareat in fine diei Mercurij, quia continetur vnica citatio Andr. de Isernia *in d. constit. citationis forma.*

Sexto, locum, in quo comparere debet citatus, si sit Iudex delegatus, qui citat, quia iudex ordinarius non tenetur exprimere locum in citatione; seu sufficit dicere quod compareat in loco solitæ audientiæ, per *text. in capit. cum parati. de appellat.*

Septimo, debet exprimi verbum: *peremptoriè*, idest vt citatus compareat peremptoriè tali tempore, de quo Specul. *d. l.* 2. *de citation.* §. 3. & Ib. Ioan. Andr. & Nos inferius dicemus. Hæc omnia continere debet citatio, quæ fit per litteras citatorias, maximè in Regno.

7 Quarta species citationis est illa, quæ fit per edictum, de qua loquitur *tex. in c. fin. de dol. & contum. & Clement.* 1. *de iudic. & in Regno d. pragm. quilibet agere.* Est autem huiusmodi citatio, quando citatur aliquis absens, vel Alij interesse prætendentes, quorum præsentia haberi non potest in iudicio, vt not. Bartol. *in extrauag. ad reprimendum vers. per edictum*, & ex nostris Regnic. Capycius *decis.* 18. & 101.

Vbi est aduertendum, quod hæc citatio per edictum in Regno practicari solet per iudices laicos, quando aliquis Clericus spoliat de facto laicum sua possessione, nam tunc laicus recurrit ad iudicem laicum, qui facit citationem per edictum dicens; *ex quo talis de tali est spoliatus sua possessione si quis aliquid interesse prætendat, compareat intra tot dies coram eo, quia intendit præsentem causam expedire &c.* Inqua citatione non nominat Clericum spoliatorem: *iuxta tria capitula Regni; ad Regale Fastigium, Omnis prædatio & Fines præcepti charitatis* de quibus agit Afflict. *decis.* 2. *n.* 24. Quoquid tamen sit de priuilegio prædictorum trium capitulorum, notat Franceus *decis.* 163. *infin.* quod officiales Baronum huiusmodi citationes facere non possunt, cum per dicta capitula hoc tantum permissum sit Sacro Regio Consilio, & Regiis Audientiis Prouinciarum. Hæc citatio fit quandoque ad totam causam, *vt in c. fin. de elect. in* 6. *& ca. cum dilecti de dol. & cont. & c. auditis de procur.*

8 Quinta dicitur citatio per proclama, & est quando citantur omnes, qui sua interesse putauerint, quæ fit quando hæres vult conficere inuentarium *iuxta tex. in l. fin. §. si præfatam. C. de iur. delib.* tunc enim citat creditores, vt intersint confectioni inuentarij.

9 Sexta dicitur citatio per Campanam, quæ fit, quando pulsatur campana ad congregandum Populum ad consilium, vel aliquid aliud agendum, vel officiales, vel ministros Ciuitatis, *ad not. in l.* 1. *C. de incol. l.* 10. Vel quando vocantur Canonici, vt congregentur ad interessendum Capitulo. Gloss. *in c. si capitula de concess. preb. in* 6. Vel quando vocatur Populus ad persequendum banditos, vel latrones aut grassatores viarum vel contra Turcas ad loca Christianorum accedentes, Abb. & Ioan. Andr. *in cap.* 1. *de offic. custod.* vbi latè agunt de signis Campanarum, cum multis aliis curiosis, & Ego ipse in meo *Museo Historico legali l.* 4. *t. c.* 2. *verb. campana.*

10 Vltima dicitur circumducta, quæ de iure Regni fit duplicitèr, respectu temporis, & respectu contumaciarum. Respectu temporis circumducitur, quando à die concessæ citationis lapsi fuerint sex menses, & Actor non fecit citare Reum, & tunc si cum illa citatione faceret citare, non tenetur Reus comparere, quia citatio est circumducta; vt habetur in Rit. *Magnæ Cur. Vic.* 123. Respectu verò contumaciarum accusandarum sit, quando accusatur contumacia vltra tempus præscriptum, nam si quis citatur intra ciuitatem Neapolis, erunt accusandæ infra mensem, si verò citatur extra eius, extra Neapolim, contumacia debet accusari infra duos menses, alioquin non potest accusari, quia citatio esset circumducta; *vt dispositur in Rit. Magn. Cur. Vic. prec.* 123. *& latè in addit. Baiy super constit. Regni incip. eorum frauder. lit. C. vers. eius autem.*

11 *Quoad tertium*, est notandum, quod ad validitatem citationis plura requiruntur. Duo scilicet ex parte iudicis, & duo ex parte Nuncij, seu Cursoris. Ex parte iudicis requiritur primo, commissio ipsius Bart. *in l. nomen C. de exhib. reis*: Et de iure Regni *notatur in constit. edictorum, & in Rit.* 112. *&* 114. *& in d. pragm quilibet agere.* Quod fallit, quando nuncij, seu cursores sunt publici, vt supra diximus, prout sunt Romæ, & Neapoli, qui matriculantur, & præstant iuramentum de bene ministrando; nam tunc statur ipsorum dicto, *vt in constit. Clem. VIII.* 2. *incip. accepimus*; & in Regno *per pragm.* 36. *de offic. magistr. iustit.* absque præcedenti commissione iudicis.

Non creditur tamen de iure Regni nuntio asserenti, se citasse talem, nisi interueniat præsentia duorum testium, vel testimonium alicuius personæ publicæ, vt habetur *in constitut. Regni; titulum litteris sub cuius. de assignatione litterarum citatoriarum, & d. Pragm.* 2. *in eod. quæ incip. Quilibet agere* maximè si fiat extra territorium iudicis citantis, vt supra dictum est.

Sed de iure communi statur simplici assertioni nuncii, & creditur ei *per c. cum parati de appellat. & c. quoniam contra* & ibi Gloss. *in verb. citationes de probation.* & ita seruatur in Tribunalibus Ecclesiasticis, & ego practicaui cum essem Vicarius Apostolicus S. Marci Mileti, & alibi. Quod intelligitur, quando refert se citasse cum iuramento; iuxta tradita per Angel. *in l. si vacantia tel.* 5. *C. de bon. vacan. l.* 10. *per Theopompus ff. de dot. preleg.* sequitur Alex. *consil.* 136. *incip. Clarissimi Domini in* 3. *col.* nisi iuratserá principio; iuxta Gloss. *in d. c. cum parati*, quia tunc sufficeret. vid. Menoc. *de arbitrar. iudic. cas.* 112. per tot. vbi latè quando sit credendum Nuntio, & quando non.

Sed quæret quis? Est citatus Titius effectiuè per nuncium sed non comparuit in termino: quia fuit impeditus, ob infirmitatem, vel augmentum fluminis vel ob tempestatem, vel aliam causam, quam quidem tunc probare non potest, quid agendu?

Respondetur, standum esse suo proprio iuramento: textus est *in l. sicut oportet. §. sufficit vers. cum enim quis ff. de excusl. tutor.* Qui textus est notabilis, cum sit casus, qui quotidie occurrere potest.

12 Secundum requisitum ex parte iudicis est, quod fiat cum termino peremptorio in Regno, alias non valeret, vt habetur *in d. constit. edictorum. §. citatio, sub rubr. de litteris citatorijs*, quod fiet vnica citatione quæ peremptorium contineat pro omnibus; vbi Gloss. *in verb. coniunctus* ait citationem aliter factam, quam pront ibi præscribitur non valere, & condemnationem in reum esse ipso iure nullam, *per tex. in l. eos, quæ C. quemodo, & quand. iud.*

Sed de iure communi secus seruatur, nam in prima citatione non apponitur peremptorium, *per l. consentaneum C. eod. tit. Quom. & quan. iud.* nisi fieret ex causa *l. contumacia. ff. de re iudic.* Et casus esset, propter distantiam locorum, vel si res ipsa

celeritatem requireret; *vt in c. cum ex litteris de restit. in integr.* Hodie tamen tam in foro Ecclesiastico, quam sæculari moribus est receptum, vt citatio fiat vnica, & peremptoria. Terminus autem peremptorius debet esse competens, alias si esset nimis breuis, dari posset appellatio *per tex.* Gloss. *& DD. in ca. 1. de dilation.*

Sed quæritur, quid si in foro aliquo Ecclesiastico fierent tres citationes, & reus citatus non comparuerit in prima, sed in vltima citatione, debet ne condemnari in expensis factis in prima citatione?

Respondetur affirmatiuè; *vt habetur in c. quarelam de procurator.* DD. communiter *in l. Sancimus Cod. de iudicijs*, & spec. *lib. 2. partic. 3. de expensis. §. 3. si autem. 5.*

Quod si citatio fieret vnica pro tribus cum termino peremptorio, in quo assignarentur tres vet. gr. dies pro primo, tres pro secundo, & tres pro vltimo termino peremptorio, & reus non compareret, neque in primo, neque in secundo, sed tantum in vltimo termino peremptorio, & actor incusaret contumaciam in primo termino, tali casu non teneretur reus subire expensas primæ contumaciæ, quia sufficeret quod comparuerit in vltimo termino ita Speculat. *de citatione. § 3. vers.* & ibi Ioan. Andr. Hinc practicatur, quod in vltimo termino accusantur contumaciæ, quia reus cum sit peremptoriè citatus sufficit comparere in vltimo peremptorio.

13 Alia duo requisita ad validitatem citationis ex parte nuncii, seù cursoris, sunt, quod ipse citet, seù exequatur citationem, & teneatur ad id. Bald. *in l. fin. C. de ferijs*. Secundo, quod faciat relationem cum subscriptione duorum testium, quando fit citatio in loco, in quo haberi possunt vbi verò non sunt homines, qui sciant scribere, debet referre, citationem fuisse factam coram duobus testibus, quos nominare debet, aliàs esset nulla, in Regno *per d. Pragm. 2. Quibus agere*, quod fallit in Porteriis Sacri Consilii, qui in relatione nominant tantum nomen citati, absque testibus *per Pragmat. 28. sub tit. de offic. Sacr. Reg. Cons.*

14 Relatio verò nuncii, quæ est de essentia citationis. Felin. *in cap. grauem de offic. & pot. iud. deleg.* debet esse clara, & certa non obscura, & incerta. Bart. *in l. 4. § prætor. ait n. 13. ff. de damn. infect.* & Grammat. *cons. 152.* obscura autem diceretur, si diceret nuncius, se citasse coram gentibus domus citati. Vnde per relationem sic factam videtur impediri liquidationem instrumenti via ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, cum essem Neapoli, & versater in Sacro Consilio pro practica recipienda, per ea, quæ tradit Carauit. *super rit. 166. n. 16. & rit. 169. n. 20.*

15 *Quoad quartum*, est notandum, quod citatio redditur inualida pluribus modis, nimirum ex qualitate personæ: ex conditione loci: Ratione temporis, & ex forma citationis. Ex qualitate personæ redditur inefficax, quando iudex incompetens esset, & citaret aliquem non sibi subditum. Gloss. *in Clem. vnic. de sequestr. poss. & fruct.*

16 Bene verum est, quod si quis fuerit legitimè citatus à iudice competente, & postea sit effectus alterius iurisdictionis, & fori, potest cognosci a primo iudice, qui legitimè prius citauit, quia per præuentionem citationis perpetuam iurisdictionem *c. pen. de for. compet.* & notatur *in c. cum ab Ecclesiarum de offic. ordin. & in c. cum contingat de for. comp.* quia vbi est locus præuentioni, qui præuenit, fit competens. Quod procedit etiam in Delegato; *vt in c. vt debitus honor. de appell.* & est Gloss. *singul. in Clem. 2. ver. ad partem ve lit. pendent*, & DD. communiter *in c. licet vndique & in c. relatum, & in cap. grauem de offic. deleg.*

17 Vnde infertur, quod si Clericus commiserit homicidium, & postea efficiatur laicus, puniri debet à Iudice Ecclesiastico, quia attenditur tempus commissi delicti, secundum Bald. *in l. affinitatis C. commun. de legat.* Grammat. *decis. 10.*

Secundo infertur, quod laicus relegatus à iudice sæculari, si durante relegatione efficiatur Clericus, & post clericatum frangat relegationem, debet cognosci a Iudice Ecclesiastico, quia est nouum delictum commissum à persona exempta. Vinc. de Franchis *decis. 395.*

18 Tertio inferri posset, quod si clericus fuit relegatus à Iudice Ecclesiastico, & pendente relegatione fiat laicus, frangendo relegationem, debet puniri à Iudice laico, quia est effecta noua persona, cuius status mutatus est. Alber. de Rosat. *in l. meminisse, ff. de offic. procons.* & Franch. *vbi sup.* sed contrarium est verius per ea, quæ tradit Genuens. *in Prax. Archiep. Neap. c. 9. n. 3.* & ita seruatur, vt puniatur a Iudice Ecclesiastico & non à sæculari.

19 Quarto infertur, quod si laicus se obligauit pœnes acta curiæ sæcularis, & postea efficiatur Clericus, talis obligatio non habet executionem paratam in foro sæculari, sed accusata obligatione in foro sæculari expediuntur litteræ executoriales, & præsentatur Iudici Ecclesiastico, pro executione, qui citat Clericum ad dicendum causam, quare dictæ litteræ non sint contra ipsum exequendæ; qui si compareat, & alleget exceptiones legitimas, datur terminus ad illas probandas summariè, sed si non probauerit, vel non allegauerit exceptiones, Iudex Ecclesiasticus faciet exequi, contra ipsum realiter, & personaliter, ita Genuens. *vbi sup. c. 16. n. 3.* quæ praxis sumpta est ex Andr. de Isern. & Affl. ct. *sup. const. Regni si Baiulus quem.*

Quinto infertur, quod Clericus, qui se obligauit in instrumento habente paratam executionem, si postea efficiatur laicus, potest conueniri in Curia Ecclesiastica, vt notat Paul. de Castr. *in l. 2. C. vbi de ratiocin. agi oportet*, sed Genuens. *d. c. 16. n. 3.* ait, hoc procedere tantum in gestis per Clericum ratione officii Notariatus, quod gerebat in Curia Ecclesiastica, nam si postea efficiatur laicus, conueniri debet in Curia Ecclesiastica, ratione officii, in Aliis minimè.

20 Secundo redditur nulla citatio ex conditione loci, & hoc contingit multipliciter. Primo, quando non est facta personaliter, vel in domo solitæ habitationis. Bart. *in l. 4. § prætor ait ff. de damn. infect. & d. Pragm. agere volens.* Et si nuncius referat se citasse domi, non addendo solitæ habitationis, intelligitur in domo solitæ habitationis. Franc. *dec. 322.* Secundo, quando locus non est de iurisdictione citant. *5. l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic.* Andr. de Isern. *in constitutione Priuilegia*. Tertio, quando citatus est in loco ipsi citato non tuto, ob inimicitias, pestem, aut bellum. *cap. ex parte de appell. Clement. 1. de foro compet.* Isern. *loc. cit.* & Affl. ct. *decis. 27.* Quarto, quando locus, in quo quis citatus fuit, non est honestus, nam tunc non tenetur comparere. Isern. *ib. facit c. statutum. §. cum verò de rescript. in 6.* Vltimo, quando citatus distat a loco per duas dietas, tunc enim non tenetur comparere. *d. c. statutum, §. cum verò, & §. cum autem.* Hoc tamen procedit in delegato, non in Iudice Ordinario, qui potest citare in Regno, etiam vltra duas dietas, & citatus tenetur comparere dato et competenti termino *per constit. citationis litteratie.*

21 Tertio, redditur elusoria, inualida citatio, ratione temporis, & est, quando quis citatur in die feriata, tam ad honorem Dei, quam ad hominum necessitatem, quia tunc citatus non tenetur comparere. Hostiens. *in c. vlt. de ferijs*, *DD. in l. ex quocunque, ff. si quis in ius vocat. non ierit.* Et in Regno est *ritus 116.* est tamen obseruandum, quod in citatione possunt attendi duo tempora. Primum est, quando expeditur à Iudice & hæc potest fieri etiam in festo: *l. 2. Cod. de ferijs, & rit. cit. 116.* Secundum est, quando fit actualiter citatio, & iste actus citandi non potest fieri, nisi die iuridica, *per c. quoniam contra. de probat. & habetur in d. rit. 116.*

Quod si fuerit iuridicè facta, quoad vtrumque tempus, & vltimus dies termini præfixi incidit in diem feriatum, tunc valeret citatio, quia à principio valida fuit, & citatus tenetur comparere die sequenti. *c. cum dilecti de dol. & contumac.* & in Regno est *rit. Magn. Cur. Vicar. 80.* cuius est initium; *Item quod cum in ciuilibus sub rubr. de contum. accusan.*

In Curiis autem Ecclesiasticis ad euitanda dubia, practicari solet, quod in citationibus apponantur quædam verba expressè hoc declarantia, videlicet *Compareas decima, vel tali die, si quidem iuridica fuerit, alioquin proxima die iuridica sequente*; & ita consulit fieri debere Ioan. Andr. *in c. 1. de ferijs*, quia potest esse, vt idem dies apud Iudicem non sit feriatus, apud citatum verò sit; *vid. infr. in Practic. crimin. canon. par. 3. Sect. 6. num. 32.*

22 Sed quæritur, an dies termini in citatione appositi computetur in termino, ita vt si fuerit dictum *c. Decima die compareas*; Si in decima die non comparueris, dici possis contumax?

Respondetur negatiuè. *c. 1. de restit. spol. in 6. & arg. ca. super eo 2. in fine de appellat. c. biduum. vers. sed aduersus 2. qu. 6. cap. progeniem 35. qu. 2. c. pia, §. si quis igitur de except. & l. anniculus, ff. de verbor. signif. l. vbi lex. ff. de reg. iur.* Specul. *l. 2. practic. de citatione, §. 3. vers. n. 17. & eod. l. de dilationib. §. 1. n. 4.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 11. à num. 18. vsque ad 42.* & in

Regno

Regno est *ritus. Magn. Cur. Vicar. incip. item seruat. sub rubr. de ex* Quod fallit in termino dato ad appellandum, qui currit de momento ad momentum, vt suo loco inferius *par. 3. dicemus*, & hoc tradit Specul. *eodem libr. 2. de appellationib. § 5 Versic. num. 3.*

23 Quæritur secundo, qua hora diei termini teneatur reus comparere, quando non apponitur certa hora?

Respondetur quod potest comparere in fine illius diei, ante noctis tenebras, & ideo Iudex tenetur illum expectare vsq; ad noctem *c. consulatis de offic. deleg.*

De æquitate tamen poterit illum expectare in sequentem diem; ideo bonum est habere Iudicem beneuolum: vnde ait Abb. *in d. c. consuluit*, malè facere quosdam, qui exasperant Iudices, nam in arbitrarijs est valde vtile illos propitios habere. Quod non solum procedit in Curijs Ecclesiasticis, & in quibuscunq; alijs, in quibus seruatur Ius commune: verùm etiam in Regno, vbi adest *ritus incip. item seruat ipsa Curia sub rubric. de pruditem super banditis, & eandem mat.* ex benignitate reus poterit comparere vsque ad primum somnum, vt viar verbis eiusdem ritus.

24 Et est obseruandum, quod in Regno feriæ Messium, & Vindemiarum ad vtilitatem hominum introductæ non obseruantur, vt notat Gloss. *supr. verßic. Baralos omnes.* Sed tantum feriæ Sanctorum, quorum festa sunt in Kalendario, quibus renunciari non potest, nisi de partium consensu, & vtu Populi. Gratian. *respons. 119. nu. 40 l. 1.* & aliæ, quæ fiunt in Tribunalibus Sacri Regij Consilij, & Magnæ Curiæ Vicariæ tempore æstiuo à die 16. Iulij, vsque ad kal. Septembris Sunt & feriæ repentinæ aliquando ex aliquo accidenti, vt natiuitatis Principis: ob aliquam Victoriam & similium, *l. primo C. de Episc. & cler vid.* Specul. *l. 2. de ferijs.*

25 Quartò redditur inualida, & elusoria citatio, & forma citationis, ratione formæ non seruatæ in ipsa citatione; & est quando delegatus à Principe vel ab Ordinario non citat cum insertione tenoris suæ delegationis, & commissionis. *c. propterea de dilationib. c. cum iure peritus. de offic. delegat.*

26 Delegatus autem ille dicitur, qui vtitur iurisdictione aliena & habet potestatem cognoscendi in causa ab aliquo superiore sibi commissa per rescriptum speciale, *vt notauim. sup. in pramiss. n. 20 & 21* Qui commissionem recipere debet cum omni reuerentia, paratum se offerendo ad exequutionem eorum, quæ in ea continentur. Et si necesse sit, deputare debet locum in quo ius dicere velit, Notarium, seu Actuarium, & horam statuere ius dicendi, cum omnibus alijs adhoc necessarijs. Et in primis solet fieri Decretum receptionis litterarum commissionalium tali, vel simili forma in eodem rescripto, seu litteris, videlicet.

Decretum receptionis litterarum commissionalium.

Et per D. N. de N. fuerunt recepta quædam litteræ SS. in Christo Patris & Domini Nostri Diuina Prouidentia ALEXANDRI Papæ VII. ver. gra. vel Illustriss. & Reuerendiss. D. Episcopi N. vel &c. qui, ea, qua decet reuerentia illas apperuit, & obtulit separatum eisdem parere, ac eas, & iustitiam ministrare, exitationemque cum inhibitione in illarum vim commisit, & exequi mandauit; talem N. in causa Notarium asse dixit, & declarauit, & pro iuridico foro sibi in causa domum talem ...... sibi palatium elegit, ac deputauit, elegit, ad deputat, vbi ius in causa, de qua in dictis litteris, reddetur, hora tali... Citan per hoc sumo, &c. omni modo meliori, &c. datum, &c. die &c.

N. de N. Delegatus, etc.

N. Notarius etc.

Solet à quibusdam seruari, quod fiat citatio ad *dicendum contra commissionem*, & personam Iudicis, cum copia commissionis, & tunc fit tale, vel simile decretum, videlicet.

Decretum ad dicendum contra Delegationem.

Et per D. N. de N. Delegatum fuit prouisum, quod detur copia petita litterarum commissionalium, cum termino ad primam ad dicendum tam contra commissionem, quam contra personam Iudicis, et mandauit ad vlteriora procedi, iuxta formam commissionis, et ita, etc. omni, etc.

Ab aliquo verò iste terminus ad opponendum non datur, sed statim expeditur citatio cum inhibitione in vim commissionis, & rescripti, cum inserta forma illius, & committitur citari partes aduersas.

27 Forma *autem Commissionis, seù delegationis* ordinariorum, quæ fit in memoriali, quando petitur causæ delegatio, talis, vel similis esse solet, videlicet.

Delegationis causæ forma breuissima.

Attentis narratis, causam committimus Adm. Reu. Abb. N. Parocho Sancti N. loci N. loci N. si ab Reu. N. Vicario Foraneo N. cum facultate citandi, inhibendi, procedendi, eamque etiam summarie terminandi, prout Iuris, & de Iure, ac etiam dictum Oratorem à vinculo iuramenti absoluendi, quatenus, &c. ad effectum tantùm agendi tantum, &c. Non obstantibus, &c. omnis, &c. Datum N. &c. die, &c.

N. Episcopus N.

vel N. de N. Vicarius Generalis.

N. Notarius.

Vel alio modo.

Reuerendus N. de N. vna cum N. de N. seruatis seruandis, citatis citandis, auditis partibus procedant in causa supradicta, prout de iure, &c. Emolumenta verò Actorum ad nos transmittantur. quoniam, &c. Dantes, &c. Et ita, &c. Datum N. die, &c.

28 In aliquibus verò Curijs, quando porrigitur Breue Pontificium, per quod delegatur aliqua causa alicui Vicario Generali, solet *fieri præsentata tali forma*; videlicet.

Forma præsentationibus Breuis Pontificij.

Die tali, &c. mens. &c. anni, &c. (Castriuillarum ver. gra.) præsens Breue Apostolicum præsentatum fuit coram Reuerendiss. Domino Generali Vicario, Apostolico Delegato per N. de N. Terra N. petentem, &c. & in fidem, &c.

N. Actuarius.

Per quem Reuerendissimum Dominum fuit receptum supra caput, omni, qua decet reuerentia, & promptum, ac paratum se obtulit circa ea, iuxta ipsius seriem continentiam, et tenorem etc. Pro cuius obseruantia mandauit expedire prouisionem in forma, etc. et ita, etc.

N. Vicarius Gen. Apost. Delegatus.

N. Actuarius.

29 Forma Citationis cum inhibitione.

N. Episcopus N.

Ab. N. de N. V. I. D. Eiusdem Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Episcopi N. Vicarius, & officialis Generalis, & Apostolicus Delegatus, &c.

Seruientibus nostræ Curiæ, vel aliarum quarumuis, etc. Significamus, qualiter nobis in nostra Curia fuit præsentatum Breue Apostolicum sub Annulo Piscatoris, non abrasum, non laceratum, neque in aliqua parte vitiatum pro parte N. de N. Terra N. Cuius tenor talis est; (& inseratur) et facta nobis instantia pro debita prouisione facienda, Nos enim, etc. idcò vobis vel supra tam dictis dicimus, committimus, et Apostolica, qua in hac parte fungimur authoritate mandamus, quatenus quis vestrum fuerit requisitus ad omnem instantiam, et requisitionem N. de N. personaliter se conferant ad præsentiam Reuerendiss. Domini Generalis Vicarij Ciuitatis N. Actuarij, Scribarum, totiusque Curiæ Episcopalis dictæ Ciuitatis, ipsosque, et quemlibet ipsorum citet, et inhibeat, prout Nos præsentium tenore citamus, et inhibemus, quatenus infra terminum dierum etc ...., vel quàm citiùs potuerint ad Nos, nostramque Reuerendiss. Curiam Episcopalem, Apostolicam delegatam transmittere habeant, et debeant copiam integram in forma valida, sigillatam, vt decet, omnium, et singulorum Actorum in dicta causa fabricatorum, et ad iam amplius non se intromittant,

mittant, tamquam ad Nos legitimè introductam, sed abstineant terminus, in quibus, &c. Nec non inhibeant partem ex adverso, quatenus si sua putauerit interesse, infra eundem terminum personaliter, vel legitime comparere habeat, & debeat ad videndum aperturam dicti processus, aliter, &c. cauti de contrario sub pœna ducatorum mille auri de Camera; & pro aliis manutenentiis, & in horis subsidium Ecclesiasticæ interdicti, quo ad Reuerendiss. Dominum Generalem Vicarium, & excommunicationis, quo ad Actuarium, & alios, &c. citantes, &c. & referatur in forma, &c. quoniam, &c. In quorum, &c. Datum, &c. die, &c.

N. Vicarius Generalis, & Apostolicus Delegatus, &c. *N. Actuar. &c.*
Locus Sigilli.

30 Fit relatio nuntij se executum fuisse modo, & forma, vt habuit in commissis, &c. Transmisso postea processu fit sequens decretum, vid.

Decretum aperturæ Actorum, siuè litterarum commissionalium.

Per Admod. Ill. & Rev. D. Generalem Vicarium Meliten. vere. Apostolicum Delegatum fuit facta apertura Actorum à Reuerendiss. Curia N. transmissorum, cum termino dierum trium ad illa perquirendum, & ità per hoc, &c. & intimetur, &c.

N. Vicarius Generalis, & Apost. Delegat.
Promissum, &c. die, &c. C. S. P. Te.

N. Actuarius,

31 Fit etiam huiusmodi citatio cum inhibitione, & apertura Breuis alio modo, videlicet.

Forma aperturæ Breuis delegationis cum inhibitione.

N. de N. &c. & in causa huiusmodi Apostolicus Delegatus, etc.

Tibi N. de tali loco, et omnibus Alijs, et singulis sua communiter, vel diuisim quomodolibet interesse putantibus et in executione præsentium nominan. et cognominan. Salutem.

Noueritis nuper coram Nobis personaliter comparuisse N. de N. procuratorem talis de tali, et eius nomine etc. et Actualiter, et facto exhibuisse, ac produxisse Breue Apostolicum sub Annulo Piscatoris clausum, et sigillatum Nobis directum, quod per nos recepi, et admissi, ac fieri, et exequi, prout in eo, litterasque citatorias in forma fieri, et committi, cuiusquidem Breuis Apostolici tenor talis, est Videlicet (& inseratur totus tenor Breuis) *Nos vere volentes Nobis commissa exequi, et debitæ executioni demandare, prædictum Breue Apostolicum, cum, qua decuit reuerentia recepimus, et admisimus, atque obtulimus nos paratos executioni demandare contenta in eo contenta, litterasque citatorias, et inhibitoriales in forma fieri commisimus. Quò circa tenore præsentium Vobis omnibus, et singulis supra et infrascriptis, et vestrum cuilibet premissa omnia, et singula notificamus, et intimamus, ac deduci, volumus, et mandamus, ne de præmissis aliquam ignorantiam allegare, seù prætendere valeatis; Et insuper vos, et Vestrum quemlibet citamus, et requirimus, et monemus, quatenus infra terminum etc. post præsentium executionem Vobis assignatum, coram Nobis legitimè comparatis, et quilibet Vestrum comparere debeat cum omnibus suis iuribus ad dicendum, et allegandum quicquid voletis, et potestis contrà dictam Nobis factam commissionem, et allegandum causam quare non debeamus in huiusmodi causa ad ulteriora procedere; ac ad assistendum ad omnes, et singulos alios actus in huiusmodi causa faciendos necessarios et opportunos; usque ad sententiam diffinitiuam et ad ipsam audiendam tempore debito ferenda sententia. Inhibentes quoque Vobis, et vestrum cuilibet per præsentes sub pœna sententiæ etc. . . . . . Cameræ Apostolicæ applican. etc. in iuris subsidium etiam excommunicationis, ac nullitatis attentatorum, et innouatorum, quatenus vise, et contesto præsentibus etc. huiusmodi causa sic coram Nobis in dictis pendente, nullam nouam facietis, aut fieri permittatis contrà supradictum talem de tali, eiusq. res, & bona, siue successores, depositarios, & inquilinos, in monstra iurisdictionis, ac litis pendentia, et Sedis Apostolicæ vilipendium, seù contemptum. Quod si secus factum fuerit, id totum reuocare, et in pristinum statum reducere curabimus, iustitia mediante In quorum fidem etc. Dat. etc. die etc. Anno, etc.*

Aliam similem citationem vigore delegationis Apostolicæ vide inferiùs *Subsect. 6. interfecat. 4. num. 52.*

32 Quod si post citationem inhibitionis de facto fuerit quidquam gestum, contra formam citationis, hoc diceretur attentatum, seu innouatum, quia citatio facit litem pendere, ita vt nihil postea possit innouari. *Clement. 2. Vt lite pendente*, & proinde Iudex Delegatus totum reuocabit & in statum, in quo erat tempore inchoatæ litis, parte petente, reducet, quibusdam tamen casibus exceptis; de quibus Lancellotus de *attentatis*; & notant Vestrius in sua Prax. & Marant. *in Spec. aur. par. 6. vers. et quandoq; appellatur, nu. 171. cum plurib. seqq.* Nos latè infrà *p. 3. sect. 5. per tot.*

33 *Quo ad quintum*, scilicet qui sint effectus citationis, est notandum, quod principales eius effectus sunt quinque, licet Bal. *in rubr. C. de in ius voc.* plures enumeret.

Primus, est, quod per citationem perpetuatur iurisdictio iudicis citantis *c. gratum. de offic. et pot. deleg. c. cum ab Ecclesiarum de offic. ordinar. cap. cum contingat de for. compet.* & Nos *sup. num. 16.* & sic inducitur litis pendentia *Clem. 2. vt lite pendent.* & sic non potest aliquid innouari.

Secundus effectus est, quod per solam citationem interrumpitur præscriptio. *l. sicut et l. omnes. C. de praescription. trigint., vel quadrag. annor.*

Tertius est, quod citatio dat præuentionem. *c. proposuisti de for. comp.*

Quartus est, quod citatio prohibet variationem fori ipsi actori. Gloss. *in c. quoniam contra de prob.*

Quintus est, quod per citationem quis efficitur contumax, si citatus à iudice, vt compareat in iudicio, non comparuerit in termino sibi præfixo *l. contumacia ff. de re iudicat.*

SVBSECTIO TERTIA.

De Contumacia Rei conuenti.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia quid sit.*
2 *Contumacia, vnde dicatur.*
3 *Contumacia triplex: Vera, ficta, et notaria.*
4 *Contumax quando efficiatur de iure communi.*
5 *Contumax quomodo fiat de iure Regni.*
6 *Citationis forma super iudicio liquidationis instrumenti.*
7 *Contumaciarum forma.*
8 *Liquidationis instrumenti Decretum.*
9 *Litteræ executoriales in vim supradicti decreti; seù mandatum executiuum realiter, et personaliter.*
10 *Contumacia nunc punitur pluribus modis.*
11 *Contumax quibus pœnis puniatur.*
12 *Causæ in Curijs Ecclesiasticis sunt ordinariè regulariter.*
13 *Contumax non auditur nisi refectis expensis.*
14 *Contumax mulctari potest.*
15 *Mulcta pro contumacia in Regno qua sit.*
16 *Contumax carcerari potest.*
17 *Contumax excommunicari potest, in subsidium tamen.*
18 *Contumax appellare nequit.*
19 *Contumax pro habetur pro confesso, & conuicto, & quando. Decretum, quod contumax habeatur pro confesso.*
20 *Pœnæ prædicta contra contumaces, quando locum habeant.*
21 *Actor contumax in non comparendo quam pœnam patiatur.*
22 *Contumacia purgatur per expensarum refectionem, et per cautionem de stando iuri.*
23 *Contumacia purgatur similiter per comparitionem de jure vltimi peremptorij.*

1 QVia ex effectibus citationis est, quando Reus conuentus, si non comparuerit, postquam citatus fuit, efficiatur contumax; ideo de contumacia agendum succedit in præsenti. Est autem aduertendum, quod Nos loquemur tantù de con-

de contumacia, quæ incurritur in causis ciuilibus, non in criminalibus, cum diuersimodè in ipsis procedatur, de qua tamen dicemus infra *part. 4. Pract. crim. sect. 7. per tot.* Imò etiam quoad causas ciuiles diuerso modo proceditur in Curijs Ecclesiasticis, & aliter in Curijs sæcularibus, vt patebit ex infrà dicendis, & in istis alio modo, vbi seruatur ius commune, alio verò vbi de iure Regni proceditur.

Vndè, vt materia contumaciæ perfectè habeatur, plura videnda erunt. & Primò, quid sit contumacia, & vnde dicta. Secundò, quotuplex. Tertiò, requisita contumaciæ quæ sint. Quartò, quibus modis non incurratur. Quintò, quibus pœnis puniatur contumax. Vltimò, Quot modis purgari possit contumacia.

Quò ad primum, est notandum, quod de iure communi, contumacia est ille actus inobedientiæ, quem facit Reus citatus à Iudice quando non venit ad iudicium in termino peremptorio; vel si veniat, non obediat, vel illicentiatus recedat, vt colligitur *ex c. certum 11. q. 3. cap. de illicita 24. q. 3. cap. si quis autem 18 dist. cap. ex litteris de exc. ff. prælat. cap. cum iam, quæ de dol. & contum. l. contumacia ff. de re iudicat. lib. ab eo C. quomod. & quand. iud.* cum similib.

Et de iure Regni dicitur etiam, quando quis citatus non facit copiam sui in termino sibi dato, de quo loquitur *Pragm.* quæ incip. *Relatione, & constitutio Regni* quæ incipit. *Contumax.* & alia incip. *Post litem contestatam.*

2 Circa Secundam partem, vnde dicatur, est notandum, quod contumacia dicitur à contemnendo, quia legitimè citatus, cum non comparet coram iudice, videtur illum contemnere. Vel dicitur à dictione: *con* & verbo: *tumeo*: nam citatus, dum non comparet, quasi tumultu inflatur, quod non obediat ipsi iudici, ita Cardin. *in Clem. 1. q. 8. de dol. & contumac.*

3 *Quò ad secundum*, est notandum, quod contumacia triplex est vera: vel expressa: Ficta seu præsumpta seu tacita, seu interpretatiua, & alia euidens, seu notoria. Vera est, quando quis fuit personaliter citatus, vel in domo solitæ habitationis, & citatio peruenit ad eius notitiam, & nihilominus ipse non comparuit *l. ex consensu §. fin. ff. de appellat.* Bartol. *in l. fin. autem vers. C. de iniur.* & Speculat. *lib. 2. part. 1. de contumacia. §. 1. nu. 2.* de qua loquitur *dicta Pragmatica relatione, & constitutio contumax.*

Ficta, seù tacita dicitur, quando quis latitat se, ne citetur, vel impedimentum præstat, ne citatio ad eius aures perueniat, vel qui fuit citatus in domo cum tribus citationibus, licet non fuerit inuentus Specul. *loc. cit.* & de huiusmodi loquitur *constitutio Regni si quis post litem.*

Euidens verò contumacia dicitur, quando citatus expressis verbis dicit nontio, seù cursori citanti, se nolle comparere. Gloss. *in Clementin. vnica de dolo, & contumac. in verb. manifestè.*

Vnde est obseruandum, quod multum refert scire, quando quis sit verus contumax, quando fictus, & quando euidens, quandoquidem diuersis pœnis subiacet vnus, & diuersis alius quando autem quis dicatur contumax, notatur per Gloss. *in cap. 2. de dol. & contum. his versib.*

Non veniens, non restituens, citusque recedens.
Nil dicens, quibusq; tenens, iurare nolens;
Obsentans quoq; loquens, isti sunt iure rebelles.

4 *Quò ad tertium*, est notandum, quod ad hoc, vt quis dici possit contumax de iure communi requiritur, quod tribus vicibus citetur, & in vltimo peremptorio per Actorem accusetur contumacia, ita habetur *in l. ab. peremptorio, & l. post edictorum, ff. de iudic. & l. b. consentaneum*, & ibi Bartol. *C. quomodo, & quand. iud.*

5 De iure verò Regni in ciuilibus requiritur, quod Actor in vltimo peremptorio accuset contumaciam die sequenti; deinde elapso triduo accuset vltimam contumaciam in prima die iuridica, vt disponitur, *in d. Pragmat. incip. relatione.* Verbi grat. cadit dies termini peremptorij citationis in die 5. mensis Iunij tunc accusatur prima contumacia, eo modo, prout inferius, die 6. quæ sequitur, si non sit dies festiuus, quia tali casu est expectandum vsque ad aliam diem iuridicam, Deinde expectatur triduum, nimirum die septima, octaua, & nona, nihil agendo. Quo elapso, die decima sequenti si iuridica fuerit, accusatur vltima contumacia.

Sed vt rectius procedamus, expedit quidem ponere practicam contumaciarum in iudicio liquidationis instrumenti, vigore Ritus Mag. Cur. Vic. 166. & 179. quæ quotidie occurrit in Curijs Ecclesiasticis præsertim in Regno, contra Clericos fieri, vt ex ea colligatur praxis in alijs causis.

Quod iudicium fit tali modo: comparet in Curia coram Domino Vicario Generali Titius talis, & porrigit libellum contra Sempronium Clericum, in quo instat procedi contra illum vigore instrumenti, quod de facto præsentat, tunc Vicarius mandat citari dictum Sempronium tali vel simili modo, videlicet.

Citationis forma super liquidatione instrumenti.

Ponitur Titulus, *vt sup. Subsect. 2. num. 29.*

6 *Ad omnem instantiam, & requisitionem Titij talis Ciuitatis, seu terræ N. &c. citetur per vnum ex seruientibus nostris, Clericus Sempronius. N. quatenus primo die iuridica hora causarum solita personaliter compareat coràm Nobis, & nostra Curia responsurus eidem instanti super tenore publici, & liquidi instrumenti in Actis dictæ Curiæ præsentati; & in vltimo peremptorio termino contrà ipsum liquidandi iuxta ipsius formam pro ducatis centum capitalis, & pro tertijs hucusque decursis, & omnia soluta; tamdemmus, quandò per veras apocas de recepto apparuerit soluisse; alias &c. quoniam &c. Datum Castrimill. (Ver. Grat.) die 1. Februarij 1666.*

N. Vicarius Generalis. *N. Notarius &c.*

Fit relatio nuntij, seù cursoris in forma, de qua diximus supra *subsect. 1. de libell. num. 23.* postea accusantur contumaciæ sub tali, vel simili forma, videlicet.

Forma Contumaciarum.

7 *Die quinta Februarij 1666. Castrimillarum, ver. grat. in Palatio Episcopalis Curiæ solentæ pro Tribunali, &c. & instante supradicto Titio tali, & potente, &c. accusata fuit prima contumacia in forma, &c.* *N. Actuarius, &c.*

Die nona mens. Febr. Castrimillarum, non fuit reddita Curia; quia fuit dies Dominica.

Die Decima eiusd. mens. prædicti. Castrimillarum in Palatio Episcopalis Curiæ sedente, &c. instante supradicto Titio tali, & petente, &c. accusata fuit vltima contumacia in forma contrà prædictum D. Clericum Sempronium, & instetit liquidari instrumentum pro petita summa ducatorum centum capitalis pro nunc, saluo iure pro tertijs hucusque decursis, &c. in forma &c.

Qui vocatus in Banco iuris non comparuit, nec ipse Sempronius, neque alius pro eo, vt ideò reputatus fuit contumax & infidem, &c. & condictum fuit prouisum, vt infra, &c.

N. Actuarius, &c.

Quo facto solet de benignitate, & æquitate expectari altera dies vel citari denuo ad primam diem; alibi verò statim fit sequens decretum: videlicet.

Decretum super liquidatione Instrumenti.

8 *Et per Reuerendiss. Dominum Generalem Vicarium in contumaciam supradicti Clerici Sempronij fuit prouisum, & decretum stante eiusdem contumacia in non curando mandatis Curiæ obedire, fore, & esse contra ipsum procedendum ad liquidationem prædicti instrumenti, & proindè delato iuramento supradicto Titio tali, pro vt manu tactis scripturis formiter in manibus nostris iurauit, &c. & iurauit prædictum instrumentum pro dicta summa, saluo iure residui, &c. et sic fuit liquidatum prædictum instrumentum, pro ducatis centum, pro quibus pœna curiæ, etc. ac expensis, ett. nec non fuit pariter prouisum, quod exequatur contra prædictum Clericum Sempronium realiter, & personaliter, prout præsenti decreto exequi mandatur, &c. & expediantur litteræ executoriales in forma, &c. & ita per hoc suum, &c.* *N. Vicarius Generalis.*

Prouisum Castrimillarum die decima tertia Februarij Cur. Sed. Pro Trib. &c. præsentibus N. N. & N.

N. Actuarius.

9 Forma litterarum executorialium in vim ſupradicti Decreti.

Ponatur Titulus, &c.

Nuncijs, & ſeruientibus noſtris, vel aliarum quarumuis Curiarum, &c. inſolidum, &c. Ad omnem inſtantiam, & requiſitionem Titij talis exequatur realiter, & perſonaliter contra, & aduerſus D. Clericum Sempronium pro ducatis centum capitalis, necnon pro alijs ducatis quindecim pro pœna, & expenſis, ac expeditione præſentium, & pro veſtro iuſto, & competenti ſalario, & hoc vigore liquidationis inſtrumenti factæ, & decreti, vt in alijs, &c. qua executione facta in calce præſentium adnotetis bona executa, & penes fidam perſonam Eccleſiaſticam ponatis, ſi contigerit exequi in bonis, &c. Si verò de perſona, ad noſtras carceres ducatis, &c. quibus permaneat; donec integrè ſoluerit, vel alio modo concordauerit, &c. Dantes, &c. mandantes, &c. quoniam, &c. Dat. Caſtriuill. in Epiſc. Palat. die 14. Febr. 1666.

N. Vicarius Generalis.

N. Actuarius.

Reliqua quoad Inſtrumentorum liquidationem via Ritus, vide apud Marant. *in Spec. Aur. p. 6. act. 8. à num. 1. vſque ad 42.* & ibi Foller. *in addit.*

10 *Quoad quartum* eſt notandum quod ex pluribus cauſis & rationibus contumacia non incurritur.

Primò, quando Curia non regitur in vltimo peremptorio; nam tunc ſi citatus non comparuerit, non per hoc efficitur contumax. *lib. ex quacumque*, & ibi Gloſſ. *ff. ſi quis in ius vocatus non ierit.*

Secundò, non efficitur contumax, ſi reus citatus non comparuit, ob aliquam infirmitatem quæ illi ſuperuenerit. *l. quæſitum ff. de re iud.* niſi ſit leuis, quæ non impediat. In Regno tamen per *Ritum magn. Cur. Vic. 176.* non excuſatur quis à contumacia, propter infirmitatem, niſi habeat fidem medici, quam Iudici præſentare tenetur.

Tertiò, quando fuit citatus à minori iudice, & poſtea vocatus eſt ad Tribunal ſupremum Alexand. *in l. 2. §. 2. ff. ſi quis caution.*

Quartò excuſatur, propter infirmitatem conſanguineorum ſuorum. Idem Alex. *in d. l. quæſitum ff. de re iudic.*

Quintò excuſatur, propter paupertatem, vt ſi non haberet veſtes proprio ſtatui decentes ad comparendum. Marant. *in Aur. Spec. par. 6. in 2. membr. iudicial. ver. & aduertatur circa contumacias. n. 5. & ſeq.* vide infra *par. 4.* alios caſus, *in Pract. crimin. ſect. 7. n. 8.*

11 *Quoad Quintum* eſt notandum, quod diuerſis pœnis punitur contumax de iure communi; Quarum prima eſt, quod patitur miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto pro quantitate debiti. *lib. fulcinius, §. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur lib. ſi finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect. & tot. tit. ff. & C. de bon. Author. Iudic. poſſid.* quæ pœna procedit etiam de Iure Regni, *per dictam pragm. relatione*; in qua tamen additur eſſe in electiones actoris, an velit ſe immitti in poſſeſſionem bonorum rei contumacis pro quantitate debiti ex primo decreto, vel petere terminum ad probandum. Et ſi Reus poſt interpoſitionem primi decreti perſeuerauerit in contumacia, peruenitur ad interpoſitionem ſecundi decreti, per quod Actor miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, declaratur verus dominus bonorum contumacis, *vt habetur in dicto §. Iulianus*; Bartol. *in l. dum proponas. Cod. de bon. author. iud. poſſid.* & in Regno, eſt alia *pragmatic. incip. Reo*, Et iſta miſſio in poſſeſſionem fit per viam mandati executiui, ſiue mediantibus litteris executorialibus in Regno, quæ ſunt expediendæ more ſolito per Actuarium, quarum forma poteſt deſumi ex alijs ſimilibus.

12 Eſt tamen aduertendum, quod ea, quæ diximus procedunt tam de iure communi, quam de iure Regni in Curijs ſecularibus; in Curijs verò Eccleſiaſticis vbi regulariter omnes cauſæ ſunt ordinariæ, non poteſt peti talis terminus ad probandum, quantumcunque reus ſit contumax, quia tali caſu ſi proferretur ſententia diffinitiua, eſſet ipſo iure nulla cum toto proceſſu deſuper fabricato, eò quod deficeret litiscontestatio, quæ totius iudicij fundamentum dicitur, *vt in cap. dudum 2. de elect. cap. exhibita de iudic. et cap. vnic. de litis conteſt.* Quod tamen fallit in cauſis priuilegiatis, in quibus proceditur ſummariè, etiam in Curijs Eccleſiaſticis, *vt diximus ſupra.* Vnde concludendum eſt, quod ſi agatur in foro Eccleſiaſtico, reali, vel perſonali actione, tunc Actor mittitur in poſſeſſionem ex primo decreto, & poſtea ex ſecundo, *iuxta c. quoniam frequenter, §. in alijs. Vt lite non cont.* & non poteſt petere terminum probatorium Actor, vt petitur in foro ſeculari, vbi non requiritur litis conteſtatio, quia in Regno, vt etiam diximus, cauſæ ſunt ſummariæ, & datio termini habetur loco litis conteſtationis, vt ſuo loco latius dicemus.

Quid autem ſit primum, & ſecundum decretum dicemus inferius. *ſeq. ſubſect. 4.*

13 Secunda pœna eſt, quod contumax non auditur, niſi reficiat expenſas Actori *l. Sancimus, C. de iudic.* Deductis tamen expenſis primi mandati, ſeù prouiſionis primo loco expeditæ; ac etiam deductis alijs factis in prima contumacia. Et ſi voluerit recupare poſſeſſionem per reuocationem primi decreti tenetur præſtare cautionem de ſtando iuri, *per auth. et qui iurat, C. de bon. auth. Iud. poſſid.*

14 Tertia pœna eſt, quod poteſt mulctari pœna pecuniaria *l. 1. ff. ſi quis in ſdic. non obtemp. l. 2. ff. ſi quis in ius vocat non ierit*; quod intelligitur ſi ſit verus contumax, non fictus. Iſern. *ſup. conſtit. Rit: Reiuendicatione.*

15 Pœna verò, quæ à contumace ſoluitur, nomine mulctæ, in Regno eſt nouem vnciarum, *per d. conſtit. reiuendicatione, & per Rit. Magn. Cur. 239.* Sed quoad dictam pœnam eſt attendenda conſuetudo locorum.

16 Quarta pœna contumacis eſt, quod poteſt carcerari. *L. conſentaneum C. quomod. & quand. Iud. § ſi verò. Auth. de exhib. reis,* & Iſern. *in conſtit. ſi quis poſt litem in princ.* Quod tamen in ciuilibus neſcio an ſeruetur in Praxi, nunquam enim vidi carcerari contumacem, niſi in criminalibus.

17 Quinta pœna eſt, quod poteſt excommunicari. Gloſſ. *in cap. 1. de dol. & contumel. & in cap. conſtitutus de ſentent. excom. in 6.* Felin. *in c. 1. col. 5. ver. verum de iudic.* Bald. *in leg. 3. verſ. notandum C. de procur.* Sed hæc pœna procedit in criminalibus, non in ciuilibus. Quod ſi poſſit haberi exequutio realis, vel perſonalis, non debet excommunicari, iuxta mentem Sac. Concil. Trident. *ſeſſ. 25. de reform. c. 3.* vt ſuo loco dicemus infrà *p. 4. in pract. crimin. ſect. 7. n. 5. p. 5. prax. 7. n.*

18 Sexta pœna eſt, quod verus contumax amittit beneficium appellationis. *l. ex conſenſu. §. fin.* & ib. Gloſſ. & Bart. *ff. de appell. l. 1. C. quor. appellat. non recip.* Butr. & Innoc. *in cap. tenor de re iud.*

19 Septima eſt, quod in non reſpondendo poſitionibus, vel nolendo iurare de calumnia, habetur pro confeſſo. *cap. ſi poſt præſtitam de confeſſ. in 6.* vbi DD. & *l. 2. §. quod ſi actor.* & ibi DD. *C. de iuram. calumn.* Et de poſitionibus *eſt Regia Pragm. in Regno quæ incipit Quinta die & rit. Magn. Cur. Vicar. 250.* per quem ſeruatur, quod Reus citetur tribus vicibus, vt veniat ad ſe examinandum reſponſurus ſuper articolis, & in vltima citatione inſeritur tenor articulorum, & poſtea interponitur decretum, quod habeatur pro confeſſo, & à tali decreto non datur appellatio, *vt in d. rit. habetur* niſi ſit abſens *ial. in l. 1. §. fin. vol. 2. ff. ſi quis in ſdic. non ab temper.* quia abſens non poteſt haberi pro confeſſo. Quod decretum ſolet incipi ſub tali vel ſimili forma.

Decretum contra contumaciam, quod habeatur pro confeſſo.

Et per Dom. N. viſa contumacia N. non reſpondentis poſitionibus pro parte. N. actoris productis fuit prouiſum, & declaratum illas haberi pro confeſſatis, vel alias negatis, prout dicto producenti magis prodeſt, & d. N. contumaci, & reſpondere neganti magis nocet, & ita, &c. omni, &c.

Multas alias pœnas contumaces inflictas, ſi quis videre cupiat, adeat Marant. *in ſpec. Aur. 6. p. memb. 2. iud. à n. 9. vſq; ad 37.* vbi etiam quædam ex iſtis inuenier, & Afflict. *ſup. conſtit. Regni: contumacem, in princ.* & Foller. *in Pract. crim. fore ſecul. verſ. Bannantur. à n. 14. cum plur. ſeqq.* & Nos dicem. infr. *in Pract. crim. can. p. 4. ſect. 5. n. 12.*

20 Eſt tamen aduertendum, pœnas contra contumaces, tunc locum habere, quando petitur aliquid dari, vel fieri, ſecus ſi fiat citatio per edictum, vt quicumque ſua putauerint intereſſe, compareant, quia talia citatio eſt voluntaria. non neceſſaria, quæ arctet ad comparendum. Caſtrenſ. & Alex *in lib. teſtament. C. de teſt.* Afflict. *deciſ. 2. & 24.* Et ſimiliter quod num-

qnam proceditur per iudicem in ciuilibus contrà contumaces ad aliquem actum nisi altera parte instante. Bart. *in Auth. ei qui appellat. in fin. C. de tempor. appellat.* de qui Adden. ad Marant. *in spec. par. 6. membr. 2. num. 16.*

21 Sed quæritur, quid iuris, si sit contumax Actor in non comparendo, vt si citari fecerit Reum, qui quidem comparuit in vltimo peremptorio, sed ipse actor non comparuit?

Respondetur, nullam aliam Actorem incurrere pœnam, nisi quod euanescit, & reumducitur citatio. *lib. & post editum. §. 1. ff. de iudic.* ar Reus liberatur ab obseruatione iudicij, & ipse actor soluet expensas reo, & non admittetur vlterius in causa, nisi sufficienter cauerit de comparendo in posterum. *vt habetur in cap. actor de dol. & contumac. in 6.* & notatur *in lib. eum qui temerè ff. de iudic.* Et in Regno adest *constit. incip. sponte volentibus*, & ibi Isernia, ad stipulatur etiam *ritus Magn. Cur. Vicar. incip. item seruat ipsa Curia sub rubr. de pract. super condemnation. fend. ad sextam* & Grammatic. *decis. 83.* Et in criminalibus actor contumax punitur ad Sextam partem bonorum mobilium, vltra expensas. *per constit. Regni: Accusatorem temeritas.*

22 *Quoad vltimum* est notandum, quod contumacia purgari potest. Primò per refectionem expensarum, & præstando etiam cautionem de stando iuri, *vt habetur in Pragmatic. vlatione in fin.* sed refectio expensarum non procedit, quando minor fuit effectus contumax, & vult purgare contumaciam, quia non soluit expensas actori; & similiter quando citatus, iusta causa impeditus non potuit comparere Afflict. *decis. 29. numer. 3.* satisdatio verò de stando iuri, præstanda est in loco iudicij non domicilij, Afflict. *decis. 37.*

Sed quid iuris, quando contumax purgata contumacia per refectionem expensarum voluerit opponere exceptionem declinatoriam fori, an admittatur?

Respondetur negatiuè. *per lib. si si deinde ff. qui satisdar. cogant.* Quod est in odium contumaciæ.

23 Secundo purgatur contumacia per comparitionem de sero in vltimo termino peremptorio, quæ potest fieri, vsq; ad mediam noctem in Regno ad primum cantum Galli; vt notant Regnicolæ *super capitulo Regni item si quis banniatur.* Franch. & ibi Add. *decis. 685.* Et si agatur super liquidatione instrumenti, vigore ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 166. & 109. debet comparere per se, non per Procuratorem, *vt in dictis ritib. habetur*, licet de æquitate admittatur comparitio, etiam per consanguineos, aut per Procuratorem: cuius quidem comparitionis forma talis esse solet in Tribunali laicali supremo M. C. V. videlicet,

In Magna Curia Vicaria comparet N. dicens die tali . . . . . contra ipsum fuisse liquidatum instrumentum in eadem die ad instantiam N. Et quia comparere ipse tempore liquidationis, iusto impedimento detentus comparere non potuit, Ideo comparet nunc de sero, et instat contra ipsum non procedi ad iuris pœnam, offerens se velle comparere in eadem Magn. Cur. Vicar. ad omnem requisitionem ipsius, ita dicitur isto, et omni alio meliori modo, etc.

SVBSECTIO QVARTA.

De Primo, et Secundo Decreto.

SVMMARIVM.

1 *Primum Decretum, est missio prima in possessionem bonorum Contumacis.*
2 *Missio in possessionem ex primo decreto actione personali, et actione reali, an distinguatur.*
3 *Secundum decretum, est secunda missio in possessionem bonorum contumacis.*
4 *Secundum decretum est diffinitiuum, non interlocutorium.*
5 *Tempus necessarium inter primum, et secundum decretum.*
6 *A pretore legitimum præsumitur ex diuturna possessione.*
7 *Secundum decretum in omnibus causis interponi potest.*
8 *Contumax perseuerans in contumacia condemnari potest per sententiam.*
9 *Differentia inter primum, et secund. decretum.*
10 *Summarium iudicium, quando dicatur.*
11 *Secundum decretum transfert verum dominium, primum verò detentionem tantum.*
12 *Missionis in possessionem ex primo decreto Forma decreti.*
13 *Mandatum exequtiuum, siuè litteræ exequtoriales realiter tantum.*
14 *Contumax impeditus restituitur.*
Reuocationis mandati forma Decreti.
15 *Citationis forma ante secundi decreti interpositionem.*
16 *Secundum decretum qualiter interponendum.*
Adiudicatio bonorum per secundum decretum, quomodo formetur, et eius decreti forma.

1 Diximus supra *in praced. Subsect. num. 13.* quod inter alias pœnas, quibus punitur contumax, vna est, quod patiatur missionem in possessionem ex primo decreto pro quantitate debiti; & si perseuerauerit in contumacia, deuenitur ad interpositionem secundi decreti. Ideo videndum erit, quid sit primum decretum. Secundò, quid sit secundum decretum. Tertiò quod tempus requiratur, vt vtrumque fiat. Quarto, An detur differentia inter vtrumque.

Quoad primum est notandum, quod primum decretum est prima missio in possessionem quæ fit per Iudicem in bonis contumacis eo ipso, quod incipit esse contumax, & fit pro mensura debiti tantum, quando agitur actione personali. *l. cum proponas, C. de bon. auctor. iud. poss. l. Fulcinius, §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. eat. & l. si finita. §. Iulianus, ff. de damn. infect.* vbi Bart. & DD. Si verò agatur actione reali, tunc mittitur actor in possessionem totius rei petitæ. *l. si quis emptionis, §. sed si quis C. de praescript. 30. vel 40. annor.* & habetur *in cap. contingit, & cap. prout de dol. & contum.* Et de iure Regni *constitut. quæ incipit: Reiuendicationi, & pragm. incip. Rie*, & ad talem effectum, sunt expediendæ litteræ exequutoriales, vel mandatum executiuum, vt inferius.

2 Sed quæritur quinam sit ista mensura debiti?

Respondetur, quod debet esse tanta, vt res valeat plusquam erit debitum Gloss. *in Authent. Et qui iurat. vers. & mensuram C. de bon. auctor. iudic. possiden.* sequitur Luc. de Pen. *in l. quoties columna penult. C. de dignitat. lib. 12.*

Quæritur secundò, an detur aliqua differentia inter missionem in possessionem ex primo decreto actione personali, & missionem actione reali?

Respondetur affirmatiuè, nam si quis missus fuerit in possessionem actione personali, nullum acquirit dominium, sed tantum consequitur detentionem, causa custodiæ, vt habetur *in d. lib. cum proponas*, vbi Bart. *lib. 3. §. fin. & lib. si quis ante, ff. de acqu. poss. & l. Is, qui in prunc. ff. quib. ex caus. in poss. eat.* lucratur tamen fructus, quos tenetur computare in sortem principalem Bartol. *in l. si finita prae. §. Iulianus, numer. 5. ff. de damn. infect.*

Sed quando agitur actione reali, & actor missus fuit in possessionem bonorum contumacis ex primo decreto, tunc efficitur verus possessor, vt habetur *in d. c. contingit, etc. prout de dol. et contum.* & per DD. *in d. l. 3. §. fin. ff. de acquir. poss.*

3 *Quoad secundum* est notandum, quod secundum decretum, est secunda missio, quæ fit per Iudicem, contra eumdem reum contumacem perseuerantem in contumacia, DD. *in prealleg. iurib.* Hoc autem maius affert præiudicium, quam primum, quia transfert veram possessionem Actori, vt habetur, *in d. lib. 3. §. fin. iunct.* Gloss. *in verb. nobis ff. de acquir. possess.*

Transfert etiam dominium, si reus erat dominus; alia vsucapiendi conditionem. Gloss. & Bart. *in l. prætoris, in princ. & in d. l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect.* & Gloss. *in l. 2. in fin. ff. si ex noxa. caus. agat.*

4 Sed quæritur, an hoc secundum decretum dicatur interlocutorium, vel diffinitiuum.

Respondetur esse diffinitiuum, vt testatur Goffred. *in Authent. Qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport.* sequitur Guid. Pap. *decis. 10.* & ideo non potest à iudice reuocari, veluti posset, si esset interlocutorium, *l. quod iussit ff. de re iudic.*

Est tamen aduertendum, quod ante interpositionem secundi decreti debet reus citari de nouo ad videndum interponi secundum decretum infra competentem terminum; quo casu si comparet, & adimplet omnia refectis expensis erit admittendus.

5 *Quoad tertium* est notandum, quod tempus, in quo reus perse-

perseuerare debet in contumacia, adhoc, vt deueniri possit ad interpositionem secundi decreti, est arbitrarium Iudici de Iure communi, secundum Ciuilistas, vt vocat Bartol. *in d. l. cum proponas C. de bon. author. iud. poss.* secundum verò Canonistas de æquitate Canonica, requiritur lapsus vnius anni à die primi decreti, vt possit Iudex deuenire ad interpositionem secundi decreti, Felin. *in cap. consuluit col. 2. de offic. deleg.* vbi testatur de communi, nisi ei suaderet aliqua iusta causa.

De Iure verò Regni statutum est, quod si Reus perseuerauerit in contumacia per tres menses numerandos à die interpositionis primi decreti, tunc ipsis tribus mensibus elapsis potest deueniri ad interpositionem secundi decreti. Quo concesso habet reus alium mensem, infra quem potest recuperare tenutam, dummodo soluat debitum Actori, vna cum expensis. Elapso verò mense post secundum decretum Actor efficitur verus dominus, & possessor irreuocabilis illius rei, ad quam missus est in possessionem. Sed res debet illi adiudicari mediante appretio pro mensura debiti ita habetur *in Pragmat. quæ incip. Relatione*, & in alias, *quæ incip. Reo*. Et ante secundum decretum potest reus quandocumque voluerit infra tres menses recuperare tenutam soluendo expensas, & præstando cautionem de stando Iuri, & hoc procedit, tam de Iure Regni, quam de Iure communi. *per d. Authent. & qui iurat. C. de bon. author. Iud. poss.*

6 Sed quæritur, quid iuris, si actor fuit missus in possessionem rei, ob contumaciam Rei ex secundo decreto, sed non mediante appretio facto per appretiatores, & diù stetit in possessione, num per istam diuturnam possessionem possit præsumi quod interuenerit appretium, iuxta dispositionem *d. pragm. Reo?*

Respondetur affirmatiuè, auctoritate Baldi *in l. qui aliena, §. 1. ff. de acquir. hered.* & ita decreuisse sacr. Conc. Neapol testatur. Affl. *in decis. 368. n. 5.*

7 Quæritur secundo, an secundum decretum possit interponi in omnibus causis?

Respondetur affirmatiuè cum Bartol. *in lib. 1. prae. si finitu, §. Iulianus column. antepen. ff. de damn. infect.* & est text. *in d. Auth. Et qui iurat, & in d. l. Fulcinius §. 1. & 2.* & ibi Bart. *ff. quib. ex caus. in poss. eat.* Quidquid dicat Glos. *in l. ambitiosè ff. de iurisd. omn. iud.* vbi dicit, quod solum in causa damni infecti, & non in alijs possit interponi secundum decretum, quia communiter contrarium tenent omnes, vt testatur Marant. in *spec. Aur. p. 1. memb. 2. n. 12. circa fin. vers. in quibus autem causis*, videatur Specul. *in lib. 2. partic. 1. rubr. de primo decreto, §. 4. restat. n. 1.*

8 Quæritur tertiò, quid Iuris, quando Actor non elegit interpositionem secundi decreti, post missionem in possessionem ex primo decreto si reus perseuerauerit in contumacia; sed elegit dationem termini probatorij in Regno, *iuxta d. pragm. relatione*; & processus fuit compilatus per actus ordinarios, etiam in contumacia, an quid possit ferri sententia contra reum contumacem, si perseuerauerit in contumacia?

Respondetur affirmatiuè nisi moriatur primus Iudex, coram quo fuit compilatus processus in contumacia; aut iusta causa mutetur; quia tunc fieri debet citatio à nouo Iudice successore, non obstante formatione processus facta à primo Iudice, qui processit in contumaciam, ita decreuisse sacrum Conc. testatur Minadeus *decis. 20.* & Franch. *decis. 417. n. 3.* Quod est menti tenendum, quia quotidie occurrere solet.

9 *Quoad quartum* est notandum, quod inter primum, & secundum decretum dantur duæ differentiæ. Quarum prima est, quod ad interponendum primum decretum, sufficit, vt summariè constet de debito petito, per testes, vel per litteras generum Actoris, vt inquit Glos. *in d. l. Fulcinius §. 1. vers. oportet. ff. quibus ex caus. in poss. eat.* vt habetur in *const. Regni: contumacem*; & in alia, *si quis post litem contestatam*, & in alia: *Quæstiones Iurisperitorum, nam.* Sed ad interpositionem secundi decreti, est necessaria plena causæ cognitio, vt colligitur *ex d. l. cum proponas C. de bon. author. iud. poss.* vbi Bar. & Affl. *in d. const. Quæstiones Iurisperitorum.* Ratio est, quia ex primo decreto non nascitur tantum præiudicium; sed ex secundo decreto maximum paratur præiudicium, quia transfertur vera possessio, & dominium; *vt sup. vidimus.*

10 Sed quæritur quid dicatur summariè probari?

Respondetur cum And. de Isern. *in proxim. citat. const. quæst. Iurisper.* quatuor modis aliquid dici summariè fieri.

Primo quantum ad probationem, vt in casu nostro, & habetur *in l. Thesaurus ff. ad exhiben.*

Secundo, quando aliquid cognoscitur, non dato libello, *vt in d. Authent.* Et qui iurat. *C. de bon. Auctor. ind. poss. & l. de sub. mersis. C. de naufrag. l. 11.*

Tertio, quantum ad exequendum *Authent. nisi breuiores. C. de sentent. ex breuil. recitand.*

Quartò quando sumus in exequutione sententiæ, quæ à Iudici debet exequutioni mandari summariè, & de plano, *l. à Diuo Pio, §. si super. ff. de re iudic.* Iteratum sequitur Affl. *in tad. tit. const. Quæstiones Iurisp. n. 9.*

11 Secunda differentia inter primum, & secundum decretum, est; quod Actor per interpositionem primi decreti acquirit solummodo nudam detentionem, custodiæ causa, vt superius dictum fuit, sed per secundum decretum fit verus dominus, & possessor irreuocabilis, vt habetur *in Iuribus allegatis sup. in praced. subsect. n. 11.* & ideo debet plenè constare de debito per instrumenta, vel per testes, secundum Bartol. *in d. l. cum proponas, & l. fin. §. sin autem C. de bon. author. iudic. poss. & in d. l. Fulcinius, §. cum hoc ff. quib. ex caus. in poss. eat*

12 Huiusmodi missio in possessionem vigore primi, vel secundi decreti fieri solet tali, vel simili modo videlicet.

Decretum missionis in possessionem ex primo decreto.

Et per Dom. Generalem Vicarium N. visis libello & petitione N. contra talem N. producta & contumacia eiusdem talis N. Rei conuenti nihil respondentis, neque excipientis contra dictum libellum, fuit prouisum, & decretum fore, & esse relaxandam executionem contra dictum talem N. Reum conuentum in pœnam contumaciæ ex primo decreto super tali re pro petita summa, & expensis ex primo decreto (siuè ex secundo mediante appretio, &c.) *prout exequi, & in possessionem mitti mandatur, &c. & ita, & hoc suum, &c. Et expediantur litteræ executoriales siue mandatum executiuum in forma, &c. Datum, &c.*

Vel alio modo, vt alibi fieri solet, videlicet.

[1] *Quis &c. Visa petitione N. contra N. de N. producta, & contumacia eiusdem N. de N. Rei conuenti nihil excipientis contra dicta petitionem, tenutam petitam concessit super bonis de quibus in petitione pro summa in instrumento contenta, vna cum expensis, & mandatum quodcumque necessarium, & opportunum fieri mandauit, & relaxauit, & omnia, &c.*

13 Deinde expeditur mandatum executiuum in tali, vel simili forma, videlicet.

Mandatum executiuum realiter tantum.

Exequatur realiter, & in bonis ad instantiam N. de N. contra, & aduersus talem de tali Reum conuentum, & contumacem pro summa scutorum tot vigore decreti, & ex causis, de quibus in processu, &c. factaque exequatione mittatur in eorum possessionem N. in contumaciam rei N. nec non pro scutis tot pro expensis, & præsentium expeditione, &c.

Vel alio modo, prout solet alibi fieri.

Vobis omnibus, et singulis executoribus Nostræ Curiæ salutem, etc.

Tenore præsentium præcipimus, et mandamus, quatenus visis præsentibus et postquam pro parte nostra, ad instantiam N. fueritis requisiti, vel ad vestram notitiam deductum fuerit; siuè aliter vestrum fuerit requisitus, sub pœna scutorum tot... applicandorum, etc. debeatis, et quilibet vestrum debeat accedere ad talem domum, vel tale prædium, et in possessionem ipsius N. de N. ponatis, et immittatis amoto ex illo quouis alio detentore, et sic immissum manuteneatis, et defendatis, et hoc virtute nostræ sententiæ, seu, etc. Dantes, etc. Datum, etc. die, etc.

[1] *N. Iudex, etc.*

N. Notarius, etc.

Vel alio modo.

Ponatur titulus, &c. vt in alijs formulis.

Per vnum ex seruientibus nostra, vel quarumuis Curiarum, &c. ad omnem instantiam & requisitionem N. exequatur realiter tantum contra N. pro summa ducatorum tot . . . per ipsum dicto N. debita, ex causa tali, & aliàs prout in actis, &c. in eius contumaciam in vim nostri decreti, &c. nec non immissionis in possessionem bonorum exequutorum N. vigore eiusdem nostri decreti, &c. Et pro expensis, & pro praesentium expeditione, & suo iusto, & competenti salario, &c. Dantes, &c. quorum, &c. Datum, &c. die, &c.

Sequitur relatio nuncij super executione.

14 Quod si reus post immissionem bonorum ex primo decreto, iuxta supradicta, comparuerit, & allegauerit se iustè, & legitimè fuisse impeditum, probatio summariè impedimento, & refectis expensis, admittetur ad iudicium, vt se defendat; Praestita etiam cautione de stando Iuri in forma &c. & constituendo procuratorem in loco iudicij benè instructum, repetibilem, & Curiae notum, & tunc dicetur contumaciam purgasse, & sic fieri solet aliud decretum, in quo reuocatur mandatum relaxatum in contumaciam, in tali vel simili modo videlicet.

Decretum reuocationis mandati.

Et per Curiam Episcopalem N. siuè aliam, &c. Visis probationibus summariè captis super legitimo impedimento N. visis alijs actis, &c. fuit premissum, & decretum, mandatum contrà ipsum N. in contumacia relaxatum, & legitimè exequutum, vigore nostri primi decreti, per quod dictus N. fuit missus in possessionem bonorum exequutorum pro summa scutorum tot, occasione, de qua in actis, &c. fore, & esse reuocandum, prout reuocatur, &c. Ipsumque N. Reum contumacem esse admittendum in iuribus suis, &c. refectis tamen expensis, copiamque petitionis esse illi consignandam cum termino . . . ad respondendum, &c. Et ita per hoc suum, &c. omni, &c.

15 Si verò Reus non comparuerit, sed Actor denuò praesentauerit libellum, in quo petierit adiudicationem bonorum exequutorum, vigore primi decreti, in quibus fuit missus in possessione pro quantitate sui crediti, tunc erit audiendus, & sic in eodem libello, seù petitione dandus est terminus in contumacia Rei, & Actor probabit se esse creditorem in ea quantitate, & quod bona exequuta fuerunt, & sunt de bonis, & in bonis eiusdem N. sui debitoris. Sed antequam deueniatur ad secundum decretum, citandus est de nouo Reus ad videndum interponi secundum decretum, infra terminum aliquot dierum, habita ratione ad loci distantiam, & ad alias circumstantias arbitrio Iudicis iudicandas:

Quae citatio talis, vel similis esse solet, videlicet.

Forma Citationis ante secundum Decretum.

Ponatur titulus more solito, &c.

Seruientibus nostrae, vel quarumuis Curiarum insolidum, &c. Committimus, & mandamus, quatenus receptis praesentibus ad omnem instantiam, & requisitionem N comparentis, siuè, &c. omnia in supradicta comparitione, seù petitione exposita notificent N. Reo conuento, eumque citent, moneant, & requirant vt infrà triduum peractò, & peremptoria, &c. legitimè compareat coram Nobis, & nostra Curia ad dicendum, opponendum, & allegandum aduersus expositâ praedicta quid quid dicere, opponere, & allegare voluerit; & quare ea fieri, & exequi non debeant; & deinde in antea cum continuatione ad omnes & singulos actus gradatim, & successiue faciendos in praesenti causa, vsque ad sententia diffinitiuè prolationem, illiusque exequutionem inclusiuè, etc. Vel constituat legitimum procuratorem degentem in hac Ciuitate, reperibilem, idoneum, et instructum, etc. Cui, etc. Alias, etc. Citent, et referatur, etc. Quoquiam, etc. Dat. an. etc. die, etc.

N. Vicarius Generalis. *N. Actuarius.*

Fit relatio executionis citationis more solito, & expectatur per tres dies. Et si comparuerit in termino adimplendo omnia supradicta, admittendus erit.

16 Triduo tamen transacto & non comparente, Accusata prima contumacia, *vt in praeced. subsect. 3. num. 7* fit decretum procedendum esse contra ipsum debitorem ad omnes, & singulos actus necessariò faciendos in contumacia. Quo facto Actor instabit, vt sibi adiudicentur bona exequuta ex primo decreto mediante apprețio expertorum, & tunc facta priùs publicatione, & conclusione in causa, Iudex interponit secundum decretum, in quo declarat dictum N. debitorem esse legitimum contumacem, & bona exequuta esse adiudicanda N. creditori pro quantitate sibi debita, mediante apprețio expertorum, ad effectum, vt de illis liberè, & licitè disponere valeat in futurum, vt verus dominus. Facere tamen debet probationes prius se esse creditorem in ea quantitate, & quod bona sunt eiusdem debitoris, vt supra dictum fuit.

Quod decretum est legendum semper Curia pro Tribunali sedente more solito in contumacia dicti debitoris, & deinde elapsis decem diebus expediuntur litterae exequutoriales pro exequutione secundi decreti, alioquin sine illis, exequi non potest dictum secundum decretum.

Quod decretum adiudicationis solet esse tale, vel simile, videlicet.

Decreti adiudicationis.

Et per Curiam N. etc. Visis actis, etc. Scripturis in processu praesentatis, etc. visis probationibus N. ex quib. constat esse verum creditorem N. in scutis tot, et quod bona exequuta sunt eiusdem sui debitoris; Visa ipsius contumacia visis videndis, et consideratis de Iure considerandis, etc. fuit premissum, et decretum, bona exequuta ad instantiam dicti N. vigore primi decreti, alias lati sub die tali in quibus fuit missus in possessionem, fore et esse adiudicandu eidem. N. creditori, prout adiudicantur, etc. pro summa, et quantitate sibi debita, mediante tamen, et praeuio apprețio & estimatione per expertos adhuc effectum electos facta, adhoc vt in futurum de illis liberè, vt verus dominus disponere possit, & valeat. Et ita per hoc suum, &c. omni, &c.

N. Vicarius Generalis, etc.

Promissum, lectum, latum, etc. in Ciuitate N. Curia sedente pro Tribunali, etc. die, etc. praesentibus pro testibus N. N. et alijs in fidem, etc.

N. Actuarius, etc.

Postea expeditur mandatum exequtiuum, siuè, vt dicitur in Regno, litterae exequutoriales in forma, de quibus supra, &c.

Est tamen aduertendum, quod post secundum, decretum Reus habebit tempus vnius mensis ad comparendum, vt, supra suo loco diximus, intra quod poterit recuperare bona adiudicata creditori, soluendo tamen debitum cum omnibus expensis. Quod elapso non admittetur amplius: nisi plenè, & euidenter probaret, se fuisse legitimè impeditum pro iustis, & rationalibus causis; & tunc esset restituendus ad tempus decursum pro vero, iusto, & legitimo impedimento. Et haec de primo, & secundo decreto exisse sufficiant, reliqua latius qui videre cupit, adeat Specul. *in lib. 2. partic. 1. de primo, et de secundo decret. per tot.* vbi latissimè agit materiam, & ibidem Ioann. Andr. & Alij. Hoc autem tempus menstruum procedit, tam de iure communi, quam de iure Regni.

SVBSECTIO QVINTA.

De Copia libelli, et scripturarum Actoris, danda Reo conuento.

SVMMARIVM.

1 *Copia libelli Actoris danda est Reo.*
2 *Expensis danda expensis eiusdem Rei de iure communi.*
3 *Stylus Curiae cuiusque regionis seruandus.*
4 *De Iure Regni copia libelli danda est Reo expensis Actoris.*
Terminus ad consultè respondendum quantum sit. 20.
5 *Iudex ex officio tenetur dare copiam libelli.*

6 Sty-

6 *Sententia debet esse conformis libello.*
7 *Libellus, an sit semper necessarius.*
8 *Lites debent euitari, & celeriter expediri.*
9 *Copia libelli concessione decretum.*
10 *Copia libelli traditur Reo cum cautione quadam.*
11 *Appellari potest à pronuncia super libelli non admissione, vel datione.*
12 *Copia instrumenti, & aliarum Scripturarum Actoris in libello mentionatarum danda est Reo.*
13 *Copia instrumenti peti post etiam à Tertio.*
14 *Copia instrumenti, & scripturarum mentionatarum in libello in pluribus casibus non datur.*
15 *Copia scripturarum expensis Rei danda est.*
16 *Copia Actorum, an dari debeat Actori, & Reo.*
17 *Acta originalia nunquam danda per Actuarium.*
18 *Originale instrumentum in iudicio præsentatum, an restitui possit.*
19 *Originale instrumentum semel præsentatum, an iterum præsentandum.*
20 *Terminus deliberatorius ad consultò respondendum quot dierum sit.*
21 *Inducia, seu terminus deliberatorius, an sint de substantia iudicij.*
22 *Terminus ad exceptiones proponendas datur Reo post consignatam copiam libelli Actoris.*
23 *Exceptiones impedientes litis ingressum quando danda.*
24 *Terminus ad opponendas exceptiones decretum.*
25 *Terminus ad probandum exceptionem locum non habet.*

1 HVcusque vidimus, quomodo procedendum sit cum Reo conuento, si citatur per Iudicem ad instantiam Actoris, non comparuerit, & quid agendum sit eius contumacia; Nunc verò breuiter agendum erit de modo procedendi cum eodem; si statim ac citatus fuerit, comparuerit in iudicio; siuè in termino citationis, siuè post purgatam contumaciam, iuxta superius notata. Pro cuius intelligentia sunt notanda quædam. Et Primò quod comparente reo debet iudex eidem dare copiam libelli seù petitionis oblatæ ab actore, quam Actor tenetur offerre. *c. induciæ. §. offeratur, 3. q. 2. & cap. 1. de libelli oblation. & Authent. offeratur C. de litis contestat.* & Gloss. *in Cle. 2. ver. oblatos de appellat.* Imò etiam si non petatur ab eodem Reo, neque offeratur ab Actore, iudex ex officio faciet eam dari.

2 Notandum est secundo, quod de iure communi copia libelli præsentati ab Actore est exhibenda Reo expensis ipsiusmet rei, Abb. *in c. 1. extr. fin. de libell. oblat.* & Ibid. Felin. *4. col. ad fin. vers. respectu autem libelli esse tenendam*, vbi dicit esse communem sententiam. Et ita practicatur in Curiis Ecclesiasticis, in quibus ius commune seruatur.

3 In aliis verò, vbi seruatur ius municipale Regionis, de consuetudine, erit seruandus earum *stylus*, & consuetudo Curiæ, arg. eorum quæ latè congerit Fel. *in cap. 2. vers. stylus Curia de rescript.* Glossa tamen *in Clemens. 2. §. similiter, ver. oblatos de appellation.* dicit esse dandam expensis Actoris; licet ibi loquatur de copia Apostolorum in causa appellationis. Sed quod sit danda sumptibus Actoris tenet etiam Specul. *in lib. 2. de libelli oblation. n. 4.*

4 De iure verò Regni est expeditum negotium, nam per *Regiam Pragmat. quæ incipit. comparente Reo.* cautum est, vt huiusmodi copia detur Reo sumptibus Actoris, cui respondere debet infra tres dies & post datam copiam tenetur infra tres alios dies opponere exceptiones impedientes litem, si voluerit probare quas probare necesse erit infra quinque dies immediatè, alias intelligentur reseruatæ ad merita Causæ De iure tamen communi terminus ad consultè respondendum est viginti dierum, vt in *d. c. offeratur. 3. q. 3. & Auth. offeratur. C. de lit. cont.* Ratio huius practicæ, quæ disponit, vt detur Reo copia libelli actoris, est ad finem vt consultè respondeat, & instituatur in suis defensionibus peragendis, & præparet suas exceptiones; Necnon vt possit quam citius deliberare, num velit cedere, vel contendere, *ad notat. in l. 1. ff. de edend.* quia sic celerius lis finietur; quod semper est faciendum, *per c. finem litibus de dol. & contumac.*

5 Sed quæritur, quare iudex possit ex officio facere libellum offerri reo *per d. c. 1. de libell. oblat.* etiamsi Actor illum non offerat?

Responde ur hoc esse triplici de causa Primo propter Actorem vt suum ius declaretur, Secundo propter Reum, vt sciat, an cedere, vel contendere expediat.

6 Tertio, propter ipsum iudicem, vt sciat qualiter debeat ferre sententiam, quæ debet esse conformis libello. *c. licet Heli de simon. c. qualiter 2. de accusation. d. c. 1. de libell. oblat. & l. vt fundus ff. commun. diuid.* Vnde propter dictas rationes non debet iudex permittere, vt aliquis agat sine libello, vel in Regno sine tali quali petitione, *iuxta Pragm. Dispendia litium.*

7 Sed quid, si iudex faciet opponi factum per Actorem, vel per eius procuratorem, verbo, non per libellum, vel talem qualem petitionem, num possit hoc facere? Respondetur affirmatiuè, *per cap. pastoralis de iudicijs* & tunc statim eo audito debet interrogare Reum, qui si confitebitur, post illicò iubere ei, vt satisfaciat, *iuxta text. in l. si debitori ff. de iudic.* Est tamen aduertendum, quod per istam confessionem non inducitur litis contestatio, cum ipsa non præcesserit. Nec est sententia, sed præceptum, vt soluat; sed si offerretur libellus, deberet sequi sententia de consuetudine, quam commendat Speculat. *lib. 2. partic. 1. rubr. de libelli oblation. n. 2.*

8 Quia per talem consuetudinem possent euitari, & minui lites, vel saltem celerius expediri; quod semper est procurandum, *iuxta cap. finem litibus de dol. & contumac. cap. frequens, de restitut. spoliat. & l. quidam ff. si cert. petat.*

9 Quando autem datur Reo copia libelli Actoris solet interponi tale, vel simile decretum, videlicet.

Decretum Concessionis Copiæ.

Et per Reuerendiss. Dominum Generalem Vicarium N. fuit prouisum, & decretum quod concedatur prout conceditur petita copia (si vires patiuntur) cum termino dierum trium ad consultè respondendum supradicto N. de N. & ita per hoc suum, &c. intimetur, & effectuetur in forma, &c. quoniam, &c. Datum, &c. die, &c.

Vel alio modo.

Qui, &c. in causa talis N. de N. occasione, de qua in libello, &c. sedens, &c. prædicta admisit si, & in quantum, & copiam petitam decreuit, cum termino dierum tot currentium, siuè vtilium. (Vel cum termino statutario, &c.) qui est dierum tot.; &c. ad respondendum, &c. omni modo, &c.

10 Prius tamen, quam recipiat copiam libelli, debet reus cautionem dare, quod vsque ad finem litis permanebit in iudicio, vt *in cap. differatur 3. qu. 3. l. senatus in fin. ff. de offic. præsid. & in §. sed hodie instit. de satisdation.* Quod procedit, si non possideat ibi immobilia, quia tunc satisdare debet de stando iuri, si autem possidet, sufficit cautio iuratoria, *vt ibid. & l. secundum ff. qui satisdar. cogant.* non tamen cauere debet de iudicatum soluendo § *adeunt verò instit. eod. tit. de satisdat.* Specul. *lib. 2. eod. tit. de satisd. §. 2. num. 1.* Quod tamen fit vbi talis viget consuetudo & de iure communi. Quo facto recipiet idem Reus copiam præuia protestatione, quod illam recipit citra præiudicium, & saluis omnibus, exceptionibus, & defensionibus sibi competentibus tam contra iudicem, quam contra partem, tàm contra forum, quàm contra libellum, vel rescriptum, & saluis quibuscunque aliis dilatoriis, & peremptorijs, vt per Speculator. *d. lib. 2. de libell. oblation. num 5. & libr. 4. vbi latius de libellor. conceptione. §. 13. sequitur num. 1.* Et postea faciat hanc protestationem in actis redigi, si placuerit, quia etiam absque illa possunt opponi exceptiones. *l. exceptionem. C. de exception.* sed melius faciet, si in actis redigatur.

11 Quod si iudex pronunciauerit, libellum non esse recipiendum, vel non dandum, appellari potest, *cap. induciæ. §. offeratur in antiq. 3. quæst. 3.* vbi dantur 20. dies ad respondendum, *& c. 1. de libell. oblat.*

12 Notandum est tertio, quod non solum est danda Reo copia libelli, vt diximus, sumptibus actoris; verum etiam copia instrumenti mentionati in libello dari debet eidem Reo quando libellus refert se ad aliquod instrumentum. Decius *in l. edita n. 86. C. de edend.*

Ex quo infertur Primo, idem dicendum esse de instrumento mentionato in primo instrumento, verbi gra Actor in libello mentionem facit de instrumento, quod relationem habet ad aliud, tunc debet dari etiam copia instrumenti relati ratio

est, quia vnum instrumentum continuatur ad aliud. Decius *loc. cit. num. 87. & Bald. in l. omnis ff. de legib.*

Infertur secundo, vt etiam locum habeat in instrumento cessionis vel donationis, cuius copia est illidanda, secundum Bald. *in l. qui stipendia, C. de procurator.*

Infertur tertio, vt procedat Conclusio prædicta siue in instrumento fiat mentio alterius instrumenti narratiuè, siuè limitatiuè, siuè quocumque alio modo, nam adhuc copia exhibenda erit, maximè in Regno, de stylo. Foller. in addition. ad Marant. *in §. et. aut. p. 6. act. 10 n. 9*

Infertur quarto, quod etiam iudex ex officio potest copiam instrumenti mentionati in libello actoris petere ad suam instructionem, non obstante, quod reus non petat, ad effectum vt possit ferre certam sententiam, non autem incertam, §. *curare instit. de actionib.* Speculat. *lib. 2. partic. 2. de instrum. edition. §. 5 nunc dicamus n. 6.*

Infertur quinto, vt procedat etiam in tertio, cuius interest nam & ipse tertius potest petere copiam instrumenti mentionati libello, Bartol. *in l. si quis libertatem de petit. hared.* vbi etiam dicit, quod si duo litigant, & tertius comparuit pro suo interesse, potest opponere exceptionem, per quam differatur iudicium, quem sequitur Afflict. *decis. 15. num. 3* qui tamen retractat, & contrarium tenet in *decis. 235 in fin.* & ita per sacrum Consilium Neapolitanam fuisse decisum testantur Vinc. de Anna. *in allegation. 76.* quod scilicet non possit tertius pro suo interesse opponere exceptiones dilatorias, & declinatorias.

14 Verum suprafirmata conclusio limitatur multis modis, & Primo, vt non teneatur Actor dare copiam instrumenti mentionati in libello, quando huiusmodi instrumentum reperitur penes Reum, vel præsumitur reum habere posse. Bald. *in l. si legatum num. 5. ff. de edend.* Marian. *de probation. lib. 1. cap 67. num. 104.*

Limitatur secundo, vt non procedat, quando in libello fieret mentio de libris mercatorum vel Bancorum, vt si dicatur; *prout constat in libro talis mercatoris, vel in libro talis Banci,* quia tunc Actor non teneretur talem copiam exhibere Reo, cum talis liber videatur esse communis vtrique. Bald. *in d. l. edita num. 110. C. de edend.*

Limitatur tertio, vt non procedat, quando Actor in promptu diceret, se non habere instrumentum mentionatum in libello, quia tunc non tenetur dare copiam. Innoc. *in cap. 1. num 39. de probation.* & ita decreuit Sacr. Consil. Neap. vt refert Minadois *decis. 40.* vbi multa cumulat ad hoc propositum. Aliæ limitationes videri possunt apud Bald. *in l. 1 §. editiones, ff. de edend. & in l. post hac §. si dies ff. vt in poss. leg. & in d. l. edita. C. de edend.* Speculat. *loc. citat. de instr. §. 5. nunc dicamus,* & Foller. ad Marant. *vbi sup. n. 8. & 9.*

15 Sed quæritur, an quod diximus de copia libelli; et instrumentorum mentionatorum danda Reo sumptibus Actoris, locum habeat in copia aliarum scripturarum, quæ in libello mentionantur?

Respondetur negatiuè, illarum enim copia dari debet sumptibus ipsius rei. Bart. *in l. 5. §. fin. in fin. ff. quib. ex caus. in poss. eat.* quidquid dicat Vrsill. ad Afflict. *decis. 177.*

16 Quæritur secundo, an danda sit copia de Actis per Actuarium, seù notarium factis in iudicio?

Respondetur cum distinctione, omissis omnibus responsionibus quas Canonistæ faciunt *in cap. quoniam contra de probation.* et legistæ *in lib. 2. C. de edend.* quod aut quæritur de Actis factis in iudicio per notarium, seù Actuarium; aut de scripturis, et instrumentis præsentatis per Actorem, aut Reum. In priori casu est indistinctè respondendum, quod de illis dari debeat copia, tam Actori, quam Reo iuxta Bartoli *doctrinam in l. eos §. super his ff. de appellat.*

17 In quo casu est aduertendum, quod solum copia dari debet, numquam verò originalia, maximè in Regno *per Prag. nunc. incip. Conclusionem,* per quam imponitur pœna falsi Actuario danti acta originalia.

Imo neque ad iudicem superiorem sunt mittenda acta originalia, sed tantum illorum copia Fulgos. *in l. fin. C. de r. conuent,* de quo in Regno adest Ritus *Magn. Cur. Vicar. 96.* Quod intelligendum erit in ciuilibus, nam in criminalibus non potest dari copia actorum, nisi cum licentia supremi Iudicis, vel principis, *iuxta text. in l. 2. §. Diuus, & l. 4. ff. de fur. fisc.*

18 In secundo verò casu potest dari originale Autenticum, si quando fuit præsentatum instrumentum, vel alia scriptura per Actorem, vel per Reum, & fuit facta protestatio solita fieri, scilicet quod ipsas præsentat, & producit cum protestate relaxandi copiam tantum, & non originale, ita Carauit. *in dict. 9* alioquin si talis protestatio non precesserat, tunc scripturæ originales per partes præsentatæ non possent amplius repeti, quia iam effectæ sunt de actis, Carauit. *in rit. 176.*

19 Sed occurrit pulcherrimum dubium hic quid iuris si actor præsentauit semel ad requisitionem Rei in iudicio instrumentum originale, & relaxauit illius copiam restituto sibi originali; post aliquod temporis spatium instat idem reus, vt iterum exhibeat actor originale, ad finem redarguendi illud de falso, numquid debeat iterum ab actore exhiberi protocollum notarii publici, in quo asseruatur originale; Respondetur negatiuè, non enim tenetur Actor bis præsentare originale, vel protocollum, sed reus agat contra Notarium de falsitate, quia ipse ad se exonerandum exhibebit protocollum ita Francus testatur fuisse decisum *in Sac. Cons. Neap decis. 148.* Hæc quæstio habetur *in l. fin. Cod. de fid. instrumentor.* vbi deciditur, quod si actor iurauerit non amplius habere, non tenebitur exhibere, si verò iurare noluerit, habebitur pro falso.

20 Notandum est vltimo, quod concedi debet terminus per Iudicem Reo ad consultè respondendum libello, seù petitioni Actoris, per exhibitionem copiæ illius, vt diximus, qui terminus dicitur in iure deliberatorius, & de iure communi sunt induciæ viginti dierum, vt habetur *cap. induciæ, §. offeratur,* in antiquis; alias *c. offeratur 3. q. 3. in Authent. offeratur. C. de lit. contest.* licet secundum *d. Pragmatica comparente reo;* dictus terminus sit trium dierum, post exhibitam copiam libelli, seù talis qualis petitionis: tamen communis practica est, vt induciæ, seù terminus deliberatorius, num reus velit cedere, vel contendere, sint arbitrariæ iudici, inspecta causarum, & personarum qualitate, & locorum distantia. Vnde poterit iudex illas arctare ex causa vt colligitur ex *capit. 1. de dilation. & ibi* DD. notant, & Gloss. *in Clement. sæpe de verbor. signif. ver. sed cum petito.* Non posset tamen eas reo inuito penitus abnegare, *vt in practic. Iurib notatur.*

21 Hinc quæritur, num istæ induciæ deliberatoriæ, seù terminus ad deliberandum, sint de substantia iudicij, sicut libellus.

Respondetur cum Hostiens. & Innoc. *in c. de libell. oblat* & Ioan. And. *in cap. vxor. 17. q. 4.* & Aliis communiter esse de substantia, si quidem petantur; quia licet possit Iudex illas arctare ex causa: non tamen potest in totum auferre, si reo non placuerit, vt in *d. c. 1. de dilat. habetur* & in Glofs. *d. Clement. sæpè* Quod est singulare in practica.

22 Consignata igitur Reo copia libelli, seu in Regno talis qualis petitionis, loco ipsius, sumptibus actoris in Regno, vt diximus, vel sumptibus ipsius rei de iure communi, & in Curiis Ecclesiasticis, vel aliàs iuxta stylum curiæ, aut morem, & consuetudinem regionis, iudex statuet terminum reo ad proponendas omnes exceptiones, tam fori declinatorias, quam dilatorias, & omnes alias quascunque habuerit; post quem non admittetur amplius, nisi in tribus casibus, de quibus habetur *in cap. pastoralis de except.*

23 Sed ante *omnes alias sunt proponendæ,* exceptiones impedientes litis ingressum, de quibus agitur *in c. 1. de litis contest. in 6.* & ibi Glofs. 1. *in casus figuratione, vers. sed quid Sanctissime Pater,* & in Regno habetur, *in constitut. incip. exceptione filiationis. & in dicta Pragm. comparente reo,* vbi cauetur, vt Reus post habitam copiâ libelli acturis teneatur proponere exceptiones impedientes litis ingressum, infra tres dies mediante iuramento. & Intra quinque immediatè sequentes probare, alias intelliguntur reseruatæ ad merita causæ. Sunt autem dictæ exceptiones; Rei iudicatæ; transactionis, & litis finitæ, Quibus probatis iudex pronunciabit vt de iure ei videbitur.

24 Terminus autem prædictus ad exceptiones proponendas solet dari reo mediante tali, vel simili decreto, videlicet.

Decretum ad opponendas exceptiones.

Et per Reuerendissimum Dominum Generalem Vicarium fuit prouisum, & decretum, quod N. Reus Conuentus infra tres dies praciso: & peremptoriè proponat suas exceptiones

tam

tam dilatorias, quam peremptorias, & omnes, & quascumque alias sibi de iure competentes, & si quas habeat, &c. in causa quam habet cum N. vt in actis, &c. Alias, &c. & ita, &c. Hoc suum, &c. Datum, &c.

Vel alio modo, videlicet.

Qui dominus, &c terminum statuit N. peremptorium ad opponendum omnes exceptiones dilatorias & peremptorias in causa, quam habet, cum N. occasione, de qua in Actis, &c. omni modo, &c.

25 Quo facto intimetur Reo, qui exceptiones proponet: Si verò Actor replicauerit illas locum habere non posse ex aliqua causa, iudex interponat aliud decretum tali, vel simili modo: videlicet,

Decretum contrà prædictum.

Et per Dominum, &c. Visa petitione partis, & exceptione Rei conuenti fuit prouisum, & decretum, quod detur terminus dierum tot. . . . . ad probandum, &c. alias, &c. & ita, omni, &c.

Ex quibus necesse est agere de exceptionibus, ideo de illis in seq. subsect. agemus.

SVBSECTIO SEXTA.

De Exceptionibus Dilatorijs.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio est species defensionis.*
Exceptio, quid sit?
2 *Exceptionis acceptio de iure Regni.*
3 *Exceptiones hic ad duo genera tantum reducuntur.*
4 *Exceptiones Dilatoriæ Personam Iudicis respicientes, sunt Declinatoria fori, & incompetentiæ Iudicis, eius differentia.*
5 *Exceptiones fori declinatoria opponi debent ante omnem aliam actum: Iudicis verò incompetentiæ semper, etiam post sententiam.*
6 *Exceptio fori declinatoria, si non opponatur, & fit aliquis actus, non potest amplius opponi.*
7 *Limitatur tamen in tertio ius habente.*
8 *Declinatur forus in Regno septem modis.*
Suspicionis causa, pro quibus declinatur forus respectu Iudicis.
9 *Declinatur forus respectu Actoris, si sit persona priuilegiata.*
10 *Electio fori quibus concedatur.*
Miserabiles personæ, quæ sint.
11 *Electio fori per miserabiles personas quomodo practicetur.*
12 *Declinatur forus respectu Rei conuenti duobus modis.*
13 *Priuilegia conquassantur inter æqualiter priuilegiatos.*
14 *Electionis fori priuilegium competit miserabilibus, tam ex causa onerosa, quam lucrosa.*
15 *Electionis fori priuilegium competit etiam litis consortibus miserabilium personarum.*
16 *Declinatur forus ratione causæ, & hoc multis modis.*
Clericus in quibus causis non potest forum declinare.
17 *Declinatur forus ratione loci.*
18 *Declinatur forus ratione litis pendentiæ.*
Remissionis causæ ad suum Iudicem Decretum.
19 *Litis pendentiæ exceptio, quibus in casibus non competit.*
Auocationis causæ ad suum forum Decreti forma.
20 *Litis pendentiæ exceptio differt ab ea, ne causa continentia diuidatur.*
21 *Declinatur forus ratione compromissi.*
Compromissi inter consanguineos Decretum.
Compromissum in quibus casibus non datur in Regno.
22 *Arbitri sunt iudices compromissarij.*
Laudum, dicitur sententia Arbitrorum, & quare.

1 QVia exceptiones tendunt ad defensionem Rei conuenti, sunt enim species defensionis, vt habetur *in c. exceptionis de lit. contest. in 6.* vbi Gloss. *in verb. defensionis*, & Speculat. notat *in l. 2. partic. 1. rubr. de exceptionib. §. 1. num. 4.* Ideo materiam huiusmodi plenius, quam omnis alia pertractanda erit. Quare plura notanda sunt. Primò, quid sit exceptio. Secundo, Quotuplex sit. Tertio, quando opponenda sit, *& de isto agemus infrà Subsect. 7 n. 12.*

Quoad primum est notandum, quod exceptio est actionis, vel intentionis exclusio *l. 1 & 2. ff. de excep.* Abb & Alij *in rubric. de exception.* Vbi sunt obseruanda verba talis definitionis; nam dicitur *actionis exclusio*, ad denotandum, quod quando verè competit actio, tunc illam excludi oportet per exceptionem. Ponitur exemplum in §. 1. *instit. de excep.* vt si quis inducit alium dolo, vel metu ad illi promittendum centum; tunc ex tali promissione de iure ciuili oritur actio. Sed potest contra illum excipi ad excludendum de dolo vel metu. Illa verò verba: *intentionis exclusio*, denotant, quod quando Actori nulla competit actio, sed de facto agit: Reus etiam de facto excipit, ad excludendam intentionem Actoris.

2 De iure autem Regni exceptio dicitur intentionis vel facti exclusio. Afflict. *super constit. quæ incipit; Exceptionem falsitatis. n. 7.* Illa enim verba: *intentionis, vel facti exclusio*, denotant, quod exceptio in Regno Neapolitano opponitur ad excludendam Actoris intentionem, & facti narrationem, ex qua oriebatur actio proposita ab Actore, vt notat Afflict. *ibi. num. 3*

3 *Quoad secundum*, diuidimus exceptiones (quantum ad Praxim conducere possunt) in duo genera, nimirum in Dilatorias: & in Peremptorias, omissis alijs, nempe anomalis, & mixtis, de quibus Specul. *vbi sup.* & Alij, tam Ciuilistæ, quam Canonistæ.

Dilatoriæ sunt illæ, quæ differunt rem & iudicium. Quorum quædam respiciunt personam Iudicis; quędam personam Actoris. Quædam personam Rei conuenti; & quædam respiciunt causæ, ac actionis qualitatem. Ideo in præsenti Subsectione sexta, maioris claritatis gratia per quatuor Intersecationes de singulis agemus. In sequenti verò Subsectione septima, videbimus de exceptionibus peremptorijs.

INTERSECATIO I.

De Exceptionibus Dilatorijs, quæ Personam Iudicis respiciunt.

1 EXceptiones igitur dilatoriæ, Iudicis personam respicientes, sunt in primis exceptionis fori declinatoriæ; & secundo Iudicis incompetentiæ. Licet autem prima facie videatur eadem esse exceptio declinatoria fori, & incompetentię iudicis; datur nihilominus, inter illas, multiplex differentia. Quarum Prima est quod exceptio declinatoria fori locum habet, quando cum persona citata potest quidem esse iudicium, seu forus; sed illa habet aliquod priuilegium, vt non possit trahi ad comparendum, tenetur tamen in tali casu comparere, & pręsentare suum priuilegium, per quod potest declinare forum; vt habetur *in c. ex parte de appellat. & l. si quis ex aliena. ff. de iud. & l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ier.* vt est priuilegium à iure concessum electionis & variationis fori, & si nil. Exceptio vero iudicis incompetentiæ procedit, quando cum persona citata non potest constitui iudicis, seù forus. Ponitur exemplum in Iudice laico, si citaret aliquem, qui esset notorè Clericus nam tunc non fori declinatoria; sed incompetentiæ Iudicis exceptio opponi debet. *c. si diligenti de for. compet. c. si Iudex laicus, de sent. excom. in 6. & l. generaliter. C. de Episc. & cler. & DD. 16.*

5 Secunda differentia est, quod habens exceptionem fori declinatoriam tenetur illam opponere in ingressu iudicij, & ante omnem alium actum, *l. fin. C. de excep.* sed habens exceptionem Iudicis incompetentiæ, potest illam opponere, etiam post sententiam. Gloss. *singul. in Clement. vnic. de sequestrat. possess. & fruct.* Imò etiam post tres sententias conformes. Felin. *c. pastoralis. col. 3. & 4. de excep.* Hippolyt. *in suis singularib. sing. 10.* & Afflict. *sup. constit. incip. exceptionem, & in const. Prohibitionum defectum. nu. 22.* Ratio est, quia nulla maior nullitas datur, quam iudicis incompetentiæ, ex defectu iurisdictionis

Gulielm.

Golielm. de Benedict. *in c. Raynutius. §. mortuaria que de testament.* Grammat. *consil. 2. num. 47. & seq. post decisiones* Vnde si Reus protraxerit illam opponere, Actorem defatigando, potest condemnari ad expensas illi reficiendas Felin. *in cap. exceptionem in princ. de exception.* & Dpx. *in Pract. Crimin. Canonic. c. 46. n. 6.*

6 Tertia differentia est, quod habens exceptionem declinatoriam fori, si illa non opposuit in litis ingressu, sed post alias exceptiones; frustra hoc facit, eo quod censetur consentire in iudicem, & sibi præiudicat. *l. sed & si suspecerit. ff. de iudic.* Bartol. *in l. quidam ff. de re iudic.* Sed habens exceptionem iudicis incompetentiæ, faciendo aliquid, antequam illam opponat, sibi non præiudicat, cum possit opponi etiam post sententiam, vt diximus.

7 Est tamen aduertendum, quod habens exceptionem declinatoriam fori, si illam non opposuit in litis ingressu, sibi tantum præiudicium affert, non autem tertio. Quapropter si Clericus citatus à Iudice laico non opposuit exceptionem prædictam, siuè iudicis incompetentiæ, non per hoc præiudicat Episcopo. *c. significasti, & c. si diligenti. de foro comp.*

8 Aduertendum est secundo, circa illa exceptionem declinatoriam fori, quod in Regno Neapolitano forus declinari potest multis modis. Primò respectu iudicis. Secundo respectu Actoris. Tertio respectu Rei conuenti. Quarto respectu causæ, seù negotij. Quinto respectu loci, in quo quis citatur: Sexto respectu litis pendentiæ in aliquo Tribunali, Vltimo respectu compromissi, quod petitur fieri inter consanguineos vsque ad quartum gradum.

Primò, respectu iudicis declinatur forus dupliciter: Ex defectu iurisdictionis, vt si citet aliquem super quem non habet iurisdictionem, vt accidit, quando iudex laicus citat aliquem notoriè Clericum iuxta superiùs dicta. Secundo respectu personæ ipsius iudicis; vt si sit excommunicatus, vel suspectus. Causæ verò suspicionis, propter quas potest iudex recusari, vt suspectus, habentur *in c. postremo de appellation. & in cap. suspicionis, de offic. & potest. iudic. deleg.* & notat Marant. *in Specul. Aur. 6. p. ali. 2. verb. & quandoque appellatur, vers. Recusatio à n. 14. vsque ad 77.* vbi 40 causas enumerat Obseruatur autem in Regno, quod causæ suspicionis iudicis allegari, & opponi possunt vsque ad conclusionem in causa in Curijs secularibus *per Regiam Pragmat. incip. Duris.* Sed de iure communi sunt opponendę ante omnes alias exceptiones, vt diximus, quia est exceptio declinatoria fori: alias non posset amplius opponi, quia videretur reus consentire in iudicem Bart. & Alij relati à Marant. *loc. cit. nu. 26.* Et in causa suspicionis, sunt eligendi arbitri, qui cognoscant, si milliet suspicio; iuxta ea, quæ alias diximus, & notat Afflict. *decis. 254. n. 16.*

9 *Secundò*, declinatur forus respectu Actoris, & hoc contingit, quando Actor est persona priuilegiata. quæ ex priuilegio potest eligere Tribunal, quod sibi placuerit, Quamuis tunc dici possit potius, quod eligat forum, quam quod illum declinet, de quo in Regno adest *constit. incip. statuimus*, vbi Afflict. multa vtilia congerit à *nu. 4. vsq. ad 38.* & idem facit Carauit. *sup. rit. 228. & seqq.*

10 Sed quæritur hic, quæ sint istæ personæ habentes huiusmodi priuilegium eligendi forum?

Respondetur, multas esse personas, quę hoc priuilegio gaudent eligendi forum, & consequenter, quę trahant alios ad forum, quem eligunt, & non possint trahi; Primò Pupilli, Viduę, morbo defatigati, & alij debiles, qui gaudent priuilegio; *l. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* sicut cæteræ personæ miserabiles, etiam quod tales pupilli, & viduæ essent diuites, nam adhuc possent eligere forum. Franc. *decis. 100. n. 19.* de quo latius infra *par. 5 prax. 10. à n. 207. vsque ad nu. 285.* agemus. vnde non seruatur hodie dispositio *cap. significantibus. de offic. deleg.* in quo pupilli, & viduæ diuites videntur priuari hoc priuilegio.

Secundò, Senes, decrepiti, & Alij, quibus natura mouetur ad commiserandum Afflict. *decis. 257.*

Tertio Ecclesia habet hoc priuilegium eligendi forum. Afflict. *vbi sup.*

Quartò, Clericos agens nomine Ecclesię suæ. Vinc. de Ann. *allegat. 146. & est Ritus 67. & 229.*

Quintus, Mulieres virgines in capillis existentes. Franc. *d. decis. 100.*

Sexto, Curiales omnes, vt Aduocati, & Procuratores, & Alij, de quibus in Regno est Ritus 228. & notat Afflict. *in dict. constit. statuimus*, & Carauit. *in rit. 30.* Tandem miserabiles personę quęcumque illę sint, quas Nos *loc. cit.* enumerabimus, gaudent hoc priuilegio electionis fori; vt notatur per DD. *in d. l. vnic. C. quando inter pup. & vid.* & in Regno adest *constitut. pracit. statuimus*. Quæ autem dicantur miserabiles personæ, remittitur arbitrio Iudicis. Bart. in *dict. l. vnic.* & Menoch. *de arbitr. Iudic. cas. 66.* & Nos *dicta prax. decim. numer. 212. tom. 2.*

Est tamen aduertendum, quod licet supradictæ personæ habentes priuilegium, quod possint trahere, sed non trahi procedat differenter per iura prædicta, tamen intelligi debet, dummodo iudex sit competens, respectu Rei conuenti, saltem in Regno, secundum Afflict. *in d. constit. statuimus n. 37.* & Carauit. *in Rit. 228.* Quod quidem sustineri potest in alijs Iudicibus, non autem in Iudice Ecclesiastico, qui est iudex omninò competens miserabilium personarum, priuatiuè quoad omnes alios, quando sunt verè miserabiles, & pauperes, et probatur *in c. licet multam de consib. & in ca. 1. & 3. 87. dist.* & tradit Innocent. *in c. significantib n. 1.* & ibi Imol. *n. 19. de offic. delegat.* & Nos latius vbi supra.

11 Quæritur secundo, quomodo vti debeat tali priuilegio miserabiles persona?

Respondetur, quod modus, qui practicatur, quando personæ miserabiles eligunt forum, est, quod prius iurent se perhorrescere potentiam aduersarij & propterea eligunt forum; quę quidem practica fundata est *in d. l. vnica. C. quando Imper. inter pup.* vbi habetur illud verbum *perhorrescere*, & habetur *in d. constit. Regni; statuimus.* Et dictum iuramentum potest præstari, etiam à procuratoribus miserabilium personarum, eorum nomine.

Quod si pars aduersa opposuerit; quod non sint sic miserabiles, quod si faciunt debet dari breuis terminus ad probandum se esse tales. Qui quidem terminus est communis, tam Actori quam Reo. Afflict. *in d. constit. statuimus, per text. in lib. non ignorat. C. qui accusar. p ff.*

12 *Tertiò*, declinatur forus, respectu Rei conuenti; eo quod ipse gaudet duobus priuilegijs, quorum primum, est vt non possit conueniri, nisi in suo foro, vnde Actor tenetur sequi forum ipsius Rei *cap. cum sit generale de for. compet. l. fin. C. vbi in rem Actio et l. 2. C. de iurisd. omn. iudic.*

Secundum est ex qualitate personæ, vt si sit pupillus, vidua, vel alio modo miserabilis, *vt supra*.

13 Est tamen aduertendum, quod huiusmodi priuilegium tunc locum habet, quando miserabilis persona conuenitur ab Actore, qui non est pariter miserabilis, & sic priuilegiatus potest vti suo priuilegio contra non priuilegiatum; sed si ambo essent priuilegiati, tam Actor, quam reus, quia fortasse vnus esset pupillus ver. gra. alter infirmus, tunc conquassarentur priuilegia, & sic non posset eligi forus. ita *fuit decisum in Sacr. Cons. Neapolit.* teste Franc. *decis. 188. et post Ritus Magn. Cur. Vicar. 228.*

14 Sed quæritur, an prædictæ personæ miserabiles gaudeant prædicto priuilegio electionis fori, si conueniantur ex iure cesso, vel vt hæredes?

Respondetur affirmatiuè, tam ex causa onerosa, quam lucrosa, dummodo hoc faciant sine vlla fraude Carauit. *in d. rit. 228.* & Franc. *decis. 195.* & ita seruatur in practica; quamuis ritus prædictus aliter disponat.

15 Quæritur secundò, an litis consortes gaudeant eodem priuilegio electionis fori, respectu eorum, qui sunt priuilegiati.

Respondetur cum distinctione. Vel causa est diuidua; vel indiuidua. In primo casu litis consortes non priuilegiati non gaudent priuilegio alterius litis consortis priuilegium habentis. In secundo verò casu secus, nam tunc gaudent eodem priuilegio, & sic remittendi sunt ad illum forum, quem eligant priuilegiati, ita Capicius *decis. 174.* & Afflict. *decis. 213.*

16 *Quartò* declinatur forus ratione causæ, seù negotij in iudicium deducti, & hoc multis modis.

Primò in causis feudalibus, quæ in Regno cognoscendæ sunt in Sacro Consilio, quando non adest interesse fisci, sed tantum partis, alias si esset interesse fisci, essent cognoscendę in Tribunali Regiæ cameræ summariæ. *vt habetur in Pragm. 3. qua incip. Deficiente et in Pragm. 36. incip. sententijs, et Pragm. 37. incip. quando sub tit. Sac. Reg. Cons.* per quas infra correcta

constitutio incip. per institutiones et Rit 50. et 569. in quibus habetur, quod olim poterant earum cognosci in Magna Curia Vicariæ, nam hodie spectat earum cognitio ad Sacrum Consilium, vel ad Summariam, modo, quo diximus, Unde passim hodie remittuntur ad inuicem causæ feudales à prædictis Tribunalibus, licet in aliquo ipsorum incæptæ sint. Franc. *decis.* 132.

Secundo ratione causæ declinatur in forus causa possessorij petit per viam extraordinariæ cognitionis à laico contra Cler. coram Iudice sæculari; quis tunc per Clericum declinatur forus in Regno per illa tria, tam famosa capitula, quæ quotidiè allegantur in Curijs Regni, scilicet; *sinus praecepta charitas. Ad Regale fastigium: et etiam praedatio*, de quorum capitulorum Remedijs agit Afflict. *in decis.* 24. et 85. Grammat. *decis.* 28. et Franch. *decis.* 93. et 163. Item dicitur, quando finita causa possessorij intenta per viam extraordinariæ cognitionis, laicus intentaret iudicium ordinarie in causa petitorij, nam tunc Clericus declinat forum iudicis laici, tunc per *cap. final. de iudic.*, tum etiam per prædictas decisiones, vt aduertit Vrsill. ad Afflict. *decis.* 2. n. 2. et *decis.* 155 & Franchus *decis.* 163. et 193. Quod tamen limitatur, quando Clericus in causa petitorij esset reconuentus à laico, tunc enim non potest Clericus petere remissionem causæ ad suum iudicem Ecclesiasticum per viam reconuentionis. Afflict. *decis.* 175. et est Ritus 67. *incip. item quod si Clericus*. Eadem ratione declinatur forus Clerici in causa feudali in Regno *per cap. Regni incip. item statuimus quod Clericus*. Et similiter, quando Clericus citaretur in confectione inuentarij, vt creditor, vel legatarius, vel citaretur in causa dilationis quinquennalis petitæ à debitore, qui non est solvendo, quia tunc Clericus non posset petere remissionem causæ ad suum iudicem Ecclesiasticum. Vrsill. ad Afflict. *decis.* 35. n. 6. *et seq.*

Tertio declinatur forus respectu causæ; ratione rei sitæ in loco, in quo quis habet domicilium. *Saul de foro compet. et l. fin C. vbi in rem actio*.

17 *Quartò* declinatur forus, ratione loci, in quo quis fuit citatus, vt si non sit ipsi tutus, propter inimicitias, quas ibi iuste habet. *c. forni de foro compet.* Felin. *in c. accedens il 2. vt lit. non contest. et* Bartol. *in l. de etate ff. ad Trebellian.* Quod ampliatur, si in eo loco sit pestis, vel Bellum, aut seditiones eiuium, nam tunc citatus non tenetur comparere in eo loco, *per Clement. pastoralis de sentent. & re iudic. & Clementin.* 1. *de for. com.* & notatur per Afflict. *dec.* 62. & 289. n. 19. *cum seq.* Et tunc si notoriè constaret, locum non esse tutum, non tenetetur comparere, neque per procuratorem Afflict. *decis.* 29. Quando verò non constaret notoriè, non posset citatus declinare forum, sed tenetur petere terminum ad probandum per procuratorem existentem in loco, in quo citatus fuit, quod locus non sit tutus. Afflict. *in dict. decis.* 289. Menoch. *de arbitr. iudic. cas.* 64. *num.* 4

18 *Sextò* declinatur forus, ratione *litis pendentia* in aliquo Tribunali; vt si Actor citauit Reum super aliqua causa in vno foro, & postea citat eumdem super eadem causa in alio foro, seu Tribunali; tunc enim poterit Reus declinare secundum forum, allegando litis pendentiam in primo foro, super quo dandus est terminus eidem Reo ad probandam litis pendentiam qua probata procedi non debet in secundo iudicio; sed remittendus est ad primum, & ratio est, quia vbi cæptum est iudicium, ibi finiri debet. *lib. vbi captum ff. de iudic.* quam legem limitat multis modis Felin. *in cap. ex tenore de rescript.* & tali casu solet fieri tale vel simile decretum.

Decretum remissionis causæ ad suum Iudicem.

Et per Dominum, &c. in causa N. cum N. occasione, de qua in Actis, &c. visa fide Authentica de pendentia litis in tali Tribunali, seu visa inhibitione, seu alias, &c. fuit provisum, & dictum, se non esse iudicem competentem, causamque fore, & esse remittendam ad iudicem suum, prout remittitur, &c. & ita per hoc suum, &c. omni, &c.

19 Est tamen aduertendum, quod ad hoc, vt possit allegari litis pendentia multa requiruntur.

Et Primo, vt libellus in alio Tribunali oblatus, sit intimatus Reo, & nuncius, seu cursor relationem fecerit, quia alias ex sola oblatione libelli in alio Tribunali facta non inducitur litis pendentia. Bald. *in l.* 1. *ff. de in ius voc.* Alex. *in l. fin. ff. de te*, *per quem fall. pet.* & DD. communiter *in l. nulli. C. de fent. & interloc. omn. iud.*

Secundo requiritur, vt citatio non sit circumducta, quia tunc non inducitur litis pendentia Afflict. *decis.* 366. *n.* 14. & *in constit.* "*go. coram fraudibus*, & Carauit. *in Rit.* 1 at.

Tertio requiritur, vt ista exceptio litis pendentiæ apponatur, ante litis contestationem; quia ista exceptio dilatoria, & sic opponenda ante contestationem litis. *l. et a dumam C. de procurator.* & Nos inferius dicemus, vbi de tempore opponendarum exceptionum agemus. Vnde si litis pendentiæ exceptio non competat, debet iudex se competentem declarare mediante tali, vel simili decreto.

Decretum auocationis causæ ad suum Forum.

Et per Dominum, &c. Non obstante exceptione litis pendentia per N. opposita in causa, quam habet cum N occasione, de qua in Actis &c. Attento, quod illam non probauit, fuit dictum, et declaratum, se esse iudicem competentem in dicta causa, quæ contrauenitur interdictum N. et N. coram sola hac Curia, et proinde fore, et esse ad vlteriora procedendum in ea, prout procedi mandatur, etc. et ita etc. omni, etc.

20 Aduertendum est secundo, quod datur differentia inter exceptionem litis pendentiæ, & exceptionem connexæ causæ continentia diuidatur. Prima enim, procedit, quando quis vult intentare in secundo iudicio eandem actionem cum omnibus annexis, & dependentibus ab ea, sicut intentauit in primo iudicio: Secunda verò locum sibi vendicat, quando quis non eandem actionem vult intentare in secundo iudicio, sed quadam ab ea dependentia intentat coram vno iudice & primordium actionis vult intentare coram alio iudice; tunc non est admittendus, ne causæ continentia diuidatur. Afflict. *decis.* 354. & Menoch. *de arbitr. iudic. cas.* 202. et 371. *vbi latissimè*

21 *Vltimò* declinatur forus, ratione *compromissi* petitia consanguineis vsque ad certum gradum inclusiuè in quibusdam Regionibus per statutum particulare, in Regno verò vsque ad Quartum, vt disponitur *in Regia Pragmat. incip. odia litium, sub tit. de arbitr.* nam consanguinei litigantes inter se, & sic etiam affines coniuncti vsque ad Quartum gradum inclusiuè connumerando gradus, sec. undum ius Ciuile, si alter eorum petierit causam comprom ttere, tenetur alter compromissum facere, & in tali casu solet interponi tale vel simile decretum.

Decretum compromissi inter consanguineos.

Et per Dominum, &c. visa fide N. Parochi, & N. & N. in qua asseritur N. esse coniunctos sanguine in tali gradu, visaque instantia N. quod causa inter ipsos, & dictum N. in hac curia vertente occasione de qua in Actis, etc. debet compromitti, stante statuto, sive Pragmatica, siue consuetudine, etc. per quod seu quam disponitur, vt causa inter consanguineos vsque ad talem gradum compromitti debeant, constito inter illos talem gradum intercedere, visis alijs etc. fuit provisum, et decretum, fore, et esse faciendum compromissum, iuxta formam statuti seu Pragmaticæ seu etc. de omnibus controuersijs intercedentibus partes ortis, et in libello expressis, prout illud fieri mandatur ad primam, etc. alias ex tunc prout ex tunc contumacem granandam esse in Iudice, seu Carolenos tot. qualibet die, prout, etc. et ita, etc. omni, etc.

N. Vicarius Generalis.

Prouisum, etc. *N. Notarius, etc.*

Est tamen aduertendum, quod vt locum habeat dictæ Pragmaticæ dispositio, multa requiruntur.

Et Primo, vt consanguinei, vel affines sint intra quartum gradum, non vltra; quia ex quo includuntur existentes in quarto gradu, alij vltra quartum gradum videntur exclusi. *arg. c. nonne de presumption. & et l. cum prætor ff. de iudic.*

Secundo requiritur, vt petentes compromissum, verè sint consanguinei, & affines. Vnde inoleuit Praxis quod datur terminus ad probandam consanguinitatem, vel affinitatem inter quartum

quartum gradum ex Afflict. *in constit. exceptione filiationis.*

Tertio requiritur vt compromissum non petatur fieri in fraudem, sed eo animo, vt lis clericus expediatur inter ipsos. Afflict. *decis.* 85.

Quarto requiritur, vt petatur ante dationem termini probatorij. qui in Regno stat loco litis contestationis, Afflict. *decis.* 185.

Quinto, vt causa super qua petitur fieri compromissum, nō sapiat criminalitatem, quia compromissum procedit solùm in ciuilibus, vel mixtis, *secundum prędictam Pragmat. edita.* Afflict. *decis.* 44.

Sexto, vt causa, super qua petitur fieri compromissum, non habeat instrumenta liquida, sententias, vel obligationes penes acta Curiæ factas, *vt habetur in dicta pragmatica.* Ratio est, quia compromissum æquiparatur transactioni, quæ quidem fit super re dubia, *vt in l. 1. ff. de transaction.* Sed instrumenta liquida, obligationes penes acta Curiæ, & sententiæ continent rem claram, ideo in huiusmodi causa non potest fieri compromissum.

Septimo, vt compromissum petatur fieri, alias iudex non poterit ex officio causam compromittere, si neutra pars petierit, *vt colligitur ex verbis dictę pragmat.*

Octauo requiritur, vt petatur semel, vel bis, non autem vltra, & sic ter. Afflict. *decis.* 45.

Nono requiritur, vt consanguinei, & affines sint legitimè nati, quia inter legitimatos non potest fieri, vt ex Paul. de Castr. *cons.* 168. *volum.* 2. notat Marant. *in spec. p. 2. act. 2. vers. aliquando petatur compromissum.* n. 15.

Decimo, requiritur, vt causa non sit feudalis, nam super illa non potest peti compromissum, *vt in d. Pragm edita, habetur.*

Vndecimo, vt non petatur super vita, & militia, vt dicitur in Regno, quæ est causa alimentorum, quæ debentur a filio primogenito qui succedit in feudis patris alijs filijs secundogenitis. Afflict. *decis.* 44.

Vltimo, vt non petatur contra Clericum consanguineum, quia non obligatur statutis Principis sæcularis, vt est tale compromissum. Marant. *vbi sup. n.* 26. Potest tamen Clericus actiue petere compromissum, contra suum consanguineum; Ratio est, quia permittitur illi vti statutis laicorum pro se, non contra facientibus. Abbas, Felin. & alij communiter *in c. Ecclesia Sanctę Mariæ de constitutionib.*

22 Sunt tandem notanda duo huiusmodi materia compromissi Primum est, quod personæ, in quibus fit compromissum dicuntur Arbitri, qui tenentur infra duos menses ferre sententiam seu laudum, quibus elapsis expirat compromissū, & ipsi non habent amplius authoritatem, nisi per partes compromittentes fuerit compromissum prorogatum, vel arctatum vt notant DD. Regnicolæ *sup dicta pragmat. edita latinum.*

Secundum est, quod sententia, quæ profertur a prædictis Arbitris in Regno appellatur *laudum.* Et hoc fit ad constituendam differentiam inter pronunciationem Ipsorum Arbitrorum, & Iudicum, istorum enim pronunciatio dicitur decretum, *l. nec quidquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconsul.*

INTERSECATIO II.

De Exceptionibus Dilatorijs quę personam Actoris respiciunt.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio Persone est exceptio dilatoria personam Actoris respiciens.*
2 *Legitimationis Personę exceptio non admittitur, nisi Actor sit prohibitus agere.*
Personę, quę prohibentur agere in iudicio, quę?
3 *Actor, an cogi possit ad constituendum Procuratorem.*
Citationis ad valuas Curia Decretum ad constituendum Procuratorem.
4 *Mandatum procura impugnari potest intra certum tempus.*
5 *Procurator Actoris sine mandato procurę non est admittendus.*
Procuratorem non esse legitimum declaratur per decretum. Si verò sit contra Reum fit aliud decretum.
6 *Legitimationis Persona decretum.*
7 *Legitimationi personę decretum appellationem patitur.*
8 *Agens proprio nomine, sed vti hares, Cessionarius, &c. tenetur legitimare personam.*
9 *Exceptio filiationis, &c. opponi potest ante, & post dationem termini.*
10 *Agens alieno nomine tenetur docere se esse talem, qualem se dicit.*
11 *Acta facta cum Tutore, nisi solemnia tutela fecerit, nulla sunt.*
12 *Legitimationis persona exceptio procedit tam in Procuratore Actoris, quam Rei.*

1 IN præcedenti intersecatione egimus de exceptionibus Personam Iudicis respicientibus, in præsenti agemus de alijs dilatorijs, quę personam Actoris respiciunt; quæ quidem sunt illæ, in quibus agitur de legitimatione Personæ, quæ comparet in iudicio. Pro cuius intelligentia est aduertendum, quod aut quis comparet, & agit in iudicio nomine proprio, nulla qualitate adiecta: Aut comparet, vt agit nomine quidem proprio, sed cum aliqua qualitate, scilicet vt filius vt hæres, vti cessionarius, vel vti donatarius. Aut agit nomine alieno, vti Procurator, Tutor, & Syndicus; Quandocumq; enim quis agit in Iudicio, altero ex dictis modis, potest contra ipsū opponi exceptio legitimationis personæ Vnde si agat, vt procurator alicuius, & Reus negauerit esse talē, tunc tenetur legitimare suam personam, & si debet ostendere mandatum sibi ab Actore factum, quod in Regno dicitur *procuratio*; si agat, vt Tutor, tenetur exhibere solemnia tutelæ, si agat, vt Syndicus, tenetur ostendere, se fuisse constitutum legitimè ab vniuersitate, eo modo, quo solet. *& de istis habetur in lib. 1. et 2. C. qui legitim. person. stand. in iudic. non hab.*

2 *Circa primum* casum, scilicet quando quis agit in Iudicio, nomine proprio, nulla adiecta qualitate, notandum, quod in tali casu si opponatur exceptio legitimationis personæ, non est admittenda talis exceptio, nisi agens sit vna ex personis prohibitis interesse Iudicio, vt si sit minor, excommunicatus, surdus, vel mutus & similes, de quibus Specul. *l. 1. prat. tt. 2. de Actore. §. per tot.* & Vantius *in tract. de nullitatib. tit. de nullit. ex defectu inhabilitatis persona à num. 4. vsque ad* 85. vbi enumerat omnes personas, quæ interuenire non possunt in Iudicio, diuidendo illas in tres classes, scilicet quod quædam prohibentur ex defectu intellectus, vt infantes: Quædam ex defectu consilij, vt minores 25. annis, & quædam ratione potestatis, cui subiectæ sunt, vt filius familias, monachus, excommunicatus, bannitus, contumax, & similes. Vnde si actor qui proprio nomine agit in iudicio, non est de numero personarum proibitarum, exceptio legitimationis personæ illi non nocet. Quod si talis Actor noluerit per se comparere in iudicio, proprio nomine, tenetur constituere procuratorem legitimum cum mandato procurationis. *l. fin. C. de procur. & constit. Regni incip. editorum.*

3 Sed quæritur, an Actor possit compelli ad constituendum procuratorem? Resp. negatiuè, excepto vno casu, scilicet quando latitaret, nec certum haberet domicilium in loco Iudicij, nam tunc potest inuitus compelli ad constituendum Bart. & Angel. *in l. ante kalendas ff. de verbor. obligat.* Vnde practicatur, quod quando Actor non habet certum domicilium, in quo citari possit, citatur vt intra certum tempus constituat procuratorem certum, legitimum, & repertibilem in loco iudicij, aliàs procedatur contra ipsum in contumacia per citationem ad valuas Curiæ. Vel vt fit in Regno, si non constituerit procuratorem, accusantur contumaciæ, quibus accusatis, & Actore non comparente in termino, Reus licentiatur. *per Ritum Magna Cur. Vic.* 220. & Carauit. *in rit.* 218. & tunc solet interponi tale vel, simile decretum, videlicet.

Decretum citandi ad valuas.

Et per Dominum, &c. Visa citatione facta N. vt procuratorem eligeret in hac Ciuitate idoneum, & repertibilem in causa quam habet cum N. visa relatione nuncij, &c. Visa ipsius contumacia, & quod in competenti termino non comparuit, fuit dictum, quod procedatur ad vlteriora in causa, & citationes quæ exequantur contra ipsum ad valuas Curiæ, &c. Instante parte, &c. & ita, &c. omni, &c.

Vel fit alio modo, secundum Ius Regni.

Et per Dominum, &c. Visa citatione, &c. Relatione, &c. Visaque contumacia N. non comparentis in termino sibi assignato, neque constituentis legitimum procuratorem pro se, fuit provisum, & decretum N. Reum conventum fore, & esse absolvendum, & amplius non molestandum pro dicta causa; prout licentiari, & amplius non molestari mandatur, &c. & ita per hoc suum, &c. omni, &c.

4 Casu autem, quod Actor comparuerit per procuratorem, Reus petere debet, ut doceat de legitimo mandato, eiusque copiam sibi fieri cum congruo termino ad illud impugnandum, si sibi videbitur expedire. Copia tamen huiusmodi mandati est illi exhibenda sumptibus ipsius producenti, secundum Gloss. & Bartol. *in l. praetor. §. defende, ff. ex quib. caus. in possess. eat.* Bald. in sua paraphrasi ad Speculat. *in l. 1. tit. de procuratore. vers. procurator debet dare.* Ioan Firmian. *in suo auree Iudice. ver. mandato edito & in ver. Procurator absentis. vers. sexto.*

5 Quòd si procurator mandatum procurationis non exhibuerit, tunc iudex statuere debet terminum ad primam, vel secundam diem iuridicam ad legitimandâ personam, & si in dicto termino non fuerit doctum de legitimo mandato, pronunciet personam non esse legitimam, & proinde non esse audiendam in causa. Si verò doctum fuerit de legitimo mandato, tunc pronunciabit, persona esse legitimas, vna cum mandato, & proinde ad vlteriora in causa procedendum esse. Et tunc tale, vel simile decreti interponatur, si persona comparentis non sit legitima, vel eius procurator, videlicet.

Decretum non esse legitimam personam.

Et per Dominum, &c. & vtatur solita verborum forma per verba *fuit provisum, & decretum, &c.*

Vel fiat alio modo, videlicet.

Qui Dominus, &c. N. Actorem comparentem in tali causa, &c. Vel N. assertum procuratorem talis N. in tali causa dixit non habere legitimam personam comparendi pro dicto N. in iudicio; Vel *non posse stare in iudicio; ideo non fore, nec esse audiendum in dicta causa pronunciavit, nisi docto de legitimo mandato, aut aliàs legitimata persona, &c. aliàs, &c. omni meliori, &c.*

Si vero sit Reus, dicatur.

Qui, &c. mandavit contra N. ad vlteriora, in contumaciam fore, & esse procedendum, attento, quod in termino sibi assignato non legitimaverit ipsius personam in causa, quam habet cum N. occasione, de qua in actis, &c. quoniam, &c. omni, &c.

6 Sed si docto de legitimo mandato voluerit iudex pronunciare, personas esse legitimas cum mandato, tale, vel simile erit decretum, videlicet.

Decretum legitimationis personarum.

Qui, &c. Viso mandato, de quo in actis, &c. Personas litigantium, seu comparentium in causa N. cum N. occasione, &c. legitimavit, & pro legitimis haberi voluit, & ad vlteriora procedi mandavit, &c.

7 Est tamen aduertendum, quod ab isto decreto super legitimatione personarum datur appellatio. Bart. *in l. eius qui, ff. de appellat. recipiend.* Honded. *consil. 27. n. 20. cum seqq. libr. 1.* Ideo ad euitandas cauillationes procuratorum, melius est, vt pronunciet, quod procedatur ad vlteriora, absque vlla mentione legitimationis personarum.

8 *Circa secundum* casum, quando scilicet quis agit in iudicio nomine suo, sed cum adiuncta qualitate, vti filius, vti hæres, vel cessionarius, aut donatarius est notandum, quod in tali casu de iure communi tenetur docere, se esse talem, qualem se esse dicit. *per text. in l. non ignorat. C. qui accusar. non poss. per l. quamvis. ff. de testam.* & Gloss & DD. *in l. 2. C. de edict. Diu. Adrian. toll.* & in Regno adest *Ritus, incip.* exceptione filiationis, & notat Carauit. *in Rit. 191.*

9 Sed quæritur, an exceptio filiationis, vel institutionis hæredis, cessionis, vel donationis sit opponenda ante litis contestationem, & sic in Regno ante dationem termini probatorii, qui vt diximus, stat loco litis contestationis, an verò possit opponi post?

Respondetur huiusmodi exceptionem posse opponi etiam post litis contestationem, iuxta Specu. *in tit. de action. §. 1.* Afflict. & Carauit. *in locis proxime citat.* contrarium tamen practicatur in Regno; & sic opponitur ante dationem termini, probatur in termino: ad hoc vt Reus possit deliberare, si vult cedere, vel contendere iuxta *text. in l. 1. ff. de edend. et Pragmat. 1. incip. dispendia litium sub tit. de ord. iudicior.*

10 *Quoad Ultimum*, quando scilicet quis agit in Iudicio, nomine alieno, vti Procurator, vti Tutor, vti Syndicus Communitatis, est notandum, quod etiam tunc tenetur ostendere se esse talem, qualem se esse dicit. *l. 2. C. qui legitim. person. stand.* de *in iud. non hab.* Vnde Procurator tenetur ostendere mandatum procurationis: Tutor solemnia Tutelæ, & Syndicus exhibere fidem Communitatis, seu Vniuersitatis, & ita in Regno cauetur *in Rit. M. C. V. 294. per dictam l. 1.*

11 Sed quæritur, quid Iuris, si processus fuit compilatus cum Tutore vsque ad conclusionem in causa, deinde detecta fuit nullitas, quod non exibuerat solemnia tutelæ, numquid Acta facta dicentur nulla?

Respondetur cum distinctione. Aut post compilatum processum cum Tutore vsq. ad conclusionem in causa, apparet, ipsum fecisse solemnia tutelę, & tunc acta facta valent. Vrsill. ad Affl. *decis. 177.* Aut post compilatum processum cum Tutore, apparet illum non fecisse solemnia tutelæ, & tunc omnia acta corruunt, & inualida sunt; quia paria sunt, non esse Tutorem, & esse, sed non fecisse solemnia tutelæ. Afflict. *decis. 256.*

12 Quæritur Secundo, an ista exceptio legitimationis Personæ possit, non solùm opponi a Reo contra Actorem; verum etiam ab Actore contra Reum?

Respondetur affirmatiuè, nam actor, & Reus tenentur legitimare personam eorum procuratoris; Et ratio est, quia actor, & Reus ad imparia iudicari non debent. *capit. 1. & 2. de mut. petition. l. fin. C. de fructib. & expens.* & Franc. *decis. 126.*

INTERSECATIO III.

De Exceptionibus Dilatorijs, quæ Personam Rei conventi respiciunt.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones personam Rei conventi respicientes, quæ?*
2 *Carentia, & incompetentia actionis exceptio quæ?*
3 *Cautio de reficiendis expensis in casu succumbentiæ est exceptio dilatoria; & Actor tenetur illam præstare.*
4 *Cautionis prædictæ decretum, & ipsiusmet cautionis forma.*
5 *Expensarum petitio est valde vtilis [illegible].*
6 *Exceptio bellica est dilatoria.*
7 *Terminus ad denunciandum principali est similiter exceptio dilatoria.*
Termini prædicti decretum.
8 *Excussionis principalis exceptio est item dilatoria.*
9 *Veniæ non petitæ exceptio est item dilatoria.*
10 *Excommunicationis exceptio anomala dicitur; opponi potest in quacumque parte iudicij, & probanda est.*
11 *Reconuentio est exceptio dilatoria.*
Reconuentio quid sit.
12 *Reconuentio, & conuentio in quo inter se conueniat.*
Reconuentio non habet locum in Arbitris simpliciter electis.
13 *Reconuentionis processus fit eodem tempore cum processu conuentionis.*
Reconuentio facienda est ante litis contestationem.
14 *Reconuentio & conuentio in quibus differant.*
Clericus, etiam volens, conuenire non potest coram iudice laico.
15 *Reconuentionis causa non compromittitur, nisi coram arbitris*

bitris iuris.

16 *Reconuentionis quatuor species.*

17 *Reconuentio procedit etiam post litem contestatam, si praecessit protestatio.*

18 *Reconuentio non procedit in causa possessorij, nisi super alio possessorio.*

19 *Actor habet terminum ad deliberandum in causa reconuentionis.*

20 *Laudatio in authorem est exceptio dilatoria, & differta nominatio- ne authoris.*

21 *Laudatio in authorem fieri debet ante litis contestationem.*

22 *Denunciatio Autori laudato facienda est iudicialiter, & solemniter.*

23 *Intimationis iudicij solemnis, qua fit Authori laudato, decretum.*

24 *Intimationis prędictæ forma.*

25 *Author laudatus non potest forum declinare.*

26 *Fallit, si sit clericus, nam tunc forum declinat.*

27 *Exceptiones aliæ dilatoriæ, quæ.*

28 *Rati exceptio dilatoria est.*

Reseruationis exceptionis decretum ad instrita causa.

1 QVoniam in principio *huius subsect. 6. n. 3.* pollicitus fui de singulis exceptionibus dilatoriis agere; Ideò visis in superioribus his, quæ Personam Iudicis, & actoris respiciunt, erit videndum in præsenti de his, quæ personam Rei conuenti tangunt, & respiciunt. Quæ quidem multæ sunt.

Quarum *Prima* est illa legitimationis personæ; de qua diximus *in praced. interfecat. per text. in l. 1. C. qui legit. pers. stand. in iudic. non hab.*

2 *Secunda* est exceptio carentiæ, & incompetentiæ actionis, quę procedit quando Reus opponit contra actorem, quod non habeat actionem contra ipsum Reum, vel quod illi non competat actio, siue quia nemo in Iudicio ex periri potest. *l. si pupilli. §. videamus ff. de negot. gest.* Et in Regno dicitur etiam exceptio notorii defectus iuris agendi, & quod sua non interest; & similiter exceptio intentionis, & facti, quia per carentiam, & incompetentiam actionis, excluditur intentio, & factum propositum ab actore in libello, vt obseruat Afflict. *in d. constit. nus. exceptione filatione n. 7.*

3 *Tertia* est, quando Reus petit ab Actore cautionem de expensis reficiendis in casu succumbentiæ, quā actor tenetur præstare, de qua *habetur in Auth. generaliter. C. de episc. & cleric. et in §. excludendas Authent. de litigios.* & Matant. *in spec. p. 6. memb. 8. n. 16.* & Carauit. *in rit. 220.* Quæ cautio semper est danda per actorem, vel eius procuratorem in principio litis. DD. *cit.* Ratio est, quia multoties actor solet temere litigare, ad vexandum Reum. *l. eum, qui temere ff. de iudic. et §. fin. instit. de pœn. temer. litigat.* Grammatic. *decis. 86.* Ad quam præstandam tenetur actor, etiam si probare voluerit, se possidere bona immobilia. ita Afflict. *decis. 109.*

4 Et in tali casu, quando Reus petit huiusmodi cautionem, debet Iudex decernere, quod prę̨stet actor illam, alias absoluetur, & non procedetur ad vlteriora in causa, & sic, tali vel simili modo solet fieri.

Decretum cautionis præstandæ.

Et per Dominum, &c. Visa petitione N. Rei conuenti, in qua instat sibi præstari cautionem ab N. Actore de reficiendis expensis in casu succumbentia, &c. fuit prouisum, & decretum, quod prædictus N. huiusmodi cautionem præstet legitimè in Actis Curiæ, more solito intra terminum dierum trium; Aliàs prouidebitur, prout de iure, &c. & ita, &c. Hoc suum, & omni, &c.

Quæ cautio solet tali modo penes Acta Curiæ recipi per Actuarium; videlicet.

Die.... mens..... ann..... In Ciuitate N. & penes Acta Curia N. personaliter constitutus N. sponte, &c. non vi, dolo, &c. fideiussit pro N. Actore de reficiendis expensis N. conuento in casu succumbentia, in causa, &c. Et sic se obligauit, & ac bona sua omnia, &c. cum constituto, et precario, &c. renuncians beneficio Auth. præsente, C. de fideiuss. Epistola Diui Adriani, ac omni legum auxilio, &c. iurauit, &c. Datum vt sup. &c. Ego N. fideiubeo, et obligo me vt supra, &c.

Ego N. *testis interfui.* *Ego* N. *testis interfui, &c.*

N. *Actuarius, &c.*

5 Qua cautione sic præstita, proceditur ad vlteriora in causa, in qua si actor succubuerit. taxantur expensæ in lite factæ, arbitrio iudicis. Marchesan. *de commission. restitution. in integr. p. 2. §. 2 num. 81.* Vestr *in Prax. rubric. 8. numer. 8. et 10.* Quæ petitio expensarum est valde vtilis reo, ad auferendas difficultates; nam opposita hac exceptione iudex tenetur decernere, quod reficiantur expensæ, alias litem suam facit. Marchesan. *de commission. prorogation. fatalium par. 3. §. 1. num. 318.* Et quia per partes potest tacitè, vel expressè emitti, & remitti talis cautio, ad euitandam quæstionem emissionis, vel remissionis, melius erit illam petere, & instare, ne procedatur ad vlteriora, si non præstetur. Quod si fideiussorem habere non potuerit actor, tunc Iudex recipiat cautionem iuratoriā ipsiusmet actoris de reficiendis expensis, & redigi faciat in actis per Actuarium, more solito. Menoch *de arbitr. cas. 134.*

6 *Quarta* exceptio dilatoria, quæ respicit personam Rei, dicitur exceptio hostica, & ista opponi solet à militibus in ius vocatis. Hæc autem exceptio locum habet in Regno, quando miles submonetur ab officialibus Regis, vt eat ad pugnandum, nam tunc si citatur per 15. dies ante, vel post, & toto tempore, quo militat, super sedetur in causa, & non currit illi tempus citationis, de qua habetur *in constit. Regni incip. Hostica exception.* vbi Andr. de Isernia.

7 *Quinta* exceptio dilatoria ex parte rei est terminus *ad denunciandum*, & est quando citatur absens, nam tunc aliquis consanguineus, vel amicus ipsius post petere terminum competentem, vt possit denunciare Reo citato litem motam contra illum, qui quidem terminus dari debet. *per text. in cap. constitutus de procurator. & in Authent. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi. oportet.* & tunc fieri solet tale, vel simile decretum, videlicet.

Decretum termini ad denunciandum.

Et per Dominum N. fuit prouisum, & decretum ad instantiam N. de N. procuratoris talis N. absentis, quatenus instruntur in causa fore & esse dandum terminum ad denunciandum principali commoranti in Ciuitate N. & interim supersedendum in causa prout datur, supersederi mandatur, et ita etc. hoc suum, etc.

8 *Sexta* exceptio dicitur excussionis, & est, quando petitur, vt prius fiat excussio cum principali debitore, & postea, cum fideiussore. Quę tamen locum non habet quando fideiussor renunciauit dicto beneficio excussionis de quo habetur *in Auth. præsente C. de fideiussor.* Neque procedit, quando principalis, pro quo reus conuentus fideiussit, non esset soluendo, & hoc notoriè constaret. Afflict. *decis. 318.*

9 *Septima* est exceptio veniæ non petitæ, vt si filius in ius vocauerit patrem suum, vel gener socerum, vel libertus patronum, sine venia impetrata à patre, à socero, vel patrono *per tex. in l. quamuis ff. de in ius vocan. et l. venia C. eod. tit.* Quia istæ personæ, propter reuerentiam ipsis debitam prædictis, non possunt in ius vocari, sine eorum venia, sub pœna 50. aureorū. *l. si id, quod ff. de iur. omn. iudic.* quæ pœna hodie est in practica.

10 *Octaua*, est exceptio excommunicationis, per quam Reus apponit contra actorem, non posse agere, quia est excommunicatus, *iuxta text. in c. 1. de exception. in 6.* Et ista potest opponi in quacumque parte iudicii, secundum Flio. *in c. exceptiones de except.* & hac ratione dicitur exceptio anomala. Est autem aduertendum in hac exceptione, quod de iure communi debet reus opponens illam probare intra octo dies. *d. c. 1. de exc. in 6.* Sed de Iure Regni est probanda incontinenti, *vt habetur in Rit. 236. qui incipit. Item in quibuscumque curijs.*

Benè tamē probatur per cedulones, quia ipsi fiunt, vt euitetur ab Alijs fidelibus, alias non esset vitandus, nisi sit denunciatus per cedulones, vel nisi sit publicus Clerici percussor *per extrau. Martini V. quæ incip. Ad euitandum Scandala*, de qua Nos late agemus *infrà p. 3. Prax. 7. §. 5. num. 141.* Ista exceptio tunc procedit, quādo actor excommunicatus est excōmunica-

tione

tione maiori, non minori, nam semper in iure, quando fit simpliciter mentio de excommunicatione, intelligitur de maiori in dubio *c. pen. §. qui de sent. excom.*

11 *Nona* exceptio est *Reconuentionis*, Et est, quando Reus conuentus reconuenit Actorem in eodem Iudicio. Sed quia est materia quotidiana, quæ passim, & in dies occurrit; ideò vtile erit illam percurrere. Quare erunt examinanda plura. Primo, quid sit reconuentio, Secundo, in quo conueniat cum conuentione. Tertio, in quo differat ab eadem, Quarto. Quot sint eius species.

Quoad primum est notandum, quod Reconuentio, est secunda conuentio Actoris, nam primò Actor conuenit Reum, & secundo Reus reconuenit Actorem, vnde meritò dicitur mutua petitio, quia est conuentio Actoris, & reconuentio Rei *c. 1. & 2. de mutuis petition.* vbi Abb. & Alij *in ead. rubric. & in c. dispendia de rescript. in* .. Iurististæ in *Auth. & consequenter, & l. cum Papinianus . C. de senten. & interlocut. omn. iudic.*

12 *Quoad secundum*, in quo conueniat cum conuentione, est notandum, quod in duobus conueniunt. Primò in habendo eumdem iudicem, Secundo in ordinando iudicio, quia fit simultaneus processus. Circa primum noto, quod reconuentio fieri debet, coram eodem iudice, coram quo fuit facta conuentio: *vt in d. Authent. & consequenter, & l. cum Papinianus.* & DD. *in can. Accusatores. § causa in agendo. 3. quæst. 8.* vbi habetur, quod actor non debet dedignari haberi eumdem iudicem pro se, quem elegit contra Reum, siuè sit iudex ordinarius, siuè Delegatus *c. 1. de mut. petit.* Menoch *de arbitr. iud. cas. 44. n. 2.* Fallit tamen in arbitris, quibus fuit factum compromissum, nam coram ipsis non potest fieri reconuentio; quia arbitri eliguntur iudices de communi consensu, cum alias, nullam haberent Iurisdictionem. Menoch. *vbi sup.* Neq; iudicare valent, nisi de his, quæ in compromisso continentur *c. cum dilecti de arbitr. & l. de his & l. arbitris ff. eod. tit.* Speculat. *in lib. 2 partic. 1. de reconuentione. §. 1. n. 1.* vbi ait, secus esse coram arbitris, in quos de omnibus controuersis compromissum est, nam tunc posset fieri reconuentio. Et similiter in arbitris iuris, de quibus in Regno loquitur *Pragmat. odia de arbitr.* DD. cit.

13 Secundo conuenit reconuentio cum conuentione in faciendo simultaneum processum, nam eo modo, quo iudex procedit in causa conuentionis, eodem modo procedere debet in causa reconuentionis; Veluti si datur terminus probatorius, fit publicatio, vel conclusio in causa conuentionis; idem actus fieri debent in causa reconuentionis. Item eodem tempore, quo fertur sententia in causa conuentionis: debet etiam ferri in causa reconuentionis, itaut in vna, eademq; charta scribi debeat sententia conuentionis, & reconuentionis. Prius tamen ferenda est sententia conuentionis; postea verò immediatè sententia reconuentionis, & sic proceditur semper in omnibus actis vt habetur *in d. c. 1. de mut. pet. & in c. 2. de ordin. cognition.* & notatur per Bart. Speculator. & Alios, quos refert Marant. *in specul. 4. p. 6. dist. à n. 7. cum seqq.*

Est tamen aduertendum, quod Reconuentio fieri debet ante litem contestatam Gloss. *in c. 1. de mut. petit. & in Clement. sæpè §. verum & §. in exordio. de verb. signif.* Soccinus *in regul. 3; 2. n. 1.* intellige de iure communi, & in Curiis Ecclesiasticis, sed in Regno ante termini probatorii dationem.

14 *Quoad tertium* est notandum, quod differt reconuentio à conuentione in pluribus. Et Primo, quod licet Clericus non possit conueniri coram iudice laico, etiam volens *c. 1. 11. q. 1. & per tot. c. si quis 23. qu. 8. c. denique 96. dist. cap. significasti, & cap. si diligenti de for. compet. c. si iudex laicus, de sent. excom. in 6. & c. cum non ab homine, c. ut si clerici, c. qualiter de iudic. & Authent. statuimus. C. de Episc. & cler. & in Authent. vt Clerici apud proprios Episcopos conueniantur. 6.* Tamen quando Clericus, vt actor conuenit laicum coram suo iudice sæculari, potest reconueniri coram eodem iudice sæculari. Speculator *de reconuent. §. 2. nunc dicamus n. 7 vbi n. seq.* nota in quibus casibus non potest reconueniri. Carol. de Graff. *de effect. clericat. effect. 1. n. 745. vbi latè in seqq numeris.* Et in Regno adest *Rit. Magnæ Curiæ Vic. 67.* & notat Affli. *decis. 173.* & Franch. *decis. 193.*

15 Secundò differunt in alio, nam causa Conuentionis potest compromitti, vt supra dictum fuit: causa verò reconuentionis, non potest compromitti, nisi quando compromissum factum fuit coram arbitris iuris, *vt diximus etiam sup.* ex Menoch. *de arbitr. iudic. cas. 44. num. 2. & Alijs.* Aliæ differentiæ videri possunt apud Doctores cit.

16 *Quoad quartum* est notandum, quod quatuor species reconuentionis dantur regulariter per Bald. *in d. Auth. & c. consequenter n. 19. C. de sent. & interl. omn. iud.* Prima est illa, quæ fit de causa ciuili ad causam ciuilem, *vt in d. c. 1. de mutuis petit.*, vt si Titius conueniat Caium pro centum illis mutuatis, & Caius reconueniat eumdem Titium pro alijs centum alia occasione debiti. Limitatur tamen conclusio quando natura causæ repugnaret, vt est in deposito nam si depositarius conueniatur, non potest reconueniri, nisi prius restituat rem depositam, *cap. bona fides de deposit. l. fin. C. depositi*, & notat Carauit. *in d. rit. 67.*

Secunda reconuentio est, quæ fit de causa criminali ad causam criminales vt si Titius accusat Caium criminaliter, Caius potest reaccusare Titium etiam criminaliter, *vt habetur in l. pen. & l. negandæ C. qui accusar. poss.* & in Regno *est Ritus M. C. Vic. 193.* qui tamen limitat, dummodo reaccusans prosequatur suam, vel suorum iniuriam.

Tertia dicitur reconuentio de causa ciuili ad causam criminalem, vt si Titius petat à Caio centum, & Caius accusat Titium de aliquo delicto; & ista de iure communi non procedit, nam prius expediri debet causa criminalis, ratione præeminentiæ, *l. fin. C. de ordin. iudic.* & postea causa ciuilis. Sed de iure Regni proceditur eodem tempore super vtraque *per const. Regni exordient. Si ciuiliter agens;* dummodo sit iudex competens ille, coram quo fit accusatio criminalis.

Quarta dicitur reconuentio, quæ fit de causa criminali ad causam ciuilem; vt si Titius accusat Caium de aliquo crimine, & Caius petat à Titio centum. Et hæc neque procedere potest Abb. *in dict. c. 1. num. 22. de mut. petit.* quia Titius coacta voluntate adiuit iudicem accusando; quidquid asserant Carauit. *sup. Rit. 19.*

17 Sed quæritur, an Reus, qui non reconuenit actorem, ante litem contestatam, vel in Regno ante termini probatorij dationem, vel incontinenti post; protestatione prius facta de reconueniendo statim, possit amplius reconuenire?

Respondetur cum distinctione: aut conuenitur coram Delegato: aut coram Ordinario Iudice: In primo casu non admittitur amplius reconuentio, nisi impetretur nouum rescriptum, *vt in cap. dispendia. §. Reus quoq; de rescript. in sexto.* In secundo verò casu poterit fieri reconuentio quandocumque; secundum communem DD sententiam *in d. c. dispendia* Sed tunc non fiet simultaneus processus; sed in qualibet causa procedetur, diuersimodè, non ordine simultaneo.

18 Quæritur secundo, an actor conueniens Reum Possessorio, scilicet interdicto Vnde vi, possit per Reum reconueniri.

Respondetur negatiuè regulariter nisi de alio possessorio, siuè spoliatione, *vt in c. vlt. de ordin. cognit.* Quod quidem intelligitur, inuito ipso actore secus ipso consentiente, *vt in c. 1. de restitut. spoliator.* Alios casus, in quibus non procedit reconuentio, vide apud Doctores *in cap. cum dilectus*, & ibi Gloss. *de arbitr.*

19 Quæritur tertio, an actor habere debeat inducias deliberatorias, seu terminum ad deliberandum super libello reconuentionali; sicut Reus habet super conuentionali.

Respondetur affirmatiuè; vt habetur *in c. 1. de mut. petit.* Si tamen voluerit. Et in hoc solet practicari, quod reus non respondet libello actoris, nisi prius actor respondeat libello reconuentionis. Sed cauti procuratores, ad obuiandum subterfugijs reorum, statim renunciare faciunt ab actore inducijs deliberatoriis, & respondere libello rei, adhoc, vt reus cogatur, etiam respondere libello actoris.

20 *Decima* exceptio dilatoria respiciens reum, dicitur laudatio, & nominatio in authorem; est autem quando quis conuenitur aliqua actione reali in aliqua re, quam emit ab alio quia tunc conuentus debet laudare suum authorem, & illi litem denunciare, vt possit contra illum agere de euictione, *l. emptor. C. de euiction. iuxta cap. si venditori de emption. & vendit. lib. 1. C. vbi in rem actio . & l. venditor ff. de iudic.* vbi habetur posse authorem laudari: & in Regno adest *Pragmatic. incip. dubitationem sub rubric. de termin. citand. actor. in caus. real. 43.* Est tamen aduertendum hic, aliud esse laudare authorem: aliud verò nominare authorem. Laudare enim dicitur, quando quis laudat nomine proprio authorem suum, vt emptor, vel possessor alicuius rei, de quo loquitur *titulum. Cod. de euiction.* Nominare verò authorem

dicitur, quando quis possidet nomine alieno, vt conductor nominans dominum rei conducte, *& de isto habetur in l. 2. C. si conte. lit. vel vtil. pup. Abb. in c. quoniam frequenter. § in alijs. Vt lit. non contest.*

Vnde quando quis nominatur author potest petere terminum ad denunciandum suo principali, & dicat vbi reperiatur, & tūc dari debet terminus dictū 10. & interim super sedetur.

21 Sed quæritur quando fieri debeat laudatio, vel nominatio in authorem?

Respondetur quod regulariter est facienda in principio litis, quia est exceptio dilatoria, quæ opponenda est ante litis contestationem; per *l. ita demum C. de procur. de quo diximus sup. & dicemus inferius*; quod maximè procedit, quando quis habet causam lucratiuam, Bart. *in l. qui concubinam, §. si hæres, ff. de legat. 3.* Si verò habeat causam onerosam, potest fieri in quacumque parte iudicij, dummodo fiat ante publicationem processus. *tex. est in lib. si rem, quam, §. fin. ff. de euictione*, & ibi Gloss. & Bald.

22 Quæritur secundo, quomodo sit facienda denunciatio authori laudato?

Respondetur, quod debet fieri formiter, & solemniter ostēdendo illi copiam libelli actoris & debet illum requirere iudicialiter, vt veniat ad illum defendendum, & litem in se suscipiendum; alias denunciatio simplex non arctaret eum, quia est certioratio citatoria ad faciendum, quæ non sufficit, si simpliciter fiat deducendo ad notitiam, quod sit mota lis super re; sed requiritur, quod fiat solemniter, & iudicialiter, ita Bartol. *in l. non solum. §. morte col. 8. in fin. ver. circa primum. ff. de nou. oper. nunc. & in l. qui absentem. ff. de procur. & in l. denunciasse. ff. de adult.* Neq; practicatur dictum Bald *in l. empti C. de euict.* sed benè quod dixit se retractando *in l. liber a C. de fenero*, vbi tenet cum Bart. *vbi sup.*

24 Hinc inoleuit Praxis, quod conuentus super aliqua re, statim comparet in iudicio & dicit in huiusmodi causa habere authorem talem N. cui petit idem iudicium intimari, cum protestatione de omnibus damnis, expensis, & interesse; & Iudex facere solet tale, vel simile decretum, videl.

Decretum intimationis Iudicij.

Et per Dominum, &c. Visa comparitione N. in qua dicit, in causa, quam habet cum N. occasione, de qua in Actor, &c. habere authorem talem N. & proinde petit intimari iudicium eidem N. fuit prouisum. & decretum, quod iudicium prædictum intimatum contra ipsum N. reum conuentum ab N. intimatur tali N. & expediantur litteræ prouisionales in forma, &c. & ita &c. Dat. &c.

Vel.

Qui Dominus, &c. In causa, &c. mandauit dicto tali N. iudicium intimari in forma, omni &c.

24 Posteà fit *intimatio Iudicij tali*, vel simili modo, videlic.

Ponitur titulus dignitatis, vel officij, vt alibi diximus sup. &c.

Tibi N. de N. de Terra, seu loco N. & omnibus alijs, & singulis de infrascriptis locis, etiam alstua manu describendis, & in executione præsentium nominan. & cognominan. salutem.

Noueritis nuper coram Nobis introductam fuisse litem inter N. Actorem ex vna, et N. Reum conuentum, et se defendentem partibus, ex altera, de, et super quadam possessione N. etc. et pro parte eiusdem N. fuisse productum libellum infrascriptis, videlicet, (& inseratur totus tenor libelli, & aliorum Iurium.) *Et successiue pro parte dicti N. fuisse responsum et dictum ce N. et Alios infrascriptos in causa huiusmodi cuius habere in Authores, et propterea petitum Vobis, et Vestrum cuilibet huiusmodi iudicium intimari. Quo circa Nos N. Vicarius siuè Iudex prædictus attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam, et rationi consonam, iustaque petenti non esse denegandum assensum, prædicta omnia et singula vobis, et vestrum cuilibet tenore præsentium notificamus, et intimamus, ac ad vestrum, et cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, ut deduci mandamus, ne ullo vmquam tempore de præmissis ignorantiam aliquam allegare, seu prætendere valeatis. Et insuper vos, et vestrum quemlibet citamus, requirimus, et monemus per præsentes infra terminum dierum tot . . . currentium post præsentium intimationem, &c. coram Nobis legitimè comparentis, & vestrum quilibet comparere debeat ad suscipiendum in vos huiusmodi iudicium, & litem, & dictum N. authorizandum, liberandum, & disbrigandum ab omni molestia. et lite omnibus vestris sumptibus, et expensis, ac ad assistendum ad omnes actus, et terminos in huiusmodi causa faciendos, vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, et ipsam denique sententiam audiendam tempore debito ferendam, omniaque alia, et singula facienda, ad quæ de iure tenemini, etc. Alias dicto termino elapso procedetur ad vlteriora, prout iuris fuerit, et ordo dictauerit rationis, vestra contumacia vel absentia non obstantibus, &c. In quorum fidem, &c. Datum, &c.*

NN. Vicarius Generalis, siuè Iudex, &c.

N. Actuar. &c.

25 Quæritur tertio, an author laudatus, vel nominatus, eo tempore, quo comparet coram Iudice laudantis, vel nominantis, possit declinare forum?

Respondetur de iure communi regulariter non posse, *per text. l. venditor. ff. de iudicij*. Sed de iure Regni author laudatus potest declinare forum, ratione priuilegij suæ personæ, vt quia est pupillus, &c. Ioan. Vinc. de Ann. *allegat. 72.* Capic. *decis. 197.* Grammat. *decis. 21.* & Bactius *decis. 69*

20 Quæritur quarto, an Clericus, qui in instrumento promisit de euictione, & suscipere in se iudicium, & emptorem indemnem reddere, si fuerit author laudatus in foro sæculari possit declinare forum de iure communi?

Respondetur affirmatiuè. cum Angel. *in l. venditor ff. de iud.* vbi ait limitari prædictam legem, *et l. 1. C. vbi in rem actio*, quoad Clericum, qui potest ex persona sua declinare forum. Licet prima facie videatur dicendum, non posse, propter Gloss. *in c. Clericus nullum 11. q. 1.* quæ inclinare videtur, quod Clericus teneatur defendere rem venditam laico in foro sæculari, & idem tenet Abbas *in c. si vendentes de empt. et vend. in 2. col. circ. med. ibi, sed est dubium notabile*; sed opinio Angeli est verior, & seruatur in praxi; nam ponatur, quod Clericus, qui promisit cum iuramento suscipere iudicium in se hoc facere neglexerit; in tali casu certum est, quod reus conuentus, qui habet causam ab ipso, debet illum reconuenire coram suo iudice competenti ad obseruantiam instrumenti, cum sit Reus in hoc, ergo, &c. Quod est notabile quia sæpè accidit, & de facto habui huiusmodi casum, dum essem Vicarius Apostolicus in Ciuitate Sancti Marci, vbi fuit magna altercatio inter me, & Gubernatorem status Excellentiss. D. Ducis Sermonetæ, qui est Dominus dictæ Ciuitatis in temporalibus.

27 Solent etiam per Reum opponi aliæ exceptiones, scilicet, quod actor præstet cautionem de stando iuri, de iudicio sisti & de iudicatum soluendo, *de quib. in instit. tit. de satisdatio.* & Marant, *in spec. p. 6. memb. 8. n. 2.* quamuis regulariter ad illas teneatur reus, de quo timetur de fuga, se non possideat immobilia in loco iudicij, tamen si reus dubitet, quod actor ad illum defatigandum, & vexandum possit postea omittere iudicium, potest aliquando illam exceptionem proponere si sua intersit causam expedire, *per l. diffamari. C. de ingen. manum.*

28 Item poterit Reus opponere exceptionem contra procuratorem Actoris, qui promisit de rato sui principalis, post translactum tempus præscriptum ad ratificandum, quando de facto non fuit ratificatum, quod non possit illum contra agere quia non adimpleuit, quod promisit, quando dubitabatur de eius mandato, & ipse promisit ratificationem sui principalis, iuxta *in lib. 1. C. de procur. & l. Pompon §. rati, ff. de procurat. & tot. tit. ff. rem ratam haberi*. Ad quod tamen poterit replicari per procuratorem, quod stante legitimo impedimento non potuit adimplére, quia ratificatio debet venire à longinquis partibus. Tunc summariè constito iudici de veritate impedimenti prorogare terminum. Et à simili quando debet probari qualitas aliqua proposita in libello, si non possit de facili probari, quia probatio venire debet à longinquis partibus, & interim alia pars est pauperrima, & petit expediri causam, tunc Iudex facere potest tale, vel simile decretum; videlicet.

Decre-

Decretum procedendi ad vlteriora, & reseruationis ad merita causæ.

Per Dominum, &c. Visa fide N. & N. stante legitimo impedimento N partis, quod non possit suam legitimationem personæ in breui probare, &c. (vel aliquid facere) *propter nimiam distantiam locorum, &c. fuit prouisum, & decretum, quod procedatur ad vlteriora, data cautione de probando infra ad meritum causæ, &c. & ita hoc suum, &c. omni, &c. Datum, &c.*

Quæ quidem praxis desumpta est a Specular. *in l. 1. tit. de Action. §. 1. n. 72.* Probatio autem ad merita causæ reseruata, intelligitur vsque ad sententiam exclusiuè.

INTERSECATIO IV.

De Exceptionibus Dilatorijs quæ causæ, seu actionis qualitatem respiciunt.

SVMMARIVM.

1. *Ineptitudo libelli est exceptio dilatoria.*
2. *Obscuritas libelli est etiam dilatoria exceptio, & sit opponenda ante litis contestationem.*
3. *Temporis obligationis exceptio est item dilatoria.*
4. *Moratoria, seù dilatio siuè salutis conductus debitoris, multiplex est.*
   Confessus & condemnatus ad soluendum quod tempus habeat.
5. *Dilatio quinquennalis datur, quoad personam tantum, & quomodo.*
6. *Dilatio quinquennalis non procedit in creditoribus depositi.*
   Maior pars creditorum, quo dicatur, & quando minori præiudicet.
7. *Dilatio prędicta prodest etiam hæredi debitoris.*
8. *Dilatio prædicta non prodest fideiussori debitoris.*
9. *Debitor, cui à creditoribus offertur dilatio, vtrum bonis cedere possit?*
10. *Absolutionis à iuramento decretum.*
11. *Absolutio à iuramento peti potest, etiam si præcesserit pactum de non petenda absolutione.*
   Cessio bonorum quibus competat.
12. *Capituli Odoardus beneficium competit Clericis debitoribus soluere non valentibus.*
13. *Clerici debitores gaudent dicto beneficio cap. Odoardus, etiam si sint prima tonsura initiati.*
14. *Clerici siue assecres laicorum ad hac gaudent beneficio prædicti cap. Odoardus.*
   Clerici dicuntur milites Christi.
15. *Carceratio affert iniuriam, & infamat.*
16. *Clerici pro causis ciuilibus carcerari non possunt.*
17. *Quod procedit, etiam si obligati essent instrumento guarentigiato.*
18. *Et similiter etiam si adhuc penderet iudicium dicti cap. Odoardus.*
19. *Ampliatur etiam si obligati essent cum iuramento.*
20. *Imò neque excommunicari possunt Clerici debitores.*
21. *Neque si essent debitores ciuiles ad formam Bullæ.*
22. *Clerici renunciare nequeunt beneficio dicti cap. Odoardus.*
   Neque tenentur cedere bonis.
23. *Clerici non gaudent dicto beneficio si reperiuntur in dolo, & quomodo in dolo esse dicantur.*
24. *Clerici debitum negantes neque gaudent dicto beneficio, confessio tamen debiti fieri potest semper.*
25. *Clerici debitores ex delicto, vel quasi, neque gaudent.*
26. *Neque, quando non habeat in bonis omninò, quia tunc luere debeat in corpore.*
27. *Neque si sua culpa Clericus esset effectus pauper.*
28. *Neque gauderet dicto beneficio, si mercaturam exerceret.*
29. *Neque gauderet, si esset suspectus de fuga.*
30. *Neque si effectus fuisset Clericus in fraudem creditorum.*
31. *Neque, ante absolutionem à iuramento.*
32. *Neque, si esset debitor ex causa depositi.*
33. *Neque, si contra Clericum ageretur realiter tantum.*
34. *Neque gauderet Clericus huiusmodi beneficio, si obligatus esset in forma Cameræ Apostolicæ.*
35. *Obligatio in forma Cameræ non impeditur, nisi exceptione solutionis, & falsitatis incontinenti probanda.*
36. *Neque gauderet ratione pensionis non solutæ.*
37. *Neque si fuisset condemnatus per tres conformes sententias, secundum Aliquos.*
38. *Neque, si esset debitor, vt tutor, vel curator.*
39. *Neque si esset Clericus coniugatus.*
40. *Neque, si esset excommunicatus.*
41. *Neque, si fuisset degradatus ob falsitatem.*
42. *Neque, si esset magis pauper eius creditor quam Clericus debitor.*
43. *Neque gauderet, si post vsum dicti c. Odoardus ad pinguiorem fortunam peruenerit.*
44. *Clericus admissus ad cap. Odoardus non molestatur super lucro exercitij proprij.*
45. *Alimenta Clerici pauperis taxantur iuxta eius qualitatem.*
46. *Clerici non cedunt bonis, vt laici, quia sunt melioris conditionis.*
47. *Cedere tamen possunt, si voluerint, sed non expedit.*
48. *Clericus admissus ad cap. Odoardus infra sex menses, expediri debet in causa administrationis.*
49. *Patrimonium Clerici alienari non potest.*
50. *Clericus admitti potest ad c. Odoardus per Episcopum alienum, si in sua iurisdictione debitor existit.*
51. *Cap. Odoardus securitas impeditur per Signaturam Iustitiæ.*
   Supplicationis forma ad dictum c.
52. *Citatio Delegati cum inserta forma delegationis.*
   Iudicium c. Odoardus qualiter formetur.
   Paupertas non est habitus permanens.
53. *Articulorum productionis decretum.*
54. *Terminus ad recipiendum testes qualis esse debet.*
55. *Sequestrum qualiter fiat.*
56. *Sequestri renouatio qualiter.*
57. *Consignationis sequestri Decretum.*
58. *Consignationis mandatum qualiter formetur.*
59. *Consultor qualiter eligatur.*
60. *Consultoris sententia quomodo concipi debeat.*
61. *Alimentorum præstandorum carcerato pauperi Decretum.*
62. *Capituli Odoardus admissionis sententia.*
   Sententia cap. Odoardus qualiter formetur vigore commissionis Apostolicæ.
63. *Cessionis bonorum Decretum, seu sententia.*

1 IN superioribus Intersecationibus visum fuit de exceptionibus dilatorijs respicientibus Personam iudicis actoris, & Rei, restabat videre de alijs respicientibus causæ, seù actionis qualitatem, meritò in præsenti de illis agemus. Sunt autem huiusmodi exceptiones tres regulariter. Prima, quando opponitur de ineptitudine libelli. Secunda, quando opponitur de obscuritate illius, vel incertitudine aut generalitate. Tertia, quando opponitur; quod non dum venit tempus solutionis, quando scilicet creditor petit debitum ante diem obligationis.

Quoad primum de ineptitudine libelli, non est immorandum, cum de ea sermonem habuerimus. *sup. subsect. 1. præsertim. num. 9.* tantummodo repetam, quod olim per *l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de appellat.* libellus ineptus reiectabatur, ideo debebat esse concludenter, & benè formatus, aliàs sententia super eo ferri nō poterat. Hodie idem practicatur in Curijs Ecclesiasticis, in quibus omnes causæ sunt ordinariæ, & vbi ius commune seruatur, quia libellus est fundamentum substantiale iudicij, vnde debet benè formari, aliàs esset nullitas *l. vt fundus ff. commun. diuid. & §. vt verò instit. de action.* Ideo debet habere qualitates, & solemnitates, requisitas, iux. Gloss. *in cap. 2. de libell. oblat. & in l. 1. in princ. ff. de edend.* In Regno verò exceptio prædicta de ineptitudine libelli opponi non potest, quia non offertur libellus, sed talis qualis petitio, qua Reus deliberare possit, num velit cedere, vel contendere, *per l. 1. ff. de edend.* vt cautum est *in Pragmat. de spendenda litium, & in cap. Regni. Detestantes, de quibus dixim. loc. supr. cit.* quia omnes causæ expediuntur summariè, & de plano, sola facti veritate inspecta. Vnde non opponitur de ineptitudine libelli, sed benè de obscuritate illius. Par. de Put. *in tract. de syndicat. versic. sententia numer* 12. & Carauit. *in d. cap. Detestantes num.* 20. Quapropter sufficit in Regno, quod concipientes libellum clarè proponant actionem ex parte actoris super

te petita, ita vt Reus deliberare valeat, si velit cedere, vel contendere.

2 *Quoad secundam* exceptionem obscuritas seù generalitatis incertitudinis libelli, est notandum, quod de iure communi libellus obscurus, incertus, & generalis, parte non opponente procedit, secus autem ea opponente, vt habetur *in cap. fin. de libell. oblat. & l. fin. in princip. C. de ann. except.*

In Regno verò, vbi causæ sunt summariæ, vt pluries diximus, licet procedat, etiam parte opponente, ad tradita per Bart. *in extrauag. ad reprimendum. vers. figura col. 3.* & Alex. *in cons. 128 incip. in hac causa in 2. column. & in l. si vnus stipulatus. § Interponas col. 9. ff. de verb. oblig.* Ancbar. & Imol. *in Clem. sæpè in princip. de verb. signif.* Iason. *in l. edita col. 2. ad fin. C. de edend.* Tamen contrarium in praxi seruatur, & sic opponi potest de obscuritate libelli & actor tenetur declarare in partibus obscuris. Cæpoll. *caut. 104.* quem sequitur Afflict. *in constit. Regn. Dilationes n. 37. & 38.* vbi habetur quod si quis ageret interdicto possessorio retinendæ possessionis, & non declararet modum turbationis, quando asseret fuisse turbatum in sua possessione, tunc posset reus opponere, vt declaret libellum obscurum, quomodo, & qualiter fuerit turbatus in sua possessione. Et tali casu, pendente huiusmodi declaratione facienda, iudicium est differendum. Vnde Iudex, etiam parte non opponente potest ex officio compellere actorem, vt declaret libellum in partibus obscuris. Hæc tamen exceptio obscuritatis, generalitatis, seù incertitudinis libelli, debet opponi ante litis contestationem, & sic in Regno ante dationem termini probatorij. Affl. *&c. in d. constit. Dilationes n. 44.*

3 *Quoad tertiam* exceptionem dilatoriam causæ seù actionis qualitate m respicientem, est notandum quod quando opponitur, creditorem non posse petere debitum ante diem solu. tionis, est inspicienda qualitas debitoris, & circumstantia obligationis, nam si quis est debitor in diem, vel sua conditione, & est suspectus de fuga, tunc non procedet exceptio, quia potest cogi, vt præstet cautionem de soluendo, adueniente die, vel conditione, *l. in omnibus ff. de iudic. & ita decisum in Sac. Consil. Neap.* testatur Afflict. *decis. 175. & 180.* Vnde traditur cautela ad fauorem creditoris, qui habet debitorem non tutum, vel non habeat contra ipsum publicam scripturam, quod concedat illi dilationem ad soluendum, faciendo eum obligari per instrumentum publicum vel penes acta Curiæ; & tunc postea illum compellat ad præstandam cautionem de soluendo, adueniente tempore, dicendo illum esse suspectum de fuga, vel dilapidatorem suorum bonorum, quod nota, quia est singulare, & in dies occurrere potest.

4 At verò hac occasione visum fuit, imò necessarium duxi agere hic de dilatione, seù moratoria, siue saluo condu- ctu, vt alibi dicitur; quæ dari, & concedi soles debitoribus decoctis & inhabilibus ad soluendum: quia quo idie accidit, & de facto, dum hæc scriberem, euenit mihi casus cum duobus fratribus vtrinq; coniunctis, qui mihi debebant centum, & octoginta scuta, alter quorum erat Clericus, laicus verò alter; quos cum ambos in carcerem fecissem de trudi, illico fuit ubi sactam arrectum a nobis, a iis creditoribus, quibus visis, habito consilio inter ipsos quid agere deberent, deliberauerunt petere dilationem pro laico, & pro Clerico beneficium *c. odoardus, de solutionibus, & cumdo cap. peruenit de fideiuss.* & sic talem ignominiosam resolutionem, executi fuerunt, cum non mediocri meo, & aliorum creditorum interesse.

Pro cuius materiæ intelligentia agemus Primò de moratoria, seù dilatione, vel saluo conductu, & Secundo de beneficio, *d. c. Odoardus* Clerici competente.

Quoad primum, notandum est, dari in iure plures moratoriæ, seù Dilationis Species, Quæ dantur debitoribus molestatis à creditoribus pro debito ciuili. Quarum prima est, quæ per legem conceditur miserationis gratia debitoribus condemnatis, & confessis, quibus conceditur dilatio seù terminus ad soluendum, de qua loquitur textus *in l. debitoribus ff. de re iudic.* in illis verbis: *his qui fatebuntur se debere, aut ex re iudicata necesse habebunt reddere, tempus ad soluendum datur, quod sufficere pro facultate cuiusque videbitur.* Ista autem dilatio solet esse quatuor mensium, vt tradit Bartol. *in l. si debitori num. 1. ff. de iud.* quod tempus datur, non solum confessis, sed etiam condemnatis regulariter, *lib. 4. §. si quis condemnatus*, vbi Gloss. *in verb. maiorem ff. de re iudic. l. 2. C. de vsur. rei iud. d. l. debitorib. & l. si debitori* vbi Gloss. & DD. *l. eamus. C. de confess. §. vlt.* *cap. quoad consultationem de re iudic.* vbi Abb. *num. 2. cap. quarenti* & ibi Gloss. *in verb. quadrimestre*, & Felin. *num. 2. & 7. de offic. deleg.* Alex. *consil. 77. num. 2. vers. sed de iure communi l. 2.* Potest tamen istud quadrimestre arctari, vel prorogari a iudice ex iusta, & legitima causa *l. 2. ff. de re iudic. d. cap. quoad consultationem* vbi Gloss. *in verb. arctari de re iudic.* Quod si Iudex arctaret sine iusta causa, non noceret debitori condemnato, quia suppleretur à lege tempus, & sic gauderet quadrimestri. *d. l. 4. §. si quis condemnatus* vb. Gloss. *in verb. minorem*, & Gloss. *in d. c. quoad consultationem verb. arctari.*

At verò istud tempus quadrimestre fuit de consuetudine per idem ius commune confessis limitatum, & reductum ad decem dies, *d. l. si debitori* vb Gloss. *in verb. modicum*, & *in verb. indultum*, quam sequitur Bart. *n. 1. ff. de iudic.* Idem Bart. *in d. l. debitoribus. num. 1.* Castrens. *num. 15.* Alij. *ff. de re iudic.* Abbat. *in d. cap. quoad consultationem, num. 2. de re iudic.* Felin. *in d. cap. quarenti. n. 2. in casu, & cap. 7. de offic. deleg.* Et ita seruatur in hac Alma Vrbe, prout disponitur *in Statutis Vrbis*, *l. 1. c. 83.* & ibi per Fenzon. *notatur n. 14.* & Luc. Pet. *in Prax. l. 4. c. 3. n. 18.*

Est tamen notandum, quod tam condemnatus, qui habet quadrimestre, quam confessus, qui habet decem dies, cauere debent de soluendo in fine termini, alias capi, & carcerari possunt; & tandiù detineri, donec satisfecerint, soluendo vel cautionem præstando in dederint Bald. *in d. l. si debitori numer. 3.* Castrens. *in l. si venerfa. n. 6.* & ibi Ias. *n. 2. C. de precib. Imper. offer.* Æneas Falcon. ad Abbat. *in d. c. quoad consultationem sub n. 22. in verb. debet satisdare.*

Quod si debitor esset valde diues, non est cogendus ad satisdandum, quia creditor iam est securus. Abb. *in d. c. quoad consultationem, nu. 23.* Bald. *in l. fin. n. 1. infin. vers. quid ergo, C. de exec. rei iudic.* Albert. *in d. l. si debitori in prin. vers. firmando exponunt*, & Ias. *in l. debitoribus n. 14. in fin.*

Conclusio autem supra firmata, quod condemnatus ad soluendum habeat quadrimestre, limitatur pluribus modis, &c.

Primò in condemnato ex deposito, nam tal s illicò soluere tenetur, *l. si quis vers. illud, et verb. quam celerrimè. C. de posit.* Felin. *in d. c. quarenti, n 2. de offic. deleg.* Soccin. *regul. 396. fallent. 1.*

Secundo limitatur, quando condemnatus appellauit, sed appellatio non procedit, qu a nullam habet exceptionem; nam tunc tempus currit à die prolationis primæ sententiæ. Bald. *in l. 2. num. 7. C. de vsur. rei iudic.* quem sequitur Alex. *cons. 94. nu. 2. l. 4.*

Tertio limitatur, quando quis fuit condemnatus à Iudice, à quo appellatio non datur, nam tunc etiam Infra decem die exequi potest eius sententia, vt colligitur *ex text. § alind in Auth. Vt sponsal. larg.* Felin. *in d c. quarenti, num. 2. de offic. deleg.* Alex. *in d. l. debitoribus, n. 13* & Ias. *n. 5. ff. de re iudic.* Soccin. *d. reg 396. in quarta fallent.*

Quarto limitatur, quando fuit condemnatus per interlocutoriam, ad lites finiendas; Ias *vbi sup. num. 10.* Bart. *in l. in Diuo Pio §. in venditione n. 30. ff. de re iud.*

Quinto limitatur, quando fuit condemnatus ad præstandū alicui alimenta; vel ad subueniendum minori per viam restitutionis in integrum; nam tunc neque gaudet quadrimestri; vt expressè probatur, *in text. l. qui pro Tribunali 2.* vb Glos. *in verb constituuntur, et in verb. subueniatur, ff. de re iudic.* Glos. *in l. fin verb. statutum. C. de exec rei iudic.*

Sextò limitatur, quando fuit condemnatus ab Arbitratore, quia tunc eius sententia habet vim transactionis inter partes Ini æ Alex. *in d. l. debitoribus n. 12.* & Ias. *n. 8.* Bald. *in d. l. fin. n. 5.* Roman. *in l. 2. n. 3. vers. sprimo fallit ff. de re iud.* Felin. *in d. ca. quarenti, n. 2.*

Septimò limitatur, quando causa appellationis est deserta *l. quemam non nulli.* vbi Bald. *C. de appell.* Roman. *in d. l. 2. n. 2. et n. 62* Felin. *in d. c. quarenti n. 2.* Alex. *cons. 94. n. 2. l. 4.*

Octauo limitatur, quando quis fuit conuentus actione reali. Glos. *in d. l. fin. verb statutum. vers. vel forte Iudex.* Alex. *in d. l. debitoribus n. 10.* & Ias. *d. n. 13. ff. de re iud.* Innoc. *in d. c. quarenti n. 1. in verb. quadrimestre. de offic. deleg.* vbi etiam dicit esse in iudicis arbitrio tempus ad restituendum concedere, si restatim restitui non possit; præstita tamen cautione, vt supra.

Nono limitatur, quando quis fuit condemnatus in causa criminali. *l. eum Reus ff. de pæn.* Speculat. *l. 2. de dilat. § 1. n. 24. vers.*

arrestum mutatoria. Felin. *in d. cap. quaerentis n. 2.* Bald. *in d. l. fin. num.* 10 Caldetin. *cons.* 197. *alias* 1. *de re iud.*

Decimò limitatur, quando fideiussor soluit pro Reo in causa criminali, & Reus fuit condemnatus ad restituendum fideiussori, quod soluit. Bald. *in addit. ad Spec. lib.* 2. *de sent.* §. 3. *ant. fin. vers. Titius fideiussit indistinctum soluit*, Felin. *in d. cap. quaerenti, num.* 2. *vers. sexto, de offic. de leg.*

Secunda dilatio est illa, quae conceditur à supremo Principe ex mera benignitate debitoribus, qui debita ciuilia soluere non possunt, & de ea loquitur textus *in l.* 2. *C. de precib. Imperat. offerend.* Solet autem ista dari, propter aliquam iustam causam, sed cum cautione idoneè praestita à debitore de soluendo creditoribus finito tempore dilationis, & ita practicatur in Regno Neapolitano *per Rit. Magnae Cur. Vicar.* 387. *incip. Item contra*; & ista habet locum etiam in debitis iuratis, secundum Caravit. *in cit. rit. num.* 9. & licet, Afflict. *decis.* 5. asserat, moratoriam Principis non extendi ad debita iurata: tamen in praxi contrarium seruatur; & ista datur, etiam reluctantibus creditoribus, vt vidi seruari Romae in causa propria de qua iam dixi.

5 Alia Moratoria est illa, quae vocari solet dilatio quinquennalis, seu concurrentia creditorum, quae non conceditur, nisi praestita fideiussione de soluendo in fine termini, seu dilationis concessae. *l. quoties* & *l. vniuersa*, vbi Gloss. Bald. & Alij, *C. de precib. Imper. offer.* & haec habet locum, quando maior pars creditorum alicuius debitoris concedunt illi dilationem quinquennalem ad soluendum debita, & tunc creditores minores in quantitate debiti tenentur concurrere cum creditoribus maioribus quantitate debiti, & ista conceditur ex mera iustitia *lib. fi. vnai.* §. *hodie. lib. maiores.* & *l. scriptum ff. de pact. l. fin. C. qui bon. ced. poss.* Sed in Regno, obseruat Afflict. *decis.* 288. & ibi Vrsill. quod datur sine cautione de soluendo finita dilatione; datur, vtrum, quoad personam, ne molestetur, non verò quoad bona, si quae detegantur habere.

Maior autem pars intelligi debet, respectu summae, non respectu numeri. Quod si creditores fuerint, pares ratione summae: intelligendum est de maiori parte illorum in numero *l. maiorem ff. de pact.* vbi Glos & DD. Aretin. *cons.* 157. Et si sint etiam pares, numero, benignior pars capitur *lib. fin. cum* ibi notatis *C. qui bon. ceder. poss.*

Sed quid iuris, quando debitor est defunctus, & haeres non vult adire haereditatem, nisi habita dicta dilatione, vel remissione partis debiti, & maior pars creditorum concedere vult dilationem ad soluendum, vel partem debiti eidem remittere; numquid minor pars creditorum cogi possit ad standum maiori parti?

Respondetur affirmatiuè. Prout à simili si debitor aufugit & in tuto receptus fuerit non vult, nisi ei concedatur dilatio, vel remittatur pars debiti. Et ratio est ad hoc, vt creditores habeant saltem aliquam securitatem, & personam certam, quam conuenire possint postea per illud *l. iurifgentium hodie*, vbi DD. & *l. maiorem* & *lib. rescriptum*, vbi Gloss & DD. *ff. de pactis*.

Sed si creditores habeant personam certam, quam conuenire possint, tunc maior pars remittere non potest in praeiudicium minoris partis creditorum. Bal. Angel. Alex. & Alij *in d. l. iurifgentium*, §. *Hodie ff. de pact.* vbi etiam idem Alex. ait, haec locum similiter habere, si quidam creditores essent hypothecarij, & quidam non; nam si minor pars hypothecam haberet, maior verò non; tunc maior pars praeiudicare posset minori, & concedere debitori remissionem partis debiti, non autem dilationem, idem tradunt Bartol. & Alij *in d. lib. rescriptum. ff. de pact.* & Afflict. *decis.* 288.

6 Limitatur tamen, vt dicta dilatio quinquennalis, seu concurrentia, locum non habeat in creditoribus depositi, illi enim non tenentur concurrere *l. si quis vbi pecuniam. C. de posit.* per quam ita fuisse decisum in Sac. Consil. Neapolit. testatur Franch. *dec.* 151. Et similiter in Neapolitanis *per pragm. incip. Regentes, sub tit. de cess. bonor.* & idem Franc. *decis.* 179. An autem creditor ex causa dotis teneatur concurrere, adhuc lis sub iudice est, vt ait Franc. *decis.* 119. licet Caravit. *in d. rit.* 387. *numer.* 19. teneat partem affirmatiuam, quam credo seruari in practica.

7 Sed quaeritur, an ista dilatio quinquennalis prosit etiam haeredi debitoris, sicut ipsimet debitori?

Respondetur in hoc esse opiniones Franch. *decis.* 179. vbi ait non prodesse haeredi cum beneficio legis, & inuentarij; sed Afflict. videtur contrarium sentire in *dicta decis.* 288. *numer.* 1. vbi dicit, dilationem quinquennalem esse dandam haeredi defuncti, ergo prodest; & ita seruatum fuit aliquando in Sacr. Cons. Neap.

8 Quaeritur secundo, an prosit fideiussori debitoris, qui dilationem habuit?

Respondetur negatiuè cum Caravit. *in rit.* 282. *num.* 16. qui mouetur authoritate Doctorum *in l. quoties C. de precib. Imper. offer.* & Bart. *in l. si filius familias* §. *si stipulatus ff. de verb. oblig.* Mouetur etiam alia ratione quia dilatio quinquennalis est exceptio personalis cohaerens personae debitoris, ideo ipsius personam non transgreditur *l. exceptiones ff. de exception.* & *l. quae personale ff. solut. matrim.* vb. Bart. Vide tamen latè cong. fla à Dian. *in suis moralib. resol. p.* 7. *tract.* 8. *de cession. bonor. resol.* 32. & nunc pigebit.

Traditur tamen quaedam cautela à Practicis nostri temporis, deprompta *ex l. iam mandatori C. de non numerat. pecun.* & est, quod debitor, qui habuit dilationem quinquennalem comparcat in iudicio, & petat fideiussorem non molestari, quia si molestaretur nihil ei suffragaretur dilatio sibi concessa, cum illico fideiussor molestatus à creditoribus vexaret illum; & tunc index solet decernere, quod nequaquam molestatur fideiussor debitoris, cui fuit concessa dilatio quinquennalis.

9 Quaeritur tertio, an debitor, cui à creditoribus fuit oblata dilatio quinquennalis, possit cedere bonis, vel teneatur acceptare dilationem?

Respondetur, in hoc dubio esse duas opiniones Doctorum. Prima est negatiua, quod scilicet debitor excludatur à beneficio cessionis bonorum, quando creditores offerunt dilationem quinquennalem, ita Glos. *in d. l. fin. verb. indulta. C. qui bonis ced. poss.* Angel. *in l. alia*, §. *eleganter ff. solut. matr.* Soccin. *in regul.* 343. *in tertia fallent.* Roman. *cons.* 439. *n.* 6. Matth. Brunus *in tract. de cession. bonor. q.* 2. *principal. n.* 12. & 4.

Secunda verò opinio asserit, quod sit in electione ipsius debitoris, an velit bonis cedere, vel acceptare dilationem quinquennalem, ita ead. Gloss. *in d. l. fin. verb. detur C. qui bon. ced. poss.* quam sequitur Scheneid *in* §. *fin. instit. de action. nu.* 5. quas Glossas concordant Alberic. *in d. l. fin.* & Vincent. de Franch. *decis.* 252. quod si debitor nolit dilationem, sed velim statim cedere, possit: & tunc electio sit debitoris. Sin verò nolit cedere, sed gaudere iudicijs, & tunc electio sit creditoris; & ita etiam voluit Cyn. *in d. l. fin.* testatur Dian *in suis resolut. moral. p.* 7. *tract.* 8. *de cess. bonor. resol* 17. vbi affert etiam Maximil. Fattit. *de Aerario class.* 26. *consil.* 71. & istam sententiam conciliationem sequuntur ferè omnes.

Quod si voluerit vti beneficio cessionis bonorum, debet prius petere ab Episcopo absolutionem à iuramento, vt obseruat Molina. *de iustitia tom.* 2. *tract.* 2. *disput.* 527. *in fin.*

10 Talis autem *absolutio à iuramento* solet concedi hoc, vel simili modo, videl.

Forma absolutionis à iuramento.

Et per admodum Illustrem, & Reuerendiss. Dominum Vicarium Generalem N. sedentem, &c. Visis, &c. Ne iuramentum fiat vinculum iniquitatis, sed potius praesidium veritatis, velentium animarum periculis obuiare, fuit promissum, & decretum supradictum N. de N. fore, & esse absoluendum, & habilitandum, prout absoluit, & habilitauit mandatur ab omnibus, & quibuscumque, iuramentis quomodocumque, & qualitercumque, in missionarij contractibus appositis, & per ipsum praestitis, etiam de non petenda absolutione, ad eaobtenta non posse vti; ad finem agendi, excipiendi, ac iuribus suis experiendi, absque reatu periury, dummodo tamen non sit periurus, & proces veritati ustantur, &c. & ita, &c. Hoc suum, &c. omni, &c.

11 Quod autem possit peti absolutio, etiam si fuisse factum pactum in contractu de non petenda absolutione, tenent communiter DD. in materia cessionis bonorum. Bald. & Arc. tin. *in l.* 1. *C. qui bon. ced. pos.* Bartol. & Imol. *in d. l. alia* §. *eleganter, ff. solut. matrim.* Menoch. *de arbitrar. iud. cas.* 183. *numer.* 18. Thesaur. *decis.* 36. *numer.* 4. Capel. Tholos. *decis.* 57. Ioseph. Ludouic. *dec* 64. *n.* 20. & 21. Guid. Pap. *dec.* 21. Car. de Graff. *tr. de exceptionib. except.* 17. *nu.* 12. Et est notandum, quod pro obtinenda absolutione à iuramento praedicto, non requiritur citatio partis. Neuizan. *cons.* 22. *num.* 54. Anton. Gaghard. in

tract. de absolutione à iuramento, §. 1. *in fin.* ex Matot. *de commiss. relax. iuram. c. 4. n. 19.*

Notandum est secundo, quod debitor qui non est soluendo, si dilationem prædictam habere non potuerit, habebit aliud beneficium cessionis bonorum, quando de paupertate alio modo constare non potest; quam per cessionem Abbat. *in ca. Odoardus de solut.* Staphil. *de litter. grat. c. 8. in, n. fol. mihi* 257. Rot. *decis. 31. de cessione, in antiq.* vbi latè agitur de materia cessionis bonorum, vltra ea, quæ DD. per illum text. congerunt *in l. fin. C. qui bonis cedr. poss.*

Sed quæritur, an debitor, qui renunciauit cum iuramento beneficio prædicto cessionis bonorum, possit ad illud admitti?

Respondetur affirmatiuè, non obstante iuramento, prout DD. communiter asserunt. Felin. *in c. si diligenti. de for. compet. & in c. ex rescripto de iureiur.* Guid. Pap. *decis.* 21. & faciunt tradita supra de pacto non petendi absolutionem à iuramento. Debet tamen prius obtineri absolutio, vt diximus.

Quod præsertim procedit, vbi paupertas debitoris sit notoria, & euidens. Felin. *vbi sup.* Boss. *in sua Prax. tit. de carcer. si d. inf. commiss. n. 25.*

Limitatur tamen conclusio in debitoribus Fisci, qui ad cessionem bonorum non admittuntur. Guid. Pap. *d. dec.* 211.

Limitatur secundo, in fideiussoribus debitoris ad cessionem admissi, quibus non prodest admissio debitoris. Guid. Pap. *ibid.* Iul. III. *in Constitut.* 13. *tom. 1. Bullar. nou. fol.* 576.

Limitatur tertio, in obligationis in forma Cameræ Apostolicæ ad conducendum ad Vrbem victualia, & hoc fauore publico, non mercatores retrahantur a negotio, metu amissionis pecuniæ si debitores admitterentur ad cessionem. Innoc. VIII. *Constit. 15. tom. 1. Bullar. nou. fol* 641. Idem dicitur de obligatis ex causa Panis, Iul. III. *Constit. 18. eod. tom. 1. fol.* 581. Et ratio est, quia Reipublicæ interest Ciuitatem abundantem, & pinguem existere, iuxta dispositionem *libr. 1. §. cura ff. de offic. Praefect. Vrb. l. fin. quor. appellat. non recip. & in c. 1. cum ibi notatis, de empt. et vendit.*

Limitatur quarto, in lusoribus, meretricibus, Ganeonibus publicis & notariis, qui dicto beneficio cessionis, vel dilationis gaudere non debent, DD. *in.*

Notandum tertio, quod debitor admissus ad bonorum cessionem non liberatur omninò à solutione debiti, sed obligatus remanet creditoribus soluere debita quandocumque deuenerit ad pinguiorem fortunam, nisi cesserit bonis cum ignominia, secundum iura municipalia Regnorum, & statuta locorum, quia tunc liberatur in totum. Guid. Pap. *dec. 343. per tot.* vbi fusè.

12 *Quoad secundum* est notandum, quod datur alia species moratoriæ, seù dilationis, & est illa quæ conceditur clericis debitoribus, qui non habent, vnde suis creditoribus satisfacere possint: Isti enim cogi nequeunt nisi quantum facere possunt deductis sibi necessariis alimentis, & ideo non debent excommunicari, suspendi à diuinis, nec in carceres detrudi. *ca. Odoardus de solutionibus, c. peruenit de fideiussorib. c. olim 2. de restit. spoliat.* Gloss. *in c. studeat ver. vt tale 50. dist. et in l. miles ff de re iudic.* Bene verum est, quod cogi possunt ad præstandam cautionem, saltem iuratoriam, de soluendo, quando deuenerint pinguiorem fortunam. DD. *in dict. c. Odoardus*, & ibi Abb. *n.* 1. 3. et 8. & Imol. *n.* 5. Beat. *in tract. de inope debitor. c. 17. n. 9. in 3. tom. tract. diuers. par.* 2. & Alij, apud Carol. de Graff. *de eff. cleric. effect. 7. n. 65.*

13 Quod locum habet non solum in clericis constitutis in ordinibus maioribus: verum etiam in minoribus, etiam prima tonsura initiatis. Neuizan. *cons. 59. num.* 3. Carol. de Graff. *de effect. clericat. effect. 7. n.* 4. Malul. ad Cap c. *decis.* 161. *nu.* 9. Bellet. *Disquisitionum Clericalium p. 1. tit. de Clerico debitore*, § 1. *n.* 5. dummodo habeat requisita Sacri Conc. Trident. *sess. 23. de reformat. c. 6.*

14 Ampliatur secundo, vt procedat etiam in Clericis fideiussoribus laicorum, nam adhuc grauari nequeunt, nisi quatenus facere possint Felin. *consil. 9 per tot* Butr. *item ne miles*, & Menald *consil. 124. per tot. vol. 2.*

Ratio autem est, quia cum Clerici sint milites Christi, vnde dicuntur milites cœlestis militiæ, *cap. Christianæ*, vbi Gloss. *in verb. militiæ 11 q. . c. militare* vbi Gloss. *pen. 23. q. 1. c. 1. de cleric. agrot.* debent propterea, in ò multò magis gaudere priuilegijs militum sæculi, qui non compelluntur, vltra quam facere possunt deducto ne egeant. *l. miles in princ.* vbi Gloss. *in verb.* *facere*; & *l. item miles ff. de re iudicat.* Abb. *in d. c. Odoardus nu.* 8. *de sol.* & *c. veniens n. 4. de transact.* & *in c. cum esset. n. 28. de testam.* Felin. *in c. cum ex officij, numer. 2. de praescript.* Carol. de Grass. *vbi sup. n.* 3.

15 Alias iniuria carceris, quæ fieret Clericis redundaret in opprobrium totius status Clericalis, eiusque dignitatis, quia carceratio affert damnum irreparabile Bald. *in l. per diuersa in 10. qu. C. mandati*, & *in l. si clericus colum. 2. C. de episc. & cler.* Farinac. *in tract. crim. q. 27. n.* 135. Imò affert iniuriam. Bald. *in l. si venditor, §. qui praes. ff. qui satisdar. cogant.* Mansill. *singul.* 93. & *in l. 1. in princip. n. 2. ff. de qu.* E. famam maculat, & onerat. Decius *consil. 73 col. 1.* Corneus *consil. 295. col. 2. lib. 3.* Crauett. *consil. 336. n.* 31. Riminal. iun. *consil. 554. n. 65. l.* 5.

16 Ideo carcerari non possunt pro causis ciuilibus, *vt habetur in d. c. peruenit. de fideiuss. & d. cu. Odoardus, de solution. & ibi* communiter DD. omnes Couarruu. *libr. 2. variar. resol. c 1. numer.* 9. Menoch. *de arbitr. iudic. qu.* 68. *n.* 8. Marchesan. *de commission. par. 2. c. 7. n 1. & seq.* Ceuall. *commun. contr. commun. q. 721. n.* 9. Carol. de Grass. *de eff. 7. num.* 1. vbi per integram columnam Alios DD. congerit, supra 50. quidem tenent.

17 Vnde infertur, quod Clerici non possint carcerari pro causa ciuili, etiam si essent obligati vigore instrumenti guarentigiati Fab. de Anna *cons. 24. numer. 13. lib.* 2. Cæterum quidquid sit de iure, hodiè tamen hoc non seruatur de consuetudine.

18 Infertur secundo, vt neq; carcerari possint pendente iudicio, an mitti debeant ad beneficium *d. ca. Odoardus*. Fab. de Ann. *ib. n.* 12. Brun. *de cess. bon. in 3. qu. principal. n. 1. & sequ.* Cat. de Grass. *loc. cit. n.* 16.

19 Infertur tertio, quod neque pro debito iurato priuantur beneficio *dicti c. Odoardus*, Couarr. *l. 2. variar. resol. c. 1. n. 9.* Ceual. *vbi sup. n.* 11. Guttierez. *in tract. de contractib. iurat. p. 1. c. 17. n.* 36. licet contrarium in hoc sentiat Follér. *in tr. de censib. vers. huiusmodi in censualia, nu.* 19. & Alij quos refert Grass. *vbi sup. n.* 10. *qui n. 11. & seq.* concordat opiniones contrarias.

20 Infertur quarto, vt non solum non possint carcerari, verum neque excommunicari etiam si sint obligati in forma Cameræ Apostolicæ, Conc. Trid *sess. 25 de reformat. c.* 3. Brun. à Sole, *in compend. resolut. propos. inr. in verb. Clericus licet debitor.* Grass. *ib. numer.* 12. licet contrarium teneat Franc. Leo. *in Thes. for. Eccles. p. 1. c. 12. n.* 14. & dicemus *infr. n.* 34.

21 Infertur quarto, vt neq; pro debito census iuxta formam Bullæ possint carcerari. Grass. *vbi sup. n.* 13.

22 Sed quæritur, an Clerici possint cum iuramento renunciare beneficio *dicto c. Odoardus*?

Respondetur negatiuè, quia est inductum in fauorem totius ordinis Clericalis, ne cogantur cum dedecore mendicare. Hostiens. & Ioan. Andr. *in d. c. Odoardus*, Beat. *de inope debitore. c. 17. n.* 9. Suarez *in Praxi. 3. par. tom. c. vnic.* Quidquid dicat Guttier. *de iuram. confirm. p. 1. cap.* 17. Sed vide Grass. *loc. prox. cit.* vbi latè & concorda opiniones contrarias. Vnde infertur, quod neq; teneantur cedere bonis pro debito Abbat. Imol. & Anchar. *in d. c. Odoard.* Couarr. *d. l. 2. variar. c. 1. nu.* 9. Beat. *ib.* Car. de Grass. *loc. cit. n.* 70.

23 Dantur tamen multi casus, in quibus Clerici non gaudent beneficio *in d. cap. Odoardus* Quorum Primus est, quando aliquo modo reperiuntur in dolo, vt si tempore contractus quis non erat soluendo, & asseruit creditori, se esse diuitem, quia suus dolus nemini patrocinari debet. *l. verum. §. hoc quoq; ff. pro soc* Glos *in l. Titio in princ. ff. ad municipal.* ita Marchesan. *de commission. p. 2. c. 8 num. 57. in fin.* Genuens *in Prax. Archiepis. Neap. c. 1. n.* 6 Carol. de Grass. *d. effect. 7. num.* 32. vbi per plures numeros multas illationes facit. Rot. Rom. *par. 3. diuers. l 3. decis.* 841. Capuaquen. *decis.* 276 *par.* 1. Item dicitur esse in dolo, qui tempore contractus non dixit se esse Clericum. Item si bona abscondit, & non indicat creditoribus. Item qui alienauit bona in fraudem creditorum. de Grass. *vbi supra.*

24 Secundus est, quando Clericus debitum negaret, quia adhoc, vt beneficio *dicti c. Odoardus & cap. peruenit*, gaudere possit, necesse est confiteri debitum, vt tenet Gloss. *in d. c. Odoardus verb. recognoscentem*. Bald. *in l. 1. col. fin. C. qui bon. ced. poss.* Card. de Grass. *vbi sup. n.* 43. Confessio autem, & recognitio debiti potest fieri etiam post sententiam Brun. *de cession. bonor. q* 2. Afflict. *decis.* 379.

25 Ter-

25 Tertius est, quando Clericus conueniretur ex debito proueniente ex delicto, vel quasi, quia tunc conueniretur in solidum, nulla habita ratione ad dictum priuilegium deducto ne egeat, & sic carcerari posse *l. olim el 2. de restit. spol.* Gloss. *final. in d. cap. Odoardus;* Marsil. *in pract. crim. §. attingam. num. 70.* Farinac. *in tract. crimin. q. 27. num. 72.*

26 Sed quæritur hic, an Clericus, qui in tali casu non habet in bonis, debeat pœnam sustinere in corpore, quando soluere non posset alio modo.

Respondetur affirmatiuè, *ex cap. finem litibus de dol. & contum. ac. & l. fin. ff. de in ius vocand.* Abb. *in d. cap. finem litib. num. 5. per illum text.* Menoch. *de arbitrar. iud. cas. 44. num 6.* Put. *decis. 6. lib. 1.* Boer. *decis. 349. num. 11.* Grass. *vbi sup. num. 41.* quidquid dicat Diaz *in pract. cap. 134.*

27 Quartus casus est, quando Clericus esset effectus non soluendo, & inops consumendo pecuniam, & bona in ludis prohibitis, & cum meretricibus luxuriosè viuendo Bal. *in l. 1. col. fi. C. qui bon. ced. poss.* Ferr. *cons. 144. n. 3. lib. 1.*

28 Quintus est, quando Clericus exerceret mercaturam, & negotijs illicitis se immisceret. Brun. *in d. tract. de cession. bonor. q. 1. in prin. num. 15.* quia talis amittit etiam priuilegium clericatus. *cap. fin. de vit. & honest. cleric.* Quidquid dicat Fuller. *sup. consil. Regni in tit. de episc. & cleric. in cap. si quis clericus num. 30.* Quod tamen intelligit Carol. de Grass. *vbi sup. num. 64.* in debitis tantum contractis occasione mercaturæ.

29 Sextus est, quando Clericus esset suspectus de fuga, quia tunc non obstante priuilegio *d. cap. Odoardus & dict. cap. peruenit,* potest carcerari, etiam à proprio creditore, dummodo statim tradatur suo competenti iudici. Abbat. *in cap. cum non ab homine n. 17. de iudic.* Couaruu. *lib. 2. variar. cap. 1. nu. 9.* Farinac. *d. q. 27. num. 71. & 76.* Io. Bapt. de S. Seuerino *in tract. de debitor. fugitiu. & susp. qu. 6. in quinta quæstione principali,* Car. de Grass. *loc. cit. n. 35.*

30 Septimus est, quando esset effectus Clericus, post debita contracta, in fraudem creditorum Beat. *de inope debitore c. 17. num. 22.* vbi ait, tunc dici in fraudem effectum fuisse Clericum, si fuerit citatus, quia tunc amitteret beneficium *dicti cap. Odoardus,* & eò fortius, si suscepisset Clericatum, post condemnationem, vt solueret debita. Couar. *pract. quæstionum cap. 22. num. 4. in 2. conclus.* Put. *decis. 264. p. 1.* Car. de Grass. *d. eff. 7. num. 60.*

31 Octauus est, quando Clericus esset periurus, propter debitum iuratum, & ante absolutionem à iuramento gaudere vellet beneficio *dicti cap. Odoardus,* quia tunc non admittitur Couar. *lib. 2. variar. d. sup. 1. nu. 9. vers. quoties verò* Affl. ct. *in constit. Regni si quis clericus in 6. notab. sub rubr. de cleric. conueniend.*

32 Nonus est, quando Clericus esset debitor, ratione positi penes se facti, quia tunc non gauderet beneficio *dicti cap. Odoardus.* Segur. *in directorio iudicis Eccles. p. 2. cap. 13. n. 12.* Foller. *vbi sup. n. 13. vers. limita prædicta,* de Grass. *ib. d. n. 38.*

33 Decimus est, quando agerent contra illum actione reali, quia tunc, cum non tangatur persona Clerici, non potest prætendere beneficium *dicti cap. Odoardus. DD. in d. c.* Aretin. *in §. item si de dote col. 1. vers. in eaglos. in fin. instit. de action.* Foller. *loc. cit. d. constit. si quis clericus n. 30.*

34 Vndecimus casus est, quando Clericus obligatus esset in Romana Curia in forma Cameræ Apostolicæ, secundum Gomesium *in compendio vtriusque signaturæ, col. fin.* Farinac. *de carcerib. & carcerar. tom. 1. par. 1. qu. 27. num. 70.* & Alii allati *sup. num. 20.* Ratio est, quia per talem obligationem renunciatur beneficio *dicti cap. Odoardus,* & omnibus aliis legum auxiliis, Idem tenet Franc. Leo. *in Thes. for. Eccles. p. 1. c. 11. num. 14.* vbi ait, non dari aliquod beneficium, vel exceptionem, contra obligationem cameralem, nisi duas, quæ incontinenti probari debent.

35 Nimirum exceptio falsitatis, & solutionis. Galles. *ad tract. de obligat. in form. cam. clausul. 4. quæst. 1. num. 2.* Contrarium tamen tenet Couar. *dict. lib. 2. variar. cap. 1. & idem* Galles. *loc. cit. 6. par. quæst. 7* Et secundum istos seruari vidi pluries in hac alma vrbe, cum multis obligatis in forma Cameræ Apostolicæ, qui hoc non obstante admissi fuerunt ad beneficium *dicti cap. Odoardus,* præsertim hoc eodem anno casus occurit in meo debitore, *de quo dixi sup. num. 4.* Benè verum est, quod in tali casu non admittitur ad dictum beneficium, nisi ex gratia speciali Summi Pontificis, quæ obtinetur per signaturam Gratiæ, cum clausula, *constito summariè de paupertate oratoris &c. de quo infrà suo loco.*

36 Duodecimus est, quando Clericus est debitor, ratione pensionis non solutæ, quia tunc non potest iuuari exceptione *d. c. Odoardus,* cum beneficium possideat, & eius redditus percipiat. Gomes. *ad Regul. Cancell. in comp. vtr. signat. tit. de annal. poss. quæst. 53 in fin.* Marchesan. *de commission. par. 1 cap. 14. num. 15.* Farinac. *in tr. crim. d. q. 27. num. 70.* Couar. *d. cap. 1. num. 9. vers. quoties verò,* Follerius *in tract. de censib. ver. huiusmodi consulta num. 20.* Brun. *vbi supr. 3. q. princ. num. 14.* Qui casus est intelligendus, quando debitor beneficiatus se obligauit ex se ad pensionem; secus autem quando pensio fuit imposita a Papa motu proprio sine consensu Rectoris beneficij, nam tunc admitteretur *ad cap. Odoardus,* Gigas. *in tract. de pensionib. q. 10. n. 3. & cons. 111. n. 11. & 12.* Roman. *cons. 169.*

37 Decimus tertius est, quando Clericus debitor fuit condemnatus per tres sententias conformes, secundum Bald. *in lib. 1. C. qui bon. ced. poss* Foller. *loc. cit.* Put. *decis. 56. num. 9. in fin.* Couarr. *d. cap. 1. num. 9. vers. quoties verò.* Sed contrarium est verius & ita fuisse decisum in Rot. Roman. testatur Marchesan. *de commiss. p. 2. cap. 8 num. 56.* Anast. Germon. *in tract. de sacr. immun. lib 3. cap. 15. num 95.* Couar. *ibid.* vbi veriorem dicit hanc, & non primam sententiam, *& in lib. practicar. qq. cap. 25. num. 1. & vlt.* Molin. *de contract. disp. 571. num. 15.* Car. de Grass. *d. eff. 7. num. 45. & seq.* vbi assert. DD. qui vtramque sententiam conciliant.

38 Decimus quartus casus est, quando Clericus administrauit bona aliena, vt Tutor, curator, vel procurator, & ex tali administratione remaneret debitor, nam tunc non iuuaretur exceptione *dict. cap. Odoardus,* Ancharan. *in cap. 1. nu. 6. de poss.* Ferrett. *latè in cons. 144. num. 1. & 2. lib. 1.* quidquid dicat. Cauall. *de Tutor. & Curator. num. 322.*

39 Decimus quintus est, quando debitor esset Clericus coniugatus, quia non gauderet priuilegio *dicti cap. Odoardus,* neque aliis priuilegiis Clericalib. nisi fori, & Canonis si quis suadente diabolo 17. q. 4. vt probatur *in cap. Ioannes de cleric. coniug. & cap. vnic. eodem tit. in 6.* Natta. *consil. 319. nu. 6. & 350. num. 1. lib. 2.* Molin. *de contr. disp. 571 num. 13.* Masull. ad Capyc. *decis. 161. num. 9.* quidquid in contrarium afferat Felin. *in cap. Ecclesia. S. Mariæ num. 103. vers. sunt autem multa de constitut.*

40 Decimus sextus est, quando Clericus est excommunicatus, nam tunc carcerari potest pro causa ciuili, Marchesan. *de commiss. lib. 2. c. 8. n. 45. & 49.*

41 Decimus septimus est, quando degradatus fuit, ob falsificationem litterarum Romani Pontificis, quia amittit omnia priuilegia Clericalia. *cap. ad falsariorum de crimin. fals.* Beat. *in tract. de inope debitor. c. 17 n. 16.*

42 Decimus octauus est, quando Clericus esset debitor alicuius, qui esset pauperior ipso, quia tunc etiam in pari paupertate præferri debet creditor. Barbat *in d. cap. Odoard. num. 2. de solut.* Neuizan. *cons. 59.* Brun. *in tract. de cess. bon. q. 13. quarta quæstionis principalis,* vbi limitat quando esset creditor ex causa lucratiua, non onerosa.

43 Vltimus est, quando peruenit ad pinguiorem fortunã, post vsum *cap. Odoardus,* nam tunc tenetur in solidum. Marches. *loc. cit. num 55.* Rot. Rom. *decis. 31. num. 5. in fin. de restit. spoliat. in antiq.* Et Ratio est, quia cum beneficium *dicti cap. Odoardus,* sit quasi cessio bonorum, sed non fiat cum vituperio, & dedecore, conueniens est vt postea teneatur, & non tollatur obligatio, sicut fit quando ceditur bonis per laicos cum ignominia, prout latè Grass. *in tr. de except. ex c. 17. num. 6. & seq.*

44 Pro pleniori dictæ exceptionis *cap. Odoardus* materia, est notandum, quod Clericus admissus ad beneficium dicti capituli non potest molestari à creditoribus super eo, quod lucratur ex exercitio clericali, cum de seruire ipsi debeat pro alimentis. Abb. *in d. cap. peruenit. num. 11. de fideiu. & cons. 122. num. 8. lib. 1.* Monald. *cons. 124. n. 6. lib. 1.* Benincas. *in tract. de pauper. q. 8. special. 4. nu. 14.*

45 Et quando relinquuntur alimenta in bonis, sunt taxanda arbitrio Iudicis, habito respectu ad personam, & eius qualitatem. Surd. *cons. 389. & de aliment. tit. vlt. q. 39. num. 3.* Marchesan. *d. cap. 8. num. 74.* Menoch. *de arbitrar. iud. cas. 183. & 169.* Rolan. *cons. 74. num. 18. lib. 2.*

46 Notandum est, secundo, apud Clerici non compellun-

tur

tur cedere bonis, ficut laici, aliàs non daretur differentia inter ipsos, sed essent eiusdem conditionis, cum tamen ipsi sint melioris conditionis, quam laici. Germon. *in tr. de Sacr. immun. lib. 3. cap. 3. num.* 87. Thom. Triuisan. *decis. 8. nu 6. lib. 1.* Dom. Imrigiol. *singul. 78. n. 2. & de casib. cons. cas. 35. n.* 102.

Sufficit enim, quod Clericus exceptionem opponat creditoribus qui illum conueniunt, non posse carcerari, nec conueniri pro debitis, nisi deducto ne egeat, *iuxta d. cap. Odoardus, & c. peruenit.* Farinac. *in d. tr. crim. q. prac. 27. num* 16. Seguro. *in Directorio iudic. Eccles. par. 2. cap. 13. num. 17.* Beatus. *de inop. debit. cap. 17. num. 9.* Guttierez. *in tr. de contract. iurat. par. 1. cap. 17. num. 4. in 6. tom. tract. diu. p. 2.* Scaccia. de iudic. *par. 1. cap. 46. num. 19.*

47 Sed quæritur, an Clericus, licet compelli non possit ad cedendum bonis, si tamen illis cedere voluerit, sit illi licitum hoc facere?

Respondetur affirmatiuè, secundum Roman. *in singular.* 565. Neuizan. *cons. 59. num* 1. Menoch. *de arbitrar. cas. 133. n. 16. in fin.* Carpan. *sup. stat. Mediolan. cap. 408. num. 13.* & Foller. *in tract. de censib. q. ver. huiusmodi censualia num. 19.* vbi ait, numquam debere cedere bonis, quia non relinquerunt illi, nisi vestes, & spoliaretur omnibus bonis, ideo abstinere debet à tali cessione bonorum, sed quando conuenitur, opponat exceptionem, quod sit priuilegiatus, & velit gaudere priuilegio *d. cap. Odoardus, & cap peruenit*, & tunc non potest conueniri, nisi in quantum facere potest, relictis alimentis, iuxta propriam conditionem secundum doctrinam Bald. *in cons. 192. col. 8.* & Rebuff. *in lib. verbo missas ff. de verb. signif. col. 4*

48 At verò, qui petierit hoc beneficium *d. cap. Odoardus, & cap. peruenit*, debet expediri intra sex menses, vel ex causa, iudicis arbitrio, datur alius mensis, & interim inhiberi debet creditoribus, ne illum molestent, quo termino elapso exequitur contra illum, ne perpetuo frustentur Creditores, vt habetur *in const. seu Bulla 32. Clement. VIII.*

49 Est tamen aduertendum, quod nunquam fieri debet exequutio contra Clericum in bonis, ad quorum titulum fuit ordinatus, alias alienatio patrimonij quomodocunque fiat, erit nulla, & Episcopus teneretur illum alimentare de proprio. *cap. Episcopus, & cap. tuis* vbi Gloss. *ver. de patrimonialibus de prabend. & dign.* & Conc. Trid. *sess. 21. de reform. c.* 2.

50 Vnde patet, quod Episcopus, in cuius territorio Clericus contraxit debita potest concedere hoc beneficium, *cap. Odoardus* Imol *in cap. Clericus num. 3. de fid. instrum.*

51 Ad euitandas tamen difficultates, & dilationes, quæ exoriri possunt in discussione quæ fieri solet, an gaudere possit, nec ne, quando super hoc datur terminus ad probandam paupertatem, melius erit expedire, & obtinere rescriptum à Summo Pontifice per viam Signaturæ Iustitiæ, vt concedat Breue, & tunc supplicatio concipi solet tali, vel simili modo, videl.

Forma supplicationis pro Capit. Odoardus.

BEATISSIME PATER.

N. de N. multis grauatus debitis, iam ante clericatum contractis, cum esset professionis, &c. (& dicat exercitium,) *vel veniens de proprijs redditibus patrimonialibus, &c. Nec non multis alijs post clericatum factis. Nunc verò cum reperiatur in tali ordine, &c. volens in eo statu Deo deseruire: id efficere non potest, eo quod à suis creditoribus molestatur. Proinde supplicat humiliter Sanctitati Vestra, vt benignè digneruir illum admittere ad beneficium cap. Odoardus de solut. quo gaudere cupit, sed cum iam hoc obtinere non possit, absque Sancta Sedis Apostolica dispensatione, propterea deprecatur Sanctitatem Vestram, vt dignetur causam committere Reuerendiss. Dom. Episcopo N. à quo fuit ordinatus, & in cuius Diœcesi eius debita contracta fuerunt. Atque ita humiliter supplicat, & precatur, offerens se perpetuum, licet indignum oratorem, &c. Quare, &c.*

Aliquando supplicatio porrigitur alio modo, iuxta qualitatem, & diuersitatem facti verb. grat.

Beatissime Pater, Cum deuotus seruus Vester orator N. de N. Clericus Diœcesis N. &c. siue, &c. ob temporum infortunia, atque alios sinistros euentus reperiatur are alieno grauatus diuersis personis, vigore obligationis in forma Camera Apostolica per plura instrumenta omni solemnitate vallata, & per Apochas priuatas tribus testibus roboratas cum eadem obligatione in forma Camera, in aliquibus verò fideiussor; Quarum vigore creditores respectiuè mandata exequutiua contra ipsum oratorem relaxari obtinuerunt, qua propter ad extremam ferè paupertatem ætate matura, nepotibus, & familia grauatus et vt par est non valens creditoribus suis satisfacere; et si carcerari contingat potius in illis marcescere, vel mori coactus erit: quam creditoribus satisfacere (si verò sit iam in carcere, dicat:) *et ad quorum instantiam à multis diebus in carceribus N. N. in maxima calamitate constitutus, atque detentus reperitur. Et quia impossibilium nulla est obligatio. Ideo orator præfatus supplicat. Sanctitati Vestræ, quatenus benignè, et paterna charitate committere dignetur Reuerendiss. Domino Episcopo N. in cuius Tribunali mandata relaxata sunt, et in cuius carceribus carceratus existit* (vel) *in cuius Diœcesi obligationes facta sunt, cum iam velius omni alio instructus sit, vt ad beneficium cap. Odoardus de solutionibus illum admittat* (vel si voluerit cedere bonis, dicat,) *vt illum ad cessionem bonorum concurrente maiori parte creditorum, remanente tamen quantitate, vt manuteneatur in victu, & alijs necessarijs,* (Vel si petierit quinquennalem dilationem, subiungat) *vt illum admittat ad quinquennalem dilationem concurrente voluntate maioris partis creditorum, &c. relictis tamen victui necessarijs, &c. Itaque Commissario, seù Apostolico delegato committere dignetur, vt eum manuteneat, & defendat ac vlterius in persona molestari non siuat cum potestate citandi, & sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis eius arbitrio imponendis, ampliandis, & moderandis, atque contradictores, & rebelles, pœnas præfatas incurrisse declarandi, grauandi, &c. Ac oratorem à carceribus, in quibus reperitur in primis, & ante omnia liberandi, & omnia, ac singula alia faciendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea quomodolibet fuerint necessaria, & opportuna. Ad ipsam paupertatem semper intuendi. Quibuscumque in contrarium non obstantibus; siquæ precatur Sanctitatem Vestram. Ita, &c. Quare, &c. Remanens perpetuus orator licet indignus, &c.*

Vel potest fieri alio breuiori modo, videlic.

Beatissime Pater. Exponitur Sanctitati Vestra pro parte Clerici N. de N. illius oratoris, quod cum ex diuersis infortunijs passis, & fideiussionibus factis, etiam pro alijs solutis reperiatur valde are alieno grauatus ad summam scutorum tot. circiter, &c. & licet ipse omnem curam, & diligentiam adhibuerit, vt omnibus creditoribus satisfaceret, eosque concordaret, maximam suorum bonorum partem dando, & hoc non obstante ydem creditores omnem suam substantiam querant; tamen cum nihil amplius habeat quod perficere possit, prædicti creditores virtute mandatorum exequutiuorum ab eisdem obtentorum, carceribus ipsum mancipari fecerunt, & ibi diem suum extremum claudere coguntur, cum maximo suo, & sua familiæ damno, absque eorumdem creditorum vtilitate, quibus non habens, dare nequit. Ideo vt à præmissis liberari possit, admissorrimam bonorum cessionem venire statuit, vel ad benignum beneficium cap. Odoardus, dummodo tamen vtroque casu remaneat quod possit honestè viuere, Quare supplicat humiliter Sanctitati Vestra, quatenus Domino Episcopo. N. committere, & mandare dignetur, vt eum ad huiusmodi narrata admittat, precans, &c. ita. &c.

52 Data igitur supplicatione, iuxta formam requisitam ab ipsomet facto, quod semper est varium ex accidentibus, quæ concurrunt, & expedita, ac signata commissione, consignatur ab officiali Signaturæ Iustitiæ ipsimet parti, vel eius procuratori, quæ statim procurat expediri Breue in solita forma, quo obtento remittit ad partem, quæ recursum habet ad iudicem Delegatum, coram quo petit, & instat mediante libello comparitionis, vt exequatur litteras Apostolicas super beneficio *cap. Odoardus*. Quibus receptis à Delegato fit præsentatio more solito, offerens se paratum illas exequi, &c. *prout dixim. supr. de citation. à num. 26. & seqq.* Et statim virtute suæ commissionis decernit citationem in forma, &c. vt Infra, videlicet,

Forma

Forma citationis Delegati cum inserta forma commissionis.

Nos N. N. Episcopus N. Ad hæc omnia per SS. Dominum Nostrum diuina prouidentia N. Papam N. executor, & Commissarius Iudex specialiter Delegatus. Nuncijs, cursoribus, & seruientibus huius curiæ, & aliarum quarumuis curiarum ad infrascripta insolidum obseruanda, &c. Noueritis, quod nuper nobis pro parte N. de N. clerici, vel presbiteri nostræ Diœcesis presentatæ fuerunt infrascriptæ litteræ Apostolicæ in forma Breuis, sub Annulo Piscatoris, non abrasæ, non cancellatæ, nec in aliqua ipsarum parte suspectæ, aut vitiatæ, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentes, & eas, qua decet reuerentia, accepimus supra caput, & parati ut obsequimus obedire, & exequi iuxta illarum seriem, continentiam & tenorem; Ac etiam fuit præsentata comparitio tenoris sequentis, videlicet. N. de N. Terræ N. Diœcesis N. Comparet coram Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Episcopo N. Apostolico Delegato, & dicit, quod intendit vti, & frui priuilegio cap. Odoardus, de solution. & cap. peruenit, de fideiuss. vigore litterarum Apostolicarum; (Vel priuilegio quinquennalis dilationis, seù moratoriæ, vel cessionis bonorum, iuxta petita in Breui:) *idiò comparendo præsentat hoc Breue expeditum die tali, &c. prout præsentauit, cuius Breuis tenor est, videlicet: Venerabili fratri Episcopo N. &c.* (& inseritur totus tenor Breuis.) *Post quarum litterarum Apostolicarum aperitionem, seu præsentationem, & receptionem nobis factam per eumdem N. de N. facta est nobis instantia, quatenus ad illius exequutionem procedere deberemus. Nos attenta forma dictarum litterarum Apostolicarum; vobis nuncijs, cursoribus, & seruientibus, &c. Dicimus, committimus, & Apostolica, qua in hac fungimur, authoritate mandamus, quatenus receptis præsentibus, ad omnem instantiam, & requisitionem dicti N. de N. omnia, & singula in eis contenta intimetis, & notificetis infrascriptis eius creditoribus, vt de his notitiam habeant. ipsosque moneatis, & requiratis, quatenus intra dies tot, &c. compareant legitimè coram nobis in curia nostra ordinaria Episcopali* (Vel si sit Alter Delegatus dicatur, in ædibus nostræ residentiæ solitæ) *ad dicendum, opponendum, & allegandum quidquid dicere, opponere, & allegare voluerint, contradictas litteras Apostolicas, & in eis contenta, & quare ea exequi, & fieri non debeant. Necnon infra eumdem terminum compareant ad constituendum procuratorem idoneum, instructum, ac reperibilem, cum quo procedi possit; aliàs per nos procedetur in contumaciam, contra ipsos ad omnes & singulos alios actus necessarios, vsque ad sententiam diffinitiuam, ac illius exequutionem inclusiuè, amplius non requisitis, neque citatis, nisi si, & in quantum, & quatenus opus erit ad valuas maioris Ecclesiæ; Quorum omnium, & singulorum tenorem, & has præsentes à nobis subscriptas intimetis, &c. Datum, &c. die ... mens. ann. ... N. N. Episcopus N. & Apostolicus Delegatus,*

N. Actuarius, etc.

Nomina intimandorum.

N. N. N. N. & N. &c.

In quibusdam verò Curijs seruatur stylus Vrbis citandi creditores per monitorium, & tunc tale esse solet, videlic.

Forma Monitorij.

De mandato Illustriss. & Reuerendiss. Domini Episcopi N. vel Perillustris, & Reuerendissimi Domini Vicarij Generalis N. &c. ad instantiam N. de N. Clerici, seù Presbyteri Diœces. N. principalis, tenore præsentium, Moneantur omnes, & singuli in executione præsentium nominandi, & cognominandi, & alias omni, &c. Quatenus infra triduum proximum ab executione præsentium computandum sub 500. ducatorum auri de Camera; mandati executiui, &c. Alijsque pœnis Reuerendæ Cameræ Episcopali, siue pijs vsibus applicand. &c. debeant, & quilibet ipsorum debeat ex causis, et rationibus in processu causæ, et causarum huiusmodi suis loco, et tempore deducendarum, specificandarum, et probandarum, infrascriptum R. D. Instantem ad beneficium capituli Odoardus de solutionibus, & capit. *peruenit* de fideiussoribus, *admittere, et admissi videre, etc. Dictoque beneficio, eiusque indultis, et priuilegijs vti, et frui videndum, et vltra quam facere potest, vigore illius non tenetur. ne mendicare cogatur, nec togi posse, etc. quoad eius personam non molestari, et pro sustentatione sua personæ super omnibus et singulis suis bonis congruam portionem posse retinere et beneficio personæ arbitrio Domini declarando, cum suis vtensilibus, et alijs mobilibus ad sui vitam necessarijs concedi, etc., et super præmissis quæcumque iura, et articulos produci, testes induci, iurare, examinari, terminos seruari, sententiam, seù sententias necessarias ferri, et alias quascumque fieri, promulgari; Inhibitiones quascumque necessarias, et opportunas concedi videndum; mandata quæcumque necessaria, et opportuna decerni, et ea relaxari: seque in expensis condemnari: ius, et iustitiam fieri, et ministrari; aliaque impromissis, et circa ea quomodolibet necessaria, et opportuna fieri vidisse, etc. Deducens omne ius, etc. Alioquin, etc. non solum præmisso sedit omnis, etc.*

N. Not. seù Actuar.

Notandum autem in hoc, quod ad effectum magis afficiendi contra creditores procurari debet, vt ipsi personaliter citentur, si fieri posset, vel saltem illi, contra quos admissio desideratur, & facta relatione citationis per cursorem super exequutione illius fit citatio ad dicendum contra iura informa; & reproducitur in actis. Probatur clericatus, vel per Bullam ordinis, vel per testes, vbi non sit notorius. Item probatur paupertas admittendi ad dictum beneficium capituli Odoardus. Quæ probatio, vt meliùs fiat, formentur Articuli dictam paupertatem concludentes, cum negatiua coarctata loco, & tempore, super quibus testes asserant, quod sciunt talem N. de N. in præsenti non habere alia bona, nisi talia in tali loco, nec potest aliter esse, quia aliàs ipsi scirent, cum sint conciues, & benè informati, & perfectam conditionis illius, ac bonorum eius notitiam habent, &c. vt censuit Rota *in vna Romana alimentorum 2. Maij* 1650 *coram Eminentiss. Othobono*. Et ratio est, quia testes debent concludenter probare paupertatem cum tali negatiua coarctata de tempore litis, & examinis; non obstante, quod in dubio præsumendum sit potius pro paupertate, quam pro diuitijs. Rot. *in Interamnen. prætensi fideicommissi 2. Decembris* 1643. *coram D. Melzio.* Et ratio, est quia paupertas non est habitus permanens, sed variabilis, cum quilibet possit esse hodie pauper, cras verò diues. Ideò debent testes probare paupertatem præsentem, non præteritam, quia a præterito tempore non infertur ad aliud præsens. Rota *in Toletana matrimonij 1. Februarij* 1649. *coram Eminentiss. D. Corrado.* Formatis articulis, iuxta prædicta, citantur creditores ad dicendum contra illos in forma, secundum morem, & stylum Curiæ, & factis delatione, ac decreto admissionis illorum, ac præstito iuramento calumniæ, intimatisque omnibus creditoribus, quod Dominus articulos admisit, & mandauit examinari testes, &c. & perficitur examen seruatis seruandis. In quo non est prætereundum aduertere, quod si admittendus ad dictum beneficium, sit persona nobilis, debet articulari, & probari; quia tunc Iudex maiorem summam relinquere tenetur pro sua substentatione, & alimentatione iuxta qualitatem personæ. Et similiter articulari debet quantitas redditũ existentium deductis oneribus, &c. ad effectum arbitrandi super portione congrua relinquenda admisso ad dictum beneficium.

Notandum etiam venit, quod secundum stylum Vrbis in hoc iudicio seruantur termini substantiales iudicij ordinarij, nimirum ad libellandum, articulandum; dicendum contra articulos, producendum omnia, dicendum contra producta; declarandum; & iurandum de calumnia; & quando proceditur mediante commissione, præcedere debet terminus ad dicendum contra commissionem, iuxta formam superiùs traditam. Super quibus Iudex declarare debet per decretum, an seruare voluerit; quod fit si creditores, vel Actor fuerint admissi ad illorum seruationem, & deinde citabuntur ad videndum illos reiterari, quatenus opus, &c. & ad sententiam audiendam in forma, &c. & tandem expletis omnibus fertur sententia, de qua inferius.

53 Vbi verò proceditur diuerso stylo, facta citatione, prout supra, & citatis, ac intimatis omnibus creditoribus, & facta relatione per cursorem, seù nuncium more solito; expectatur terminus præfixus, intra quem si aliquis creditor com-

parue.

paruerit, & præsentauerit articulos, & debitor petierit illos, fieri potest tale, vel simile decretum, videlicet,

Decretum productionis articulorum creditoris.

Per Illustriss. & Reuerendiss. D. Episcopum N. & Apostolicum Delegatum, (siue per Dominum N. &c.) fuit prouisum, & decretum, vt intra terminum dictum tot. &c. præsententur articuli dicto N. ad finem formandi interrogatoria, alias, &c. & ita. Hoc suum, &c. Datum, &c.

Quod si debitor voluerit formare alios articulos, contra illos, quos fecit aliquis creditor, datur terminus ad eos conficiendos, & præsentandos. Quo peracto, si creditores opponant aliquas exceptiones, propter quas pretendant, debitorem non posse, nec debere gaudere beneficio cap. Odoardus, vel literis Apostolicis, tunc dari debet terminus ad probandum causas, & exceptiones oppositas.

54 Si verò creditores nihil opponant contra Breue, seù contra impetrantem, fieri debet decretum pro recipiendis testibus examinandis super articulis, hoc vel simili modo videlicet.

Terminus ad recipiendum testes.

Per Dominum N. &c. fuit prouisum, & decretum, quod testes citentur ad instantiam N. & recipiantur, prout presenti decreto recipi mandatur; & de ipsorum dictis habenda sit ea ratio, quæ de iure habenda erit, & ita. Hoc suum, &c. Datum, &c. die, &c.

Est tamen aduertendum, quod semper nominandi sunt testes ab eo qui illos producere intendit; qui citantur, & postea fit supradictum decretum, quod recipiantur.

55 Solet contingere aliquando, quod creditores petant fieri *sequestrum* interim super bonis debitoris ad finem experiendi aliquid, & tunc potest fieri tale, vel simile decretum.

Forma sequestri.

Per Dominum N. &c. summam, de qua in petitione, &c. fuit prouisum, & decretum fore, & esse sequestrandam penes N. eius in sequestrum, & nemine sequestre illam retinere mandatur, sub pœna scutorum tot, etc. applicandorum, etc. et in casu contrauentionis mandati, etc. et in iuris subsidium excommunicationis, etc. Instantibus N. et N. creditoribus N. et ita hoc suum, etc. omas, etc. Datum, etc. die, etc.

Vel fiat tali modo, videlic.

Nos N. Commissarius Apostolicus, etc. nuncijs, cursoribus et seruientibus nostra curie, etc. Tenore præsentium ad omnem instantiam et requisitionem N. N. et N. de N. creditorum N. debitoris, mandamus officialibus, et bouiberijs, siue affictuarijs infrascriptorum bonorum, quatenus sub pœna soluendi de suo, et insuper scutorum tot, etc. applicandorum pijs vsibus, etc. et in subsidium excommunicationis, visis præsentibus, quantitates pecuniarum debitarum N. N. et N. creditoribus N. minimè soluere debeant, sed penes se retinere debeant, et habeant loco, et nomine sequestres ad instantiam dictorum N. N. et N. creditorum dicti N. de N. verum habentes causam in contrarium compareant coram nobis, quoniam iustitia complementum ministrabimus. Alias procedetur vlterius, etc. et ita; etc. Intimetur, etc. Datum, etc.

Solet etiam fieri sequestrum alio modo vt in aliquibus Regionibus fit, solum à Notorijs Curiarum, nulla præcedente Iudicis pronuncia, sub tali, vel simili forma, videlicet,

De mandato D. N. de N. etc.

Vobis omnibus infrascriptis, etiam aliena manu descriptis insolidum. Tenore præsentium præcipitur, et mandatur, quatenus visis et receptis præsentibus, faciatis, et dicatis, vel non audeatis facere, vel etc. (& ponatur tenor prohibitionis) *sub pœna scutorum tot auferendorum etc. et applicandorum etc. aliarumque arbitrio nostro etc. iustificatum tamen etc. citata parte etc. in quorum etc. datum etc. ex palatio nostra solita residentia posito in tali loco penes N. de N. die ... mens... Anno...*

Alia forma sequestri.

De mandato, etc. et ad instantiam N. principalis creditoris infrascriptis tot etc. occasione mandati executiui etc. tenore præsentium sequestrentur, et sub arcto, firmoque sequestro ponatur apud omnes, et singulos in executione præsentium nominandos, et cognominandos, omnes, et quæcumq; pecuniarum, rerum, et bonorum summæ qualitates, quantitates ad dictum N. debitorem quomodolibet spectantes, et pertinentes, et quæ spectabunt, et pertinebunt in futurum etc. Et insuper inhibeatur ijsdem sequestratarijs, ne sub pœnis scutorum tot etc. ac mala etc. de eorum proprio exsoluenda solutionis, audeant dictas pecunias, res, ac bona vt supra sequestrata alicui alteri personæ dare, tradere, vel consignare &c. sub quouis prætextu &c. Alias &c. verum si quæ, &c. & ita, &c. Intimetur, &c. In quorum, &c. Datum &c.

56 Quando verò compareret debitor, & aliquam iustam causam allegat, ob quam sequestrum *reuocari* debeat, fiat tale vel simile decretum videlicet.

Forma reuocationis sequestri.

Et per Dominum N. &c. fuit prouisum, & decretum, sequestrum ad instan. N. creditoris contra N. debitorem in manibus N. de tali summa, vel re factum fore, et esse reuocandum, prout reuocatur, data tamen per dictum N. idonea cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo, &c. & ita, &c. Hoc suum &c.

Vel alio modo.

Qui, &c. sequestrum ad instantiam N. contra N. in manibus N. de tali summa, vel re factum reuocauit, data tamen per dictum N. idonea cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo, omni meliori &c.

Si verò oppositis non obstantibus non reuocauerit, sed confirmauerit sequestrum tunc vtatur verbo, *confirmauit*, loco *reuocauit*.

57 Quando autem decernitur, quod pecunia, seu res, aut bona sequestrata consignentur creditori, ad cuius instantiam fuit factum sequestrum, fiat infrascriptum, vel simile decretum, videlicet.

Forma Decreti consignationis sequestri.

Et per Dominum N. &c. fuit prouisum & decretum, pecunias, res, & bona N. ad instantiam N creditoris sequestratas penes N. fore, & esse consignandas dicto N. sequestranti, &c. prout consignantur, & consignari mandatur, &c. & quodcumque mandatum necessarium, & opportunum fieri; & relaxari decernitur, et ita. Hoc suum, etc.

Vel si fiat sub alia forma, vt semper fieri potest in omnibus, & quibuscumque decretis interlocutorijs, potest infrascripto, vel simili modo formari, videlicet.

Qui Dominus N. etc. pecunias ad instantiam N. in manibus N. contra N. sequestratas mandauit dicto N sequestranti consignari et mandatum de consignando necessarium, et opportunum relaxauit, omni modo, etc.

58 Erit tamen aduertendum, quod numquam consignanda sunt bona sequestata, seu pecuniæ, nisi citato principali debitore, ac ipso sequestratario, qui si compareat, & afferant nihil in suo posse habere talis N. debitoris quod consignare teneatur, præstito illi iuramento super hoc, non compellitur ad solutionem, sed datur terminus Actori Creditori ad probandum, quod tempore, quo fuit illi factum sequestrum, penes ipsum reperiebantur, & effectiuè in suis manibus extabant pecuniarum summæ tot, res, bona, &c. Quo probato summariè, & de plano, expeditur mandatum tali, vel simili forma.

Forma mandati de consignando.

De mandato Domini N. etc. et ad instantiam N. principalis creditoris N. in scutis tot .... occasione mandati, seu alterius legitimi crediti, tenore præsentium.

Mandatur tibi N. sequestratario, quatenus statim visis præsentibus, sub pœna ducatorum auri tot. etc. mandatique rigorosi, alijsque pœnis, etc. debeas pecunias, res, et

bona

brum penes te sequestratum dicto instanti ad computum eius crediti, recepta legitima quietantia, consignare, præsentibusque paruisse, &c. Quoniam seruatis seruandis ita mandamus, &c. In quorum, &c. datum &c.

Quod si sequestratarius supradicto mandato gratioso non obedierit, debet tali casu fieri citatio sub tali vel simili forma.

Citetur N. ad docendum se paruisse mandato gratioso sibi præsentato, alias ad uidendum relaxari rigorosum, nisi ad primam diem, cum intimatione instante &c.

59 Erit aduertendum secundo, quod occurit aliquando, vt aliqua causa committatur alicui, qui non est legum Doctor, & tunc huiusmodi delegatus debet sibi eligere aliquem Probum Virum legum Doctorem, & Idoneum Canonistam, sub infrascripta, vel simili verborum forma videlicet.

Forma eligendi consultorem.

Nos N. de N. &c. & delegatus, &c. in causa vertente inter N. & N. cum N. de N. cum esset Nobis huiusmodi causa de mandato S. sedis Apostolicæ, &c. ideo confisi de legalitate Doctrina, & integritate Perillustris, & Reuerendi Domini N. V. Iur. Doct. eiusdem plenam notitiam habentes, tenore præsentium præfatum eligimus, nominamus, deputamus in nostrum Consultorem, & Assistentem in præsenti causa; in qua Nobis consilium præbeat à principio vsque ad finem, ac etiam ad sententiam diffinitiuam, eiusque executionem inclusiuè, & in omnibus, & singulis actis, &c. & ita &c. omni, &c. & intimetur &c. In cuius rei fidem has nostra propria manu subscriptas fieri fecimus, nostrique soliti sigilli impressione muniri iussimus, &c. Datum in ædibus nostræ solitæ habitationis die... mens... ann....

60 Huiusmodi electio solet notificari partibus, & si aliqua ex illis habeat talem consultorem suspectum, poterit suspicionem proponere, & tunc detur terminus ad probandum, & si probauerit, fit electio alterius, alias prosequatur ad vlteriora cum eodem electo. Qui formare debet postea sententiam tali, vel simili modo, videlicet:

Forma sententiæ ab electo in Consultorem.

Ego N. Vtr. Iur. Doct. de terra N. Consultor electus, & deputatus per Dominum N. iudicem N. (vel Arbitrum, si sit Arbiter) *in causa inter N. & N. vertente coram eodem D. N. Iudice &c. de, & super tali re, &c. Visis videndis, & consideratis considerandis, Christi nomine repetito, dico, consulo, & declaro, partes præfati Domini N. iudicis, &c. fore, & esse in sententiando,* (siuè laudando, &c.) *N. de teneri & obligatum esse soluere N. de N. scuta tot, &c.* (vel non teneri, &c. & ponitur tenor sententiæ) *& ambas partes esse absoluendas ab expensis, &c.* (vel victum condemnandum, &c.) *& ita, &c. non solum præmissis sed omni alio meliori modo, &c. datum, etc. De quorum fidem subscripsi, et signaui, etc.*

Ego N. V. I. D. in Consultorem electus, etc.

Ita consulo, et pronuncio, etc.

Et si fuerint plures electi in Consultores, dicatur in plurali, tali vel simili modo.

Nos N. et N. in consultores electi in causa coram dicto D. N. Iudice inter N. et N. vertente, occasione, etc. communicato consilio dicimus, partes dicti Domini N. Iudicis fore, et esse in sententiando, etc. (& ponatur in substantia totum factum, & tenor sententiæ, iuxta casum occurrentem & postea subiungatur) *ambas partes, etc. et ita dicimus, consulimus, et declaramus non solum præmissis, sed omni alio meliori modo, etc. subscribatur ab ambobus, more solito, etc.*

61 Aliquando occurrere solet, vt debitor carceratus petat alimenta sibi subministrari a creditoribus in carceribus. quæ sunt omninò subministranda ab ipsis, constito, quod aliunde viuere non possit, dummodo creditores non petant, vt cedat bonis, quia tunc si cedere voluerit, non præstarentur illi alimenta secundum Afflict. *decis. 71.* Quæ quidem, quando præstantur debent esse secundum Personæ qualitatem, arbitrio iudicis, licet Aliqui asserant sufficere si ei detur panis, & aqua. Si verò creditores recusauerint illa subministrare, Iudex faciat eum exarcerare, sin autem præstare voluerint, pronunciabit tali, vel simili modo, videlicet.

Forma Decreti pro Alimentis præstandis.

Et per Dominum N. etc. fuit prouisum, et decretum, fore, et esse subministranda alimenta N. carcerato pro debitis ad instantiam N. N. et N. creditorum ab ipsis met creditoribus, ne fame pereat, cum aliunde viuere non possit, prout subministrari, soluì mandatur singulis diebus, iulios siuè carolenos tot... vel Baiocchos, siuè granos tot, etc. pro alimentis, et casu, quo deficiant, etiam in vnica solutione, eundem N. excarcerandum fore, & esse, prout ex nunc excarcerari decernitur, et mandatur, & ita per Hoc fuum, &c. Et intimetur partibus, etc. omni etc.

Vel alio modo.

Qui Dominus, etc. cum N carceratus pro debitis ad instantiam N. N. & N aliunde viuere non possit, ne fame pereat, mandauit per dictos N. N & N. solui singulis diebus baioccos, seu, etc. tot, pro alimentis, et casu, quo deficiant etiam in vnica solutione, eundem excarcerari iussit, et partes decretum intimari voluit, omni modo, &c.

62 Præterea notandum erit, quod quando Clericus debitor, qui non est soluendo, tam si sit in carceribus, quam extra, admittendus fuerit ad beneficium dicti capituli *Odoardus*, peractis peragendis, & seruatis seruandis debet antequam ad sui fauorem pronuncietur, confiteri in actis coram Notario, & testibus omnia debita, & indicare fideliter omnia sua bona quæcumque, & qualitercumque ad eum spectantia ac assignare illa ad fauorem creditorum, Necnon debet præstare cautionem, saltem Iuratoriam cum obligatione Camerali de soluendis debitis, & satisfaciendo creditoribus, si ad pinguiorem deuenerit fortunam, Et de his omnibus Notarius rogare tenetur ad futuram rei memoriam. Et ex tunc Iudex sententiam proferre poterit infrascripto, vel simili modo videlicet.

Forma sententiæ cap. Odoardus.

Dei inuocato præsidio, eiusque Matris Beatæ Virginis &c. per hoc diffinitiuam decretum Nos N. etc. et Apostolicus, Delegatus etc. dicimus, declaramus, et pronunciamus, visis Actis, omnibusque videndis, et consideratis omnibus de iure considerandis cum omnibus deductis in hac causa N. de N Clericum, siue Sacerdotem, etc. debere gaudere, et vti beneficio capituli Odoardus, de solutionibus et cap. peruenit, de fideiussoribus dando, et concedendo illi dilationem moratoriam per tempus annorum tot, etc. dilatandam tamen, et prorogandam ad nostrum arbitrium, quatenus opus fuerit, quousque perueniat ad pinguiorem fortunam, et interea deserui et quantitatem interitam talem, etc. super talibus bonis, vel de, etc. vt possit, et valeat se cum sua familia substentare prout æquum est. Reliquum verò quod super est assignamus infrascriptis creditoribus, iuxta suas anterioritates, et potioritate, pro quantitatibus de iure sibi debitis, et interea non molestari amplius neque personaliter; neque realiter super bonis illi pro iure alimentis assignatis, nullaque alia actione audiri, et ita mandamus, et præcipimus, decernimus et sententiamus prout latius est non solum ista, sed omni alio modo meliori, etc. sub pœna contrauenientibus scutorum tot, etc. piis vsibus, etc. aliisque arbitrio, etc. et in subsidium excommunicationis, etc. et ita, etc. et Intimetur, Datum etc. die, etc.

Ego N. etc. et Apostolicus Delegatus ita pronunciaui, etc. lectum, latum, et publicatum die tali, etc. Curia pro Tribunali sedente, etc. præsentibus pro testibus N N. et N. etc.

Actuarius, etc.

Quod si interuenerit commissio Apostolica fieri potest sententia sub infrascripta forma, prout fit in Alma Vrbe, videlicet.

Alia forma sententiæ super Cap. Odoardus.

Christi nomine inuocato, pro Tribunali sedentes, et solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Iuris peritorum consilio ferimus in his scriptis in causa, et causis, quæ primo, et in prima instantia

R. D.

R. D. N. de N. Actorem ex vna, et DD. N. de N. N. N. et N. assertos eius creditores Reos conuentos de , et super admissione ad beneficium capituli Odoardus de solutionibus , & capituli peruenit de fideiussoribus ; rebusque alijs in Actis causa , & causarum huiusmodi latius deductis , coram nobis versa sunt , et vertuntur instantia , partibus ex altera , Dicimus , decernimus , declaramus , et diffinitiuè sententiamus dictum R. D. N de N. Actorem nostra curia Calcin. melitem , facta prius per eum suorum debitorum confessione ; Necnon omnium , et singulorum suorum bonorum , redditum , et prouentuum quorumcumque indicatione , et assignatione illorum ad fauorem suorum creditorum ; Infrascriptis tamen alimentis , alijsque sibi inferius reseruandis semper saluis ; et facta per eumdem obligatione de satisfaciendo illis , si , et postquam peruenerit ad pinguiorem fortunam , fore , & esse admittendum ; prout harum serie admitti volumus , & mandamus , ac admittimus ad dicta beneficia , & vt talis admissus uti , ac frui debere praerogatiuis , & indultis in eisdem capitulis contentis ; dictisque eius assertis creditoribus non licuisse , nec licere dictum R. D. N de N. molestare personaliter , & quoad eius personam ac alias sibi inferius reseruanda , vigore quiusuis eorum praetensi crediti , etiam obligatione Camerali vallati , & vigore quorumuis mandatorum executiuorum , suspitionis fugae , alteriusque cuiusuis generis , et speciei per quosuis Dominos Romanae Curiae Iudices , etiam per nos , & Curiam nostram decreti ; & relaxati seù in futurum decernendi , & relaxandi cum quouis executiuo apposito , seù apponendo ; & pro praedictis omnibus et singulis non grauetur , & inhibitiones nostras ac super necessarias , & opportunas decernendas , & relaxandas fore , & esse , prout decernimus , & relaxamus , ac non grauetur , & inhibitiones concedimus . Dictoque R. D. N. de N. pro honesta sua vita substentatione , & ne mendicare cogatur reseruamus scuta tot . . . pro quolibet anno sua vita naturali durante super omnibus , & singulis suis bonis praesentibus , & futuris , & vlterius alia scuta tot . . . pro vna vice tantum pro vtensilibus , et mobilibus ad sui personam necessarijs , pro quibus decernimus , et relaxamus quaecumque mandata necessaria , et opportuna . Et ita dicimus , pronunciamus , decernimus , et declaramus , ac diffinitiuè sententiamus , non solum praemisso , sed omni alio meliori modo , etc. Ita pronunciamus.

Ego N. Vicarius Gener. et Apost. Deleg.

Lectum, latum, etc. *N. Notarius, etc.*

Intimata sententia creditoribus , si appellauerint infra decem dies , prout possunt , quia Iudicium est ordinarium, conceditur Personae ad beneficium admissae Inhibitio supra enunciata, ne amplius molestari possit; aliàs si appellauerint in tempore, retardabitur inhibitio ; donec superiores decernant, appellationem habere locum, nec ne. Consulerem tamen in tali casu creditoribus, ne vlteriores expensas facerent, cum periculo etiam illas amittendi, prout pecunias in maiori summa credita fecerunt; quia inanis est actio quam Inopia debitoris excludit , & frustatoriae sunt sententiae , res iudicatae & exequutoriales, quando debitor non est soluendo, vt probatur ex *text. in l. nam li. ff. de dol. et l. 1.* vbi Gloss. *in verb. non est ff. si ventris nomin. mul. et cap. olim , 2. de restit. spoliat.* Marchetan. *de commission. p. 3. c. 2. n. 49. fol. 315.* Hostiens. *in d. c. Odoardus ; n. 4. de solut.* Beiler. *Disquis. Clericul. p. 1. tit. de Cleric. debitor. §. 1. n. 3.*

63 Si verò pronunciandum erit , quod debitor admittatur ad beneficium cessionis bonorum si fuerit laicus, vel etiam Clericus, qui cedere bonis voluerit, potest fieri infrascriptum, vel simile decretum, videlicet.

Forma Decreti super cessione Bonorum.

Qui , etc. Visa instantia facta per N. carceratum , et citatione de omnibus creditoribus ipsius dictum N. ad miserabile beneficium cessionis bonorum admisit , praestito tamen per eum iuramento de soluendo residuum si ad pinguiorem deuenerit fortunam . Qua cessione facta eumdem relaxari iussit , et vlterius non molestari ; et hoc sine praeiudicio fisci et Rei publicae , quatenus eis reperiatur debitor , et seruata forma motus proprij , ac non aliter , alias nec alio modo, omni meliori, etc.

Et haec in materia beneficij *cap. Odoardus* , & cessionis bonorum , seù dilationis sufficiant , occasione exceptionis opponendae *d. cap. Odoardus, etc.*

SVBSECTIO SEPTIMA.

De Exceptionibus Peremptorijs.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio peremptoria , quae, et quando opponatur.*
2 *Exceptio litis finita , quae ?*
3 *Iuramenti exceptio , quae ?*
Periurium , quid ?
Periurus repellitur à limine iudicij ; ubi multae limitationes.
Absolutio à Iuramento à quibus tractetur.
4 *Actor si sit periurus , non debet audiri.*
5 *Iuramentum principalis obligat etiam heredes.*
6 *Periurij exceptio non transmittitur ad heredes criminaliter.*
7 *Rei iudicatae exceptio perimit ius Actoris.*
8 *Rei iudicatae vis , et effectus , qualis ?*
9 *Transactionis exceptio , est peremptoria.*
10 *Transactio , vt sit valida , quae requisita habere debet.*
11 *Transactioni contrauenientes quas poenas incurrat.*
12 *Exceptiones praedictae ingenerale quando opponendae ; tum in consideratione habenda sunt quatuor tempora.*
13 *Exceptiones dilatoriae in duobus casibus opponi possunt , etiam post litis contestationem.*
14 *Exceptiones peremptoriae litis non finita opponi possunt ante sententiam.*
15 *Exceptiones nullitatis processus etiam post sententiam opponuntur.*
16 *Exceptiones incidentes , et emergentes , quae ?*
17 *Exceptiones semper probari debent , et ideo terminus , intra quem probentur , dandus est.*
18 *Exceptiones , quae ad meritum causae reseruantur , quae.*

1 Diximus in praecedenti *subsect. 6. in princ. num. 3.* quod de duobus generibus exceptionum tantum ageremus in praesenti Practica, omissis alijs, nimirum de exceptionibus Dilatorijs , & de Peremptorijs. Vnde viso vsque modo de dilatorijs , remanet in praesenti tractandum de peremptorijs.

Dicuntur itaque exceptiones peremptoriae, illae, quae in totum perimunt ius agentis, & agentibus semper obstant , vt est exceptio solutionis, iurisiurandi, transactionis, pacti de non petendo, Rei iudicatae , & similes. *c. 1. de litis contest. in 6. l. 3. ff. de except. et §. perpetuae Instit. eod. tit. de except.* Speculat. *l. 2. rubr. de except. §. 5. n. 1.* & Marant. *in speculat. 6. p. memb. 9. n. 12.* Quae quidem exceptiones opponi possunt de iure communi , vsque ad conclusionem in causa, & regulariter, antequam sit renunciatum probationibus, aliquando tamen vsque ad sententiam , vt habetur *in l. peremptorias* , & ibi Bald. *C. sent. rescind. non poss. l. praescriptionem. C. de except.* vbi Gloss. Abb. & DD. *c. cum dilectus de fid. instrument.* Specul. *de exequut. sentent. §. fin. n. 8.* Camill. Capucius *in Prax. iudiciar. p. 2. c. 7. art. 2. n. 4.*

2 Est tamen aduertendum , quod tres istarum exceptionum dicuntur esse litis finitae , quae impediunt litis ingressum , & omni tempore opponi possunt ; vt sunt exceptio iuramenti, Rei iudicatae , & transactionis, de quibus agitur *in d. c. 1. de lit. cont. in 6.* & ibi per Gloss. 1. *in verb. exceptiones vers. fallit in tribus , et in constitutione Regni exordiente : exceptione filiationis.* Sed de iure Regni istae exceptiones sunt proponendae intra dies tres post datam copiam talis qualis petitionis mediante iuramento, & intra quinque dies immediate sequentes, alias intelliguntur reseruatae ad merita causae , *vt habetur in Regia Pragm. incip. comparente Reo & dix. sup. in princ.*

Istae exceptiones litis finitae dicuntur etiam declinatoriae , quando opponuntur ante litis contestationem , quo casu impediunt litis ingressum, & iudicium declinat. Specul. *loc. proximè citat. §. 3.* Marant. *ibid.* Et de istis tribus principaliter agendum erit, Quarum Prima est .

3 Exceptio iurisiurandi , seù iuramenti , quae locum habet , quando opponitur de periurio , vt si quis promisit aliquid facere , vel non facere, & talem promissionem iuramento firmauit , si postea contraueniat , opponi potest de periurio , quod est mendacium iuramento firmatum, secun-

secundum Bald. in l. fin. C. de reb. credit. & iureiurando.

Ista exceptio iuramenti, seù periurij repellit omninò Actorem à limine Iudicij. cap. dilectis de except. & l. si quis maior. C. de transact. l. 1. ff. de iureiur. Felin. in d. cap. dilectis n. 2. & Butr. num. 10. Rot. Roman. decis. 97 num. 8. par. 2. diuers. & decis. 146. num. 2. post Zacch. de oblig. camer. Gregor. decis. 64. n. 2. Caualer. dec. 134. num. 5. Mant. decis. 221. nu. 1. Quia est vna ex illis, quæ dicuntur litis finitæ, vt diximus sup. & notat etiam Iason. in d. l. si quis maior. num 24. in fin. Crauett consil. 1. num. 7. nam periurus priuatur iure suo, d. l. si quis maior. Caualer. loc. cit. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 172. num. 10. & nu. 18. vers. vltimò infertur, vbi Alios recenset, & asserit, Periurium non solum repelli ab agendo; verum etiam cadere ab actione, debere accepta restituere; pœnam soluere, & omni commodo contractus priuatum remanere per text. in d. l. si quis maior. vbi DD. communiter, Idem firmat Farin. de falsit. & simul. q. 160. n. 45.

Fallit tamen conclusio prædicta in multis casibus. Quorum primus est, quando Pars aduersa non opponit de periurio, nam tunc censetur exceptioni renunciare; & sic processus est validus. Seraphin. d. priuileg 174. num. 18. Farinac. ibid. num. 185. latè Bel tamin. ad Gregor. decis. 64. num. 11. & seq. vbi ait ita etiam fuisse dictum in vna Hyspulon. Condensorea 13. Martij 1615. coram D. Vbaldo. Pic. ad statut. Vrb. lib. 1. cap. 151. glos. 21. num. 51. vbi Alios cumulat: Est bene verum, quod acta, & processus facta post oppositionem exceptionis periurij sunt prorsus nulla, & inualida; cum de eo opponi possit in quacumque parte iudicii, ante sententiam. Coccin. decis. 268. num. 5.

Nota tamen, quod quamuis Pars non opposuerit exceptionem prædictam, nihilominus, si Iudex repellere voluerit periurum, ex officio, & impedire vlteriorem processum, vtique poterit. Farinac. d. qu. 160. n. 1 6. & seq.

Limitatur secundò, quando exceptio periurij non probaretur incontinenti, sed altiorem requireret indaginem. Farinac. ibid. num. 190. Seraph. loc. cit. n. 16.

Limitator tertiò, quando de illa non constaret clarè. Mantic. decis. 221. num. 2. 3. & 7.

Limitatur quartò, quando quis est periurus in alia causa, quam in illa de qua agitur: quia exceptio periurij obstat solum in causa, seù contractu, in quo est periurus. Felin. in cap. & 2. de except. Roman. singular. 499. numer. 2. & ibi Add. Bald. in lib. 2. numer. 63. in fin. ff. de iureiur. Seraphin. d. priuileg. 174. numer. 16. versic. secundo, Farinac. de falsitat. & simul. & praest. quæst. 160. num. 180. & 184. Rot. decis. 97. num. 50. p. 2. diuers.

Limitatur quintò, quando contractus esset illicitus ex parte vtriusque, quia iuramentum esse non debet vinculum iniquitatis. cap. quanto de iureiur. Pic. ad statut. Vrb. d. glos. 23. nu. 33. & Alii apud illum.

Limitatur sextò, quando agit defendendo propriam Ecclesiam, vel propriam Personam. cap. dilect. de except. vbi DD. communiter, præsertim Butr. num. 11. quia tunc periurus tanquam Reus necessarius, excipiendo, & se defendendo audiri debet. Gregor dec. 64. num. 4. Duran decis. 18. n. 25.

Limitatur septimò, quando in contractu interuenit læsio enormissima, & dolus, quia iam detectus est. Rot. decis. 102. nu. 9. p. 1. diuers. Farinac. d. q. 160. num. 285. & q. 162. num. 87. Pic. d. glos 23. n. 23. Dolus autem, & læsio detecta dicitur, vel simulata, si de ea constet per Iudicis sententiam. Greg. d. decis. 64. num. 8. & seqq. Coccin. d. decis. 268. n. 3.

Limitatur vltimò, quando periurus obtinuisset à Papa per viam Signaturæ Gratiæ absolutionem à periurio incurso, parte citata. Farinac. d. q. 160. num. 180. & seq. Marchesan. de commiss. absol. iuram. ad effect. agend. par. 3. §. 1. nu. 15. fol. 102. in 2 impress. Secus esset, si obtinuisset absolutionem ab inferiore Papa, cum à periurio incurso nemo absoluere possit, nisi ex speciali Papæ permissione. Marchesan. vbi sup. §. 2. num. 35 fol. 214. Pic. ad stat. Vrb. d. glos. 23. num. 46. Crauett. cons. 1. num. 7. Rot. in Romana nullitatis obligationis 5. Iul. 1604. coram D. Ortembergo, impress. apud Marchesan. vbi sup §. 5. dec. 7. num. 3. fol. 207. Pacific. de Saluian. decis. 95. in fin. in nouiss. impress. Pic. ad statut. Vrb. decis 54. num. 7.

Quosdam casus, in quibus potest opponi exceptio prædicta, ponit Afflict. decis. 263. & Grammat. dec. 66.

Potest tamen Actor replicare contra Reum opponentem talem exceptionem, quod non sit periurus, quia obtinuit prius absolutionem, & relaxationem iuramenti ad finem agendi, quam quidem absolutionem ostendere, & probare debet et sic non obstat exceptio periurij contra ipsum. capit. paruulis. 22. quæst. 5. capit. querelam de iureiur. c. 2. in fin. de fideiuss. cap. dilectis de except. & l. si quis maior C. de transaction. DD. in c. quemadmodum de iureiur. Absolutio enim à iuramento datur Actori ad finem agendi, & Reo ad finem excipiendi. Afflict. dec. 220. n. 10. De effectu absolutionis à iuramento, & de modo, & forma impetrationis ad finem agendi, ne iurans incidat in periurium, agunt Menoch. de arbitr. iud. q. 5. DD. in c. debitores de iureiur. & Afflict. decis. 30. 31. 36. 60. 63. & 263.

4 Actor enim agens sine absolutione à iuramento non debet audiri; sed in Curiis Ecclesiasticis de æquitate Canonica, etiam si absoluatur pendente lite, non repellitur; quia sublatum est iam impedimentum iuramenti. capitol. 1. vbi Abbat. & capitol. verum, & cap. si verò de iureiuran. & cap. inter cætera. 22. quæst. 4. Est tamen aduertendum, quod petens absolutionem, quando est periurus, nihil illi proderit absolutio, si non expresserit, quod erat periurus, cum sit subreptitia. Crauett. consil. 7. num. 11. Semper autem, quando opponitur, & replicatur super tali iuramento, & absolutione, dandus est terminus ad probandum contrarium. Abb. & Crauett. loc. cit.

Quod si pluries fuit iuratum, tot absolutiones obtineri debent, quot sunt iuramenta, aliàs vna absolutio non suffragaretur. Seraphin. de priu. iuram. priu. 83. n. 40. Rol. cons. 34. n. 5. li. 1. Pic. decis. 53. n. 3. & 54. n. 8. Grammat. decis. 50. n. 12. Mantic. decis. 267. n. 2. Duran. dec. 5. n. 6. Rot. apud. Marchesan, vbi sup. p. 3. §. 8. decis. 6. n. 1. & dec. 7. n. .. vers. 2. fol. 207

Quapropter si quis iurauerit pecuniam soluere, absolutionem non petere, & impetrata non vti, debet prius absolutionem obtinere ab isto tertio iuramento. Seraph. d. priu. 83. n. 46. Roland. d. cons. 34. nu. 6. Deinde à secundo, & postea à primo. Bald. in l. 2. num 91. ff. de iureiur. Felin. in cap. debitores q. 3. n. 9. vers. Baldus autem de iureiur. Roland. loc. cit. Soccin. cons. 59. n. 7. lib. 3. Rot. in Placentina Castri 4. Iulij 1601. coram Eminentissimo D. Mellino impress apud Marchesan. p. 3. §. de commiss. relax. iur. ad eff. agend. dec. 3. fol. 205. in nouiss. impress. Alias absolutio ab vno, non obtenta similiter ab aliis, prout supra, non suffragaretur, nullumque sortiretur effectum, Rot. in dicta Placentina Castri & in Clusina pensionis 18. Iunij 1590. coram Eminentiss. D. Platto impressa similiter apud Marchesan. p. 2. §. 2. fol. 226. Pic. d. dec. 53. n. 3. & 54. n. 8. & 55. n. 2.

Absolutio autem à iuramento necessaria est, etiam si instrumenta prætenderentur nulla defectu solemnitatum alicuius statuti localis. Gregor. decis 64. num. 6. & ibi Beltram. num. 14. Duran. decis 18. num. 25. Quæ quidem instrumenta tamquam facta sine solemnitatibus statutariis non probant iuramentum Pic. ad statut. Vrb glos. 23. n. 6.

Quod tamen non procederet in absolutione, quæ habet relationem ad instrumenta valida, in quibus iuramenta continentur Rot. in Aretina Commenda die Veneris 29. Iunij 1587. coram D. Orano, & in Signina Castrorum 2. May 1616. coram D. Remboldo, & in Romana dotis 4. Februarij 1619 coram D. Penia, quia relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus. l. asse toto. ff. de hæred. instit. l. si ita scripsero. ff. de cond. & demonstr. l. aut prætor. §. 1. ff. de re iud. Sigism. Scacc. de commerc. §. 3. glos. 3. n. 29. Rot. in d. Signina Castrorum, & in dec. 405. n. 1. par. 1. in Posthum. Farinac. alias p. 3. recent. & dec. 733. num. 3. vbi quod relatio intelligenda est secundum qualitates in relato expressas; & decis. 238. num. 2. & 5. vbi quod relatio debet fieri ad proximiora.

Absolutio tamen non conceditur, nisi iusta existat causa, vt doli, metus, læsionis, & similis Mantic. decis. 267. n. 9 Marches. de commiss. relax. iur. ad eff. agen par. 3. §. 3 num. 20. Quod si quis Incidit iam in periurium, absolutio ad effectum agendi non releuat. Rui. consil. 66. num. 9. lib. 4. Seraph. de priuileg. iuram. priu. præcit. 174. num 9 Marchesan. vbi sup p. 3. §. 2. num. 34 fol. 214. N. si prius obtineretur absolutio à periurio. Marchesan. ibid. num. 35. Rot. in Romana nullitatis obligationis dotis coram D. Ortembergo apud Marchesan. d. par. 3. fol. 207. Andr. decis. 47. n. 2. vbi alias decisiones cumulat.

5 Sed quæritur, an iuramentum transeat ad hæredes?

Respondetur affirmatiuè, quod robur obligationis & promissionis iuramento firmatæ per principalem, est enim quid

reale, quoad robur, & realem effectum, ac interesse; licet sit quid personale quantum ad ligamen. Canonistæ *in capitol. debitores de iureiur.* Decius *consil.* 339. *numer.* 7. Afflict. *decis.* 63.

6 Quæritur secundo, an exceptio periurij detur heredibus, & contra hæredes, tam ciuiliter, quam criminaliter?

Respondetur negatiuè, ad finem, vt criminaliter agatur; secundum Iserniam in *constit. Regni; eos, qui sciunter, & ibid.* Afflict. *q.* 6. Quo verò ad finem, vt hæres defuncti iurantis ciuiliter agendo seruet promissa per eumdem defunctum, bene datur, secundum Bart. *in l. cum quis decedens, §. codicillis ff. de legat.* 3. Et ratio est, quia adhoc, vt iuramentum liget iurantem, requiritur, vt sit præstitum de facie ad faciem, vt ait Afflict. *decis.* 381. & Capic. *decis.* 75.

7 Secunda exceptio peremptoria litis finitæ est exceptio Rei iudicatæ, de qua in *l.* 1. *ff. de re iudicat.* Nascitur autem ista exceptio ex authoritate rei iudicatæ, per quam ope exceptionis repellitur idem Actor molestans aliquem, quem antea conuenerat pro eadem causa, & pro eadem actione, & eadem re in iudicio deducta, & alias terminata, *vt colligitur ex l.* 3. *& l. cum quæritur, cum duabus seqq. ff. de exception. rei iudicat.*

8 Authoritas enim Rei iudicatæ hunc effectum producit, post decem dies, intra quos non fuit appellatum, *iuxta cap. quod consultationem, de sentent. & re iudic. & Authen. hodie, C. de appellat*, vt semper quod non appellatur à sententia intra decem dies, ipsa transeat in rem iudicatam, quæ pro veritate habetur *l. res iudicata ff. de regul. iur.* Rinunald. *cons.* 41. *n.* 7. quem citat Ridolph. *in Prax. iudiciar. p.* 3. *c.* 5. *n.* 377.

Vnde si idem actor, vel etiam persona agat iterum contra aliquem, quem prius conuenerat pro eadem re, super qua fuit sententiatum contra illum, & pro eadem causa, & eadem actione, opponitur exceptio rei iudicatæ à Reo conuento, & illi nocebit. *l. & eamdem, l. si mater. §. illud, l. de eadem, & l. quantitas & l. siue ex testamento ff. except. rei. iudic.* ex quibus colligitur, quod ad hoc vt locum habeat dicta exceptio rei iudicatæ concurrere debent omnes supradictæ qualitates, scilicet quod agat eadem persona, quæ fuit condemnata in iudicio *d. l. & eandem.* Secundò, vt agat ex eadem causa, *ibid. & d. l. mater §. illud.* Tertio, vt agat pro eadem re *d. l. quantitas.* Quinto, in iudicio deducta, & alias terminata *d. l. siuè ex testamento*, quia alias locum non habet dicta exceptio. Franc. *decis.* 58 *num.* 6. *&* 7. *& decis.* 179. vbi ait, quod datur etiam contra hæredem illius, qui fuit condemnatus huiusmodi exceptio.

Sed quæritur, an hæc exceptio Rei iudicatæ impediat exequutionem obligationis Cameralis, si apponatur?

Respondetur affirmatiuè, ipsa enim retardat exequutionem dictæ obligationis Cameralis. Zacch. ad Gallesi. *de obligat. Camer. quæst.* 18. *num.* 16. Rodolphin. *vbi sup. par.* 1. *cap.* 18. *num.* 199. Quinimmo dicta exceptio admittitur in quocumque iudicio Rot. *post eumdem* Zacch *de obligat. Camer. decis.* 86. *num.* 7. *& seq.*

9 Tertia exceptio peremptoria litis finitæ, quæ impedit litis ingressum dicitur exceptio transactionis. Seraphin. *decis.* 230. *num.* 5. *& decis.* 234. *per tot.* est autem transactio de re dubia, & lite incerta non gratuita pactio. Abb. & Canonistæ in *rubric. de transaction.* & Iuristæ *in tit. ff. & C. eod. de transact.* Vnde si quis ob metum futuræ litis fecit pactum cum aliquo transigendo se ad aliquam pecuniarum quantitatem illi soluendam, ne litem intemaret, & pro hoc dedit ei pecuniam conuentam. Vel si lis iam erat intentata, & concordauerunt, mediante pecunia, vt desisteret à lite mota; in tali casu, si non seruaretur pactum transactionis, obstabit exceptio transactionis, quæ impedit litis ingressum *l. fratres. C. de transaction.* Afflict. *decis.* 220. *num.* 3. Grammat. *decis.* 66. *num.* 62.

10 Ad hoc autem, vt opponi possit huiusmodi exceptio transactionis multa requiruntur. Et Primo, vt si facta metu instantis, vel futuræ litis, *vt notatur in d. l. fratres.* Secundò, requiritur bona fides ex parte transigentis, hoc est vt bona fide inductus sit ad transigendum, quia si fuit deceptus, & mala fide inductus, non potest contra eum opponi huiusmodi transactionis exceptio. *l. si conuenerit; & l. cum postquam C. de pact.* & notat Grammat. *decis.* 66. *præt. num.* 46. *&* 51. Tertio requiritur, vt transactio sit talis, ex qua nascatur actio. *l. causas C. de transaction.* Quartò, vt non sit nulla ex aliqua causa, vt si fiat super bonis Ecclesiæ, sine assensu Apostolico *Extrauag. ambitiosæ de rebus Eccles. non alien.* Vel si in Regno fiat, super re feudali, sine assensu Regio, *secundum constit. incip. Constitutio Diuæ memoriæ*, quia tunc non nascitur exceptio, secundum Afflict. *decis.* 173.

Quinto requiritur, vt in transactione non sit læsio enormissima, vt si interuenerit dolus reipsa, & ex proposito, & maxima circumuentio, tunc enim impetrata absolutione à iuramento potest rescindi transactio quia rescissa, nulla ex ea datur exceptio. Grammatic *decis.* 102. *num.* 103. Afflict. *decis.* 322. Ex quibus infertur, quod in contractu transactionis locum habet, etiam remedium, *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* Franch. *decis.* 159. Faciunt notata per Capic. *decis.* 174. *n.* 14.

11 Sed quæritur, an in Regno seruetur dispositio *l. si quis maior. C. de transaction.* vbi imponitur pœna infamiæ contrauenienti trāsactioni, nec non restitutionis obligatio omnium acceptorum, item tollitur illi ius agendi; & soluere tenetur pœnam pecuniariam?

Respond. non procedere; quoad omnes supradictas pœnas, sed tantum quoad restitutionem acceptorum, prætextu transactionis, secundum Afflict. *decis.* [illegible] *n.* 2. *dubio.* & Grammat. *decis.* 66. *num.* 22. & insuper rescinditur, ob enormissimam læsionem, *vt dix.*

12 *Quo verò ad tertium* principale præmissum propositum in principio. *subsect.* 6. *num.* 1. *sup. de except. dilator.* nempe tum quando exceptiones opponi debeant, notandum erit, pro complemento materiæ exceptionum, quod in hoc consideranda sunt quatuor tempora; Primum est, ante litis ingressum. Secundum est post litis ingressum, sed ante litis contestationem. Tertium est post litis contestationem, sed ante sententiam. Quartum est tempus post sententiam.

Circa primum tempus, id est ante litis ingressum, est obseruandum, quod tali tempore debent opponi exceptiones declinatoriæ fori, quæ respiciunt incompetentiam iudicis, aut eius suspicionem, *arg. l. fin. C. de exception.* alioquin si non opponerentur ante litis ingressum, non possent amplius opponi quia Reus censeretur consentire in iudicem, *contra Monalt. de except. re iudic. l. sed & si ff. de iudic. & l. si conuenerit ff. de iurisdict. omn. iud.* sequitur Bartol. *in l. quidam consulebant ff. de re iud.* & dictum fuit suprà.

Est tamen aduertendum, quod si reus petierit copiam libelli ad consultè respondendum, non videtur per hoc consentire in Iudicem, idem Bartol. *in l. non videtur ff. de iudic.*

Item tali tempore sunt opponendæ exceptiones, quæ impediunt litis ingressum, de iure Regni, vt est exceptio solutionis, Rei iudicatæ, transactionis, iur[is] iurandi, & pacti de non petendo, de quibus loquitur Regia *Pragmat. Comparente Reo sub tit. de ordin. iud. & constitut. exceptione filiationis.* Vbi etiam seruatur, quod Reus non probans exceptiones propositas, pro qualibet actione, in qua deficit probare, soluere debeat quos ducatos in pœnam, *iuxt. Prag. Quicumque sub tit. de excep.* De Iure verò communi, & de æquitate Canonica opponi possunt vsque ad conclusionem in causa vt diximus *sup. num.* 1.

13 Circa secundum tempus, hoc est post litis ingressum, sed ante litis contestationem, erit obseruandum, quod regulariter tali tempore opponi debent exceptiones dilatoriæ, quæ non respiciunt personam iudicis. *l. sea demum C. de procurat.* & notatur per Marant. *in specul. par.* 6. *membr.* 9. *n.* 9.

Est tamen aduertendum: quod in duobus casibus exceptiones dilatoriæ opponi possunt, etiam post litis contestationem. Primus est quando superuenit tempus post datum tempus, culpa aduersarij, non culpa Rei excipientis. Marant. *loc. cit.* Secundus est, quando esset exceptio dilatoria, quæ respiceret retroactum nullum processum, vt est illa, quæ oritur ex defectu citationis, iurisdictionis, vel mandati; tali enim casu, licet exceptio sit dilatoria secundum se, potest tamen opponi quandocumque in quauis parte iudicij, etiam post sententiam latam, vt probatur *in l. licet C. de procurat.* & notatur per Felin. & Alij *in cap. exceptionem de except. & in c.* 1. *de litis contest. in* 6. *& not. d. termus inferrus.*

14 Circa tertium tempus, id est post litis contestationem, sed ante sententiam, erit obseruandum, quod tali tempore opponi debent exceptiones peremptoriæ, quæ non sunt litis finitæ. *l. peremptorias C. sentent. rescind. non poss.* Cuius legis dispositio die seruatur etiam in Regno Neapolitano; non obstante

obstante *constitutione interp. litis legitimè contestata*, in qua habetur exceptiones peremptorias opponendas esse, post litem contestatam, infra biduum; & Ratio est, quia æquius est remedium dictæ legis, quam dictæ constitutionis. Ista autem practica introducta est *per Pragmat. incip. cursu dilationum sub. rubr. de ord. iud.* per quam videtur correcta dicta *constitutio litis legitimè contest. a*, & per eam fuit dispositum, vt etiam post terminum (qui in Regno stat loco litis contestationis, vt alias diximus,) possint præsentari scripturæ ad repellendos testes examinatos in causa vsque ad conclusionem.

15 Circa quartum, & vltimum tempus, idest post sententiam; erit obseruandum, quod tali tempore opponi similiter possunt exceptiones dilatoriæ, quæ respiciunt retroactum nullum processum, prout sunt illæ, quæ arguunt defectum mandati procuratoris, vel iurisdictionis, vt singulariter notat Specul. *de exception.* §. 3. *Dictò n.* 14. *in fin.* & Bald. *in l. pen. C. de inr. & fact. ignor.*

Est tamen notandum Primò, quod licet regulariter post sententiam opponi non possint exceptiones peremptoriæ, nisi per viam restitutionis in integrum, vt si sit minor, vel Ecclesia *l. 2. C. sent. rescin. non poss. & cap. cum olim de priuil.* & notat per Specul. *lib. 2. de excep. & replic.* §. 3. *num.* 15. *in fin.* & Pac. Iordan. *tom. 3. elucubration. diuersar. lib.* 19. *tit.* 33. *numer.* 26. Hoc tamen limitatur innouem casibus, quos enumerat Gloss. *in l. fin. C. de iur. & fact. ignor.* & referuntur per eosdem supracitatos Doctores, in quibus casibus etiam post sententiam opponuntur peremptoriæ exceptiones ad impediendam exequutionem.

Quorum primus est in filio familias, cui competit exceptio Macedoniani. *l. tametsi. ff. ad Macedon.*

Secundus in Muliere, quæ habet exceptionem Senatus consulti Velleiani. *l. quamis.* §. 2. *ff. ad Vellcian.*

Tertius est in Milite condemnato, qui exceptionem omissam post etiam post sententiam opponere *d. l.* 1. *in fin.* vbi Glos. *C. de iur. & fact. ignor.*

Quartus est in Marito, qui conueniri debet in quantum facere potest *l. ex diuerso* §. *fin. ff. solut. matrim.*

Quintus est in Donatore, & Alijs, qui similiter non conueniuntur nisi in quantum facere possunt, deducto, ne egeant. *l. Nesennius* §. *fin. ff. de re iudic.* isti enim, nisi eis relinquatur, ne egeant, iam post sententiam opponere possunt.

Sextus est in fideiussore, quoad priuilegium cedendarum actionum *l. si fideiussor.* §. *idem respondit. ff. de fideiussor.*

Septimus in Tutore. *l.* 1. *preterea potest* §. *de conter. act. tut.*

Octauus est in falso procuratore. *l. licet C. de procurator. & in nostra eod. tit. de proc.* secus si sententia diceretur lata per falsas allegationes: *vt tot. tit. C. si ex fals. alleg.*

Nonus est vbicumque iudicium dicitur nullum, vel quia Iudex erat incompetens, vel excommunicatus, & similia. *l. licet. C. de probat. & tot. tit. C. quand. prouoc. non est necess.* cum alijs cumulatis per Specula tor. *d.* §. 3. *num.* 14. & Accurs. *in fin.* Gloss. *in l. exceptionem C. de probat.*

16 Notandum Secundò est, quod in Praxi dantur quædam exceptiones, quæ dicuntur incidentes, aliæ verò dicuntur emergentes. Incidentes sunt, quæ opponuntur contra factum principale: sed emergentes sunt quæ opponuntur aduersus conreruentia processus. Abb. *in c.* 1. *in fin. de ordin. cognit.*

17 Notandum est tertio, quod pro qualibet exceptione Rei conuenti, vel replicatione Actoris semper est dandus terminus ad eam illico probandam intra eumdem terminum; alias Iudex debet facere decretum, quod ad vlteriora procedatur, oppositis non obstantibus, & reseruabuntur probanda ad merita causæ. Bartol. & Bald. *in l. nam postea ff. de iureiur.* Felin. & Abb. *in cap. exceptionem de exception.* Bene verum est, quod ex aliqua causa protogatur terminus ad probandum, cum Nos In foro Ecclesiastico non procedamus cum tanto rigore, vt fit in foro sæculari. DD. in *d. cap. exceptionem*, Specul. *de exception.* §. 2. *nunc videndum.*

18 Sed quæritur, quænam sint exceptiones, quæ reseruantur ad merita causæ, & ad calculum sententiæ ferendæ?

Respondetur, illas esse omnes exceptiones, quæ probari nō possunt statim; quia altiorem fortè requirūt indaginem, vt est exceptio anterioritatis, qua quis prætendit, se esse anteriorem Alijs. Vel si sit aliqua exceptio ambigua, aut dubia; & similes. Vnde prudens Iudex statim inspicere debet, an exceptio sit clara, & facilis probationis; an verò cauillosa, & difficilis ad probandum de iure, vel de facto, nam tunc fieri debet decretum, quod procedatur ad vlteriora, & reseruetur probatio ad merita causæ; DD. *in cap.* 2. *de sent. & re iudic.*

Nota verò in Practica, quod si pars exceptionem opponens obtulerit probationes in promptu, & Iudex eas non attenderet, pars poterit appellare. Abb. *in cap.* 1. *de ordin cognit.*

Terminus tandem ad recipiendum testes ad exceptiones oppositas probandas, potest eodem, vel simili modo formari, sicut in præcedentibus, præsertim in *proxima subsect.* 6. *Intersec.* 4. *num.* 54. & quando reseruantur probandæ ad merita causæ, formari potest, *vt in ead. subsect.* 6. *intersec.* 3. *a.* 28.

SECTIO II.

De ordinatorijs Processus à litis contestatione, vsque ad sententiam exclusiuè.

IN principio ingressus ad Practicam *num.* 1. pollicitus fui diuidere illam in tres Sectiones, quarum prima complectetur omnes actus ordinatorios Iudicij à principio causæ vsque ad litis contestationem exclusiuè, Secūda verò initium sumeret à litis contestatione, vsque ad sententiam exclusiuè, et Tertia à sententia vsque ad eius exequutionem inclusiuè. Verùm quia primam sectionem iam absoluimus in præcedentibus; nunc se offert secunda sectio totius iudicij, seu processus absoluenda, quæ vt diximus, initium habebit à litis contestatione vsque ad sententiam diffinitiuam exclusiuè. Quare succedit.

SVBSECTIO PRIMA.

De litis Contestatione.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio est fundamentum Iudicij.*
2 *Litis contestatio, quid sit?*
3 *Litis contestatio, quare sic dicatur?*
Iudicium redditur inanitum.
4 *Litis contestatio duplex, expressa, & tacita.*
5 *Litis contestatio quot modis fieri possit.*
Verbum mentiris induxit litis contestationem.
6 *Litis contestatio per quas personas fieri possit.*
7 *Litis contestatio vbi fieri debeat.*
8 *Litis contestatio, quo tempore facienda.*
9 *Effectus litis contestationis plures.*
10 *Sententia esset nulla, si fieret sine litis contestatione.*
11 *Litis contestatio in Regno non fit expressè & quare.*
12 *Causa summaria sunt in maioribus Tribunalibus.*
13 *Litis contestationis decretum.*

1 QVoniam litis contestatio est vnus ex quinque actibus substantialibus Iudicij, *vt dixi. in præmissi. præmis.* 4. *num.* 42. et fundamentum, ac lapis angularis ipsius, ac processus, *vt ex text. in cap. vnic.* et ibi Bald. *de lit. contestat. & notam ibid. num.* 43. meritò completis exceptionibus, et replicationibus Actoris, et rei, ipsisque plenè in omnibus auditis, nec non concessis terminis ad exceptiones, et replicationes opponendas, et probandas, seruatisque seruandis, deueniendum est ad tertium actum principalem, qui fit in iudicio, qui est litis contestatio, de qua fit mentio in Iuribus allegatis *in præmiss. d. n.* 4. *& infrius citandis, &* per Abb. *in suo Aureo trat.* qui inscribitur *Iudiciarius Ordo in* 10. *charta col.* 2. *& seqq.* et Speculat. *in l.* 2. *par.* 2. *rubr. de litis contestat. per tot.* quem sequitur Marant. *in spec.* 6. *p.* 2. *memb. vlt.*

Quamobrem pro pleniori eiusdem notitia plura videnda erunt, et Primò, quid sit litis contestatio, Secundà, quare dicatur litis contestatio; Tertio, quotuplex sit; Quarto, qualiter fiat; Quinto, per quas personas; Sextò, vbi fieri debeat. Septimo Quando. Octauo, Quis sit eius effectus, et Vltimo, Quomodo in Regno seruetur.

2 *Quoad primum* est notandum, quod litis contestatio est principalis negotij apud competentem iudicem facta narratio,

tatio, & sequuta responsio, *vt colligitur ex c. vnic. de lit. contestat. c. dudum 2. de election. c. prout de dolo, & contumac. c. cum causam de rerum. calumn. & l. rem non nouam, §. patroni. C. de iud.* Specul. *vbi sup.* §. 1.

3 *Quoad secundum* est notandum, quod litis contestatio dicitur quasi simul testatio. Vnde sequitur litis contestationem debere fieri coram Iudice, præsentibus Actore, & Reo per petitionem, & responsionem subsequutam, *ut in terminis prael. leg. & in c. relatum de offic. deleg. & l. vnica. C. de lit. contest.* & sic actore narrante factum litis, & reo respondente animo contestandi litem, fit litis contestatio. Hinc sequitur, quod alter ex litigantibus inuitus cogi potest ad contestandam litem, quia litis contestatio est actus iudiciarius & iudicium redditur in inuitum, *vt habetur in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig.* sequitur Bald. *in d. l. vnic. C. de lit. contest. col. 2.*

4 *Quoad tertium* est, notandum, quod litis contestatio duplex est: vna expressa, & altera tacita. Expressa est illa, quæ fit per narrationem actoris, & per responsionem sequutam factam à reo coram Iudice competente animo contestandi litem *d. c. dudum 2. §. lices de elect.* Tacita verò dicitur illa, quæ fit per processum ad vlteriora. Marian. Soccin. *in rubrica de litis contest.*

5 *Quoad quartum* qualiter fiat litis contestatio est notandum, quod multis modis fieri potest. Primò, per verbum; *Nego;* prout fit, quando reus dicit; *Nego narrata esse vera*, iuxta dictum Bart. *in d. l. vnic. C. de lit. contest.* Hinc modus, qui practicatur in quibusdam Curiis contestandi litem, est vt reus dicat; *litem contestando nego narrata, prout narrantur, & dico petita fieri non debere;* & ista est plena litis contestatio, quia sic reus respondet ad omnia capitula libelli, si plura sint, cum ad singula respondendum sit, nam quot sunt capitula in libello, tot sunt petitiones, *c. cum pro causa de sent. excom. l. cum in vna ff. de appell. & l. etiam ff. de minor.* In aliis verò fit; *Posita prout ponuntur, & narrata, prout narrantur per Actorem non esse vera, salvis iuribus, & defensionibus saluis, & tempore proponendi*: quæ verba faciunt, vt non incurratur pœna negantium, de qua *l. fin. ff. de rei vendic. & l. contra negantem. C. ad leg. Aquil.* quam incurreret negans, si simpliciter negaret. Castrens. *in l. sed hoc ita, ff. de re iudic.* Secundo fit per confessionem, vt si reus confiteatur narrata per Actorem esse vera, lied ipse reus vult probare se nullo modo teneri ad petita per Actorem, ita Felin. *in c.* 1. *col.* 1. *de lit. contest.* & Andr. de Isern. *in constit. Regni incip. Regia Maiestatis.* Tertio fit per verbum dubitatiuum credulitatis, vt si Reus dicat; *Credo narrata per Actorem non esse vera.* Bald. *in l. si debitori §. de petit. heredit.* post Gloss. *in c. cum ad sedem, ver. credere de restit. spol.* Quartò fit per verbum *ignoro*, vt si Procurator, vel hæres, & Alii, qui habent iustam causam ignorandi factum alienum, dicant, *Ignoro an ita res se habeat, vt vult l. qui in alterius ff. ad Velleian.* Bart. *in l. qui in alterius ff. de regul. iur.* Quinto fit etiam per verbum iniuriosum, vt si Reus dicat, A toti, *ta mentitis per gulam,* Bald. *in l. cerpia ff. de legat.* 1. Caueat tamen quilibet in iudicio talia verba proferre, quia potest iudex contra illos securitatem exercere, & procedere per viam notorii, de quo infra p. 5. *prax.* 17. Et per iudices sæculares præeminentem iurisdictionem habentes infligitur pœna torturæ: vt scilicet torqueatur tribus, vel quatuor ictibus funis; aliàs condemnantur ad alias pœnas pecuniarias, vel corporis afflictiuas iuxta facti qualitatem & personarum conditionem.

6 *Quoad quintum* per quos fiat litis contestatio est notandum, quod non solum fit per principales litigantes, qui possunt stare in iudicio, sed etiam per eorum procuratores, Tutores, Curatores, Actores, Syndicos, & alios defendentes, & alieno nomine comparentes, *vt l. 1. de lit. contestat. cap. preut de dol. & contum. c. cum causam de im om. calumn. l. rem non nouam § patroni. C. de iud. l. procuratorib. & l. neque Cod. de procur. l. licet. ff. de iudic. cum similib.*

Fit etiam per confessionem Aduocati, etiam illicitam *cap. cum causam de appellat.* quia quod per eum fit præsente clientulo, valet, nisi contradicat. *l. 1. C. de error. aduocat.*

Est tamen aduertendum, quod si fiat cum persona quæ non potest stare in iudicio, puta cum minore pupillo, & c. non valet, quod cum eo fit. *l. fin. C. qui legitim. person. stand. in iudic. non hab.*

7 *Quoad sextum* Vbi fieri debeat litis contestatio est notandum, quod regulariter facienda est coram suo competenti iudice, *vt in c. dudum 2. de elect.* ibi *per petitionem in iure coram iudice, & c. vnic. de lit. cont.* ibi *in iure*, alioquin non valeret, *c. in literis eorum 11 q. 1. c. ast in prime. de iudic. c. ad nostram de consuet. & l. fin. C. si non à compet. iudic.* Vnde infertur fieri debere etiam coram arbitro *arg. leb. 1. ff. de except.* Specul. *de lit. cont. §. 3. numero* 2. quem sequitur Abbas *in cap. præsentata de testib.*

8 *Quoad septimum*, quando fiat litis contestatio, est notandum, quod fieri debet, post porrectum libellum, & post inducias ad deliberandum datas, omni tempore legitimo, non feriato, ante tamen iuramentum calumniæ, vt colligitur *ex cap. cum causam de iuram. calumn. in fin. c. 1. & 2. eod. tit. & c. dudum. 2. de elect.* ibi *; lite verò coram nobis legitimè contestata, & prosequente & c.* Est tamen aduertendum ab aduocato Rei vt ad litis contestationem veniat quanto tardius potuerit, quia per eam clauditur aditus multis diffugiis, *vt l. apertissimi C. de iud. l. nemo. C. de inoffic. testam. & l. vbi acceptum ff. de iudic.* nam per eam subiicitur iudici, & obligatur actori, *c. inter monasterium de sent. & re iud. c. l. ad eas §. item secundum. ff. de redhib. & l. neque C. de procur.* & per eam præcluditur via omnibus exceptionibus vt mox dicemus. Aduocatus verò Actoris debet procurare, vt quam primum fiat, quia per eam fit melior eius conditio. *l in minori C. in quib. caus. cess. non est necess. lib. 1. C. de iudic. l. alia ff. de nouat. & l. videamus ff. de vsur.*

9 *Quoad octauum* quis sit effectus litis contestationis, est sciendum, plures esse eius effectus Quorum Primus est, quod per eam præcluditur via exceptionibus dilatoriis, ita vt post eam non possint amplius opponi. *d. cap. inter monasterium de sentent. & re iudic. l. Pomponius §. cati ff. de procur.* Secundus, quod per eam omnis actio personalis perpetuatur, vsque ad 40. annos, & transit ad hæredes, *l. sæpè C. de præscription. 30. vel 40. ann.* Tertius est, quod per eam interrumpitur quælibet præscriptio. *cap. possess.* 6. *q.* 1. etiam si fit facta coram Arbitro *l. pen. C. de arbit.* Quartus est Quintus, quod post eam iudex recusari non potest, vt suspectus, quia recusatio est exceptio dilatoria, *vt in c. inter monasterium*, nisi ex noua causa suspicio oriretur, post litis contestationem *c. insinuante de off. deleg. l. licet autem ff. de arbitrat.* vel nisi iudex de nouo suspicionem ad eius notitiam peruenisset. *cap. pastoralis de except.* Quintus effectus est, quod post eam non potest reuocari mandatum procuratoris, nisi certis ex causis. *l. post litem, cum ll. sequ. ff. de procurator.*

10 Sextus est, quod non potest peruenire ad sententiam diffinitiuam, nisi contestatur lis, quia litis contestatio est lapis angularis iudicii, secundum Bald. *in p. 1. de lit. contest.* & est de substantialibus iudicii, vt sup. diximus: vt si omittatur, de iure communi, vitiet totum processum Glos. *in d. c. dudum. 2. de elect.* Cardin. *in Clement. sæpè in princ. in 4. oppos. de verb. sign.* Bart. & DD. *in l. prolatam. C. de sentent.* Septimus effectus est, quod probationes, & testes recipiuntur ante litis contestationem, vt habetur *per tot. tit. vt lite non contest.* & ibi DD. Alios effectus vid. apud Specul. *de lit. contest.* Ioan. Andr. *in rubr. eod. tit.* Abb. *in c. vnic. eod. tit.* & Alios.

11 *Quoad nonum* & vltimum, quomodo in Regno fiat litis contestatio, est notandum, quod in Curiis Ecclesiasticis vt plurimum fit, sicut de iure communi seruatur iudiciis ordinariis, licet in Aliquibus seruetur eo modo, quo proceditur in curiis sæcularibus, in quibus non fit, quia causæ expediuntur summariè, & de plano sola facti veritate inspecta, & solum respicitur ad probationem per *Reg. pragm. incip. Dispendia litium sub. rubr. de ord. iudic.* & insuper, quia litis contestatio sublata est per *c. Regni. Detestantes* & notatur per Pau. de Put. *de Syndicat. ver. sententia*, & Afflict. *decis.* 253. *n.* 3. & Marant. *in spec p.* 4. *dist.* 9. *n.* 2. & 6. *p. memb.* 10. *n.* 2. vbi ait ex Ludouic. Roman. *consil.* 164. *col.* 2. & ex Bartol. & Bald. *in l. nulla, & l. nihil, C. de procurator.* & ex Aliis, quod illa actus, qui immediatè sequitur, pro litis contestatione habetur, prout est datio termini probatorii Et sic statim ac Iudex incipit cognoscere demeritis causæ, tunc dicitur contestari litem.

12 Est autem aduertendum, quod non solum in Regno Neapolitano causæ sunt summariæ, sed in multis Aliis Regionibus, & Tribunalibus, prout est præsertim in Tribunali Domini Auditoris Cameræ Almæ Vrbis, per facultatem, & priuilegium concessum, *à Paul. V. in sua Constitut.* 28. *quæ incip. Exumia. §. cos videlicet;* & obseruat Ridolph. *in Prax. Iudiciar.*

dislor. p.3. cap. 3. n. 141. Et ratio est, quia in Iudicijs summariis non requiritur litis contestatio. *Clement. Dispendiosam de iudic. & Clement. sæpe de verb. signif.* Rot. *decis. 3. de litis contestat. in nou.* vide quæ latè notat Marian. Soccin. *in c. quondam frequenter in princ. nu. 15. vt lit. non contest. vbi à n. 9. vsque ad n. 73.* enumerat octoginta duos casus, in quibus litis contestatio non requiritur. Rolând. *cons. 76. n. 36. l. 1.* Olasc. *decis. 1. n. 1.*

13 In Curiis autem, vbi ius commune seruatur, & in Ecclesiasticis in quibus fit litis contestatio, tale, vel simile decretum fieri solet, videl.

Forma Decreti litis contestationis.

Et per Dominum, &c. Visa petitione N. contra N. ac negatione eiusdem N. Rei conuenti fuit pronunciatum, & decretum, litem fore, & esse contestandam in præmissis, prout contestatur & pro contestata haberi mandatur; & personas legitimas haberi decreuimus, &c. & ita per Hoc suum, &c. Datum, &c.

Vel alio modo.

Qui Dominus, &c. Visa petitione Talis N. contra talem N. ac negatione Rei conuenti, litem fore, & esse contestandam in præmissis pronunciauit, & pro contestata haberi voluit, & mandauit, personasque legitimauit, omni, modo, &c.

INTERSECATIO VNICA.

De Causis Summarijs.

SVMMARIVM.

1. *Summariæ causæ non indigent litis contestatione*
2. *Causa summaria, quæ dicantur?*
3. *Causæ summariæ differunt inter se, & quomodo?*
4. *Clausula*: Summariè, *quid importet?*
5. *Effectus clausulæ summariæ.*
6. *Limitationes dictæ clausulæ.*
7. *Summariæ causæ tres species constituunt.*
8. *Summaria à iure, quæ?*
9. *Summaria ab homine, quæ?*
10. *Summaria à natura causarum, quæ?*
11. *In summarijs causis seruari potest ordo Iudicij ordinarij.*
12. *Summaria probatio aliquando fit, etiam in causis ordinarijs.*
13. *In Summarijs relinqui non potest citatio, & probationes.*
14. *Clausula, siù verbum*: Simpliciter; *quid importet?*
15. *Clausula*. de plano; *quid?*
16. *Clausula*: sine strepitu; *quid?*
17. *Clausula*: sine figura Iudicii, *quid?*
18. *Figura Iudicij est ordo iudicarius substantialis.*
19. *Effectus principales Clausulæ*: sine figura Iudicii.
20. *Requisita necessaria in causis summarijs.*
21. *Citatio est de iure Diuino, & ideo omitti nequit.*
22. *Clausula*: sola facti veritate inspecta; *quid importet?*
23. *Clausula*: Manu Regia. *quid?*
24. *Papa solum summariè cognoscendi causis facultatem tribuere potest alijs.*
25. *Limitatur conclusio pluribus modis.*
26. *Episcopi aliquando statuere possunt contra Ius.*
27. *Partes ipsæ litigantes causas ordinarias facere summarias de consensu minime possunt.*
28. *Instantia causæ an procedat in summarijs causis.*
29. *Causa semel summaria est semper talis.*
30. *Causa principalis summaria faciet etiam summarios omnes eius articulos.*
31. *Termini substantiales omitti non possunt in causis summarijs, quamuis abbreuientur quoad tempus, non quoad numerum.*
32. *Termini substantiales in causis Summarijs, qui?*
33. *Termini substantiales diuersi, secundum diuersitatem causarum.*
34. *Terminis non seruatis sententia in illa causa sequuta est omninò nulla.*
35. *Citatio ad sententiam est omninò necessaria.*
36. *Termini substantiales in pluribus casibus non seruantur.*
37. *Stylus Romanæ Curiæ non extenditur ad alias.*
38. *Terminus substantiales malè seruati vitiant processum.*
39. *Casus de iure communi, in quibus summariè proceditur.*
40. *Partes colligantes in causis summariè; an possint illas facere ordinarias.*
41. *In summarijs primus actus fieri solitus post litis contestationem in Ordinarijs habetur in loco contestationis.*

1 Dictum fuit suprà, litis contestationem non requiri in Iudicis summariis, per text. *in Clement. Dispendiosam de iud. & Clem. sæpè de verb. signif.* Verum quia rectus ordo postulat, vt in præsenti Practica nihil eorum prætermittatur, quæ ad maiorem vtilitatem Vicariorum, & Aliorum in foro versantium facere videntur Ideo de illis aliqua breuiter, perfunctoriè que prælibare non iniucundum fore existimaui. Quapropter videbimus de more. Primò, quæ causæ dicantur summariæ, Secundò, quid importet clausula *summariè*, & quos effectus producat. Tertio, quot sint species causarum huiusmodi. Quartò, quæ aliæ clausulæ de stylo concomitari soleant huic, & eorum effectus. Quinto, in quibus casibus summariè procedi possit.

2 *Quoad primum* notandum est, quod causæ summariæ regulariter sunt matrimoniales, Beneficiales, Decimales, Vsurariæ. Sic etiam spirituales, & spiritualitati annexæ. similiter causæ Blasphemiæ, Hæresis, læsæ Maiestatis, Simoniæ, & similes, de quibus *in d. Clement. dispendiosam, & Clem. sæpè, & c. final. de hæret. in sexto, & in Extrauag. ad reprimendum*. vbi Bart. *in verb. summariæ in Authent. post. lib. feud. rubr. quomod. in læsæ maiest. crim. proced.* Item causæ alimentorum, ventris, exequutiuæ, & huiusmodi, de quibus Bart. *in d. Extrauag. ad reprimendum*, & item causæ omnes in quibus proceditur summariè ex priuilegio Principis supremi, prout fit in Alma Vrbe in Tribunali Illustriss. D. Auditoris Cameræ ex facultate illi concessa *per Constitut. bon. mem. Pauli V. 22. in ord.* quæ incipit. *Eximia*, signanter *in §. Eas videlicet*; & aduertit Ridolphin *in Prax. Iudic. par. 3. c. 3. n. 141*. & in Rota, vbi etiam proceditur summariè, prout in Beneficialibus, vigore Innocentianæ Constitutionis in causis infra quingentos florenos. Innoc. VIII. *Constitut.* 10. incip. *Finem litibus*. Papazon. ad Rot. *dec. 2. n. 15. de rescript. nouis.* Item in Regno, in quo omnes causæ in Tribunalibus laicalibus sunt summariæ per iura allegata suprà *hac eadem Subsect. 1. proxim. præced. n. 11.* & in præmissis *præmiss. d. n. 51. & seq.* Prout etiam sunt in pluribus Aliis Tribunalibus & Prouinciis. Item omnes aliæ causæ, de quibus infrà *n. 36.*

3 Sed quæritur, an dictæ causæ summariè differant inter se? Respondetur affirmatiuè. & quidem dupliciter; nam quædam sunt causæ summariæ, quæ requirunt plenas probationes, & sunt tantum summariæ, quoad solemnitates, vel aliquas earum, non verò quoad probationes necessarias in causa. Marchesan. *de commiss. aper. oris p. 2 § 1. n. 47 fol. 418. in nouis impress.* Mandos *in formul. 3. commiss. in verb. summariè, vers. altero modo.* Marant. *in Spec. Aur. p. 4. dist. 9 n. 46.* Lap. *alleg. 3. n. 5.* Prout sunt causæ incidentes, vel emergentes in Iudiciis, & causis ordinariis, nam istæ summariè cognoscuntur, quoad solemnitates; & dilationes, non quoad probationes. Mart. *de clausul. p. 1. claus. 189. n. 10. vers. aut causa est ordinaria.* Item causa de sui natura summaria non fauorabilis, nam & ista summariè deciditur, quoad solemnitates; sed plenas probationes requirit. Alex *cons. 139 n. 8. & cons. 187 n. 3 l. 7.* Bartol. *in d. Extrauag. ad reprimendum verb. summariè n. 12. vers. quædam sunt in quibus* Mart. *loc. præcit. vers. aut causa natura sua.*

Quædam verò aliæ sunt causæ summariæ, quæ vel plenam probationem non requirunt, vel requirunt solummodò semiplenam; & hæ sunt summariæ, & quoad solemnitates, & quoad probationes. Marchesan. *loc. præcitat.* Mandol. *ibid. d. vers. iudicium summarium.* Lap. *vbi sup.* Prout sunt causæ non parantes magnum præiudicium, verbi grat. quælibet causa possessorii minima, quæ reparari potest in petitorio, alias secus, Marant. *præalleg. loc. num. 43. post Bart. in d. Extrauag. ad reprimendum, ver. summariè*; & Alexan. *cons. 60. col. 1. vol. 5.* Item quælibet causa de sui natura summaria, præiudicialis fauorabili, nimirum Alimentorum ventris, & similes, quæ plenas non requirunt probationes Bart. *ibid. d. n. 12. vers. quædam sunt, in quibus* Mart. *d. num. 10. ver. aut. causa natura sua.*

4 *Quoad secundum* notandum est verbum, seù clausulam *summariè*. idem importare, quod summarium, seu breuiter. Prout habetur *in l. fin.* vbi Gloss. *verb. in summa*, *ff. de exercit. action. l. summa itaque*, & ibi Gloss *in t. declar. ff. de stat. hom.* Bartol. *in d. extr. ad reprimendum in prin.* Grat. *discept.* 258. *n.* 1. & 2.

Hinc fit, vt causa dicatur summaria idest breuis; & iudicium summarium, idest breue. Mandos. *in d. form. 3. commiss. vers. summariè*, ex quo in causa, seù iudicio summario, hoc est breui proceditur breuiter, sine solemnitatibus requisitis in iudicio ordinario, in quo proceditur iuris ordine seruato, nimirum præcedēte libello, litis contestatione, publicatione conclusione, & huiusmodi. de quibus infra. Vnde causa, seu iudicium, in quo non seruatur talis ordo, dicitur summarium. *Clem. sæpè*, & ibi Gloss. Cardinal. & Alij *de verbor. signif.* Bart. *vbi proxime d. verb. summariè*; *& ver. & figura*, & Bald. *in l. iudices C. de iudic.*

Nota tamen, quod licet procedatur in iudicio summario breuiter, de iuris ordine non seruato, hoc tamen intelligi debet, quoad solemnitates prędictas, libelli scilicet, litis contestationis, & similes, non quod relinqui possint probationes aut alia, quæ sunt de substantia, nam si iste omitterentur, vtique tolleretur causæ cognitio. Bart. *in d. Extrauag. ad reprim. vers. summariè n.* 1. Grat. *discept.* 258. *n.* 3 Hæc autem cognitio summaria introducta fuit à iure, vt lites celerius expedirentur. *Clement. dispendiosam de iudic.*

5 Operatur autem dicta clausula: *Summariè* plures *effectus*, quorum Primus est, vt Iudex, cui committitur aliqua causa cum dicta clausula procedere, & iudicare possit in ea, sicut ipsemet Princeps. Alex. *cons. 6. n. 2. volum.* 3. Cacheran *Pedemont. dec.* 1 *n.* 20. Mart. *de clausulis. cons.* 180. *n.* 3. quia hæc clausula: *summariè*: æquiparatur illi: *Manu Regia*: & alteri: *Procedas, prout volueris*, vt refert Mart. *vbi sup. n.* 6.

Secundus est quod talis Iudex procedere possit secundum quod Deus iudicaturus esset. *Bald. in Clement. sæpè de verb. signif.* quem sequitur *ibid.* Nat. Honded. *cons.* 94. *n.* 51. *tom.* 1.

Tertius est, quod possit iudicare secundum propriam conscientiam priuatam. Guid. Pap *decis.* 23. Grammat. *decis.* 62. *n.* 32 propterea debet potius inspicere veritatem, quam iuris subtilitates. Grammat. *ibidem.*

Quartus est, quod possit sententiam proferre, etiam stando, & non sedendo pro Tribunali; dummodo stat in scriptis Gratian. *discept. forens. c.* 52. *n.* 4.

Quintus est, quod Iudex, cui commissa fuit causa cum huiusmodi clausula, remanet delegatus, & ideo ab eius sententia appellari potest, non obstante aliquo statuto præscribente, ne daretur appellatio, si pronuntiaret, vt Ordinarius; quia dicta clausula cessare facit iurisdictionem ordinariam. Iason *in l.* 1. *§. & post operis n. 3. ff. de nou. oper. nunc*, vbi de communi testatur, subdens hoc scire esse valde vtile in Praxi. Idem tenet Bald. *ad Speculat. libr. 1. tit. de legato col. vlt. vers. Ego dico.* Alexand. *in l. more maiorum, num. 16. ff. de iurisd. omn. iudic.* Angel. *cons.* 139. quod incipit: *Visis circ. fin. vers. si enim*: quidquid dicant Alij, & Roman. *in l. mulier. n. 44. ff. solut. matrim.* nam communis opinio est in contrarium, prout censuit Rot. *in Bononien. fideicommissi de anno* 1549. *coram Dom. Fabio.* de qua Mandos. *in quarta parte commissionis vers. quandocumque n.* 20. *in fin.*

Sextus est effectus, quod per dictam clausulam causa efficitur summaria, non solum in prima instantia; verùm etiam in alijs instantijs vsque ad finem litis. Rot. *in Ferrarien. Bonorum* 10. *Iunij* 1613. *coram D. Patriarcha Pamphilio.* Cassador. *decis.* 8. *n.* 5 *de rescript.*

Septimus, quod per eam Iudex procedere possit ad sententiam sine termino peremptorio. Oldrad. *cons.* 115. quod incip. *Iniud. cum in prin.* Card. Tusch. *practicar. conclus. tom. 1. litt. C. conclus.* 366. *n.* 1. & hoc præsertim propter verba concomitantia: *simpliciter, & de plano.*

Octauus est effectus, quod licet Reus, qui immobilia possidet, non teneatur regulariter cautionem præstare de iudicio sisti, tenetur tamen, si summariè procedatur in causa Ita Iason. *in l. Iulianus, n. 7. ff. qui satisdar. cogunt.* Curt. Iun. *in l. edita n.* 213. *C. de edend.* Felin. *in cap. licet causam, num. 18. vers. limita quartò de probat.* Marchesan. *de commiss. p. 2. pag.* 419. *n.* 70. *in vltim. impress.* Et hoc signanter, propter verbum: *simpliciter.*

Nonus est, quod iudex non teneatur admittere probationes post lapsum terminum nec cumulationem; propter illud verbum: *simpliciter.* Ias. Curt. Felin. & Marches. *in locis proximè citat.*

Decimus effectus, quod iudex vigore dictæ clausulæ, maximè propter verbum *de plano*; procedere possit in causa, etiam die feriata, dummodo non sit in honorem Dei. Felin. *in c. olim. n. 3 de accusat.* Marches. *vbi sup. n.* 80.

Vndecimus est, quod potest iudex, etiam antequam sententiam proferat, mandare rem controuersiam capi, & distrahi. Rot. *in Miranden. pensionis 27. Martij* 1613. *coram D Coccino*, quæ est impressa *decis. 4, 6. n. 1. par. 2 recent.*

Duodecimus, quod possit iudex testes interrogare ex se, & ex officio, illosque repetere prout fit instante parte, etiam post conclusum in causa; præsertim propter verba: *sola facti veritate inspecta* Marant. *d. par. 4. distinct. 9. num.* 30. Marches. *loc. cit. n.* 81.

Decimus tertius effectus est, quod possit iudex terminos breuiores dare, Et causam ab articulis inchoare, quibus probatis sententiam ferre valeat, præsertim propter eadem verba: *sola facti veritate inspecta*: Roman. *cons.* 517. *n.* 4. & 5. Card. Tusch. *d. litt. C. conclus* 366. *n.* 7.

Decimus quartus, quod, propter verbum *sine strepitu*: sublatæ censentur friuolæ appellationes, exceptiones, & alia, quæ processum retardare solent. Oldrad. *dicto cons. 115. vers. frustatoria verò.* Tusch. *vbi sup. n.* 3.

Decimus quintus est, præsertim propter verba: *sine strepitu, & figura iudicij*, quod potest iudex in causa procedere absq; libello, sed loco illius datur simplex quædam petitio, quæ in Regno dicitur talis qualis petitio, prout est memoriale, factum tantum continens. Marant. *d. p. 4. vers. & an iudex sit competens n.* 8. Grauat. *ad vest. Prax. l. 5. cap.* 1. *n.* 7. Mart *d. claus.* 188 *n.* 1. Honded. *cons.* 94. *n.* 52 *tom.* 1. Marches. *vbi sup. n.* 82. Cabed. *Lusitan. decis.* 72. *n.* 2. *p.* 5. Theodor. de Rubeis *in singul. Rot. tom. 2. p. 4. claus.* 803. *n.* 1.

Vltimus est effectus, quod ordo Iudiciarius per dictam clausulam: *summariè*; non sit necessarius in causa; vnde non requiritur libellus litis contestatio, & similes actus iudicij ordinarij à iure positiuo inducti sed solum qui à iure Diuino, vel naturali procedunt. Tusch. *vbi sup. n.* 5. de Rubeis *ibid. n.* 3. Gambat. *de officio legati lib. 8. tit. de pot. legati in codice alib. n.* 157. *cum seqq.* Brunor. a Sole *in loc. commun. verb. clausula* 48. Mart. *d. claus.* 180. *num.* 5. Ludouic Ridolphin. *post tract. de absoluta Principis potest. lib. 2. de variar. quæst.* 29. *num.* 1. & Alij penes ipsos.

6 Vnde limitatur primò, vt non tollatur citatio per dictam clausulam, qui est de iure Diuino, vt iudicem *infr. n.* 18. ita Calderin. *cons. 130. circa med. vers. nec illa verba*, alias *fin. de iudic.* Tusch. *d. conclus* 366. *n.* 2. Marant. *d par 4. tit. an iudex sit competens n.* 9. Rot. *penes Gregor. decis.* 545 *n.* 5.

Secundò limitatur, vt sublatæ non sint necessariæ probationes. Mart. *d. claus.* 180. *n.* 10. Marant. *ib. n* 10.

Tertio limitatur, vt neque sublata sit defensio, cum sit de iure naturali. & solum seruari non debent solemnitates iudicij a iure positiuo inductæ, vt dictum est; vnde fieri possunt oppositiones, quia defensionem concernunt. Roman. *cons* 314. *n.* 3. Tusch. *d. conclus* 366. *n.* 5. cum dicta clausula *summariè*, non operetur nisi quoad ordinem substantialem iudicij. Celt. Vgon. *in tract. de claus. p.* 485. *cum sequ.* Ludouic. Ridolphin. *d. quæst.* 39. *num.* 7. Bertarch. *in Repertor. Iur. p.* 1. *verb. summaria pag.* 421. *num.* 4.

Quartò limitatur. quod iuramentum calumniæ non censetur sublatum per dictam clausulam Seraph. *de priuil. iuramen. priuil.* 33. *n.* 67.

Quinto limitatur, quod excussionis beneficium non aufertur per dictam clausula. Cald. Perier. *de emption. & vendit. cap.* 33. *n.* 30.

Vltimo limitatur: quod stante dicta clausula non reuocantur attentata; Steph. Gratian. *Marchia decis.* 176. *n.* 16.

7 *Quoad tertium*, notandum est, quod tres summariarum causarum species præcipuè in iure inueniuntur; quæ alias priuilegiatæ dicuntur; nimirum summariæ à iure, summariæ ab homine, & summariæ ex natura causarum

8 Summariæ à iure sunt causæ Beneficiales. Matrimoniales Decimales, Vsurariæ. & ipsas tangentes, vt in *Clement. dispendiosam de iud.* & ibi latè Gloss. DD. & communiter. Similiter, & causa Hæresis, *vt in c. fin. de hæret. in 6.* in quibus omnibus

pro-

proceditur simpliciter, de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, vt statuit Summus Pontifex Clemens V. *in Concilio Viennensi*, & habetur *in d. Clem. dispendiosam* §. 1.

9 Causæ summariæ ab homine sunt omnes illæ, quæ committuntur alicui a supremo Principe superiorem non recognoscente, vt in his procedere possit, vt supra sum. ariè, & de plano, ac sine figura iudicij, sola facti veritate inspecta, prout est Summus Pontifex *Clement. sæpè de verbor. signific.* Vnde inferiores superiores non possunt regulariter illas causas de iure communi committere sublato iuris ordine, ita vt tollantur actus ordinatorij iudicij ordinarij, vt sunt libelli oblatio, litis contestatio, conclusio, publicatio, probatio, sententia, & huiusmodi; etiam si sit Legatus a Latere. Gloss. *in d. c. fin. de heret. in 6. verb. figura.* Felin. *in c. 1. §. 1. col. 1. num. 2. vers. legatus non committit de rescript.* Speculat. *t. t. rubr. de legat. §. 4.* incip. *Superest nu. 4. et 5.* Butr. *cons. 66. num 3 vers. item in generali*, vbi Addent. *in verb. summariè.* Alex. *cons. 105. nu. 1. in l. 2.* Grasc. *de-cis. t. n. 18.* de quo inferius etiam agemus.

10 Summariæ verò causæ a natura causarum sunt omnes causæ notoriæ, in quibus ordo iuris non exercetur, imò ordo est ordinem non seruare, *vt in c. ad nostram 3. de iureiurando. cap. tua, c. vestra de cohabit. cler. & mul.* Item causæ, in quibus proceditur ex officio iudicis per inquisitionem. *cap. quoniam frequenter, §. sunt et alij. Vt lit. non contestat. et diximus sup. in prœmiss. 4. n. 52.*

11 In quibus omnibus causis summariis, si Iudici placuerit iuris ordinem seruare, vt in causis ordinariis, vtique poterit hoc facere. argum. *tex. in cap. nouit. de iudic.* vbi Innoc. *circ. princip.* latè Felin. *in cap. cum dilecta col. 14. vers. ampliatione de rescript.* Bald. *in l. nullum circ. fin. ff. de legib. et in l. testamentum notab. 3 C. de testam.*

12 Probatur aliquando quidquam in causis Ordinariis etiam summariè quatuor modis, quos notaui supra *subsect. 4. n. 10.* ibi videri possunt.

13 *Quoad quartum*, videlicet, quæ aliæ clausulæ concomitari soleant prædictam clausulam *summariè*, notandum est, quod de stylo sociantur huic, etiam sequentes; nimirū: *simpliciter: de plano: sine strepitu; et figura iudicij: ac sola facti veritate inspecta.* Vnde quia omnes dictæ clausulæ seù verba digna sunt, vt de singulis agatur, quia multa vtilia ad Praxim ex illarum declaratione dimanant. Ob id Noto.

Primo; quod licet dicta verba: *summariè. simpliciter, et de plano, sine strepitu, et figura iudicij, sola facti veritate inspecta*, importent, vt possit procedi in causis summariis, sine solemnitatibus iuris positiui, secundum Alex. *in cons. 6. col. 2. in princ. volum. 3.* seruato tantum iure Gentium. Bart. *in d. extrau. ad reprimendum vers. videbitur*. Et propriè *manu regia*, vt Princeps sola facti veritate inspecta. Bart. *in l. Æmilius eo. fin. ff. de minorib.* Bald. *in cap. 1. §. constitutum col. fin. de nou. form. fid. in vsib. feud.* Non tamen omitti poterit citatio, cum hæc sit iuris Diuini, vt dixi suprà, & iuris naturalis. *Clement. pastoralis, de re iudic.* Soccin. *consil. 12. col. 2. vol. 1.* Neque omitti possunt probationes necessariæ, cum & illæ sint de iure Diuino, quo cauetur vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum, Matth. *c. 18. & in c. nouit. de iudic.* Neque termini substantiales, vt inferius dicemus. *n. 28.*

14 Noto secundo, quod verbum, seù clausula: *simpliciter* importat idem, quod sine plica vel inuolutione. Gloss. *in Clem. sæpè verb. simpliciter, de verbor. signif.* & ibi notatur per Georg. Natt. *in princ. n. 131.* Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum verb. summariè in fin.* Mart. *de clausul. p. 1. clau. 180. nu. 6.* Grat. *diction. 247. n. 1.* Barbos. *de dictionib. vsu frequentior. diction. 368. n. 1.* Vnde importat idem, quod summariè, de quo dictum est supra n. 4. vt tradit Bartol. & Mart. *locis citatis*.

15 Noto tertiò, quod dicto seù clausula: *De plano* importat contrarium verbi: *de alto* quod significat locum, vel stylum altum. Hinc fit vt per dictam clausulam possit iudex sententiam proferre non sedendo pro Tribunali in loco alto; neque seruare solemnitates, & stylum altum iudicii ordinarii Bartol. *vbi sup. in verb. de plano num. 1. & 2* Fallit tamen si causa esset magni momenti, quæ licet cognosci possit de plano, tamen intelligitur explosis solemnitatibus perniciosis, non omisso ordine iudiciario, *de quo in c. olim de accusat.* Bart. *in d. extrau. ad reprim. verb. de plano nu. 2. vers. fallit.* Georg. Natt. *in d. Cl. sæpè in princ. n. 52. & in § quæ omnia n. 68. vers. itemquod de verb. signif.*

Operatur tamen magis, quam clausula: *Summariè*, propterea tollit omnes solemnitates iuris Ciuilis. Mart. *dicta clausul. 180. nu. 9.* non tamen tollit substantialia iudicii. Rot. *decis. 445. n. 6. p. diuers.*

16 Noto quartò, quod clausula: *sine strepitu* importat, vt tollatur altitudo vocum & acclamatio partium, & procuratorum; nam strepitus idem est, ac rumor, ad instar verb. *de plano* per quòd tollitur altitudo loci, & styli, vt dictum est, ita Bart. *in d. extrau. ad reprimendum. verb. sine strepitu.* Natt. *in d. Clem. sæpe in princ. n. 53. & seq.* Azin. *in Prax §. 3. cap. 22. num. 1. & seqq.*

Qui omnes asserunt, quod ob dictam clausulam possunt partes informare iudicem in camera, & ad aures; & ex hoc non potest recusari, vt suspectus, cum proueniat ex natura causæ. Obseruari tamen debet in illa ordo Iudiciarius. In alijs verò causis cognoscendis ordinariè, non cum dicta clausula sinè strepitu, iudex non tenetur partes audire, nisi ante Tribunal publicè, & palam. Bartol & Natt. *locis citatis*.

17 Noto quinto, quod Clausula, *sine figura iudicij* importat, & operatur omnia ea, quæ aliæ supradictæ clausulæ simul operantur. Bart. *in extrauag. prealleg. ad reprimendum verb. figura n. 2.* Mart. *de clausul. p. 1. clau. 180. n. 7.* Natt. *in Clem. sæpe præcit. in princ. n. 232. vers. tertio facit & in §. quæ. omnia n. 80. vers. circa quintum* Papiens. *in Prax. in form. libell. action. real. §. summariè nu. 1;* vbi dicit, quod ista tantum verba sufficerent in rescripto, vt possit iudex procedere summariè in causa, quamuis alia in præfatis clausulis contenta non apponerentur.

18 Figura verò iudicii nihil aliud est, quam ordo iudiciarius substantialis a iure requisitus in causis ordinariis, qui si omittatur, iudicium vitiatur, & corruit. *l. prolatam C. de sent. & interlocut. omn. iudic.* Natt. *vbi sup. n. 55. in fin. & nu. 56.* Papient. *ib. n. 2.* Azin. *in Prax. §. 3. c. 12. n. 4.*

Hinc fit, quod per dicta verba *sine figura iudicij*, index non cogitur seruare ordinem iudiciarium prædictum inductum à Iure Canonico vel ciuili, aut municipali; sed solum seruare tenetur formam a iure naturali, vel gentium introductam. Bart. *vbi sup.* & Natt. *ib. n. 56.* Papiens. *d. n. 2.* Marant. *d. p. 4. d. 9. nu. 11.* vbi Alios congerit.

Forma verò à iure Canonico, & ciuili inducta, est solemnitas actorum, qui in iudiciis ordinariis fiunt, vt sunt libellus, litis contestatio, publicatio, conclusio, & similes Papiens. *d. n. 2.* & Marant. *d. dist. 9. n. 1. & n. 42.*

Vnde per dicta verba tolluntur quidem acta, solemnitatē iudicii tantum respicientia, vt sunt libellus, litis contestatio, & huiusmodi iuris Positiui; non autem acta respicientia factum causæ, vt sunt probationes, testes, scripturæ, confessiones & aliæ Defensiones Marant. *d. nu. 11.* & Alii apud ipsum.

19 Quia verò per supradictos Doctores, præsertim per Glosam *Clem. sæpe de verbor. signific.* Card. Tusc. *sub. litt. I. conclus. 891. per tot.* Marant. *d. p. 4. d. 9. à nu. 12. usque ad 37.* & Alios multi effectus principales dictæ clausulæ *sine figura iudicij* promiscue, & prolixè enumerantur, non erit fortasse lectoribus ingratum, seriatim, & collectiuè illos hoc loco recensere.

Primo itaque operatur, vt in causis, in quibus per dictam clausulam proceditur summariè, non requiratur libellus, sed sufficiat qualis petitio vt censuit Rot. *decis. 30. n. 20 & 2. p. 5. recent.* & in Regno nostro Neapolitano adest *Pragmat. 1.* incip. *Dispendiu litium*.

Secundo, vt non requiratur litis contestatio. *Clem. sæpè de verb. signif.*

Tertio, vt possit etiam ab Articulis incipi.

Quarto, vt ferias in hominum honores inductas obseruare non sit necesse.

Quinto, vt abbreuiari debeant termini, & dilationes quantum fieri possit.

Sexto, vt exceptiones, vel appellationes non necessariæ, sed frustratoriæ admitti non debeant.

Septimo, vt Publicatio processus non requiratur.

Octauo, vt neque conclusio in causa.

Nono, vt sententia lata contra Dominum valeat etiam si per procuratorem facta fuerit lis.

Decimo, vt sententia lata pro absente non citato valida sit.

Vndecimo, vt sententia ferri possit super probatis; extra petita,

Duo-

Duodecimo, vt iudex non teneatur pronunciare super incidente vel emergente.

Decimotertio, vt iudex interrogare possit Principalem, & testes, etiam post conclusum in causa.

Decimo quarto, vt iudex adhibere possit fidem testibus a iure ciuili reprubatis.

Vel assignantibus rationem verisimilem, quamuis de iure non concludentem.

Decimo quinto, vt testes examinari possint post didicita testificata.

Decimo sexto, vt causa ciuilis, & criminalis cumulari possint in eodem libello.

Decimo septimo, vt positionibus responderi debeat ante litem contestatam, vel pro contestata habitam.

Decimo octauo, vt sufficiat citatio, sine peremptorio.

Decimo nono, vt possit incipi a præceptis.

Vigesimo, vt non requiratur, quod nuncius habeat commissionem de citando.

Vigesimo primo, vt agens ex vna causa ex iure directo obtinere possit ex causa vtili competente, & è contra.

Vigesimo secundo, vt excussio cum principali non requiratur, ad hoc vt agi possit contra fideiussorem, vel tertium.

Vigesimo tertio, vt minor esse possit in iudicio sine curatore.

Vigesimo quarto, vt facilior probatio admittatur, quamuis legitimatio personarum requiratur.

Vigesimo quinto, vt iudicis assertioni credatur.

Vigesimo sexto, vt iudex sententiam proferre possit non sedendo pro tribunali.

Vigesimo septimo, vt ad sententiam procedi possit contra contumacem, etiam lite non contestata.

Vigesimo octauo, vt sententia ferri possit non recitata a iudice.

Vigesimo nono, vt appellatio viua voce valeat, etiam si nō statim post sententiam fiat iudice adhuc sedente.

Vltimo vt appellatio valeat sine causæ expressione.

20 Noto sextò, quod multa necessaria sunt in causis summariis, ad hoc, vt procedi possit summariè, nō obstante, dicta clausula, *sine figura iudicij*. Et Primò, quod petito redigatur in scriptis. Alex. *cons. 66. n. 2. versic. nec obstat si decretur. l. 1.*

21 Secundo, quod citetur pars, quia citatio est solemnitas iuris naturalis. *Clem. pastoralis. de re iudic.* Castr. *cons. 429. n. 5. & num. 5. l. 1.* Abb. *cons. 46. in princ. l. 2.* Et ideo in quacumque causa summaria necessaria est Felin. *in c. 1. n. 52. de const.* Dec. *in c. dilecti n. 13. de iudic.* Grauat. *ad Vestr. in Prax. l. 5. c. 1. n. 7.* Vant. *de nullit. defect. process. num. 5. in fin.* Quinimò est de iure Diuino, vt habetur de Adam, & Cain. *in Sacr. Genes. cap. 1.* & dixi suprà, *& in præmiss. circ. princ.* Et propterea requiritur etiam in his, in quibus agitur iuris ordine non seruato. Greg. *decis. 545. n. 5.*

Tertio, quod legitimentur Personæ, Castr. *d. cons. 429. in princ. n. 2.* nisi pars aduersa nihil opposuerit: Ias. *in l. 2. n. 4. & in fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll.* Boet. *decis. 171. nu. 19.* Gerard. *singul. 23. in princ.* quos refert & sequitur Petr. Ridolphin. *in prax. iud. p. 1. c. 5. n. 12. & 13.*

Quarto, quod concedantur Dilationes opportunæ Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum verb. summariè in prin.* Lap. *allegat. 82.* quia hæ tendunt ad probationem, & defensionem quæ non sunt tollendæ, cum sint de iure Diuino, vt dictum est, ex illo Matth. *c. 18. n. 16.* & habetur *in c. nouit. de iudic.* Grauat. *ad Vestr. d. c. 3. n. 8.* Marant. *d. dist. 9. n. 10.*

Quinto requiritur causæ cognitio, & iudicis declaratio. *Clement. sæpe de verb. signific.* Vant. *loc. cit.* alioquin sententia esset nulla. Abb. *cons. 46. col. 2. n. 1. vers. quæ ete corruat. l. 2.*

22 Noto septimò, quod clausula *sola facti veritate inspecta*, importat multò plus, quam clausulæ prædictæ *summariè, simpliciter & de plano ac sine strepitu, & figura iudicij*, Ant. de Butr. *in cap. 2. de iuram.* Honded. *cons. 93. n. 51. tom. 1.* Mart. *de clausul. claus. 568. n. 4.* Marant. *d. p. 4. d. 9. n. 32.* Bar. *de claus. vsu frequent. claus. 174. n. 2. & nu. 6* vbi ait, quod iudex per dictam clausulam operari possit, sicut ipse supremus Princeps manu Regia, prout dicit etiam Stephan. Gratian. *decis. 68. nu. 4. & disceptation. forens. c. 322. nu. 1.* Lodouic. Rodolphin. *post tract. de absoluta Principis potestate vot. vnic. n. 4.* Peregrin. *cons. 2. num. 22. vol. 1. & cons. 49. n. 12.* Vbi dicit, quod idem importat dicta clausula, quod *secundum Deum, & iustitiam*; Imò secundum Honded. *cons. 22. n. 1.* & Grat. *decis. Marchie. 56. nu. 13. & d. decis. 68. n. 1.* Iudex per istam clausulam potest iudicare, vt Deus qui sola facti veritate innititur. DD. apud Marant. *vbi suprà d. n. 32.* vbi concludit, quod ista clausula importat omnia illaque importat clausula *sine figura iudicij*.

Item vltra prædicta notant Doctores plures alios effectus prædictæ clausulæ, quorum Primus est quod aufert ordinem Iudiciarium relaxat solemnitates iuris positiui, & reducit ad formam iudicij inductum de iure naturali, vel gentium. Brunor. à Sole *in locis communib. verbor. claus. 40.* Valasch. *de iur. emphyt. q. 6. n. 12.* Menoch. *cons. 100. n. 7. in fin.* Rot. Bonon. *diuers. decis. 30. n. 18. & dec. 65. n. 140.*

Secundus est, quod operatur vt Iudex procedere possit in causa sine libello, & sine litis contestatione, vt in specie tradit Aloys. Riccius *in collectan. decis. par. 3. collect. 699. effect. 1.*

Tertius est, quod possit iudicare super causa probata, non obstante quod non sit in iudicio deducta Rot. Bonon. *dec. 93. n. 2.* Cacher. *decis. 5. n. 12.* Ricci. *vbi sup. effect. 3.* Marant. *d. dist. ... n. 17. & 28* Mart. d. Claus. *claus. 365. n. 3.* Barb. *in claus. vsu freq. ... claus. 173. n. 11.* Surd. *cons. 273. n. 2.*

Quartus est, quod potest iudex admittere probationes non concludentes, & persuasiuas, Gratian. *d. decis. 68. n. 4.* Item seniores. Roland. *cons. 7. n. 30.* & Menoch. *de arbitrar. l. ... q. 24.* & Alii quos refert Barbos. *vbi sup. n. 15.* quamuis hoc limitetur per Crauet. *in tract. de antiquit. tempor. in 9. parte quinta partis principalis n. 6.* vt tunc tantum procedat, quando aliunde scit veritatem aliter se habere.

Quintus est, quod iudex definire potest causā proprietatis simul cum causa possessionis, Ioseph. Ludouic. Perusin. *decis. 17. n. 22.* Dec. *cons. 449. n. 21.* Menoch. *cons. 2. num. 8. & cons. 180. n. 7.* Mart. *d. claus. 368. n. 7.* Cacher. *dec. 1. n. 28.* Neuiz. *cons. 97. n. 12* Roland. *cons. ... n. 38. lib. 3.*

Sextus est, quod produci, & examinari possint alii testes, etiam post publicatas attestationes. Cacher. *d. Pedemontan. decis. 1. n. 26.* Bernard. Græuæ. *ad Pract. cam. Imper. lib. 5. conclus. 105. n. 17. in fin.* Marant. *d. dist. 6. num. 10.*

Septimus, est quod cumulari possunt actiones, & remedia, quæ non contrariantur ad inuicem Grat. *decis. 193. n. 6.* Surd. *cons. 273. n. 22.*

Octauus est, quod tollit exceptionem prescriptionis. Riccius. *d. collect. 699. effect. 6* sed contrarium est verius, vt post Menoch. *de arbitr. l. 1. q. 26.* probat Mart. *vbi sup. n. 9.*

Nonus, quod tollit appellationem. Sigismund. Scaccia *de appellat. quæst. 17. lim. 1. n. 76.*

Decimus, quod derogatur feriis rusticis per istam clausulam. Azin. *in Prax. Florentin. §. 3. cap. 7.* sequitur Græuæ. *vbi sup. lib. 1. concl. 53. consid. 2. n. 29.*

23 Noto octauo, quod clausula *manu Regia*, quam enunciauimus supra *n. 10. & 19.* importat & operatur eosdem effectus, quos operatur clausula seù verbum: *summariè* & clausula. *sine figurà iudicij* Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum verb. figura in fin.* Mart. *d. claus. 180. nu. 6.*

In particulari verò operatur vt si posita sit in rescriptis ablatum censeatur remedium appellationis. Dec. *in cap. pastoralis, nu. 17. & 18. de appellat.* Marchel. *de commiss. p. 2. pag. 2. pag. 421. num. 101. in nouiss. impress.*

Secundo operatur, vt tollat solemnitates iuris Ciuilis, non tamen substantialia iudicii. Rot. *decis. 445. num. 6. par. 1. diuers.* Gratian. *discept. for. tom. 3. c. 569. nu. 30. & 31.* vbi *nu. 32.* inquit, quod per huiusmodi clausulam nō tollitur beneficium excussionis, neque exceptio ineptitudinis libelli, parte opponente, ita etiam censuit Rot. *decis. 500. nu. 4. par. 1. in posthum.* Farinac. *alias p. 3. recent.* Neque impedit manutentione. Rot. *in Bononien. de cardinalibus. 21. Ianuarij 1602. coram D. Card. Pamphilio*, impressa per Marchel. *de commiss. p. 2. pag. 546. n. 11.*

Neque operatur, vt acta facta manu Regia non sint parti notificanda. Theod. de Rub. *in singul. rubric. Rot. tom. 2. par. ... clausul. 474. n. 1. & 2.*

Tertio operatur, vt per dictam clausulam possit iudex procedere de facto, & sine vllo iuris ordine. Rot. *in Mirandul. Pensionis 27. Martij 1612. coram D. Cerrino.* impress. per Farinac. *decis. 446. n. 1. par. 2. recent.* Natt. *in Clement. sæpe, § nec sic tamen. vers. nisi suprascriptis nu. 93.* Marant. *vbi sup. d. dist. 9. num. 8.*

Quartò operatur, vt procedi possit executiuè Grat. *d. decis. 446.*

Quintò

Quintò operatur, vt possit quis procedere quasi Princeps. Gratian. *Marchia decis. 68. num. 5.* manu Regia, idest secundum veritatem tantum, omisso ordine iuris posi iui, sed tantù seruato iura Gentium, vt dictum est; quo tempore ita per Principes fiebat, vt tene. Ludouic. Roman. *cons. 20.* Per. Phil. Corn. *cons. 244. vol. 4.* & Soccin. *cons. 12. col. 2. vol. 1.* An iquitus enim antequam Magistratus constituerentur, Reges quasi propria manu Populos gubernabant, & eis iustitiam administrabant prout legitur de Moyse Duce populi Iudaici Leuit. *c. 8.* & Numer. *c. 20.* Item de Romulo, qui antequam Magistratus creasset, & Populum Romanum in triginta Curias diuisisset, ipse controuersijs præerat, illasque manu sua decidebat, prout etiam alij Reges, & Duces Populorum, & Nationum priscis illis temporibus faciebant, vt inquit Aristot. *l. 3. Politic.* Postquam autem dictæ triginta Curiæ & Magistratus a Romulo creati fuerunt; ipsis ius dicere cœperunt, cum eadem tamen authoritate; & sic ex tunc successiuè continuatum est vsque ad hodiernos Principes, qui etiam tunc manu Regia vtuntur causis decidendi, quandocunque illi cord fuerit; vt post Anton. de Butr. *in c. qua in Ecclesiarum nu. 26. & seq. de constit.* notant Matt. *de clausul. p. 1. claus. 71. nu. 2.* Rot. *d. decis. 446. num. 1. in fin par. 2 recent.*

24 Noto none, quod licet regulariter, attento iure communi, inferior Summo Pontifice non possit facultatem dare alicui procedendi summariè in causis, quia hoc soli Principi compent Gloss. *in cap. fin. verb. figura de hæret. in 6.* Lap *alleg. 102. num. 3. vers. sed numquid.* Mandol. *in form. 3. commiss. verb. summariè vers. an autem alius*, vbi plures allegat, cum Alijs per me citatis *sup. n. 6.* vbi dictum fuit, quod neque Legatus a Latere huiusmodi facultatem habet: Limitatur tamen conclusio multipliciter.

25 Et primo, quando legatus magnam haberet vrgentiā raliter committendi causam ex aliqua iusta, & graui causa secundum statum loci, & negotij. Felin. *in c. 1. nu. 2. vers. quintò declara de rescr.* Alex. *cons. 506. n. 12. l. 2. & in l. nemo potest num. 4. in fin. de legat. 1.* Imol. *in c. fin. notab. 2. n. 5 de transact.* Gabr. *de claus. concl. 6 nu. 5. l. 6.* vbi alios cumulat, & de communi testatur. Causa tamen iusta, & grauis constare debet, quia in inferiore non præsumitur, secundum Felin. *ubi sup.*

Secundo limitatur, quod licet regulariter Domini Terrarum recognoscentes superiorem, causas summarias committere non valeant, Ias. *in l. nemo potest in 2. lectur. n. 7. ff. de legat. 1.* Abb. *cons. 61. vers. tertiò, torrnit. n. 5. l. 1. & cons. 329. nu. 9. l. 9.* vbi dicit ita esse de iure, & de communi opinione testatur; Tamen conclusio non præcedit, si hoc fieret ex iusta & rationabili causa, nam tunc valeret commissio summariè cognoscendi. Alex. *d. cons. 106. n. 12.*

Tertiò limitatur de facto, nam multi inferiores Summo Pontifice causas summariè committunt. Corn. *d. cons. 319. nu. 3.* quem refert Mandos. *in d. form. 3. verb. summariè vers. non autem.*

Quarto limitatur de generali consuetudine, ex qua introductum est, vt Domini Terrarum, etiam recognoscentes superiorem, causas in suis dominiis summariè cognoscendas comittunt. Bald. *cons. 166. incip. quamquam num. 5. vers. non autem.*

Quinto limitatur à fortiori in Imperatore, Regibus, & Principibus Summo Pontifice inferioribus, qui in eorum statibus superiorem in temporalibus non recognoscunt, nam & isti causas summariè de iure committunt; auctoritas enim Principis superiorem non recognoscentis sufficit ad reddendum summarias causas aliàs, ordinarias. Glos. *in ca. fin. verb. figura. de hæret. in 6.* Cardin. *in Clementin. dispendiosam. in fin. de iudic.* Felin. *in c. 5. nu. 2. vers. modo declara de rescr.* Manduf. *in form. 3. commiss. verb. summariè vers. non autem alius* Lap. *alleg. 502. n. 3. vers. sed numquid.*

26 Sexto limitatur, etiam in Episcopis, qui possunt causas de sui natura summarias, prout sunt spirituales, beneficiales, & similes committere cum clausula: *summariè, &c.* Lap. *allegat. 502. incip. non potest. in fin.* Episcopi enim magnam habent authoritatem a iure; quapropter possunt aliquando contra ius statuere in multis casibus, de quibus Felin. *in cap. quod super his n. 4. & seq. de maiorit. & obed.*

Septimò limitatur, etiam in inferioribus Principe sæculari, qui habent potestatem concedendi iura, nam & ipsi causas committere possunt cum dicta clausula: *summariè: &c. & appellatione remota.* Castr. *cons. 34. incip. Super primo dubio nu. 4. vers. 4. principaliter l. 2.* Gabr. *de cl. conc. 6. nu. 4* & Alij apud illum Felin. *in d. c. 1. n. 2. vers. secundò declara de rescrip.* Declarat tamen idem Gabr. *ubi sup. n. 5.* prædictam conclusionem; vt non procedat, quando isti in eorum Terris absolutam non habeant iurisdictionem.

Octauò limitatur in inferiore habente dignitatem, & administratione pro se & suis descendentibus iure proprio, nam & isti similiter causas committunt cum dicta clausula: *summariè, &c.*

Vltimò limitatur in Archiepiscopo Mediolanensi, qui non solum committit causas summariè cognoscendas prout faciunt cæteri Episcopi, vt dictum est si de sui natura summariæ sint, verum & causas aliàs ordinarias committit aliquando cum dicta clausula: *summariè, &c.* vt refert Signor. de Homod. *cons. 15. in q. a. 3.*

27 Sed quæritur, an partes ipse colligitantes possint de communi consensu causas alias ordinarias, facere summarias?

Respondetur negatiuè, cum Cardin. in *Clem. sæpe in prima. quæst. 12. de verb. signif.* quem videntur sequi Marant. *in spec. Aur. d. par. 5. d. 9. num. 213.* & ita per plures rationes, & fundamenta censuit Rot. *decis. 522. num. 4. par. 2. recent.* Burrat. *decis. 35. n. 9.* An autem summarias facere ordinarias; dicemus inferius, *n. 37.*

28 Quæritur secundo, an causæ summariæ, & executiuè habeant instantiam triennalem sicut ordinariæ, *iuxta text. in l. properandum C. de iudic.*

Respondetur cum distinctione, aut enim loquimur de iure ciuili; aut de iure Canonico.

Primo casu affirmatiuè concludendum esse, tradunt Castr. *cons. 169. incip. vers. puncto in fin. l. 2.* Marant. *in specul. aur. par. 5. prim. ver. & omnia pane duraut. inst. n. 5* vbi indistinctè loquitur de omnibus causis *& n. 7.* Azin. *in Prax. c. 3. n. 35 36. & 42.* Scac. *de appellat. q. 15. art. 11. n. 48. & fusius n. 244.*

Secundo verò casu concluditur, negatiuè, quia de iure Canonico instantia est perpetua vt late probat Scacc. *d. art. 11. n. 275.* & per nos dicetur infra *sect. 2. subsect. 11. n. 14. & seq.*

29 Quæritur tertio, an causa semel summariè effecta, sit semper summaria?

Respondetur affirmatiuè, ita vt si effecta sit summaria in prima instantia, sit etiam talis in secunda instantia, ac etiam in sequentibus Rot. *in Ferrarien. Bonorum de Zrualeis 20. Iunij 1613. coram D. N. Innocentio X.* Ægid. *decis. 41.* Papazon. *ad d. Rot. decis. 2. n. 17. de rescr. in nou.* Mandol. *in form. 3. commiss. d. verb. summariè vers. rursus aduertendum.* Cassador. *decis. 8. n. 2. de rescr.* Vestr. *in Prax. l. 5. c. 1. nu. 2.* Put. *decis. 426. nu. 2. l. 2.* Quod procedit in causis commissariis, etiam in subrogato a iudice commissario cum tali clausula *summariè, &c.* Ægid. *decis. 40 et 41. per tot.*

30 Ampliatur similiter, vt vbi causa principalis sit summaria, omnes illius articuli incidentes, & annexi sint etiam summarii. Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum. verb. summariè n. 11. vers. sed quomodo.* Iason. *in l. iudices nu. 5. vers. secundo C. de iudic.* Calder. *cons. 139. alias 1. de Fer. in fin. vers. Ego Gaspar.*

31 Quæritur quarto, an commissa alicui causa cum clausula prædicta. *summariè, etc.* ac etiam cum clausula. *terminis non seruatis,* possit iudex commissarius terminos substantiales, qui in Vrbe seruantur, in totum omittere?

Respond. negatiuè; Potest tamen illos abbreuiare, vigore prædictæ clausulæ. Rot *decis. 15 et dec. 25. de rescript. in antiq. & dec. 2. n. 4. & 5. eod. tit. in nouis.* Ead. Rot. *dec 127 nu. 6. p. 3. l. 3. diuers.* Salust. Tiber. *in Prax. l. 2. c. 15. n. 5. vers. nec possumus*, vbi plures alias Rotæ decisiones adducit.

Est tamen aduertendum, quod licet vigore prædictæ clausulæ possint termini abreuiari, hoc intelligi debet, quoad tempus dilationum, non autem quoad numerum ipsorum.

32 Illi enim quatuor termini substantiales, etiam in summariis causis seruari debent, prout sunt termini ad articulandum, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta, alias orietur nullitas Processus, & inualiditas actorum, vt aduertit Put. *decis. 326. l. 2. in correct.*

Hoc tamen fallit primo, si in commissione apponerentur verba: *omnibus & quibuscunque terminis substantialibus, & non substantialibus, tam de iure, quam de stylo seruari solitis*

non

non ſeruatis, & penitus omiſſis, prout fieri ſolet, nam tunc omitti poſſunt in totum Rot. *in Vincentia Plebis coram D. Cardinali Simonetta*. Papazon. *ad pract.* Rot. *deciſ.* 2. *nu.* 7. *de reſcr. in nouis*.

Fallit ſecundo, ſi adeſſet in commiſſione illa clauſula. *abſque ſola iudiciaria*. Vel quod procedatur via executiua; Vel quod præfigatur aliquis terminus loco terminorum ſubſtantialiũ, vel ſi termini vnica citatione ſeruentur; quia in his caſibus omitti poſſunt termini ſubſtantiales. Papaz. *vbi ſup. n.* 8.

Fallit tertio in Tribunali A. C. in cauſis infrà ducatos bis centum aut; & in cauſis Notariorum eiuſdem A. C. ac Mercatorum R. C. A. nam in his neque ſeruantur termini ſubſtãtiales, per conſtitutionem Gregorij XIV. incip. *Ad generis*, §. *eas videlicet*, impreſſ. *in fin. Prax.* Tiber. Saluſtij & Pauli V. *in Conſtit.* 28. incip. *Ex iniũ*. in qua confirmat authoritatem, & Iuriſdictionem Auditori Cameræ à Prædeceſſoribus collatã, & præſcribit per plures paragraphos normam procedendi in cauſis.

Sunt autem termini ſubſtantiales, dilationes iudiciariæ, ad hoc vt cauſę ordinatè expediantur, & lites abbreuientur, nam adhunc finem à fel. record. Vrbano V. adinuenti fuerunt; ne partes ſumptibus & laboribus defatigarentur. Rot. *deciſ.* 2. *n.* 2. *de reſcr. in nouiſ.* Ægid. *deciſ.* 745. *circa med. verſ. exemplum de ſecundo*. Et ſic ab illo tempore cœperunt eſſe de ſubſtantia, cum antea non eſſent. Ver. *deciſ.* 149. *n.* 4. *p.* 3.

33 Quęritur quintò, an prędicti quatuor termini ſubſtantiales ſint ſemper æqualiter ſeruandi omnibus cauſis?

Reſp. negatiuè; quia in cauſis ſummariis, & poſſeſſoriis, vti in Saluiano, ſpolio, & ſimilibus, termini ſubſtantiales neceſſariò ſeruandi, ſunt prędicti quatuor, videlicet.

Ad Articulandum. Ad 8. diem.
Ad dicendum contra Artic.
Ad producendum omnia. } ſinguli ad 2. diem.
Ad dicendum contra producta

In cauſis verò Beneficialibus in prima inſtantia, Termini ſubſtantiales, qui ſeruari debent, ſunt ſequentes octo, videl.

Ad dicendum contra commiſſ.
Ad libellandum. } ſingul. ad 1. diem.
Ad Articulandum. ad 12. diem.
Ad dicendum contra Articul.
Ad producendum omnia. } ſinguli ad 2. diem.
Ad dicendum contra producta
Ad declarandum.
Ad iurandum de calumnia } ſinguli ad 1. diem.

Iidem termini ſeruantur in Sac. Rota tam in prædictis, quam in aliis cauſis, in quibus proceditur ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicii, per priuilegiũ conceſſum à Papa Martino V. *in ſua conſtit.* 5. incipient. *Romani* §. 19. & *ſeqq. in nou. impreſſ.*

In ſecunda inſtantia omnes iidem termini obſeruantur ad primam diem, excepto termino ad articulandum, qui ſeruatur ad octauam.

In tertia verò iſtantia ſimiliter ſeruantur omnes ad primam diem, præter terminum ad articulandum, qui ſeruatur ad ſextam Cardin. Tuſc. *lit. T. concluſ.* 73. *nu.* 1. & *ſeqq.* Auctor. *Formul. termin. in princ.* & Veſtr. *in Prax. l.* 5. *c.* 3. *n.* 1.

In cauſis autem prophanis in prima inſtantia termini ſubſtantiales, ſunt ſequentes vndecim, videlicet.

Ad Dicendum contra commiſſ. ad 1. diem.
Ad Libellandum. ad 8. diem.
Ad reſpondendum libello, &
Ad litem conteſtandam } ſinguli ad 1. diem.
Ad Articulandum. Ad 15. diem.
Ad dicendum contra Artic.
Ad producendum omnia, & } ſinguli ad 2. diem.
Ad dicendum contra producta
Ad iurandum de calumnia,
Ad declarandum, &
Ad dicendum contra declarationes. } ſinguli ad 1. diem.

In ſecunda Inſtantia ſeruantur omnes iidem termini, pręter illos *ad reſpondendum libello, & ad litem conteſtandum* Singuli ad primam diem, excepto termino ad articulandum, qui ſeruatur ad octanam. Terminus verò *ad dicendum contra declarationes* aliquando ſeruatur, aliquando verò non. Seruatur, ſi dentur ſcripturæ in facto, vel in ſcriptis, non ſeruatur, ſi verbo tantum informetur iudex.

In tertia vero inſtantia omnes præfati termini ſeruantur ad primam, præter illum ad articulandum, qui ſeruatur ad ſextam diem. Martin. V. *conſtit.* 5. quæ incipit. *Romani* §. 23. & *ſeqq.* Cardin. Tuſc. *d. concluſ.* 73. *n.* 4. & *ſeqq.* Veſtr. *in Prax. l.* 5. *c.* 4. vbi *nu.* 2. ait quod ſi citatus ad conteſtandum litem differat litem conteſtari, compellitur ſeruatis quatuor terminis ad conteſtandam litem. Primò ſimpliciter. Secundò ad primam diem. Tertiò etiam ad primam, ſub pœna excommunicationis. Quartò & vltimo, etiam ad primam diem, addita clauſula: *alias ad videndum ſe declarari*, & tunc obtinetur decretum declarationis, liteque conteſtata proſequitur iudicium obſeruando alios terminos videlicet ad articulandum, & alios ſupra notatos. Eſt benè verum, quod hodie in Curia tres illi termini ad reſpondendum libello, ad litem conteſtandum, & ad dicendum contra declarationes non obſeruantur, vt aduertit Papazon. *ad d. Rot. deciſ.* 2. *n.* 14. *de reſcr. in nou.*

34 Vnde ſi termini ſubſtantiales non ſeruentur, in cauſis, in quibus ſeruari debent, efficitur nullitas proceſſus, & conſequenter ſententia, quæ proferretur eſſet nulla, & irrita. Rot. *deciſ.* 605. *num.* 1. *in fin. par.* 2. *recent.* & *deciſ.* 351. *par.* 4. *diuerſ. deciſ.* 6. *nu.* 1. & *ſeq. poſt. Pacif. de Salutan.* & *deciſ.* 2. *nu.* 1. *de reſcr. in nou.* Ferentill. *ad Buratt. deciſ.* 237 *numer.* 33. Verall. *dec.* 149. *num.* 1. *p.* 3. Ægid. *deciſ.* 27. & Mantic. *deciſ.* 254. & *ſeq.* & ratio eſt, quia accidentia, vbi ſubſtantia non exiſtit, nihil operantur *c. tua nos de ſponſal. l. cum precario, la* 1. *ff. de precar.*

Quinimò non conualeſcit, etiam ſi poſtea reiterarentur, aut per conſtitutionem Apoſtolicam impetraretur illorum ſanatio per reiterationem. Verall. *vbi ſup. n.* 7. Mantic. *ib. nu.* 5 Rot. *poſt Pacif. d. dec.* 6. *n.* 3.

Quæ quidem nullitas proceſſus, & ſententiæ ex omiſſione terminorum ſubſtantialium, locum habet etiam in cauſis ſummariis, in quibus ipſi termini requiruntur, vt cenſuit Rot. *deciſ.* 31. *de iud. c. in antiqu.* & *deciſ.* 105. *nu.* 1. *p.* 1. *diuerſ.* Verall. *loc. cit. n.* 1 Caſſador. *deciſ.* 2. *nu.* 1. *de iud.* Aegid. *deciſ.* 57. Vant. *de nullit. ex defect. proceſſ. n.* 59. *et ſeqq.* Veſtr. *d. l.* 5. *c.* 2. *nu.* 1. *et ſeq.* Saluſt. Tiber *in Prax l.* 3. *c.* 15. *nu.* 5. *verſ. quorum*.

35 In omnibus autem prænotatis cauſis, vltra ſupradictos terminos, ſemper addendus eſt alter terminus ad ſententiam, etiam in ſummariis, in quibus illi quatuor tantum ſunt de ſubſtantia, alias ſententia inde ſequuta eſſet prorſus nulla. *l. de vnoquoque ff. de re iudic.* Vant. *vbi ſup.* Caſſador. *deciſ.* 8. *nu.* 6. *de reſcript.* Papazon. *ad Rot. dec.* 2. *n.* 11. *de reſcript. in nou.* Aegid. *loc. cit.* Veſtr. *ib.* vbi Grauat. *n.* 4. *et ſeqq.* vbi idem Veſtr. *n.* 2. ait, quod ſi iudex etiam in cauſis ſummariis obſeruaret terminos ad libellandum, ad declarandum, & ad iurandũ de calumnia, eſſet cautela, quæ potius prodeſſet, quam noceret.

36 Limitatur tamen pluribus modis prædicta concluſio, quod proceſſus reddatur nullitas ex omiſſione terminorum ſubſtantialium. E. Primo in iudiciis exequutiuis, in quibus illi non requiruntur. Cocin. *deciſ.* 135. *in princ.* Vant. *vbi ſup. nu.* 62. Limitatur ſecundò, quando agitur vigore obligationis Cameralis. Rot. *dec.* 129. *n.* 13 *p.* 5. *recent.*

Limitatur tertiò in Tribunali A. C quando agitur de reuocatione mandatorum Cocin. *loc. cit.* vbi dicit hoc non procedere, quando in citatione dicitur ad videndum reuocari mandatum cum omnibus inde ſequutis, & in expenſis condemnari, &c.

Limitatur quartò in ſummariiſſimis poſſeſſoriis, quæ expediuntur per viam ſimplicis decreti de ſtylo Curiæ.

Limitatur quinto quando agitur de exequutione litterarũ Apoſtolicarum nam tunc non ſeruantur prædicti termini ad articulandum, & alii, vt ſupra; ſed ſufficit obſeruare quatuor terminos ad docendum ſe paruiſſe litteris Apoſtolicis ad primam diem primò pro prima dilatione, &c. ſimiliter ſecunda citatio fit ad primam ſecundò pro ſecunda dilatione, &c. ſic etiam tertia citatio fit tertiò pro tertia dilatione & quarta pro quarta & ſuperabundanti dilatione, de quibus vide Ridolphin. *in Prax. iudiciar. vrbis p.* 2. *cap.* 8. *num.* 21. *litt.* E. ita cenſuit Rot. *deciſ.* 30. *n.* 31 *p.* 5. *recent.* Duran. *deciſ.* 60. *n.* 37. & *ſeq.*

Limi-

Limitatur sextò in causis nullitatum incidenter intentatis. Rot. dec. 7. de iudic. in antiq. Sal, Tiber. in prax. l. 2. c. 8. num. 8. Aegid. dec. 19.

Limitatur septimò in causis attentatorum, & reuocationis eorum, etiam per viam nullitatis. Rot. decis. 78. de appellat. in antiq. Verall. dec. 250. nu. 3. p. 3. Aegid. dec. 294. Sal. Tiber. d. cap. 8. n. 8

Limitatur octauò, quando fuit facta citatio ad terminos substantiales, & fuit in actis reproducta; quamuis non fuerit, executum decretum seruationis terminorum, vt fieri solet, quia tribuitur negligentiæ notarii. Rot. in Romana Computorum 21. May 1593 coram D. Card. Aerigenio.

Limitatur nonò, quando fuit omissus terminus ad dicendum contra producta, quia si pars fuerit citata ad dicendum contra iura, illius omissio non vitiat processum, quamuis sit de substantia. Cassador. dec. 2 n. 1 de iudic.

Limitatur decimò si omittatur terminus ad articulandum, quando pars fuit citata ad dicendum contra Articulos; quia tunc per istam sanatur defectus illius. Cassador. ib. Verall. d. dec. 1.15 n. 4 p. 3. Theod. de Rub. in singul. ad d. decis. 3. Cassador. p. 1. fol. 2 col. 1.

Limitatur vndecimò, si omittatur terminus ad dicendum contra articulos, quando articuli fuerunt à iudice admissi, parte præsente, cum clausula, *saluo iure impertinentium, & non admittendorum*, & cum assignatione termini decem dierum partibus ad probandum, tam incumbentia; nam per dictam clausulam saluatur præiudicium partis ad cuius fincum fuit introducta subsenatio. Theodos. de Rub. loc. præcit. Copirol. decis. 10. n. 4.

Limitatur duodecimò, in Tribunali Rotæ Romanæ, in quo non attenduntur nisi termini ad articulandum, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta, Alii verò termini, si male omittantur, non vitiant processum, per Constit. Martini Pap Quinti, quæ incipit: *Romani* §. 22. in non impress.

Limitatur decimotertiò, in Tribunali A. C. in causis mercatorum, quia tali casu proceditur manu Regia sine figura iudicij absque obseruatione terminorum. per Const. Gregor. XIV. incip. Ad generis, §. cum videlicet. impress. post. Verall. Saluster Tiber. & per Const. 28. Pauli V. incip. Exim. & §. cum, titul.

Limitatur vltimò, in Tribunalibus extra Romanam Curiam, in quibus termini substantiales non tam exactè seruantur, prout fit in Curia. Vnde processus, & sententia prolata cum terminis malè seruatis non erunt nulli. Verall. d. decis. 249. nu. 2. par. 3

37 Et ratio est, quia stylus Romanæ Curiæ non extenditur ad Alias Curias, quia in aliis sufficit seruare stylum & morem Regionis, vt censuit Rot. decis. 4 de appell. in nou. Roman. cons. 307. n. 10. vers. cæterum & n. 11.

38 Et est notandum, quod in Curia, & alibi, vbi eiusdem stylus seruatur, processus regulariter est nullus, tam si termini substantiales omitterentur, quam si nulliter, & malè seruarentur. Rot. decis. 18. num. 1. & seq. p. 1. recent. Hinc est, quod inoleuit Practica ad saluandas processuum nullitates, quæ ob malam terminorum obseruantiam oriri solent, vt fiat vnica citatio cum rei eratinue terminorum malè, ac nulliter, & inculcatè seruatorum, & sic saluantur omnes defectus præcedentes; & hoc introductum fuit, imponeretur finis litibus per Innocentium VIII. in sua Constit. 10. incip. finem litibus in antiq. impress.

Quapropter in citatione ad sententiam per reiterationem dictorum terminorum sanantur omnes defectus eorumdem prius seruatorum. Rot. decis. 74. n. 6. & dec. 74. n. 4. p. 2. & decis. 207. n. 3. par. 5. recent. Seraph. decis. 115. n. 2 Mantic. decis. 54. n. 5. Cassador. decis. 8. nu. 10. de rescr. Verall. decis. 121. nu. 4. & seq. & decis. 250. n. 2. par. 3 Gregor. decis. 70. n. 9. & decis. 156. nu. 1. Buratt. decis. 126. n. 6 & dec. 440. n. 7 & decis. 4 3. n. 1. & vtrobiq; Ferentill. qui plures alias Rotæ decisiones cumulat.

39 *Quand quarerum.* Notandum restanet, quod de iure communi multi sunt casus, in quibus summariè procedi potest, quos in hoc loco simul cumulare, iniucundum fortè non succedat, cum per Doctores diuersimodè, & sparsim positi inueniantur præsertim apud Cardin. Tusch. lit. S. conclus. 887. per tot. & conclus. 888. n. 1. 2. & 10. Azon in Prax § 3 c. 31. per tot. Marant. in specul. Aur. p. 4. dist. 9. ferè per tot. Mandos. in form. 3. commiss. verb. summariè. Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priuil. 147. & alios respectiuè.

Primus itaque casus in quo summariè agi potest, (vt à dignioribus incipiemus) est, quando Summus Pontifex committit & mandat causam cognosci, & terminari summariè, Mandos. vbi proximè vers. casus autem; Marant. ib. n. 2

II. Est, quando quæritur, an quis respondere debeat, an sit hæres alicuius, & quo iure; quia cum causa sit præparatoria alterius, summaria dicitur, l. si defensor. §. fin. ff. de interrogator. action.

III. Est, quando controuersia est super beneficio ecclesiastico, & lis vertitur super titulo ipsius, Clement. dispendiosam de iudic. Marant. loco præcit. n. 42.

IV. Est, quando disceptatur de causa vsurarum, seu vsuras quomodolibet tangente, Clement. præcit. dispendiosam & Marant. n. 165.

V. Quando petuntur alimenta præsentia, vel futura l. 2. ff. de fer. Marant. n. 68.

VI. Quando agitur de aliquo articulo incidenti vel emergenti in causa ordinaria. Castr. in l. filio præterito, num. 6. ff. de iniust. rupt. irrit. fact. testam.

VII. Quando agitur de possessione momentanea, quia omnes causæ possessoriæ sunt summariæ, vt dictum est: & latè DD. apud Marant. d. dist. 9. n. 43.

VIII. Est, quando causis ventilatur in Curia Mercatorum Bart. in l. si fideiussor, §. quadam nu. 2. ff. mandat. Marant. n. 48 & seq. vbi Fuller. in addit. latissimè Mercaturæ materiam prosequitur.

IX. Quando agitur de causa matrimoniali, d. Clement. dispendiosam de iudic.

X. Quando agitur de restitutione dotis, soluto matrimonio Card. in d. Clem. dispendiosam q. 30.

XI. Quando agitur quomodolibet de decimis vel ad decimas spectantibus dict. Clem. dispendiosam, & ibi Cardin. q. 12. cum trib. seqq.

XII. Est, quando agitur super executione sententiæ. l. à Diuo Pio, §. si super rebus, de re iudic. & ibi DD. Greg. decis. 44. n. 4.

XIII. Quando agitur contra confessum Bald. in l. si debitorem 1 dest. ff. de iudic.

XIV. Quando agitur contra Religiosus, præsertim via Inquisitionis c. olim, & ibi Franc. de Aret. in 4. col. notab. 6. de accusat.

XV. Quando agitur de Monachatu; vel postulatur monachus ab aliquo Abbate, seu Prælatio alienius monasterii, vel à templo, Card. in d. Clem. dispendiosam col. 4. q. 4. de iudic.

XVI. Quando agitur de causa modica, puta in qua petitur parua quantitas, vel summa. Authent. nisi breuiores, vbi Bar. n. 1. C. de sent. ex breuiloq. recit.

XVII. Quando agitur de probatione impedimenti illius qui in termino comparere non potuit, ad effectum habendi secundam dilationem, c. pastoralis, in fin. de except.

XVIII. Quando disceptatur, an querela, seu actio inofficiosi testamenti præferanda sit actioni, seu causæ liberali, seu præiudiciali. l. si quis, §. pland. ff. de petition. hæredit.

XIX. Quando agitur de crimine læsæ maiestatis. Extrauagant. ad reprimendum tit. quom. in læs. maiest. crim. proced. inter Authent. post l. Feudor.

XX. Quando agitur super cognitione qualitatis, in qua fundatur iurisdictio; vt si agatur contra Forensem, ratione contractus. Lap. allegat. 58. incip. Prælatus, n. 2. & 3.

XXI. Quando conuentus in rei vendicatione negat se possidere; quia tunc transfertur possessio in Actorem. l. fin. vbi Bart. n. 2. ff. de rei vendicat. Lap. allegat. 54. incip. quidam n. 2.

XXII. Quando succedit officium iudicis, vt tollatur aliqua nouitas, ex qua puniatur, qui innouauit. Lap. d. allg. 54. n. 1. ante fin. vers. porrò non obest.

XXIII. Quando disceptatur, an Notarius rogatus sit de aliquo instrumento, nam tunc summariè cognoscitur, & [illegible] de rogitu, cogitur summariè etiam ad ex [illegible] Fed. de Sen cons. 113. n. 2. vers. super. vltimo.

XXIV Quando non requiritur plena cognitio causæ. Glos. in l. iudices verb. plena C. de iudic.

XXV. Vbicumque plena probatio non requiritur. Lap. allegat. 3 vers. tert. num. 4.

XXVI. Quando cognoscitur de aliqua exceptione dilatoria, vel declinatoria, quia tunc non agitur de magno præiudicio.

clo. Zabarell. *conſ. 7. per tot.*

XXVII. Quandocumque agitur de cauſa depoſiti, *l. pen.* & ibi Bart. *C. depoſit.*

XXVIII. Quando agitur de cauſis pijs Tiraquel. *de priuileg. pia cauſæ priuil.* 147.

XXIX. Quando agitur de cauſis pauperum, & miſerabilium perſonarum, *§. ſit tibi quoq; Authent. de mandat. Princ.* & ibi Bart. & DD. *& l. nemunquam la 1.* vbi Gloſſ. *vbi perſona, ff. de iudic.*

XXX. Quando cognoſcitur, an executio facta fuerit ſuper bonis, in ſententia, & mandatis comprehenſis. Buratt. *deciſ.* 731. *n.* 4.

XXXI. Quandocumque agitur contra abſentem, Feliu. *in c. cauſam quæ el 1. col. 4. ver. reſtat de teſtib.*

XXXII. Quando agitur de intereſſe tertij, ſu ſit admittendus ad impediendam exequutionem ſententiæ. *cu. venıens el 1.* vbi Abb. *in col. 4. in fin. verſ. nunc reſtat.* & Felin. *col. 6. de teſtib.*

XXXIII. Quando agitur ad exhibendum; vbi ſufficit probatio per iuramentum, *l. 3. §. ſecundum.* vbi Gloſſ. *in verb. ſummatim, & Theſaurus, ff. ad exhibend.*

XXXIV. Quando agitur contra debitores tributorum, datiorum, gabellarum & aliorum iurium Fiſcalium. Bald. *in conſ.* 434. quod incipit. *licet in 3. vol.*

XXXV. Quando agitur contra gabellarios, platearios, paſſagierios; & alios publicos miniſtros, qui indebitè extorquent quod non debent. Andr. de Iſern. & Afflict. *in Conſtit. Regni.* quæ incidit. *auctoritatem.*

XXXVI. Quando agitur de mittendo aliquem in poſſeſſionem ex primo decreto. Gloſſ. *in l. Fulcinius §. 1. ver. oportet. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* Bar. *in l. cum proponas. C. de bon. author. iudic. poſſid.*

XXXVII. Quando agitur de examinandis teſtibus ad futuram rei memoriam. *l. in lege Aquilia, §. ſi deletum,* vbi Bart. & DD. *ff. ad leg. Aquil.* & ibi Gloſſ. *in ver. qui teſtes.*

XXXVIII. Quando legatarius petit ab hærede ſatiſdationem legatorum nomine. *l. ſi is, à quo §. 1.* vbi Gloſſ. *verb. ſummatim. ff. vt in poſſeſſ. legator.*

XXXIX. Quando agitur ex aliqua ſtipulatione, vel ſatiſdatione. *l. 1. §. 1.* vbi Bart. *ff. de Prætor. ſtipulat.*

XL. Quando agitur de cauſa naufragij contra ſurripientes bona in naufragio amiſſas. *lib. de ſubmerſis,* & ibi Bart. & DD. *C. de naufrag. l.* 11.

XLI. Quando agitur de cauſis ſalariorum, mercedis laborum, & ſimilium. Bald. *in Authent. niſi breuiores. C. de ſent. ex breuil. recit.*

XLII. Quando agitur de probatione alicuius exceptionis, hoc eſt quod ipſa de breui peruenit ad notitiam; quia ſufficit ſolum iuramentum, *cap. paſtoralis in fin. de except.* Bart. *Extrauag. ad reprimendum verſ. ſummariè, col. 3.*

XLIII. Quando agitur de leuibus delictis, nam iſta de plano expedienda ſunt. *lib. lama vbi* Bart. *ff. de accuſat.* & Lanfranc. *in Clemen. ſæpè. verb. de plano. conclu. 2. de verb. ſignif.* vbi etiam declarant, quæ delicta dicantur læuia ad hunc effectum.

XLIV. Quandocumque agitur de dando à Iudice tutore, vel curatore Pupilis. Vel quando agitur de filio adoptando: Vel emancipando. Vel de bonorum poſſeſſione agnoſcenda, & ſimilibus. *l. qui habet §. quolibet. ff. de tutor. l. nec mandante. §. dareſſ. de tutor. & curat. dat. ab his l. fin. C. qui admitti, & l. 1. C. de fer.*

XLV. Quando agitur de damno infecto. *lib. 1.* & ibi Bart. Bald. & Alii *ff. de damn. infect.*

XLVI. Quando agitur de cauſa, in qua ſententia magnum non infert præiudicium; ex quo reparari poteſt præiudicium in alio iudicio abſque appellatione, vel alio ſimili remedio.

XLVII. Quando agitur de liquidatione inſtrumenti, ad effectum procedendi executiuè. Bart. *in l. creditores. col. 6. in fin. verſ. aduerte tamen C. de pignor.*

Vltimus eſt generaliter quandocumque agitur de cauſis executiuis. *l. à Diuo Pio. § ſi ſuper,* vbi Bartol. & DD. *de re iudic. & in l. litibus col. pen. C. de agric. & cenſit. l.* 11.

40 Tandem pro coronide præſentis Interſecationis quæritur, an partes collitigantes in cauſa ſummaria, ſi proceſſerunt in ea, tamquam in ordinaria, puta corrigendo libellum, faciendo litis conteſtationem, & alios actus iudiciarios iudicii ordinarii, ſecundum ius commune, videantur renunciaſſe Proceſſui ſummario: & conſequenter cauſa decidenda ſit attento iure communi, non iure municipali, vt fit in ſummariis; ex quo per tales actus ordinarios cenſetur effecta ordinaria de conſenſu ambarum partium?

Reſpondetur negatiuè, cum Baldo *in l. 3. ff. de teſtam. milit.* vbi ait, quod ſi quis procedere poteſt ſummariè & de plano, & incipit procedere ordinariè per libellum, & litis conteſtationem, poteſt poſtea omittere viam ordinariam, & reliquum proceſſum proſequi ſummariè, Ratio eſt quia eligendo ius commune, non cenſetur priuilegio ad ſui fauorem inducto renunciare, quem ſequitur Marant. *vbi ſup. d. diſt. 9. nu.* 206. per multas rationes Quidquid in contrarium aſſerat idem Baldus ſibi contrarius. *in l. diffamari, col. 1. verſ. ſecundò opponitur. C. de ingen. manumiſſ.* vbi allegat Gloſſ. *ſingular. in l. proinde, §. notandum, ver. ſed æſtimandam in fin. ff. ad leg. Aquil.* cui reſpondet idem Marant. *vbi ſup.*

41 Inſuper eſt notandum, quod in cauſis ſummariis, in quibus litis conteſtatio non requiritur primus actus, qui immediatè ſequitur, & fieri ſolet in cauſis ordinariis poſt litis conteſtationem, habet vim, & ſuccedit loco conteſtationis, ſecundum Bart. & Bald. *in l. nulla n. 2. & in l. quod quis n. 1. C. de procur.* Marant. *in pract. ſper. aur. p. 6 membr. 10. verſ. & in conteſtatione litis non errarunt, num. 2.* vbi alios cumulat, Azn. *in Prax. §. 3. cap. 8. num. 2.*

SVBSECTIO SECVNDA.

De iuramento calumniæ.

SVMMARIVM.

1. *Iuramentum calumniæ quid ſit, explicatur.*
2. *Iuramentum prædictum, quamuis ſit de ſubſtantia Iudicij, omitti tamen poteſt, niſi petatur.*
3. *Petitum verò vbi fuerit, niſi præſtetur, committitur nullitas.*
4. *Iuramentum calumniæ tacitè omitti poteſt per partes, non autem expreſsè.*
5. *Omiſſio iuramenti expreſsè petiti impedit executionem obligationis.*
6. *Omiſſio dicti iuramenti non vitiat proceſſum, quando conſtat de bono iure.*
7. *Peti poteſt dictum iuramentum in quacumque parte iudicij.*
8. *Iuramentum calumniæ intelligitur vitanda calumnia.*
9. *Iuramentum prædictum, à quibus præſtandum.*
10. *Procurator, quando, & quomodo iurare debet.*
11. *Ad tale iuramentum tenentur omnes comparentes in iudicio, etiam ſi alieno nomine.*
12. *Iudæi quomodo iurare tenentur.*
13. *In quibus cauſis præſtandum ſit tale iuramentum.*
14. *In Regno Neapolitano non præſtatur expreſsè, ſed per æquipollens.*
Depoſitio, vti principales conueniit cum dicto iuramento.
15. *Decretum dicti iuramenti qualiter formetur & quomodo.*
16. *Iuramentum prædictum vnde ſumptum ſit.*
17. *Effectus iuramenti calumniæ præcipuus, qualis?*
18. *Pœna iurare recuſantis, quæ?*

1 PRimus actus, qui immediatè, & incontinenti fieri ſolet in iudicio poſt conteſtatam litem, eſt iuramentum calumniæ; Circa quod breuiter videndum erit, quid illud ſit: Secundò, à quibus præſtari debeat. Tertio, in quibus cauſis præſtandum ſit. Quartò, an in Regno præſtetur. & quomodo. Quintò, quis ſit effectus iſtius iuramenti, & Sextò, quæ pœna ſit impoſita contra iurare recuſantem.

Quoad primum erit notandum, quod iuramentum calumniæ eſt illud, quod præſtatur, de vitanda, ſcilicet calumnia in curſu cauſæ hinc inde per vtramque partem, per Actorem ſcilicet, & per reum. *c. cum cauſam, in fin. de iuram. calumn. & c. dudū 2. de el.* & præſtatur in ipſo litis exordio. *c. 1. de iuram. calumn.* Quòd ſi non fuerit præſtitum in exordio, poterit poſtea in quacumque parte iudicii præſtari, vt in *c. 1 eod. tit. in 6.*

2 Eſt autem ſub notandum, quod quamuis ſit de eſſentia in quolibet iudicio, vt probatur expreſsè in decretalibus *in*

precide iur. cal. & in 6. eod. tit. per tot. & tot. tit. C. de iureiur. propt. calumn. & aduertit Vant. *in tract. de nullitat. ti. de nullit. ex defect. process. n. 29.* quia est de iure naturali *Clement. dispendiosam de iudic.* Puteus *dec. 35. de iudic.* Si non petatur tamen per partes in specie, processus sustinetur, *d. c. de iuram. cal. in 6. l. iusiurandum. §. quo iusiurandum* vbi Gloss. *in verb. exigatur ff. de iureiurand.* Speculat. *l. 2. de iuram. cal. §. 2. num. 4.* Marant. *in Spec. Aur. p. 2. tit. de iuram. cal. num. 2.* Vant. *vbi sup. d. num. 29.* Vestr. *in Prax. lib. 5. c. 2. n. 3.* & ibi Grauat. *n. 11. & 16.* & ita censuit Rot. apud Gregor. *decis. 157. n. 1.* & ibi Beltramin. *n. 23.* Seraphin. *de priuilegijs iuramenti priuil. 125. n. 8.*

3 Si verò per aliquam ex partibus petitum fuerit & nihilominus præstitum nō fuit, processus est nullus, & consequenter sententia inde sequuta nullius esset roboris ac momenti, *d. c. 1. de iur. cal. in 6.* Vant *d. tit. de nullit. proc. n. 29.* Camil. Capucius *in sua Prax. iudiciar. l. 1. c. 10. art. 7. num 62.* Petr. Ridolphin. *in ead. Prax. p. 1. c. 8. n. 99.* Rot. *decis. 2. de iura. calumn. in antiqu. & dec. 101. n. 1.* post Zacch. *de oblig. Camer.* Caualer. *decis. 149. n. 1.* vbi Rota censuit, quod vbi petitum fuit, omitti minimè potest. Quinimò antequam illud præstetur, denegari debet audientia per iudicem. *l. 1. C. de iureiur. propt. cal.*

4 Est etenim huiusmodi iuramentum ad publicam vtilitatem introductum, vt euitentur mendacia, calumniæ, cauillationes, dolus, & fraus *l. 2. §. sed quia C. de iur. prop. cal.* & ideo non potest per partes remitti expressè, sed bene tacitè. Marant *d. n. 2.* Grauat. ad Vestr. *d. n. 11.* & Alij. Vndè si partes expressè remitterent, processus esset ipso iure nullus. *d. l. 2. §. sed quia veremur.* vbi Gloss. Bart. Bald. & Alij

Tacitè autem vbi omissum fuerit, non vitiaretur processus, neque fieret nullitas sententiæ, prout si procederetur ad vlteriora in causa, & tamen ab altera partium illud petitum non fuit. *d. c. 1. de iur. cal. in 6.*

5 Quod si forte expresse peteretur ab altera ex partibus, & hoc non obstante omissum fuerit, erit omissio impediret exequutionem cuiuscumque obligationis, etiam Cameralis Rot. *in Romana Demetrum 16. Iunij. 1604. coram D. Litta.* Caualer. *decis. 414. n. 3.*

Hoc tamen non procederet, si petitum quidem fuisset, & oppositum iurari de calumnia; postea processum fuit per iudicem ad vlteriora, non repetita protestatione in quolibet actu; Processus non censeretur vitiatus, & sic sententia, non obstante omissione dicti iuramenti, valida esset, quia per processum ad vlteriora, sine repetitione protestationis videtur ab ea recessum Rot. *decis. 779. n. 1. p. 1. diuers.* Mohe 1. *dec. 1. de iudic.* Caualer. *decis. praecit. 349. n. 6.*

6 Nota tamen, quod licet iuramentum calumniæ expressè per aliquam partium petatur, si tamen non præstaretur, ex illius omissione non causaretur nullitas processus, dummodò constet de bono iure partis. Iason. *in l. admonendi in 2. lect. n. 84. ff. de iureiur.* Bald. *in c. 2. n. 7. vers. item iuste de probat.* Grauat. ad Vest. *in Prax. l. 5. c. 2. n. 13.* Rot. *in Lucana Paroch. 12. Maij 1603. coram D. Penia dec. 45. n. 6. p. 3. rec. & decis. 131. n. 6.* post Zacch. *de oblig. Camer. & decis. 215. n. 6. post* Cenc. *de censib.*

7 Potest autem iurari de calumnia in qualibet parte iudicii, dummodò sit ante sententiā. Papiens. *in forma libell. action. real. §. per sacramentum n. 4.* sicut etiam potest tale iuramentum per iudicem peti in quacumque parte iudicii, etiam post conclusum in causa. Bald *in l. 1. ad fin. vers. sed numquid. C. de iur. propt. calumn. per d. ca. 1. eod. tit.*

8 Et dum dicitur iuramentum calumniæ, intelligi debet de calumnia vitanda, vt similiter exponitur illud diui Pauli. *1. Corinth. 7.* ibi *propter fornicationem vnusquisq; propriam habeat vxorem,* idest propter fornicationem vitandam; *capitul. Nerui. §. est tamen dist. 13.*

9 *Quoad secundum* scilicet à quibus præstari debeat hoc iuramentum; notandum erit, quod debet regulariter præstari à principalibus litigantibus, scilicet ab actore, & à Reo, & imprimis iurare tenetur actor postea Reus *d. l. 2. §. sin autem C. de iureiur. propt. cal.* & quilibet de per se præstare debet. *vt in c. 3. & c. caeterum de iuram. cal. & l. 2. §. 1. & 2. & Authent. principales C. eod. tit.* Papiens. *vbi sup. n. 1. & 2.*

10 Notandum secundò, quod actor, et Reus iurare debent in animas proprias, procurator verò iurare tenetur in animam suam propriam, si habeat mandatum speciale ad iurandum de calumnia, cum expressione causæ, in qua iurandum sit, quod quidem requiritur ad tale iuramentum, cum non sufficiat mandatum Generale. *c. fin.* vbi Gemin. *n. 4. de iuram. cal. in 6.* Si verò iurauerit cum mandato generali, cum potestate iurādi simpliciter ad omnes et quascumque causas, tunc iurabit in animam constituentis. Bart. et communiter DD. *in d. l. 2. C. de iureiur. propt. cal.* Spec. *loc. cit. §. 3. incip. restat. n. 10. cum seqq.* Est benè verum, quod contrariū asserit Papiens. *in Prax. praecit. in form. libell. action. real. §. per Sacramentum num. 6.* quod scilicet Procurator iurare tenetur in animam ipsius Domini constituentis, si habeat Speciale mandatum, sequitur Grauat. *ad Vestr. d. lib. 8. c. 2. n. 15.* aliàs si tantum habeat generale, tenebitur in animam propriam. Idem Grauat. *ib.* Sed. cogitationi meæ talis sententia non placeat, quamuis placuit illam referre.

Quidquid tamen sit de iure super prędictis, certum est quod hodie de consuetudine generali, si procurator habeat mandatum generale ad omnes lites, admittitur ad iurandum de calumnia et ita obseruat Rota, prout habetur *decis. 101. n. 4. & seqq.* post Zacch. *de obligation. Camer.* vbi aliæ decisiones cumulantur. Gregor. *decis. 282.* vbi Addent. *num. 8.*

Syndicus verò alicuius Terrę, vel Procurator, seù Oeconomus alicuius monasterii, seù collegii, si constitutus sit ad omnes causas, poterit iurare de calumnia etiam sine speciali mādato; sed si verè constitutus ad vnam tantum causam particularem; non posset in illa iurare absque speciali mandato ad iurandum. Gemin. *in cap. praesentium de testib. in 6.*

11 Notandum tertiò, quod non solùm Principales, vt Actor, et Reus iurare tenentur: verum etiam omnes aliqui comparent in iudicio alieno nomine, vt Tutor, Curator, Oeconomus, Syndicus, negotiorum gestor, et similes. *d. l. 2. Authent. principales, & l. orphanotrophos cum Auth. sed hodie C. de Ep. & Cl. c. 3. & 4. & cum causam de iuram. calumn. cum simil.*

Imò dicit vnum singulare Scaccia *de iudic. l. 2. c. 1. num. 178. cum seqq.* quod ad iuramentum prestandum tenetur etiam Aduocatus. Sed hodie contrarium omninò seruatur.

Et similiter tenetur iurare Hæres: non obstante, quod prius dum viueret testatur, iurauerit in eadem causa *c. si appellationis,* et ibi Gloss. *de iur. cal. in 6.* Rot. *dec. 1. & 2. eod. tit. in nouis.*

12 Sed quæritur, an iudęus litigans cum Christiano teneatur iurare de calumnia super Euangelia?

Respondetur cum distinctione, quia quæsitum duplicem sensum implicat; aut enim quæritur an teneatur de iure, et respondetur affirmatiuè: aut an teneatur iurare super Euangelia, et respondetur negatiuè Prima pars probatur ex Abbat. *in tract. de ordine iudiciar. charta 10. col. 3. & 4.* et ex Speculat. *l. 2. de iuram. calumn. §. 3. restat. nu. 17.* vbi ponunt multas formulas, per quas iurare debet. Secundà verò pars probatur *ex l. non erit §. pen. ff. de iureiur.* quia cum non credat in legem Euangelicam, *vt in cap. qui sincera dist. 45* posset per tale iuramentum dicere quidquid illi placuerit. Ideo iurare tenetur supra decem præceptis Moysi. *vt in l. si qua C. de iudaeis.* Sed contrarium colligitur ex *c. ecce dico. 22. qu. 5. & l. iudaei in princ. C. de iudaeis* in quibus iuribus habetur quod iuramentum est seruandum, etiam si fiat super lapidem.

13 *Quoad tertium* scilic. in quibus causis præstandum sit, est notandum, quod licet semel præstari debeat in tota lite. *vt in Authent. in hoc Sacramentum C. de iur. propt. cal.* Tamen præstandum erit in omnibus iudiciis, tam ciuilibus ordinariis, vel summariis, quam criminalibus, et mixtis. *c. 2. de iuram. cal.* Speculat. *vbi sup. §. 2. sequitur in princ. & per tot.* Imò etiam in qualibet exceptione iuratur de calumnia. Bart. *in Auth. hoc sacram. C. de iur. propt. calumn.*

Sed quid in causa appellat. numquid iurandū erit de calum.

Respondetur affirmatiuè *cap. 2. in princ. de iuram. calumn. in 6.* Host enl. verò ait, tunc teneri partem aliquam iurare, si petatur ab altera *per l. 2. in princ. C. de iureiurand. propt. calumn. & c. 1. de iur. cal.* ibi *vel quacumque causa* nam & in causa ill dandus libellus, & lis contestanda, cum sit diuersa causa à principali, *vt in c. si quis in quacumq. 2. q. 6. c. interposita de appell. in fin. & c. Raynaldus de testam,* quod est adeo verum, vt etiam si fuerit iuramentum præstitum in prima instantia per Dominum, & per Procuratorem, adhuc teneantur in secunda istantia iterum præstare. *c. praecit. si appellationis eod.* Gloss. *de iuram. cal. in 6.* Rot. *dec. 1. & 2. eod. tit. in nouis.*

14 *Quoad quartum* erit notandum, quod in Regno Neapolitano hoc iuramentum non præstatur in forma specifica, sed per æquipollens, & per actum similem, vt si petatur de positio,

sitio vti principalis: nam tale iuramentum, quod ab eo praestatur aequipollet iuramento calumniae, propter easdem qualitates vtriusque. Quarum Prima est, quod sicut iuramentum calumniae est praestandum post litis contestationem, vt in praecedentibus visum est, sic etiam iuramentum, seu depositio vti principalis potest deferri post litis contestationem; & sic in Regno post terminum datum in causa, vt constat *ex Rit. Magn. Cur. Vic. 72.* Imo peti potest in qualibet parte iudicii. Franc. *dec. 220. n. 5.*

Secunda qualitas est, quod sicut iuramentum calumniae praestatur ab Actore, & à Reo; sic depositio vti principalis peti potest ab Actore, & à Reo. Caravit. *in d. rit. 70. et rit. 79 et probatur in Pragmat. quinta de ord. iudic.*

Tertia est, quod sicut iurare tenetur de calumnia actor, & Reus per verbum *credo*, vel *non credo*, secundum Bald. *in Auth. iurisiurandi C. de iureiur. propt. calumn.* ita fieri debet in depositione vti principalis ab vtroque *vt probatur in d. Prag. quinta dic.*

Quarta qualitas, & conuenientia est, quod sicut actor per iuramentum calumniae releuatur ab onere probandi *l. 1. et 2. et Auth. ibi posita C. de iureiur. propt. calum.* ita per depositionem vt principalis Reus releuabitur ab eodem onere probandi, quia nulla maior probatio, quam proprii oris confessio. *lib. cum precum C de liberali causa* Franc. *d. dec. 220 nu. 5.* Vnde ex dictis colligitur, quod in Tribunalibus laicalibus Regni non effectuatur specificè iuramentum calumniae, sed per aequipollens, quando praestatur iuramentum in depositione vti principalis, vti suprà dictum est. Bene tamen praestatur in Curiis Ecclesiasticis. Quod autem in Curijs laicalibus non seruetur, nota. Par. de Puteo *de syndicat. vers. sententia. c. 3. n. 13.* vbi etiam ait, fuisse sublatum *per c. Regni Detestantes*, sequitur Vrsill. ad Afflict. *decis. 265. num. 32.* sed tamen contrarium habetur in *pragm. comparente reo de ord. iud. et in constitution lite legitimè contestata*, vbi agitur de iuramento calumniae.

15 Quando autem praestandum erit iuramentum calumniae, fieri solet infrascriptum, vel simile decretum, videlicet.

Forma Decreti vt iuretur de calumnia.

Et per Dominum, etc. fuit prouisum, et decretum, fore et esse per N. de N. in causa quam habet cum N. de N. iurandum de calumnia super contentis in libello, seù in etc. alias, etc. prout iurare mandatur et sic etc. Hoc suum, etc. Datum, etc.

Vel Aliu modo.

Qui Dominus, etc. pronunciauit fore et esse per N. in causa, quàm habet cum N. iurandum de calumnia super contentis in libello, seu etc. alias, etc. omni modo, etc.

Modus autem, qui tenetur in iuramento praestando, solet in quibusdam Curiis esse, vt sequitur, videlicet,

Die, etc. Mensis, Anno, in Ciuitate N. Personaliter constitutus coram Nobis N. de N. sponte, etc. iurauit quod credit se iustè petere, et non calumniosè, etc. item quod respondebit veritatem super omnibus, de quibus interrogabitur. Item quod non vtetur falsa probatione. Item quod non corrumpet iudicem, neque Tabellionem, neque alium. Item quod calumniosam dilationem non petet, et ita iurauit, etc. Et ad fidem, etc.

16 Est tamen notandum, quod haec praxis iurandi desumpta est ex Speculat. *de iuram. calumn. §. 4. nunc dicamus in princ.* & ex Bart. & Aliis *in Authen. principales C. de iureiur. propt. calumn.* & Bald. *in l. in si potest C. de euiction.* vbi ait, quod hodie hoc iuramentum non valet vno obulo, & quod potius iuratur de calumnia committenda, quam vitanda, vnde ad euitanda tot periuria, melius esset si non praestaretur, non obstante quod sit inuentum, propter publicam vtilitatem *d. l. a. §. sed quia veremur, C. de iur. propt. cal.*

17 *Quoad tertium*, quis scilicet sit effectus istius iuramenti, notandum erit quod effectus eius praecipuus est, vt iurans de calumnia excusetur quidem à tacita, & praesumpta calumnia, si calumniosè operatus fuerit postea, sed non ab expressa, & euidenti. Bart. *in l. si quis. §. Aellian ff. ad Turpill.* Bal. *in l. si sibi. C. de liber. caus.* & Alex. *in l. ait praetor, in princ. ff. de iureiur.*

Vnde calumniae crimen committens, etiam in causa ciuili, potest criminaliter conueniri finita causa, vt aduertit Glos. *in l. et in priuatis ff. ad Turpill.* & Bald. *in d. l. si sibi.*

18 *Quoad sextum*; an scilicet incurrat aliquam poenam ille, qui iurare recusauerit, notandum, quod Actor, si iurare noluerit, cadet ab instituta actione per sententiam iudicis; Reus verò iurare recusans condemnabitur; quòd habeatur pro confesso. *cap. fin.* & ibi Glos. *in tam. de iuram. cal. d. l. 2. §. quod si actore et §. si autem reus, C. de iureiur. propt. calum. et §. 1. Auth. vbi vt latius.* Iason. *in l. admonendi, nu. 84. ff. de iureiur.* Mattani. *vbi sup. n. 6.* Papien. *ib. n. 2.* Salust. Tiber. *in Prax. l. 5. c. 59. n. 1. et 2.* Maiuct. *in Prax. iis de confess. nu. 4.* Specul. *d. l. 2. de iuram. calumn. §. 5. incip. superest in prin.* vbi *nu. 1. cum seqq.* multas proponit curiosas quaestiones, scilicet an taliter puniti possint appellare; & respondet quod sic. An renuens teneatur iuramentum iterum, & similiter affirmatiuè resoluit. An habens votum, vel iuramentum antecedenter de non iurando, adhuc teneatur, & respondet etiam affirmatiuè. An tutor, vel curator iurare nolens praeiudicet pupillo; & respondet negatiuè. An partes inter se pactum Inientes de non iurando, possint per Iudicem compelli ad iurandum; & respondet affirmatiuè, per multa iura: quae si quis videre cupit, adeat ipsum *loc. cit.* vbi alias quaestiones inueniet.

SVBSECTIO TERTIA.

De Termino Probatorio.

SVMMARIVM.

1 *Terminus probatorius est communis Actori, et Reo.*
2 *Terminus praedictus in Regno stat loco litis contestationis.*
3 *Terminus quilibet semel tantum regulariter concedendus: quod limitatur octo modis.*
4 *Terminus praedictus, an sit petendus à Iudice.*
5 *Terminus praedictus, qui et iuris dicitur, semel conceditur in Regno.*
6 *Termini diuersi dantur in causis, scilicet.*
Terminus citationum, quot dierum.
Terminus ad denunciandum.
Terminus ad exceptiones opponendas, et similes.
7 *Terminus quilibet de iure communi est arbitrarius.*
8 *Terminus praedictus de iure Regni est quindecim dierum.*
9 *Terminus ad probandum, et ad probandum, et probatum habendum, differunt.*
Probationes, an post terminum recipiantur.
10 *Quid faciendum post dationem termini praedicti.*
11 *Termini praedicti decretum.*

1 POst litem contestatam, & iuramentum calumniae, praestitum, sequitur alius actus principalis qui fit in iudicio, & est dilatio, seù terminus ad probandum, in quo recipiuntur probationes vtriusq; partis, cum iste terminus probatorius sit communis Actori, & Reo. Actor enim probat omnia incumbentia ad fundandam suam intentionem, & Reus probat incumbentia necessaria, & opportuna ad fundandam suam defensionem, & exceptiones ad sui beneficium facientes *iuxta l. parendo C. de temper. in integr. restit.* Felin. *in cap. prudentiam col. 1. de mut. pet.* Quod procedit, etiam si altera pars renunciauerit expressè termino probatorio, nam adhuc terminus erit communis vtrique parti. Bart. *in l. si post § hi quoque ff. de bon poss. contr. tab.* Item procedit, etiam si terminus probatorius impartitus fuerit personae priuilegiatae, cui competit restitutio in integrum, seù primum, & secundum beneficium, de quibus inferius dicemus suo loco: nam adhuc erit communis vtrique, Actori scilicet, ad probandum, & Reo ad se defendendum Bar. *in l. sacris. C. de prox. sacr. scrin. l. 12. et in exceptionem. C. de procur.* & dicemus infrà *n. 5.*

2 Quod quidem locum habet etiam in Regno Neapolitano, in quo iste terminus stat loco litis contestationis, vt pluries diximus, & proinde etiam quod non de iur. censetur vtrique parti ipso iure tributus, per *Regiam pragmat. 7. incip. post praedictas. sub rubr. de dilationib. in causis dandis*, in qua habetur, quod factis responsionibus, datur terminus probatorius, & alij termini, seù dilationes, si opus fuerit, nimirum quod si partes dixerint habere testes examinandos & sint infra viginti milliaria, tunc terminus erit concedendus quindecim dierum, intra quos partes ipsae tenentur examinare dictos testes, si verò partes neglexerint nominare testes tunc terminus

erit

erit viginti dierũ; & si dixerint habere testes in remotioribus partibus eiusdem Regi, tunc erit per Iudicem concedendus longior terminus, seù dilatio, iuxta locorum distantiam, dummodo non excedat tres menses; & tandem concluditur in dicta pragmatica, dictas dilationes, seu terminos, sine iusta causa, vel expressa ambarum partium voluntate prorogari non posse, sub pœna ducatorum vnciarum. De isto termino probatorio vtrique parti communi loquitur etiam *Rit. Mag. Cur. Vicaria 69. & constitutio Regni: incip. lite legitime contestata*, vbi Afflict. *n. 19. & Rit. 90. incip. item ipsa Magna Curia*, vbi Carauit. *lard.*

3 Circa istum terminum erit notandum, quod de iure communi omnis terminus est peremptorius dari non potest, nisi semel, in causa. *c. consuluit de offic. delegat. & l. C. de dilat.* Specul. *l. 2. de citation. §. 3. incip. viso n. 4. & de dilationib. § 4. incip. videndum n. 3.* vbi ait, procedere etiam si non exprimatur verbum peremptoriè. Idem dicit Alexand & Ang. per illum *text. in l. fin. notab. 1. ff. de ferijs*; Bart. & Alex. *in l. 1. C. de dilation.* etiam per illum *text.* vbi hoc probatur. Abb. *in c. licet. not. 4. de probat.* Et de iure Regni, quoad istum terminum probatorium adest *Pragmat. cit. post productas* sequitur Marant. *in Aur. spec. par. 7. act. 3. numer. 4.* vbi limitat certis modis communem prædictam regulam, quod non detur, nisi vnicus terminus. vt si adesset iustum impedimentum, quia tunc daretur nouus terminus, non obstante, quod fuerit datus peremptoriè per *l. oratione ff. de ferys*. Secundò, si superuenissent nouæ probationes, quia esset dandus nouus terminus. Bart. *in l. admonendi, col. 2. ff. de iureiur.* Tertiò, si impediretur probatio facto aduersarij. Iasõ *in l. genus. § qui imuriarum, col. 3. & 4. ff. si quis cautionum.* Quartò, in consistorio Principis, *l. in efferendis, C. de appell.* vbi Bart. Quintò, quando actor adderet aliquid in libello. Ang. *in l. 1. §. si quis stipul. ff. de verb. oblig.* Sexto, quando superuenit aliquod Incidens *cap. pastoralis de except.* Septimo quando daretur alius terminus præsentibus partibus & non contradicentibus. Bart. *in d. l. fin. ff. de fer.* Octauo, quando datur absenti, quia non obstante peremptorio, non currit nisi a die, quo illi fuerit intimatus. Bart. & Alex. *in l. labeo in fin. ff. de iureiur.*

4 Sed vt magis ordinatè expediatur ista subsectio, erunt per Nos plura examinanda. Et Primò, an terminus probatorius sit petendus a iudice, vel detur ipso iure. Secundò, an sit dandus vnicus terminus, vel plures. Tertiò, quot dierum esse debeat. Quartò, quid agendum sit post datum terminum.

Quoad primam erit notandum de iure communi terminus peti debet à iudice *per l. 1. C. de dilation.* & ita seruatur In Regno *per constit. causas alias*. Potest tamen iudex statuere terminum partibus non petentibus, vt lites celerius terminentur iux *c. finem litibus de dol. & contum.* & ita disponitur. *in c. Regni: Destfante, & c. quantum est, & Rit. Magn. Curia Vic. 288. & seqq.* Et licet in *d. pragmat. post productas* dicatur, quod datur ipso iure, tamen hodie seruatur. *Rit. 90.* vbi cauetur, terminum debere dari officio iudicis; *iuxta d. const. causas alias.*

5 *Quoad secundam*, an scilicet sit dandus vnicus terminus in causis, vel plures, notandum erit, quod de iure communi regulariter semel tantum dilatio, seu terminus conceditur, *vt sup. diximus nu. 3.* & notat Specul. *de dilat § 4. n. 19.* vbi ait, quod secunda dilatio conceditur cum causæ cognitione, præstito iuramento, quod fuit quis legitimè Impeditus in prima dilatione, in tertia verò maior probatio requiritur, vnde colligitur, quod de iure communiter datur terminus, ex aliqua causa super eodem articulo; vltra verò non vt habetur *in c. inducia, & spatium 3. q. 3. & cap. Vltra tertium de testib. & Authent. At qui semel. C. de probation. lib. 1. C. de dilat. & l. tres denunciationes, C. quomod. et quand. Iud. et l. oratione. §. fin. ff. de fer.* & notat Afflict. *in d. constit. lite legitimè contestata, et in const. Vt in Prouinciarijs n. 22.* Et ratio est, ad hoc vt lites quantò citius finiantur, iuxta tradita *in d. c. finem litibus*. Vnde in Regno vnicus dictam rationem, vrbandum, & articulandum simul, ob prædatur terminus ad protestatur Carauit. *in Rit. 69.* & hic terminus appellatur terminus iuris.

6 Huiusmodi autem supra firmata conclusio intelligi debet de eodem termino, non de diuerso, quia passim In causis dare solent diuersi termini, seu dilationes. Quorum primus est ille, qui apponitur in citationibus, qui est tot vel tot dierum secundum locorum distantiam, vt infra illos dies citatus compareat, de quo habetur in *c. 1. de dilation. et c. 1. de caus. poss et propr. l. consentaneum. l. ea, qua & C. quomodo et quand. Iud. lib.* contumacia. *ff. de re indic.* & de iure Regni habetur *in Rit. Magn. Cur. Vic. 123.*

Secundus terminus est ille, qui datur procuratoribus ad denunciandum litem motam suis principalibus, & hic etiam datur, secundum distantiam locorum, & in quibus degunt principales, de quo habetur *in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi. oport. l. 2. C. vbi in rem actio.* & per Speculat. *d. l. 2. de dilationib. §. 1. incip. experiundoria n. 1. vers. Denunciatoria*; & de iure Regni habetur *in Regia pragmat. incip. Dubitationem. sub rubr. de termin. citan. auctor. in caus. real.*

Tertius, & Quartus est terminus, qui datur ad opponendas exceptiones dilatorias, & peremptorias, de quibus habetur *in cap. pastoralis de exception. cap. 1. de lit. contest. in 6 l. 2. §. sed si dubitetur ff. de iudic. et l. fin. C. de except. et alibi*; & de iure Regni habetur *in constit. incip. exceptiones dilatorias sub rubr. de except. dilat. propon. in iud. et in constit. incip. exceptiones falsationis, et Reg. pragm. comparente Reo, et alibi*, & fusè diximus suprà, deberi dari terminum ad eas proponendas, & verificandas; & quidem ad opponendas dilatorias erit trium dierum, vel ex causa octo dierum, vt *in d. constit. exceptiones*, vel quinque dierum, *secundum pragmat. stat. comparente Reo.*

Quintus est terminus, qui datur vtrique parti ad probandum incumbentia, de quo loquimur *in præsenti subsect.*

Sextus est ille, qui datur in publicatione causę, de quo habetur *in c. quoniam contra de probat.* & est sexdecim dierum de iure Regni, quorum octo dantur ad habendam copiam actorum, & octo ad percunctandum acta, *vt in pragm. cursu dilationum, de quo infer. Nos suo loco dicemus.*

Septimus est terminus, qui datur ad repulsam testium, de quo habetur *in c. licet de probat.* & per Speculat. *l. 1. §. 9. publicatis per tot.* & de iure Regni habetur *in supradicta pragm. cursu dilationum*, & fusiùs infra dicemus, qui est medietas termini probatorij.

Octauus est terminus qui datur ad repulsam repulsæ, de quo habetur *in c. licet dilectus de testibus, et c. præsentiam, eod. tit. in 6* & de iure Regni habetur *in Rit. 74. et in d. pragm. cursu dilationum*, & nos etiam inferius suo loco dicemus, qui est medietas termini repulsæ.

Nonus est ille, qui datur in publicatione vtriusque repulsę, & est octo dierum, *vt habetur in d. rit. 74.*

Decimus est ille, qui datur in conclusione causæ, de quo habetur per Gloss. *in c. cum dilectus. de fid. instrum* & de iure Regni, *est Rit. Mag. Cur. Vic. 75.* & est octo dierum, vt dicemus suo loco infrà.

Vndecimus est ille terminus, qui conceditur ad impugnandum processum intra supradictum terminum conclusionis, de *quo ibid.*

Duodecimus erit ille, qui datur infra eumdem terminum conclusionis de iure Regni, vt dicitur ad affrontendum scripturas, de quo ibidem, & dicemus inferius suis locis.

Decimus tertius est terminus, qui datur ad allegandum in iure, & in facto, de quo dicemus suo loco, cum de iure communi non habeatur mentio expresse.

Decimus quartus est ille, qui datur ad percunctandum acta, de quo Speculator. *l. 2. rubr. de dilationib. §. 1 vers. defensoria* & de iure Regni habetur *in constit. obscuritatem*, vbi Afflict *par. 4. n. 14.* & ibi agit de alio termino, qui dicitur in Regno terminus causæ introductę, & est 24. horarum, intra quos debet appunctari causa in Rota sacri Consilij. Dantur similiter aliæ Dilationes, seù termini, secundum diuersitatem incidentium; sed supradictos placuit enunciare quia faciunt ad praxim.

7 *Quoad tertium*, quot scilicet dierum esse debeat terminus probatorius, est notandum, quod de iure communi quilibet terminus est arbitrarius iudici, qui arctare, & prorogare potest suo arbitrio ex causa; *c. quoad consultationem de re iudicat. c. cum sit de appellat. vbi Canonistæ omnes, et l. qui pro tribunali, ff. de re iudic. et l. nonnunquam ff. de iud. et l. 3. C. de dil.* debet tamen habere respectum ad locorum distantiam, & ad qualitatem personarum & causæ vt aduertit Speculat *d. l. 2. rubr. de citation. §. 2. Nunc de temporum, n. 4 et §. fin. in fin. et de dilation. §. 4. videndum nam.* Si tamen iudex iniustè, & sine causa hoc fecerit, datur appellatio *c. 1. de dilation. et l. si se §. 2. ff. de re indic.*

8 Sed de iure Regni terminus probatorius est quindecim dierum, si testes examinandi sint intra 15. milliaria, alias erit 20. dierum, inspecta loci distantia, quo qualitate causæ, &

personarum; & si pars declarauerit habere testes in remotioribus, sed intra Regnum Iudex suo arbitrio concedere potest longiorem dilationem, dummodo non excedat tres menses vt habetur *in Regn pragmat. precit. post predictas, & diximus sup. n. 2.* Notandum est tamen, quod in illis 20. diebus currunt etiam dies feriarum. Bald. *in l. 1. C. de fer.* Hostiens. *in ca. licet causam. de probat.* dummodo dies feriati non absorbeant totum terminum, vt si in Sabbato Palmarum detur terminus 15. dierum, tunc incipit currere post octauam Paschæ, quia illi 15. dies dati ad probandum, omnes sunt feriati, vt aduertit Bald. *in l. fin. Q. ministrab.* & Lanfranc. *in c. quoniam contra vers. dilatione col. 2. de prob.* Est etiam notandum, quod semper iste terminus erit communis vtriq. parti, *vt dix. sup. n. 1.* ideò, etiam si detur vni, prodest alteri *per l. per eam. C. de temp. in inr. resti* vbi Bald. & Pelin. *in d. c. prudentiam. col. 1. de mut. petit.* & de iure Regni *adest d. pragm. post predictas, & Ritus 69. & 50. & 210. qui incip. Item seruat ipsa Curia.*

9 At quæritur modo, vtrum termino elapso possint testes examinari?

Respondetur cum distinctione, vel enim quæritur, quomodo seruari debeat super hoc in Curijs Ecclesiasticis, vel in Curijs Sæcularibus. Primò casu, cum semper detur terminus simpliciter ad probandum tantum, non autem ad probandum & probatum habendum, vt fieri solet in quibusdam Curijs sæcularibus, si testes citati fuerint in termino, sed non examinati, tunc iudex ex æquitate Canonica solet dare alium terminum, sed breuiorem præcisè & peremptoriè, & examinare testes, quo elapso non recipiuntur amplius, nisi ex iustissima causa. Curijs verò sæcularibus aliter seruatur, nam quando terminus fuit datus simpliciter ad probandum tantum, sufficit quod testes sint citati & iurati in termino, quo postea elapso examinari possunt. Abb. *in c. licet causam col. 6. de probat.* Castrens. *in l. nam & seruus §. si vino tibi. ff. de negot. gest.* Roman. *consil. 444. col. 2.* Vestr. *in Prax. l. 6. tit. de remission. ad partes n. 8.* Rot. *decis. 74. nu. 1. p. 4. diuers.* Quia Depositio testis retrotrahitur ad tempus iuramenti, alias tamquam extra terminum examinati, non probarent DD. *tit.* & in Regno *est Ritus* super hoc, 149. qui incipit, *Item quod in quibuscumq.* vbi habetur, quod de æquitate testes iurare possint per tres dies post terminum, & de inde in antea examinari; est etiam *alius rit. 166. & 282.* Quando autem datur terminus ad probandum, & probatum habendum, tunc oportet testes examinari intra terminum; quo elapso non admittentur amplius. Abb. *vbi sup.* Bald. *cons. 133. vol. 5.* Sorcin. *cons. 47. vol. 4. vol. 4.* Vnde ad euitandas confusiones non solum in Curiis Ecclesiasticis non datur talis terminus ad probatum habendum, verum etiam in multis alijs Curijs Laicalibus, sed datur simpliciter terminus ad probandum, faciunt ad hoc notata per Spec. *de dilat. §. 3. nunc. n. 4. & 5.*

10 *Quoad quartum*, quid agendum sit post elationem termini probatorij, est notandum, quod sunt producendi articuli, seù positiones per partes, super quibus examinari debent testes, ad hoc vt quilibet possit probare, quod facit pro se; & proinde debet expediri citatio ad testes, de quibus sigillatim videnda erunt aliqua magis necessaria ad praxim in sequentibus, sicut de aliis.

11 Terminus verò probatorius, de quo supra, solet concedi mediante decreto, sub infrascripta, vel simili forma, videlicet.

Forma Decreti Termini Probatorii.

Et per Episcopalem Curiam N. eiusque Reuerendissimum Dominum Generalem Vicarium, Visis intentione, & petitione N. Actoris, & exceptionibus N. Rei conuenti, necnon replicationibus hinc inde factis, ac terminis concessis, &c. fuit prouisum, & decretum, in præsenti causa inter predictos N. & N. in hoc Tribunali verten. occasione, de qua in Actis, &c. fore, & esse dandum terminum, prout datur vtrique parti ad probandum incumbentia dierum tot, &c. & ita per hoc suum, &c. Prouisum N. die... mens.... Ann. &c.

N. Vicarius Gener. N. Actuarius, &c.

Vel alio modo.

Qui dominus, &c. In causa N. talis, cum N. tali occasione, de qua in actis, &c. terminum dierum tot... dedit ad probandum, &c. omni modo, &c. Et si in aliquo loco sit statutum, in quo determinetur certum tempus, addi potest, *Terminum statutarium dierum tot, &c.*

SVBSECTIO QVARTA.

De Positionibus.

SVMMARIVM.

1 *Positiones porriguntur per Actorem & per Reum.*
2 *Positionibus respondendum est per verbum credo, vel non credo, cum iuramento.*
3 *Positiones dans fatetur omnia in eis contenta esse vera.*
4 *Procurator, vt possit respondere positionibus, habere debet mandatum speciale, aliàs non potest.*
5 *Negans positiones in facto proprio efficitur periurus si conuincatur de mendacio.*
6 *Positionibus singulis respondendum est singulariter.*
7 *Positionibus semel tantum regulariter respondetur.*
8 *Positiones in quibusdam locis non fiunt.*
9 *Positionis definitio.*
Positiones quomodo fiant, & quomodo eis respondeatur.
Deponens vel principalis tunc tenetur de veritate.
10 *Articulus, quid sit?*
11 *Articulus, vnde dicatur?*
12 *Positio & Articulus differunt inter se.*
13 *In causis summarijs vnicus terminus datur ad ponendum, & articulandum.*
14 *Capitulum comprehendit Positionem & articulum.*
15 *Differentia positionis, articulique Capitula procedit de iure communi tantum, non de iure Regni.*
16 *Positiones qualiter formari debeant.*
17 *Positionum admissionis decretum.*
18 *Tacens habetur pro negante in pœnam contumaciæ.*
19 *Citatio ad respondendum Positionibus qualiter formetur.*
20 *Responsiones ad Positiones quomodo formandæ.*
21 *Mandatum de grauando nolentem respondere positionibus.*
22 *Decretum contra non respondentem Positionibus.*
23 *Positiones pro quo nunc tenentur pro confessatis plenè probant contra contumacem nolentem eis respondere.*
24 *Appellatio non datur à tali decreto supradicto.*
25 *Confessio positionum reuocari potest inconsulenti.*
26 *Obligatus ad respondendum positionibus, potest petere terminum ad deliberandum.*
27 *Peractis examinibus super positionibus, danda est copia illarum vtrique parti.*
28 *Positiones debent esse simplices, aliàs non obligant ad respondendum.*
29 *Decretum contra confitentem positiones.*
30 *Decretum contra contumaciam nolentem respondere.*
31 *Reuocatio supradicti decreti.*
32 *Maior contumax vt supra refusit expensas, minor non.*

1 Alius actus, qui sequitur in iudicio post datum prædictum terminum probatorium est, quod fiunt Positiones per vtramq. partem hinc inde, per actorem, scilicet, & per Reum; ad quos respondere tenetur ambo per verbum: *credo*, vel *non credo*, sine præsentia Procuratoris, vel Aduocati, & sine temporis interuallo, medio iuramento. Grauat. ad Vestr. *in prax. l. 5. c. 14. n. 34* Salust. Tiber. *in Prax. l. 2 c. 13 nu. 23. vers. qua responsio* & de iure Regni est *pragmat. incip. quinta die*, & ritus M. C. V. 273.

Producuntur autem positiones, ad hoc, vt per confessionem, vel negationem, releuentur partes ab onere probandi per testes super articulis examinandos; quæ dantur per principales, vel per procuratores habentes specialissimum mandatum ad sic, & sic ponendum. Gloss. *in c. 2. de positionibus in verb. expressè de iureiur.*

2 Positiones enim adinuentæ sunt ad hunc effectum, vt quotiescumque non potest aliquid probari per scripturas, vel per testes, vt si probatio versetur in facto proprio aduersarii, aut de quo ipse certam habeat notitiam, tunc recurrendum erit ad aliud genus probationis, scilicet ad positiones, & petitur, vt cogatur aduersar. deponere super illis medio iura-

mento

mento per *verbum credo*, vel *non credo*. Sunt autem positiones in actis producendæ medio iuramento tactis, &c. alias quis non tenetur illis respondere. Bald. *in cap. imperitralibandes n. 1. in fin. de iuram. calumn.* Alex. *cons. 151. n. 2. ver. & omnia producendo l.* 5. Iason. *in l. possideri n. 24. ff. de acqu. poss.* Sed quando fuit datum iuramentum calumniæ, non est necessarium nouum iuramentum, secus si petatur exprefsè à parte, quia tunc præstandum erit, iuxta tradit. per Post. *de manutent. observ. 83. n. 11.* Fenzon. *ad statuta verbis c. 68. n. 28. & n. 50. l. 1.* Rot. *decis. 31. alias 3. n. 1. in fin. de sequestr. poss. & fruct. in nouis.* Salust. Tiber. *in prax. l. 2. cap. 13. nu. 16. vers. parte petente.* Luc. Pet. *in prax. l. 2. c. 4. n. 9. vers. pote poteft.*

3 Est tamen valde vtile petere positiones ex aduerso iurati veras, quia licet articulans non fateatur, tamen ponens fatetur, vnde dans positiones medio iuramento, fatetur cum iuramento omnia in eis contenta, & talis confessio habet vim iudicialis. Gregor. *decis. 285. n. 3.* & ibi Beltram. *n. 5. & decis. 408. n. 1.* & non potest amplius huiusmodi confessio reuocari. Grauat. ad Vestr. *in Prax. l. 5. c. 14. n. 16. & seq.* Et non solum dans positiones tenetur illas dare medio iuramento, verum etiam respondens illis etiam debet iurare tactis, &c. *c. præsentium, de testib. in 6.* cum alijs allegatis per Grauat. ad Vestr. *ubi sup. nu. 14.* & ibi per Gaill. *observat. 79. num. 10. & observat. 82. num. 1. lib. 1.*

4 Positionibus respondendum erit per verbum *credit*, vel *non credit*. Natta. *consil. 59. n. 1.* Grauat. & Salust. *loc. cit.* vel per principales, vel per procuratores specialissimum mandatum ad sic, & sic respondendum habentes. Rot. Roman. *decis. 77. n. 3. p. 2. recentior.* alias per verbum *nescit*, non est recipienda responsio, & *responsio* per verbum, *non credit*, debet concipi sub duabus negatiuis, scilicet *non credit, vt ponitur neque ad effectum, ad quem ponitur* Addent. ad Pap. Gregor. *decis. 282. num. 10.* Salust. Tiber. *in Prax. l. 2. ca. 13. num. 13.* Et si quis fateatur credere contenta in positionibus, æquè illi præiudicabit, ac per verbum veritatis. Speculator. *l. 2. de positionib. §. 5 incip. sexto tractandum nu. 11. & seq.* & Vestr. *ubi sup. n. 7.* & ibi Grauat. *n. 28.* & idem procedit per verbum, *existimo*. Speculat. *d. §. 6. n. 11. cit.* Vnde negans in facto proprio, si conuincatur de mendacio, erit periurus. Bald. *in l. 2. n. 161. & seq. ff. de iureiur.* Fenzon. *d. c. 68. n. 45.*

5 Quod si negauerit positiones veras in facto alieno, non efficitur periurus. Surd. *decis. 17. n. 11. & decis. 58. n. 15.* Borell. *in summ. decis. tit. de periur. 52. nu. 22.* nisi certificatus persistat in negatione. Speculat. *de position. §. 7. n. 8.* vel nisi factum alienum sit tale; quod scire teneatur, & præsumatur. Bald. *ubi proximè* Surd. *ib. n. 13.* Natt. *cons. 59. n. 8. l. 1.*

6 Respondendum erit positionibus singulariter singulis. Specul. *d. §. 6. n. 4.* Vestr. *d. l. 5. c. 14. nu. 4.* & purè ac simpliciter. Grauat. ad Vestr. *in prax. d. c. 14. nu. 14. & c. vlt. in princ.* vbi limitat, quando positio in parte non est vera, in qua potest responderi per verbum, *non credit, vt ponitur* & Seraphin. *dec. 1039. n. 4.*

7 Qui verò semel positionibus sufficienter respondit non tenetur iterum respondere. Speculat. *d. §. 6. nu. 1.* vbi *vers. nisi forte* limitat, quando positio continet duo, vel plura copulatiue. Secundò limitatur, si aliter iudici videbitur expedire. Specul. *de position. d. §. 6. n. 3 vers. quidam tamen*, quia quilibet hodie credere potest vnum & cras aliud. Gloss. *in l. 2. §. quod. observari. ver. existimat. in fin. C. de iureiur. propt. calumn.* Rot. *dec. 1. de confess. in antiq.*

8 Est tamen aduertendum, quod in plerisque locis non fiunt positiones, sed lite contestata, præstitoque iuramento calumniæ & dato termino, statim iudex interrogat Reum super singulis articulis libelli; sed in Curia Romana, & in multis alijs positiones fiunt, vt obseruat Speculator. *de position. §. 5. incip. quintò superest. n. 1.* & Ridolphin. *in Prax. iudic. p. 1. cap. 10. per tot.* In aliquibus verè Curijs, vt fit in Regno Neapolitano solent fieri positiones in eisdem articulis, quia causę sunt summarię ac etiam alio modo, per depositionem vti principalis, & fiunt per modum interrogationis.

Sed ad effectum, vt hæc materia perfectius à Tyronibus percipiatur, expedit declarare tres terminos, quos in praxi habemus, nimirum positionem, articulum & capitulum, de quibus agitur per DD quos refert Spec. *in d. rubr. de position. & in rubr. de teste.* & Marant. *in spec. aur. p. 6. act. 4. per tot.*

9 Positio, de qua in præsenti agitur, genericè sumpta, est breuis narratio facti seriem continens ad eliciendam veritatem concepta, super qua quis petit ab aduersario sibi responderi. Bald. *in d. l. 2. §. quod observari C. de iureiur. propt. cal.* Speculat. verò aliter describ., quod scilicet sit breuis verborum formula mentem ponentis continens ad veritatem eliciendam concepta *d. l. : de position. §. 1. n. 1.* vbi Addent. referunt quinque alias definitiones. Sed in specie sumpta positio est pars intentionis continens id, super quo quis petit sibi ab aduersario responderi Bald. *in l. generaliter. § sed iuramento C. de reb. credit.* In Regno autem positio solet fieri, quando Reus ab actore petit, vt deponat vti principalis, & tunc fiunt quædam positiones, quæ appellantur Interrogatiuæ, et fiunt hoc modo: *Interrogetur N. si in mense tali accepit N. in tali loco, & tempore, &c.* Et Actor solet respondere. *Non credit, vt ponitur, neque ad effectum, quo ponitur*, et sic de alijs interrogatorijs factum ipsum concernentibus. Erit tamen aduertendum quod semper antequam actor deponat vti principalis tenetur iurare de dicenda veritate super positionibus, seù interrogatorijs, super quibus erit interrogandus, et si in suis responsionibus commiserit periurium, non tenebitur de periurio, sed solum Deum habebit vltorem, vt habetur *in Rit. Magn. Cur. Vicar. 273. incip. item quod quandocumque*; Maran. *ubi sup. n. 17.* et Ridolphin. *ubi supra n. 35.* et Farinac. *de falsit. & simul. q. 160. nu. 217.*

10 *Articulus* verò *de quo in seq. subsectione agemus* est pars intentionis continens id, quod quis probare intendit per testes, aut per scripturas, quatenus dicta testium negarentur. Bart. *in a. §. sed iuramento* Specul. *in l. 1. de teste. §. 5. in ca. nunc. videndum. num.* .. Glos. et DD. *in c. præsentium de testibus in 6* Card. *in Clem. sæpe de verb. signif.* .. *& quia in 3. not. in q. 1.*

11 Dicitur autem articulus, quia articulans, articulatè, et distinctè loqui debet per capita, ad hoc vt testes respondere possint super contentis in articulis. Add. ad Specul. *de teste d. §. 5.* et dicemus latius *in seq. subsect. per tot.*

12 Sed non est omittendum quod de iure communi articulus differt à positione, quia positio respicit solam confessionem partis, et fit per verbum *ponit*, ad hoc vt ponens releuetur ab onere probandi, si pars confiteatur *c. statuimus de confess. in 6.* Spec. *de position. §. 2.* Articulus verò fit per verbum *probare intendit*, et respicit probationes faciendas per testes, vel scripturas, in casu, quo positiones negantur. Vnde solet seruari in quibusdam Curijs vt prius detur terminus ad faciendas, et producendas positiones, et postea detur alius terminus ad probandum articulos, secundum Card *in Clem. sæpe. de verb. signif. in §. quia q. 7.* et Speculator. *de teste. d. §. col. 1.*

13 In caussis autem summarijs iudex dare potest vnum, et eumdem terminum ad ponendum, et articulandum, vt aduectit. Card. *in d. clem. sæpe, d. §. & quia notab. 8. qu. 7.* Et ita hodie seruatur in Regno vbi causæ sunt summariæ; nam datur vnicus terminus ad probandum, et infra eumdem terminum fiunt positiones, et articuli, sine distinctione, vt habetur *in d. Regia Pragmat. Quinta dec.* Vnde communis practica est quod Aduocati, seù Procuratores faciunt articulos per hæc verba *item ponit, & probare intendit*. Quæ verba faciunt, vt si pars confiteatur id, quod est articulatum, tales articuli succedunt loco positionum. si verò negauerit, tunc succedunt loco articulorum, & super eis examinantur testes. Card. *ubi sup. not. 8.* Speculator. *de teste d. § 5. in princ. 1. col.* et Mar. *ubi sup. n. 1. in fin.*

14 *Capitulum* denique est terminus magis generalis comprehendens positionem, et articulum. Hinc terminus datus ad capitulandum, censetur datus ad ponendum, et articulandum, sed non è contra; terminus datus ad ponendũ, non censetur datus ad capitulandum, secundum Bald. *in d. generaliter §. sed iuramento C. de reb. credit.* Vt plurimum autem in iure articuli vocantur capitula, *vt in cap. per tuas*, et ibi Abb. *col. fin. de testib.*

Hinc est, quod in Criminalibus inoleuit praxis, quod quãdo iudex procedit contra Reos, et concedit illis defensiones decernere solet, quod detur capitula Reo inquisito ad respondendum super illis, quæ collecta sunt à Fisco ex informatione capta contra ipsum, ad hoc vt Fiscus possit habere confessionem ab inquisito super delicto, de quo inquiritur, et sic inquisitus quandoque citatur ad capitulum idest respondendum capitulis, et semper criminalistę vtuntur hoc verbo: *capitulum*, capitula enim succedunt loco positionum, et articulorum, super quibus curia probare intẽdit suam intentionem contra Reum inquisitum, vel per confessionem, vel per testes vt

habetur in c. qualiter & quando 2. §. debet de accusation. vbi DD. *per illam textum* et quo nos diccmus *infr. p. 4* vbi Practicam Criminalem instituemus *fol. 10 nu. 7.* prælerium.

15 Est tamen aduertendum, quod ea, quę supra notauimus de positione, articulo, & capitulo, procedunt de iure communi. Sed in Regno Neapolitano positio, Articulus & capitulum idem supponunt, vt probatur *in d. Pragmat. quinta die* vbi dicitur, *Positiones, seù articulos,* & obseruat Carauit. *in Rit. 70. & 89.* & Franch. *decis. 220.* Vnde quando sermo habetur de positione, intelligitur de articulo, & e contra.

PRAXIS PROCESSVS.

---

16 In Curiis, in quibus, vt diximus fieri solent positiones separatim, & diuisim ab articulis, vt fit in Curia Romana, & in multis alijs, solent concipi sub tali, vel simili forma, secundum facti contingentiam videlicet.

Positionum Formula.

Positiones, & Articulos infrascriptos, dat, facit, exhibet & producit Procurator, & eo nomine N. N. in causa; quam habet cum N. N. Petens recipi, & admitti, & partem aduersam cogi, & compelli ad respondendum illis medio iuramento tactis, &c. purè, & simpliciter, per verbum credit, vel non credit, singulariter singulis, alias pronunciari pro confessatis, vel negatis prout vtilius erit petenti, vt deberent respondere recusans, & si per aduersarium negari contigerit, petit super illis testes inducendos examinari seruatis de iure seruandis, omni, &c. deducens omni eius, &c. ad superfluam tamen probationem non se astringens, &c. saluo iure, &c. non solum, vt supra, sed omni alio meliori modo, &c.

In primis hoc loco articulorum reponit omnia iura in quantum; &c. ex quibus, &c. lite, &c. tamen ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus sit, & non alias, &c. Vulgari sermone.

Primo Pone che la verità fù & è, che esso N. N. Ponente, & Articulante del mese N. pagò à detto N. Auuersario scudi tanti . . . per resto di quanto gli doueua fin à quel giorno: e se non crede di tanta somma, dica di quanta *è così, &c.*

Secondo che detto N. de N. confessò in detto tempo in presenza del medesimo N. N. esser da lui intieramente sodisfatto, e pagato di quanto fin à quel giorno gli doueua, è così, &c.

Terzo che detto N de N. fece quietanza, è patto à detto N. N. di non domandarli più cos' alcuna de quanto gli era stato debitore fin à quell' istesso giorno, è così, &c.

Quarto che detto N. de N. auuersario in più, è diuersi tempi, e luoghi hà dipoi confessato à più è diuerse persone d' esser stato del tutto pagato, è sodisfatto da detto N. de quanto gli doueua, è così, &c.

Quinto che dello dette cose ne fù, era, & è publica voce, e fama, e così, &c.

Has pro nunc, &c. saluo iure, &c. Deducens, &c. non se astringens, &c. omni, &c.

17 Positionibus sic, vel alio modo, secundum facti contingentiam, productis, fieri solet infrascriptum Decretum, si non sint euidenter impertinentes, quia tunc non essent admittendæ, videlicet.

Positionum Admissionis decretum.

Et per Dominum, &c. fuit prouisum, & decretum quod positionibus pro parte N. contra N. in tali causa productis respondeatur, & responderi debeat, prout mandatur, &c. per verbum credit, vel non credit, ad præsens, vel infra tot dies . . . alias ex nunc contumacem grauari decernitur in carolenos tres pro quolibet die, vel illas haberi pro confessatis declaratur, vel negatis; prout producenti magis expedit, & Aduersario noceat, & ita per hoc sunm, &c.

Vel alio modo.

Qui, &c. Positionibus, &c. vt supra, *productis mandauit respondere per verbum,* &c. vt supra, *alias ex nunc contumacem grauat in iulios tres qualibet die, vel illas haberi pro confessatis declarat vel negatis,* &c. vt supra, *omni, &c.*

18 Tacens habetur pro negante quando ei est damnosa negatio, & pro confitente, quando damnosa est ei confessio. Glos. *in c. 22. not. & in verb. pro confess. in 6.* Speculator. *de positionib. §. 9. nu. 4.* & hoc in pœnam suæ contumaciæ. Specul. *ib.* vbi *n. 5.* ait idem esse in obscurè respondente.

19 Post dictum decretum debet citari aduersarius, & qui respondere debet positionibus, tali, vel simili modo, videlicet.

Citatio ad respondendum positionibus.

De mandato Domini N. &c. ad omnem instantiam, & requisitionem N. de N. principalis, &c. tenore præsentium.

Citetur, et moneatur N. de N. quatenus infra triduum sub pœna pronunciationis pro confessatis, vel negatis, etc. et aliqo arbitrio Domini debeat positionibus in actis productis, et exhibitis pro parte dicti N. de N respondisse singulariter singulis, purè, et simpliciter, ac sufficienter per verbum credit, vel non credit, medio iuramento tactis, etc. ac veritatem deposuisse, et præsentibus omnino paruisse, etc. et si quis, etc. omni, etc. quoniam, etc. et referatur, etc.

N. Notarius, etc.

20 Facta relatione, si citatus compareat, & respondere velit positionibus, debet eius responsio per Notarium scribi, iuxta doctrinam Speculatoris *in d. l. 2. de positionibus, §. sextò notandum, nu. 2. in pede positionum cum eius comparitione, tali vel simili modo, videlicet.*

Responsiones ad Positiones.

Die tali . . . mens. . . Ann. . . . comparuit N. de N. et medio iuramento tactis, etc. respondit suprascriptis positionibus, prout in margine vniuscuiusque illarum, omni, etc.

Et in margine cuiuslibet positionis notat Actuarius singulas responsiones per verbum credit, vel non credit factas. Vel sequitur. *Ad primum respondet credo, etc.*

Ad secundum respondet credo, etc. Ad tertium respondet non credo, etc. Et scribatur totum in quod dicit, &c.

21 Quod si Aduersarius noluerit respondere, & remaneat contumax, elapsis illis tribus diebus assignatis pro termino ad respondendum, fit mandatum de grauando in quibusdam Curiis tali vel simili modo, videlicet.

Mandatum de grauando contumacem.

De mandato Domini N. etc. et ad instantiam N. de N. principalis; grauetur N. ex aduerso principalis per exequutores in iulios, seù Carolenos tres, vel tot. quolibet die, donec, et quousque cu die effectus, per verbum credit, vel non credit responderit positionibus in Actis datis, quoniam, etc. Citato dicto N. et intimato. Dominus ita mandauit. Hac die . . . mens . . . An . . .

N. Actuarius etc.

22 Si verò pars contumax, & grauata perseuerauerit in pertinacia, & noluerit respondere positionibus, tunc Iudex declaret illas haberi pro confessatis; concurrentibus requisitis notatis per Franch. in *ca. 2. nu. 2. de confess.* Seraphin *decis. 408. n. 4.* & Diaz. *in reg. 565.* vbi ponit multas declarationes.

Potest tamen contumax in non respondendo suam contumaciam purgare, respondendo antequam Iudex interloquatur super eis, & postea quandocumque, re tamen integra, Saluft. Tiber *in Prax. l. 2. c. 13. n. 14.* Scacc. *de iudic. l. 2. c. 7. n. 73.* Contumacia verò defuncti non nocet hæredibus; vt aduertit Speculator. *de positionib. §. 9. sub. litt. E. vers. Adde in.*

Tale autem, vel simile Decretum fieri solet contra non respondentem positionibus, videlicet.

Decretum contra non respondentem.

Et per Dominum, etc. Visa contumacia N. de N. non respondentis, nec respondere volentis positionibus pro parte N. de N. datis fuit prouisum, et decretum, quod dictus N. de N. habeatur pro confesso, etc. et pro tali haberi mandatur, etc. et ita per hoc sunm, etc.

Vel alio modo

Qui Dominus, &c. Visa contumacia N. non respondentis positionibus pro parte N. datis, pronunciauit dictum N. haberi pro confesso, & pro tali haberi volunt, & mandamus, omni modo meliori, &c.

Tutior tamen via erit grauare contumacem pro habenda faciliori responsione, quia plus timetur interesse præsens, etiam minimum; quam malum futurum etiam maximum.

23 Nota tamen hic, quòd positiones pronunciatæ pro confessatis, *iuxta d. cap. 2.* vbi Gloss. *in verb. pro confesso. de confess. in 6.* & ibi etiam DD. plenè probant contra contumacem in non respondendo. Text. & Gloss. *in d. cap. 2.* Seraphin *decis. 905. num. 1.* & Caualer. *decis. 562. num. 1.* Limitatur tamen multis modis per Ridolphin. *in Prax. d. par. 1. cap. 10. num. 95. cum plurib. seqq.*

24 Appellatio autem à prononciatione prędicta, quod positiones habeantur pro confessatis, cum sit interlocutoria, non datur. Gloss. *in cap. cupientes, vers. expectare de elect. in 6.* Bald. *cons. 269. num. 1. in fin. lib. 1.* Guid. Pap. *dec. 220.* Mar. Antonin. *lib. 2. var. resol. 4. num. 13.*

25 Potest tamen respondens positioni suam confessionem reuocare incontinenti, etiam non docto de errore. Gabriel. *de confess. conclus. 6. num. 4. & 10.* Cardin. Tusch. *litt. P. conclus. 391. num. 1. & seqq.* Incontinenti autem dicitur infra triduum, & antequam confessio fuerit à parte acceptata. Gabr. *vbi sup. num. 12.* & Tusch. *ibid.*

26 Sed quæritur, an, qui tenetur respondere positionibus, possit petere terminum ad deliberandum, asserens non bene recordari?

Respondetur affirmatiuè, secundum Speculator. *de position. §. 6. vers. quid si interrogatus.* Sed in Regno *per d. Pragmat. Quinta die*; aliter est dicendum, quia partes respondere debent vicissim per verbum, *credit*, vel *non credit*, sine temporis interuallo.

27 Tandem notandum est, quod post examen partium super positionibus hinc inde factis, dari debet copia eisdem partibus tam de positionibus, quam de responsionibus super eis infra duos dies continuos à die responsionis, vt possit videri id, in quo quisq; releuatur ab onere probandi, quia ad hunc effectum inuentæ sunt. Abb. *in suo tract. qui inscriptus est: Iudiciarius ordo. chart. 11.* vbi multa alia ad materiam positionum vtilia refert, & notatur *in d. prag. quinta die.*

28 Et pro complemento notandum est etiam, quod positiones debent esse simplices, idest sine ambiguitate, vel obscuritate. Ludouic. Rom. *in l. 1. §. si quis simpliciter in 1. col. ff. de verb. obligat. per text. in cap. 1 vers. simpliciter. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol.* Ioan. de Arnon. *in suis singular. singul. 7.*

Et propterea non debent esse captiosæ, vt si ponatur, *An N. sit vir bonus, nec nè qui suus aduersarius est*, nam tali casu; non tenetur altera pars respondere tali positioni, secundum Felin. *in cap. fin. de præsumpt. col. 4.* quia continet turpitudinem per Gloss. & DD. *in l. qui iurasse §. si pater ff. de iureiur.* & insuper est captiosa, quia si confiteatur N. esse bonum, tenebitur ad solutionem eius, quod petitur, & si negabitur, infamabit. Quidquid dicat Ioan. de Anan. *in cap. in ciuitate. col. 8. de vsur.* Vnde firma remanet conclusio cum Felin. & Alijs, quod huiusmodi positionibus sic captiosis non sit respondendum, per Gloss. *in cap. 2. verb. rationabili. de confess. in 6.*

29 Solet aliquando Reus in iudicio fateri debitum, & contenta in libello, seu positionibus Actoris esse vera, & tunc partes Iudicis in confesso, non sunt, nisi in condemnando. *cap. præterea de transaction. & l. proinde. ff. ad leg. Aquil.* nisi ex priuilegio, statuto, vel consuetudine detur aliqua dilatio ad soluendum; vel sit ex personis quibus non præiudicat confessio, quæ continetur his versibus.

Maior, sponte, sciens, contra se, vbi ius fit; & Hostis
Certum, lisq; fuerit, ius, nec natura repugnet.

de quibus agit, latè Gloss. *in cap. ex parte verb. confess. de confess.* vbi etiam Abb.

Vnde si veniat condemnandus, poterit fieri infrascriptum, vel simile decretum, videlicet.

Decretum contra confitentem contenta in libello, vel Positionibus.

Qui, &c. Viso libello, (vel Positionibus) in Actis producto, (seu productis) ac confessione talis N. Rei conuenti pronunciamus dictum Reum conuentum teneri, & obligatum esse ad soluendum summa tot . . . dicto N. vel ad faciendum talo quod &c. vt in petitione, mandatumque necessarium, & opportunum quodcumque pro petitis, & expensis relaxauit, omni modo, &c.

30 Quod si Reus sit contumax in respondendo, fit decretum, vt sequitur.

Decretum in contumaciam.

Qui, &c. Visa petitione N. contra talem N. producta, & contumacia eiusdem talis N. Rei conuenti nihil excipientis contra dictum libellum executionem contradictum talem N. pro petitis, & expensis relaxauit; omni modo, &c.

31 Si verò occurret reuocari supradictum decretum mandati relaxati in contumaciam, fiat infrascriptum, vel simile decretum, videlicet.

Reuocatio decreti in contumaciam.

Qui, &c. mandatum contra N. ad fauorem N. in contumaciam relaxatum pro summa scutorum tot, occasione, de qua in Actis, &c. reuocauit, refectis tamen expensis, copiamque petitionis decreuit, cum termino dierum tot . . ad respondendum, &c. omni modo, &c.

32 Est tamen aduertendum, quod maior condemnari potest in expensis, vt supra, sed minor recuperat tenutam, sine refectione expensarum. Ioan. Andr. *in addit. ad* Speculat. *lib. 2. rubr. de prim. decr. §. 3. in cap. Rostat, num. 11. litt. S.*

SVBSECTIO QVINTA.

De Articulis.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad videndum iurare testes examinandos super articulis est de substantia.*
2 *Articuli quales esse debent.*
3 *Articuli conditiones quasdam habere debent.*
4 *Articulorum simplicitas in quo consistat.*
5 *Articuli impertinentes duobus modis dicuntur.*
6 *Articuli præsentati probari debent altero ex tribus modis.*
7 *Confessio iudicialis, & extraiudicialis quæ?*
8 *Depositio rei principalis super articulis qualis esse debet.*
9 *Depositio prædicta quando fieri debeat.*
10 *Depositio huiusmodi per quos fieri debeat.*
Depositio principalis ubi fienda, cuius expensis facienda.
11 *Scriptura publica probans articulos, & qualiter præstanda.*
12 *Scriptura priuata, vt probent, debent per testes roborari.*
13 *Scriptura, vt probent, præsentanda sunt infra terminum, de iure Regni, secus de iure communi.*
14 *Articuli, & positiones promiscuè ponuntur.*
15 *Articuli non releuantes, impossibiles, impertinentes, & inuerisimiles admitti non debent.*
16 *Quando dicantur non releuantes, vel impertinentes.*
17 *Articulans non fatetur in articulo contenta, nisi iurauerit.*
18 *Articulans tenetur specificare materias, & iurare in articulis contenta esse vera.*
19 *Articulorum forma secundum stylum Vrbis.*
20 *Articulorum forma secundum stylum Regni.*
21 *Articulorum præsentatio.*
22 *Articulorum admissionis decretum.*
23 *Articulorum reiectatio qualiter formanda.*
24 *Interpres in examine testium adhibetur solum de stylo Romanæ Curiæ.*
25 *Protestata in Actis adimplenda sunt specificè.*
26 *Interrogatoriorum forma secundum stylum Romanæ Curiæ.*

27 *Inter-*

27 *Interrogatoriorum resecatio quomodo formetur.*
28 *Contumaciarum incasatio, secundum stylum Romanæ Curiæ.*
29 *Articulorum copia danda est parti aduersæ, sed prius examinata; copia verò interrogatoriorum non datur.*
30 *Interrogatoria quare introducta.*
31 *Examen testium sine interrogatorijs valet.*
32 *Non valeret tamen, si præcessisset protestatio.*
33 *Valeret autem, si pars citata ad dandum interrogatoria, non daret.*
34 *Interrogatoria superflua, & impertinentia resecari debent per Iudicem.*

1 QVoniam aliquando positiones negantur ab aduersario, & propterea altera pars ponens, cum non sit releuata ab onere probandi, tenetur suas probationes facere per testes, vt doceat de solutione, vel de alijs sibi præiudicialibus. Ideo sunt in Actis producendæ positiones ipsæ in vim articulorum, & super eisdem debent testes examinari. Quod si non fuerint datæ positiones, vt fit in quibusdam Curijs; tunc ad docendum de prædictis, exhibendi erunt articuli, & super eis testes producendi, & examinandi. Sed in quolibet ex prædictis casibus citanda erit pars aduersa, in primis & ante omnia ad videndum iuramenta testium, cum citatio huiusmodi si adeo necessaria, vt si omittatur, examen esset nullum. *c. 2.* vbi Abb. *de testibus, l. si quando* vbi Gloss. Bald. & Castrens. *C. de testib.* Vestr. *in Prax. lib. 6. cap. 2. num. 1.* Marant *in specul. aur. par. 2. partis sextæ principal. act. 6. num. 1.* Gregor. *decis. 268. num. 1.* Caualer. *decis. 275. num. 1.* Buratt. *decis. 169. num. 9 & decis. 506. num. 4.* Nec est locus arbitrio iudicis. Rot. *penes* Buratt. *decis. 156. num. 11. & decis. 324. num. 5.*

Fallit tamen quando citatio facta fuisset ad omnia ad causam pertinentia. Rot. *decis. 557. num. 1. in sin. par. 4. recent.* Beltram. ad Gregor. *dec. 268. num. 12.*

Fallit secundo quando decretum admissionis ad probandum fuit parti intimatum: quia in his continetur virtualiter citatio ad videndum iurare testes, Beltramin. ad Gregor. *d. decis. vbi sup.* Andr. *decis. 41. n. 6.*

Fallit tertiò, quando partes produxerunt testes infra terminum, & examinari fecerunt Seraphin. *dec. 857. n. 26.* Buratt. *decis. 304. num. 8.* vbi alias Rotæ decisiones cumolat. Caualer. *dec. 322. num. 5.*

Fallit quartò, quando pars, vel procurator fuit præsens in monitione iudicis ad videndum iurare testes, quia præsentia supplet defectum citationes Rot. *dec. 79. n. 5. p. 5. recent.* Seraphin *dec. 388. n. 4.* Ferentill. ad Buratt. *dec. 118. num. 19. lit. B.* Greg. *dec. 576. n. 1. & 2.*

Fallit quintò, quando pars habuit notitiam Seraphin. *decis. 1004. num. 4.* Ferentill. *vbi proximè*, cum Alijs per illum cumulatis.

Quando verò fuit præfixus terminus probatorius, sustinetur citatio pro integro termino. Bald. *in d. l. si quando num. 11. C. de testib.* Rot. *dec. 307. num. 9. par. 1. recent.* Quod si non fuit præfixus terminus probatorius, & fuit facta pro singulis diebus, & horis, sustinetur per duos dies, post illius executionem. Rot. *vbi proximè, & dec. 52. num. 8. p. 3. recent.* Citatio autem prædicta fieri debet, post productionem positionum, si reproducantur in casu negationis, vt diximus, in vim articulorum; & tunc sunt admittendæ cum clausula. *salvo iure impertinentium, & non admittendorum, & salvis exceptionibus partis aduersæ, &c.* vt fit in productione articulorum; Vel post productionem articulorum.

2 Qui quidem esse debent simplices, & non captiosi; factum, & non ius continentes & in illis formandis debet multum laborare procurator, vel aduocatus, quia hodie sunt lapis angularis iudicij, sicut olim erat litis contestatio secundum Bald. *in cap. 1. de lit. cont.* nam concernunt victoriam causæ, quia super articulis fiunt probationes, quibus postea deuenitur per iudicem ad sententiam diffinitiuam condemnatoriam, vel absolutoriam, vnde Vrsill. *super decis. 7.* Afflict. affert vulgare adagium Curialium, *Nell' Articolo sono li pericoli.* Hinc. Ioan. Andr. *in addit. ad* Speculat. *lib. 2. de teste. §. 5. incip. Nunc videndum in princip.* inquit, quod modus articulandi continet summum gradum in iudicio, ideo monet Doctores Curiam intrantes, ne suo capite huiusmodi partem articulandi exerceant in principio; sed antiquis aduocatis assistant, vel secundum procuratores expertos habeant.

3 Quapropter expedit quidem, imò necessarium ex ssimo percurrere, quamuis breuiter, qualitates quasdam & conditiones requisitas, adhoc, vt articuli opitulentur in causis, & sint validi pro vtilitate partis articulantes.

Prima igitur qualitas, seù conditio est, vt locutio, seù modus exprimendi factum in articulis, sit articulata, idest distincta, ita vt articuli sint clari, secundum Felin. *in cap. 2. de appellat.* Claritas enim in articulis summopore commendatur, adhoc vt testes possint de facilis respondere ad contenta in articulis.

Secunda qualitas est, vt articulus summatur ex partibus substantialibus libelli, Bal. *in l. venum n. 22. ff. si cert. pet. & in l. 2. §. quod obseruari C. de iureiur. propt. cal.*

4 Tertia qualitas est, vt Articuli sint simplices, & non captiosi; factum, & non ius continentes, quæ verba declara Gloss. *in cap. 2. de confess. in 6.* Simplices, idest sine obscuritate, vt testes valeant respondere; non captiosi; idest sine inuolucris verborum; factum, & non ius continentes; idest vt non contineat iuris dispositionem, sed simplex factum, vt si quis probare intenderet in articulis, quod furiosus testamentum facere non potest, neque impubes, *iuxta text. in §. præterea, cum seqq. instit. quib. non est permis. fac. test.* Talis enim articulus procedere non potest, quia testes non possunt hoc scire, cum sit quid iuris, ideo narrari debet solum simplex factum scilicet tempus ætatis, quo fecit testamentum, &c.

Quarta qualitas est, vt articuli præsententur intra terminum datum ad probandum, de quo in Regno adest *pragm. præ cæ. incipit. Quinta die in princ.* & notat Afflict, *in constit, Regni, lite legitimè contestata.*

5 Quinta qualitas est, vt articuli non sint impertinentes, secundum Bartol. *in l. si duo patroni. §. idem Iulianus ff. de iureiur.* Dicantur autem impertinentes duobus modis Primò, quando non probant directè, vel indirectè factum, de quo agitur. Secundò, quando sunt omninò contrarij articulis partis aduersæ præsentatis in prima instantia. Franch. *decis. 220.* Hinc est, quod seruatur in practica; vt articuli recipiantur cum clausula; *saluo iure impertinentium, & non admittendorum ex nunc prout tunc facta publicatione, &c.* Non facta autem hac protestatione procedit ur ad vlteriora vsq; ad publicationem in causa, vt aduertit Franc. *d. decis. 220.* Erit tamen notandum, quod si fuerit oppositum de reiectione articulorum impertinentium, & iudex nihilominus ad vlteriora processit, & pars appellauit, processus compillatus erit nullus Capic. *dec. 28. n. 9.* reliqua vid. inferius n. 16.

6 Sexta qualitas est, vt articuli præsentati verificentur, & probentur. Potest autem probatio fieri tribus modis, scilicet per testes, per confessionem & per instrumenta, vel alias scripturas. Primò per testes probantur articuli; illi verò de iure communi debet esse saltem duo, *cap. in omni §. 1. q. 4. cap. licet de testibus, & l. vbi numerus, ff. de testib.* Sed de iure Regni Neapolitani, in eodem Regno requiruntur in quolibet articulo septem testes, nisi essemus in factis in antiquis, in quibus necesse est, vt examinentur decem testes in quolibet articulo, *vt habetur in pragmat. incip. statuimus sub tit. de testium reformatione.* De superfluo autem numero testium refrenando agemus *in seq. subs. n. 32.* Secundò probantur articuli per confessionem, quæ quidem potest esse duplex; iudicialis scilicet, extra iudicialis.

7 Iudicialis est illa, quæ fit in iudicio per depositionem principalis.

Extraiudicialis verò de illa, quæ fit extraiudicium, & hæc probatur per testes tantum. De quibus agitur per DD. apud Marant. *in specul. 6. p. act. 5. in princ.* De iudiciali autem confessione, quæ nascitur ex depositione principalis, adhoc, vt Reus releuetur ab onere probandi agitur *in cap. 2. de confess. in 6.* & ibi DD. & de iure Regni agitur *in constit. incip. partes in iudicio, & in pluribus Ritib. Magn. Cur. Vicar. scilicet 70 79 93, 120. & 153. & Pragmat. quinta die.* in qua disponitur in principio, vt ambæ partes teneantur respondere positionibus intra tres dies, sine præsentia aduocati, & procuratoris per verbum, *credit*, vel *non credit*, quod est veritatis expressiuum, vt aduertit Speculat. apud Mar. *vbi supra act. 4.*

8 Sunt tamen in huiusmodi depositione vti principalis notanda quædam in practica Regni.

Quorum Primum respicit modum petendi istam depositionem

nem à principali, qui est, vt aduersarius collitigans dirat. *Peto N. de N. examinari, tamquam legalitem, & magis informatum in causa de qua agitur, &c.* Ita colligitur *ex d. rit. 7.* Quæ depositio debet fieri medio iuramento principalis deponentis de veritate dicenda super omnibus contentis in positionibus, seù articulis super quibus erit interrogandus, *vt colligitur ex d. rit. 79.*

Aduertere tamen debet deponens vti principalis, vt non neget factum principale ver. grat. Matrimonium, consanguinitatem, affinitatem, Gradum, dignitatem, officium, &c. ad euitandum periurium, vt colligitur *ex dicta pragmat. quinta dec., §. decernentes, & ex pragmat. 3. de offic. Sac. Reg. Cons.* Obseruatur etiam in recenti Practica ex *Rit. pract. 76. & 93.* vt quando vna ex partibus requisita fuerit, vt deponat vti principalis, & recusauerit deponere, non statim procedatur ad condemnationem, quod habeatur pro confessa, sed bene debent præcedere tres monitiones. Exempli grat. citatur N. de N. vt deponat, ipse recusat, tunc fit primum præceptum, seù decretum, *vt infra biduum veniat ad deponendum vti principalis, alias, &c. & intimetur;* si elapso biduo non deposuerit, fit aliud decretum, seù præceptum, *vt infra aliud biduum deponat, & intimatur.* Quo secundo elapso, fit tertium præceptum, vt *infra triduum præcisè & peremptoriè deponat* cum comminatione, quod si non deposuerit, habebitur pro confesso.

9 Secundum notabile respicit tempus, intra quod peti debet depositio vti principalis. In quo licet diuersis ex causis pluries emanatini quidam Ritus inter se contrarij, *nam in Rit. 70. prat.* disponitur, vt huiusmodi depositio sit petenda intra terminum ad probandum datum, *in Ritu vero 79.* habetur, posse illam peti quandocumque, *in Rit. autem 93.* inuenitur dispositum, quod peti possit à principio litis vsque ad publicationem in causa faciendam, & tandem *præallegat. pragmat. quinta dec.* habetur esse petendam intra tres dies post dationem termini in causa. Tamen his non obstantibus in recentissima praxi sequatur, quod ista depositio principalis peti possit, omni tempore, etiam post publicationem in causa factam, vt obseruat Franc. *d. dec. 220. n. 5.*

10 Tertium notabile respicit personas, à quibus petitur, vt deponant; quæ quidem sunt actor, & Reus, nam ambæ partes tenentur respondere positionibus, seù articulis, vt æqualiter possint ex confessione alterutrius releuari ab onere probandi, vt colligitur *ex Auth. Principales, C. de iureiur. propt. calumn. & ex d. pragm. quintadec.* Idem dicendum est de procuratore, qui defendit aliquem in iudicio, nam & ipse tenetur respondere positionibus, seù articulis, dummodo habeat speciale mandatum ad respondendum super illis, vt aduertit Caratit. *super d. Rit. 70.* & dictum est supra de positionibus. Et similiter tutor qui interuenit nomine pupilli, tenetur deponere vti principalis, *iuxta tradita in l. 2. §. obseruare ff. de calumn.* sequitur Rouit. *in d. pragmat. quinta dec.* Vbi an huiusmodi depositionem vti principalis, posse peti etiam ab vniuersitate, vt scilicet fiat à decem ciuibus senioribus Ciuitatis, vel loci, de cuius interesse agitur. Et ita practicatur.

Sed quæritur, cuius expensis sit examinandus principalis, sit sit absens, expensis ipsiusmet absentis. An verò illius, qui petit eius dispositionem?

Respondetur cum distinctione: Aut enim quæritur de expensis faciendis, ratione literarum commissionalium, quæ committuntur ordinariis locorum pro recipienda depositione principalis, & tali casu soluuntur ab eo, qui petit depositionem principalis. Vinc. de Ann. *in singular 405.* Aut quæritur de expensis soluendis eidem officiali recipienti depositionem, & tunc illæ solui debent à principali, qui examinatur; Ratio est, quia ipse principalis est causa soluendarum expensarum. Franch. *dec. 132. nu. 5. vbi scholas.*

11 Tertius modus, quo probantur articuli, vt diximus *sup. num. 6.* est per instrumenta, & alias scripturas publicas, vel Priuatas in vim probationis, nam omnis scriptura venit appellatione instrumentorum, dummodo possit causam instruere *l. 1. ff. de fid. instrum.* Gloss. & DD. *in rubr. C. de eod.*

Est tamen aduertendum, quod instrumenta præsentari possint in iudicio tribus modis, videlicet via exequotiua, criminaliter, & via ordinaria. De primis duobus modis nihil ad Nos, cum respiciant liquidationem instrumentorum, secundum formam *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 166. & 179.* de qua agit Marant. in Specul. & Feller, *ibid. 6. par. act. 8. à num. 1.* vsque ad 32. & quædam pauca diximus sup. *sect. 1. subsect. 3. num. 5.* Quo verò ad vltimum modum probandi via ordinaria, est notandum, quod instrumenta de iure Regni sunt producenda in charta membrana, seù pergamena aliàs non faciunt fidem vt habetur, *in constitut. Regni, incip. Consuetudinem quam olim;* & debent habere solemnitates requisitas ab alia *Constitut. incip. Instrumentorum robur*, scilicet, vt sint in forma probante, idest subscripta à Notario, iudice ad contractus, & à testibus.

12 Scripturæ verò priuatæ possunt produci etiam in charta de papyro. Secundum Luc. de Pen. *in l. ad inferorum, col. 4. ver. item scias. C. ad apoc. publ. libr. 10* sed vt faciant fidem, requiritur, vt sint per testes roboratæ. Bart. *in Auth. At si contractus. C. de fid. instrum.* vbi etiam Alii *& in l. scripturas. C. qui potior. in pign. hab. & in l. admonendi ff. de iureiur. & in l. publicati. C. de testam.*

Productio autem instrumentorum, & scripturarum facienda est infra terminum datum ad probandum per omne genus probationis, secundum Alex. *in l. si cum illa ff. de constit. pecun. in addit. ad Bart.* Alias, vt probarent, si producerentur extra terminum, esset necessarium, vt productio fieret citata parte Bal. *in l. si quando rosin. C. de testam.* Ludouic. Roman. *in cons. 186. col. 2.* & aduertit Marant. *vbi supr. d. act. 8. nu. 35.* & notat Afflict. *in const. Regni incip. Cordi Nobis in 9. notab.*

13 Est tamen notandum, quod in vim probationis scripturæ produci debent infra terminum probatorium, vt supra diximus; Sed de iure communi præsentari possunt etiam post terminum quandocumque vsque ad conclusionem in causa exclusiuè. *cap. cum dilectus, de fid. instrum. & cap. fere, de testib.* & notat Bald. & DD. *in l. certi conditio, §. quoniam ff. si certum pet. & l. ampliorem. C. de appellat.* nisi iusta causa intercedat, nam tunc etiam post conclusionem in causa admittendæ essent scripturæ. Andr. de Isern. *in const. Regni incip. temporum. col. 1.*

Et licet de iure Regni producendæ essent infra terminum probatorium, secundum *constit. incip. lite legitimè contestata*, & non post; de quo etiam est *Ritus M. C. V. 21. & 159.* in quibus idem cauetur, tamen quoad hoc ista constitutio non seruatur, neque dicti Ritus, per Regiam nouellam, *pragm. incip. Cursa dilationum*, in qua cauetur, quod scripturæ producantur infra quatuor dies vtiles à die publicationis, quando nulla fuit petita repulsa; sed si repulsa facta fuerit, tunc isti quatuor dies currant à die publicationis in causa repulsæ, vnde cum hodie sic seruetur, videtur correcta *d. constitutio, lite legitimè*, & simpliciter dicti Ritus. Et consequenter seruatur dispositio iuris communis *d. c. cum dilectus de fid. instrum.* Idem tenet Afflict. *in constit. præcit. lite legitimè contestata, 3. notab. in 4. q.* vbi ait, quod regulariter scripturæ producuntur vsque ad conclusionem in causa exclusiuè, exceptis 15. casibus, quos ibi refert. Est bene verum, quod quando producitur scriptura post conclusionem, recipitur ab Actuario, & non ponitur in processu, sed extra illum; & Iudex vtitur illa ad sui instructionem tantum, & non in vim probationis, & ita hodie seruatur: quod est conforme Ritui prædicto 159. *in fin.*

Qui, &c. mandauit intra producta recipi, & poni ad partem, & non poni in processu, sine nouo decreto, eiusmodi, &c.

De reliquis, quoad materiam instrumentorum, vid. Specul. *in libr. 2. rubr. de instrumentor. edit. per tot. & DD. in d. cap. cum dilectus, & cap. scripta vero, & cap. cum Ioannes de fid. instrum. & sup. sect. 1. subsect. 5.*

14 Est tamen aduertendum, quod licet Articuli promiscuè nominentur Articuli, & positiones, vt obseruatur per Gregor. *dec. 385. nu. 4. & dec. 577. nu. 4.* & per Regnicol. Carauit. & Franch. quos allegaui *subsect. præced. num. 15.* tamen si constaret, illos non esse Articulos, sed Positiones, ea est ratio de eis habenda, sicut de positionibus. Greg. *d. dec. 577. nu. 4.* Censentur autem Positiones si fuit præfixus terminus parti ad respondendum illis. Greg. *dec. 365. n. 4.*

Aduertendum est secundò, quod Articuli releuantes partem in aliquo admitti debent, tam de iure, quam de stylo Curiarum, vt tenet Rot. Roman. *dec. 416 nu. 7 & 10. part. 5. recent.* etiam si concernant obiecta. Rot. *dec. 661. num. 2. part. 2. recent.* Vel quando specificant materias melius, quam primi. Rot. *dec. 315. n. 14. par. 5. recent.*

15 Illi

15 Illi verò, qui non sunt releuantes, sed vel impossibiles vel impertinentes, non sunt admittendi. Rot. *dec. 149. n. 3. & dec. 661. nu. 1. in fin. par. 3. & dec. 416. nu. 10. par. 5. recent.* Neque si continerent inuerisimilia. Rot. *dec. 2, 6. num. 9 par. 6. recent.* Neque illi, qui victoriam causæ non concernunt, aut concludunt. Rot. *dec. 177. n. 4. par. 6. recent.* Contrarij tamen sunt admissibiles. Buratt. *dec. 351. nu. 2.*

16 Impertinentes autem, aut irreleuantes, vltra ea, quæ diximus *sup. nu. 5.* dicuntur articuli, qui aliquid continerent, quod probatum non releuaret. Rot. *decis. 589. nu. 1. p. 2. & dec. 634. n. 1. p. 4. recent.* Duran. *dec. 121. nu. 1.*

Casu verò, quo dubitaretur, an sint releuantes, vel irreleuantes, sunt potius admittendi; quam recipiendi, Vestr. *in Prax. lib. 5. cap. 15. n. 7. & Grauat. ad eumd. Vest. d. lib. 5. c. 14. nu. 27.* Rot. *dec. 503. n. 2. p. 2. rec.* Buratt. *dec. 28. n. 4.*

17 Aduertendum est tertiò, quòd licet Articulans non fateatur, vt tradit Io. Andr. *in c. fin. in princ. de iuretur. in 6.* Alex. *cons. 80. nu. 10. lib. 2.* Seraphin. *dec. 1054. num. 2.* Buratt. *dec. 500 nu. 10.* Duran. *dec. 33. num. 17.* Rot. *decis. 201. nu. 21. par. 5. recent.* Nisi dati sint in Actis medio iuramento tactis, &c. Beltram. *ad Gregor. dec. 143. n. 5.* quia tunc planè probant contra articulantem Gregor. *decis. 215. nu. 2.* nisi doceatur de errore. Ferentill. ad Burrat. *d. dec. 600. nu. 16.* etiam si non sint à Iudice admissi, Ferentill. *ib. nu. 15.*

18 Tamen articulans ipse tenetur specificare materias, & iurare contenta in articulis esse vera. Vestr. *in Pr. l. 6. c. 2. nu. 19.* vbi tamen ait, hoc non procedere, parte nō opponente Petere autem debet pars aduersa hoc iuramentum, quia talis confessio, omnia scilicet in articulis esse vera, facta cum iuramento, habet vim confessionis iudicialis. Gregor. *decis. 385. nu. 3. & ibi.* Beltram. *nu. 5. & decis. 408. n. 1.* & non poterit amplius postea huiusmodi confessionem reuocare. Grauat. *ad Vest. in Prax. lib. 5. c. 14. n. 16. cum seq.* vbi multa alia vtilia congerit.

18 Articuli autem hodie fieri solent, iuxta stylum Curiæ, & Regionis, in quibus fiunt, sub quibusdam formulis diuersis, secundum facti contingentiam. In Curia Romana fiunt infrascripto modo, videlicet.

Articulorum Formula.

Articulos infrascriptos dat, facit, & exhibet, & producit procurator, & eo nomine N. de N. in causa, quam habet cum N. de N. petens recipi, & ad probandum admitti in Curia, & extra, & super eis Testes inducendos, seruatis seruandis examinari, & omni, &c. Deducens, &c. Ad superfluam tamen probationem non se astringens, de quo, &c. solemniter, et expressè protestatur, & omni, &c. Saluo iure, &c. & non solum, vt supra, sed omni alio meliori modo, &c.

In primis hic loco Articulorum repetit omnia iura, Instrumenta, scripturas publicas, & priuatas, &c. in quorum &c. ex quibus, &c. licet, &c. tamen ad maiorem cautelam, & quatenus opus sit, probare vult, & intendit, vulgari sermone, videlicet.

Primo, che la verità fù, & è, che Titio N. nel mese di Luglio del presente anno 1664. pagò, & effettuamente sborsò di contante in Roma, scudi cinquecento moneta à Caio N. auuersario, e così, &c.

Secondo, che detto Caio N. Auersario all'hora si chiamò, dichiarò, e tenne quieto, pagato, e sodisfatto di tutto quello, che detto Titio N. gli doueua fin'à quel giorno, e ne fece à lui quietanza finale, e pattò di non domandarli più cos'alcuna: e così, &c.

Terzo, che delle cose sudette fù, era, & è publica voce, e fama palam, &c.

Hos prò nunc, &c. saluo iure, &c. non se tamen astringens, &c. omni, &c.

Nomina testium.

N. de N. Romanus degens in Regione N. propè N.
N. Neapolitanus degens in Regione N. in domib. N. propè N.
N. de N. &c. & sic de singulis.

20 In Regno verò Neapolitano articuli fiunt alio modo. Et in quibusdam Curij formantur, vt sequitur videl.

Hæc infrascripta offeruntur probanda per N. de N. Actorem, Vel proparte N. Actoris in causa, quæ vertitur inter ipsum N. & Titium. N. Reum conuentum in hac Curia N. Vel in præsenti causa, quam habet coram Domino N. ordinario, &c. siuè Delegato, &c. non se astringens, &c. dedaemt omne ius, &c. saluo iure, &c. omnis, &c.

In primis il sudetto N. de N. pone, ò vuol prouare, come nel mese N. del presente anno N. prestò gratiosamente ducati cento à Titio N. Il che è vero, &c.

Secondo pone, ò vuol prouare, come detto Titio riceuè in sue mani detta moneta contante d'argento li detti ducati cento. Il che è vero, &c.

Terzo pone, ò vuol prouare, come detto Titio promise al detto N. di N. di restituirle li detti ducati cento frà tre mesi, senza replica veruna. Il che è vero,

Quarto pone, ò vuol prouare, che dopo passati li detti mese tre non l'hà mai più restituiti li detti ducati cento non obstante d'hauerceli più volte domandati esso medesimo, e fatteceli domandare anche da altri. Il che è verò, &c.

Item pone, e vuol prouare come delle cose sudette v'è publica voce, ò fama, publico, notorio, ò manifesto in tutta la Città N. ò Terra N. ò nel Vicinato, ò Popolo, ò maggior parte di esso, &c. e così fù, & è, &c. Item hoc, & Alia, si quo de nouo, &c. saluo iure, &c. non se astringens, &c. non solum isto sed omni meliori modo, &c.

Nomina Testium.

N. N. N. & N. &c.

21 Productis articulis solet per notarium seu actuarium causæ fieri præsentatio more solito, vel decretum, vt infra, videl.

Articulorum præsentatio.

Die... mensis... Anni... in ciuitate N. præsentati fuerunt articuli prædicti, per N. de N. procuratorem N. petentem admitti, &c. infra terminum proba orium, &c. qui fuerunt admissi, & in quantum, &c. saluo iure impertinentium, &c. & ita, &c. in quorum fidem, &c. die quo sup. &c.

N. Actuarius, &c.

Vel alio modo.

Die... &c. præsentati coram Reuerendissimo Domino Generali Vicario N. per comparentem petentem, &c.

Admissionis Articulorum decretum.

22 Et per ipsum Reuerendissimum Dominum Generalem Vicarium N. Attentis, & visis omnibus, &c. fuit prouisum, & decretum, positiones, seu Articulos prædictos præsentatos per N. in causa vertente in hac Episcopali curia cum N. occasione, de qua in actis, &c. fore, & esse admittendos, & in quantum, salue iure impertinentium, & non admittendorum, prout sic admisit, & non alias, &c. Testesque in eis descriptos iurari: & examinari mandatur, & copia volentis decernitur, cum termino ad dandum interrogatoria trium dierum, alias nominati sint, saluis exceptionibus, tam contra personas, quam contra eorum dicta, & petitum iuramentum suppletorium reseruatur, &c. & ita per hoc suum, &c. Prouisum die... &c.

Vel alio modo.

Qui Dominus, etc. positiones, seu Articulos prædictos admisit, et in quantum, saluo iure impertinentium, et non admittendorum, testesque in eis descriptos iurari, et examinari mandauit, et copiam volenti decreuit cum termino ad dandum interrogatoria trium dierum, alias mandauit examinari sine, saluis exceptionibus, tam contra personas, quam contra eorum dicta, et petitum iuramentum suppletorium reseruauit, omni modo, etc.

23 Si verò Articuli sint impertinentes, tunc iudex resecare potest; mediante infrascripto, vel simili decreto, videlicet.

Resecatio Articulorum.

Et per Reverendissimum Dominum Generalem Vicarium N. visis, et attentis, etc. fuit provisum, et decretum, articulos productos pro parte N. contra N. in causa, quam cum eo habet, occasione de qua in actis, cum eorum aliquos fore impertinentes, illos fore, et esse resecandos, et abolendos, prout resecari et aboleri mandatur primus seu Tertius, seu Quartus, &c. qui incipit, &c. et itaque per hoc suum, etc. omni, etc.

24 Solet aliquando occurrere, quod facta productione articulorum per actorem, Reus in termino comparet in iudicio; & protestatur non debere admitti articulos, nec debere procedi ad ulteriora in causa in præiudiciū obligationis cameratis, vel mandati expediti, & relaxati, vel iudicij executiui & simil. vel saltem admitti salvis iuribus, &c. & non examinari testes, nisi specificatis materijs, nominibus, cognominibus, patria, habitatione, & exercitio ipsorum testium medio iuramento tactis, &c. & dato termino competenti, & intimatis die, & hora certis, ad effectum dandi interrogatoria, alias, &c. & ubi est consuetudo examinandi testes cum interprete, ut fit in curia Romana, & in quibusdam alijs curiis, potest addi in protestatione; & ad effectum conducendi interpretem, &c. aliàs, &c. Interpres autem adhibetur solum de stylo Romanæ Curiæ, ut diximus Beltram. ad Gregor. *decis.* 331 *numer.* 23. ubi etiam ait, quod de iure communi non adhibetur, & proinde examen sine illo est validum. Ubi tamen adhibetur, iurare debet de fideliter interpretando. Salust. Tiber. *l.* 1. *c.* 14. *nu.* 4. ubi etiam, quod potest addere interrogatoria ad causam pertinentia, non autem impertinentia.

Quod si pars citatā ad conducendum interpretem, alias ad videndum examinari fine, ut fit in curia, illum non conducit diebus, & horis intimatis, examen validum erit sine illo: instante tamen parte testes possunt repeti, Seraphin. *decis.* 1223. *num.* 6.

25 Facta supradicta protestatione, debet actor adimplere omnia protestata per Reum, ad hoc ut possit procedi ad ulteriora in causa, examinando testes, alias non posset. Vestr. *in Prax. l.* 5. *c.* 2. *num.* 19. Quibus omnibus adimpletis, intimatur eidem Reo ex diverso principali, qualiter materiæ, nomina, cognomina testium, & alia sunt in actis specificata, & proinde procedatur ad examen testium à die .... cum decem sequentibus de mane hora .... & de sero hora .... ideò &c. aliàs, &c.

E contra Reus producit interrogatoria in termino, (& ubi viget consuetudo examinandi testes cum interprete inducitur etiam interpres, qui iurat tactis, &c. de fideliter interpretando.) & sic examinabūtur testes inducti per actorem, sed prius interrogabuntur super interrogatoriis, & postea super articulis (super interrogatoriis quidem respondendo ad interrogata interpretis Rei dantis interrogatoria, super articulis verò respondendo ad interrogata interpretis actoris dantis articulos) si verò partes concordaverint de unico interprete, ubi, sicut diximus examen fit cum interprete, vel iudex ex causa unum tantum deputaverit, interrogabuntur super interrogatoriis primum, & postea super articulis ab eodem interprete, aliàs a notario seu actuario causæ.

26 Interrogatoria autem sunt facienda, iuxta infrascriptum, vel similem modum, secundum Regionis consuetudinem Curiæ stylum, & secundum facti contingentiam, mutatis mutandis: in Alma tamen Urbe fiunt, ut infra, videl.

Interrogatorium Formula.

Interrogatoria infrascripta dat, facit, exhibet, et producit procurator, et eo nomine N. de N. in causa, quam habet cum N. per eius assertos testes ex adverso inducendos, super illis in primis, et ante omnia interrogari, aliàs protestatur de nullitate examinis, et aliàs benè protestandis omni meliori modo, etc. et vulgari sermone.

Primo s'interroghi ciascun testimonio, se è informato della qualità, et importanza del giuramento, e delle pene di chi giura il falso: e non essendo informato a pieno, s'avverta delle cose predette: e che tanto giura il falso chi dice la bugia, come quello che tace la verità: et che chi fà questo offende Dio, il Giudice, e l'Anima propria, et è tenuto alla parte alla restitutione e si facciano l'altre solite monitioni.

Secondo, s'interroghi ciascun testimonio del Nome, Cognome, e Padre, Patria, Habitatione e & esercitio: se è Ricco, ò Povero; quanto vale il suo; à spese di chi viua; In omnibus, &c. Alias, &c.

Terzo, se quest'anno s'è confessato, e communicato per la Pascha, in che Chiesa, da qual Sacerdote, & alla presenza di chi. In omnibus, &c. Alias, &c.

Quarto, se è stato mai inquisito e processato, carcerato, ò dichiarato scommunicato o da qual Giudice, ò Tribunale: e per qual causa: e se fù assoluto, ò condennato; & in qual pena: e se ancora sia scommunicato; In omnibus, &c.

Aliàs, &c.

Quinto, se è parente, & in che grado dell'Inducente, overo amico intrinseco, compagno, ò familiare, ò compare dell'istesso. e se da esso, ò da altri gli è stato donato, promesso ò rimesso cos'alcuna, per venir ad esaminare, e che cosa, e da chi: e se da questo esamine speri utile alcuno, e quale. In omnibus interrogetur de loco, tempore contestibus, & causa scientia, Alias, &c.

Sesto, se è mai stato instrutto, e se gli è mai stato insegnato da persona alcuna, quello debba deporre in questo esame, e da chi, e con quali parole sia stato ricercato di venir ad esaminarsi in questa causa. In omnibus, &c. Alias, &c.

Settimo, se conosce le Parti, che litigano, da quanto tempo in quà, e con qual'età, e chi sono, e se habbia mai ricevuto dispiacere, e quale da alcuna di esse, e da chi, e se habbi tenuto, ò tenga inimicitia con alcuna dell'istesse Parti, e con chi è per qual causa, e qual di esse vorria che vincesse, ò perdesse la lite: In omnibus, &c.

Aliàs, &c.

Ottavo, se sia solito spesso esaminarsi per altri, e se sia più volte esaminato à favore ò contro alcuna delle Parti che litigano: e particolarmente per l'Inducente, & in qual Tribunale, e quante volte: e se quelle per che si è esaminato hanno vinto, ò perso la lite: e se l'Inducente si sia mai esaminato per esso testimonio, e quante volte. In omnibus, &c. Alias, &c.

Nono, se è verisimile, che uno paghi grossa somma di denari senza farsi fare ricevuta in scritto, ò quietanza per instrumento. In omnibus, &c. Aliàs, etc.

Decimo, se sà che si a mai stata pagata somma alcuna di denaro da persona alcuna, senza ricevuta in scritto, e da chi, e dove, e quando, e quante volte, e che ti era presente, e come sappi, se il pagamento fù fatto con ricevuta, ò senza. In omnibus, &c. Aliàs, &c.

Undecimo, che cosa sia fama, e come lo sappia. In omnibus, &c. Aliàs, etc.

Duodecimo, Deveniendo ad Articulos super singulis interrogetur de loco, tempore, et contestibus, et causa scientia. Aliàs, etc. Super alijs suppleat diligens examinator, cum potestate addendi, et minuendi, omittendi, et alia interrogatoria conficiendi, ad arbitrium Domini Iudicis, (sive Interpretis) omni, etc.

27 Quod si pars adversa, idest Reus, qui fuit intimatus pro examine die, & hora certa non comparuit cum interrogatoriis (& interprete ubi adhibetur, tunc expectatur hora intimata, & hora sequenti pulsata, proceditur ad ulteriora in examine, absque interrogatoriis (& Interprete) super Articulis in Actis datis.

Sed si comparuit, & facto produxit interrogatoria, quorum nonnulla videntur Actori impertinentia, debet instare pro resecatione ipsorum, & tunc Iudex, si ita ei videbitur, poterit infrascriptum, vel simile decretum interponere, videlicet.

Resecationis Interrogatorium Decretum.

Qui Dominus, &c. visa instantia sibi facta per N. de resecandis interrogatorijs pro parte N. productis in causa inter eos vertente, occasione, de qua in actis, &c. ac ipsis interrogatorijs visis: & consideratis, & aliquibus ex ipsis impertinentibus indicatis, fore & resecanda duxit, tertium, quod incipit, &c. sextum, quod incipit, &c. (& sic de reliquis,) *quæ impertinentia indicavit, alia verò manus admitti, & super eis testes examinandos interrogari debere, omni modo, &c.*

28 Si verò Pars, quæ instabat testes examinari, non comparet die, & hora intimata, tunc expectata hora intimata, & hora

hora sequenti pulsata, Pars aduersa accusat illius contumaciam more solito, vt alias supra notauimus; in Romana verò Curia solet accusari, vt infra, videlicet.

Contumaciarum incusatio.

Pro N. de N. Contra N. de N.

In officio N. & expectata hora tali... intimata, & hora tali... immediatè sequenti pulsata accusauit contumaciam partis aduersæ non comparentis cum testibus afferens examinandis, &c. protestatus fuit, non posse amplius prounc examinari, alias, &c. omni, &c.

Et si pars de sero, vel de mane sequenti, neque comparuerit, accusatur secunda contumacia, vt infrà, videl.

Pro N. contra N.

In officio N. expectata hora... intimata & hora... sequenti pulsata, accusauit contumaciam partis aduersæ non comparentis, nec ducentis afferens testes examinandos, & protestatus fuit, nihil fieri, nisi denuò intimato, alias, &c. omni, &c.

Quarum contumaciarum incusatio operabitur, vt si voluerit postea procedere ad examen testium, erit necessaria noua intimatio examinis pro die, & hora certis, alias non potest procedi ad vlteriora in examine.

29 Est autem aduertendum, quod licet danda sit copia articulorum parti aduersæ, tam de iure communi, vt notat Abb. *in c. per tuas col. fin. de testib.* & Bald. *in l. secund. C. de lit. pend.* quam de iure Regni, *vt habetur in d. Regia pragmat. quinta die*, debet tamen pars petens copiam prius examinari, & respondere, & postea habere copiam, vt dicit Bald. & habetur *in d. Prag.* Copia verò interrogatorium non debet dari, secundum Abb. *in d. c. per tuas*, & Alex. *in l. 2. C. de edend.* ne testes instruantur ad falsum.

30 Aduertendum erit, secundo, quod interrogatorium productio introducta est contra testes ad veritatem indagandam *c. præsentium. de testib. in 6.* ideo, quando pars peteret terminum ad producendum interrogatoria, concedi debet, vt aduertit Speculator. *in l. rubr. de teste §. 6. vers. nunc de interrogatorijs col. 1.* vbi latè agit de materia interrogatoriorum: autem interrogatoria, ad hoc, vt testes varient in eorum dictis in altero ex illis decem prædicamentis quæ ponit Bald. *in l. et si in C. de testib.* & Ego ipse infra *in pract. crimin. p. 4 sect. 4. nu. 64. cum seqq.*

31 Aduertendum tertiò, quod licet examen testium, factum sine interrogatorijs sit de iure validum vt tradidit Dec. *in c. licet causam n. 56. de probat.* Alexan. *cons. 172. n. 9. l. 2.* Put. *decis. 227. l. 1.* Greg. *decis. 331. nu. 17.* & ibi Beltram. *nu. 12.* Ferentill. ad Buratt. *decis. 100. n. 25.*

Quod procedit, etiam si pars dederit interrogatoria, sed tali casu testes non probant, nisi repetantur. Dec. *loc. cit.* Alex. *consil. 41. in fin. col. vol. 4. & consil. 174. col. pen. vol. 2.* Seraphin. *decis. 785. num. 4.* Ferentill. *vbi sup.* & latè Beltram. ad Greg. *d. dec. 331. nu. 21.*

32 Tamen quando pars dedit interrogatoria in actis cum protestatione, ne testes examinarentur sine illis, tunc examen sine factum interrogatorijs, est nullum. Beltram. *ibid. d. 22.* Ferentill. *vbi sup. n. 26.* Boccac. *de remiss. c. 9. n. 27.*

Quod locum habet, etiam si testis euacuauerit aliqua interrogatoria, sed non omnia. Burat. *decis. 113. nu. 33.* Et similiter si recusauerit illis respondere, nam tunc nihil probaret. Rot. *dec. 700. n. 32. p. 2. recent.* Sed limitatur in concernentibus crimen, infamiam, turpitudinem, vel interrogatorij impertinentibus, Felin. *in c. cum causam n. 10. de testib.* Clar. *in §. fin. q. 24. vers. successiuè antea.*

33 Esset autem validum examen, quando pars fuit citata ad dandum interrogatoria, alias ad videndum examinari sine illis, si illa non dederit. Greg. *decis. 351. n. 47.* & ibi Belt. *n. 51. litt. E* Ferentill. ad Burat. *d. decis. 100. n. 27. vbi nu. 28.* ait quod neque minor restituitur, nisi, doceat de læsione.

34 Superflua vero interrogatoria, & impertinentia possunt à iudice resecari. Gloss. *in c. præsentium §. testes vero interrogatoria in fin. de testib. in 6.* etiam tacitè illis omissis. Boccac. *de remiss. c. 6. n. 24. et 32.* & tunc decretum resecationis fieri potest sicut fit in resecatione articulorum, de quo supra *n. 12.*

SVBSECTIO SEXTA.

De Testium Productione, & examine.

SVMMARIVM.

1 *Testes citari debent, vt probent.*
Testes vltronei suspecti sunt de falso.
2 *Testes iurare debent de veritate dicenda, & quomodo, & quando.*
3 *Et iurare tenentur tactis scripturis habito respectu ad sacra Dei Euangelia.*
4 *Tactus scripturarum testis iurantis constare debet.*
5 *Iuramentum testis præsumitur per verba dispositiua. Notarij.*
6 *Dicto, & cætera, quid importet.*
7 *Eques testis iurare potest tacta sua habitus Cruce.*
8 *Sacerdos iurat tacto pectore.*
9 *Defectus testis suppletur per ipsius mortem.*
10 *Citari debet etiam pars aduersa ad videndum iurare testes.*
11 *Casus, in quibus examinantur testes, parte non citata.*
12 *Testes recipi debent die iuridico, non feriato.*
13 *Examinari possunt die feriato, si iurauerunt die iuridico.*
14 *Iuramentum præstari debet die iuridico, quia est actus iudicialis, qui die feriato fieri non potest.*
In Vrbe Roma quomodo seruetur de stylo, & consuetudine.
15 *Testes regulariter examinandi sunt in loco Iudicij.*
Notarius, seu Actuarius causa examinare potest testes.
16 *Testes, vt probent, tenentur reddere causam scientiæ.*
17 *Causa scientiæ testis debet esse separata ab eius dicto.*
18 *Testes absentes iurare possunt, etiam die feriato.*
19 *Testes renitentes ad se examinandum cogi possunt.*
20 *Testes nolentes se examinari, an torqueri possint in ciuilibus, quando malctari debeant.*
21 *Casus, in quibus testes cogi non possunt.*
Personæ, quæ non coguntur testimonium ferre.
22 *Clericus in criminalibus testificare non potest.*
23 *Citatio ad testes qualiter formanda.*
24 *Relationis forma.*
25 *Citatio partis ad videndum iurare testes.*
26 *Iuramenti testis forma.*
27 *Admissionis testium decretum.*
28 *Depositio testium aliquando ponitur ad partes cum decreto.*
29 *Decretum, vt depositio ad partes posita, ponatur in processu.*
30 *Intimatio partis pro interessendo examini testium.*
31 *Examen testium qualiter formandum.*
32 *Examinis testium egrotorum decretum.*
33 *Testium ab futurorum examinis decretum.*
34 *Testium ad futuram rei memoriam examinis decretum esse solito confectos vel impeditos.*
35 *Testium prædictorum examinis Decretum.*
36 *Numeri testium refrenationis decretum.*
37 *Mulctationis testium renitentium decretum.*
38 *Praxis prædicta seruatur in examine testium præsentium.*
39 *Electio examinatoris in Regno quando fieri debeat.*

1 PRosequendo ordinem Iudiciarium in formatione processus, reperto, quod dato termino in causa ad probandum incumbentia & productis Articulis per Actorem & datis Interrogatorijs per Reum, & absolutis omnibus incidentibus, & emergentibus, vt in superiorib. diximus, Pars, quæ produxit Articulos, facit citari testes, vt veniant prima die iuridica ad iurandum, & deponendum coram Iudice testimonium veritatis super Articulis præsentatis, vel præsentandis, & similiter citari facit aduersarium, vt eodem die compareat ad videndum iuramenta testium. Iudex autem testes admittet & examinari mandabit, saluis exceptionibus, tam con-

contra personas, quam contra eorum dicta, cum clausula, quod si non fuerint examinandi; habeantur pro non examinatis, & nullam penitus fidem, vel probationem faciant. Marsil. *singul.* 198. *num.* 2. Bertaz. *cons.* 1. *num.* 236. Portò Testes citari debent *cap. in nomine Domini, de testib. & l. si quando. C. de testib.* ad hoc, vt appareat, quod non veniunt sponte, sed coacti ad deponendum. quia si vltrò se ingererent, essent suspecti de falso Bart. *in l. post legatum. §. his verò ff. de his, quib. vt indign.* Alexand. *cons.* 68. *col.* 2. & 6. *vol.* 2.

Et de iure Regni sunt plures Ritus Magnæ Cur. Vic. qui hoc disponunt, *felic. rit.* 87. 149. & 155.

2 Debent etiam testes citati iurare de veritate dicenda, adhoc, vt probant, aliàs non valerent eorum depositiones. *l. iurisiurandi, & l. si quando. C. de testib.* De quo in Regno sunt *Ritus* 145. 147. & 149. Et tenentur iurare in iudicio, non extrà. *l.* 3. *§. Sabinus, cum Glos. ff. de testib.* Et in termino, non post, vt dixim. supra eadem *sect.* 2. *subsect.* 3. *de termin. probat. num.* 9. *in med.* aliàs non probarent, vt censuit Rot. *dec.* 74. *nu.* 1. *p.* 3 *diuers.* Et de dicenda veritate pro vtraque parte. Glos. & Bart. *in Authent. sed Iudex C. de Episc. & Cler.* Glos. *in c. fraternitatis de test.* Glos. & Bald. & Alij *in l.* 1. *C. de edend.*

3 Debent tamen iurare tactis scripturis. Lanfranc. *in Prax. de test. deposit. n.* 3. *in fin.* & ibi latè Cell. *in addit. verb. tactis scripturis, sup. litt. A.* Boccac. *de remiss. c.* 8. *n.* 2. Farinac. *de testib. q.* 74. *n.* 22. Cæsar. de Graff. *dec.* 13 *n.* 6. & 15. Nec requiritur de necessitate, vt tangantur sacra Dei Euangelia, nisi sit expressè in iure cantum, sed sufficit de consuetudine, vt tangatur quælibet scriptura, habito tamen respectu ad sancta Dei Euangelia. Vinius in *tract. commun. opinion. in verb. iuramentum*, vbi de communi DD. sententia testatur.

4 Notarius autem, seù Actuarius debet scribere, quod testis iurauit tactis scripturis, alias non præsumeretur, quia tactus scripturarum est solemnitas extrinseca, quæ non præsumitur, nisi appareat. *l. quæcumque. §. quia pupillo ff. de public.* Glos. *in l. sciendum, ver. solemniter circ. fin. ff. de verb. oblig.* Lanfranc. *vb proximè. n.* 4. & *seq.* Hinc est, quod si Notarius diceret solum: *Testis iuratus, &c.* Ista verba non probarent iuramentum, quia sunt verba enunciatiua de præterito. Boccac. *de remiss. cap.* 8. *num.* 2. Caputaq. *dec.* 285. *num.* 3. *par.* 3. Rot. *dec.* 393. *num.* [illegible] *& seq. & dec.* 704. *num.* 1. *part.* 1. *& dec.* 277. *num.* 1. *part.* 6. *recent.* Buratt. *dec.* 148. *num.* 2. & ibi latè Ferentill. *nu.* 19. *litt. A.* Caualer. *dec.* 415. *num.* 3.

5 Quod tamen non procederet, si Notarius attestaretur per verba dispositiua, quod testes iurauerunt vt si diceret: *prout iurauit, &c.* Vel *iuratus in forma*, Vel *suo iuramento testificando, dixit.* Vel *iurauit dicere veritatem.* Vel *per iuramentum, quod præstitit*, Vel quid simile. Tali enim casu, licet non fuissent scripta illa verba: *tactis scripturis*, per supradicta verba probaretur iuramentum. Seraphin. *dec.* 857. *nu.* 25. Cæsar de Graf. *d. dec.* 13. *num.* 7. & 15. Caualer. *dec.* 322 *num.* 4. vbi Alios cumulat. Buratt. *dec.* 148. *num.* 4 & ibi latè Ferentill. *num.* 12. Rot. *dec.* 393. *num.* 8. & *seqq. p.* 1. & *dec.* 406. *num.* 10. *p.* 5. & *dec.* 177. *nu.* 3. *p.* 6. *recent.*

Præsumitur enim, quod tunc testis iurauit tactis scripturis. Vestr. *in Prax. l.* 6. *c.* 2. *num.* 21. maximè quando Notarius in illis verbis enunciatiuis de præterito, quod testis iurauit, addidit illam dictionem, *et cætera.*

6 Ratio est, quia illa clausula, seù Dictio: *& cætera*, comprehendit omnia, quæ sunt de substantia actus. Rot. *dec* 393. *num.* 12. *p.* 1. & *d. dec.* 177. *nu.* 5. *p.* 6. *recent.* Et Includit ea, quæ sunt de natura actus, vel rei super qua interponitur. *l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, ff. de iureiur. l. si ita quis cum l. seq. ff. de condition.* Corn. *cons.* 82. *nu.* 6 *lib.* 1. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. glos. vlt. num.* 3. Cardin. Thusc. *tom.* 1. *practicar. conclus. litt. C. concl.* 307. *n.* 17. Rot. apud Cenc. *de censib. dec.* 84. *nu.* 7. & apud Farinac. *d. dec.* 393. *n.* 13. *p.* 1. *recent.*

Nec non continet omnia, quæ de stylo Notarij in Instrumento, vel actu consueuerunt extendi. Bald. *in cons.* 384. quod incipit: *Duo instrumenta in princ. lib.* 3. Cardin. Zabarell. *cons.* 133. *in princ. colum.* 2. *vers. aliter respondemus* Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 1. *litt. C. conclus.* 302. *l.* 1. Card. Mantic. *de tacit. & amb. convent. l.* 2. *tit.* 10. *n.* 19. Et quod extendatur iuxta, stylum Notarij eiusdem Regionis, probandum est per inspectionem aliorum instrumentorum. Rot. *dec.* 542. *nu.* 3. *par.* 1. *in posthum. Farinac. alias p.* 4. *recent.*

Item includit virtualiter omnia, quæ sunt de natura subiectæ materiæ, stylo, aut consuetudine. Crauett. *cons.* 512. Bursat. *con.* 150. *n.* 85. Tusch. *conclus.* 312. *num.* 2. Rot. *apud Pacif. post. tra. de Saluian. interdict. dec.* 137. *n.* 3. Grammat. *dec.* 106. *n.* 12. & 13. Petr. Henriq. *respons. opusc.* 2. *litt. E. n.* 17.

Item comprehendit omnia, quæ sequi solent postea & quonis modo subintelligi possunt ad perficiendam orationem. Seraphin. *de priuil. iuramen. priuil.* 74. *n.* 174. Tusch. *tom.* 2. *litt. D. concl.* 227. Rot. Bonon. diuers. *dec.* 140. *n.* 13. Rot. Roman. *apud Pacific. vbi sup. n.* 3. & apud Cenc. *ib. n.* 8.

Non comprehendit tamen ea, quæ sunt de substantia, & forma actus, qui per Notarium fit. Mantic. *loc. c. nu.* 2. & *l.* 14. *t.* 10. *n.* 44. *in fin.* & *n.* 45 Rot. *dec.* 352. aliàs 1. *de verb. sign. in antiq.* & *in Romana hæreditatis* 12. *Iunij* 1615. *coram Buratto*, quæ est *dec.* 723. *n.* 4. *p.* 2. *recent.*

Neque extenditur ad clausulas substantiales non solitas apponi. Rot. *d. dec.* 1. *de verb. signif. in antiq.* Gonzal. *vbi sup. d. glos. vlt. nu.* 10. vt si non apponeret Notarius diem, Indictionem Romanam, locum, & similia substantialia, nam tunc per dictam clausolam cæteratam extendi non possunt substantialia omissa. Tusch. *concl.* 302. *n.* 43. Ruin. *in l. Gallus §. item credendum, n.* 21. & *seq. ff. de liber. & posthum.*

Neque per eam supplentur solemnitates Instrumentorum. Calder. Pereira *de empt. & vendit. c.* 4. *n.* 7.

Reliqua de prædicta clausula, vide apud Mart. *de clausul. p.* 1. *clausul.* 276. *in vlt. impress.* Barb. *de clausul. vsu freq. clausul.* 14. & Tusch. *d. t.* 1. *p. conclus. litt. C conclus.* 302.

7 Secundò limitatur in equite, qui iurare potest super cruce sui habitus. Vnde si Notarius testaretur de iuramento illius per verba depositiua, probaretur eius iuramentum; secus si per verba enunciatiua de præterito. Caputaq. *dec.* 285. *n.* 4. *p.* 2.

8 Tertiò limitatur in Sacerdotibus, qui iurare solent tacto pectore, more Sacerdotali, quod est vniuersaliter receptum de consuetudine omnium Curiarum Caualer. *dec.* 322. *num.* 2. Farinac. *de test. qu.* 74 *n.* 248 *l. et* 82. Vestr. *in Prax. l.* 6. *c.* 6. *nu.* 7. & ibi Grauat. *nu.* 81.

9 Defectus tamen iuramenti in teste suppletur morte ipsius Rot. *dec.* 587. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* Caualer. *dec. prædict.* 328. *num.* 7.

10 Pars aduersa debet similiter citari ad videndum iurare testes, vt diximus in principio præsentis sectionis, & in subsect. *prox. præced. nu.* 1. quæ citatio est omninò necessaria. Greg. *dec.* 518. *num.* 1. Caual. *dec.* 275. *num.* 1. adeò, quod sine illa examen est nullum. *c.* 2. *de testib. l. si quando* vbi Gloss. & Castrens. *C. de test.* Caualer. Buratt. & Alij allegati *præcit. subsect.* 5. *præc. num.* 1. Nec sufficit citatio generalis, sed requiritur specifica, & indiuidua. Gregor. *d. dec.* 268. *num.* 3. & Buratt. *dec.* 124. *nu.* 5. Et tunc protestari debet, tam contra testes, quam contra eorum dicta, & dicenda per eos, quatenus contra, & non aliàs, de quo dicemus infra alia occasione.

11 Sunt tamen aliqui casus, in quibus testes examinari possunt, parte non citata ad videndum ipsorum iuramenta, quos refert Marsil. *in suis singular. singul.* 24. *et* 30. *cons.* 35. *quod incip. Tuscis*; & Anton. Corsett. *in singular.* 326. *vers. Decimus octauus*; Alios refert Ridolphin. *in Prax. p.* 1. *c.* 11. *nu.* 27. *cum plur. seqq.* & alium Bald. *in l. item illa ff. de constit. pecun.* & Afflict. *in dec.* 47. *in fin.* qui est, quando pars arctauit se ad examinandos testes in vltimo die termini probatorii, tunc enim examinari possunt parte non citata, ob temporis extremitatem; Alios tandem casus, in quibus parte non citata, examinantur testes, ponit Felin. *in cap.* 2 *de test.*

12 Debent recipi testes die iuridico, non feriato, secundum Gloss. 1. *in Clem.* 1. *vers. secus ergo.* Castrens. *in d. l. si quando n.* 4. *C. de testib.* Speculator. *lib.* 2. *de ferijs §.* 2. *incip. sequitur videre n.* 6. *post med. vers. recipi autem.* & ibi Add. *in verb. processus* Farinac. *de test. qu.* 80. *oppos.* 36. *n.* 55. Crot. *de test. p.* 7. *nu.* 22. & ibi Add. *n.* 108. *in verb. feriata litt. E.* Scaccia. *de iud. c.* 8. *nu.* 457. & *seqq.* Sceuerol. *de Remiss. c.* 32. *n.* 5. *et* 6. & *c.* 33

13 Limitatur tamen si iurauerunt in die iuridico, & non feriato, quia tunc examinari possent, etiam die feriato, in honorem Dei secundum Glos. *in Cle.* 8. *de offic. deleg.* quia eorum depositio refertur ad tempus iuramenti Bart. *in l.* 2. *col. fin. ff. si quis in ius, voc. non ier.* Ludou. Roman. *cons.* 243. *col.* 2. & Abb. *in c. licet causam col.* 6. *de probat.* Et non est actus iudicialis, sed quid facti DD. *cit.* & de iure Regni sunt *rit.* 47. 56. 134. *et* 194.

14 Ex dictis colligitur, non posse iuramentum præstari testibus in die non iuridico, scilicet feriato. *cap.* 1. & ibi DD.

de ferijs præsertim Abb. *n.9.* Ancharan *n.6.* & Cardin. *vers. on glos. pen. in fin. l. omnes, & l. dies C. de fer.* vbi Bart. & Alij. Lanfranch. *in prax. §. testium depositione n.15.* & ibi Add. Monticell. *in repet. de test. tit. iurare, quo die, & tempore debent testes*, Specula. *vbi proximè d. n. 6.* & Scaccia *ib. n.457. & seqq.*

Aliàs examen esset nullum. Seraphin *dec. 851. n.9. & 27.* Ratio est; quia delatio iuramenti, quæ fit per iudicem est actus iudiciarius, qui fieri non potest tempore feriato, vt probatur *in d. cap. 1. de ferijs & l. omnes, & l. dies C. eod. tit.* Limitatur tamen in testibus ab futuris, qui possunt iurare, etiam die feriata, Ioan. Andr. *in d. c. 1. n.5. de fer.* Speculator. *vbi sup. nu.3.* latè Cels. ad Lanfranc. *in prax. sub tit. de test. deposit. n.15 dict. 8.*

Sunt tamen quidam Doctores asserentes conclusionem supra firmatam, quod testes iurare debent die iuridica, sed intelligunt de admissione iudicis tantum. Alij verò asserunt, quod testes iurare non possunt, nisi in die iuridica, sed recipi die feriata ad examen per iudicem faciendum, aliàs examen esset nullum. Qui licet videantur esse contrarij inter se, concordant nihilominus, quia secundæ classis Doctores loquuntur de admissione testium ad examen; quod fieri nequit tempore feriato, cum tali tempore prohibeantur fieri actus iudiciarii. Primi verò de admissione ad iuramentum, quia tam primi, quam secundi vtuntur iisdem rationibus, & idem postea concludunt, vt aduertit Anton. Maria Coratius *in suo Repertor. tom.9. ver. testis iurat. fol.102.* Addent. ad Mauer. *in prax. tit.35. de expens. damn. & interess. ad n.8.*

Attamen seruatur in Alma Vrbe vt iurent, etiam die feriata, in ea enim fit citatio ad dicendum contra articulos, videndum illos ad probandum admitti, & committi notario causæ examen, & receptionem iuramentorum testium in forma ad primam diem, (scilicet iuridicam) & postquam commissum fuerit, videndum illos iurare super dict. s articulis, & tota causa in eorum, vel notarii domibus, & vbi reperti fuerint, per totam illam, & triginta sequentes dies, dandum interrogatoria & conducendum interpretem, quatenus dare, & conducere intendat, aliàs ad videndum mandari examinari sine, ad eandem primam diem.

Et tunc exequuta citatione, & facta relatione iudex decernit, vt supra petitur, & testes deinde iurant in manibus Notarii, vbi reperti fuerint tam in dicta prima die iuridica, quam in aliis prædict. a triginta diebus currentibus siuè iuridicis, siuè feriatis sequentibus, de quo stylo vrbis testatur idem Corat. *vbi sup.* & Addent. ad Masuer. *ibid.* Salust. Tiber. *in prax. l.2. c.13. n.6. cum plurib. seqq.* & Rodolphin *in prax. p.1. c.11. n.51.*

15 Debent tamen testes examinari in loco iudicii, non extra per plateas, & vicos, vt quidam notarii malè faciunt; nisi essent mulieres, personæ egregiæ, vel infirmi, aut alio modo impediti accedere ad Curiam; tali enim casu non est prohibitum illos examinare extra locum iudicii, in loco tamen honesto, vel in propriis eorum domibus, & tunc pars aduersa citanda est ad videndum eorum iuramenta in illo loco, vbi sont examinandi, *vt habetur in text. iunct.* Gloss. *in cap.1. de iudic. in 6. & ca. si quis testium de testib.* Alexand. *in l. ad egregias ff. de iureiuram.* Et de iure Regni *est textus Mag. Cur. Vicar. 42. incip. item quod non audeant, & 142. & 340.*

Ex dictis colligitur; posse Notarium, seù Actuarium causæ testes examinare, eorumq; iuramenta recipere in forma, parte tamen citata, saltem ad videndum committi notario receptionem iuramentorum illorum; ita enim de consuetudine ferè omnium Curiarum seruatur, vt receptio iuramenti vna cum examine testium committatur notario, seù actuario causæ, quia hoc est nudum ministerium, quod committi potest, vt per text. *in cap. mulieres de iudic. in 6. & Clement. vnic. de offic. iudic. deleg.* tradunt: Abb. *in cap. cum causam num.22. in fin. vers. ego dico de testib. & in cap. quoniam contra nu 30. de probation.* latè Vestr. *in prax. l.6. cap. 2. nu.12. & seqq.* Farinacc. *de testib qu.77. num.179. & seqq.* vbi de magis communi obseruantia & opinione testatur, & ita seruat Rota. vt notat Beltramin. ad Gregor. *dec.368. num.9.* & Idem firmat etiam de iudice remissoriali Gregor. *ead. dec. 368. n.3.* qui potest huiusmodi nudum ministerium committere notario, Prout etiam de iudice compulsoriali tradit Coccin. *dec. 407. n.1.*

Dixi supra de consuetudine posse hoc fieri, quia de iure ciuili examen testium committi non potest *arg. lib. 1. §. item diuic. & lib. mulier. vbi de hoc ff. de testib. Authent. ad hoc C. de iudic. & §. illud. collat. 5. Authent. vt defunct. seu fu. eor.* vbi dicitur quod non debent iudices per consiliarios testes recipere, & ita tenet Alex. *consil. 104. nu.5. lib.5.* Imò plus dicit Vestrius *in d. lib. 6. c.2. n.11. vers. quamobrem* quod non potest notarius recipere iuramenta, aut examen illorum sine iudicis præsentia, quamuis postea *n.12. & seqq.* contrarium firmet.

Sed quod de iure Canonico aliter seruetur, facit textus *in c. 1.* & ibi Gloss. *vlt. de testib. cogend. cap. cum olim de testib.* cum aliis allegatis per Speculator, *l.1. de teste. §.3. incip. qualiter autem num. 22.* & ita quod etiam de iure hoc fieri possit censuit Rot. *dec. 393. n.5. p.1. recent.* cum alijs cumulatis per Fenzon. *ad statut. vrb. lib.1. ca.71. n.22. & seqq.* Et multò magis, si fiat cum causa, vt si examinanda sit persona in dignitate constituta *cap. nec honore 9. qu.1. Autent. sed iudex C. de Episc. & Cler.* Vel aliqua persona egregia *l. ad personas ff. de iureiur.* Vel infirmus aut senex, aut pauper *c. si quis testium de testib.* Vel honesta mulier *l. nemo C. de offic. diuers. iudic. & c. mulieres de iudic. in 6.* Vel quandocumque iudici ita videbitur ex causa expedire *cap. 1. de testib. cogend. praes. & c. cum olim de testib.* Farinac. *de test. d. quæst. 77. num. 180.* Quæ quidem causa præsumitur, etiam si non constaret de testium impedimento, vel quod iudex accedere non potuerit. Idem Farinac. *num. 182. & 195* vbi etiam subdit, dummodo huiusmodi nudum ministerium committatur par enata.

Et tali casu dicta testium, eorumque iuramenta, & examina à notario facta, & recepta, absque præsentia aliorum testium probationem facient, quia censentur facta ab ipsomet iudice, quando facta sunt de eius mandato; & habentur æquè ac coram ipso peracta essent, quamuis in eius absentia; & sic inter acta iudicialia computabuntur, Hostiens. *in c. quoniam contra n.5. vers. excepto de probation.* & ibi etiam Innoc. *num.1. vers. dummodo* Abb. *n.29. circ. fin. vers. dummodo* Felin. *n.1a vers. et hoc intelligo.* Dec. *n.78. in fin.* & Alij *ibid.* Castr. *col. 1. num. n.3 ff. si cert. pet. ar.* Salust. Tiber. *in prax. l.3. c.7. n.38.* Greg. *dec. 3. n.6.* Et quamuis Hostiens. *in d. nu.5.* consulat, vt notarius adhibeat alios testes, qui intersint, quando examen recepit, contrarium tamen tuentur Innoc. *ibid. in pri. c.* Bart. *in l. ex sententia circa med. vers. induco istam legem ff. de test. tut.* & Alij, quos plena manu de more refert Farinac. *in d. qu.77. nu.186.* cum credatur notario in his, quæ facit de iudicis commissione sine testibus, & ita communiter in praxi seruatur, vt omnibus liquet & obseruat similiter Ferrett. *in d. c. quoniam contra n.131. de prob.*

Neque obstant iura superius allegata *in d. l.3. & l. mulier; & Auth. ad hoc.*

Respondetur enim, quod illa intelligenda sunt vel quando notarius hoc faceret ex se, nullo præcedente iudicia mandato, & ex causa vt tradit Abbas *in d. c. cum causam & d. sup. quoniam contra locis cit.* Vestr. *d. lib.6. c.2. n.12. cum seqq.* & Farinac. *d. qu.77. nu.170. & seqq.* Vel in causis criminalibus in quibus testes examinandi sunt per ipsummet iudicem, vt aduertit Specul. *d. lib. 1. de teste. §.7. an. 2. vers. in criminali verb.* & nos dicemus infrà *in Pract. criminal. p.4. sect.4. n.54.*

Debet tamen notarius tam si examinet ex se, quam coram iudice singulos testes examinare prius super interrogatorijs partis aduersæ, deinde super articulis producentis semotim, & secretè, vt fecit Daniel cum senibus contra Susannam. *Daniel. c.13.* & integrè scribere omnia dicta cuiuslibet testis *arg. l.1. §. fin. C. de vet. iur. enucl.* vbi Gloss. & DD. *c. cum causam de test.* Spec. *vbi prox. n.8.*

16 Similiter adhoc, vt testes probent debent in eorum depositionibus assignare causam scientiæ per vnum ex quinque sensibus corporis, vt notat Bart. *in l.1. in 4. col.* & ibi Alexand. & Ali *ff. si cert. pet.* Idem Alex. *consil. 32. col. pen. vol. 5.*

Non tenetur tamen præcisè testis reddere causam, nisi interrogetur. *l. solam;* & ibi Bald. *de test.* sed si interrogatus de causa illam non assignet, nihil probat. DD. *in d. l. solam*, quia causa, seu ratio soluit, vel destruit eius dictum Alex. *consil. 120. col.3. vol.5.* Abb. *in cap. cum causam col.2. vers. quæ ro. de testib.* Bald. *in d. l. solam.*

17 Hinc colligitur; quod ista causa scientiæ debet esse separata ab eius depositione; ita vt non sit eadem cum dicto; vt si testis deponat, Titium mutuasse Seio centum; si dicat, quia scit, non probat, secus si dicat, quia vidit pecuniam numerari ex causa mutui Bart. *in l. fin. ff. de offic. procons.* Soccin. *consil. 98. col. fin. vol.4.* Quod est valdè notabile, & singulare. nam plures vidi in Romana Curia annullari processus de pacibus, ob istā nullitatem causæ scientiæ per alterum ex quinq; sensibus.

18 Testes

18 Testes absfuturis sunt aliquando examinandi; & tunc debent recipi, & examinari, etiam super articulis non admissis. Vestr *in prax.lib.5.cap.15 num.2.* & possunt iurare, etiam die feciata. DD. *quos allegaui sup.num.14.* Tenentur tamen præstare tria iuramenta, vnum de veritate dicenda, alterum de futura absentia. Vestr *in Prax.l.6.cap 2. num.3. in fin.* & tertium in fine examinis de non patefaciendo eorum dicta, donec publicentur. Vestr *d.cap.2.nu.10.* & ib. Grauat. *num.33.*

Occurrit etiam aliquando examinari testes ad futuram rei memoriam, de quo inferius *n.30.*

19 Insuper notandum erit, quod testes citati ad deponendum eorum testimonium; si fuerint renitentes in testimonio perhibendo, possunt cogi ad subiiciendum se examini *c.1.& 2.* vbi Gloss. *in verb. timore de testib.cogend.* & Gloss. *in l. si quando vers. ver. si quando C.de testib.* Clar. *in §.fin.q.24 ver. fateriſſimè,* Grauat. *ad Vestr d.l.6.c.2.n.26.* Lanfranch. *in Prax. sub tit. de test.deposit.nu. 42.* & Ego ipse *in pract. crimin.p.4. sect.5 per tot.*

Coguntur autem, etiam mulcta indicta, & captis pignoribus, & aliàs, vt notatur per Grauat. *vbi sup.* & per Lanfranch. *ibid.* & ex nostris Regnicolis Andr. de Isernia *in Constitut. In pecuniarijs*, & Carauit. *in rit. 206.* Ratio est, ne veritas occultetur, quia qui scit veritatem, & illam occultat, tenetur de crimine falsi. *cap.1. de crim. fals.*

20 Sed quæritur, an possit Iudex torturam infligere testibus nolentibus se examini subiicere in ciuilibus?

Respondetur, quod testes torqueri possunt, tam in ciuilibus quam in criminalibus causis, quando variant, seù vacillant, propter suspicionem falsi, *vt in §. si verò ignoti Auth. de testibus*, & notant Bald. *in l. milites C. de quæstion. & in l. presbyteri, col. 1. C. de Episc. & Cler.* Bart. *in l.1. §. quisque, ff. de quæstion.* Alexan. *cons. 63. col. 1.* Cæpol. *cons. 60.* Andr. de Isern. *in constitut. Regni & incip. si damna* quos sequitur Marant. *in spec. aur. part.6. act.14. num.6.* non tamen torqueri solent si noluerint se examini subiicere; sed mulctantur singulis diebus in iulios tot, quousque testimunium ferant.

21 Sunt tamen multi casus, in quibus testes cogi non possunt. Quorum.

Primus est, quod filius contra parentes, & libertus contra Patronum, non solum non coguntur deponere. verum etiam volentes testificari, repelluntur. Alex. *cons. 18. nu. 5 lib. 1.* Lanfranc. *vbi sup. d. n. 42. vers. attende.*

22 *Secundus* casus est, quod frater non potest cogi ad testificandum contra fratrem. Neque Clericus in criminalibus; nisi aliter veritas haberi non possit. Clar. *in d.§.fin. qu.24. vers. necessariò ante fin.*

Tertius est, quod consanguinei, & affines non coguntur testificari contra consanguineos, & affines. Bald. *consil. 188. consobrinus in fin. vers non obstat. lib. 4.* Alex. *cons. 18. n. 4. & seq. lib. 1.* Lanfranc. *vbi sup.* Nisi veritas aliter haberi non possit. Alex. *cons. 84. num.6. vers. hoc idem lib. 1.* & in subsidium causa cognita. Apostill. *ad Alex. d. cons. 18. num. 5.* Roman. *singular. 343.* Capell. Tholos. *dec. 3.*

Quartus casus est, quando testi obiiciuntur crimina per modum exceptionis, tunc enim cogi non potest ad testificandum. Clar. *vbi proximè.* De reliquis in materia testium vid. Specul. *in lib. 1. rubr. de teste, & in libr. 2. & 4. de probationib.* Farinac. *latè in tractat. de testib.* Bartol. *in tract. de testib.* Lanfranc. *in cap. quoniam contra in ver. testium de testib.* & DD. *communiter in rubr. de testib.*

PRAXIS PROCESSVS.

---

23 His iactis fundamentis, deueniendum est ad modum practicum examinis testium more solito pro instructione iuuenum, & in officiis parum versatorum. Dato igitur termino probatorio debent citari testes nominati in Articulis præsentatis, & similiter pars aduersa ad videndum iuramenta testium, vt supra diximus. Hæc autem citatio concipi potest infrascripto, vel simili modo, videl.

Citatio ad testes, &c.

Ponitur Titulus, &c.

Per vnum ex seruientibus nostris, vel quorumuis Curiarum ad omnem instantiam, & requisitionem N. de N. citentur; moneantur, & requirantur infrascripti, locorum infrascriptorum, in calce præsentium nominandi, & cognominandi, quatenus sub pœna . . . . arbitrio Illustrissimi Domini, & applicand. (vel *oera alba laborato pije vsibus, &c.*) *pro quolibet, & in subsidium excommunicationis, ad primam iuris paciè, & peremptoriè, &c. & deinde in antea cum continuatione personaliter compareant coram Nobis, & quilibet ipsorum compareat, & comparere habeat, & debeat coram Nobis, & nostra curia ad deponendum eorum veritatis testimonium super Articulis præsentatis per dictum N. de N. in causa in eadem curia in prima instantia vertente inter dictum N. de N. Actorem ex vna, & N. Reum conuentum ex altera, de, & super petitione, de qua, &c. & aliae, vt in actis, &c. Nec non citetur idem N. Reus conuentus ad videndum infra eundem terminum prædictorum testium iuramenta; aliàs, &c. Citetur, & referatur, &c. Quoniam, &c. Datum, &c.*

N. *Vicarius Generalis, siue, etc.*

Nomina Testium, videl.

N. *de* N. N. N. N. *et* N. *etc.*

Necnon N. *de* N. *Reus conuentus ad viden. iuram.*

Test. etc. N. *Actuar. etc.*

Citatio ad testes, et ad videndum iuramentu testium, etc.

Vel alio modo,

De mandato Illustrissimi Domini N. *etc. in causa, et causis infrascriptis, etc. et ad instantiam* N. *principalis, tenore præsentium. Moneantur omnes, et singuli infrascripti testes enducti, quatenus infra dies tot . . . proximè sequentes sub 200. ducatorum auri, et pro illis mandati executiue, et in earum subsidium excommunicationis, alijsque pœnis debitis, et quilibet ipsorum debeat iuramentum de veritate dicenda in causa coram eodem* N. *vertente inter dictum* N. *instante Actorem ex vna, et* N. *conuentum ex altera partibus, tam super Articulis, quam tota causa præstitisse, et necessariò sese examini subiecisse, et veritatem deposuisse, præsentibusque omninò paruisse, alioquin, etc. Datum, etc.*

N. *Iudex, etc.*

Nomina Testium, etc. N *Notarius, etc.*

24 Deinde Nuncius, seù Baiulus illos citet, & moneat personaliter, si fieri potest, aliàs domi solitæ habitationis, quibus citatis fiat relatio in calce monitorii, seù citationis more solito, videlicet.

Forma Relationis.

Die . . . mens . . . Ann. . . . N. *Nuncius retulit mihi infrascripto Notar. dictos* N. N. *et* N. *personaliter citasse, et monuisse, copiamque citationis seù monitorij reliquisse, &c. & in fidem, &c.*

N. *Not. &c.*

25 Verum, quia potest citari, & moneri pars aduersa ad videndum iuramenta testium in eodem monitorio, vel separatim ad arbitrium Iudicis, si non fuit monitus reus in eodem monitorio testium, fiat monitio, seu citatio infrascripto, vel simili modo, videlicet.

Citatio partis videndum iuramenta testium.

De mandato, &c. citetur, moneatur, & requiratur tenore præsentium N. *Reus conuentus ad instantiam* N. *ex aduerso principalis ad videndum iurare testes examinandos super Articulis per eundem* N. *in Actis productis, infra terminum dierum tot . . . aliàs, &c. & referatur, etc.*

26 Executa citatione, & relatione facta per Nuncium, pars ipsa principalis, siuè Procurator illius testes inducentis faciat illos quam primum iurare, & iuramentum recipiatur per ipsummet Iudicem, vel per Notarium, seù Actuarium causæ de eius commissione, saltem per diem ante examen, dummodo sit in termino, aliàs nō probaret, vt supra diximus; Vel in eodem instanti, quo examinantur, vt communiter fit. Quando autem defertur iuramentum ante examen, describatur separatim vnusquisque testis, vt sequitur.

Forma iuramenti Testis.

Die . . . N. N . . . ætatis suæ annorum . . . vt dixit & ex eius aspectu apparet, &c. Testis inductus, &c. & monitus medio iuramento tactis scripturis, &c. iurauit de veritate dicenda, tam super Articulis, quam tota causa, &c. super quibus & &c. N. Notarius, &c.

27 Est tamen aduertendum, quod testes sunt per iudicem admittendi, cum clausula: *Saluis exceptionibus, tam contra personas, quam contra eorum dicta, & si non fuerint examinandi, habeantur pro non examinatis, & nullam penitus fidem, vel probationem faciant, vt dixim. sup. n.* Sed si aliqua opponatur per partem aduersam contra ipsos testes productos, quæ quidem illos ipso iure à testificando repellant, tali casu Iudex nullo modo illos ad testimonium ferendum admittat, si oppositæ exceptiones probantur inpromptu ab opponente. Alias faciat tale, vel simile decretum, v. delic.

Admissionis Testium Decretum.

Qui Dominus, &c. Testes pro parte N. Contra N. ecosfione, &c. qua in Actis, &c. admitti curauit, & examinari, per N. Notarium mandauit, saluis exceptionibus, tam contra personas, quam contra eorum dicta, & si non fuerint examinandi, habeantur pro non examinatis, & nullam penitus fidem, vel probationem faciant, & non veniantes grauari decreuit in solidis . . . quolibet die, & omni modo, &c.

28 Et si videbitur illi expediens depositionem aliquorum testium poni (vt dicitur) ad partes, potest interloqui, vt infra.

Decretum quod ponantur ad partes depositio Testium.

Qui, &c. Testes productos pro parte N. in causa, quam habet cum N. mandauit recipi, iurari, & examinari, per N. Notarium, & eorum depositiones poni ad partes, & non in processu pane nono decreuit, Alias, &c. omni modo, &c.

29 Quando postea voluerit, quod ponantur in processu, quia forte fuerunt euacuata opposita per partem aduersam, fieri potest infrascriptum, vel simile decretum, videlic.

Aliud decretum, quod testes aliàs ad partes positi ponantur in processu.

Qui, &c. mandauit dicta testium pro parte N contra N in tali causa examinatorum, & ad partes positorum, poni in processu, non obstantibus quibuscumque, &c. omni modo, &c.

30 Alioquin si non sit procedendum, vt supra post quam fuerunt præstita iuramenta testibus, fieri debet parti sequens, vel similis intimatio.

Intimatio partis pro interessendo examini testium.

De mandato Domini N. &c. Vel coram N. &c. Intimetur N. qualiter teste examinabuntur die crastina cum aliis sequentibus durante termino probatorio de mane hora tali, & de sero hora tali, &c. Ideo interueniat ad dandum interrogatoria (& cooducendum Interpretem, quatenus, &c. vbi ita seruatus, vt alias supra diximus.) *aliàs examinabuntur sine, vt decretum Domini N. instante N. principali, siue, &c. Datum, &c.* N. Notarius, &c.

31 Præstita monitione & relatione nuncij, comparet Procurator in dictis diebus & horis intimatis, & conducit testes, quos examinabit Notarius prius super interrogatoriis, si ille conuentus produxerit (per interpretem, si adhibendus sit) & postea super Articulis describendo eorum responsiones per eadem formalia verba, sub infrascripta, vel simili forma, videl.

Examen Testium.

Die . . . mensis . . . Ann. . . . in Ciuitate N. coram Reuerendiss. Domino N. Nequi &c. examinatus fuit N. de N. per me de mandato Domini N. (si fuerint nominati Interpretes secundum stylum Curiæ, dicatur: cum assistentia N. Interpretis pro parte N. electi, &c.) ætatis suæ annorum . . . &c. Testis inductus & monitus, & iuratus, cui reiterato iuramento veritatis dicenda, prout tactis, &c. iurauit, &c. deposuit prout infra, videlicet.

Et primò iuxta Interrogatoria pro parte d. N. producta, &c. Iuxta primum respondit, &c. & scribantur formalia verba, quæ respondet.

Iuxta secundum respondit, &c. Et sic de singulis. Euacuatis omnibus, & singulis interrogatoriis, dicatur:

Deinde fuit denuò ad examen super Articulis.

Et primo super primò dixit; Signore la verità è, che io sò, come, &c.

Super secundo respondit Sig. in questo dico, &c. Et sic de singulis; aduertendo tamen, vt semper in quolibet Articulo quilibet testis reddat causam scientiæ, vt supra aduertimus.

Absoluto examine cuiusque testis concluditur tali modo.

De causa scientiæ dixit, vt supra, &c. Interrogatus de contestibus, dixit, questo cosi possono saperlo N. N. et N. Tunc, &c. Iurauit, et se subscribere, prout accepto calamo sum propria manu se subscripsit, &c.

Io N. hò deposto, come di sopra. Si nesciat scribere dicat: *mandatum ei mandatum fuit, vt se signo Crucis subscribat*, & tunc fiat *Signum Crucis* † *propria manu dicti N. Idiota, &c. vel scribere nescientis, &c.* N. Notarius, &c.

32 Occurrere solet aliquando, vt necesse sit examinari personas egregias, mulieres honestas, vel aliquo modo impeditas; tunc parte petente iudex mittat notarium, seu actuarium ad illos examinandos, præuia tamen monitione, seu citatione alteri parti facta ad interessendum in tali loco, pro certis die, & hora, & ad videndum dici, & fieri ordinate notatio, prætereaque ad videndum eorum iuramenta. Postea fit infrascriptum, vel simile decretum, videl.

Examinis testium egregiorum Decretum.

Qui Dominus, etc. monuit N. ad interessendum in tali loco. die . . . hora ad videndum dictas fieri ordinata notatio, etc. aliter, etc. et intimari mandauit, etc. omni modo, etc.

Notarius autem debet expressè habere in commissis, vt prius videat, an testes examinandi, sint tales, vt assertum fuit, & quod non valeant se conferre ad conspectum iudicis. Quo ea, iu idem notarius delato ipsis testibus, nomine iudicis, iuramento de veritate dicenda, tam super articulis, quam tota causa, illos examinat more solito, etc.

33 Accidit similiter aliquando, v. pars instet, et petat examinari quosdam testes ab sfuturos et de breui non reuersuros, tunc iudex illos examinare debet per se, vel per notarium, ne probationes deperdant in præiudicium ipsius instantis. Et tunc statim citatione non fieri committitur pro incontinenti ad videndum testes absfuturos iurare, tam de veritate dicenda super tota causa, quam super futura absentia. Necnon de non manifestando eorum testimonium, ad publicationem, *iuxta prænotata sup. num. 18.* Ac illos successiuè recipi, & examinari, super articulis datis, vel qui tunc dabuntur, & ad dandum illicò interrogatoria. Alias, &c. Tali autem casu fiat decretum, vt sequitur, vel aliud simile, videl.

Decretum super examine Testium Absfuturorum.

Qui Dominus, etc. mandauit citari N. pro incontinenti ad videndum testes absfuturos iurare, tam super absfuturatione, quam tota causa, ac illos successiuè recipi, et examinari super articulis datis, vel qui tunc dabuntur, vel modo dantur, et ad dandum incontinenti interrogatoria: alias etc. omni modo, etc.

Executa autem dicta citatione, & in eius termino; testes prædictos recipiat, & examinet, vel examinari faciat, etiam ante litem contestatam, non obstante, quod Articuli non videantur omninò admissibiles.

Est tamen aduertendum, quod si dicti testes postea redierint, ante sententiam, eorum depositiones non probarent, sed facerent tantummodo lumum, vt dicitur, ad illos iterum examinandum, vel ad obtinendum litteras remissoriales.

34 Si verò occurrat casus, quod alter ex collitigantibus habeat testes informatos super suis iuribus, sed ipsi sint senes, vel valetudinarij, & simles de quorum instanti morte verisimiliter timeri potest, tunc si petierit illos examinari ad futuram, & æternam rei memoriam, iudex aduertere debet, an ille, qui

petit

petit dictos testes examinari, possit agere quandocumque, vel habeat futuram actionem, nam si possit agere quandocumque, molestari non possent testes prædicti, vt deponat ad futuram rei memoriam. Addent. ad Vestr. *in Prax. l. 1. c. 2. nu. 23.* Alex. de Neuo *consil. 44. n. 5.*

Requiritur tamen interlocutoria iudicis, parte citata, qua declaretur, eos esse senio confectos, vel valetudinarios, vel alio legitimo impedimento detentos, quamuis ipsi sint tales. Sunt autem multi casus, in quibus testes examinari possunt, etiam parte non citata, de quibus per Felin. *in cap. 2. de testib. & notan. sup. nu. 11.*

Quando verò examinandi sunt dicti testes, non possunt ab alio iudice examinari, nisi coram eo, qui aliàs esset competens, & coram quo posset causa cognosci. alioquin si ab alio examinentur, non probarent, nisi de eis amplius haberi copia non posset. Abb. *in cap. si quis contra Clericum de for. compet.* Bart. *in l. cum hi §. transactiones ff. de transact.* Alex. de Neu. *vbi sup. nu. 8.* Cognito autem, quod sint valetudinarij, vel senes, aut impediti, fiat infrascriptum, vel simile decretum, videl.

Testium ad æternam rei memoriam examinis, esse tales Decretum.

Qui, &c. testes pro parte N. contra N. super articulis productis, fore, & esse valetudinarios, vel senio confectos, vel impeditos pronunciauit, & declarauit, &c. & ideo examinandos ad æternam rei memoriam, prout iurare, & examinari mandauit, omni modo, &c.

35 Si verò prædicti testes examinentur citata parte, fieri debet decretum, cum assignatione termini ad dandum interrogatoria vt infra, videl.

Testium prædictorum examinis Decretum.

Qui Dominus, &c. cum testes pro parte N. super articulis datis inducti verò fuerint, & sint valetudinarij, ac senio confecti, ac probationes deperirent, mandauit illos ad æternam rei memoriam examinari, nec non partem aduersam citari ad videndum illos iurari, & admitti, & successiuè iurare, & super dictis articulis datis examinari, & ad dandum incontinenti interrogatoria, si velit, & ad hunc effectum, ad videndum, & ipsi parti legi audiendum ipsos articulos, aliàs, &c. omni modo, &c.

36 Quando autem occurret, quod pars multos, imo superfluos testes inducat ad examinandum, iudex suo arbitrio numerum testium superfluum referenabit, non solum ad instantiam partis aduersæ sic petentis: verùm etiam ex officio prædictum numerum testium superfluè inductorum, prout occasio postulauerit, & causa requiret: moderari poterit, vbi per statuta particularia, vel per leges municipales, *vt est in Regno, prout dixi in praeced. subsect. n. 6.* hoc determinatum non fuerit. Menoch. *de arbitrar. iudic. cas. 249.* Abb. *in cap. cum causam n. 2. de testib.* Oldrad. *consil. 145.*

Et tunc fieri solet tale, vel simile decretum, videl.

Restrenatio Numeri Testium.

Qui D. &c. stante superfluo numero testium per N. de N. in causa inter ipsummet ex vna, & N. de N. partibus ex altera productorum, eumdem numerum refrenando ad tot... testes reduxit, illosque & non vltra examinari mandauit, aliàs, &c. omni modo, &c.

37 Quandò verò testes renitentes fuerint ad se subijciendum examini, possunt cogi, & mulctari, *vt sup. notan. num. 19.* mediante sequenti, vel simili decreto, videlicet.

Mulctatio Testium renitentium.

Qui Dominus, &c. visa contumacia N. de N. testis inducti, & citati, ad instantiam N. non subijcientis se examini, contra ipsum sic contumacem grauamen relaxauit iuliorum trium, vel quinque, &c. qualibet die, & interim tempus, & tempora non currere dixit, & pro prædictis, mandatum quodcumque necessarium, & opportunum relaxauit, omni modo, &c.

48 Est autem aduertendum hic, quod ea, quæ vsque modo dixi de examinatione testium per iudicem, & Actuarium, siue Notarium causæ faciendo super articulis, & tota causa, procedunt de iure communi, *vt in c. quoniam contra de probationib.* vbi DD. communiter, & quando testes sunt præsentes in loco, in quo examinari debent, sed quando sunt absentes, tunc fit nominatio testium prædictorum, & expediuntur litteræ commissionales ordinarijs locorum non suspectis, modo, & forma prout dicemus *in sequenti subsectione.*

39 Sed erit notandum, quod in Regno in tribunalibus secularibus, seruatur, quod quando deueniendum est ad examinationem testium infra terminum probatorium, quia fortè factis vicissim responsionibus per actorem & per Reum super positionibus, seu articulis, non reperitur taliter facta responsio, vt planè sit facta releuatio ab onere probandi, tunc proceditur ad electionem examinatoris testium examinandorum, si lis agitetur Neap. in Tribunali Sacri Regij Concilij, *vt habetur in Regia Pragmat. incip. Responsionibus vicissim sub rubr. de examination. test. & cor. examinatorib.* quæ etiam disponit super eiusdem examinatoris mercede & similiter de mercede actuarij pro quolibet teste. In Curijs verò Ecclesiasticis, & vbi ius commune seruatur examinatio testium fit per iudicem & Actuarium *per d. cap. quoniam contra de prob.* de quo latius dicemus infrà *subsect. seq. n. 26.*

Quod si per examinatorem, vel actuarium steterit, quominus testes examinarentur infra terminum, condemnabitur quilibet, per quem steterit ad pœnam arbitrio iudicis moderandam, inspecta personarum qualitate & iudex ipse restituet terminum partibus culpa examinatoris, vel actuarij decursum, vt disponitur *per Reg. Pragmat. incip. & si per examinatorem eod. tit.*

SVBSECTIO SEPTIMA.

De Examinatione Testium absentium, eorumque Nominatione & Examinatoris electione, & remissoria.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio testium absentium, quando fiat.*
2 *Litteræ missiuæ, & Remissoriales in quo differant.*
3 *Remissoria, quid sit?*
4 *Remissoria duobus modis conceditur.*
5 *Praxis est legum Interpres.*
Litteræ missiuæ conceduntur hodie loco Remissorialium.
6 *Citatio partis ad videndum iurare testes in Curia delegantis quantum duret.*
7 *Examen testium extra terminum, quando nullum.*
8 *Examen testium iuratorum in termino est validum.*
9 *Iudex remissorialis quid facere possit.*
10 *Litteræ missiuæ, & remissoriales, conceduntur in omnibus causis.*
11 *Non conceduntur tamen, quando probatio fieri post per scripturas.*
12 *Neque si intenditur probare contrarium scripturarum.*
13 *Neque si petantur ad impediendam commissionem ex testamento.*
14 *Neque, quando agitur de calculo ferendæ sententiæ.*
15 *Neque, quando agitur de facto antiquo supra centum annos.*
16 *Neque, quando probatio per testes non relenaret.*
17 *Neque, quando suspicio sit de calumnia.*
18 *Neque, quando testes sunt vicini in loco Iudicij.*
19 *Litterarum prædictarum concessio est arbitraria.*
20 *Pendente termino remissoriæ supersedetur in causa.*
21 *Terminus remissorialium est trium mensium regulariter.*
22 *Remissoria semel tantum in causa conceditur.*
23 *Expensæ examinis debentur ab obtinente Remissoriales.*
24 *Forma præscripta in remissorialibus seruanda.*
25 *Stylus Curiæ Romanæ dat normam omnibus alijs Curijs Ecclesiasticis.*
Testes præsentes examinantur in loco iudicij.
Mulieres honestæ examinantur in proprijs domibus.
26 *Examinator testium in Regno qualiter eligatur.*
27 *Examinator prædictus quid facere teneatur.*
28 *Examinator non debet esse suspectus.*
29 *Examinator in casu suspicionis à quo eligatur.*
30 *Examinator non examinans quam pœnam incurrat.*

31 *Testes absentes à loco iudicij, sed intra Regnum, à quo examinandi.*
Dieta continet 20. milliaria.
32 *Nominatio testium, qualitates quasdam habet.*
33 *Examen testium absentium in secunda modo qualiter fiat.*
34 *Nominatio testium extra Regnum qualiter fiat.*
35 *Nominatio testium absentium in Regno fieri potest in omnibus Tribunalibus.*
Tribunal Magnæ Curiæ Vicariæ est supremum omnium aliorum Regni.
Patria potestas non habet imperium.
36 *Delegatus super examine testium non potest alteri subdelegare.*
37 *Delegatus præfatus accusatus de crimine, an possit vti delegatione.*
38 *Littera missiua quomodo decernantur, & forma decreti.*
39 *Citatio delegati ad examen per litteras missiuas qualiter fiat.*
40 *Litterarum prædictarum Citatis, & Iudicis deputationis decretum.*
41 *Interrogatoriorum Restitutionis decretum.*
42 *Litterarum missiuarum forma quadruplex.*
43 *Litteræ prædictæ extra iurisdictionem dicuntur hortatoriæ & earum forma.*
44 *Litterarum prædictarum consignationis decretum.*
45 *Super [illegible] decretum.*
46 *Prorogationis termini decretum.*
47 *Processus forma in exequutione litterarum remissorialium.*
48 *Attestatio Notarij super Actorum collatione.*
49 *Litterarum Iudicis remissorialis forma.*
50 *Aperitionis processus citatio.*
Apertura processus decretum.

1 IN Superioribus egimus de modo procedendi in examinandis testibus super articulis, & tota causa, verum quia aliquando litigantes habent testes informatos de iuribus suis, absentes & non in loco iudicij; ideo solent petere litteras missiuas, seu remissoriales ad partes pro illis examinandis, quæ diriguntur, ordinariis locorum non suspectis; super quo concordare debent ipsæ partes, seruatis seruandis, facta prius nominatione testium, de qua testium nominatione de iure Canonico agitur *in cap. cum causam de testib.* de iure Digestorum habetur *in l. sed si quis ff. quemadmod. aperiant.* de iure Codicis *in l. iudices: & Authent. apud eloquentissimum C. de fid. instrument.* & de iure Regni *in Regia Pragmat.* quæ incipit. *Post prædictas.* quæ ponit formam nominationis faciendæ, & etiam habetur *in constitut. incip. in pecuniarijs.* & *in Rit. Magnæ Curiæ Vicariæ 69. 141. 158.* in quibus omnibus agitur de ista nominatione.

2 Pro pleniori autem præsentis materiæ notitia, sunt notanda quædam. Et Primò, quod litteræ missiuæ & Remissoriales, licet differant in accidentibus, habent tamen eamdem vim in substantia; differunt autem in hoc, quod scilicet litteræ remissoriales scribuntur in Pergameno, missiuæ verò in Papyro in Romana Curia, cum scilicet sumptu foliorum duodecim, *iuxta reformationem fel. record. Pauli V. constit. 7. quæ incipit. vniuersi; iuxta notariorum A. C.* alia differentia est, quod remissoriales tantum concedantur à Rota, & non missiuæ, quæ concedi solent ab aliis tribunalibus vrbis, licet Tribunal A. C. possit etiam remissoriales suo arbitrio concedere. *per constit. 28. Pauli V. incip. eximia §. ac litteras quascumque.* Sed in effectu sunt eiusdem efficaciæ, eamdemque vim obtinent missiuæ, sicut remissoriales habent.

3 Remissoria autem nihil aliud est, quam facultas probandi, extra locum iudicii, rem in iudicio deductam, à iudice, litigatoribus concessa, ita Seuerol. *de Remiss. cap. 1. nu. 1.* Vel est dilatio ad probandum, extra Curiam, in qua fuit causa introducta secundum Boccaccl. *de Remiss. cap. 1. nu. 1.* Et dicitur remissoria, quia per illam litigatores eo, vt plurimum, ad probandum remitti sollent, vnde ab initio fuerunt reuocati. Seuerol. *de remiss. Z. c. 1. num. 3.*

4 Notandum est secundò, quod Remissoria dupliciter fieri solet à iudice. Primò quoad totam causam. Secundò quoad probationem tantum faciendam. In priori casu iudex remittens non remanet amplius iudex in ea causa. Secundò verò casu remanet, vnde factis probationibus, causa ad eum reuertitur cognoscenda Seuerol. *de remiss. d. c. 1. n. 1.*

5 Notandum est tertiò, quod hodie de consuetudine, stylo, ac vniuersali Curiarum Praxi, quæ est optima legum interpres, & magistra. *lib. si de interpretatione ff. de legib.* & notat Gonzal. *ad Regul. 8. Cancellariæ gloss. 9. § 1. numer. 40.* Azyn. *in Prax. §. 22. cap. 16. limit. 3 n. 2.* & Alii penes Cagnacen. *in repert. quoniam contra de probation.* & Guid. Pap. *dec. 30. n. 2.* & Caualer. *dec. 117. nu. 6.* Istæ litteræ missiuæ loco Remissorialium passim conceduntur à quolibet iudice, quando partes coram se litigantes facere debent aliquam probationem, extra locum iudicii, quia fortasse habent testes informatos super eorum iuribus; & sunt absentes. Vnde ne eorum iura depereant, committitur ordinariis locorum ad partes, vt recipiant probationes, modo, & forma, prout in litteris missiuis, ipsis committitur; de quibus inferius.

6 Notandum est quartò, quod quando expediuntur dictæ litteræ missiuæ ad iudices de partibus, si citetur pars ad videndum iurare testes in curia iudicis delegantis, durabit talis citatio toto tempore Remissoriæ præfixo Rot. *dec. 275. n. 4. & dec. 284. n. 3. p. 2. recent.* Vnde etiam si non fuerit denuò in partibus citata, ista erit sufficiens. Seraph. *dec. 1010. n. 3.* Caualer. *dec. 175. n. 5.* Andr. *dec. 41. n. 6.* Rot. *dec. 686. n. 4. p. 1 recent.*

7 Est benè verum, quod hoc non habet locum, quando citatio ad videndum iuramenta testium facta fuerit pro certo tempore præfixo; nam tunc si examinentur testes post, vel ante terminum, pro quo durabat citatio, examen erit nullum, tamquam factum sine citatione ad videndum iurare testes. Gregor. *dec. 353. n. 2.* Et similiter, si iurauerint extra terminum. Idem Gregor. *dec. 329. n. 5.*

8 Secus si iurauerunt in termino, pro quo durabat citatio ad videndum illos iurare, nam tunc licet examen fuerit factum post terminum adhuc sustinetur, quia attenditur tempus præstiti iuramenti, ad quod retrotrahitur, non autem tempus examinis, vt alias supra notauimus, & tradunt Rot. *dec. 3. de testib. in nou. & dec. 393. nu. 6. p. 1. recent.* Verall. *dec. 295. nu. 3. par. 3.* Gregor. *dec. 307 nu 7. & seq.* & ibi Beltram. *n. 17.* Grauat. *ad Vest. in Prax. lib. 6. cap. 1. num. 59.* Salust. Tiber. *in Prax. lib. 3. c. 7. nu. 49.*

9 Notandum est quintò, quod iudex Remissorialis, idest ad quem litteræ missiuæ, seu remissoriales diriguntur, virtute ipsarum potest, non solum examinare testes; Sed etiam recipere responsiones ad positiones, ac Partium confessiones, & illas ad hæc compellere. Vestr. *in Prax. lib. 6. c. vlt. nu. 9.* vbi etiam ait posse illum recipere [illegible] & instrumenta, & alia facere, iuxta facultates sibi in eis concessas.

10 Sed quæritur, An dictæ litteræ, seu Remissoria concedenda sit in omnibus causis.

Respondetur affirmatiuè, regulariter, si materia, super qua petitur, est talis [illegible]. *Inde dic §. subeunt,* vbi Angel. *n. [illegible] dar cogant.* Boccat. *de remiss. cap. 4. nu. 1. & seq.* Verall. *dec. 59. & 66. & 68. p.* Rot. *dec. 102. n. 1. p. 1. & dec. 647. n. 3. p. 3. diuersor.* Greg. *dec. 191. [illegible] & 403. n. 2.*

Prout, est quando petitur ex iusta causa, & necessaria *l. iudices in princ. vers. si hoc [illegible] vers. & hæc si tantò* vbi Bald. *n. 1. in 5. notab.* Sal. *c. in princ.* & Castrens. *n. 3. C. de fid. instrum.* Cæsar. de Graffis *dec. 1. p. 9. de dilat.*

Quod habet locum, etiam si vnus tantum articulus, sit releuans, nam tunc conceditur super omnibus Cassad. *dec. 5. n. 6. de seq. poss. & fruct.* Mantic. *dec. 312. nu. 2.* Rot. *dec. 677. nu. 1. p. 1. & 661 n. 4. par. 2. & 43. n. 1. p. 5. & 177. n. 1 & 315. num. 1 par. 5 recent.* Burat. *dec. 246. nu. 19.* & ibi Ferentill. *lit. A* vbi alias cumulat decisiones.

11 Limitatur tamen in multis casibus, in quibus concedi non solent in Romana Curia. Quorum.

Primus est, quando quis posset probare per scripturas quod vult probare per testes, nam tunc remissoria non conceditur. Seuerol. *de remissoria cap. 9. num. 4.* Bellamer. *dec. 17. de test. canon.* Ridolph. *in prax. p. 1. c. 12. n. 103.* vbi *n. seq.* declarat, nisi in articulis sit aliquid releuans, quod non continetur in scripturis, nam tunc erit concedenda, *per l. fin. C. de fide instrum.* Vel si articuletur de combustione archiuii &c.

12 *Secundus* casus est, quando petitur remissoria ad probandum per testes contrarium eius, quod constat ex scripturis. Bellamer. *d. dec. 9.* Seraph. *dec. 1460. nu. 3.* Burat. *dec. 55. nu. & 864. nu. 1.*

13 *Tertius* est casus, in quo non conceditur, si petatur ad impediendam immissionem ex testamento, vigore *l. final. C. de edict. diu. Adr. toll.* Seraphin. *decis.* 1364. *n.* 1. Rot. *decis.* 212. *n.* 7. *p.* 1. *&* 306. *n.* 5. *p.* 6. *recens.*

14 *Quartus* est, quando agitur de calculo secundæ sententiæ, quia tunc censetur calumniosè petita remissoria, & sic nõ est concedenda Greg. *decis.* 356. *n.* 85.

15 *Quintus* est, quando agitur de probandum factum antiquum supra centum annos. Seraphin. *dec.* 1450. *n.* 1. Rot. *decis.* 271. *n.* 7. *p.* 5. *recent.* quia cum quilibet præsumatur viuere centum annos, *c. in præsentia de sponsalib. & l. fin. C. de Sacrosan. Eccl.* & Gabr. *de presumpt. conclus.* 16. *n.* 1. non est verisimile testes reperiri posse. Beltram. ad Greg. *dec.* 198. *n.* 12. Rot. *decis.* 266. *n.* 17. *p.* 6. *rec.*

16 *Sextus* est, quando petitur remissoria ad probandum id, quod probatum non releuat, *l. ad probationem C. de probat.* Verall. *dec.* 66. *p.* 1. Greg. *dec.* 184. *nu.* 3. Rot. *dec.* 589. *n.* 1. *p.* 1. *&* 511. *n.* 8. *p.* 6. *rec.*

17 *Septimus* est, quando adest probabilis suspicio calumniæ, nam tunc neque conceditur. Aegid. *decis.* 625. *in fin.* Mantic. *decis.* 61 *n.* 5. *&* 314. *n.* 9. Buratt. *dec.* 555. *nu.* 9. *&* 11. *&* *dec.* 824. *n.* 9. nisi excludatur aliquo modo suspicio calumniæ, quia tali casu conceditur Rot. *decis.* 693. *n.* 3. *par.* 3. *recens.*

18 *Octauus* casus est, quando testes sunt in loco vicino, quia tunc vel possunt venire ad locum iudicij vel potest mitti notarius ad locum, in quo reperiuntur testes. Boccac. *de remiss. c.* 4. *n.* 41. Sunt & alij casus, in quibus non debet concedi; de quibus sparsim per DD.

19 Ipsius autem concessio, vel negatio dependet multum ab arbitrio Iudicis Seuerol *de remissor. c.* 17. *n.* 9. *in fin. & c.* 18. *n.* 1. *&* 3. *& c.* 27. *n.* 2. Boccac. *de remiss. c.* 6. *n.* 18. Mantic. *decis.* 312. *nu.* 10. Et in dubio est potius concedenda, quam deneganda. Buratt. *decis.* 656. *n.* 5. etiam ad partes minus distantes. Idem Buratt. *decis.* 314 *n.* 2.

20 Et est aduertendum, quod pendente termino remissoriæ concessæ, impeditur processus ad vlteriora in causa. *l.* 3. *C. de dilationib.* Seuerol *de remiss. c.* 27. *n.* 1. Boccac. *eod. tract. c.* 6 *n.* 12. Salust. Tiber. *in Prax. l.* 1. *c.* 3. *n.* 6. *& l.* 3. *c.* 7. *n.* 39. *ante fin. & n.* 44. Rot. *decis.* 334. *n.* 3. *p.* 5. *recent.*

Quod tamen limitatur, quando fuit concessa contra instrumentum gaurentigiatum cum clausula, *sine retardatione processus.* Buratt. *decis.* 246. *num.* 11. *&* ibi Ferentil. *lit.* A. vel fuit concessa cum clausula: *sine præiudicio processus exequat.* Seuerol. *de remiss. c.* 27. *n.* 2.

21 Terminus autem ad probandum in litteris missiuis, seu remissorialibus est trium mensium, nimirum duorum ad probandum, & vnius ad reprobandum testium personas, & quibus; datur tamen maior, vel minor dilatio, Iudicis arbitrio, habita ratione distantiæ loci. Seuerol. *de remiss. c.* 21. *nu.* 3. Boccac. *eod. tr. c.* 7. *n.* 4. Sal. Tiber. *in prax. l.* 3. *c.* 7. *n.* 39.

Et currit dictus terminus præfixus à die consignationis litterarum remissorialium regulariter. Boccac *de remiss. c.* 7. *nu.* 10. Sal. Tiber. *loc. cit. & n.* 11. Buratt. *decis.* 501. *nu.* 2.

Casus verò quo nullum tempus fuerit præfixum in remissorialibus, intelligitur præfixum prout de iure, quod est trium mensium, si remissoria concedatur in eadem Prouincia, sex mensium in Prouincijs vicontinentibus, & nouem in Transmarinis. *c. fin. §. spatium.* 3. *qu.* 3. *l.* 1. *Cod. ne de statu C. de dilation.* Seuerol. *de remiss. c.* 24. *num.* 3. Aegid. *decis.* 427. *vers. fact. decebant.*

22 Remissoria autem semel concessa, non solet regulariter iterum in eadem causa concedi, nisi iusta existente causa. Boccac. *de remiss. c.* 3. *n.* 27. Put. *dec.* 4. *de dilat.* Sarnen. *dec.* 83. *libr.* 1. Rot *dec.* 348. *numer.* 8. *part.* 1. *recens.* Buratt. *dec.* 816. *n.* 1. vbi ait esse iustam causam, si testes fuerint de nouo reperti; Vel si fuit legitimè impeditus, qui habuit remissoriam, & non potuit illam exequi. Boccac. *vbi sup.*

23 Et qui obtinuit remissoriales, tenetur facere expensas examinis, etiam quoad interrogatoria ex aduerso data, al. à, si ipsa omitterentur, quia noluit soluere mercedem examinis, iuxta interrogatoria examen erit nullum. Caual. *dec.* 254. *n.* 2. *& seq.* & tunc qui voluerit repetitionem testium nulliter examinatorum, tenetur soluere expensas. Bocc. *de remiss. c.* 9. *n.* 29.

24 Est tamen valde notandum, quod forma tradita in remissoria debet adunguem seruari, alias examen remanet nullum ex capite defectus iurisdictionis, si illa non seruaretur, prout sonat, & præscribitur, Caualer. *d. decis.* 254. *nu.* 1. *&* 2. *& decis.* 410. *n.* 5. Greg. *dec.* 1. *num.* 1. *& dec.* 519. *n.* 2. Buratt. *dec.* 118. *n.* 18.

25 Est autem aduertendum hic, quod ea, quæ supradiximus, procedunt de iure communi, & de stylo Romanæ Curiæ, quæ dat normam, & regulam omnibus alijs Curiis, præsertim Ecclesiasticis; Sed de iure municipali Regni Neapolitani, circa materiam examinationis testium absentium a loco iudicij, erunt notandi tres casus pro versantibus in Curiis sæcularibus dicti Regni, ad hoc vt omnes æqualiter ex meis lucubrationibus aliquam recipiant vtilitatem. Primus enim est, quando Testes sunt præsentes in loco, in quo lis agitur. Secũdus, quando sunt absentes, sed intra Regnum. Tertius, quando sunt etiam absentes, sed extra Regnum.

Quoad primum casum est, notandum, quod quando testes sunt præsentes in loco iudicii, vbi lis actitatur, non potest tractari de nominatione testium, sed ipsi Testes examinari poterunt in Curia coram Iudice, iuxta doctrinam Bart. *in l. cum ab initio, ff. quemadm. testam. aper.* nisi essent mulieres honestæ, quæ non tenentur venire ad iudicium, *iuxta ca. si qui testium de testibus, & ca.* 2. *de iudic. in* 6. quia tunc examinari poterunt in aliqua Ecclesia, vel in proprijs ipsarum domibus, *vt notauim. sup. subsect.* 6. *num.* 15. de quo est *Ritus Magn. Cur. Vicar.* 142. *&* 340. neque fit electio examinatoris, iuxta *Regia pragmat. Responsionibus sub rubr. de examinationib. testium & eorum examinator.*

26 In quo quidem obseruari debet, quod *per dictam Reg. pragmat. Responsionib.* disponitur, vt responsionibus vicissim factis, procedatur ad examinationem testium; & eligatur examinator non suspectus, qui pro labore habere debet grana decem, idest carolenum vnum pro quolibet teste. Iu huiusmodi pragmatica tria corollaria colliguntur. *Primum* est, quod testes examinantur per examinatorem electum, *iuxta text. in Auth. sed si Iudex. C. de Episc. & Cleric.* & ibi Glos. & DD. Sciendum est autem, quod in hac electione examinatoris duo casus sunt considerandi, Primus est, quando causa ventilatur in ipsa Ciuitate Neapolis in supremo Tribunali Sacri Regij Consilii. Secundus est, quando agitur in alijs Curiis inferioribus Regni, prout sunt Curiæ Baronum. In priori casu examinator esse debet vnus ex examinatoribus eiusdem Sacri Regij Consilij, qui sunt numero quadraginta, vt habetur *in pragmatic.* 15. *incip. Testium examinationem sub rubr. de offic. Sacr. Reg. Consil. & in pragm.* 58. *eod. tit.* qui præstant cautionem de bene, legaliter, & fideliter administrando, & exercendo officium. In secundo verò casu examinator erit Actuarius Curiæ, vt habetur expressè *in d. pragmat. Responsionibus vicissim.*

27 Aduertendum erit tamen, quod qualiscumque sit examinator, tenetur tria obseruare in recipiendis depositionibus testium.

Primum est, quod non poterit recipere testes summatim, sed singulos singillatim, & debet interrogare secretò, ne vnus alium instruat, ad tradit. per Menoch. *de arbitr. Iudic. l.* 2. *cas.* 29. & decem. infr. *in Pract. Criminali.*

Secundum est, quod scribere tenetur per extensum depositionem singulorum testium; et non debet recipere depositionem factam in alia causa, vel in eadem alia vice, vel recipere relationem reuelationum factorum per viam monitorij excommunicationis. Idem Menoch. *l.* 1. *variar. cas.* 209.

Tertium est, quod non potest recipere pro quolibet teste examinato pluisquam grana decem, vt *in dicta pragmat. Responsionibus.*

28 *Secundum corollarium*, quod colligitur *ex d. pragmatic. Responsionibus*, est, quod examinator non sit suspectus. Ideo tenentur ambæ partes nominare suspectos, et ad hunc effectum dari solet terminus trium dierum ad dandam listam suspectorum, qua data eligetur per Iudicem vnus ex reliquis non suspectis, de quo testatur Vinc. de Ann. *in singular.* 274. Quod quidem non procedit in Curiis inferioribus, nisi essent plures Actuarij, quia quando est vnus Actuarius, et allegaretur suspectus, postquam fuit electus, et admissus, non est remouendus, *iuxta l. apertissimi. C. de iudic.* in quo valet multum prudentia Iudicis, an admitti debeat suspicio; Vel an fuerit opposita calumniosè, et dolosè, ad finem dilatandi iudicium, quia tali casu non est admittenda *iuxta Regiam pragmat. Baronibus sub tit. de suspicion. official. et pragmat.* 40. *sub tit. de offic. Sac. Reg. Cons.*

29 Ter-

29 Tertium *corollarium* collectum ex *ead. prae. Pragm. Reſponſionibus*, eſt, quod examinator teſtium eligendus erit à Iudice, poſt datam liſtam ſuſpectorum, iuxta ſupradicta, alias in contumacia in non dando liſtam, eliget ex officio vnum examinatorem, quem maluerit, *vt probatur in d. pragmat. & in conſtitution. Regni in pecuniarijs verſ. à partib.* vbi Afflict. n. 30. ait, quod ſi examinator electus fuerit à Iudice, abſq; requiſitione partium, vt darent liſtam ſuſpectorum, & ipſe receperit teſtes, eorum depoſitiones non valerent. Quod eſt menti tenendum, quia poteſt accommodari ad multos alios caſus ſimiles.

30 Quod ſi poſt electionem examinatoris, vel alias ſine ipſa, Actuarius, vel examinator non examinauerint teſtes in termino probatorio, & per aliquem ipſorum ſteterit quominus examinarentur infra terminum, quilibet, per quem ſteterit, condemnabitur ad pœnam arbitrio iudicis moderandam, inſpecta perſonarum qualitate; & terminus lapſus culpa ipſorum reſtituitur per iudicem, ne partes damnum ſentiant, ſine earum culpa, ita diſponitur *in alia pragmatic. incip. & ſi per examinatores ſub eod. tit. de examinat. teſt. & cor. examinatorib.* Ratio eſt; quia cum ipſi non examinantes ſint in culpa, ipſi etiam tenentur ad pœnam, ac etiam ad intereſſe parti læſæ, *iuxta text. in l. 1. ff. de magiſtratib. conueniend. & in l. 4. §. pen. ff. de damn. infect.* Gloſ. *in lib. 1. ſi quando C. de teſtib.* Speculator *d. t. tit. de teſte. §. princip. qualiter n. 14. verſ. ſi autem petys.* Cardin. *in Clem. 2. q. 10. de teſtib. vbi q. 105.* ait, quod pars cupiens examinari teſtes, debet inſtare, vt recipiantur, ne videatur per eum ſteriſſe, quominus examinarentur in termino, ſequitur Imol. *in l. quibus diebus ff. de conditionib. & demonſtrat.*

Extra verò Ciuitatem Neapolis non fit electio examinatoris, vt ſupra notaui; ſed audientia teſtiũ committitur ordinario loci; vel officiali viciniori non ſuſpecto, exceptis cauſis criminalibus, vel feudalibus, vt habetur *in Priuilegijs Neapolitanorum c. 36. fol. 36. & c. 69. fol. 47.*

31 Quoad ſecundum caſum, *propoſitum ſup. n. 25.* quando ſcilicet teſtes ſunt abſentes, ſed intra Regnum, in alieno tamẽ territorio iudicis, coram quo lis agitur; eſt notandum, quod tunc regulariter fit nominatio teſtium in partibus; faciendo litteras commiſſionales ordinarijs locorum non ſuſpectis iuxta *text. in c. cum cauſam de teſtib. & l. iudices & Authent. apud eloquentiſſimum C. de fid. inſtrument. & eſt Rit. Mag. Cur. Vic. 158.* Eſt autem hic aduertendum, quòd licet regula ſit in hoc, vt modo duxi, Fallit tamen dicta concluſio quatuor modis.

Primo Fallit, quando teſtes ſunt infra vnam dietam, (quæ continet viginti miliaria,) tunc enim audientia teſtium non ſolet committi ordinarijs locorum, *per rit. 142.* Quæ fallentia procedit in ſupremis Tribunalibus Ciuitatis Neapolis, vt in Sacro Conſilio, Magna Curia Vicariæ, Summaria, &c. licet hodie contrarium ſeruetur nam ſolet committi, etiam officiali Ciuitatis Auerſæ, quæ diſtat octo tantum milliaribus à Ciuitate Neapolis, quando quis litigans Neapoli, dixit habere teſtes Auerſe.

Secundò Fallit, quando cauſa, de qua agitur, eſt grauis, & ardua, ſecundum Caſtrenſ. *in d. l. iudices* declarantur tamen niſi habeat falſitatem adiunctam, quia tunc poteſt deſtinari commiſſarius particularis ad examinandos teſtes, expenſis petentis commiſſarium Capic. *dec. 90.*

Tertiò Fallit, quando teſtes examinandi in partibus ſuſpecti de falſitate, quia tunc eorum audientia non committitur ordinarijs locorum. Carauit. *in Rit. 158.* ſed expediuntur prouiſiones, quibus præcipitur, vt teſtes particulariter compareant coram iudice ad deponendum, niſi eſſent ſenes, in firmi, vel aliter impediti Capic. *dec. pracit. 90.*

Quartò Fallit in cauſis feudalibus, in ipſis enim tractari non poteſt de nominatione teſtiũ, ſed illi ſunt examinandi coram Iudice, qui cognoſcit cauſam feudalem, prout eſt Regia Camera Summariæ, per *d. conſtit. Regni in pecuniarijs*, & aduertit Capic. *d. deciſ. 90.*

32 Aduertendum eſt etiam circa iſtum ſecundum caſum, quod duobus modis poteſt deueniri ad examen teſtium. Primò faciendo nominationem illorum, & expediendo litteras commiſſionales ordinarijs locorum non ſuſpectis. Secundo committendo examen ordinarijs examinatoribus Sac. Regij Conſilij, vel Regiæ Cameræ, aut Magnæ Curiæ Vicariæ, vel alicui Iuriſperito.

Quoad Primum modum, ad hoc, vt nominatio teſtium ſubſiſtere poſſit, conſiderandæ ſunt quinque qualitates. Quarum.

Prima eſt, quod dato termino ad probandum, partes nominare debeant loca, in quibus teſtes degunt, vt colligitur ex *Pragmat. poſt prædictas*, in qua habetur quod ſi teſtes ſunt abſentes per vnam dietam, terminus iuris erit quindecim dierum. Si verò fuerint per duas, tres, vel quatuor dietas; tunc erit 20. dierum. Et ſi partes aſſerant habere teſtes in remotioribus partibus Regni, Iudex dare poterit longiorem dilationem, dummodo tres menſes non excedat.

Secunda qualitas eſt, vt poſt terminum datum, infra quinque dies à die datæ petatur fieri nominationem teſtium. Carault *in d. rit. 142.*

Tertia qualitas eſt, vt facta nominatione, detur liſta locorum non ſuſpectorum, prout aduertit, Vinc. de Ann. *in ſingul. 174. & 276.* quæ liſta, ſeu nota ſuſpectorum, ſi non fuerit data, iudex ipſe poterit vnum ex locis nominatis à partibus, vbi teſtes degunt, eligere *d. conſtit. in pecuniarijs.*

Quarta qualitas eſt, vt data liſta locorum ſuſpectorum, ſtatim expediantur litteræ commiſſionales, offerendo ſalarium actuarijs, ſeu ſcribis, præmiſſa proteſtatione, vt interim terminus non currat donec, & quouſq; litteræ commiſſionales expeditæ fuerint, ſecundum Carauit. *in rit. 158.* & ita ſeruatur, ne mora attribui poſſit parti.

Quinta qualitas eſt, vt poſtquam litteræ commiſſionales expeditæ fuerint, intimentur parti; ſeu eius procuratori; quæ intimatio habetur loco citationis, quæ fit parti aduerſæ ad videndum iuramenta teſtium, iuxta ea, quæ ſupra diximus. Solet tamen pars aduerſa, ſiuè eius procurator proteſtationem facere, vt ſequitur, videl.

Proteſtatur contra teſtes examinandos, ad quorum iuramenta videnda deſtinat N. de N. illumque ſubſtituit ad hunc actum videndi dicta teſtium iuramenta, & ita, &c. omni meliori modo, &c.

Quo caſu commiſſarius loci, cui fuit commiſſa audientia teſtium, diligenter perquirere debet dictum N. ſubſtitutum ad videndum dicta iuramenta, alioquin ſi proceſſerit ad receptionem teſtium, illo non perquiſito, teſtium depoſitiones erunt nullæ.

33 *Quod ſecundum modum*, deueniendi ad examen teſtium abſentium, committendo ſcilicet examen ordinarijs examinatoribus Sacri Regij Conſilij, vel Regiæ Cameræ Summariæ, vel Magnæ Curiæ Vicariæ, aut alicui iuriſperito, ſunt ſimiliter conſiderandæ quatuor aliæ qualitates. Quarum.

Prima eſt, vt cauſa ſit ardua, & grauis, puta ſi ſit cauſa criminalis, vel ſi agatur de magno intereſſe partium, quia tunc ambæ partes petere poſſunt, vt eligatur ordinarius examinator Doctor, vel Aliquis litteratus Vir exiſtens in Tribunalibus, vt recipiat depoſitiones teſtium. Carauit. *in Ritib. Rit. 158. nu. 81. Facit ad hoc Pragm. 15. incip. Teſtium examen ſub tit. de offic. Sacri Reg. Conſil.*

Secunda qualitas eſt, vt eligantur examinatores ordinarij non ſuſpecti, vt dictum eſt ſupra de ordinarijs locorum non ſuſpectis, ad quem effectum danda eſt liſta ſuſpectorum infra biduum, vel triduum quo elapſo poterit iudex ex officio eligere vnum ex illis. *vt colligitur ex d. pragm. 15. Teſtium examen.*

Tertia qualitas eſt, vt expediantur litteræ commiſſionales in perſonam examinatoris electi, vel Doctoris, vel alterius viri litterati, vt ſupra diximus.

Quarta & vltima eſt, vt litteræ commiſſionales intimentur parti aduerſæ, vel eius procuratori, ad effectum, vt ſuccedat loco citationis ad videndum iuramenta teſtium, vt ſupra dictum eſt *in prac. n. qual. 5.*

34 Quantum ad tertium caſum, *propoſitum ſimiliter ſup. nu. 25.* quando ſcilicet fit nominatio teſtium abſentium, ſed extra Regnum exiſtentium, quæ à Regnicolis dicitur dilatio vltramarina, eſt notandum, quod fieri ſolet dupliciter; Aliquando ſimpliciter dicendo N. de N. habet teſtes extra Regnum: Aliquando fit cum quadam additione ver. grat. pars principalis, vel eius procurator dicit ſe habere teſtes extra Regnum, quibus vult vti, ac ſi eſſent intra Regnum. & in vltimis partibus Regni. Hæc eſt Praxis, & optima cautela ad euitandum depoſitum, quod fieri debet, quando nominatio teſtium fit extra Regnum, prout habetur *in Rit. 140.* & aduertit Franch. *deciſ. 57.* & de iſta nominatione teſtium, extra Regnum *habetur in pragmat. incip. ſi quis poterit, & alia incip. aliam ſimilem ſub tit. de dilationib. & in d. rit. 140.*

Erit tamen obseruandum, quod talis nominatio testium extra Regnum habere debet tres qualitates. Prima est, vt fiat depositum necessarium pro examinatione testium, & pro expensis necessarijs eorumdem testium, qui venturi sunt coram iudice. Secunda qualitas est, vt ille, qui petit nominationem extra Regnum, iuret se non petere causa differendi litem. Tertia est, vt nominatio testium fiat per nomina, & cognomina. Carauit, *in d. rit. 340.* Franch. *d. decis. 57.* & Afflict. *super constit. incip. causas n. 60.*

Similiter obseruandum erit, quod licet *in pragm. incip. Quotidie,* disponatur, quod pars, quæ fecit nominationem testium, tam intra, quam extra Regnũ si postea illa vti noluerit, puniri debeat pœna duodecim ducatorum, qua præsumitur fecisse animo dilatandi iudicium, Tamen hodie non seruatur, sed practicatur tantummodo, vt si nominatio non fuerit facta intra terminum probatorium, amplius partes non admittuntur ad nominatione faciendam.

Insuper obseruandum venit tertiò, quod ea, quæ hucusque diximus de nominatione testium, procedunt solum, quando nominatio testium petitur in tribunalibus Magnæ Curiæ Vicariæ, ac Sacri Regij Consilij, non autem in Tribunali Regiæ Cameræ Summariæ, in quo agitur de causis feudalibus vertentibus inter Fiscum Regium, & Priuatam Personam, nam tunc non potest tractari de audientia testium committenda ordinariis locorum, sed Regia Camera constituit speciales Præsides, vel rationales, qui equitare, & iter facere cupiunt, vt se conferant super facient loci; vbi adest res feudalis, de qua agitur, prout disponitur *in constit. in pecuniarijs*. Solet tamen aliquando dispensari, & sic committitur ordinariis locorum, vt per Afflict. *in ead. const. in pecuniarijs.*

Et ex dictis colligitur, nominationem testium posse peti; non solum in prædictis tribunalibus Neapolis, scilicet Magnæ Curiæ Vicariæ, & Sacri Regii Consilij verum etiam in Regijs audientijs Prouincialibus Regni, quæ habet eamdem ordinariam iurisdictionem, sicut Magna Curiæ Vicaria *per rit. 230.* Vnde tam istæ, quam Magna Curia Vicariæ præcipiunt ordinariis locorum, vt testes examinent in suis iurisdictionibus, & postea transmittant ad ipsas eorum depositiones, quia sunt tribunalia maiora, maximè Magna Curia, quæ est caput omnium curiarum Regni. *vt habetur in rit. 46.*

Est tamen notandum, quod nominatio testium absentium potest etiam fieri in quibuscumque tribunalibus Baronum, sed tunc officialis Baronis, in cuius tribunali fit nominatio testium, tenetur hortari ordinarios locorum, in quibus sunt examinandi, vt dignentur permittere illos recipi in locis sibi subiectis, quia par in parem non habet imperium. *o. inferior, c. de rng. 21. dist. cap. Innocens §. quamuis de elect. cap. 1. de locat. l. nam & magistratus ff. de recept. arbit. & l. illa, à quo §. tempestiuum. ff. ad trebell.*

36 Sed quæritur, An officialis ordinarius loci, fuit commissa receptio testium, possit illorum examen delegare Actuarijs?

Respond. negatiuè, iuxta tradita per Paul. de Castr. *in l. iudices C. de fid. instru.* & Ratio est, quia videtur electa industria personæ. Est benè verum, quod communis practica Regni est, vt si in litteris commissionalib. siuè hortatoriis dicatur. *officiali, ac eius locum tenenti, Actuarijs, & scribis. vt tali Curia.* tunc per ista verba possit ordinarius loci delegare causam receptionis testium, & sic quotidie seruatur, *vt DD. Regnicolæ testantur.*

47 Quæritur secundò. An officialis, cui fuit commissa receptio testium, si medio tempore fuit accusatus de aliquo crimine commisso, coram superiore, possit pendente accusatione, exercere, & administrare officium?

Respondetur cum distinctione, aut accusatur de delicto commisso, extra officium, & tunc pendente accusatione retinet administrationem officii. Aut accusatur de crimine commisso officio, & tunc est suspendendus ab officio, ita Bar. *in l. li. §. in quæstionib. ff. ad munic.* sequitur Paris de Put. *in tract. de synd. ver. accusator. col. 1. fol. 57. in mag.* Afflict. *super constit. statuimus col. pen. ver. sextò fallit.*

Hæc autem Bartoli doctrina recipit aliquam declarationem, vt tunc procedat, quando ex informatione capta contra illum manifestè constat esse priuandum officio, tunc enim pendente accusatione, suspendi debet officio ne teneat testes, vt contra illum non deponat. ita idem Bart. *in l. sed si fortè §. fundum quidem ff. de plution.* & sic decisum fuit in Sacro Consilio, teste Franch. *dec. 8 num. 7.* vbi aduertit, quod Promotor Fisci petere debet suspensionem; ab officio, antè datum terminum ipsi inquisito ad se defendendum, alias post, nihil releuaret, quia intra terminum conquiescit iudicis officium, hanc quæstionem tractat etiam Faber, *in §. si quis autem Instit. de suspect. tutorib.*

PRAXIS PROCESSVS.

---

38 His positis deueniendum est ad modum practicum procedendi ad examinationem testium absentium. Vbi igitur petuntur litteræ missiuè, seù Remissoriales, aut commissionales, vt supra diximus; Iudex illas decernat, si iustè petantur, præuia tamen citatione partis, easque alicui officiali Docto, & nemini ex partibus suspecto dirigat, ipsasque partes pro certa die, & hora moneat ad concordandum de iudice; & latore litterarum, & ad videndum ipsas moneri ad interessendum examini pro singulis diebus, & horis; ac terminum præfigi, infra quem debeat expediri, & si partes non concordauerint infra terminum. Iudex ipse eligat ex officio Iudicem commissarium, & latorem ipsarum litterarum, ac parti, quæ litteras obtinuit, terminum statuat, & præfigat competentem ad presentandũ litteras, & ad inchoandum, & perficiendum examen qui terminus incipit currere à die præsentationis litterarum Iudici Commissario. Quo facto mandat iterum citari partem ad videndum litteras claudi, & ad dandum eius interrogatoria, si quæ dare velit claudenda in eisdem litteris, vna cum articulis, alias ad videndum claudi & tradi latori, sine illis; & ad videndum eidem iuramentum deferri de illis fideliter portandis, ac alia fieri, & dici necessaria, opportuna, & requisita, &c. decretum verò de litteris decernendis solet, infrascripto, vel simili modo formari, videl.

Forma decreti, quo dictæ litteræ decernuntur.

Et per Reuerendissimum Dominum Generalem Vicarium N. fuit prouisum, & decretum, litteras missiuas, seù, &c. in causa inter N. Actorem ex vna, & N. Reum conuentum partibus ex altera, super tali, vel tali re... &c. fore, & esse decernendas, prout decernuntur, &c. mandatumque fuit citari partes pro certa die ad concordandum de Iudice, & latore ipsarum, & ad videndum se moneri ad interessendum examini pro singulis diebus, & horis, ac terminum præfigi, infra quem examen debeat expediri, &c. & ita, &c. Hoc suum, &c.

Vel alio modo.

Qui Perillustris Dominus, &c. Litteras missiuas, seù remissoriales in causa inter N. Actorem ex vna, & N. Reum conuentum partibus ex altera, de super ... de qua in Actis, &c. decreuit; mandauitque citari pro certa die ad concordandum de Iudice, ac latore ipsarum, & ad videndum se moneri ad interessendum examini pro singulis diebus, & horis, ac terminum præfixi, infra quem debeat examen expediri, &c. omni modo, &c.

39 Supradicta verò citatio poterit fieri, iuxta solitum stylum Curiæ, vt sequitur; videlicet.

Citationis formula iuxta præfata.

Ponatur Titulus Officialis, &c. N. N. &c.

Per vnum ex seruientibus nostris, vel quemcumque Curiarum, &c. Ad omnem instantiam, & requisitionem N. de N. Actoris, fiat, &c. citetur moneatur, & requiratur N. de N. qualenus Dominus litteras missiuas in causa inter ipsos ... occasione, de qua in Actis, vertente, decreuit, ideo citetur, vt intra dies tres post præsentium exequutionem concordet de Iudice non suspecto, ac latore ipsarum; nec non ad videndum se moneri, vt examini intersit, ac præfigi terminum examinis, & aliàs vt in Actis, &c. Quoniam, &c. Datum, &c.

Vel

Vel alio modo.

Demandato Domini N. &c. in causa, etc. et ad instantiam N. etc. Tenore praesentium moneatur, et citetur N. N. etc. ad concordandum de Iudice, infrà tres dies, dandum listam confidentium, et diffidentium, quatenus illam dare voluerit, alias ad videndum per Dominum deputari Iudicem ex officio. Nec non ad videndum praefigi terminum ad examen inchoandum, et perficiendum, et alias prout in Actis, etc. quoniam, etc. Datum, etc.

40 Quia citatione exequuta, si partes adimpleuerint omnia in citatione contenta & concordauerint, expediuntur litterę, & diriguntur Iudici concordato. *Si* verò non comparuerint, neque aliquem actum, aut protestationem fecerint, interponitur sequens, vel simile decretum, videl.

Deputationis Iudicis, ac latoris litterarum decretum.

Qui Dominus, etc. stante contumacia non comparentis ad concordandum de Iudice, et latore, nominauit, et deputauit ex officio in Iudicem dicti examinis Dominum N. & in latorem litterarum N. terminumque statuit ad inchoandum, et perficiendum examen triginta dierum, (vel 40. aut 50. secundum loci distantiam) *à die praesentationis litterarum, et ad dictas litteras praesentandum dierum tot.... et dierum quindecim ad testes reprobandos seù repulsandos; Partemque citari iussit pro certa die ad videndum litteras claudi, et ad dandum interrogatoria, si vult, claudenda in eisdem litteris, vna cum articulis ex aduerso productis; Alias ad videndum dictas litteras claudi, et tradi latori, sine illis, et videndum eidem iuramentum deferri de illi fideliter asportandis, et alia fieri, et dici necessaria, et opportuna, omni modo, etc.*

41 Si verò dederit Interrogatoria, & sint aliqua ex ipsis auferenda, & resecanda, fit infrascriptum, vel simile decretum, videlicet.

Resecatio Interrogatorium.

Qui, etc. Visa instantia sibi facta per N. de resecandis Interrogatorijs pro parte N. productis in causa inter eos vertente, occasione, de qua in Actis, etc. ac ipsis Interrogatorijs visis, etc. consideratis, et aliquibus ex ipsis impertinentibus iudicatis fore, esse resecanda duxit, primum, quod incipit: sic.... tertium quod incipit...., qua impertinentia iudicauit; alia verò mandauit in ipsis litteris missiuis, seù remissorialibus claudi, N. latori consignari, praestito prius per ipsum iuramento de illis fideliter asportandis, omni modo, etc.

42 Quibus absolutis expediuntur litterae missiuae, seù remissoriales praedictae infrascripto, vel simili modo, videl.

Tenor litterarum Remissorialium quibus vtitur Tribunal A. C.

Illustri et Admodum Excellenti D. N. de N. Gubernatori N. Paulutius Palutius Prothonotar. Apost. Vtriusque Signat. SS. D. N. Papae Referendarius, ac non Curiae Causarium Camerae Apostolicae Gener. Auditor, etc.

Intus verò.

Illustr. & Adm. Excell. D. &c.

Coram nobis inter N. de N. ex vna, et N. N. *ex altera partibus, de, et super nonnullis praetensionibus, controuersia vertitur, in causa pro parte dicti* N. *de* N. *dati fuerunt Articuli ad effectum examinandi testes istic in partibus degentes. Proinde te in Iudicem ad infrascripta per agenda, cum facultatibus opportunis eligimus, et pro loco* N. *pro loco verò loci tuum de miculum deputauimus. Hac tibi significamus, vt* Notarium *tibi bene visum, non tamen partibus suspectum eligas, et deputes, et citatio d.* N. *de* N. *seù eius legitimo Procuratore, quatenus istic maneat, sin minus per affixionem ad valuas maioris Ecclesiae loci praedicti ad videndum committi Notario examen, et receptionem iuramentorum Testium in forma, et ad alia quomodolibet, necessaria, et opportuna, Testium iuramenta recipias, et recipi facias, eosdemque testes coram Te pro parte N. de N. producendos primo iuxta Interrogatoria ex parte dicti N. de N. deinde super Articulis, quorum copias mittimus inclusas, rite examines, seu examinari facias, postquam testes, saltem peride vnius dici quo examinandi sunt, de veritate dicenda iurauerint: ad qua peragenda terminus vnius mensis, à die, qua hae littera nostra tibi redditae fuerint, denumerandum, ad probandum, & quindecim dierum ad reprobandum assignauimus, & assignamus Hisque peractis dicta testium huiusmodi cum toto processu nemini Partium patefacta, aut ostensa, tuo obsignata sigillo clausa, quam primum ad nos preferenda cures, praemissaque & omnia alia necessaria, & opportuna facias. Has Nobis in praesenti occurrunt, si tibi similia, vel maiora, rescribas. Vale. Datum Romae in aedibus nostris hac die.... &c.*

Dominationis Vestrae Illustris, & Admod.
Excellentis ad seruitia paratus.

N. N. Locumtenens.   *N. N. Notarius.*

Vel alio modo, secundum stylum alterius Tribunalis, videlicet.

Reuerendissime Domine.

Deputauimus Te Iudicem examinis istic faciendi in causa coram Nobis vertente inter N. & N. occasione, & c.... Quocirca Tibi per praesentes committimus, quatenus citatis citandis, ac monitis monendis, medio iuramento cogas & compellas respondere singulariter singulis positionibus pro parte dicti N. porrectis & si Reus fuerit contumax in respondendo, pro confessatis, vel negatis pronuncies ad commodum ponentis. Postmodum si ad examen Testium deueniri contingat, omnes, & singulos testes pro parte dicti N. inducendos dicto N. aduersario, siue eius legitimo Procuratore citato, vt moris est, super interrogatorijs, quorum copia transmittitur, examines, & diligenter interroges (cum facultate adhibendi Interpres pro vtraque parte, vbi adhibentur) Testesque praefatos infra mensem per Te, vel per Aliquem tibi fidum examinari omninò facias: & si altera pars eosdem testes reprobare voluerit, infra alios quindecim dies proximos diligenter examines, aut examinari facias per aliquem, vt supra. Huiusmodique examen in publicam formam redactum, tuo sigillo obsignatum, ad Nos quanto citius transmittas, vt ad expeditionem causae huiusmodi procedere valeamus. Vale. Datum, &c. in aedibus nostrae residentiae hac die, &c.

Reuerendissimae Dominationis Vestrae
Paratissimus, vti Frater.

N. N. &c.   *N. Notar.*

Vel alio modo, vt sequitur, videlicet.

Excellentissime Domine.

Vertitur coram Nobis inter N. ex vna, & N. *de ista Ciuitate Reum conuentum, & se defendendum parte ex altera lis, & quaestio indecisa, causa, & occasione contentorum in Actis, & processu desuper formatis manu* N. *nostrae Curiae Notarij. Cum itaque velit modo idem* N. *ad probationem suorum iurium inducere, & deponi facere nonnullos testes, qui istinc degunt & morantur satis de suis iuribus informatos. Propterea fuimus pro parte dicti* N. *debita cum instantia requisiti, quatenus sibi litteras remissorias in partibus committere, & decernere deberemus pro testibus examinandis.* Nos *verò attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, & cum iusta petenti non sit denegandus assensus: Idcirco Dominationem Vestram hortamur, vt dicto* N. *notificari faciat, quatenus in causa vtrique parti fuit assignata competens dilatio ad probandum incumbentia in dicta causa, cum monitione partis, iuxta formam decreti noniter editi per Reuerendissimum*

mum Dominum N. Gubernatorem loci N. vt teſtes pro parte dicti N. inducendos, & iuramenta, & dicta recipere velit ſuper articulos, & partis aduerſæ interrogatorijs illic dandis, cum facultate cogendi dictum N. ad reſpondendum articulis, & ad dandum interrogatoria, quæ capitula cum reſponſionibus ſuper eiſdem articulis factis, & cum interrogatorijs, & dictis, atteſtationibus teſtium inductorum, & examinandorum pro parte dicti N in publicam formam, & ſub fide ſolit. ſigilli Dominationis Veſtræ litteris interclusis ad nos quantocitius fieri poterit, tranſmittere velit, & bene valeat, datum ... &c. dies &c.

Dominat. Veſtræ Excelentiſſ. *Vti Frater.*

N. Auditor, &c.

Vel alio modo infraſcripto, videlicet.

Admod. Illuſtr. & Reuerendiſſ. D.

Noueritis, quod lite, & cauſa coram Nobis inter N. Actorem ex vna, & N. de, & ſuper immiſſionem in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum quondam N vigore fideicommiſſi, rebuſque alijs, partibus ex altera, Procurator dicti N. pro iuſtificatione ſuorum iurium nonnullos articulos facti exhibuit, quos citato Procuratore dicti N. ad probandum admiſimus; Voſque in Iudicem pro recipiendis reſponſionibus ſuper interclusis articulis; & poſitionibus, ac liſta bonorum, de qua in dictis interclusis articulis in partibus coram vobis danda, & eoſdem cogendum ad reſpondendum illis medio iuramento per verbum credit, vel non credit, ſub pœnis confeſſatorum, & quatenus negata fuerint, teſtes quoque examinandos, & locum N. & locum loci Palatium veſtræ ſolitæ reſidentiæ deputamus, cum præfixione vnius menſis ad probandum, incipien. à die præſentationis litterarum, & quindecim dierum ad reprobandum, ac proceſſum per affixionem ad valuas maioris Eccleſiæ dictæ Ciuitatis, ſi dictus N. aut eius legitimus Procurator reperibilis non fuerit decreuimus. Quo circa Vobis committimus quatenus Viſis præſentibus, omnes, & ſingulos teſtes coram vobis inducendos pro parte dicti N. recipiatis, illoſque prævijs eorum iuramentis, primò iuxta interrogatoria, ſi quæ pro parte dicti N. dabuntur, alioquin abſque eis, ſuper interclusis articulis diligenter examinatis, & examinari curetis, eorum dicta, & depoſitiones in ſcriptis fideliter redacta per aliquem fidedignum Notarium clauſa, & acclusa, & veſtro ſolito ſigillo ſigillata, nemini que partium pandita, ad Nos quantò citius tranſmittatis, ac tranſmitti curetis, vt ad cauſa huiuſmodi expeditionem partibus hinc inde iuſtitiam miniſtrando, procedere valeamus. Noſque pro vobis ad ſimilia, & valde maiora offerentes. Valete. Datum N. ex ædibus noſtris hac die, &c.

Seru. N. Locumtenens, &c. *N. Notar.*

à tergo. *Admod. Illuſtr. & Reuerendiſſ. D. N. &c.*

Quod ſi teſtes recipiendi fuerint in aliquo loco eiuſdem iuriſdictionis, poterunt ſcribi litteræ alicui officiali ſibi ſubdito tali, vel ſimili modo, vulgariter.

Magnifico noſtro Cariſſimo, Vel *Molto Reuerendo come fratello. Non mancharete alla riceuuta di queſta eſſaminare ſopra gli accluſi articoli tutti quelli teſtimonij che vi ſaranno indotti per parte di N. nella cauſa che hà auanti di noi con N. interrogandoli però prima ſoprà gl' interrogatorij prodotti per parte di N. che qui accluſi vi ſi mandano. E compito che ſarà l'eſame, lo mandarete quà incluſo in vna delle noſtre in autentica forma, chiuſo, e ſigillato, ò lò portarete voi medeſima di propria perſona, è tanto ſeguirete. Dio vi guardi. Da N. &c. à di, &c.*

Al noſtro piacere N. N. &c.

Vel alio modo.

Ponitur Titulus, &c.

Dilecto Nobis in Chriſto R. Vicario Foraneo Terræ N. ſalutem; &c. ſignificamus tibi qualiter in cauſa in hac Epiſcopali Curia N. in prima inſtantia vertente inter N. Actorem ex vna, & N. Reum conuentum ex altera, ſuper petitionem, &c. vt in actis, ſeruatis ſeruandis fuit vtrique parti datus terminus ad probandum incumbentia; & pro parti dicti N. Actoris fuit facta nominatio teſtium in dicta Terra N. quorum audien-tium Tibi, vti partibus non ſuſpecto, duximus committendam; prout per præſentes de tuis probitate, ſufficientia, legalitate, & experientia confiſi plenariè committimus, mandantes tibi, vt omnes, & ſingulos teſtes pro parte dicti N. producendos recipias, & medio iuramento examines, recipique, & examinari facias per fidum Notarium à te eligendum partibus non ſuſpectum ſuper Articulis præſentatis per dictum N. & interrogatorijs partis aduerſæ, quatenus præſentabuntur; illoſque de cauſa ſcientiæ, loci & tempore, ac de omnibus de alijs clauſulis, & circumſtantijs neceſſarijs, & opportunis interroges. Quorum depoſitiones in ſcriptis redactas, clauſas vt decet, ad nos, noſtramque Curiam tranſmittas - Dantes, &c. mandantes, &c. Quoniam, &c. aliàs, &c. datum in Palatio Epiſcopali N. *de* N. *menſis N. Anni N.*

N. Vicarius Generalis, &c.

N. *Actuarius, &c.*

43 Si verò concedantur litteræ extra iuriſdictionem, quæ appellantur *Hortatoria* ſiue *Rogatoria*; poſſunt ſimiliter ſcribi vulgari lingua, tali, vel ſimili forma, videlicet.

Hortatoriarum forma.

Molto Illuſtr. e Reuerendiſſ. Sig.

Verte lite in queſto Tribunale tra N. di queſta Città da vna banda, & N. dall'altra, è douendoſi per parte di detto N. *eſaminare alcuni teſtimonij per venire alla cognitione di detta cauſa, piacerà à V. S. far eſaminare ſopra gl' accluſi articoli tutti quelli teſtimonij, che le ſaranno indotti per parte di detto N. interrogandoli però prima ſopra gl'interrogatorij prodotti per parte di detto N. che qui accluſi ſe le mandano, e compito, che ſarà l'eſame, ſi compiacerà rimandarlo quà incluſo in vna delle ſue in forma probante, chiuſo, e ſigillato. E per fine me l'offero prontiſſimo à ſeruirla in coſe ſimile, & anche maggiori, Dat. &c.*

44 Expeditis ſupradictis litteris altero ex notatis modis, ſolet iudex interloqui ſuper conſignatione ipſarum infraſcripta, vel ſimili forma, videlicet.

Decretum Conſignationis Litterarum.

Qui Dominus, &c. litteras remiſſoriales obtentas pro parte N. clauſas N. latori conſignauit, præſtito prius per eum iuramento manu tactis, &c. de illis fideliter aſportandis, & conſignandis dicto Domino N. Iudici per ipſum ad examen, vt in eis deputato, deque aſportanda fide conſignationis, omni modo, &c.

45 Tranſmiſſis litteris Iudici remiſſoriali, vt ſupra, licet regulariter durante termino conceſſo pro receptione teſtium, officium Iudicis conquieſcere ſoleat, termino, ſi fuit actum via exequutiua, & Remiſſoria fuit conceſſa cum clauſula: *ſine præiudicio iudicij executiui, vel mandati executiui, &c.* ne interim procedatur ad aliquem actum præiudicialem, opus eſt ex aduerſa partem ad videndum mandari ſuperſederi in expeditione, & ſibi inhiberi ne audeat quidquam attentare, ſub pœnis arbitrio Domini, &c. citatione verò executa ſit infraſcriptum, vel ſimile Decretum, videlicet.

Decretum, vt ſuperſedeatur in cauſa.

Qui Dominus, &c. viſa petitione N. *mandauit ſuperſederi in cauſa inter ipſum N. & N. in Curia vertente per dies 45. in quibus eſt perficiendum examen quorumdam teſtium, prout latius in actis, &c. ſub pœna Attentatorum, et alijs arbitrio, etc. omni modo, etc.*

Sed ſi fuit conceſſa remiſſoria ſimpliciter, ſine prædicta clauſula, non eſt opus ſupradicta ſupraſeſſoria, cum durante dilatione Iudicis officium conquieſcat.

46 Si verò intra menſem præfixum in litteris miſſiuis, ſeù remiſſorialibus, ob aliquod impedimentum Iudicis, poſt ipſarum præſentationem, non potuerit perfici examen, tunc exhibita fide in forma Authentica, in qua probatur impedimentum, vel alio modo probato, quod examē fuit cœptum per Iudicem Remiſſorialem, ſed nō potuit compleri, debet peti prorogatio termini antea conceſſi, citata tamen parte aduerſa ad viden-

videndum illum prorogari arbitrio Domini, &c. Qui tenetur dare alium terminum; non tamen maiorem primo, & tunc citatione executa fit sequens vel simile decretum, videl,

Decretum Prorogationis termini, &c.

Qui, etc. visis. etc. cum N. de N. non potuerit testes examinandos in partibus intra mensem praefixum in litteris remissorialibus examinare ob legitimum impedimentum Domini Iudicis Remissorialis; & viso quod per ipsum non stetit quominus examen intra terminum praedictum compleretur, mandauit eundem terminum prorogari ad alios dies viginti, & interim supersederi in causa per alios supradictos dies 20. omni modo, &c.

Quod prorogationis decretum intimatur parti ex aduerso, & facta relatione, transmittitur Iudici remissoriali ad partes, qui illicò perficit examen modo, & forma, vt infra, videl.

FORMA

PROCESSVS

In executionem dictarum Litterarum, siuè missiuæ, siuè Remissoriales fuerint.

PRæsentatis litteris missiuis, seù remissorialibus per partem, quæ illas obtinuit, Iudici remissoriali in partibus existenti, coram Notario, & testibus, petere debet, vt illas recipiat, & admittat, necnon instare, vt contra aduersarium citationem decernat ad dicendum contra, & in earum exequutionem ad videndum dictas litteras aperiri, & mandari procedi, ac deputari notarium, & nuncium, locum, diem, & horam audientiæ, ac deferri iuramentum dictis notario & nuncio de fideliter exercendo eorum officio.

Vnde receptis litteris fit citatio sub tali, vel simili forma, videlicet.

Citatio Iudicis remissorialis.

Coram Domino N. Illustriss. & Reuerendiss. Domini N. Iudicè Commissario citetur N. pars aduersa ad dicendum contra litteras missiuas praedicti Illustris. Domini N. sine, &c. loco remissorialium ad partes emanatas; & d. D. N. directas, videndum illas aperiri, recipi, & admitti, & iuxta illarum formam mandari procedi. Necnon pro exequutione earundem videndum deputari Notarium, & nuncium, locum, diem & horam audientia, ac dictis notario, & nuncio deferri iuramenta de fideliter exercendo eorum officio ad primam diem iuridicam, instante N. sine, &c.

N. Vicarius &c.

Executa citatione per ordinarium nuncium, seù baiulum Curiæ, fit relatio more solito, scilicet.

Relationis forma.

Die.... mens.... Ann.... N. publicus, & ordinarius nuncius seù baiulus Curiae retulit mihi infrascripto notario cum iuramento se intimasse, & notificasse supradicta omnia N. de N. modo, & forma prout habuit in commissis, &c. & in fidem, &c.

N. Not. &c.

Postea comparere solet, vel principalis, vel eius legitimus procurator in termino dictæ citationis, & reproducit citationem, vna cum litteris missiuis, & petit fieri, & exequi, prout in ea, sed si sit procurator debet prius docere de eius maudato, & Iudex interloquatur infrascripto, vel simili modo, videl.

Receptionis, & aperitionis litterarum decretum.

Et tunc D. N. in causa, & causis praedictis Iudex, & Commissarius delegatus litteras praedictas reuerenter recipit, aperuit, perlegit, et admisit, et iuxta illarum formam, continentiam, et tenorem procedi mandauit, et pro earum exequutione deputauit in Notarium N. de N. et in Nuncium N. de N. eisque solitum fidelitatis iuramentum mandauit, prout ibidem praesentes dictus N. Notarius, et dictus N. nuncius medio eorum iuramento tactis scripturis ad delationem dicti Illustriss. seù Reuerendiss. Domini Iudicis iurauerunt, et vnusquisque eorum iurauit dictum eorum officium, omni, quo decet, fidelitate exercere, prout à dicto Domino Iudice iniunctum fuit; in locum vero iudicij deputauit Palatium suae solitae residentiae, dies; autem et horas, omnes dies iuridicos, de mane ab hora.... vsque ad horam....et de sero ab hora... N. vsque ad... vt ita, etc. omni modo, etc. Actum die, etc. praesentibus N. N. et N.

N. Notarius rogatus de mandato.

Deinde expeditur citatio modo, quo supra intimando parti ex aduerso principali, qualiter Dominus mandauit procedi ad exequutionem litterarum, & deputauit notarium, & nuncium, locum, dies, & horas & aliàs, prout in actis &c.

Vbi erit aduertendum, quod Iudex Remissorialis in modo procedendi seruare debet quantum fieri potest iurisdictionẽ & stylum Curię Iudicis delegantis, ita vt si sit delegatus à Rota, citationes sunt regulariter faciendæ personaliter, seù per diligentias de reperiendo personam domi solitæ habitationis, seruando terminos ad instar Rotæ in die Lunæ. Mercurij, & Veneris; si verò sit delegatus ab Auditore Cameræ seruantur termini singulis diebus, & horas, præterquam die Iouis, & in aliis feriatis in honorem Dei, in quibus non redditur ius in tribunali A. C. Et si sit delegatus ab alio iudice æquali, potest seruari stylus propriç Curiç. Quod si in loco reperiri non possit nec principalis, nec procurator, peti debet, vt Iudex committat citari per affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ loci, factis prius debitis diligentiis ad illos reperiendos, iuxta formam in litteris præscriptam. Quibus peractis, fit citatio, vt infra, videlicet.

Citatio ad dicendum contra, &c.

Coram N. Iudice Commissario, etc. citetur N. ex aduerso principalis, seù eius Procurator, ad dicendum contra Articulos in litteris Illustriss. Domini N. inserclusos. Necnon committi notario causa examen, ac receptionem iuramentorum testium; et postquam commissum fuerit, videndum illos intrare in eorum, vel notarij domibus, vel vbi reperti fuerint ad primum diem, et alios sequentes durante termino in litteris assignato, dandumque interrogatoria (et conducendum interpretem quatenus, etc.) alias ad videndum mandari examinari sine ad primam diem. Instante N. principali, sine, etc.

N. Notarius deputatus, etc.

Exequuta prędicta citatione pars petit exequi ea contenta, & si altera pars petat copiam articulorum, Iudex illam decernat more solito, scilicet.

Concessionis copiæ articulorum decretum.

Qui dominus, etc. mandauit recipi testes, eorumque iuramenta per N. Notarium in forma, etc. illosque examinari prius super interrogatorijs, deinde super articulis, quorum copiam petitam decreuit, omni modo, etc.

Quod si testes examinati non fuerint in litteris missiuis, seù remissorialibus, neque in calce articulorum, vt fieri solet, poterit pars illos nominare in reproductione citationis tali, vel simili modo, videlicet.

Nominatio Testium.

Coram Domino N. etc. comparet N. et reproducit citationem, ac nominauit in testes N. N. et N. et petit illorum examen, et iuramenta in forma committi, etc. vt supra, nisi ad primam diem, etc. omni, etc.

Aliàs si non fuerint nomina, & cognomina testium specificata, poterit altera pars, siue eius procurator protestationem facere, quod non recipiantur, nec examinẽtur, nisi specificatis nominibus, &c. patria, exercitio, &c. medio iuramento tactis, &c. aliàs, &c.

Sed

Sed de facta specificatione, vt supra, fit intimatio, vt sequitur, videl.

Intimationis forma.

Coram N. Iudice commissario, &c. intimetur N. ex aduerso principali, qualiter nomina, & cognomina testium, & alia petita fuerunt in actis specificata, & Dominus mandauit examinari testes, & aliàs prout in actis, &c. instante N. *principali, siue, &c.*

N. *Notarius Deputatus, &c.*

Exequuta, & reproducta dicta intimatione factaque nuncij relatione, instare debet pars; vt Iudex decernat monitorium, seù citationem, quatenus testes sub pœnis ipsi bene visis debeant se examini subijcere; & veritatem deponere, iuxta formã, &c. sub sequenti, vel simili verborum forma, videl.

Citatio Testium.

De mandato Illustriss. seù Reuerendiss. seù, &c. Domini N. in causa, & causis infrascriptis Illustriss. Domini A. C. siuè Sac. Rotæ, siue N. &c. Iudicis commissarij, & ad instantiam N. principalis tenore præsentium.

Moneantur omnes, & singuli infrascripti Testes inducti, quatenus infra triduum proximum sub ducentorum ducatorum auri de Camera, & pro illis mandatis exequtiui, & in iuris subsidium excommunicationis, alijsque pœnis debeant, & quilibet ipsorum debeat iuramentum de veritate dicenda in causa remissoriali coram D. N. vertente inter dictum instantem ex vna, & N. ex altera partibus, tam super articulis, quam tota causa præstitisse, & successiuè sese examini subiecisse, & veritatem deposuisse, præsentibusque omninò paruisse. Alioquin, &c. Quoniam, &c.

N. N. & N. testes.

N. Not. Deput. &c.

Citatis prædictis testibus per nuncium causæ deputatum, & facta relatione, more solito, illos scilicet personaliter monuisse, copiamque citationis reliquisse, & cætera exequutum fuisse modo, & forma sibi commissis, &c. Pars ipsa principalis, siuè eius Procurator faciat quamprimium testes iurare, saltem per diem ante examen, in die iuridica in manibus Notarij Deputati, infra terminum, aliàs nõ probarent, vt censuit Rot. *decis. 74. num. 1. par. 4. diuers.* & Nos diximus suprà *hac ead. sect. 2. subsect. 3. num. 9. in med.*

Præstantur autem iuramenta per prædictos Testes separatim, tali modo, videl.

Iuramenti forma.

Die ... mens. ... Ann. ... N. de N. Testis inductus, &c. monitus medio iuramento tactis, etc. iurauit de veritate dicenda, tam super articulis, quam tota causa. Super quibus, etc. omni, etc.

N. Notarius, etc.

Præstitis autem Iuramentis prædictis testibus, fieri debet parti aduersæ intimatio, sub tali, vel simili forma, vt sequitur, videlicet.

Intimationis forma.

Coram D. N. Commissario, &c.

Intimetur N. ex aduerso principali, siuè, etc. qualiter testes examinabuntur die crastina, cum alijs sequentibus, durante termino probatorio, de mane hora tali. ... de sero hora tali.. Ideo citetur idem ad dandum interrogatoria (et conducendum Interpretem quatenus, etc.) Aliàs examinabuntur siue, iuxta decretum Domini, etc. Instante N. principale, siuè, etc.

N. Notarius, etc.

Facta dicta intimatione, & relatione nuncij comparere debet Pars aduersa, siuè eius Procurator in diebus, & horis intimatis, & faciat testes examinari, siuè altera pars dederit interrogatoria, (& conduxerit Interpretem, vbi de stylo fuerit inducendus,) siuè non, in eius contumacia, & tunc per Notariũ poterit examen inchoari, & extendi infrascripto, vel simili modo, videlicet.

Examinis testium forma.

In Dei nomine. Amen.

Die ... mens. ... Ann. ... Pontificatus verò SS. in Christo Patris, et Domini N. Diuina Prouidentia Papa N. anno eius N. etc. Examinatus fuit in Palatio solitæ Residentiæ infrascripti Domini Iudicis N. de N. per me demandato Domini N. (si fuerint nominati Interpretes dicatur: *Cum assistentia* N. *Interpretis pro parte* N. *electi. &c.* Et si examinentur per eumdemmet Iudicem Commissarium, dicatur: *examinatus fuit per eumdem D.* N. *Iudicem Remissorialem à Sac. Rota, seù ab A. C. seù ab, etc. Deputatum, ac per me* N. *præsentis causæ* Notarium *Deputatum* N. *de* N. *ætatis suæ annorum tot .... Testis inductus, monitus, et iuratus, cui reiterato iuramento veritatis dicendæ, prout tactis, etc. iurauit, etc. deposuit, prout infra, videlicet, et primo iuxta Interrogatoria pro parte dicti* N. *producta.*

Iuxta primum respondit, &c. & scribantur formalia verba quæ dicit; & ita fit cum omnibus alijs testibus singillatim examinandis, tam super interrogatoriis, quam super Articulis. Et sic euacuatis prius omnibus Interrogatoriis, tunc demum dicitur.

Deinde fuit deuentum ad examen super Articulis in litteris missiuis, seù remissorialibus contentis, & Primò.

Super Primò dixit: Signore la verità è, che, etc. & scribatur totum, quod dicit; & sic fit de singulis testibus, faciendo semper reddere causam scientiæ, & completur examen modo, quo supra diximus *in praced. subsect.*

Quo completo, extratisque, & exemplatis depositionibus testium, & iuribus ad causam facientibus, moneri debet Pars aduersa, infrascripta, vel simili forma intimationis, videlicet.

Intimationis forma.

Intimetur N. *de* N. *qualiter examina Testium fuerunt completa, ac etiam fuerunt extracta, & exemplata ad causam facientia. Ideo citetur idem ad illos reprobandum, quatenus reprobare voluerit, & ad prædicta faciendum præfigi terminum, ad tenorem litterarum; instante* N. *siuè, &c.*

Est tamen aduertendum hic, quod non licet Aduersario examinare testes reprobatorios, nisi super reprobatione, seù repulsa testium examinatorum; Vnde non potest tangere negotium principale. Elapso autem termino præfixo, fieri poterit infrascripta, vel similis citatio, videl.

Citatio pro trasmissione Actorum.

Citetur N. *siuè, &c. ad videndum transumi processum remissorialem, & in publicam, ac authenticam formam redigi, & transumptum cum originali collationari mandari, & pro certis die, & hora faciendum deputari alium* Notarium, *qui cum* Notario *causæ prædicto dictam collationem, & auscultationem faciat, interessendumque dictæ collationi, quatenus, &c. Alias videndum collationari, etiam ipso non interueniente, & collationatam claudi, & sigillari, fidoque portatori consignari, & ad Iudicem suum remitti, ad primam diem, instante* N. *siuè, &c.*

N. *Notarius, &c.*

Exequuta prædicta citatione, & facta relatione nuncii, comparet Pars principalis, & petit supradicta omnia in citatione contenta fieri & exequi, prout in ea, & sic fit Decretum, videlicet.

Collationis Actorum decretum.

Et tunc Dominus N. *Iudex, &c. mandauit processum transumptum, & transumptum cum originali collationari pro die .... & hora .... & pro dicta collatione facienda* N. *Notarium deputauit; & collationatum, ac concordatum claudi, & publico Tabellario consignari, sigillo Dominationis suæ obsignari, & Illustriss. Domino Iudici suo remitti mandauit, & ita, &c. omni modo, &c.*

Sunt tamen hic notanda duo: Quorum Primum est, quod si Iudex remissorialis noluerit procedere per viam citationis in scriptis, vt supra, iuxta stylum Romanę Curię, poterit quidem, iuxta stylum propriæ Curiæ de paribus, dummodo supradicta omnia adimpleantur per æquipollentia, itaut pars aduersa ex iisdem actis citata semper appareat: Secundum est, quod quando fit aliquod decretum præsente parte, Notarius in eo dicat fuisse factum præsentibus partibus, vel parte exaduerso præsente, & tunc non est necessaria illius decreti intimatio, dummodo sit talis attestatio Notarij.

48 Expletis omnibus, Notarius, cum processum ad iudicem transmittere debet, potest scribere, infrascripto modo, videlicet.

Attestatio Notarij acta transmittentis.

In Dei nomine. Amen.

Noueritis Vniuersi, & singulis præsentes inspecturi, qualiter infrascriptum est examen quorumdam testium pro parte, & ad instantiam N. in causa, quam habet in Vrbe, siue, &c. cum N. per me Notarium publicum infrascriptum specialiter deputatum vigore litterarum remissorialium Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini A. C. siuè N. examinatorem demandato Domini N. in huiusmodi causa Iudicis deputati, cuius quidem examinis tenor, vna cum omnibus Actis, & actitatis talis est, vt infra, videlicet (hic inseritur principium examinis, & omnium actorum, vt supra, deinde concludat in fine) *Et ego N. publicus Apostolicus Notarius, &c. quia prædictis interfui, de eis rogatus fuiti, eaque omnia ex proprio originali processu, prout ibidem iacet de verbo ad verbum extraxi, & exemplaui, & cum eodem originali facta collatione concordare inueni, salua semper, &c. Ideo in præmissorum fidem hic me subscripsi, publicaui, & meo solito sigillo signaui requisitus. In Ciuitate N. die .... mensis ... ann. ... sub Pontificatu SS. D. N. anno eius .... locus † sigilli. Ego N. Apost. Not. &c.*

49 Quo facto Iudex faciat legalitatem tali, vel simili modo, videlicet,

Legalitas Iudicis.

N. de N. Iudex siue, &c. ponendo Titulos, &c.

Vniuersis, & singulis, ad quos præsentes peruenerint, fidem facimus, & verbo veritatis publicè attestamur, supradictum N. de N. Notarium esse talem, qualem se facit publicum legalem, authenticum, & fide dignum Notarium, scripturisque suis tam publicis, quam priuatis in iudicio, & extra in dubiam semper fidem adhibitam fuisse, & de præsenti adhiberi, &c. in quorum fidem, &c. Datum, &c. N. N. Iudex, &c. siue &c. locus † sigilli.

His absolutis Iudex processum claudit, & suo sigillo munitum suo Iudici per fidum portatorem remmittit, cum suis litteris, iuxta formam in litteris missiuis, seù remissorialibus sibi præscriptam, quæ quidem possunt scribi sub infrascripto, vel simili, videlicet,

Litterarum forma.

Illustris. & Reuerendiss. D. siuè, &c.

Teste pro parte N. inductes, iuxta litterarum Dominationis Vestræ Illustriss. formam, ac tenorem, diligenter examinaui, vna cum testibus pro parte N. de N. ad reprobandum, seù repulsam productis, quorum dicta nemini partium manifestaui, neque pandidi, eosque sic clausos, & signatos, vt in litteris Dominationis Vestræ mihi iniunctum fuit, transmitto. Cæterùm si in alio me habilem posse deseruire amplitudo Dominationis Vestræ Illustriss. dignoscet, liberè iubere non pareat, rogo. Interim paratus ad omnia existens, Dominationem Vestram humillimè reueror. Datum, &c.

Vel alio modo, vt infra, videl.

Iniunxit mihi Dominatio Vestra Illustriss. & Reuerendiss. diebus præteritis receptionem quorumdam testium inducendorum pro parte N. in causa, quam habet, cum N. propter quod gratias infinitas ei agendo de tali commissione, Remitto Dominationi Vestræ Illustriss. copiam attestationum testium examinatorum pro parte dicti N. clausam, & sigillatam, vt præcepit. Rogo igitur Amplitudinem Vestram, vt si in alio opera mea vti voluerit, dignetur liberè significare, cum me semper inueniet paratissimum inseruiendi Dominationem Vestræ Illustriss. cuius manus iterum reuerenter exosculor. Datum, &c.

Vel vulgari sermone, vt sequitur, videlicet.

Illustriss. & Reuerendiss. Sig. mio Padrone Collendiss.

Rimando à V. S. Illustriss. quì inclusa, e sigillata la copia del processo, e depositioni de' testimonij esaminati in questo Tribunale sopra gli Articoli mandatimi dentro la carissima, e fauoritissima sua, che sono stati indotti per parte del Tale N. nella causa che hà con N. & insieme di tutti gl'altri atti fatti, senza d'essere stati veduti da nessuna delle Parti interessate. Rendendo però à V. S. Illustriss. gratie infinite dell'honore fattomi, la prego à non tralasciare in auuenire di commandarmi con ogni libertà in altre occasioni, doue conosca, che sia buono a poterla seruire, e per fine faccio à V. S. Illustriss. humilissima riuerenza. Da N. à di ...

Di V. S. Illustrissima.

Humiliss. & obligatiss. seruit.

N. N. &c.

50 Quibus sigillatis cum incluso processu mandat omnia simul consignari destinato Portatori, vt supra. Postquam autem huiusmodi Processus Remissorialis ad manus Iudicis delegantis peruenerit, statim citari faciat partem aduersam ad videndum illum apperiri, infrascripta, vel simili forma, videlicet,

Apertionis processus citatio.

Coram N. & N. Iud. &c. siuè Demandato, &c.

Citetur N. exaduerso principalis ad videndum aperiri processum de partibus in Actis exibitum; & dicendum contra illum, & iata producta, necnon videndum admitti, & mandari procedi ad vlteriora ad primam diem iuridicam instante N. principali siue, &c. N. Notar. &c.

Monita parte, & facta per nuncium relatione, faciat decretum, vt sequitur, vel alio modo simili, videl.

Aperturæ processus decretum.

Qui Dominus, &c. Visa, &c. mandauit processum de partibus in Actis productum pro parte N. de N. admitti, & aperiri, et successiuè formatis seruandis ad vlteriora in ipsa causa procedi, & ita, &c. omni modo, &c.

Et hæc pauca satis pronunc in præsenti materia super modo procedendi in causis remissorialibus, quæ quidem deseruire possunt omnibus Iudicibus, mutatis tamen mutandis, secundum negotiorum contingentiam & iuxta propriæ cuiusque Curiæ stylum, & morem regionis. Et tali etiam, vel simili modo, demptis, vel additis, aut mutatis quibusdam, procedi potest in causis, & processibus compulsorialibus, quando casus occurret. Nunc autem reuertamur ad priorem ordinem iudiciarium paulo ante relictum, occasione processus remissorialis.

SVBSECTIO OTTAVA.

De publicatione Testium.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio in causa est de substantialibus Processus.*
2 *Publicatio est de iure Canonico, & Ciuili.*
3 *Est etiam de iure Regni per pragmaticas, constitutiones, & Ritus eiusdem.*

4 Publi-

4 *Publicationis definitio.*
5 *Publicatio duplex est.*
6 *Per petitionem publicationis præsumuntur dedicita testificata.*
7 *Publicatio facta inuita parte ei non nocet.*
8 *Dedicita testificata, & publicata attestationes differunt.*
9 *Publicatio insinuatiua, quæ?*
10 *Testes super diuersis articulis, vel ad alium finem examinantur, etiam post dedicita testificata.*
11 *Similiter, si articulentur diuerso modo à primis.*
12 *Item, si ex noua qualitate non essent ijdem articuli.*
13 *Item, si testes sint nouiter repert.*
14 *Item, si super noua materia examinentur.*
15 *Item, si fuerint producti, sed non examinanti.*
16 *Item, si nouum examen esset ad confirmationem veteris.*
17 *Item, si interfuit læsio in primo examine.*
18 *Item, si non fuit percunctatus processus.*
19 *Item, si fuit datum summarium tantum testium.*
20 *Item, si testes non fuissent ritè recepti.*
21 *Item, si testis per errorem non fuit examinatus super aliquo articulo.*
22 *Item, si versetur in diuersa causa.*
23 *Item, si post publicationem, non fuerunt didicita testificata.*
24 *Item, si detur restitutio in integrum.*
25 *Item, si Tertius veniat ad causam pro suo interesse.*
26 *Item, si fuit perempta instantia causa.*
27 *Item, si probatum fuit per instrumenta, & postea probatur per testes.*
28 *Item si probandum sit per euidentiam rei.*
29 *Item si articuli partis aduersæ non fuerunt plenè probati.*
30 *Item, si vna pars probauit contrarium.*
31 *Item, si testes falsum deposuerunt.*
32 *Item, si dubium non sit de subornatione.*
33 *Item, si versetur in causis criminalibus.*
34 *Publicationis finis, quis?*
35 *Publicationis effectus, qualis?*
36 *Publicatio petenda est à partibus de iure communi.*
37 *Publicatio quomodo fieri debeat?*
38 *Publicatio non est de substantia Iudicij, quamuis sit de substantialibus processus.*
39 *Publicatio non conualidat nullitatem receptionis testium.*
40 *Appellatio non datur à non concessione publicationis.*
41 *Facta publicatione datur terminus, pro copia attestationum.*
42 *Originalia nunquam dantur partibus.*
43 *Publicationis decretum.*
44 *Publicationis terminus est arbitrarius.*

1 TErtius actus principalis, qui fit in iudicio, qui est de processus substantialibus, *vt dix. in præmissis præmis. 4. nu. 42.* dicitur publicatio in causa; nam testibus productis, & examinatis in termino probatorio, Iudex partibus instantibus, vel earum altera tantum instante, decernit publicationem fieri, siuè vocatis, & præsentibus partibus, siuè altera per contumaciam absente. Quæ quidem publicatio Actorum communium seruanda est vbique de iure communi, & in practica per ipsam enim publicationem manifestantur omnia dicta, & testificata, quæ ante illam dici, & pandi non poterant. DD. communiter *in cap. cum inotuit, cap. constitutis, cap. veniens 2. cap. cum veniret, & cap. ex tenore de test. bus.*

Pro cuius intelligentia sunt notanda plura. Quorum Primum est, de quo iure sit publicatio. Secundum, quid sit. Tertium, quotuplex sit. Quartum, quare fuit introducta. Quintum, quisnam sit publicationis effectus. Sextum, num publicatio concedatur ipso iure post completum examen testium an verò petenda sit à iudice.

2 *Quoad Primum* est notandum, quod publicatio, est de iure Canonico, & Ciuili, cum diuersis modis pluries in vtroque de ea mentio fiat. De iure autem Canonico, aliquãdo demonstratur publicatio per *dedicita testificata, vt in c. cum tua, & d. cap. constitutis de testib.* Aliquando verò per alia verba, vt per illa, *publica attestationes in d. cap. veniens 2. cap. cum venisset; & cap. ex tenore eodem tit. de testib.* Aliquando per verba *aperire depositionem, vt in cap. constitutus eod. tit.* Aliquando per *Publicare testimonia, vt in cap. intimauit eod. tit.* Aliquando verò demonstratur per verba, *Publicare dicta testium, vt in c. in causis,*

& c. præsentium eod. tit. de testib. Vnde apparet per plures, & diuersas phrases insinuari publicationem.

De iure verò Ciuili habetur similiter in Codice, *in Authen. atqui semel. C. de probationib.* & in Authentico, *in §. quia verò Authent. de testib.*

3 Et tandem de iure Regni habetur de ea *in Regia Pragmat. incipit cursu delationum sub rubr. de publicatione processus, & in constitution. vniuersos, & Ritib. Magnæ Curiæ Vicariæ 72. & 86.* in quibus locis appellatur publicatio testium. In dicta verò pragmatica cauetur, quod completo examine testium, & termino elapso, fieri debeat publicatio, cum termino sexdecim dierum, octo scilicet ad dandam copiam depositionum testium, & octo ad percunctandum dicta testium; qua publicatione facta, si petatur repulsa, concedenda erit. Et similiter repulsa repulsæ. Et præsentari debent scripturæ, ad quas impugnandas iudex, parte petente, dare poterit terminum. Tandem concluditur quod Pupilli, Viduæ, minores, Ecclesię, & aliæ miserabiles Personę, vltra terminos prædictos, habere debent beneficia, quæ de iure communi dicuntur prima, & secunda restitutio in integrum, vt inferius suo loco dicemus; secundum verò formam constitutionum, & capitulorum Regni dicuntur primum, & secundum beneficium.

4 *Quoad Secundum* est notandum, quod publicatio est manifestatio, seù notificatio facta partibus de dictis, seù depositionibus testium secundum Bartol. *in d. Auth. atqui semel, C. de prob.* quem sequuntur omnes DD. præsertim nostri Regnicolæ, & Gloss. *in d. constit. vniuersos.*

5 *Quoad Tertium*, notandum est, quod publicatio duplex est, secundum Bart. *in d. Auth. Atqui semel. num. 17.* vna, quæ fit, vt dicta testium publicata faciant plenam fidem; Altera, quæ fit, vt dicta, seù depositiones testium notificentur. Secundum verò Baldum, est etiam duplex, sed sub alio motiuo, vna pronunciatiua: altera insinuatiua. Pronunciatiua dicitur illa, per quam partes non didicerunt testificata, & hæc nisi testificata fuerint didicita, non nocet, sed possunt nihilominus testes examinari. ita Bald. *consil. 152. in princ. vers. item duplex. libr. 1.* Alexand. *consil. 84. num. 4. & seq. lib. 4.* Gabr. *conclusion. 21. numer. 28. de testib.* Salust. Tiber. *in Prax. libr. 2. cap. 14. numer. 6.* Rot. *dec. 139. p. 3. diuers. lib. 1.*

6 Quod tamen limitatur, quando pars, quæ intendit nouos testes examinare, & publicationem petijt, non habet aliquam præsumptionem pro se, quod non didicerit testificata, quia aliàs facta publicatione pars, quæ testes publicari petijt, præsumitur testificata didicisse eo ipso. Bartol. *in d. Authent. atqui semel numer. 17.* Gabr. *loc. cit. num. 29. & seq.* Ferentill. ad Buratt. *dec. 228. nu 24.*

7 Sed si publicatio fuit facta parte inuita, non nocet parte contradicenti, vel etiam absenti. Bart. *vbi sup. cons. 84. in princ. & n. 8. lib. 4.* Surd. *cons. 176. n. 4. & seqq.* Felin. *in cap. fraternitatis nu. 9. vers. modo quæritur de testib.* Ferentil. *loc. cit.*

8 Et est aduertendum, quod datur differentia inter publicatas attestationes, & didicita testificata; nam attestationes tunc dicuntur publicatæ, quando iudex decreuit, vt fiat publicatio in causa. Didicita autem testificata dicuntur, quando post factam publicationem, percunctantur, idest inspiciuntur & considerantur depositiones testium publicatæ, vt colligitur ex traditis per Specul. *in libr. 1. de teste. §. 8. incip. satis vtiliter, vbi de publicatione agit. n. 9.* Gabr. *vbi sup. n. 10. & 31.* Rot. *dec. 154. n. 2. p. 4. rec.* & Greg. *dec. 583. n. 2.*

9 Alia verò publicatio testium dicitur insinuatiua, & ista est illa per quam impeditur, ne testes possint super eisdem articulis, vel de directo contrarijs examinari. Bald. *in d. cons. 152. in princ. vers. alia est insinuatiua lib. 1.* Quod procedit tam in prima instantia quam in secunda in gradu appellationis. *Auth. qui semel. C. de probat. c. fraternitatis de testib. Clem. 2. eod. tit.*

10 Quæ supra firmata conclusio, quod post publicatas attestationes, & didicita testificata non possint examinari testes super eisdem articulis, vel de directo contrarijs, limitatur pluribus modis, &c.

Primò, quando articuli, super quibus testes sunt examinandi, non comprehenduntur sub primis, neque expressè, neque tacitè; & similiter quando testes examinantur ad diuersum finem. Buratt. *dec. 824. num. 4.*

Secundò Limitatur, quando quod fuit articulatum in primis articulis, articulatur in secundis alio modo, & magis explicitè Duran. *dec. 236. num. 3.*

12 *Tertiò* limitatur, quando nouis articuli in sui essentia essent partim noui, & partim antiqui ex nouis qualitatibus adiectis, nam tunc non dicerentur idem. *cap. veniens 2. de testib.* Alexand. ad Bart. *in l. per hanc C. de temp. appellat.* Crot. *de test. §. aggredior nunc. num. 54.* Gregor. *decis. 494. num. 2. & seq.*

13 *Quartò* limitatur, quando testes sunt nouiter reperti; dummodo hoc plenè probetur. Hypol. de Marsil. *in l. 1. §. fin. num. 17. ff. de quaestion.* vbi etiam Bart. Rot. *dec. 154 n. 4. p. 4. recent.* Gregor. *dec. 583 n. 4.*

14 *Quintò* limitatur, quando testes nihil deposuerunt super materia, in qua sunt de nouo examinandi, quia tunc non possunt dici didicita testificata Gabr. *d. conclus. 21. num. 119. de test.* Gregor *dec. 83. nu. 4.*

15 *Sextò* limitatur, quando testes fuerunt producti, sed non examinati. Gabr. *loc. cit. n. 138.* Greg. *dec. 583. num. 7.* vbi tamen ait, hoc procedere in publicatione facto parte inuita.

16 *Septimò* limitatur, quando nouum examen testium tendit ad confirmationem, & corroborationem probationum antiquatum. Bald. *in l. cunctos populos in 5. oppos. C. de Summ. Trin. & fid. cathol.* Abb. *in c. de caetero de testib.* Innoc. *in c. cum dilecti ad fin. vers. Iudex de accusat.* Felin. *in d. c. fraternitatis n. 18. de test.* Gabr. *d. conclus. 21. n. 39. vbi latè de test.* Afflict. *dec. 216. n. 4.* Surd. *dec. 126. n. 10.* Gregor. *dec. 2 2. n. 9. & dec. 581. n. 12. & d. dec. 583. num. 5.* & ibi Beltramin *lit. D.*

17 *Octauò* limitatur in Ecclesijs, quando fuerunt laesae, dummodo probetur laesio, & non sit timor subornationis. Caputaqu. *dec. 50. nu. 5. p. 2.* Gregor. *d. dec. 583. nu. 6.* & ibi Beltram. *litt. D.* vbi plures alias decisiones affert.

18 *Nonò* limitatur, quando processus fuit tantum ostensus procuratori, sed non dimissus ad perennectandum. Gregor. *dec. 497. num. 4. vbi latè* Beltram *n. 8.*

19 *Decimò* limitatur, quando fuit traditum summarium tantum testium, (vt fit in Romana Curia,) nam tunc non dicuntur didicita testificata, quia non panduntur nomina testium, neque extenduntur in eo depositiones eorum. Caes. de Graff. *dec. 8. num. 4. de test.* Seraphin. *dec. 688. n. 2.* Gregor. *dec. 497. nu. 4.* & ibi Beltram. *nu. 8.* Burat. *dec. 228. nu. 20.* Salust. Tiber. *in prax. lib. 1. c. 14. n. 5.*

20 XI. Limitatur, quando testes non fuissent ritè, & rectè recepti, vel si publicatio verè facta non fuisset, vt de stylo Curiae Rot. *decis. 13. de testib. in nouis, & decis. 10. de probation. eod.*

21 XII. Quando Testis per errorem examinatus non fuit super aliquo articulo quia tunc etiam post dedicita testificata, examinari potest super illo Guid. Pap. *dec. 124.*

22 XIII. Limitatur, quando causa diuersa erit à prima, *vt in d. Clem. 2. de test.* nam non obstante publicatione testium facta in causa possessorii, examinari poterunt denuò noui testes causa petitorii. Rot *dec. fin. de restit. in nouis.*

23 XIV. Quando post publicationem non fuerunt didicita testificata. Felin. *in c. fraternitatis de testib.* vbi latè.

24 XV. Limitatur, quando datur restitutio in integrum personis priuilegiatis, quia tunc possunt noui testes examinari, non obstante publicatione facta, cum tunc non fiat nouum examen via ordinaria, sed extraordinaria. Afflict. *dec. 216. nu. 2.* de qua Felin. *in cap. intimauit. de testib.*

25 XVI. Quando tertius venit ad causam pro suo interesse; nam tunc ex quo sumus inter diuersas personas, possunt testes examinari super eisdem articulis, vel de directo contrariis non obstante publicatione facta Felin. *in cap. veniens n. 18. de testibus.* Quod intelligi debet, si litis motae notitiam non habuerit; alias non esset audiendus, nisi in terminis, in quibus causa reperitur, & eo modo quo posset principalis. Innoc. & Alii. *in c. cum super de testibus.* Bart. *in l. si prolatorio ff. de appellat.*

Idem esset, si principalis procurasset, quod tertius ignorans compareret, nam tunc audiretur in eisdem terminis, in quibus causa inueniretur, Afflict. *dec. 235.*

26 XVII. Limitatur, quando fuit perempta instantia causae, & noua inchoata. Afflict. *dec. 216.*

27 XVIII. Quando prima probatio facta fuit per instrumenta, nam tunc suppleri potest per testes. Afflict. *ibid.*

28 XIX. Quando probatio facienda est per euidentiam rei. *Idem ibid.*

29 XX. Limitatur, quando articuli partis aduersae non fuerunt plenè probati *Idem ibid.*

30 XXI. Quando vna pars probauit contrarium similiter non plenè, sed per duos testes non integros, nam tunc melius probari poterit, *Idem.*

31 XXII. Quando vltra articulum directè contrarium, opponitur, quod testes examinati falsum deposuerunt, corrupti, vel subornati. Idem Afflict. *vbi sup. late.*

32 XXIII. Quando ille, qui testes producit est talis, de quo dubitari non potest de subornatione. Iason *cons. 170. vol. 2.* Marian. *in d. capit. fraternitatis col. 54. de testib.* Felin. *in cap. causam quae in fin. de offic. deleg.* Cassad. *in l. 1. §. per procuratorem ff. de acquir. poss.*

33 XXIV. Limitatur in causis criminalibus, in quibus non obstante publicatione, examinari possunt denuò testes, maximè ad defensam Marsil. *in prax crim. §. sequentis num. 6* Sed non ad offensam, vt dicemus infrà *par. 4. in Pract. crimin. sect. 10. num. 20.*

Alias limitationes ponunt Speculator. *de teste §. 8. nu. 2.* Hyp. de Marsill. *in d. l. 1. § fin. ff. de quaestion.* Card. Tusc. *lit. T. conclus. 29.* Gabr. *de test. conclus. 21* Farinac. *de test. qu. 57.* & Alii apud illos ad quos recurrendum est, quando casus occurrit, est enim articulus valde controuersus, cum in huiusmodi materia multum valeat iudicis arbitrium.

34 *Quoad quartum* est notandum, quod publicatio fuit introducta, ob diuersos fines, & rationes.

Primo, vt seruetur ordo iudicii, quia publicatio est de ordine, secundum Bart. *in l. prolatam C. de sent.*

Secundo, vt partes recipere possint copiam examinis testium ex tunc in antea. DD. *in c. cum innotuit, & cap. constitutis de testib.*

Tertiò ad hoc, vt dicta testium faciant plenam fidem, quia per publicationem datur maius robur attestationibus. *vt habetur in l. gesta* vbi Bald & DD. *C. de re iudic.* Bart. *in l. solam C. de test.* Canonist. *in c. causam quae de testib.*

Quartò ad finem reprobandi, seù repulsandi depositiones testium, vt probatur in *d. Auth. qui semel C. de probat. & in d. l. solam C. de test.*

35 *Quoad quintum* est notandum, quod primus, & principalis effectus publicationis est, quod scilicet post factam publicationem, non possunt regulariter, ob timorem subornationis, denuò produci, & examinari noui testes, *vt probatur in c. fraternitatis de test. & Clem. 2. eod. tit.* Et de iure Regni est *constitutio iurisperitorum altercationes*, Franc. *dec. 57. numer. 1.* Est benè verum, quod in multis casibus fallit haec regula vt supra notauimus *à nu. 10. vsque ad 33.* & vltra DD. ibi allegatos. notant etiam alios casus, in quibus post publicationem admittitur nouum examen testium. Bart. *in d. Aut. atqui semel. C. de probat.* Afflict *dec. 13. 89. & 216.* & Capic. *dec. 62.* inter quos, est casus Repulsae, de qua infra.

36 *Quoad Sextum*, & vltimum est notandum, quod de iure communi publicatio, post completum examen, non censetur facta ipso iure, sed peti debet a partibus, vt fiat *per text.* & DD. *in c. cum I. & A. de sent. & de re iudic. & leg. in causa §. causa ff. de minorib.*

Et licet in Regno videatur aliter dicendum *per pragmat. superatur. Cursu dilationum in princip.* in qua supponitur, quod fiat ipso iure, tamen hodie aliter seruatur in recentissima practica, & sic est petenda à partibus etiam in Regno, secundum ius commune.

37 Fit tamen per Iudicem, vel partibus praesentib. vel vocatis, vel altera parte citata, & contumace, alias non valeret, quia per eam potest praeiudicium pati, *per l. vnaquaque ff. de re iudic.* ita tradit Bald. *in d. l. gesta col. 1. vers. quaero qualiter C. de re iudic.* & notat Gloss. *in d. l. in causa 1. §. causa* & Speculat. *eod. tit. de teste §. 8. nu. 1.*

38 Sed quaeritur, an publicatio sit de substantia Iudicii, ita vt si procedatur ad vlteriora in causa, ipsa omissa, & non facta, vitietur processus.

Respondetur negatiuè, quia non est necessaria. DD. *in d. cap. fraternitatis de test:b.* latè Abb. & Felin. *in cap. cum I. & A. de sent. & re iudic.* Bart. *in l. praecip. prolatam C. de sent.* Phill. Corn. *in cons. 102. col. fin. litter. R vol. 2.* vbi ait, quod etiam si fiat die feriato non vitiatur processus, quoad nullitatem iudicialem inducendam. Vnde si Iudex protulerit sententiam, non facta publicatione petita à partibus, sententia valeret, sed partes appellare possent Guid. Pap. *decis. 586.* Felin. *c. 1. & 2. de sent. & re iudic.* Vant. *de nullit. tit. de nullit. process. numer. 40.* Menoch. *de recup.*

dec. qu. 33. Afflict. *in constit. vniuersos pracit. & constit. Pacis cultum num.* 44. ob eandem rationem, quia non est necessaria, & sic etiam omissa, non vitiatur Iudicium, Boer. *dec. 307. numer. 7.* quamuis sit de integritate substantiali processus, *vt dictum est sup. n. 1.*

39 Quæritur secundò, an per publicationem testium peritam ab vtraque parte, censeatur validata eorum depositio, si non fuerunt ritè, & rectè recepti?

Respondetur negatiuè. Bal. *in Auth. si quis in aliquo col. 1. vers. iuxta primam rationem. C. de edend.* Innoc. *in c. significauit, & cap. cum causam de testib.*

40 Quæritur tertiò, an à Pronuncia publicatione appellari possit?

Respondetur negatiuè quia est merè interlocutoria, & nullum parit præiudicium, cum negotium principale minimè tangat sed solum processum respiciat. Cardinal. *in Clement. 2. n. 2. circ. fin. de testib. per text. in c. cum cessante de appell.* Ruin. *cons. 114. n. 2. l. 5.* Aymon. *cons. 173.*

41 Facta igitur publicatione assignatur in ea terminus, infra quem Partes recipiant copiam attestationum, quam debet Iudex concedere, *iuxta text. in c. quoniam contra de probation.* imò tenetur. *lib. 2. C. vt lite pend. & l. gesta. C. de re iudic.* etiam in causis, in quibus proceditur per viam Inquisitionis. *c. olim. §. si verò & c. qualiter 2. §. debet de accusation. & lib. 1 ff. de edend.*

42 Originalia verò remanere debent penes Notarium, vel Iudicem, ne possint vitiari, & falsificari *d. cap. quoniam, & cap. fin. de probation. & l. fin. ff. de tab. exhib.* sicut fieri debet de qualibet scriptura in Iudicio exhibita, & producta, *vt ibid. habetur* semper tamen est videnda scriptura. Roman. *singular. 786* vbi Alios citat.

43 Decretum autem publicationis processus solet fieri infrascripto, vel simili modo, videlicet,

Publicationis decretum.

Et per Episcopalem Curiam N. eiusque Reuerendissimum Dominum Generalem Vicarium, visa instantia, &c. fuit facta, prout fit in præsenti causa publicatio, cum termino dierum octo, quatuor scilicet ad percunctandum acta, & quatuor ad recipiendum copiam attestationum, si partes voluerint, & ita per hoc suum, &c. Promissum N. die, &c. & in fidem, &c.

N. Actuarius, &c.

Vel alio modo.

Qui, &c. Processum in causa inter N. & N occasione, &c. aperuit, & publicauit, & pro publicato haberi voluit, & mandauit, & copiam volentibus fieri iussit omni modo, &c. In quibusdam verò Curiis additur. *Cum termino tot dierum ad opponendum, & dicendum contra, &c. omni modo, &c.*

44 Est tamen aduertendum, quod terminus Publicationis est arbitrarius Iudici, vt notatur per DD. *in d. c. quoniam contra de probat.* sed de iure Regni debet esse sexdecim dierum, quorum octo dantur ad dandam copiam depositionum testium, & octo ad percunctandum dictas depositiones, *vt habetur in d. pragm. Cursu dilationum, de qua sup. n. 3.*

SVBSECTIO NONA.

De Repulsa, seù reprobatione Testium.

SVMMARIVM.

1 *Repulsa testium tam de iure communi, quam Regni est.*
2 *Repulsa, quid sit.*
3 *Repulsa quotuplex sit.*
4 *Repulsa quomodo petatur, & fiat, & pro quibus causis detur.*
5 *Persona testium repulsantur pro crimine in specie.*
6 *Dicta testium eodem modo reprobantur in specie.*
7 *Repulsa, vt concedatur, tria concurrere debent.*
8 *Repulsa in causis summarijs non solet dari.*
9 *Neque in causa appellationis regulariter, nisi in defectum*
10 *Neque in causa criminis læsæ maiestatis.*
11 *Neque in causa blasphemiæ.*
12 *Neque contra testes à repulsante productos, nisi ex noua causa.*
13 *Neque contra testem infamem à se alias productum.*
14 *Neque, quando inducti testes in vna causa non fuerunt repulsati.*
15 *Repulsa quando peti debeat.*
16 *Testes reprobatorij iurare, & examinari debent intra terminum; quia est odiosa repulsa.*
17 *Repulsa peti debet à partibus; aliquando tamen datur ex officio.*
18 *Terminus Repulsæ quantus sit.*
19 *Repulsatio testium ab vtraque parte petita ante terminum, an fieri possit.*
20 *Excipiens contra testes, si non probauerit crimina, punitur.*
21 *Falsitas in probandis criminibus oppositis quomodo punitur.*
22 *Testes repulsati ob crimen infamiam irrogans possunt demonstrare se esse innocentes.*
23 *In termino repulsæ non sunt producendi articuli impertinentes.*
24 *In causis summarijs noui testes recipiuntur etiam post conclusionem.*
25 *Falsitas testium est emergens, & ideo super ea est interloquendum per iudicem.*
26 *Falsitas prædicta dupliciter euenire potest.*
27 *Super falsitate testium datur terminus, & quomodo. Declaratio circa vsum testium debet esse clara.*
28 *Emergentis falsitatis decretum.*
29 *Decretum ad simpliciter respondendum.*
30 *Repulsæ decretum.*
31 *Publicationis Repulsæ decretum.*
32 *Repulsatio instrumentorum qualiter fiat.*

1 IN præsenti subsectione agendum erit de reprobatione, seù Repulsa testium; etenim facta publicatione in causa, & assignata copia attestationum, si aliqua ex partibus intendat reprobare testes contra se examinatos, *ad text. in cap. quoniam in princ. vt lit non contest.* debet Iudex concedere terminum ad repulsam dictorum testium, post quem terminum non audietur amplius, *vt in cap. licet de probation.* & notat Specul. *in lib. 1. de test. §. 9. incip. publicatis, num. 1.* & in Regno statim, ac petita fuerit repulsa, ipso iure concessa intelligitur; *vt in pragm. Cursu dilationum sub rubr. de publicatione processus.* solet autem peti post lapsum terminum publicationis, & sic post vltimos octo dies datos ad percunctandum; & terminus repulsæ est medietas termini probatorii, *vt in dicta pragm. habetur*, & inferius dicemus.

2 Pro cuius pleniori notitia plura notanda erunt. Primò, quid sit repulsa. Secundò quotuplex sit. Tertiò, quot modis fiat. Quartò, quando peti debeat. Quintò, à quo peti possit, & debeat. Sextò, quis seù quantus sit terminus Repulsæ.

Quoad primum est notandum, quod repulsa nihil aliud est, quam reprobatio testium, vt colligitur in iure Canonico, *ex c. si testes, §. pen. aliàs cap. si quis testibus 4. q. 3. & cap. præsentium de test.* & in iure Ciuil. ex *l. 3. & l. ob carmen ff. de testib. & ex l. si quis testib. C. eod. tit.* & notat Speculat. *d. rubr. de test. §. 10. incip. sæpè.* Menoch. *de arbitr. Iudic. q. 32.* Et de iure Regni *habetur in Constit. incip. Mores dissolata, & in Rit. Magn. Cur. Vic. 73. & 282. & in pract. pragm. incip. Cursu dilationum,* & ex nostris Regnicolis notant Marant. *in spec. Aur. 6. p. Act. 13.* Affl. *in dec. 266. & 152.* & Capic. *dec. 55. 62. 68. & 157.*

3 *Quoad secundum* est notandum, quod Repulsa duplex est; Vna, quæ appellatur prima, per quam reprobantur testes probatorii primo loco examinati intra terminum iuris, *vt in cap. series de testib. & in c. 1. de except. d. cap. licet de probat. & c. præsentium de testib. in 6.* vbi habetur modus reprobandi testes probatorios. Altera verò dicitur secunda Repulsa, quæ communiter appellatur Repulsa Repulsæ, & est illa, qua Pars, cuius testes primo loco examinati, reprobati fuerunt, intendit reprobare testes reprobatorios probatoriorum, *vt habetur in cap. licet dilectus de testib. & d. cap. præsentium eod. tit. in 6. & de ista dicemus in seq. subsect.*

4 *Quoad tertium* est notandum, quod Repulsa fieri, & peti potest duobus modis. Primò, contra Personas testium. Secundò, contra dicta eorumdem. Personæ testium pluribus de causis

repulſari poſſunt, vt ſi ſint infames infamia canonica, vel ciuili, *c. nouit. § fin. de iudic.* Speculat. *de teſtes, §. 10. num. 4.* ſi ſint Lenones *l. humilem. C. de inceſt. nupt.* ſi ſint falſarij, vel varij in tali loco examinis, *iuxta l. qui falsò, vel variè. ff. de teſtib.* & Bart. *in l. eos, ff. de falſ.* vel ſi ſint ſingulares, iuxta tradita plenè per Bald. *in l. teſtium, C. de teſtib.* Vel ſi non deponant de ſenſo proprio corporis, iuxta not. per Alex. *in l. 1. ff. ſi cert. pet.* Vel ſi ſint viles perſonæ, luſores, artes viles exercentes, & ſimiles, de quibus per Specul. *vbi ſup.* & per Afflict. *in d. conſtit. Regni incip. Mores diſſolutæ,* vbi enumerat quadraginta duas cauſas, ob quas poſſunt teſtes reprobari; & ego ipſe latè *in Pract. crimin. Cauſtit. infr. p. 3. ſect. 4. per tot.*

5 Eſt tamen aduertendum, quod Repulſa contra Perſonas teſtium debet fieri in ſpecie, quod ſcilicet tale crimen commiſit, tali tempore, & in tali loco; nec ſufficit dicere in genere eſſe criminoſos, puta fures, adulteros, malæ vitæ, &c. vt habetur *in d. cap. præſentium. §. teſtib. in 6. & in cap. licet, & cap. per tuas. de ſimon. & l. 1. §. adhiberi, ff. de teſtib.* & not. Bart. *in l. teſtium §. lex Iulia, ff. eod. tit.* & Bald. *in Authent. ſi dicatur in fin. C. eod. tit.*

5 Dicta verò teſtium repulſari poſſunt, etiam in ſpecie, dicendo, quod depoſuerunt falſum in tali loco examinis, ob talem rationem. Et ſimiliter, quod ſunt varij in eorum depoſitionibus, vt apparet in tali, & tali loco examinis, in quibus diuerſimode depoſuerunt *iuxta d. l. qui falsò, vel variè ff. de teſtib.* vt tradit Bar. *in l. eos ff. de falſ.*

Nota hic, quod eodem tempore, quo vna pars facit probationes ad reprobandum teſtes contra ſe examinatos; Altera pars aduerſa facit articulos comprobatorios, probando, quod teſtes pro ſe examinati ſunt homines bonæ vitæ, famæ, & conditionis, & quod per triennium perſeuerauerunt in eorum bonis moribus, & exemplariter cum ædificatione Aliorum vixerunt; quia hoc tempus ſufficiens eſt ad præſumendum, quod ſint bonæ, & emendatæ vitæ, *vt habetur in §. 1. Authent. de monach.* & ibi Angel. Item probando contrarium eius, quod adducit pars contraria pro reprobatione; puta ſi dixerit, quod teſtes ſunt varij, ipſe probet, quod non ſunt tales, ſed reducibiles ad concordiam; iuxta tradita per Alex. & DD. *in l. 2. §. tradi eam ff. ſi cert. petat.* Bart. *in l. Gallus, §. ille cuſus. ff. de liber. & poſthum.* & Felin. *in cap. cum tua, & in cap. in noſtra,* vbi etiam Gloſſ. & alij *de teſtib.*

7 Eſt etiam aduertendum, quod repulſa non conceditur petenti, niſi concurrat vnum de tribus requiſitis *in cap. præſentium de teſtib.* Quorum primum eſt, quod ante publicationem ſit proteſtatus, ſe velle reprobare teſtes, & ex hoc textu prodiit Praxis, quod quando citatur pars, vel procurator ad videndum iuramenta teſtium, proteſtatur contra teſtes, & dicta, ac dicenda per eos; quæ proteſtatio producit effectum, vt ſi facta publicatione appareat, teſtes depoſuiſſe in eius fauorem, illi non proderunt, *per text. in d. c. præſentiam,* Veſtr. *in Prax. lib. 6. cap. 2. nu. 33. & 62.* Vnde dat mirabilem cautel. in Franc. Aret. *in d. cap. præſentium,* vt proteſtatio fiat tali modo, ne noceant proteſtanti, videl. *Talis proteſtatur contra teſtes, & dicta, ac dicenda per eos, quatenus contra, & non aliter,* & iſto modo, ſi teſtis inductus à parte contraria depoſuerit aliquid ad ſui fauorem, poterit vti eius depoſitione, alias non, idem dicit Spec. *d. §. 10. n. 1.* Quod quidem, vt ſcilicet requiratur proteſtatio adhoc, vt poſſit fieri repulſa, locum habet, quando teſtis habet aliquem defectum, per quem reprobatur fauore ipſius repulſantis, ſecus ſi defectus eſſet in odium ipſius teſtis; vt ſi eſſet excommunicatus, vel bannitus, nam tunc repulſari poteſt, ſine proteſtatione. Bald. *in l. ſi quis teſtibus. col. 2. in fin. verſ. dubitatur hic C. de teſtib.*

Secundum requiſitum, vt poſſit fieri repulſa eſt, quando quis erat abſens tempore receptionis teſtium vſque ad publicationem & ſic non potuit proteſtationem facere, Vel ſi notitiam habuit de defectibus & exceptionibus, poſt publicationem. Bald. *in l. ſi quis teſtib. verſ. dubitatur hic in fin. C. de teſtib. & in l. laudabilem C. de aduoc. diuerſ. iudic.* vbi etiam Gloſſ.

Tertium requiſitum eſt, quod iuret, ſe non petere repulſam ex malitia, quamuis non fuerit proteſtatus, aliàs non eſſet concedenda, ſine dicto iuramento, *vt habetur in d. c. præſentium, de teſt.*

8 Præterea aduertendum eſt, quod licet repulſa regulariter concedenda ſit de iure, vt in *d. cap. præſentium de teſtib. & l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib.* Sunt tamen multi caſus, in quibus admitti non debet.

Quorum primus eſt, in cauſis ſummarijs, & executiuis, in quibus non requiritur plena probatio, ſecundum Abb. *in cap. veniens il ſecundo, colu. 3. in princip. de teſtib.* & Aretin. *ibid. columna 9. verſ. & quia,* & Felin. *col. 5.* Marant. *in ſpec. aur. 4. p. d. ſt. 5. n. 43.* & ratio eſt, quia in dictis cauſis non requiruntur ſolemnitates iuris; cum præiudicium poſſit reparari in petitorio; ideo non videtur neceſſaria repulſa, Saluſt. Tibrt. in *Prax. lib. 3. cap. 7. n. 39.* Grauat. ad Veſtr. *in Prax. l. 5. c. vlt. n. 36.*

Quod quidem limitatur in caſibus, in quibus non ſufficit imperfecta probatio. Aretin. in *c. veniens col. 7. verſ. & per ea, quæ dicta ſunt de teſt.*

Limita ut ſecundò, quando præiudicium non eſſet reparabile in iudicio ordinario. Roman. in *ſingular. 388. & ibi Adnot.* Couar. *practicar. quaſt. c. 17. num. 4. verſ. ſeptimo eſt in eadem.* Capic. *dec. 55 num. 5.* Ceſſ. ad Lanfranc. *in Prax. depoſit. teſtium nu. 83. in verb. nemo, litt. B.*

9 Secundus caſus eſt, in cauſa appellationis, nam teſtes, qui non fuerunt reprobati in cauſa principali, non poterunt reprobari in cauſa appellationis. Andr. de Iſern. *in conſt. Regni iuriſperitorum.*

Quæ tamen concluſio fallit quando in cauſa appellationis producerentur noui teſtes, qui non fuerunt examinati in cauſa principali, nam tunc reprobari poſſunt, cum non potuerint reprobari in cauſa principali. Marant. *in ſpec. aur. par. 6. act. 13. num. 13. in fin.*

10 Tertius caſus eſt, in crimine læſæ maieſtatis, in ea enim ceſſat reprobatio teſtium. *l. famoſi, & l. in quæſtionib.* & ibi Bart. *ff. ad leg. Iul. maieſt.*

11 Quartus eſt in crimine blaſphemiæ, in quo etiam ceſſat reprobatio teſtium; quia æquiparatur crimini læſæ maieſtatis. Par. de Put. *in tract. de ſyndicatu verſ. condemnatio col. 4. in fin.*

12 Quintus caſus, in quo non conceditur repulſa, eſt; quando quis vult reprobare teſtes approbatos, & productos à ſe vt notat Cardin. *in Clement. final. circ. fin. de teſtib.* ſed Speculator. *de teſte d. § 10. num 7.* diſtinguit, aut enim vult reprobare ex noua cauſa ſuperueniente, aut ex cauſis antiquis. In priori caſu poteſt reprobare, ſecundò verò non, *per text. & Gloſ. in c. cum venerabilis de except. & in §. quia verò* vbi Gloſ. *in verb. non habebit Authent. de teſtib. verſ. ſed tu diſtingue.* Et Ratio eſt, quia producens, per ipſorum teſtium productionem videtur perſonas eorum approbare, & ideo non auditur, textus eſt *in c. de teſtib.* vbi Abb. & Felin. *de teſtib.* Imò reprobare non poſſet quis teſtes à ſe inductos in vna cauſa, neque in alia cauſa, niſi exceptiones de nouo emerſerint *l. ſi quis teſtib. C. de teſtib.* vbi Gloſſ. *in verb. excipere* Bart. & Bald. *ibid. in ſummar.* quæ lex canonizata fuit *in cap. ſi teſtes §. pen. incip. ſi quis teſtib. 4. q. 3.* Marant. *in Spec. Aur. p. 6. act. 13. n.* o. latè Farinac. qui plurimos concordantes cumulat *in tract. de teſtib. q. 62. n. 215.* & Rot. apud Seraphin. *dec. 265.* cum ibi allegatis.

Quę quidem concluſio ampliatur in quacumque approbatione perſonæ teſtis qualitercumque facta; nam ipſa perſonæ approbatio tollit beneficium reprobationis, *ad text. in cap. quod ſemel placuit de reg. iur. in 6.* Hinc fit, quod teſtes rogati reprobari non poſſunt quia rogatio habetur loco approbationis. Bal. *in l. parentes n. 1. in fin. C. de teſtib.* Farinac. *d. q. 61. n. 110. cum ſeq.* Guttier. *de Sponſ. c. 44. n. 74.* & alij apud illos.

At verò limitatur eadem concluſio, quoad dicta teſtium à ſe productorum; nam licet non poſſit producens reprobare perſonas eorum, poterit tamen eorum dicta; vt per multa iura tradit Speculat. *loc. cit. de teſt. §. 10. num. 7.* & probatur *in d. l. ſi quis teſtib.* vbi Gloſ. *in verb. arguere C. de teſtib. et c. imputari de fid. inſtr.* Farinac. *d. qu. 62. nu. 248.* vbi alios longa ſerie citat, ac ſequitur vid. Crauett. *de antiquit. tempor. par. 1. ſect. quæritur etiam in hac materia num. 14.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 70. verſ. falſiſſima.*

13 Sextus caſus eſt, quando quis produxit teſtem infamem contra aliquem in aliqua cauſa, ſi ille poſtea producit contra eum, eumdem teſtem, non poteſt illum reprobare, quia iam videtur approbaſſe, reſpectu eorum, quæ commiſit priuſquam illum produxiſſet, ſecus tamen reſpectu eorum, quæ commiſit poſtea. *cap. quemadmodum de iureiurand. cap. ſi teſtes §. ſi quis teſtibus 4. quæſt. 3. & l. 1. C. de teſt.* Speculator. *vbi ſup.* & ibi Addent. *litt. O.* vbi dicunt, quod ſi producatur ab alio, benè poſſet reprobare, cum quoad alios non videatur illum approbaſſe, & paulò ante dictum eſt.

14 Septi-

14 Septimus est, quando quis produxit testes contra aduersarium, qui poterat reprobare, sed non curauit; postea in alia causa inducit eosdem testes contra eumdem aduersarium, tunc non potest aduersarius illos reprobare in noua causa, quia videtur eos approbasse. *c. horrendus. 32. q. 5 et c. nullus de accusation.* licet Specul. *ib. n. 8. in fin.* contrarium teneat,

15 *Quoad quartum*, quando scilicet repulsa peti debeat, est notandum, quod regulariter de iure communi debet peti post terminum publicationis, Imò potest peti etiam multo post, dummodò sit ante sententiam & ex causa. *c. præsentium, et ca. series de testib. in 6. cap. 1. de exception. et c. licet de probation.* cum limitationibus *d. c. præsentium sup. positis*. Sed dato termino ad reprobandum, si quis non reprobauerit testes, vlterius non erit audiendus *vt in dict. ca. licet de probat. habetur*, quia iudex refrenare debet infinitatem *ca. cum in multis de rescrip. in 6. et l. 1. in fin. ff. de testib. et plenè in d. §. quia verò Auth. de testib. probatur*.

De Iure verò Regni peti debet post decem dies numerandos à die assignati processus ad percontandum, *vt in Rit. Magn. Cur. Vic. 79. sed in d. pragmat. cursu dilationum*, habetur quod possit peti die sequenti post lapsum terminum publicationis. In practica tamen seruatur, quod non attendentur partes ad petendam repulsam, dummodo petant, ante quam facta sit conclusio in causa, nam post conclusionem, non conceditur repulsa, nisi sit causa alicuius vniuersitatis vt notat Capic. *in decis. 157.*

16 Est tamen aduertendum, quod testes reprobatorii probatoriorum debent, non solum iurare intra terminum datum ad repulsam, verum etiam examinari intra eumdem terminum, alias elapso termino non sunt admittendi, *vt habetur in Rit. 256. incip. item quod facta* & Ratio est, quia repulsa est odiosa, ideo restringenda *c. licet dilectus et c. 2. de testib. et c. odia. de reg. iur. in 6.* Quod odium nō est in termino probatorio, & ideo possunt examinari, etiam post terminum, dummodo iurauerint in termino *vt suo loco sup. diximus*

17 *Quoad quintum*, à quo scilicet peti possit, ac debeat repulsa, notandum est, quod petenda est à partibus litigantibus, si habeatur ratio ad terminum, intra quem peti debet. Si verò habeatur respectus ad ipsam reprobationem testium examinatorum, tunc concedi potest ex officio secundum Bart. *in l. 4. §. hoc autem iudicium num. 7. ff. de damn. infect.* quem sequitur Gramin. *decis. 45. n. 14. facit tex. in l. 3. §. ff. de testib.* vbi latè exponuntur qualitates, ob quas reprobari possunt testes, quanta fides sit eis adhibenda. Sed de prædictis qualitatibus, & exceptionibus, propter quas possunt reprobari testes, vide omninò Abb. *in suo tract. qui inscribitur ordo iudiciarius in 14. charact. in 2. col.* & non pigebit, quia ponit multa curiosa. multa etiam afferam Ego ipse *infra in practic. crimin. p. 4. sect. 4. per tot.* ibi enim ponam, qui possint, vel non possint esse testes. Vnde desumi possunt exceptiones pro reprobatione, & repulsa testium; nam si examinentur per aliquam partem ex litigantibus testes de iure prohibiti, possunt per aduersam partem repulsari ex tali causa. At verò licet regulariter duobus modis fiat repulsa, vt dictum est supra *nu. 4.* tamen per nonnullos Doctores reducitur ad tria capita, quæ continent duos modos prædictos, sed additur tertium caput. Quorum primum est, quādo repulsantur eorum personæ. Secundum, quādo reprobantur eorum dicta. Tertium, quando reprobatur eorum examen, vt latissimè prosequitur Farin. *in d. celebri. tract. de test. qu. 56. & seqq. & ipse infra p. 4.* Circa primum faciunt quæ dicemus *in d. sect. 4. Pract. crim.* nam ex illis colligi possunt exceptiones, quæ opponi possunt cōtra personas testium; multi enim repelluntur à testimonio ferendo, qui si fuerunt examinati, reprobari possunt, ad finem diminuendi fidem eorum dictis: aut in totum destruendi pro qualitate oppositæ exceptionis ad Iudicis arbitrium.

Circa secundum repulsantur testes, quoad dicta, quando impugnantur de falso, de contradictione, variatione, vacillatione, obscuritate, defectu rationis in causa scientiæ, singularitate, & huiusmodi, de quibus etiam agemus, *in d. sect. 4. Pract. crim.* Nota hìc, quod melius est reprobare dicta testium, quam personas, ad euitandum periculum iniuriarum, & inimicitiæ, vt optimè consuluit Speculat. *loc. præcit. de testib. §. 10. n. 3. vers. & licet quidem modus.* Nam quamuis vtrumque liceat; nimirum repulsam dirigere circa personas, & circa dicta, non tamen semper expedit, neq; decet hoc facere, *per text. in l. non omnia ff. de regul. iur. & c. Allud. 11. qu. 1.* Si fieret nihilominus repulsa quoad personas, non committeret peccatum contra iustitiam reuelans crimina testium per huiusmodi viam exceptionis; si crimina reuelata deseruient ad minuendum eorum testimoniū, maximè quando alius modus repellendi esset illi incommodus. Lessius *de iustit. & iur. lib. 2. cap. 31. vbi de communi testatur*, Sot. *eod. tit. de iust. & iur lib. 5. qu. 7. art. 3.* & alibi fusius dicemus: Posset tamen, secundum Less. *ib. n. 2.* aliquando esse peccatum contra charitatem hoc facere, Primò, si testis coactus fuit ad se examinandum, & obijceretur ei graue delictum, causa verò Rei non esset magni momenti. Secundò, si alia via minus noxia repelli posset, vt si esset consanguineus, amicus, vel inimicus; minor, & huiusmodi; quia tunc cum ex dictis causis orirentur exceptiones, quæ minuerent eorum dicta; potius istæ opponi deberent, quam crimina.

Circa tertium, reprobantur testium examina, non reprobando personas, neq; dicta; quādo opponeretur eos fuisse examinatos absente ipsa parte, vel saltem non citata de quo latissimè Farinac. *d. tract. de test. qu. 72. per tot.* Vel quando non fuerunt examinati super interrogatorijs partis aduersæ. Idem Farin. *ib. qu. 73* & Nos *supra diximus*. Vel quando fuerunt examinati, sine iuramento. Idem Farin. *qu. 74.* & per Nos similiter dictum fuit. Vel quando facta non fuit publicatio examinis testium. Vel quando examen habitum fuit post conclusionem in causa; aut post publicationem, aut post didicita testificata; de quibus, idem Farin. *qu. 75. per totam*. Vel quod factum fuit examen ante litem contestatam. Farin. *q. 76.* Vel quod examen habitum fuit coram Iudice non competente, Vel sine Remissoria: Vel contra formam in ea præscriptam, de quibus idem Farin. *d. tract. de testib. qu. 77. per tot.* vbi plena manu de more Concordantes adducit, & latissimè materiam examinat, ac quodammodò trutinat. Et ego similiter aliàs dixi.

18 *Quoad sextum*, & vltimum, quis scilicet, seu quantus sit terminus repulsæ, notandum erit, quod de iure communi est arbitrarius. Iudici, cum nullibi reperiatur præscriptus. De iure vero Regni est medietas termini probatorij, *vt colligitur ex præcit. Pragmat. cursu dilationum*; ita vt si terminus datus in causa ad probandum incumbentia fuerit decem dierum, ille terminus repulsæ erit quinque dierum, cum hac tamen differentia, quod iste cum sit odiosus, vt supra dixi, currit de momento ad momentum, quod non est in primo termino probatorio, qui est potius fauorabilis, quam odiosus. Ex quo fit, quod ipso termino ad repulsam concesso, non potuerunt amplius testes examinari nisi ex iuxta, & legitima causa, & constito, quod non potuerint examinari ex illa iusta causa *vt habetur in Rit. 72.*

19 Sed quæritur hic, quid agendum, pone casum quod partes citantur vicissim ad videndum iuramenta testium in termino probatorio, & per eos excipiuntur & fit protestatio contra testes, & dicenda per eos, numquid teneatur Iudex tunc statim recipere probationem super exceptione proposita, si pars se offerat in promptu probare, vel possit hoc differre in tempus repulsæ, post publicationem?

Respondetur, quod hoc est arbitrarium Iudici, secundum Abb. *in d. tract. de ord. iudiciar. char. 14. in 1. col.* debet tamen iudex perpendere, an sit publicum, quod opponitur. Item an possit probari. Item an sit præsumptio contra excipientem, quod faciat causa differendi iudicium, Item an sit altera ex tribus exceptionibus, positis *in c. ex parte. de testibus* vbi Glos. *in ver. infames*. veluti si quis appellauerit à tali dilatione, vel si habeat causam criminalem cum ipso, vel quando est præsumptio, ne prorogetur negotium, nam in his casibus tenetur Iudex statim recipere probationes contra testes, & non reseruare ad tempus repulsæ; si incontinenti excipiens se offerat probare, & ita videtur sentire Speculator. *vbi sup. de test. §. 10 num. 4. vers. quandoque tamen talia*. In alijs verò casibus arbitrabitur secundum diuersas facti circumstantias.

20 Quæritur secundò, an excipiens contra testes in reprobatione, & repulsa illorum, & obijciens quædam crimina, ex quibus irrogatur infamia, si illa postea non probauerit, possit contra eum agi per illos actione iniuriarum?

Respondetur affirmatiuè, & puniri potest pœna arbitraria. Boer. *decis. 23. in fin.* & in Regno contra talem non probantem crimina opposita saltem semiplenè, vel per formam publicam, prodita est, *pragm. incip. crimina, & de falsis sub rubr. de pœna opponentium, &c.* in qua irrogatur pœna decem tarenorum

pro

pro quilibet defectu in probando. Hinc cauti Procuratores, & Aduocati, cum faciunt Articulos Repulsæ, solent præmittere protestationem, *quod hec non faciunt animo iniuriandi, sed no, & in quantum, &c.* & per illam saluantur, vt non detur contra eos aliqua iniuriarum actio, Rot. *in vna Ternasina Parochialis sub Ludouis. de testib. q. 75. nu. 68.* nam aliàs sine tali protestatione teneretur iniuriatum. Marches. *de commission. p. 3. tit. de commiss. vactat. §. 2. nu. 31.*

Vt à simili de iure communi non probans exceptiones oppositas punitur ad soluendas expensas. *c. finem litibus de dolo, & contum.* & de Iure Regni adest *Pragmat. incip. Quicumque exceptionem sub rubr. de pæn. opponent. except. quas non, &c.*

21 Quod si detegeretur falsitas circa probationem criminum oppositorum, vltra pœnam ordinariam falsitatis, non procederetur in causa, nisi essent alij testes sufficientes ad causæ decisionem, vel accusatio falsitatis esset verè calumniosa, quia tunc procederetur. Innoc. *in ca. 1. de offic. Vicar.* Vnde seruatur in practica, quod pars, quæ prætendit, fuisse productos testes falsos, instet, vt pars aduersa declaret circa vsum testium, idest an velit vti omnibus, vel aliquibus; Et si dicat velle vti omnibus tunc agi potest contra illum de falso; si verò dicat velle vti aliquibus; est necesse declarare, quibus vti velit per nomina, & cognomina, & ita euitabit pœnam falsi, Cœpoll. cautel. 53. de quo latius infra, *n. 25.*

22 Quæritur tertiò, an testes repulsati, ob crimen aliquod irrogans infamiam, possint assumere partem in Iudicio, & se defendere, ac probare se esse innocentes?

Respondetur affirmatiuè, cum Abbat. *in ca. testimonium in final. de testibus.* Ratio est quia læditur eorum opinio, cum semel repulsi possint semper repelli DD. *in l. à sententia ff. de appellation.*

23 Quæritur quartò, An in termino repulsæ possint produci articuli, siue positiones impertinentes, & qui continent idem, vel de directo contrarium cum primis articulis?

Respondetur negatiuè, *obstat enim Auth. atqui semel.* & ibi Bart. *C. de probat.* Et in Regno prodita est *Regia Pragmat. qua incip. contingit sæpè de rubr. de capitul. & position. impert. in repulsa non ponend.* per quam producens nouos articulos impertinentes, sub colore repulsæ, si fuerit principalis, punitur in quinque tarenos pro quolibet articulo impertinenti producto; si verò sit procurator punitur, pœna duplicata in decem tarenis pro quolibet. Quæ pœna, ritè, & rectè imposita est; nam quidam causidici committentes in legem, saltem mente, si non verbis, contra dispositionem *textus in capitul. certum est de regul. iur. in 6.* sub nomine repulsæ, publicato processu, faciebant nouas probationes, producendo nouos articulos impertinentes & nouas testes *vt sup. dictum est*, Quod fieri non est permissum, vt post publicationem admittantur noui testes regulariter loquendo, ob timorem subornationis, *iuxta c. fraternitatis, de testib. & Clement. 2. eod. tit. & in Regno adest Constitut. exordium; Iurisperitorum altercationes, vt suo loc. sup. notan.*

24 In Causis tamen summarijs possent noui testes produci, etiam post publicationem, secundum Alex. *in cons. 65. vers. quartò principaliter l. 4.* Bart. *in extrauag. Ad reprimendum in verb. & figura.* Card. Zabarell. *in Clement. 2. de testib.* Firmian. *in suo aureo Indice, seù repertorio. in verb. testes post publicatum processum in 1. vol. ubi; Item potest in causis summarijs.* Vnde in Regno vbi causæ sunt summariæ, possent noui testes produci, nisi prohiberetur, *per d. pragmat. contingit sæpe, & per aliam; Quandoque solent. sub rubr. de testib. qui de nou. &c. & practic. constitut. Iurisperitorum altercationes.*

Quod quidem fallit, si appareat, fuisse per partes ante publicationem nominatos testes, & aliquo iusto impedimento non fuisse examinatos, *vt sup. dictum fuit, & habetur in d. prag. quandoque solent sub. rubr. de test. qui de nouo superuenisse allegantur.*

25 Est autem aduertendum super eo quod diximus *sup. n. 21.* quod si opponatur de falsitate testium per partem aduersam, vel de falsitate iurium, hoc erit emergens in causa, & super eo est pronunciandum per Iudicem. Vnde si pars petat, vt declaret, an ipsis vti velit, constito de falsitate, punitur; Secus fuisset protestatus, *quod eis vti velit, quatenus vera appareant, aliàs protestatur, se eis nolle vti, & vsu eorum renunciat.* Est benè verum, quod in tali casu, solet dari terminus ad deliberatè respondendum, an eis vti velit, sine protestatione. Et tunc si simpliciter respondeat, nolle vti, licet per hoc non fateatur falsa; tamen dicuntur suspecta de falso.

Quòd si testes examinati essent super falsa capitula ab eo scienter producta, tunc protestatio prædicta non prodesset, in actu productionis dixisset; *se velle eis vti, si, & quatenus sint vera, & donec, & quousque fuerit de contrario certificatus.* quæ protestatio valeret, si non esset suspicio falsitatis; dato tamen odore ipsius, tunc debet per Iudicem constitui illi terminus ad deliberare, & simpliciter respondendum, quia protestatio non debet esse dolosa. ita Clar. *l. 5. § falsum. vers. Vtrum dicto falsi testes, & vers. vtrum falso.* Bofs. *in tit. de falsis n. 55.*

26 Falsitas igitur ex supradictis euenire potest dupliciter. Primò ex parte testium examinatorum in repulsa. Secundò, ex parte principalis, qui illos produxit. Vnde quæritur etiam dupliciter, an quando testes redarguuntur de falsò, impediatur cursus causæ principalis. Secundò, quid agendum ad hoc, vt testes examinati, & etiam principales, qui eos produxerunt, arguantur de falso?

Circa Primum erit notandum, quod quando testes examinati arguūtur de falso, non per hoc supersederi debet, in causa principali, sed procedi potest ad vlteriora, vsque ad conclusionem in causa inclusiuè, secundum Capic. *in decis. 25.* vbi ait, quod in Regno differtur condemnatio, non autem conclusio. Sed tamen limitat quinque modis hanc conclusionem, quos vide apud ipsum.

Quibus addi potest sexta limitatio deprompta *ex Regia Pragmat. exordient. cum frequentius. sub. rubr. de fals.* vt scilicet quando testes examinati arguntur de falso. Pars quæ produxit testes, offerat se præstare velle cautionem de restituendo quidquid habebit per sententiam ferendam in eius fauorem, Et tunc huiusmodi cautione præstita poterit Iudex procedere in causa, non obstante falsitate proposita. Sed quia hanc quæstionem examinant Bartol. & Bald. *in l. fin. C. de fid. instrum. & l. 1. C. qui accusar. non poss.* & Afflict. *in constitution. incip. si ciuiliter agent. nu. 16. et 17. et in decis. 193. et 229.* Ideo ad illos recurrendum erit, si casus occurret, quia multa cumulant ad propositum, licet valde inuoluta. Secus tamen est agatur contra principalem de falso, nam tunc supersedetur in causa. Bal. & Alij penes Marant. *in spec. 6. p. act. 12. n. 1. in fin.*

27 Circa Secundum erit notandum, quod ad hoc, vt tam testes examinati, quam principalis, qui illos produxit, puniri valeant de falso, potest peti per aduersarium, vt Pars, quæ testes produxit, declaret, an velit vti huiusmodi testibus examinatis & eorum depositionibus. Vel an velit renunciare illis, & illorum depositionibus, & tunc debet Iudex concedere terminum ad respondendum in specie, non in genere qui terminus in Regno est octo dierum vt colligitur *ex Regia Pragm. exordient. testes falsum sub rubr. de fals.* Quæ declaratio circa vsum vel renunciationem testium, debet esse simplex, & absoluta, ac clara, non autem implicita, confusa, ac reseruatiuè, & protestatiuè facta, vt desumitur ex traditis per Bartol. *in l. si aduersarius C. de fid. instrumentor.* Bald. *in l. 1. C. si ex. fals. instrum.* Afflict. *dec. 189.* & Capic. *in decis. 67.* Et quia tali in casu debet cathegoricè respondere, inoleuit practica, quod quando pars respondet, quod vult vti, facit huiusmodi declarationem, sub hac forma. *N. dicit, quod vult vti omnibus testibus, omnibus articulis, et omnibus testium depositionibus.* Vnde si fieret declaratio, quod vult vti testib. super aliquib. certis, & super certis alijs non, tunc non debet admitti, propter iuramentum testibus præstitum quod esse debet indiuiduum, vt notat Franch. *decis. 173. in fin.* Quando verò respondet, quod non vult vti testibus talis declaratio debet esse specifica, & simplex non generalis, & confusa, neque dolosa, vt aduertit Clar. *vbi sup. d. § falsum vers. vtrum dicto.* Et sic facienda erit sub hac forma. *N. dicit quod non vult vti talibus testibus*, nominando illos per nomina, & cognomina, *Neque intendit vti depositionibus prædictorum testium, ideo illis renunciat.* vt colligitur *ex dicta Pragm. testes falsum.*

Et est aduertendum, quod Procurator non potest facere talem declarationem circa vsum, vel non vsum testium, nisi habeat speciale mandatum, in quo concedatur ipsi in specie facultas faciendi huiusmodi declarationem. Capic. *d. decis. 67. n. 2.* sequitur Menoch. *de arbitrar. Iudic. cas. 315. num. 21. cum seqq.*

Quod si per procuratorem non habentem speciale mandatum

tum ad talem declarationem faciendam, fieret nihilominus; tunc nullum producet effectum, nisi à parte ratificata fuerit, & ita passim practicatur.

PRAXIS PROCESSVS.

---

28 His positis deueniendum est, iuxta nostrum institutum, ad modum practicum formandi processus, & successiuè ad decreta necessaria super his, quę dicta sunt in superioribus. Quando igitur occurret huiusmodi emergens falsitatis testium, potest Iudex interloqui infrascripto, vel simili modo, videlicet.

Decretum super emergenti.

Qui Perillustris, & Reuerendissimus, Dominus, &c. in causa N. cum N. occasione, de qua in actis, &c. super tali, & tali emergenti, monuit partes ad primam ad audiendam ipsius voluntatem; & si commodè super eodem emergente sententiam, siuè decretum, omni modo, &c.

29 Quando verò statuit terminum ad simpliciter, & deliberatè respondendum, vt supra dictum est, potest fieri infrascriptum, vel simile decretum, videl.

Decretum ad simpliciter respondendum.

Qui Dom. &c. visa instantia N. petentis, quod N. compellatur ad deliberatè respondendum simpliciter, an testibus, & iuribus per eum in Actis productis vti velit, terminum statuit dierum tot ad simpliciter, & absolutè respondendum, an eis vti voluerit ad finem, &c. aliàs, &c. omni modo, &c.

30 Decretum verò quod fieri solet à Iudice in casu, quo concedit repulsam, est tale, vel simile, videlicet.

Decretum Repulsæ.

Qui Perillustris, & Reuerendiss. Dominus, &c. Visa petitione N. asserentis, in causa vertente inter ipsam ex vna, & N. partibus ex altera, occasione, de qua in Actis, &c. habere testes reprobatorios probatoriorum, ne in suis iuribus praeiudicium aliquod patiatur, terminum statuit dierum tot ..... ad reprobandam, et repulsandam testes praedicti N. in termino probatorio per ipsam productos. Quo termino elapso amplius non audietur; neque testes admittentur, et ita, etc. omni modo, etc.

31 Tandem expletis omnibus emergentibus, & incidentibus, quæ occurrere solent, de quibus omnibus agere, ferre impossibile se habet, cum variare soleant, secundum factorum contingentias, personarum qualitates, Populorum mores, Regionum consuetudines, ac Curiarum proprium stylum, & similia, accidentia, fit Publicatio testium examinatorum in termino dato ad repulsam, infrascripta, vel simili forma, videlicet.

Decretum Publicationis Repulsæ.

Qui, etc. Attestationes, et dicta testium examinatorum pro parte N. in termino dato ad reprobandam testes productos in termino probatorio pro parte N. in causa inter ipsos vertente in hac Curia, occasione de qua in Actis, aperuit, et publicauit, et pro publicatis haberi voluit, et mandauit, et copiam volentibus fieri iussit, et decreuit, cum termino dierum, (duorum vel trium) ad opponendum, et dicendum contra, etc. omni modo, etc.

32 Vnum tamen est aduertendum in materia repulsæ, quod si occurrat reprobare instrumentum, necesse est, vt fiat saltem per quatuor testes, quia instrumentum sustinet vices duorum testium, & tabellario est maior vno teste. Gloss. *in cap. testis 4. quaest. 3.* & traditur *in sum. Confessor. lib. 2. tit. 5. quaest.* 186. & S. Antonin. *3. par. tit. 9. cap. 11. §. 2. prop. fin. versic. oportet.*

SVBSECTIO DECIMA.

De Repulsa Repulsa.

SVMMARIVM.

1 *Repulsa repulsa, quid sit?*
2 *Terminus Repulsa repulsa est medietas prima repulsa.*
3 *Repulsa repulsa, quando peti debeat.*
4 *Repulsa repulsa, quomodo petenda.*
5 *Repulsa praedicta finis, qualis.*
6 *Lapso termino huius secunda repulsa non datur amplius vlterior repulsa.*
Processus in infinitum est vitandus.
7 *In repulsa repulsa non fit nominatio testium regulariter, sicut fit in termino probatorio.*
8 *Repetitio testium in similibus, quibus in casibus necessaria sit.*
9 *Repeti non possunt testes post publicationem attestationum.*
10 *Testes, qui repetuntur, non possunt plus dicere, in secundo examine, quam fecerunt in primo.*
11 *Testis, qui repetit primum examen, instare potest, vt sibi legatur primum examen, ne variet.*
12 *Testis varius etiam in similibus torqueri potest.*
13 *Tortura testi vario infertur, etiam non praecedentibus indiciis.*
14 *Clericus testis varians, potest etiam torqueri.*
15 *Torqueri possunt plures testes varij.*
16 *Etiam, si extraiudicialiter variauerint.*
17 *Doctores contrarium asserentes non admittuntur.*

1 EGimus in præcedenti subsectione de prima Repulsa, quæ fit ad effectum reprobandi testes examinatos ad fauorem partis aduersæ in termino probatorio; Verum quia completo, peractoque examine testium reprobatoriorum, ac facta publicatione processus, & attestationum repulsæ; solet altera Pars petere Repulsam repulsę, idest alium terminum ad reprobandum, & repulsandum testes examinatos pro repulsa testium examinatorum in termino probatorio, Ideo in præsenti Subsectione erit agendum de repulsa repulsæ.

Pro cuius intelligentia plura à Nobis de more notanda erunt. Primò, quæ sit repulsa repulsæ; & quis eius terminus. Secundò. Quo tempore peti debeat, & quomodo. Tertiò. Ad quem finem petatur terminus secundæ repulsæ. Quartò. An post lapsum terminum secundæ repulsæ detur alius terminus. Vltimò, An in terminis primæ, & secundæ repulsæ possint fieri nominationis testium, & committi audientia testium, vt fit in termino probatorio.

Quoad primum, notandum est, quod repulsa repulsæ nihil aliud est, quam actus ille, per quem repulsantur testes reprobatorij probatoriorum examinatorum in primo termino dato ad probandum, *vt colligitur ex cap. licet dilectus de testib. & ex cap. praesentium eod. tit. in 6.* & ex Speculat. *lib. 1. de teste §. 10. incip.: sepè a. 5.* & Bald. *in l. si quis testibus C. de testib.* & de iure Regni *ex Ritu Magnae Cur. Vicar. 74.*

Vnde sicut in prima repulsa à Reo, *verbi gratia* reprobati fuerunt testes Actoris; Vel ab Actore testes rei altero ex illis tribus capitibus in præcedenti Subsectione 9. *num. 1. vers. At regulariter enunciatis*, videlicet aut quoad personas; aut quo ad dicta; aut quoad examen eorum; ita in hac secunda repulsa vno ex eisdem capitibus reprobari possunt testes examinati in prima repulsa ad reprobationem testium in termino probatorio examinatorum, ad finem minuendi eorum fidem, vt ex hac via firma remaneat probatio, & fides priorum testium in termino probatorio examinatorum; nam certum est, quod si in hac secunda repulsa infringatur fides testium examinatorum in prima repulsa, opponendo contra eorum personas, vel dicta, vel examen exceptiones subsistentes: corroboratur, & augetur fides testium examinatorum in termino probatorio. Et sic Iudex sententiam ferre poterit habita consideratione, & respectu ad eorum qualitatem, integritatem, & bonitatem; sicut è contrario, si aliquo modo eorum fides diminuta remaneret per exceptiones contra illos in prima repulsa oppositas, diligenter perpendere deberet quam fidem, & probationem facerent eorum testimonia sic diminuta, & sic

habere

habere respectum ad eorum malam qualitatem, & ad alias circumstantias, quæ eorum fidem, & probationem valde debilitarent; imò aliquando in totum corruere facerent; & eneruatam prorsus redderent.

2 Terminus autem secundæ repulsæ est medietas termini dati in prima repulsa, ad similitudinem termini primæ repulsæ, qui vt dictum fuit suo loco, est medietas termini probatorii. Vnde in Regno seruatur, vt si terminus primæ repulsæ, fuerit sex dierum, terminus secundæ repulsæ, erit trium dierum; si quatuor in prima, erit duorum in secunda, *vt colligitur ex pragmat. exordiente: Cursu dilationum sub rubric. de publication. processus.*

3 *Quoad secundum*, quo scilicet tempore sit petenda, & quomodo, notandum erit, quod ista repulsa repulsæ, seù secunda repulsa peti debet post publicationem factam in prima repulsa, *Et habetur in d. rit. 74.* Est benè verùm, quòd hodie de stylo Curiarum Regni in recentissima practica seruatur, quod Pars non arctatur ad petendam repulsam repulsæ, dummodo illam petat, ante conclusionem factam in causa, si voluerit; vt etiam dictum fuit supra de prima in *præcedent. subsect.* & aduertit Capic. *in decis.* 157.

4 Quo verò ad secundam partem dubii, nimirum quomodo sit petenda, notandum erit, quod in termino primo repulsæ concessæ ad instantiam Rei conuenti, Actor debet protestari de Repulsa repulsæ, suis loco, & tempore petenda, & iste est modus practicus petendi secundam repulsam. ita Cauit *in d. rit. 74.*

5 *Quoad tertium*, ad quem scilicet finem petatur secunda repulsa, notandum erit, quod finis, propter quem petitur terminus secundæ repulsæ, est, vt repulsentur testes examinati in prima repulsa, ad effectum, vt testes primo loco examinati approbentur, quia per testes reprobatorios examinatos in prima repulsa, remanserunt aliquo modo deficientes, vnde per alios testes, qui examinantur in secunda repulsa, per quos reprobantur testes examinati in prima repulsa, corroborantur testes primo loco examinati in termino probatorio, & sic plenam faciunt fidem, & probationem pro eodem actore.

6 *Quoad quartum*, an scilicet post lapsum terminum secundæ repulsæ, detur alius terminus, notandum erit, quod facta publicatione in secunda repulsa, non datur alius terminus regulariter loquendo, nisi aliqua partium esset priuilegiata, quia in tali casu post lapsum termini secundæ repulsæ, datur etiam alius terminus primi, & secundi Beneficii, idest primæ, & secundæ, restitutionis in integrum, vt *habetur in fine dicta pragmat. cursu dilationum, & nos dicemus inferius.*

Vnde non possunt examinari, & produci testes reprobatorii reprobatoriorum testiũ reprobatorum; permittitur enim reprobare testes primo loco per actorem super principali negotio in termino probatorio productos & reprobatorios iterum reprobare, vt fit in secunda repulsa; vlterius verò non conceditur. *per c. licet dilectus per test.* & ibi Abb. & Alii latè; ex quo textu colligitur, quod cuilibet parti licet facere vnam reprobatoriam testium, siuè probatorium, siuè reprobatoriorum, non vltra, & sic quarta reprobatio non permittitur, propter infinitatem vitandam; infinitas enim seù processus in infinitum est vitandus. *l. vt inter C. de Sacrosanct. Eccles.* ad hoc vt detur finis litibus *vt in cap. finem de dol. & contum. l. vltim. ff. pro soc. & l. non distinguemus §. quæsitum ff. de arbitr.* Et sic non potest concedi terminus non ad probandum per quartos testes, *vt in dict. cap. licet dilectus*, & facit *text. in §. quia vero Authentic. de testib. cum similibus*, & notat Speculator. *loc. supr. cit. de teste §. 10. numer. 5.* vbi Io. Andr. ne detur processus in infinitum, vt dictum est.

7 *Quoad quintum*, & vltimum, an scilicet in terminis primæ, & secundæ repulsæ possint fieri nominationes testium, & committi illorum audientia, notandum, quod secundũ Afflictum *in constitut. In Pecuniariis num. 3. & in constit. Anemalia num. 2.* Nominationes, & audientia testium fieri, & committi possunt, tam in prima, quam in secunda repulsa. In practica verò in Regno *per Ritum Magnæ Curiæ Vic.* 146. & per Gloss. *in d. constit. In pecuniariis* non committitur testium audientia in terminis primæ, & secundæ repulsæ, nisi tota defensio litis consistere in testibus examinandis in partibus, quia tunc daretur facultas nominãdis testes. Et Ratio est, quæ repulsa habetur loco defensionis, quia est de iure naturæ. *Clemen. Pastoralis de sent. & re iudic.* & sic non erit in tali casu denegranda, ne indefensa partium iura remaneant.

8 Sed quæritur, an reprobari possint testes, qui adducuntur ad probandum in causis ordinariis, si repetiti non fuerint, quando examinati fuerunt prius in causis summariis, factis postea ordinariis?

Respondetur affirmatiuè, quia alias non probarent, nisi repeterentur, prout etiam si fuerunt examinati in alia instantia, vel in alio emergenti. *c. venerab. el 2. de testib.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum verb. summariè n. 25.* Farinac. *de testib. q. 66. nu. 297. & 299. cum seqq.* vbi plurimos Doctores allegat. Quia etiam in ciuilibus tali casu testes sunt repetendi, alias non probarent, sicut etiam in sequentibus casibus, Quorum,

Primus est, quando fuit oppositum contra testem aliquem vt dictum suum obscurum declararet, & declarationem non fecit, nam tunc probationem nullam faceret, nisi prius repeteretur, ad effectum, vt declaret dictum obscurum, faciunt tradita per Menoch. *de arbitrar. iudic. l. 1. q. 72. & 73. n. 24.* & Card. Mantic. *decis. 145.* & per Alios apud Ipsos.

Secundus est, quando testes fuerunt nulliter examinati, nam tunc nulla est eis fides adhibenda, nisi repetantur. Mantic *vbi supra*, & Alii per ipsum citati, Farinac. *dict. quæst. 66. num. 303.*

Tertius est, quando in illis casibus in quibus ad probationem faciendam requireretur repetitio, & fuit quidem facta, sed non legitimè, quia de iure testium repetitio facienda est regulariter ante publicationem attestationum.

9 Regula enim iuris est, quod publicatis attestationibus, sicuti non possunt testes de nouo produci, ita etiam neque repeti *cap. per tuas*, & ibi Gloss. *in verb. audiendum de testibus* vbi etiam Bald. *in summar. & numer. 2.* Gabriel. *d. tit. de testib. conclus. 28. numer. 2.* vbi de communi testatur Farinac. *dict. quæstion. 66. num. 255.*

Quæ regula, quod sequuta publicatione testes repeti non possunt, ampliatur, etiam si repetitio fieret ad instantiam partis, quamuis ageretur de sola declaratione primæ depositionis, Aretin. *in c. per tuas*, vbi latè *n. 6. & 7.* Farinac. *ib. num. 256. & seqq.* vbi alios citat, & subampliat, ac sublimitat. Ex officio tamen Iudex non prohibetur quandocumque testes repetere Farin. *vbi proximè nu. 261. & 264.* vbi vsque ad numerum 317. limitat tredecim modis latè declarando, & auctoritatibus confirmando.

10 Nota tamen, quod quando testes repetuntur, continere se debant intra necessarios limites, nam non possunt, nec debent plus dicere in secundo examine repetitionis, quam dixerunt in primo examine per ipsos facto, vt ex Baldo, & Innoc. *in d. c. per tuas* firmat Rot. *decis. 720. num. 2. p. 2. nouis.* & Farinac. *d. q. 66. n. 37.*

11 Nota secundò, quod testes, qui repetuntur, regulariter instare possunt, vt sibi legatur primum examen ad euitandam variationem, contradictionem, aut vacillationem, (de quibus latius agemus infrà *p. 4. in pract. criminal. sect. 5. n. 49. & 50.* vbi declarabimus, quando testis dicatur varius, & vacillans) vel saltem protestari possunt, quod se remittunt priori examini Farinac. plenè *in tit. de hæresi. q. 188. §. 1. num. 33. & de testib. d. qu. 66. nu. 39. cum plurib. seqq.* quia per dictam protestationem excusantur a pœnis variationis, & contradictionibus Bart. *in l. eos num. 7. ff. de fals.* & ibi Marsil. *nu. 6.*

12 Et ratio est, quia etiam in ciuilibus testes torqueri possunt, quando variant, vacillant, vel se contradicunt, vt vltra Doctores, quos allegaui suprà *subsect. 6. nu. 20.* tradunt Bald. *in tract. de testib. p. 2. numer. 2.* Clar. *in pract. crim. § fin. qu. 25. vers. item. testis*, & latè Farinac. Alios cumulans *in d. q. 66. num. 89. & seqq.* vbi de communi testatur.

13 Quæ conclusio, vt testes varii torqueri possint, ampliatur pluribus modis. Et Primò, non obstante, quod non præcedant alia inditia, nam adhuc ex sola variatione, contradictione, vacillatione torqueri possunt, vt tradunt communiter DD. quos citat, & sequitur Farinac. *ibid. nu. 100.*

14 Ampliatur secundò, etiam si talis testis sit Clericus, qui variat coram Iudice sæculari in casibus sibi coram eo examinari permissis. Clar. *vbi sup. vers. sed numquid.* Boss. *in tit. de tortur. test. n. 4.* Farinac. *loc. præcit. num. 101. & n. 103.* vbi dicit, quod tali casu non torquetur à Iudice sæculari, sed ab Ecclesiastico, vt tenet etiam Clar. *ib. in fin.* & Capic. *dec.* 142.

15 Ampliatur tertiò, vt toties torqueri possint, quoties

varia-

variauerint; intellige tamen vsque ad tertiam vicem, & non vltra, *vt fusius dicemus in pract. crim.* & tradunt DD. quos citat Farinac. *ibid. nu.* 104 *& seq.*

16 Ampliatur quartò secundum quosdam, non solum si testes variauerint iudicialiter, verum etiam si extra iudicialiter, nam adhuc torqueri possunt. Gabriel. *de test. conclus. 29. nu. 40. & conclus. 31. nu. 1, vers. contrarium* Clar. *d. q. 25. vers. sed pone* Farinac. *c. q. 66. n. 106, cum duob. seqq.* vbi plures Auctores cumulat. *&* *n.* 108. declarat hoc præsertim procedere, quando dictum extra iudiciale redactum fuit in scriptis.

17 Quidquid in contrarium asserant Marsil. *in. l. vos num. 1. vers. quod est interpretandum ff. ad leg. Cornel. de fals.* Bois. *in d. tit. de tortur. test. num.* 14. & Alij, quos pleno calamo allegat Farinac. *vbi sup. num.* 115. De reliquis vide apud præcitatos DD. qui ex professo articulum examinant, Mihi autem hæc pauca adducere placuit, tum quia faciunt ad Praxim reprobandi testes, tum etiam quia quando casus occurreret, haberi possunt loca Doctorum, qui de materia agunt.

Nunc finem faciendo subiectioni, dico quod absolutis omnibus terminis concedi solitis ad probandum testes reprobatorios probatoriorum, fit publicatio in hac secunda repulsa more solito, & tunc proceditur ad vlteriora in causa, faciendo conclusionem; cum non detur regulariter alius terminus, neque ad probandum, neque ad reprobandum, nisi partes essent personæ priuilegiatæ, quibus competeret beneficium restitutionis in integrum. Ideo ponam sequentem subsectionem, in qua de illa quædam magis ad praxim necessaria percurram propterea erit,

---

SVBSECTIO VNDECIMA.

De Restitutione in integrum bis concedenda, quæ in Regno appellatur primum, & secundum beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum, quid sit?*
2 *Restitutio in eadem causa bis tantum conceditur.*
Hinc in Regno prima restitutio dicitur primum beneficium, secunda secundum beneficium.
3 *Restitutio in integrum duplex est.*
4 *Appellatio non datur à concessione restitutionis in integrum gratiosæ; secus à restitutione iustitiæ, & quare.*
5 *Restitutio dupliciter peti potest.*
6 *Differentia petitionis restitutionis in integrum, quæ?*
7 *Restitutio peti non potest à procuratore sine mandato speciali.*
8 *Limitatur tamen in tribus casibus.*
9 *Causæ, pro quibus datur restitutio in integrum.*
10 *Personæ, quæ petere possunt restitutionem in integrum.*
Minores habent priuilegium petendi restitutionem.
11 *Fideiussores minorum non possunt vti beneficio minorum.*
12 *Mulieres habent beneficium restitutionis in integrum.*
13 *Ecclesia, & Ecclesiastica Persona habent similiter restitutionem in integrum.*
14 *Hospitalia, & alia loca pia habent etiam dictam restitutionem.*
15 *Loca pia, quoad bona habent restitutionem, non quoad personas laicorum.*
16 *Capitula Cathedralium etiam habent restitutionem.*
17 *Vniuersitates locorum, & Fiscus similiter habent.*
18 *Milites similiter habent restitutionem.*
19 *Rustici habent etiam restitutionem regulariter.*
20 *Personæ prædictæ, quæ habent beneficium restitutionis, si contrahant cum iuramento, amittunt beneficium.*
21 *Tempus restitutionis in integrum est quadriennium.*
22 *Quadriennium autem incipit currere à die læsionis.*
23 *Datur restitutio, etiam post quadriennium cum causa.*
24 *Restitutio principaliter petita non impedit exequutionem ceptam in Tribunali Rotæ.*
25 *In alijs verò Tribunalibus suspendit exequutionem.*
26 *In Regno Neapolitano quando detur restitutio.*
27 *Restitutionis in integrum natura quæ?*
Hæres minoris gaudet beneficio minoris.
28 *Author laudatus à minore etiam gaudet.*
29 *In causa appellationis an detur restitutio prædicta.*
30 *Restitutionis beneficium quotuplex sit.*
31 *Restitutionis prædictæ, sitve primi, & secundi beneficij terminus qualis.*
32 *In termino primi, & secundi beneficij admittuntur articuli impertinentes, & fit nominatio testium.*
33 *Restitutionis cognitio duplex.*
Restitutionis in integrum decretum.
34 *Restitutionis decretum cum insertione sententiæ diffinitiuæ.*
35 *Accessus ad locum differentia decretum.*
36 *Accessus prædicti destinatio alterius.*
Accessus forma.
37 *Iuramentum in litem decisiuum cui detur, & quomodo, Et quid seruatur in iuramento supletorio.*
Iuramenti decisiui decretum.
38 *Decretum oppositionis periurij.*
39 *Decretum termini ad deliberate iurandum.*
40 *Iuramentum in litem quotuplex.*
Decretum iuramenti in litem.
41 *Instantia causæ, quid sit? & quomodo perimat de iure Ciuili.*
Instantia perimit per lapsum triennij in ciuilibus, & biennij in criminalibus.
Instantia perimit, quoad acta ordinaria, non decisoria.
42 *Instantia perimit in iudicio iam cœpto, non in alio.*
43 *Instantia perempta restauratur in Ciuilibus, & quomodo.*
44 *Peremptio instantiæ locum habet in quibuscumque causis.*
45 *Instantia cœpta cum defuncto continuatur cum hærede.*
46 *Instantia causæ non perimit, vt supra de iure Canonico.*
47 *Instantiæ peremptionis decretum.*
48 *Descriptio fructuum fit in quacumque parte Iudicij.*
Descriptionis fructuum decretum.
49 *Descriptionis prædictæ mandatum.*
50 *Depositum priuat possessorem sua possessione.*
Depositi decretum in causa mercedis, & alterius rei controuersæ.
51 *Consignationis depositi decretum.*
52 *Detentor possessionis est manutenendus.*
53 *Vbi de possessione controuertitur, Iudex auocare potest possessionem ad se, ne partes veniant ad arma.*
54 *Sequestrum non est faciendum, sine prævia informatione periculi rixæ.*
55 *Et tunc citatur pars si periculum non sit in mora.*
56 *Sequestrum non fit, si constat de possessione vnius.*
57 *Possessorium triplex est.*
Possessorij summarij decretum.
58 *Mandatum de manutenendo qualiter formetur.*
59 *Interdicti retinendæ possessionis decretum.*
60 *Auocationis possessionis decretum.*
61 *Interdicti adipiscendæ decretum.*
62 *Mandatum prædicti interdicti.*
63 *Interdicti recuperandæ decretum.*
64 *Constitutum, & precarium quid sit.*
65 *Constituti, & precarij differentia.*
66 *Precarium quid sit.*
67 *Constitutum possessorium in quo consistat.*
68 *Constituti virtus quantum duret.*
69 *Possessio qualiter acquiratur, si ab alio acquiratur.*
70 *Constituti possessorij clausula quos effectus pariat.*
71 *Transfert possessionem in constitutarium.*
72 *Item verum dominium.*
73 *Item habet vim traditionis possessionis incorporalium.*
74 *Item probat concludenter contra Constituentem.*
75 *Item acquiruntur fructus rei per Constitutarium.*
76 *Item potest per eam capi possessio propria authoritate.*
77 *Item transfert possessionem in hæredes Constitutarij.*
78 *Item possidens per constitutum præfertur possidenti realiter.*
79 *Item probat possessionem ad quoscumque effectus.*
80 *Item transfert ius ad omnia remedia possessoria.*
81 *Item transfert possessionem sine vitio Attentatorum.*
82 *Item facit præsumere donationem simplicem, vt sit inter viuos, non causa mortis.*
83 *Item assumit naturam contractus, cui adijcitur.*
84 *Item transfert ius contra tertium possessorem.*

85 *Item*

1 DIximus in præcedenti ſubſectione, quod poſt ſecundam repulſam, non conceditur regulariter alius terminus ad probandum, niſi aliqua ex partibus litigantibus eſſet perſona priuilegiata; quia tunc permitteretur ei habere alium terminum, per viam reſtitutionis in integrum. Verum quia huiuſmodi materia eſt valde frequens in Tribunalibus, tum Eccleſiaſticis tum Sæcularibus. Ideo expediens eſt de ea hoc loco quædam vtilia, & neceſſaria cumulare, & tangere, ne quidquam quod practicari poteſt hic practicæ deſit.

Pro cuius materiæ notitia, plura per nos erunt more ſolito examinanda. Primò, quid ſit reſtitutio in integrum. Secundò quotuplex ſit. Tertiò quomodo petatur. Quartò, ex quibus cauſis concedatur. Quintò, quibus perſonis concedatur. Sextò quo tempore peti poſſit. Septimò, Quæ ſit eius natura. Octauò, quot erunt iſta beneficia reſtitutionis. Vltimò, quis ſit terminus primi, & ſecundi beneficij de Iure Regni.

Quoad primum, notandum eſt, quod reſtitutio in integrum, eſt in priſtinum ſtatum repoſitio. *cap. vltim. §. vlt. in fin. quæſt. 3. cap. ex litteris de reſtitution. in integr. l. quod ſi minor. §. reſtitutio ff. de minor.* & ibi Bart, & DD. *& in l. Gallus §. & quid ſi tantum colum. 2. verſic. quare quid ſi filius ff. de lib. & poſth.* Cardin. *in Clement. 1. in 3. notab de reſtitut. in integr* Ioan. Maurit. *in tract. de reſtit. in integr. cap. 1.* Odd. *eod. tract. par. 1. qu. 1. artic. 4. numer. 32. & ſeqq. & num. 44.* Et hæc eſt communis, & receptior definitio reſtitutionis in integrum, vt teſtatur Odd. *loc. cit.* Specul. tamen *in libr. 2. rubr. de reſtitution. in integr. §. 1.* aliter diffiniuit, ſed ad idem coincidit, vt ſcilicet ſit prioris ſtatus, vel iuris, vel audientiæ redintegratio.

2 Et eſt aduertendum, quod in vna cauſa bis tantum concedi ſolet, non amplius, & in Regno Neapolitano prima reſtitutio appellatur primum beneficium; ſecunda verò reſtitutio dicitur ſecundum beneficium, vt aduertit. Marant. *in Aureor. ſpec. p. 6. verſ. & quandoq; appellatur n. 101. in fin.*

3 *Quoad ſecundum*, eſt notandum, quod reſtitutio in integrum duplex eſt, Gratiæ ſcilicet, & Iuſtitiæ Gratiæ, ſeù gratioſa, eſt illa, quæ conceditur à Principe ex eius Clementia. Iuſtitiæ verò, eſt illa, quæ venit concedenda de Iure. Specul. *de reſtitut. in integr. §. 2. numer. 34.* Odd. *de reſtit. in integrum part. 1. quæſt. 1. artic. 15.* Scaccia *de appellation. quæſtion. 19. remed. 2. numer. 26. & ſeqq.* Marcheſ. *de commiſſion. reſtitut. in integr. part. 2. §. 1. num. 97. & ſeqq. fol. 102.*

4 Eſt autem valde vtile ſcire hanc diuiſionem, quia à decreto conceſſionis reſtitutionis in integrum gratioſæ non datur appellatio, cum ſit ſententia Principis, à qua appellari non poteſt, *l. 1. ff. à quibus appell. non lic.* Marcheſ. *ubi ſupr.* & Scacc. *ib. qu. 16. limit. 1. n. 5.*

A conceſſione verò reſtitutionis, in integrum Iuſtitiæ, ſeù prout de iure datur appellatio Marcheſ. *loc. cit.* Scaccia *de appel. qu. 17. limit. 47. memb. 4. num. 169. & q. 19. rem. 2. nu. 132.* Saluſt. Tiber. *in Prax. libr. 3. cap. 9.* & hæc concedi poteſt à quolibet Iudice ordinario. *l. in cauſa in 2. § fin. ff. de minor.* Odd. *d. tr. qu. 32. art. 4. nu. 28. verſ. contrarium*, cum Alijs apud Scacc. *de appell. qu. 19. rem. 2. num. 28.*

Vnde practicatur in Romana Curia, vt quando de Iure concedenda eſt reſtitutio; non pronuncietur per Iudicem, ne detur occaſio appellandi, quia tacite intelligitur conceſſa per proceſſum ad vlteriora; ſed tantum in meritis cauſæ ad fauorem eius, qui petijt, pronunciatur. Saluſt. Tiber. *ubi ſup* Veſtr. *in Prax. lib. 1. cap. 3. numer. 17.* Odd. *de reſtit. in int. p. 1. qu. 33. art. 4. num. 35.* Rot. & Alii apud Ridolphin. *in prax. p. 1. cap. 13. numer. 417.* Mant. *dec. 315. n. 5.*

5 *Quoad tertium*, eſt notandum, quod reſtitutio in integrum dupliciter peti poteſt, principaliter ſcilicet, & incidenter. Veſtr. *ubi ſup. n. 19.* Scacc. *loc. prox. cit. num. 45.* Luc. Pet. *in prax. l. 5. c. 1. num. 5.* Ferrett. *conſ. 45 il 2. n. 5. & ſeq.*

6 Sed eſt aduertendum, dari differentiam inter vnum, & alium modum petendi; nam ſi petatur principaliter, requiritur in eo Iudicio libellus, litis conteſtatio, & aliæ ſolemnitates, quæ requiruntur in Iudicio ordinario. Speculator. *de reſtit. in integr. §. 2. num 39.* Veſtr. *d. num. 19.* Saluſt. Tiber. *loc. cit. verſ. ſuper modo*, Scacc. *ibid. num. 48.* Si verò petatur incidenter, proceditur ſummariè, ſine vlla ſolemnitate. Veſtr. & Scacci. *ubi proximè*, Rot. *dec. 3. de reſtitut. in integr. in antiqu.*

Secunda differentia eſt, nam principaliter peti debet coram Iudice ordinario competente, vel Delegato ad vniuerſitatem cauſarum, vel Delegato à Principe *l. fin. C. vbi, & apud quem* Luc. Pet. *in prax. libr. 7. cap. 1. numer. 3.* Odd. *de reſt. in integr. quæſt. 32. art. 3. num. 28. & art. 6. num. 54.* Scacc. *de appellat. d. quæſt. 19. remed. 2. n. 28. & ſeq. & nu. 50. & 56.* Alii autem Delegati non poſſunt illam concedere.

Incidenter verò peti poteſt, coram quibuſcumque Iudicibus, ſiuè ordinariis, ſiuè Delegatis, *d. l. fin. C. vbi, & apud quem.* Luc. Pet. *ubi ſup. numer. 4.* Odd. *d. quæſt. 32. art. 6. numer. 55. verſic. aut loquimur.* Saluſt. Tiber. *d. lib. 3. cap. 9. in fin.* Scacc. *d. quæſt. 19. remed. 2. nu. 45. & ſeqq.*

Peti autem incidenter præcipuæ dicitur, quando petitur per viam exceptionis, vel replicationis. Luc. Pet. *loc. cit. num. 7.* Marcheſ. *de commiſſ. reſtitut. in integr. par. 2. §. 1. numer. 57. folg. 96.*

7 Aduertendum eſt ſecundò, quoad petendam reſtitutionem in integrum, requiritur mandatum ſpeciale. *l. illud §. fin. ff. de minor.* Batt. *in l. titius numer. 3. ff. de liber. & poſthum.* Luc. Pet. *ubi ſup. num. 13.* Saluſt. Tiber. *d. lib. 1. cap. 11. numer. 1.* Ferrett. *d. conſ. 42. il 2. num 5.* Marcheſ. *loc. cit. num. 56. fol. 96.* Odd. *de reſtit. in integr. quæſt. 31. artic. 12. num. 48.* vbi limitat ſexdecim modis.

8 Per ſupradictos tamen DD. Limitatur. Primò, quando petitur reſtitutio incidenter, ſecundum Gloſ. *in cap. ſuſcitata verſ. poſtulans*, & ibi Abb. *num. 5. & ſeq. de reſtit. in integr.* Roman. *ſingular. 126.* Luc Pet. *in Prax. libr. 7. cap. 1. numer. 13.* Marcheſ. *d. num. 56.* niſi procurator petere reſtitutionem ab interlocutoria ſuper incidenti lata nam tunc poſſet etiam ſine mandato, per lapſum decem dierum in iudicatum tranſacta. Abb. *ubi ſup. n. 6.* Roman. *ibid.*

Secundò limitatur, quando mandatum ſpeciale comprehenditur ſub generali, per clauſulam; *Nec non ad alia faciendum, etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent ſpeciale. capitul. qui ad agendum de procur. in 6.* Odd. *de reſt. quæſtion 31. artic. 12. numer. 51.* Mantic. *deciſ. 11. num. 2.* Caſſad. *deciſ. 1. num. 3. de procur.*

Tertiò limitatur in tutore, curatore, & ſimilibus, qui habent adminiſtrationem à Iure. Abb. *loc. citat.* Luc. Pet. *ibidem, num. 14.*

9 *Quoad quartum* eſt notandum, quod reſtitutio in integrum ex pluribus cauſis conceditur, quia ſine iuſta cauſa non datur.

Quorum Prima eſt minor ætas, & eius æquipollentia, vt defectus mentis, vel corporis, vt in furioſis, & infirmis, ac miſerabilibus; Fauor publicus, priuilegium Eccleſiæ, locorum piorum, Reipublicæ, & fiſci, de quibus latè Odd. *de reſtitut. qu. 2. 3. & 4.*

Secunda eſt, quælibet iuſta cauſa, quæ comprehenditur ſub clauſula generali. *ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur libr. 1. & tot. tit. ff. ex quib. cauſ. maior.* Odd. *q. 8. per tot* Staphil. *de lit. Gratiæ perb. quando eſt lata vna ſententia.*

Tertia

Tertia causa est Paupertas. Staphil. *ibid. vers. sed si per contradictas. fol.* 162 Odd. *dicta q.* 3. *ar.* 3. *num.* 14. Put. *dec.* 436. *l.* 2. Caffad. *dec.* 6. *num.* 2. *de appell.*

Quarta est absentia, Odd. *q.* 5. *art.* 3. *& seqq. vbi latè.*

Quinta est Ignorantia, Odd. *q.* 8. *art.* 9. *num.* 41. *vers. contrarium.* Maurit. *de restitut. in integr. c.* 67. *cum seqq.* Rot. *dec.* 164. *num.* 4. *&* 337. *num.* 1. *p.* 2. *recent.* Caualer. *dec.* 94. *num.* 2. *& dec.* 141. *num.* 3. vbi de communi ita statur.

Sexta est Bonum ius in negotio principali. Put. *dec.* 6. *&* 7. *de restit. in integr.* Rot. *dec.* 272. *num.* 4. *p.* 3. *lib.* 3. *diuers.* Gregor. *dec.* 459. *num.* 1. Duran. *dec.* 237. *num.* 2.

Septima est Iniustitia sententiæ. Benintend. *dec.* 85. *num.* 6. Seraphin. *decis.* 245. *num.* 2. Caualer. *decis.* 163. *num.* 1. Rot. *decis.* 333. *num.* 1. *par.* 4. *&* 40. *num.* 1. *p.* 6. *recent.* Etiam si iniustitia non sit notoria. Cæs. de Graff. *decis.* 10. *num.* 12. *de re iudic.* Rot. *dec.* 351. *num.* 5. *diuers.* Buratt. *dec.* 92. *num.* 5. 399. *num.* 1. 681. *num.* 1. *& alibi.*

Octaua est nullitas sententiæ. Rot. *decis.* 333. *num.* 1. *p.* 4. *& decis.* 1. *num.* 2. *& decis.* 40. *num.* 1. *p.* 6. *recent.* quia nullitas est maior iniustitia. Vant. *in tract. de nullit. sub tit. quid sit nullitas n.* 20. Aegid. *dec.* 343.

Nona est Læsio, saltem enormis, *cap. pen. de reb. Eccles. non alien.* Gabr. *conclus.* 1. *de restit. in integr.* Rot. *decis.* 2. *num.* 2. *p.* 6. *rec.* Læsio enim est fundamentum restitutionis in integrum, Rot. *decis.* 154. *num.* 1. *par.* 5. *recent.* Duran. *dec.* 137. *n.* 1. *&* 259. *num.* 1. & sine læsione non conceditur restitutio, etiam personis priuilegiatis. *cap.* 1. *de restit. in integr. l. quod si minor. §. non semper. ff. de minor.* Aegid. *dec.* 38. *in med. vers. Quoad quartam.* Duran. *dec.* 310. *num.* 1. Caualer. *dec.* 94. *num.* 3. Rot. *dec.* 199. *num.* 1. *par.* 4. *recent.*

Decima est Læsio enormissima, etiam contra transactionem. Put. *dec.* 11. *de restit. in integr.* Rot. *dec.* 1354. *lib.* 3. *diuers.*

Est tamen aduertendum, quod adest differentia inter restitutionem in integrum, quæ datur Minori Ecclesiæ, & æquiparatis ex dictio minorum, & illam, quæ datur Maiori ex iusta causa, & clausula generali *si qua mihi, &c.* nam Minori, & æquiparatis datur probata minori ætate, vel æquipollentia, & læsione: sed Maioribus ex iusta causa, & clausula generali non datur, nisi vltra læsionem probauerint iustum impedimentum, seu aliam iustam excusationis causam. Vestr. *in Prax. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 6.

10 *Quoad quintum*, est notandum, quod Personæ quæ habent primum, & secundum beneficium plures sunt.

Et Primò minores 15. annis de iure communi, *vt in l. auxilium, & tot. tit. ff. de minorib.* quia ætas supra vigesimum quintum annum dicitur æ: as legitima. *l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impetr.* De iure verò Regni minores dicuntur vsque ad decimum octauum annum, tam masculi, quam fœminæ *vt in constitution. Minorum men in fin.* & sic vsque ad dictam ætatem conceditur restitutio in integrum, tam in iudiciis, quam in contractibus, & consequenter datur primum, & secundum beneficium.

11 Quæ tamen restitutio in integrum non extenditur ad fideiussores minorum in contractibus. Maurit. *in tract. de restitut. in integr. cap.* 18. quia est beneficium personale, Specul. *lib.* 2. *de restit. in integr. §.* 2. *n.* 3. Daretur autem maioribus. 25. annis de iure communi ex clausula generali *si qua mihi iusta causa esse videbitur*, de qua habetur *in l.* 1. *& tot. tit. ff. ex quib. caus. maior. & in l. Pantomius. ff. de acquir. hæredit.* Alex. *cons.* 20. *&* 71. *vol.* 1. Maurit. *de restitut. in integr. cap.* 130 Odd. *eod. tract. q.* 89. *art.* 7. *nu.* 52. latè Grat. *discept. forens. cap.* 656. *n.* 7. vbi reprobat contrarium opiniones.

12 Secundò datur mulieribus, siuè minoribus, siuè maioribus per ea, quæ habentur *in l. si in ladiz ff. de minorib.* & in Regno adest *constitutio exordiens: Mulieribus, & constitutio Ob; caritatem*, vbi Andr. de Iitern. dicit, quod etiam post conclusum in causa, potest mulier petere restitutionem in integrum.

Quæ conclusio ampliatur, etiam si veniat, vt auctrix laudata. Afflict. *dec.* 15.

13 Tertiò, Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ, quoad bona beneficialia habent restitutionem in integrum, *cap. Ecclesiarum* 12. *q.* 2. Specular. *§. num.* 6. *loc. cit. cap. audita, de restit. in integr.* vbi Abb. *not.* 8. *cap. constitutus, & cap. cum venissent. eod. tit.* vbi Abb. *in* 6. *notab.* Speculat. *loc. proximè cit. d. §.* 2. *incip. quis autem n.* 2. 25. *&* 29. & quoad Ecclesiasticas personas, *§.* 3. *n.* 6. *in fin.* Marant. *vbi supr. n.* 68. & Afflict. *dec.* 590. Et quoad Clericos; qui habent restitutionem, vid. DD. apud Carol. de Graff. *de effectib. cleric. eff.* 1. *n.* 337.

14 Quartò, Hospitalia, & alia pia loca vt Collegia, Congregationes, & similes piæ tamen, habent etiam beneficium restitutionis in integrum, vt notat Abb. *in cap. de restit. in integr. & in cap.* 2. *de coniunct. in* 2. *notab.* Ioann. Andr. *in c.* 2. *de restitut. in integr. in* 6. Bald. *in cons.* 465. *vol.* 1. Marant. *loc. cit. n.* 90.

15 Est tamen aduertendum, quod dicta loca habent hoc beneficium si lædantur in iuribus pertinentibus ad ipsa pia loca, non si læderentur singuli, vt singuli de Collegio, vel Hospitali, secundum Abb. *in d. c.* 1. *n.* 15. *de restit. in integr.* nam tunc si personę singulorũ nō essent personę Ecclesiasticę nō admitterentur ad pinguius probandũ per viã restitutionis in integrũ.

Secus tamen dicendum venit de Personis Ecclesiasticis quæ admittuntur ad pinguius probandum, si læderentur in rebus patrimonialibus, *per c. Ecclesiarum serues.* 12. *q.* 2. & faciunt tradita per Couar. *l.* 1. *nar. resol. c.* 4. *n.* 2 *vers. verum.*

16 Quintò, Capitula Cathedralium habent restitutionem in integrum, si fuerint læsa. Abb. *in d. c.* 1. *de restit. in integr. col.* 5. *in fin.* Innocent. *in c. nisi in fin. de prab.*

17 Sextò, Fiscus, & Vniuersitates habent restitutionem *l. Respublica, C. ex quib. caus. maior. & l. Respub. C. de iure Reipub. lib.* 11. & licet Glos. *ibid.* dicat hoc habere locum solum in Ciuitate Romana tamen veritas est procedere in omnibus alij. Imo etiam in quolibet Castro, & Villa, quæ regitur per syndicum, siue sit magna, siuè parua. Bart. Bald. & communiter Alij. *in d. l. Respublica* quos sequitur Dec. *in cons.* 42. *in fin.* Ratio est, quia in eis sunt viduæ, pupilli, & aliæ personæ miserabiles, quarum intuitu conceditur Vniuersitatibus restitutio in integrum, ita etiam Alberic. de Rosat. *in d. l. Respublica*, & Afflict. *in prælud, constitutionum Regni in* 5. *prænc.* de quo adest *constitutionem incip.* Beneficium. Imò Soccin *in cons.* 66 *in* 4. *vol.* quem refert, & sequitur Foller. *in addit. ad Marant. in spec. aur. p.* 6. *d. vers. Et quandoque appellatur n.* 97. *infra.* tenet habere locum, etiam si castrum, vel illa non regatur per syndicos.

18 Septimò Milites, dum sunt in expeditione belli, habent restitutionem in integrum. *l. fin.* & ibi DD. *C. de restit. milit.* & dum sunt in castris, & si redierint, *vid. tex. in l. qui mittuntur. vers. Iulianus ff. ex quib. caus. maior. & l. si cui in prouincia. § tandiu eod.* Bart. *in l. milites. ff. ex quib. caus. maior.* Sed in Regno adest *constitutio exordiens: Hosties except.* & notat Cap. *dec.* 76.

19 Octaua Rustici, qui non potuerunt consulere peritiores, habent restitutionem in integrum. Alex. *cons.* 14. *in fin. vol.* 8. Ioann Maurit. *in d. tract. de restit. in integr. c.* 84. *&* 85. post Castrẽs. *in l.* 2. *ff. ad Tertull.* Odd. *de restit. in integr. q.* 5. *ar.* 1. *& seqq.*

In Regno tamen Rustici non admittuntur ad pinguius probandum per viam restitutionis in integrum, quia isti solent esse, vt plurimum sagaciores prudentibus, ad trad. per Glos. *in l. athletas § de restitut. ff. de excusat. tutor.* vbi tenet, quod quando sunt sagaces & astuti non gaudent beneficio restitutionis in integrum, *notatur in l. si id quod C. de iuris & fact. ignor.* & maximè, quia possunt consulere Peritiores. Afflict. *in constitut. incip. Iusti cultores.* , *n.* 7. *& in dec.* 110. 114. *&* 175. in quibus agit de supradictis, & aliis personis, quibus competit beneficium restitutionis in integrum; De reliquis vid. Maurit. Marant. et Alios in præcitatis locis, et tandem Ridolphin. *in Prax. iudic. p.* 1. *c.* 13. *à n.* 43. *usque ad n.* 441.

20 Est tamen aduertendũ ad vnum valdè singulare, quod si minor, mulier, et aliæ personæ habẽtes priuilegium restitutionis in integrum, contrahantcum iuramento, amittunt priuilegium; de minore est expeditũ, quod amittat. vt notat. Bart. et Alii. *in Authent. Sacramenta puberum C. si aduers. vendit.* quia iuramentum repræsentat cum Maiorem. Alex. *cons.* 27. *&* 42. *vol.* 1. Dec. *cons.* 31. *ver. sed his vol.* 1. vbi ait, quod neque potest petere absolutionem a iuramento Capell. Tulos. *dec.* 45. & plenè Io. Maurit. *in d. tract. de restit. in integr. c.* 11. *& seqq.* De aliis personis, vide. DD præcit.

21 *Quoad Sextum*, quo scilicet tempore peti possit restitutio in integrum, notandum est, quod peti debet infra quadriennium, de iure communi, quo elapso non datur *cap.* 1. *de restit. in integr. in* 6. *l. fin. Cod. de temp. in integ. restit.* Vestr. *in Prax. lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 14. *&* 23. Buratt. *dec.* 97. *num.* 8. *&* 404. *num.* 4. Rot. *dec.* 2. *de restitut. in integr. in nou.* et ibi Papazon. *num.* 5. *& dec.* 278. *num.* 3. *par.* 3. *lib.* 3. *diuers. & dec.* 592. *num.* 6. *par.* 2. *recent.* Et non solum peti debet infra quadriennium, verum etiam, si sit petita, intra dictum tempus terminatur

Clem. 3. de rest. in integr. d. l. fin. C. de temp. in int. rest. Vestr. *d. n. 14.* Rot. *decis. 13. n. 7. p. 2. & dec. 443. n. 4. par. 7. recent.*

aa Incipit autem currere quadriennium a die Lx sioois, *d. Clement. 1. in ver. à tempore lasionis*, Glos. *in cap. 1. ver. iure minoris, de restit. in integr.* Vnde si petatur aduersus sententiam, incipit currere à die sententiæ. Ioan. Andr. *in c. 1. num. 4. vers. post sententiam, vel sententiam de restit. in integr.* in 6. Odd. *de restit. in integr. p. 1. q. 2. ar. 6. n. 66.*

Et si petatur ad appellandum, quando non fuit appellatum, currit à lapsu decem dierum. Ioan Andr. *d. nu. 4.* Cæs. de Graff. *decis. 3. n. 4. de restit. in integr.*

Minori verò quadriennium incipit currere à die, postquam factus est maior. *d. l. fin. C. de tempor. in integr. rest.* Glos. *in d. Clem. 1. ver. à temp. de restit. in integr. & in d. c. 1. ver. iure minoris eod. tit.* Vestr. *loc. cit. n. 14.* Buratt. *decis. 75. n. 22.* Rot. *decis. 132. n. 7. p. 2. & decis. 13. n. 7. p. 5. recent.*

21 Limitatur tamen prædicta conclusio pluribus modis, & Primò non incipit currere quadriennium eo modo, quo supra dictum est, quando quis fuit legitimè impeditus, & iusta causa detentus; nam tunc datur, etiam post quadriennium. *c. 3. de restit. in integr. in 6. d. l. fin. C. de temp. in integr. rest.* Vestr. *d. l. 84. 3. n. 14.*

Limitatur secundò, quando sententia est notoriè iniusta ex eisdem actis. Cæs. de Graff. *decis. 15. nu. 8. in fin. de præben.* Ferentill. ad Buratt. *decis. 404. n. 9.*

Limitatur tertiò, quando constaret de enormissima læsione. *d. c. 1. de restit. in integr. in 6.* Soccin. *cons. 266. n. 24. l. 2.* latè Ferentill. ad Buratt. *d. decis. 404. n. 10.* Rot. *decis. 284. num. 50. p. 6. recent.*

Limitatur quartò, quando constat de bono iure, & impetratur restitutio à Principe. Mantic. *decis. 315. n. 1. & seq.* Rot. *decis. 276. in fin. n. 7. p. 4. l. 8. diuers.*

Limitatur quintò, quando restitutio datur ex clausula generali, *ob iustam* Rot. *decis. 360. num. 13. & seqq. p. 6. recent.* ratio est quia cum tunc quadriennium non curreret ab initio, si aliter diceretur, esset dare restitutionem ad restitutionem, obstante odam contra *text. in l. interdum. ff. de minor. & l. 1. C. si sæp. in integr. po. sul.*

Limitatur sextò, de stylo Curiæ Romanæ: in qua, dummodò constet de bono iure, quadriennium non attenditur, & ste datur restitutio in integrum, non obstante lapsu quadiennij. Simonett. *dec. 76* Buratt. *dec. 604. n. 17.* vbi Ferentill. *n. 11.* Rot. *dec. 284. n. 5. p. 6. recent.*

24 Aduertendum est autem, quod petita principaliter restitutio, non impedit exequutionem sententiæ, seu iam reptam. Lancellot. *de attentat. p. 2. c. 18. n. 17.* Scaccia. *de appell. q. 19. rem. 2. n. 110.* Salust. Tiber. *in Prax. l. 2. c. 11. n. 3.* Marciel. *de commiss. restit. in integr. p. 2. § 2. n. 70. fol. 138. & § 3. n. 152. fol. 185.* Buratt. *decis. 597. n. 4.* Caneler. *decis. 153. nu. 1. & seq.* Beltramin. ad Gregor. *decis. 158. n. 10.*

Exæpta dicitur exequutio per relaxationem mandati. Rot. *decis. 545. n. 5. p. 1. recent. & in vna Cornetana Pecuniaria 4. Iuny 1601. coram Pamphilio impress. apud* Sal. Tib. *d. c. 11. & per decretas, & relaxatas exequutoriales* Rot. *decis. 138. n. 2. p. 2. & 248. n. 4. p. 3. rec.* Buratt. *decis. 597. n. 4. & 868. n. 3.*

Quod tamen procedit, quando mandatum, aut exequutoriales fuerunt relaxatæ extra, & post sententiam, non autem si in ipsa sententia, alias præcluderetur via petendæ restitutionis in integrum. Rot. apud Rudolphin. *in Prax. p. 1. n. 477.* & Marchesi. *de commiss. appell. ab exequut. Brem p. 1. c. 2. n. 18. & seq.* vbi reddit rationem differentiæ. Sed notandum est, quod supradicta locum habent in supremo tribunali Rotæ, non in Alijs. Salust. Tiber. *d. c. 11. nu. 5.* Ferentill. *ad Buratt. dec. 945. litt. A vers. sed extra.*

25 In alijs autem Tribunalibus, extra Rotam, Restitutio in integrum suspendit exequutionem, sicut causa appellationis, & ea pendente nihil est innouandum Buratt. *decis. 504. nu. 5.* vbi Ferentill. *n. 14. litt. B.* nisi fuerit præuentum in exequutione reali. Rot. *decis. 64. nu. 1. p. 2. recen.* Ferentill. ad Buratt. *d. decis. 945. litt. A. vers. secus autem,* Scaccia *de appellat. d. qu. 19. remed. 2. nu. 110. & seqq.* Dicitur verò preuentum in exequutione reali, captis pignoribus, Salust. Tiber. *in Prax. d. l. 2. c. 11. num. 3.*

26 In Regno verò Neapolitano seruatur, quod Personæ priuilegiatæ petere debent primum, & secundum beneficium restitutionis in integrum quandocumque, ante tamen prolationem sententiæ diffinitiuæ, & sic post conclusum in causa, secundum Affl. *decis. 114.* sed limitatur in supremis Tribunalibus Ciuitatis Neapolis, quando causa fuisset introducta per commissarium causæ; tunc enim sit tempore, quo Commissarius facit relationem personæ priuilegiatæ petere terminum ad pinguius probandum, non debent audiri. Carauit. *in Ritib. Magnæ Curiæ Vicariæ 71. & 246.*

In practica tamen seruatur, vt ad instantiam personæ non priuilegiatæ statuatur terminus trium, vel quatuor dierum Personis priuilegiatis ad pinguius probandum per viam restitutionis in integrum, ad effectum quod vltra illum terminum, amplius non audiantur. Quod benè fuit introductum, ne sub prætextu primi, & secundi beneficij detur occasio petendi dilationes in causis. Minadous *decis. 15.* vid. Andr. de Iser. nia, *in dict. constit. Obscuritatem*; vbi hanc quæstionem disputauit.

27 *Quoad septimum*, quæ scilicet sit natura restitutionis in integrum, & consequenter primi, & secundi beneficij notandum erit, quod beneficium concessum minoribus, duplex est, reale, & personale. Reale. est quando transit etiam ad hæredes ipsius minoris. Afflict. *in decis. 211. & in dict. constit. obscuritatem qu. 12.* vbi refert Sacrum Consilium dedisse primum, & secundum beneficium hæredi minoris, ea ratione, quia hoc beneficium restitutionis in integrum non datur, ex eo, quia est minor, sed ex eo, quia fuit læsus. Imò datur etiam hæredi hæredis beneficium restitutionis, per text. *in l. non solum ff. de restit. in integr.* Crau. *cons. 17. n. 2. vers. sed ista* Cald. *de restit. in integr. in vers. memoribus n. 43. vers. prædicta,* Ridolphin. *in pract. p. 1. c. 9. n. 128.* & Alij.

Est autem personale, quatenus non competit fideiussori minoris. Bart. *in l. fin. C. de fideiuss. min. & dixi sup. n. 4* nisi quis in Iudicio fideiusserit pro minore, quia tali casu competeret tale beneficium fideiussori, *vt notat in d. constit. obscuritatem.*

28 Sed quæritur, an Author laudatus à minore, habeat beneficium minoris?

Respondetur cum distinctione. Aut enim Author laudatus est persona priuilegiata, aut non; in priori casu non est dubium, quod habebit beneficium minoris, Afflict. *decis. 15.* In secundo verò casu, est concedendum cum causæ cognitione scilicet, quod ex primo, & secundo beneficio minori concesso, possit author laudatus se tueri in iuribus suis.

29 Quæritur secundò, an primum, & secundum beneficium concedatur minori in causa appellationis, vel liquidationis expensarum, si habuit antea in causa principali?

Respondetur negatiuè, cum Afflict. *in decis. 35. & 114.* quia non datur in vna causa, nisi bis, vt supra notauimus. Vndè cum causa liquidationis intersse, vel appellationis censeatur eadem cum principali, si habuit in principali causa, non eiamplius competit. Quod si in causa principali habuit primum tantum beneficium, in tali casu, posset petere secundum beneficium in causa liquidationis prædictæ, vel in causa appellationis, & ita seruatur in praxi.

30 *Quoad Octauum*, quot scilicet erunt ista beneficia restitutionis in integrum, notandum erit, quod regulariter sunt duo, quorum primum, appellatur prima restitutio, secundum vero, secunda restitutio, vt ex prædictis patet. Si verò ambo litigantes, scilicet tàm actor, quam Reus essent priuilegiati, tunc erunt quatuor beneficia, quia duo spectarent ad actorem, & duo ad Reum, iuxta textum *in l. petenda C. de temp. in integr. restit.* quem citat Andr. de Isern. *in d. constit. obscuritatem*, & Afflict. *in ead. constit. qu. 10.* Et quælibet pars potest vti beneficio alterius, quia quilibet terminus est communis vtrique parti, vt notatur per DD. citat.

31 *Quoad vltimum*, quis scilicet sit terminus primi, & secundi beneficij; Notandum erit, quod terminus primi beneficij, est medietas termini dati ad probandum, & terminus secundi beneficij, est medietas termini dati in primo beneficio, vt habetur de Iure Regni. *in Rit. Mag. Cur. Vic. 71.* hoc tamen procedit, quando testes examinandi intra talem terminum, sunt in loco iudicij, vel quando terminus petitur intra Regnum; si verò primum, & secundum beneficium petatur extra Regnum, tunc terminus remittitur arbitrio Iudicis habita ratione ad instantiam loci, & ità est intelligendus Affl. *dec. 114.*

32 Est

32 Est notandum præterea, quod licet in Regno in termino probatorio, & in prima, & secunda repulsa non admittantur articulis impertinentes, & probantes de directo contrarium ad id, quod fuit productum in causa principali, aliàs partes principales puniretur in quinque tarenis pro quolibet articulo; Procuratores verò duplicatam pœnam soluerent, vt habetur *in Pragm. exordiente contingit sæpè sub rubr. de cap. et posit. impert. in repul. non ponend, et supra dix. Subsection. 9. numer. 23.* tamen hoc non procedit in termino primi, & secundi beneficii, in quo fieri possunt nominationes testium, ac producit articuli, etiam impertinentes probantes de directo contrarium, vel habetur in præcit. *Pragmat. contingit sæpè* in qua præsupponitur, articulos impertinentes non esse admittendos, etiam in causa repulsæ, nisi essemus in personis priuilegiatis allegantibus primum, & secundum beneficium, vnde patet à contrario sensu, quod liceat in primo, & secundo beneficio admittere, &c.

PRAXIS PROCESSVS.

---

33 Antequam ad Praxim formandi processus deueniamus notandum erit, quod restitutio in integrum, duplicem cognitionem requirit, aliam scilicet vt quis audiatur in Iuribus suis, & ista cognitio fit coram Principe principaliter, & secundario coram Iudice, cui sufficit dare fumum de læsione: alia verò cognitio fit ad obtinendam ipsam restitutionem, & probari debet læsio. Cum igitur præsentatur Iudici commissio facta per Principem super restitutione in integrum; vel cum sit ei instantia in tali causa, interloquatur mandando audiri in iuribus suis infrascripto, vel simili modo, videl.

Decretum vt quis audiatur in restitutione petita.

Qui Dominus, &c. In causa vertente in hoc Tribunali inter N. de N. ex vna & N. de N. partibus ex altera, occasione, de qua in Actis, &c. Habito fumo de allegata læsione, & stante absolutione iuramenti habita mandauit d. N. de N. audiri pro nunc in Iuribus suis cum termino, &c. omni modo, &c.

Vbi verò Iudex procedet in vim commissionis superioris sibi factæ, post verbum *habita*, potest addi. *vigore commissionis sibi per D.N. Superiorem facta. de qua in Actis, &c.*

In Regno verò in Aliquibus Curiis fieri solet sic.

Et per Dominum N. vel per Curiam N. etc. fuit prouisum, & decretum, quod detur, prout datur N. de N primum, vel secundum beneficium adpinguatis probandum intra dies tot..... alias, etc. & ita per Hoc suum, &c.

34 Quando autem pronunciatur principaliter in causa restitutionis in integrum, causa cognita, & seruatis seruandis, potest fieri tale, vel simile decretum, videl.

Decretum restitutionis in integrum cum insertione sententiæ diffinitiuæ.

Qui, etc. In causa N. cum N. occasione, etc. praxia restitutione in integrum, pronunciauit, ac diffinitiuè sententiauit, etc.

Et ponitur tenor sententiæ per extensum, secundum negotij contingentiam, prout occasio requirit de qua inferius.

35 Solet in quibusdam casibus, post publicationem processus, tam in termino Repulsæ primæ, quam secundæ, quàm etiam in terminis primi, vel secundi beneficii, seù restitutionis in integrum, peti per aliquā partem, quod fiat accessus ad locum differentiæ, & tunc debet Iudex se paratum offerre ad accedendum per se, si comodè fieri possit, aliàs quando legitimo impedimento vel iusta causa detentus nō potest ipsemet accedere, tunc eligat alium virum idoneum, & fide dignum, qui accedat, videat, & referat. Et in tali casu fieri solet præceptum, vt deponātur expensæ, sub pæna pignorationis per partem aduersam, Alias ipsamet pars, quæ instat quod fiat accessus, illas deponat, repetendas tamen ab aduersario, si in causa succumbet, in totum, vel pro medietate, iuxta sententiam condemnatoriam, & tunc tali, vel simili modo decretatur, videl.

Decretum accessus ad locum differentiæ.

Qui, &c. monuit partes ad interessendum die tali ...... hora tali..... in loco tali ..... cum iuribus suis, &c. aliàs, &c. et expensas deponi mandauit à petente accessum per totam, &c. repetendas à succumbente, pro quibus ex nunc contra non deponentem, mandatum de pignoribus capiendis relaxauit, omni modo, etc.

36 Quo facto debent partes se conferre ad locum cum scripturis, & testibus necessariis, & ibi insinuabunt Iudici, & Notario, seù Actuario causæ quid videre, & facere debeat, si verò fuerit iudex impeditus, & Alium transmittere cogitur, potest hoc, vel simili modo interloqui, videl.

Decretum destinationis alterius ad accessum faciendum.

Qui, etc. Cum ad locum differentiæ, iustis detentus impedimentis, accedere nequeat, deputauit D.N. ad videndum, et referendum, partesque monuit ad interessendum, cum iuribus, die, et hora tali ..... sumptasque de poni per N petentem accessum, repetendos à succumbente, et in contumaciam non deponentis, iussit pro summa tot ..... pignora eidem fieri, pro quibus mandatum in forma ex nunc relaxauit, omni modo, etc.

Forma Accessus.

N. ad præsens Iudex N. fiad, etc. In termino monitionis factæ pro hac die, et hora, etc. accessit, et personaliter se contulit ad locum differentiæ vertentis inter N. ex vna, et N. ex altera, super transita verb. grat prætenso per N. et ibidem viso dicto loco differentiæ, et auditis partibus in eorum prætensionibus, terminum statuit ad probandum, interim nihil innouare mandauit, etc.

37 Aliquando propter defectum probationum, necesse est venire ad iuramentum partium, quod dicitur litis decisiuum seù decisorium, vt si Actor non possit probare suam intentionem per scripturas, vel per testes, & petat per Reum iurari, vel referri, tunc enim Reus tenetur iurare, vel referre, idest dicere: *Iura Tu;* alias haberetur pro confesso, vt habetur *in l. manifestæ ff. de iureiurand. et in l. in bona fidei. C. de reb. credit.* & vtrobique Bartol. Abb. *in cap. fin. col. 3. de iureiurand.* Maraut. *in spec. p. 6. act. 9 nu. 22.* Potest tamen ille, cui defertur iuramentum petere, vt deferens prius iuret de calumnia, sed non potest dicere, se velle probare per testes. In pari causa, quando ambæ partes iurare voluerint, præfertur Reus, aliàs, præfertur melius informatus, Hoc autem iuramentum deferri potest, vel super credulitate, vel super tota causa, vel super vno tantum articulo, semper tamen coram competenti Iudice, & vel præsente parte, vel citata, alias non valeret. Blex. *consil. 122. vol. vlt. lib. 2.* Capie. *decis. 35.* qui licet loquantur de iuramento suppletorio, quando scilicet pars aliqua semiplenè probauit, tamen idem dicendum est in iuramento decisorio, ob Identitatem rationis. Quo iuramento delato non quæritur vlterius de ipsius veritate ciuiliter, sed benè poterit agi criminaliter per deferentem, contra respondentem, de periurio. Si verò pars, cui defertur iuramentum, petat terminum ad deliberatè iurandum, Iudex debet talem terminum concedere ad primam. Non debet tamen tale iuramentum decisorium admitti nisi saltem dato fumo de illius veritate, ac nisi sit totius litis decisiuum; de quibus omnibus agunt Andr. de Isern. *in c. 1. vers. cum datur, et ibid. §. similiter, vers. Sacramentum de consuet. vet. feud.* Soccin. *in cons. 184. l. 1.* & Boer. *in decis. 51. 1.* vbi plenè & Ridolphi. *in Prax. q. 1. c. 10. n. 121. cum seqq.*

Suppletorium verò, quod alio vocabulo appellatur necessarium, quia defertur in supplementum probationis, quando Actor, vel Reus semiplenè probauit, non defertur, nisi concurrentibus sex conditionibus, de quibus per Gloss. Bart. Bald. & alios apud Maraot. *in Specul. p. 6. act. 9. à numer. 4. vsque ad 22.* Et Ridolphin. *in Prax. par. 3. c. 4. à nu. 159. cum seqq. vbi 40.* casus ponit, in quibus non defertur tale iuramentum, ideo quando casus occurret, ad dictos recurri potest qui latius materiam percutrunt.

Decretum vero, quod fieri solet, quando petitur iuramentum decisiuum, est, vt infra, videlicet.

O Decre-

Decretum iuramenti Decisiui.

Qui, &c. mandantis per N. de N. in causa tali, in qua habet cum N. de N. iurare, vel referri, iuxta formam delationis, de qua in actis, praestito tamen prius iuramento calumniæ per delatorem, omni modo, &c.

Decretum verò iuramenti calumniæ, & eius forma posita fuit, *supra subsection. 9. n. 7.*

38 Si verò opponatur, quod quia non debet gaudere impetratis, quia est periurus, cum non fuerit absolutus à iuramento in contractu apposito, potest fieri Decretum infrascripto, vel simili modo, videl.

Decretum vbi opponatur de Iuramento.

Qui, &c. Sedens, etc. Visis, etc. dixit N. de N. non debere gaudere impetratis, nisi obtenta absolutione à iuramento, aliàs, etc. omni modo, etc. De Decreto verò absolutionis à iuramento. *vide sup. subsect. 6. nu. 10.*

39 Quando verò petitur dilatio, seù terminus ad deliberatè iurandum, fieri potest tale, vel simile decretum, videl.

Decretum termini ad deliberatè iurandum.

Qui, etc. In causa N. de N. cum N. de N. occasione, de qua in Actis, &c. Visa delatione iuramenti per N. de N. facta, petitione N. talis ad deliberat. iurandum, terminum statuit dicto N. tali ad deliberatè iurandum, vt petijt, ad primam, &c. omni modo, &c.

40 Solet similiter aliquando per Iudicem deferri iuramentum in litem; de quo habetur *in tot. tit. ff. de in litem iurand.* & defertur Actori tantum *lib. 2. & l. videamus, §. de ferre. ff. eod. tit.* & ob solum dolum aduersarij, non oblatam culpam *l. in actionib. ff. eod.*

Est autem hoc iuramentum triplex, scilicet singularis interesse, affectionis, & veritatis, quia tres sunt æstimationes rerum nimirum æstimatio secundum singularem vtilitatem, secundum propriam affectionem, & secundum veritatem. Castrens. *in rubr. de in litem iurand. n. 2.* & ib. Ias. *n. 2.* & Alij. Plotus *in §. Rest at videre. § 3. num. 2. de in lit. iurand.* vbi latè. Menoch. *de arbitr. Iudic. c. 207. nu. 2.* & Ridolphin. *in Prax. p. 3. cap. 2. à n. 150. cum omnibus seqq. vbi fusè.*

Quando autem deferatur tale iuramentum, & in quibus casibus, & quomodo *vid. DD. cit.* solet autem, quando defertur, fieri tale, vel simile decretum, videl.

Decretum Iuramenti in litem.

Qui, &c. dixit fore, et esse locum iuramento in litem in causa N. de N. cum N. de N. ideo per dictum N. de N. super tali causa iurari in litem posse pronunciauit omni modo, etc.

41 Multoties occurrit, quod in probationibus faciendis perimit instantia causæ, & tunc necesse est petere restitutionem illius à principe; Paris de Put. *in tract. de syndicat. vers. sententia v. vers. ad vnum col. prim. circ. fin. et col. fin.* & in Regno adest *Rit. Magn. Cur. Vic. 219.* vbi habetur, quod potest etiam Princeps. Afflict. *in constit. sæpè contingit. in final.* Instantia autem nihil aliud est, quam illa exercitatio Iudicii, quæ incipit à litis contestatione vsque ad sententiam latam, quæ si non feratur infra triennium in causa ciuili, & infra biennium in causa criminali, tunc perit instantia: *l. properandum. C. de iudic.* & in Regno *per d. Rit. 219.* & sic pereunt omnia acta ordinatoria iudicii, prout libellus, litis contestatio, citationes, iuramentum calumniæ, & omnia alia acta iudicii ordinatoria; non tamen pereunt acta causæ decisoria prout sunt probationes, confessiones, testes, & huiusmodi. Felin. *in c. causam quæ, in prima nu. 29. de testib.* Bald. *in l. properandum prim. §. et si quidem n. 20. C. de iud.* vbi idem firmant in absolutoria ab obseruatione Iudicii prout quando Iudex absoluit Reum conuentum, quia libellus, vel processus fuit nullus, vel per alios modos, quos enumerat Marant. *Mar. citand. à num. 49. cum seqq.* nam tunc etiam perit instantia, quoad ordinatoria tantum, vt diximus, non quoad decisoria, sequitur Marant. *in specul. aur. part. 5. vers. Et omnia omnia fiant durante instantia n. 52.* Azin. *in Prax. §. 23. 15 nu. 1. &* 4. Ridolphin. *in Prax. p. 3. c. 2. nu. 145. et nu. seqq.* vbi limitat in actis probatoriis imperfectis; vt si testes publicati non fuerint; & idem aduertit Marant. *ib. n. 55 & 56.*

42 Est tamen aduertendum, quod licet pereat instantia per lapsum dicti temporis, vel per absolutoriam ab obseruatione iudicii, tamen hoc intelligitur, quod perimat in illo iudicio iam cœpto, non autem in alio, quia regulariter non perimit negotium principale, sed præseruatur ius actoris in alio iudicio. *l. et post edictum. §. circumducto. ff. de iudic. cap. examinata. in* & ibi Glos. *in verb. non temerè de iudic.* Glos. *in d. l. properandum. §. et si quidem in verb. ab obseruatione. C. de iud.* Azin. *vbi supr. number. 20.* & Ridolphin. *ib. num. 142.* Vnde poterit Actor de nouo causam incipere, & nouam instantiam fabricare, vt habetur *in d. l. properandum. §. fin.* & ibi Glos. *in verb. vigorem;* & communiter DD. Bart. *in l. petenda. C. de tempor. in integr. restit.* Marant. *d. part. 5. nu. 47.*

43 Et vltra supradictum modum, potest instantia restaurari in ciuilibus tantum per Principis rescriptum, quod in Regno dicitur per insufflationem spiritus; vt notat Paris de Put. *vbi sup. col. 1. in fin.* refectis tamen expensis, quando stetit per partem, quin causa prosequeretur, adest *Regia prag. in cap. instantia in princ.* & aduertit etiam Marant. *loc. cit. number. 32.* Et tunc instantia est perpetua Afflict. *decis. 282. n. 4. & 346.* Capic. *decis. tr. 165. & 206.* & Grammat. *decis. 69.*

Item restauratur per beneficium restitutionis in Integrum, absque insufflatione spiritus, quoad personas, quibus competit restitutio, *de quibus diximus sup. n. 3. vt in dicta pragmat. incip. instantia in fin.* & aduertit Marant. *loc. cit. n. 35.*

Item restauratur instantia de communi consensu partium per repilogationem actorum, vnico contextu, porrigendo libellum, litem contestando, terminum recipiendo, & sic de singulis, ad tradita per Bart. *in d. l. properandum, C. de iudic.* vbi etiam Alex. *in 4. col. circ. fin.* Marant. *ib. n. 45.*

44 Quæ conclusio supra firmata, quod instantia in ciuilibus durat per triennium, & in criminalibus per biennium, vt supra diximus, & quod per lapsum dicti temporis pereat; Ampliatur, vt locum habeat in quibuscumque causis, tam intentatis per viam actionis, vel accusationis, quam per viam Inquisitionis, vel officii Iudicis secundum Bart. & Bald. *in d. l. properandum* & Abb. *in c. venerabilis in fin. de iudiciis.*

Item in causis executiuis. Roman. *cons. 174.* Soccin. *cons. 95. vol. 1.* Felin. *in d. c. venerabilis in fin.*

Item ampliatur, vt duret, & perimat instantia, vt supra, tam coram Iudice Ordinario, & Delegato, *et iudic. l. properandum,* quam etiam coram Arbitro, quando per partes nullum fuit appositum tempus in compromisso. Speculat. *t. 1. de arbitror. & arbitrator. §. 4. n. 14.* Abb. *loc. cit.*

45 Item procedit, etiam si moriatur litigator, pendente lite, nam tunc nō perit instantia cum eius morte, sed bene per lapsum triennii, quia instantia cœpta cum defuncto continuatur cum hærede ipsius. *l. heres absens. l. si petitur, & l. si is, qui Romæ, ff. de iudic. & l. si cum hominem,* & ibi Bart. & Imol. *ff. de fideiuss.* Abb. Felin. & Soccin. *in c. quia Gulielmus, per illum textum de iud.* vbi limitant in hærede Clerico, nam instantia cœpta cum defuncto laico, non durat triennio, si ei successit Clericus, sed perit cum eius morte quia lis, & instantia erit de nouo intentanda coram Iudice Ecclesiastico, & ista est magis communis opinio, quam tuetur in specie Felin. *ib. n. 3. & 4. col.* Quidquid Alii in contrarium dixerint.

46 Fallit tamen de iure Canonico supra firmata nostra conclusio sic ampliata, quia nunquam, secundum illud, perit instantia, vt procedit de iure ciuili, sed est perpetua *textus est notabilis in d. c. venerabilis,* & ibi Abb. & Alii, *& cap. fin. de iudic.* Glos. et DD. moder. *in d. l. properandum in verb. triennij. in fin. C. eod. tit.* Alex. *cons. 23. col. 1. vol. 3.* Vnde in foro Ecclesiastico, & & in aliis, in quibus seruatur ius commune Canonicum, prout in Terris subiectis Ecclesiæ, nunquam perit instantia, siuè in ciuilibus, siue in criminalibus, per prædicta, & tenet Phil. Corn. *in cons. 210. vol. 210. vol. 4. in fin* Felin. *loc. cit. c. venerabilis. de iudic.* Marant. *loc. cit. nu. 14. cum seqq.* vbi septem alias limitationes adducit, quas qui videre cupit, ipsum adeat, quia latè prosequitur materiam instantiæ prædictæ: Sunt autem limitationes, si causa ventiletur in concistorio Principis. Si Iudex habeat liberum arbitrium in procedendo. Si causa esset breuiata per statutum, vel rescriptum Principis. Si esset prorogata à Principe. Si causa esset fiscalis. Si causa esset alicu-

alicuius Ecclesiæ, etiam coram Iudice laico. Si causa esset breuiata de communi consensu partium.

47 Quando verò est locus peremptioni Instantię, fieri potest tale, vel simile decretum, videlicet.

Decretum super peremptione Instantiæ.

Qui, etc. sedens, etc. visis, etc. visis, etc. viso rescripto, etc. Instantiam, quatenus perempta non sit, prorogauit ad quindecim dies; quatenus verò sit perempta, illam restituit ad quindecim dies, iuxta tenorem rescripti, etc. præsentibus, etc. omni modo, etc.

48 Solet similiter aliquando per partes peti, vt fiat descriptio fructuum alicuius rei immobilis, Territorij scilicet, Vineæ, domorum, & similium, quę quidem ex causa, etiam leui conceditur; Rerum verò mobilium, suppellectilium, instrumentorum, librorum & huiusmodi, secus, nisi ex causa legitima, præsertim quando agitur de interesse inter mercatores. Quæ quidem descriptio regulariter conceditur in quacumque parte iudicii, vt tradit Bart. *in l. vnic. C. de prohib. sequestr. pecuniar.* vbi Alii, *& l. Imperatore. §. idem rescripserunt*, vbi præsertim Bart. Angel. & Imol. *ff. de appellat.* Lancellot. *p. 2. cap. 5. de attentat. accusat. pendent. fallent. 11. numer. 21.* Et pro causa sufficit solùm interesse petentis Curt. Iun. *in l. procurator num. 5. C. de edend.* Adent. ad. Papiens. *in Prax. in forma sequestr. in verb. latam sententiam.* Limitatur tamen dicta conclusio, quando ex descriptione sequeretur iniuria partis. *libr. 2. C. quando, et quib. quarta pars debet. libr. 10.* Bald. *in d. l. vnic. in fin.* Curt. *loc. cit. num. 16.*

In descriptione prędicta potest fieri decretum infrascripto vel simili modo, videlicet.

Decretum Descriptionis fructuum.

Qui, etc. in causa N. cum N. occasione, de qua in Actis, etc. mandauit fructus per N. Notarium publicum describi, cum præsentia nostrum, sine tamen præiudicio ambarum partium, eosdemque sic descriptos, penes dictum N. possessorem relinqui iussit, ad effectum, etc. omni modo, etc.

49 Forma Mandati de describendo, & deponendo.

De mandato, etc. et ad instantiam, etc. describantur omnia, et singula bona N. quæcumque illa sint, existentia in loco tali. et descripta deponantur penes idoneam personam, cum obligatione de consignando ad omne mandatum, etc. Quoniam, etc.

Si verò petatur fieri sequestrum, illius decreta habes *sup. sect. 1. subsect. 6. n. 53. cum seqq.*

50 Quando autem petitur fieri depositum, tunc Iudex debet esse valde circumspectus, & non facilis ad mandandum aliquid, de quo coram eo controuertitur, deponi, quia huiusmodi depositum priuat possessorem sua possessione. *l. licet ff. depositi*, Gloss. *in d. l. vnic. vers. sequestrationis C. de prohibit. sequestr. pecun.* Sed potius mandet describi bona controuersa, modo, quo suprà, nisi iusta causa aliud postulet, vt est causa mercedis, & similes, tunc enim debet mandare, vt fiat depositum per tale, vel simile decretum, videlicet.

Decretum depositi in causa mercedis.

Qui, etc. Talem N. Reum conuentum ab N. de N. pro petita mercede, non fore, nec esse audiendum, nisi facto actuali deposito, alias ex nunc pro summa contra ipsum petita, et expensis mandatum relaxauit, omni modo, etc.

Aliud decretum depositi rei controuersæ.

Qui, etc. In causa N. cum N. talem, vel talem rem, de qua controuertitur, penes N. de N. deponi mandauit, ad effectum, etc. omni modo etc.

51 Si bona depositata sunt consignanda, potest fieri simile.

Decretum consignationis depositi.

Qui, etc. In causa N. cum N. mandauit talem rem, siue pecuniam depositam penes. N. de N. consignari N. tali, et mandatum de consignando relaxauit, omni modo, etc.

52 Quod si agatur de possessorio summariissimo, & vtraque pars petat manutenere in possessione, si aliquo modo cōstat, etiā extraiudicialiter de detentore possessionis, seù rei controuersæ, Iudex poterit illi dare manutentionem in possessione, vsq; ad cognitionem Iudicii possessorii ordinarii, & præceptum facere aduersario, ne illum turbet, neq; molestet Castr. *cons. 3. nu. 2. l. 2.* Bald. *cons. 244. l. 3.* Neuizan. *cons. 80. n. 7* Roland. *cons. 8. n. 25. l. 4.* Natt. *cons. 121.* Felin *in rubr. de treuga. et pac. nu. 11. vers. nona declaratio.* Menoch. *de retinenda possession. remed. vlt. numer. 11.* Scaccia. *de appellat. qu. 17. lim. 6. membr. 1. nu. 20.* Capic. *decis. 96. n. 11.* Beuintend. *decis. 73. nu. 7.*

53 Si verò non constet quis eorum possideat, vel non possideat, vel quia neuter probauerit, vel quia eorum probatione sint pares, potest Iudex post summariam captam informationem, possessionem ad se auocare sequestri nomine per modū prouisionis. Buratt. *decis. 523. nu. 1. et 6.* ne partes lite pendente certando de possessione veniant ad arma, sine præiudicio iurium ambarum partium tam in petitorio, quam in possessorio, inhibendo partibus ne ad possessionem accedant, donec fuerit plenè cognitum super possessorio, vel petitorio plenario. Bal. *in l. ordinarij n. 9. C. de rei vendic.* Curtius Senior *consil. 60. nu. 2. vers. hoc tamen* Menoch. *d. rem. vlt. nu. 1. et seqq.* Scaccia *de appelat. qu. 17. limit. 6. membr. 2. nu. 1. et 27.* Beuintend. *d. decis. 73. nu. 6.* Put. *decis. 371. l. 2.*

54 Et si sit faciendum sequestrum, ne partes veniat ad arma, semper præcedere debet summaria informatio de huiusmodi periculo armorum inter partes. Scaccia *vbi sup. n. 19.* Benintend. *d. decis. 73. n.* Alias sequeretur absurdum, nam quælibet ipsarum partium posset fingere rixam, ad effectum vt aduersarius priuaretur commoditate possessionis, & fructuum. Papiens. *in Prax. in form. sequestr. §. sapiens nu. 3.* Scaccia *ib. nu. 19. vers. ratio.* Benintend. *ib. n. 4.*

55 Et similiter debet Iudex, etiam super dicto metu armorum citare partem ad videndum iurare testes examinandos super timore scandali, & armorum. Angel. *consil. 107. in fin.* Contard. *in l. vnic. limit. 16. nu. 10. C. si de momentan. poss.* Menoch. *de adipiscen. remed. 6. nu. 10. in fin.* Scacci. *de appellat. d. membr. 2. nu. 28.* Benintend. *d. decis. 73. n. 3.*

Quæ conclusio limitatur, quando periculum esset in mora, prout si partes essent paratæ venire ad arma, nam tunc constituto sibi summariè de periculo, posset sine citatione inhibere, vel sequestrum facere. Contard. *vbi sup. nu. 16.* Scaccia *ib. nu. 30.* & a tali sequestro non datur appellatio. Contard. *vbi sup. n. 1.* Scacc. *ib. n. 14.* Rodolphin. *in Prax p. 1. c. 12. n. 229.* Alciat. *cons. 37. n. 4. et seqq. tom 2. l. 6.*

56 Si verò post captam informationem, vt supra, constiterit de possessione vnius, non est locus sequestro. Berous *cons. 51. n. 5. et seqq. l. 3.* Contard. *vbi sup. n. 12.* Scacc. *ib. n. 2.* Benintend. *loc. cit. numer. 6.* Rot. *decis. 293 nu. 8. part. 1. recent.* Capic. *d. dec. 96. nu. 11.*

Etiam sub prætextu metus armorum: Bald. *in d. l. ordinarij n. 9. C. de rei vendic.* Curt. Sen. *d. cons. 60. num. 2. vers. hoc tamen* Scacc. *ib. n. 12.* Capic. *loc. cit.* Beltram. ad Greg *dec. 9. n. 18.*

57 Possessorium autem aliud est adipiscendæ: aliud retinendæ; aliud recuperandę, de quibus latissimè agitur per DD. *in tit. Inst. et ff. de interdictis,* Menoch. *in tract. de adipiscend. possess. per tot.* & per Alios *in tract. particularib.* Quando igitur Iudex prouidere voluerit, vt supra diximus, potest vti tali, vel simili decreto, vt infra, videlicet.

Decretum in Possessorio summario.

Qui, etc. mandauit N. de N. in possessione talis rei N. manutenari prouinc, sine præiudicio Iurium ambarum partium, et N. aduersario inhiberi, ne interim dictum N. de N. detentorem turbet, donec, etc. sub pœnis etc. alias, etc. mandatumque, etc. omni modo, etc.

58 Quo facto expeditur mandatum de manutenendo infrascripto, vel simili modo, videlicet.

Forma mandati de manutendo.

Ad instantiam N. de N. &c. tenore præsentium mandatur Vobis omnibus, & singulis Baiulis, Baroncellis, Notarijs, Tabellionibus, scribis, Alijsque Iustitiæ ministris, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, sub pœna, &c. debeatis dictum N. Insistentem in pacifica, & quieta possessione vnius vineæ, verb. grat. *manutenere, eiusque Iurium, membrorum, & pertinentiarum, ac libera perceptionem fructuum manuteatis, defendatis, & conseruetis, & manuteneri, defendi, & conseruari faciatis, & aduersus N omnesque alios molestatores, & contradictores ab eo causam habentes, &c. Quoniam seruatis seruandis Dominus ita mandauit, &c. Dat.* N. *hac die ... mens. ... Ann. ...*

N. Notarius.

Et est aduertendum per Notarium, vt in formando mandatu, non dicat, *vigore supradicti mandati de manutenendo immitti N.* quia sic faciendo, fateretur, se non possidere, sed dicat *manuteneri ad illius tenorem*. Pro manutentionem autem potest instari in quacunque parte Iudicij, etiam in gradu trium conformium, & restitutionis in integrum. *l. quod si minor. §. restitutio ff. de minor.* Ridolphin. *in Prax. p. 2. cap. 12. num. 134. &* 177. & 185.

59 Potest etiam in Interdicto retinendæ possessionis fieri tale, vel simile decretum, quando casus occurret, sine qualitatibus prædictis, videl.

Decretum super interdicto Retinendæ.

Qui, &c. dictum N. in possessionem talis rei ... posita in loco N. dixit fore, & esse manutenendum, mandatumque de manutenendo, & aliud quodcumque necessarium, & opportunum decreuit, & relaxauit, omni modo, &c.

60 Si verò sit auocanda possessio per Iudicem ex causa, de qua supra diximus *nu. 53.* fieri potest infrascriptum, vel simile decretum, videl.

Decretum Auocationis possessionis.

Qui, &c. possessionem talis rei N. controuersa inter N. & N. ad se aduocauit nomine Curiæ, inhibendo vtrique parti sub pœna, &c. ne ad illam accedant donec aliter ordinatum fuerit; & hæc ad custandum scandala per modum prouisionis, & sine præiudicium Iurium ambarum partium, & donec de meritis causa cognoscatur, omni modo, &c.

61 Vbi verò fieri debet decretum in interdicto adipiscendæ possessionis, potest Iudex adhibere infrascriptam, vel similem formulam, videl.

Decretum super Interdicto Adipiscendæ.

Qui, &c. Visis &c. mandauit N. de N. fore, et esse ponendum, & immittendum in possessionem prædij talis, siue rei posita in tali loco, prout ponit, et immittit decreuit, mandatumque de immittendo, & aliud quodcumque desuper necessarium, et opportunum relaxauit, omni modo, etc.

62 Vel fit sententia seruatis seruandis, & expeditur mandatum, vt infra videl.

Forma mandati in Interdicto Adipiscendæ.

Tenore præsentium præcipimus, & mandamus quatenus visis præsentibus, & postquam pro parte nostra, & ad instantiam N. fueritis requisiti, vel ad vestram notitiam deductum fuerit, siue alter nostrum fuerit requisitus, sub pœna scutorum tot ... applicandorum, &c. debeatis vel alter quilibet vestrum debeat accedere ad talem domum, vel tale prædium N. &c. in possessionem ipsius N. de N. ponatis, et immittatis, amoto ex illo quouis alio detentore, & sic immissum manuteneatis, & defendatis, & hoc virtute nostra sententia, etc. Datum etc.

63 In Interdicto recuperandæ, seù Reintegrandæ possessionis potest seruari eadem forma verborum, mutatis solum verbis illis *immittatis et imponatis*, quorum loco ponenda erunt, *Reintegratis, et restituatis, &c.* Additis tamen alijs, tam in decreto, quam in mandato, pro vt infra, videl.

Decretum in Interdicto Recuperandæ.

Qui, etc. Visis, &c. et consideratis, etc. pronunciauit N. de N. fore, & esse reintegrandum, et restituendum in possessionem talis rei, vel prædij existentis in loco N. prout reintegrauit, & restituit, & N. de N. condemnauit ad restitutionem, iuxta liquidationem faciendam, &c. Necnon eumdem N. de N. aduersarium in expensis condemnauit, quarum taxationem reseruauit, &c. mandatumque desuper necessarium et opportunum fieri decreuit, & relaxauit, omni modo, etc.

Si verò expensæ fuerint liquidatæ, potest dici in mandato, *Quas taxauit, prout in cedula, &c. et prædicta præsentibus testibus N. N. et N.*

64 Quod si occurret casus, vt quis petat à Iudice mandatum ad accipiendam, seù continuandam possessionem alicuius rei vigore instrumenti, cum clausula, *constituti et precarij*; quod mandatum in Romana Curia, secundum Ius commune dicitur mandatum de associando, debet tali casu vt censuit Rot. *dec. 187. nu. 3. p. 1. in posthum. Farin.* concedi parte citata, quia *per l. de vnoquoq. ff. de reiudicat. cum alijs vulgarib.* semper citatio partis, de cuius præiudicio agitur, præcedere debet, & datur contra quoscumque, etiam tertios possessores. Pacifie. *de salman. interd. inspect. 3. c. 2. n. 218.* Afflict. *decis. 139. n. 5.*

Est autem constitutum possessorium fictus modus tradendæ possessionis, quo vendens, donans, vel alio modo alienans constituit se possidere rem nomine illius cui conceditur, vt plenè aduertit Tiraquel. *in tract. de iur. constit. possess. p. 1. n. 1.*

65 *Constitutum* differt à *Precario*, nam constitutum transfert in eum, cui res conceditur, ciuilem, & naturalem possessionem. Bartol. *in l. interdum num. 1. ff. de acquir. possess.* & nihil remanet penes constituentem, nisi nuda detentio rei concessæ Tiraquel *vbi sup. n. 4.* Præcarium verò non transfert, nisi ciuilem possessionem, cum naturalis maneat penes eum qui precario nomine possidet *l. et habet § cum quis ff. de precar.* Bar. *ib. l. interdum n. 1.* vbi etiam Alij.

66 Est autem *Precarium*, quod precibus petenti vtendum conceditur, quandiù Is, qui concessit, patitur. *l. 1. ff. de precario.* & Azo. *in summ. C. de precar.*

67 Sed quæritur, in quo consistat constitutum possessorium?

Respondetur, consistere illis clausulis, quas Notarij apponere solent in Instrumentis venditionum & aliorum contractuum. & obligationum videlicet *Ponens, &c. Constituens etc. Dans, etc. et donec, etc. constituens. etc.* quæ extenduntur. Ponens N. in omne Ius, & locum suum. Constituens eum procuratorem in rem propriam, dans licentiam capiendi possessionem eius propria authoritate. Et donec illam acceperit, constituit se eius nomine precario possidere, &c. ex quibus patet, quod constitutum non continetur in illa clausula, *constituens, etc.* sed in clausula. *Donec, etc. constituit, etc.* Rot. *decis. 258. nu. 5. p. 4. recent.* Duran. *decis. 401. nu. 8.* Neque potest dici, quod contineatur in illa clausula *constituens, etc.* cum illa extendatur, vt diximus, *constituens procuratorem in rem propriam*, & desumitur ex Bertaz. *clausul. 29. glos. 1. et claus. 29. gl. 1.* Mart. *de clausul. p. 1. claus. 232.*

68 Est autem aduertendum, quod virtus clausulæ *constituti*, durat spatio triginta annorum, etiam in præiudicium tertii. Afflict. *decis. 139. in fin.* Menoch. *remed. 14. recuper. numer. 70.* quod tamen intelligi debet, quoad effectum agendi hypothecaria, quæ spatio decem annorum præscribitur. *l. cum. 2. C. si aduers. credit.* alias erit agendum remedio *l. fin. C. de acqu. poss.* non per viam associationis Rot. *in Romana Salmiani 22. Iunij* 1616. *coram D. Vbaldo*; de quo agit plenè Tiraquel. *de iure constituti possessorij part. 3. limit. 21* Menoch. *cons. 139. numer. 7. et* 28. Riccius *collectan. 449. limitat. 1.* & Rot. *penes Farinac. decis. 934. nu. 5. cum seqq p. 1. rec.*

69 Aduertendum est præterea, quod possessionem apprehendens alicuius rei, debet omninò expellere colonos, si sit prædium, vel inquilinos, si sit domus, de qua possessione capit;

quibus

quibus penitus exclusis potest illis ad partes locationes facere de nouo suo proprio nomine, aliàs possessio non acquireretur sibi; quia regulariter possessio non acquiritur nisi actualiter, ac penitus expellantur coloni, & inquilini ab ita re, cuius possessio capitur *l. quamuis §. 1. & l. peregrè §. quibus ff. de acquir. poss.* Salust. Tiber. *in prax. lib. 1. cap. 57. n. 8.* Veral. *dec. 169. p. 4.* Ferentill. *ad Buratt. dec. 732. n. 5. & seq.*

Quod tamen limitatur, quando possessio est vacans; quia tunc colonus, vel inquilinus alieri non possidet; & sic sufficit, quod recognoscat in dominum possessionem capientem. Roland. *cons. 46. num. 11. lib. 2.* Afflict. *dec. 167. num. 6.* Verall. *vbi sup.* Rot. *post Pacific. de Salman. dec. 141. n. 9.*

70 Sed quæritur, quos effectus pariat clausula constituti.

Respondetur plures esse; Quorum Primus est, vt per constitutum transferatur in emptorem vera possessio, licet non sit facta actualis traditio. *l. quidam ff. de rei vendic.* Tiraquel. *de iur. constit. possess. p. 1. nu. 2. & p. 2. ampl. 1 num. 2.* & latè Bened. Aegid. *ad l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. p. 2. cap. 13. clau f. 10. n. 1. cum plurib. seqq.* Barbos. *de clausul. vsu frequentior. clausul. 31. num. 2.* vbi Alios cumulat.

71 Secundus effectus est, vt transferat in constitutarium dicta clausula constituti possessionem, tam ciuilem, quam naturalem. *l. quod meo,* vbi Bart. *n. 3. ff. de acquir. poss.* Tiraquel. *d. p. 1. num. 2.* Barbos. *ibid. num. 4.* & Ridolphin. *in Prax. p. 3. cap. 5. num. 26.* & Alij apud ipsos.

72 Tertius est, vt transferat verum dominium. Abb. *in cap. 2. num. 13. vers. quartum exemplum de consuetud.* Afflict. *dec. 299. num. 18.* Rot *penes Barbos. vbi sup. num. 5.* & apud Ridolphin. *ibid. num. 27.*

73 Quartus est, vt habeat vim traditionis possessionis, etiam in rebus incorporalibus, vt in Iuribus, actionibus, quasi possessione exigendi, præsentandi, & similibus, dummodo concurrat iurium cessio. *l. fin. in princ.* & ibi Bart. *num. 1. ff. de donat.* Rot. *apud impress. per Farinac. dec. 764. n. 2. p. 2. recent. & dec. 284. à num. 1. p. 5. recent.*

74 Quintus effectus est, vt probet concludenter possessionem contra constituentem, & causam habentem ab eo. Ruin. *cons. 46. num. 13. lib. 4.* Tiraquel. *de iur. const. par. 3. lim. 1. num. 20.* Mantic. *dec. 33. num. 16.* Rot. *dec. 634. num. 3. p. 1. rec.* & Alij apud Ridolphin. *vbi sup. n. 37.*

75 Sextus est, vt acquiratur etiam fructus rei constitutario, nisi aliud sit conuentum in contractu. Rot. *in Romana Pratorum 22. Martij 1610. coram D. Peronano.* contra Surd. *cons. 13. num. 13. lib. 1.*

75 Septimus est effectus dictæ clausulæ constituti, vt transferat facultatem capiendi possessionem, absque authoritate Iudicis, & partis citatione, sed propria authoritate, etiam sine vitio Spolij. Gozad. *cons. 42. num. 25.* Ios. Ludouic. *dec. 26. sub num. 6. vers. quodquidem constitutum.* Farinac. *in prax. crimin. q. 175. num. 275. cum seqq.* Rot. *dec. 339. n. 39. p. 6. recent.* Sed quoad citationem aliter censuit, *vt diximus sup. num. 55.* & notat Salust. Tiber. *in Prax. lib. 1. cap. 57. num. 9.* & ita seruatur in Praxi in Romana Curia.

77 Octauus effectus est, vt trasferat possessionem, etiam in hæredes constitutarij. Corn. *ad l. 40. lauri. num. 20.* Menoch. *cons. 230. num. 30.*

78 Nonus est, vt possidens prior per constitutum; præferatur secundo, habenti actualem possessionem; & Ratio est, quia possessio constituti vera est, quamuis modus sit fictus, vt per Ias. & Alios *in l. quoties C. de rei vendicat.* & per Viuium *commun. opin. tom. 2. lib. 7. tit. 1. n. 67* Cardos. *in Prax. iudic. & Aduocat. verb. Emptio. n. 18.* Guttierez. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 30. num. 5.*

79 Decimus est, vt operetur, & probet possessionem ad quoscumque effectus. Mart. *de clausul. p. 1. clausul. 20. num. 4.* Coccio. *dec. 140. num. 9.* Beltramin. *ad Gregor. dec. 437. n. 6.*

80 Vndecimus est, vt constitutario competant omnia remedia possessoria. Olasc. *dec. 133. num. 7.* Gregor. *dec. 437. nu. 2.* vbi Beltram. *num. 6.* quæ competunt spoliatis sua possessione, vnde potest intentare remedium recuperandæ possessionis. Menoch. *cons. 139. num. 22.* Valasc. *consult. 106. num. 7.* Tiraquel. *vbi sup. p. 2. ampl. 11. num. 1.* Salust. Tiber. *d. cap. 57. num. 10.* & similiter remedium reintegrandæ. Olasc. *dec. 133 num. 7.* Buratt. *dec. 317. nu. 1. & 736. n. 2. & seqq.* Et similiter interdicti vnde vi, Valasc. *ibid. num. 11.* Tiraquel. *ibid. p. 1. n. 69. & d. p. 2. ampl. 21.*

81 Duodecimus effectus est, vt posit quis continuare possessionem habitam vigore constituti, absque vitio attentatorum Lancellot. *de attentat. p. 1. c. 3. limit. 1. n. 13. & cap. 20. limit. 9. n. 4.* Paris. *cons. 172. sub. n. 12. lib. 4.*

82 Decimustertius est vt constitutum appositum in contractu donationis simplicis faciat illam præsumi inter viuos, non causa mortis, nisi aliter fuisset expressum. Rot. *dec. 9. n. 21. p. 7. rec.* Ferentill. ad Buratt. *dec. 581. n. 19.*

83 Decimus quartus est, vt constitutum possessorium, tamquam accessorium, assumat naturam contractus cui adijcitur. Rot. *dec. 149 num. 5. p. 1. diuers.* Ferentill. ad Buratt. *dec. 937. num. 17. & seqq.* & ab eo regulatur. Causler. *dec. 5. num. 6.*

84 Decimus quintus est, vt vigore constituti competat contra tertium possessorem condictio *ex l. fin. C. de acq. poss.* vt obseruat Afflict. *d. dec. 139. num. 5.* Olasc. *dec. 15. num. 5.* Pacific. *de Salu. interd. inspect. 3. cap. 2. num. 218.* Rot. *apud Eumdem dec. 300. num. 10.*

85 Decimus sextus effectus est, vt operetur, etiam post mortem constituentis, & proinde constitutarius non priuatur sua possessione. Rot. *apud Pacific. vbi sup. dec. 170. num. 11.*

86 Decimus septimus est, vt operetur, quod creditor possit agere ad bona obligata, nulla facta prius excussione. Gratian. *disceptat. forens. tom. 1. cap. 78. num. 8. & seq.*

87 Decimus octauus est, vt non detur mandatum de manutenendo contra illum, cuius nomine quis se constituit possidere Gratian. *vbi sup. c. 113. n. 71.*

88 Decimus nonus est, vt operetur, & suam habeat vim in Emphyteusi; quia eodem modo operatur fictio in casu ficto, sicut veritatis in casu verò. Tiraquel. *vbi sup. p. 3. lim. 26. n. 5.* Corbul. *de iur. emphyt. in tit. de caus. priuat. ob alien. irrequis. domino ampl. 3 num. 1. in fin.* Rolan. *cons. 51. num. 12. lib. 2.* Suar. *in Thes. recept. sent. verb. Emphyteusis n. 76.* Card. Tusc. *tom. [illegible] E concl. 207. num. 82.*

89 Vigesimus, & vltimus effectus constituti est, vt appositum in instrumento posit Constitutarius petere mandatum de associando, & ei per Iudicem non posit denegari, etiam mortuo constituente latè Tiraquel. *d. tract. de iur. const. par. 2. ampl. 13. num. 4.* Rot. *in Aesina bonorum 23. Iunij 1614. coram Card. Verospio impress. per* Farinac. *dec. 594. num. 8. par. 1. recent. & dec. 587. num. 4. p. 1. & dec. 34. num. 1. & dec. 65. num. 1. par. 6. recent.* Quod quidem mandatum de associando datur etiam creditori. Duran. *dec. 364. num. 1. & 5* ita vt constituens non posit se opponere constitutario. *Rot. dec. 232. num. 2. p. 2. recent.* Et datur etiam contra singularem successorem. Duran. *dec. 49 num. 7.*

90 Sunt tamen multi casus, in quibus constitutum possessorium nullum parit effectum, & nihil operatur.

Quorum primus est, quando possessio non erat penes constituentem, & sic constat, quod ipse non possidebat tempore celebrati contractus, in quo se constituit possidere nomine alterius, *l. quamuis §. 1.* vbi Glos. *in fin. & DD. communiter ff. de acquir. poss.* Tiraquel. *vbi sup. p. 3. limit. 1. n. 1. & seqq.* Mascard. *de probat. conclus. 422. & 1189. num. 3. & 1211. num. 2.* Rot. *dec. 63. num. 5. par. 1. rec.* Vel possidebat, sed nomine alterius. Buratt. *dec. 505 num. 1.*

91 Secundus casus est, quando fuit appositum in contractu nullo, & iure reprobato. Tiraquel. *vbi sup. par. 3. limit. 7. num. 16.* Menoch. *cons. 465. num. 2* Valasc. *consult. 106 num. 7.* Rot. *dec. 644. n. 9. par. 1. recent.* Tunc enim requiritur actualis traditio Tiraquel. *ibid. num. 1.* Rot. *dec. 224. n. 3. p. 2. diuers.*

92 Tertius casus est, quando contractus, in quo fuit appositum constitutum claudicat, & de eius validitate disputatur quia tunc donec visum fuerit de validitate, suspensum remanet. Rot. *in Placentina Castri 4. Iulij 1601. coram Card. Millino.* Noguerol. *allegat. iur. tom. 1. alleg. 14. n. 54.*

93 Quartus est, quando apponitur in contractu simulato Tiraquel. *d. tract. de constit. poss. par. 1. limit. 8.* Salust. Tiber. *d. lib. 1. cap. 57 num. 13.*

94 Quintus est, quando constituens remanet in possessione. Tiraquel. vbi *supr. limit. 9.* Bart. *in l. fiens, §. supernacuum n. 5. in fin. ff. quib. mod. pig.* Caualer. *dec. 503. n. 5.*

95 Sextus est, vt non operetur in casu conditionali, non purificata conditione. Rot. apud Marchel. *de commiss. p. 1. pag. 1099. num. 6.* Post. *de manut. obseru. 20. n. 42.* Rot. *dec. 471. num. 4. & 3. in post. Farinac. alias p. 4. recent.*

96 Septimus est, quando apponitur in contractu alienationis

tionis bonorum fideicommisso subiectorum, nisi data validitate alienationis, vt si fiat pro exoluendis debitis factis à testatore, *vt in l. fin. §. fin autem, & in Auth. res, qua. C. commun. delegat.* ita Rot. *in Sutrina bonorum 29. Octob. 1595. coram Card. Pamphilio.*

97 Octauus, quando apponitur in alienatione rei incertæ per verbum numerale. Tiraquel. *ubi sup. p. 3. lim.* 19. Menoch. *consil. 222. num.* 50. Brunor à Sole. *in loc. com. ver. clausula num.* 10. Gam. *dec. lusit.* 55. *per tot.*

98 Nonus est, vt non trasferat possessionem in absentem Tiraquel. *d. p. 3. limit.* 30 *num.* 52. Gam. *dec.* 383. *num.* 2. Valasc. *consult.* 55. *num.* 3.

99 Decimus est, quando lex, vel statutum requirit veram & corporalem traditionem rei. Tiraquel. *d. p. 3. limit.* 11. Grat. *dec. Marth.* 238. *dub.* 2. Ricciua *collect.* 55. *in princ.* Mart. *de claus. p.* 1. *claus.* 20. *num.* 13. *vers. obstantum.*

100 Vndecimus est, vt non extendatur ad futura. Tiraquel. *ubi sup. p. 2. ampl.* 32. Vrsill. ad Afflict. *dec.* 139. *num.* 5. Menoch. *cons.* 122. *num.* 36.

101 Duodecimus, est vt nihil operetur in contractu census, in quo est inepta. Nauar. *de usur. num.* 132. Cenc. *de censib. par.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 5. *art.* 9. *num.* 25. Gratian. *Marchia decis.* 20. *num.* 80.

Plures alios casus, in quibus nihil operatur constitutum, ponit Tiraquel. *d. tract. de iur. const. poss. p. 3. per tot.* quos refert Ridolphin. *in Prax. p. 2. cap. 5. num.* 61. vbi etiam ponit alios casus, vt quando constitutum concurrit cum alio constituto anteriore; quando res fuit euicta medio tempore; quando quis possessionem semel accepit, &c.

PRAXIS PROCESSVS.

102 Volens igitur agere pro obtinenda associatione vigore clausulæ *Constituti*, debet citare partem aduersam ad dicendum contra iura in forma, & producere interim in Actis instrumentum, in quo est dicta clausula, cum aliis iuribus, si quę habeat, quę recipi debent, cum solita clausula *si, & inquantum, &c.* & his expletis fit citatio tali, vel simili modo, videlicet,

Citatio ad videndum associari.

De mandato Dom. N. *&c. Ad omnem instantiam N. de N.*

Citetur N. *de N. ex aduerso principalis ad videndum dictum* N. *instantem associari ad possessionem infrascriptorum bonorum in vim clausulæ constituti in iuribus in actis productis apposita, & concedi familiam, ac quodcumque mandatum de associando desuper necessarium, & opportunum decerni, & relaxari ad primam diem. Instante, &c. sine, &c.*

Bona, de quibus agitur.
Vna Casa, posta in loco N.
Vna Vigna, sita in loco N. *&c.*

103 Qua exequuta, & facta relatione fit decretum infrascripto, vel simili modo videlicet.

Decretum Associationis.

Qui &c. Viso instrumento cum clausulis Constituti, Precarij, & pacti, &c. mandauit N. de N. associari per Curiam ad accipiendam, seù continuandam possessionem talis domus sita in loco N. *siuè prædij in loco* N. *mandatumque de associando decreuit, & relaxauit, omni modo, &c.*

104 Quo intimato parti exaduerso more solito, si nihil releuans in termino opposuerit, expeditur mandatum tali, vel simili forma, videlicet.

Mandatum de associando.

De mandato D. N. &c. & ad instantiam N. de N. principalis; tenore præsentium mandatur Vobis omnibus, & singulis Barencellis, Notarij. Tabellionibus, Exequutoribus ac Sub exequutoribus Curiæ Nostræ & Alijs, ad quos spectat, quatenus sta-tim visis, & receptis præsentibus, sub quingentorum ducatorum auri, &c. alijsque pœnis, supradictum N. *de* N. *instantem principalem, ad possessionem infrascriptæ domus, vel vineæ per eum emptæ ab N. de N. ex aduerso principali, prout in instrumento, & iuribus de quibus in Actis, &c. eiusque corporalem, & actualem possessionem ob id apprehendere, ac immitti faciatis ad dictæ Vineæ, seù Domunis possessionem, ad hoc vt vobis associantibus, dictam possessionem liberè pacificè, & quietè, contra quoscumque impedire prætendentes capere, & retinere valeat, & sic associatum, & immissum manuteneatis, amoto exinde quolibet alio detentore, &c. Quoniam in vim dicti instrumenti emptionis, & clausula Constituti inter apposita, ac dicto N. de* N. *venditore citato, & intimato Reuerendiss. Dominus ita mandauit, &c. Datum* N. *hac die... mens... Ann...*

N. Vicarius, siue Iudex, &c.
Locus † sigilli. *N. Notar. &c.*
Tenor bonorum, videlicet.
Vna Casa sita in N. confine ad N &c.
Vna Vigna posta in N. *confine ad N.* N. *&c.*

105 Quod si agatur de satisfactione fructum census, vel de alio credito, de quo quis tibi satisfacere debet ex fructibus rei, ad quam fit associato, potest fieri mandatum infrascripto modo, videlicet.

Mandatum Associationis pro fructibus.

De mandato, &c. vt sup. vsque ad verb. alio detentore; postea subdatur; *ad effectum retinendi donec ex fructibus prædictorum bonorum fuerit sibi de dicto credito satisfactum in omnibus, et per omnia, etc. præsentibusque, etc. pareatis, quoniam in vim clausula, etc. vt sup.* Additio tamen in illis verbis, N. *de* N. *instantem principalem creditorem N. de N. in scutis tot..., vigore instrumenti, et iurium de quibus in actis, etc.*

106 Quod mandatum consignatur exequutori Curiæ, qui ipsius vigore constitutatium associat ad possessionem bonorum, de quibus agitur, & de huiusmodi associatione conficitur à Notario, seù Actuario publicum instrumentum tenoris sequentis, videlicet,

Instrumentum Associationis, seù possessionis.

In Dei nomine Amen. Anno, &c. Pontificatus N. &c.

N. *de* N. *Baiulus, siuè Exequutor Curiæ N. mihi cognitus, &c. cui est directum mandatum de associando ad possessionem vineæ sita in loco N. etc. iuxta bona* N. *N. N. etc. viam, et alios si qui sint, etc. Ad instantiam* N. *contra N. per acta mei, etc. per Reuerendissimum Dom.* N. *sub die tali... seù, etc. seruatis seruandis in vim clausula Constituti in instrumento N. de quo in actis, apposita, decretum, et relaxatum; quod quidem mandatum pra manibus habens mihi traditum hic inserendum, tenoris infrascripti, videlicet. De mandato, etc.* (& inseratur tenor mandati) *Vigore supradicti mandati præfatum N. de N. ad possessionem prædicta vinea, seù, etc. associauit, etc. qui N. de* N. *ad sic associatus dicta vinea realem, corporalem, et actualem possessionem accepit, et adeptus fuit, per eam deambulando, glebas terra, ac palmites vitium in signum vera, & actualis possessionis accipiendo, &c. Domunculam in eadem vinea existentem intrando, eiusque portas, & fenestras aperiendo, & claudendo, &c. & alios actus possessorios faciendo. Protestans dictus N. de* N. *quod per eius discessum, aut recessum e dicta vinea non intendit illius possessionem acceptam, & acquisitam dimittere, aut relaxare, sed illam animo, & corpore retinere, & continuare, non solum, vt supra, sed omni meliori modo, &c. Actum, &c. Præsentibus, etc. testibus ad præmissa, etc. vocatis, habitis, atque rogatis, etc.*

107 Tandem expletis omnibus incidentibus & emergentibus, ac cæteris omnibus declaratis, factisque publicationibus Testium examinatorum in omnibus beneficijs per vtramque partem obtentis, solet in quibusdam Curiis ad vberiorem cautelam dari terminus peremptorius ad producendum omnia, &c. quo elapso fit conclusione in causa, *vt in sequenti subfert.* Et tunc fit sequens, vel simile decretum, videl.

Decretum Termini Peremptorij ad producendum omnia.

Qui, &c. In causa inter N. de N. & N. de N. in hac Curia verten ti, occasione, de qua in actis, etc. Terminum statuit vtrique parti peremptorium dierum tot, etc. ad producendum omnia, Alias, etc. omni modo, &c.

SVBSECTIO DVODECIMA.

De Conclusione Causæ.

SVMMARIVM.

1 *Conclusio in causa præcludit viam probationibus.*
2 *De Iure Regni censetur facta ipso iure,*
3 *Conclusio quid sit?*
4 *Concludere, & renunciare probationibus sunt idem.*
5 *Conclusio dupliciter fit, expressè, & tacitè.*
6 *Conclusio de iure non est de substantia iudicij sed benè de consuetudine.*
7 *Conclusio an in causis criminalibus facienda.*
8 *Effectus conclusionis, qui?*
9 *Post conclusionem permittitur vt opponatur exceptio Iudicis incompetentia.*
10 *Item, peti potest restitutio in integrum.*
11 *Item, opponi potest exceptio falsi procuratoris.*
12 *Item allegari potest in iure per Aduocatos.*
13 *Item, fieri potest electio, & variatio fori à priuilegiatis.*
14 *Item, peti potest iuramentum suppletorium.*
15 *Item, peti potest confessio partis principalis.*
16 *Item, peti potest accessus super faciem loci.*
17 *Item, possunt interrogare partes.*
18 *Item in Regno præsentare possunt scriptura.*
19 *Casus, in quibus non obstante Conclusionem in causa fiunt probationes per testes.*
Nobilis in præsumitur falsum dicere.
20 *In Regno scriptura præsentantur ante sententiam;*
21 *Item dari potest terminus ad impugnandum scripturas:*
22 *Item dari potest terminus ad corroborandum scripturas publicas per testes,*
23 *Scriptura priuata quæ fidem faciunt, quæ sint,*
24 *Decretum Conclusionis in causa,*

1 COmpletis omnibus in Processu; factisque deinde publicationibus in beneficiis restitutionis in integrum; si petita fuerunt; transacto termino peremptorio, si fuit concessus; ac tandem completo vndequaque iuxta hucusque dicta processu, cum de iure communi omnia in Actis redigenda sunt. *per text. in cap. quoniam contra de probation.* proceditur per Iudicem ad conclusionem in causa, vel ex officio, vel ad instantiam partis, *per text in cap. iudic autem 30. quæst. 5.* per quam conclusionem præcluditur aditus partibus, ne possint amplius probationes facere. *argum. cap. de testibus, cap. cum dilectus, de fid. instr. cap. auditis. de procur. cap. pastoralis de caus. poss. & l. fin. C. de compens.* nisi aliqua iusta causa, vel ratio aliter Iudici suadeat, vt habetur *in d. cap. cum dilectus*. Ratio est, quia conclusio est, quasi renunciatio probationum, vt obseruat Glos. *in d. cap. cum dilectus de fid. instr.*

2 Et de Iure Regni desumitur *ex pragmat. incip. Conclusione.* in qua habetur, quod post conclusionem, processus est asportandus Iudici, vt sententiam proferat, & postea conseruetur in Archiuio. Censetur tamen in Regno ipso iure facta conclusio in causa, facta publicatione, & lapsis omnibus terminis de quibus in superioribus diximus *per pragm. incip. Cursu dilationum*: qua stante non est necesse, vt pars instet, quod fiat conclusio, prout de iure communi; sed sufficit, quod tantum petat declarari, ipsam esse iam factam ipso iure.

3 Ad pleniorem verò materiæ notitiam, & Tyronum instructionem, iuxta nostrum institutum, plura examinanda erunt: & Primò, quid sit conclusio, Secundo, quot modis fiat. Tertiò, an sit de substantia iudicii. Quartò. Quis sit eius effectus. Quintò, An possit aliquid fieri post conclusionem.

Quoad primum est notandum, quod conclusio nihil aliud est, quam renunciatio, quæ fit per partes omnibus defensionibus, exceptionibus, vel probationibus producendis in causa, vt desumitur *ex d. cap. cum dilectus, cap. de testib. cap. auditis, & cap. pastoralis.* Glos. *in d. cap. cum dilectus*, Speculat. *lib. 2. de renunciatione, & conclusione.* & ibi Io. Andr. & Bald. *in addit.* sequitur Menoch. *de arbitrar. iudic. cas. 35.*

4 Et licet concedere, & renunciare sint valde aduersa inter se, vt habetur *d. cap. quoniam contra. de probat. & cap. pastoralis. de caus. poss.* tamen quoad effectum generalem, scilicet non amplius probationes producendi, sunt vnum & idem, vt aduertunt Bald. *in l. si accusatoribus num. 18. C. de accusationib.* Abb. *in d. cap. pastoralis, num. 8.* & Afflict. *in constit. Regni incip. Hac lege num. 6. notab. 2. & in constitut. Vniuersas num. 8. notab. 5.* Appellatur enim conclusio, quasi præclusio facultatis producendi testes, & alias defensiones, & probationes Abb. ibid. Felin. *in cap. prac. cum dilectus.* & Castrens. *in l. admonendi num. 18. ff. de iureiur.* Vnde conclusio facta in causa claudit os partibus. Capic. *dec. 35.* & Carauit. *in rit. 74 n. 3.*

5 *Quoad secundum* est notandum, quod conclusio in causa fit dupliciter per expressam, scilicet renunciationem, & per tacitam. Prima, per expressam renunciationem, est quando fit per Iudicem ad instantiam partis, & ita hodie practicatur. Secunda fit per tacitam renunciationem, & est, quando partes renunciant singulis actitandis, & sunt contenti actitatis. *l. 5. C. de re iudic. & §. quia verò Authent. de testib.*

6 *Quoad tertium* est notandum, quod conclusio, secundum Iuris dispositionem non est de substantiali forma iudicii, secundum Capic. in *decis. 1. num. 33. & in d. decis. 35.* & Afflict. *in decis. 272.* & consequenter si omittatur, non vitiatur processus, secundum verò consuetudinem, & locorum communem stylum, potest dici, quod sit de forma substantiali ipsius Iudicii; ita DD. *cit.* & notat Abb. & Felin. *in cap. cum l. & A. de re iudic.* & Cardin. *in Clement. sæpe. §. & quia in 19. q. de verb signif.* idem tenet, quod scilicet sit de consuetudine. Glos. verò *in d. Clem. sæpe de verbor. signif. §. nos vsum in verb. conclusione*, per illum textum, tenet, quod tunc conclusio sit necessaria, quando causæ requirunt figuram Iudiciorum, vt sunt causæ ordinariæ; in aliis videtur inferre, quod non; vt sunt summariæ; & sic in istis non est de [illegible] iudicii, vt [illegible] aduertit Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 1. q. 35. num. 11.* & Add. ad *Vestr. in Prax. lib. 7 cap. 1 num. 30.* Vnde in causis requirentibus figuram Iudicii, nulli dubium est, quod sit de substantialibus iudicii, seù processus, aut ordinis iudiciarii, & sic practicatur in Curiis Ecclesiasticis, in quibus regulariter causæ omnes sunt ordinariæ, vt superiùs aliàs diximus; nisi sint causæ priuilegiatæ à Iure, vt sunt in causæ beneficiales; & aliæ de quibus egimus *sup. in pramiss. q. num. 30* Vnde in Curiis sæcularibus Regni, vbi causæ sunt summariæ, si omitteretur, non vitiaretur processus; In Curiis autem sæcularibus Vrbis regulariter non fit conclusio, quia in his causæ sunt summariæ, vt aduertit Glos. *in d. Clem. sæpè cit. verb. conclusione*, & vt notat Ridolphin. *in Prax p. 1. cap. 8. num. 15.* vbi allegat Vestr. *in Prax. lib. 7. c. 1. num. 12.* in Tribunali A. C. citatur tantum vnico contextu ad concludendum, concludiq; videndum in causa, & ad audiendam sententiam diffinitiuam, *vt dicem infr. subsect. 35. num. vlt.*

7 Sed quæritur, an in causis criminalibus fieri debeat conclusio?

Respondetur, quod regulariter non fit; sed Afflict *in d. constitutione: Hac lege num. 11.* ait, quod fieri debet, & ita etiam sentire videtur. Bart. *in l. Diui Fratres, ff. de pœnis, & in l. 1. §. fin. ff. de quæstion.* in quibus iuribus ait, quod post conclusum in causa criminali admitti debet omnis probatio ad defensionem Reis Ego tamen diuersimodè vidi seruari; In aliquibus enim Curiis practicatur, quod fiat, in aliquibus verò non; ideò seruandus est stylus Curiæ, vbi quis ius dicit, vt sæpè monui.

8 *Quoad quartum* est notandum, quod effectus principalis conclusionis est, vt post conclusum in causa regulariter produci non possint testes, nec aliæ id genus probationes, quia per conclusionem clausum est os partibus vlterius probandi, *vt probatur in d. cap. cum dilectus; & cap. cum Ioannes, de fid. instrument. & cap. cum clamor, & cap. cum venissent. de testib. cum alijs sup. notatis*, & tradit Speculator. *d. tit. de renunc. & concl. num. 3.* & ibi Add. Et de Iure Regni adest supra *cit.*

Prag-

Pragmat, concluſionem & alia magis expreſſa incip. poſt concluſionem ſub rubr. de teſtib. poſt cauſam concluſionem, &c.

9 *Quoad quartum* eſt notandum, quod licet regulariter, vt diximus, poſt concluſionem non poſſint fieri probationes per teſtes, & per ſcripturas: tamen multa permittuntur. quæ ad partium vtilitatem redundant, non obſtante concluſione.

Et Primò poteſt opponi exceptio incompetentiæ iudicis, quia hæc opponi permittitur in quacumque parte Iudicij, etiam poſt ſententiam. Gloſſ. *ſingular. in Clementin. vnic. ac ſequeſtr. poſſ. & fruct.* & Bald. *in l. exceptione. C. de probat. & in l. fin. C. de except. cum Alijs allegat. ſup. ſect. 1. ſubſect. 6. interfoc. 1. num. 5.* Imò etiam poſt tres ſententias conformes, *vt in d. num. 5. habetur.*

10 Secundò, peti poteſt reſtitutio in integrum à Perſonis, quibus hoc beneficium competit, *de quibus ſupr. egimus ſubſect. 11. à num. 10. cum plurib. ſeqq.* quia peti poteſt quandocumque, dummodo ſi intra quadriennium, *vt ibidem, num. 21. dictum eſt* & aduertunt DD. communiter *in cap. auditis de reſtit. in integr.* Andr. de Iſern. *in conſtit. Regni, incip. obſcuritatem, & extat. Pragmat. 53. quæ incipit. per Sacrum Conſilium, ſub tit. de offic. Sac. Conſ.*

11 Tertiò, poteſt, poſt concluſionem opponi exceptio falſi procuratoris, imò etiam poſt ſententiam huiuſmodi exceptio admittitur. *l. licet C. probation.*

12 Quartò, poteſt allegari in Iure per Aduocatos, licet non poſſint fieri probationes in facto per teſtes. Bald. *in Auth. Iubemus C. de iudic. n. 9.*

13 Quintò, poteſt fieri electio, & variatio fori per miſerabiles perſonas in caſibus in quibus illis competit, *de quib. infr. tom. 2 p. 5. Prax. 10. à n. 209 cum ſeqq.* Neu *z. in Syl. Nuptial. lib. 6. num. 58.* & Carauit. *in Rit Magnæ Cur. Vic. 231.*

14 Sextò, peti poteſt iuramentum ſuppletorium, dummodo ſit petitum ante concluſionem, Iaſon. *in l. admonendi num. 154. ff. de iureiurand.* & ibi Alij communiter, & faciunt tradita per Alex. *in conſil. 54. col. fin. vol. 1.*

15 Septimò, peti, & admitti poteſt probatio per confeſſionem partis principalis, etiam poſt concluſionem, quia eſt omnium aliarum probationum fortiſſima, & ideo non eſt omittenda. Bald. *in rubr. C. de probat. col. 3. verſ. ego aliter, & ibid. Caſtrenſ.* Franch. *decif. 220. in fin.*

16 Octauò poteſt peti probatio per aſpectum, & euidentiam rei, quæ controuertitur, & ſic vt Iudex accedat [illegible] ciem loci, quia huiuſmodi probatio eſt etiam omnium potiſſima. Bald. *in l. contra negantem in fin. C. ad leg. aquil. & l. ſi quis teſtib. in fin. C. de teſtibus.*

17 Nonò, poteſt, etiam poſt concluſum in cauſa, Iudex interrogare partes, ſiuè ad earum Inſtantiam, ſiuè ex officio, vt tradit Gloſſ *in Clement. ſæpè §. nos vſum verb. interrogabit. de verb. ſignif.* Abb. *in cap. cit. cum. Ioannes,* vbi etiam Felin. *de fid. inſtrum.* Alex. *in l. 4. §. hoc autem col. 4. ff. de damn. infect.* non tamen poſſunt fieri poſitiones. Menoch. *de arbitrar. q. 35.*

18 Decimò, de Iure Regni poſſunt præſentari inſtrumenta, & ſcripturæ, poſt concluſum in cauſa, intra quatuor dies, poſt publicationem terminorum in cauſa Repulſæ, vt habetur *in Pragmat. curſu dilationum ſup. cit. & latius infr.*

19 Eſt tamen aduertendum hic, quod ſupra firmata concluſio, (vt non admittantur teſtes, etiam ad veritatem indagandam poſt concluſionem in cauſa factam, propter ſuſpicionem ſubornationis *ad text. in cap. cum clamor & in cap. cum venissent. de teſtib. cum ſimilib.* & vti tradunt ſcribentes *ind. cap. paſtoralis, de cauſ. poſſeſſ. & propr.* & habetur de Iure Regni *in Pragmatic. præcit. poſt concluſionem, & in Pragmat. 3. ſub. tit. de teſtium refrenation.* in qua cauetur idem, vt ſcilicet non recipiantur teſtes poſt concluſionem, niſi fuerint nominati ante ipſam concluſionem;) hæc inquam concluſio non procedit.

Primò in teſtibus Nobilibus, & legaliſſimis, quia in eis non cadit ſuſpicio ſubornationis. Ita Alex. *in Auth. iubemus col. 3. in princ. C. de iudic.* vbi allegat Speculat. *in tit. de inſtrum. edit. §. fin. verſ. ſed pone eſſe;* ſequitur Hyppol. de Marſill. *in conſil. crimin. 1. n. 75.* & Arnon. *in ſoliloquijs ſolil. 35.*

Secundò, non procedit in repetitione teſtium, qui etiam poſt concluſionem poſſunt repeti, vt notat Paul. Merend. *in conſil. 82. num. 4.*

Tertiò, non procedit, quando concluſio fit in forma ſolita, quæ eſt, vt ponantur illa verba, *ſaluo iure producendi publica documenta*, ſiuè: *ſaluo productione ſcripturarum*; nam tunc produci, & præſentari poſſunt ſcripturæ cautelæ, obligationes & inſtrumenta, etiam poſt concluſionem; & ita practicatur in Sac. Reg. Conſilio Neapolitano, vt teſtatur Affl ct. *in decif. 172. in princ.* quæ quidem praxis deſumpta eſt *ex d. pragmat. curſu dilationum*, vbi habetur, quod ſcripturæ producendæ ſunt infra quatuor dies vtiles poſt publicationem terminorum primæ, & ſecundæ repulſæ. Quod ſi erit aliquid probandum, contra ſcripturas præſentatas, dandus eſt terminus arbitrio Iudicis ad illas impugnandas, *vt diſponitur in Rit. Magnæ Cur. Vic. 75* Benè verum eſt, quod iſte ſtylus, & practica non ſe conformat Iuri communi, quo cauetur, vt ſcripturæ præſentari debeant, vſque ad concluſionem in cauſa, poſt vero illam non admittitur ipſarum productio, *vt in cap. cum dilectus, & cap. cum Ioannes de fid. inſtrum. cap. paſtoralis de cauſ. poſſ. & propr. cap. auditis de procurator. & cap. fin. de reſtit. in integr.* quæ ſupra allegaui.

20 Imò hodie practicatur in Regno, vt ſcripturæ non ſolum præſentari poſſint poſt concluſionem in cauſa, ſed etiam vſque ad ſententiæ diffinitiuæ prolationem, vt aduertit Affl ct. *in conſtitut. Iuriſperitorum, num. 10. verſ. & propterea.* & Carauit. *ſup. rit. 236 & probatur in pragmat. 53.* quæ incipit *per Sacrum Conſilium, ſub tit. de offic. Sacr. Reg. Conſ.* vbi etiam poſt affixionem illæ cauſarum expediendarum intra 24. horas partes præſentare poſſunt ſcripturas, & inſtrumenta.

21 Eſt tamen aduertendum, quod licet permittatur productio ſcripturarum, poſt concluſionem, vt diximus non; tamen illis præſentatis datur terminus repulſæ, *vt cauetur in rit. 281. incip. item ſeruat Ipſa Curia non concedere.* Sed benè conceditur terminus ad impugnandas ſcripturas, non ſolum præſentatas poſt concluſionem in cauſa, ſed etiam ante ipſam. Affl ct. *in decif. 115* & Capyc. *decif. 68.* per doctrinam Abbat. *in c. quoniam contra n. 17. de probat.*

22 Aduertendum eſt prætereà, quod poſt præſentationem ſcripturarum, etiam poſt concluſionem concedi poteſt terminus ad corroborandas, ſeù concomitandas ipſas ſcripturas per teſtes vt tradit Affl ct. *ind. decif. 115. & 271.* Dummodo ſcripturæ præſentatæ ſint publicæ, non priuatæ. idem Affl ct. *decif. 272.* Ratio eſt, quia ſcripturæ priuatæ, quæ fidem non faciunt, corroborari minimè poſſunt, ſeù concomitari per teſtes, niſi ſint de his priuatis, quæ fidem faciunt. Id. Affl ct. *decif. 181.*

23 Scripturæ autem priuatæ, quæ fidem faciunt, ſunt quæ non indigent comprobatione, vel verificatione, quia fortaſſe in Iudicio fuerunt alias recognitæ, vel verificatæ, *in xtu notat in l. ſcripturas C. qui potior. in pign. habeant* Vel ſunt illæ, quæ repertæ fuerunt in Archiuio publico, *vt per eumdem Affl ct. in decif. 181. notatur.*

24 De reliquis, quoad vlteriores probationes, poſt concluſionem in cauſa, quando, & quomodo admittantur, vid. Menoch. *de arbitr. Iudic. lib. 1. q. 32. & lib. 2. centur. 3. caſ. 239. n. 2 & 3.* late Farinac. *de oppoſition. contr. perſon. teſt. q. 62. lim. 9.* Zuccard. Vbert. *conſ. 8. n. 6.*

PRAXIS PROCESSVS.

Notandum erit hoc loco, quod huiuſmodi decretum concluſionis, quod fieri ſolet, ſaluo iure producendi inſtrumenta, ſiuè aliàs ſcripturas publicas. poterit ex cauſa reuocari, quia eſt merè interloquutorium, etiam contradicente parte. Menoch. *de præſumption. præſumpt. 53. n. 3.* Crauett. *conſ. 144 nu. 30.* Et fit ſub infraſcripta, vel ſimili forma, videl.

Decretum Concluſionis.

Et per Epiſcopalem Curiam N. eiuſque Reuerendiſſimum Dominum Generalem Vicarium, fuit facta prout fit in præſenti cauſa Concluſio cum termino dierum trium ad perconſultandum Acta, & ad præſentandas ſcripturas, ſi quas habent, &c. & ita per hoc ſuum, &c. Prouiſum, &c.

Vel alio modo, vt alibi fieri ſolet, videlicet:

Qui Per illuſtris, & Reuerendiſſ. Dominus Vicarius Generalis N. *In cauſa inter N. de N, & N. de* N. *occaſione de qua*

de qua in Actis, etc. fore, et esse concludendum dixit, & pro concluso, & renunciato haberi voluit, et mandauit, saluo iure producendi publica documenta, &c. & hoc partibus præsentibus, ac renunciantibus, & in causa concludentibus; omni modo, &c.

Quod si partes non fuerint præsentes, loco verborum; *partibus præsentibus, &c.* dici debet. *In contumaciam, &c.*

SVBSECTIO DECIMA TERTIA.

De monitione ad dicendum & allegandum in iure, & in facto.

SVMMARIVM.

1 *Monitio, seu citatio ad dicendum & allegandum, quid sit?*
2 *Allegare in iure, quid sit?*
3 *Ius oritur ex facto.*
4 *Factum prius constare debet, & deinde ius.*
5 *Aduocatus Actoris allegare debet ante Aduocatum Rei, & quare.*
6 *Praxis Aduocatorum super attestationibus.*
7 *Iudex quid facere debent, dum allegatur per Aduocatos.*
8 *Iudex non potest vti scientia priuata, sed secundum allegata, & probata iudicare.*
9 *Effectus citationis, seu monitionis prædictæ, qui?*
10 *Instantia causæ perempta non instauratur à Baronibus Regni, sed solum à Principe supremo.*
11 *Monitionis prædictæ decretum.*
12 *Actorum exhibitionis decretum.*
13 *Citationis præfatæ forma.*

1 IN præsenti subsectione 13. videndum erit de citatione, seu monitione ad dicendum, siue ad allegandum in iure; & in facto, nam facta conclusione in causa solet Iudex in quibusdam Curiis monere, & citare partes ad deducendum quidquid voluerint, & possunt, tam in verbo, quam in scriptis & tam in iure, quam in facto, alias quod causa expedietur, prout de iure, ipsis vlterius non monitis, nec expectatis, statuendo illis terminum competentem, intra quem solent accedere ad ipsum Iudicem ambæ partes cum suis Procuratoribus, & Aduocatis, qui informant eundem super meritis causæ, quilibet pro suo cliente, & disputant super iuribus partium, faciendo dubia, & respondendo contrariis allegatis pro parte aduersa, & sic fieri solet solemnissimum contradictorium coram Iudice, qui quidem debet illos audire cum multa & insolita patientia maximè, quando agitur de re magni momenti, quia ex ipsorum altercationibus, & disputationib. veritas magis elucescit, quam semper Iudex indagare tenetur, vt iustam sententiam proferre possit. Tunc si possibile erit, faciat illos concordare in facto, & postea iura in scriptis ipsi consignata per vtramque partem diligenter videat, & perscrutetur & acta seu processum sibi per Actuarium, seu Notarium exhiberi mandet, vt videre illum possit, si prius hoc non fuerit factum, ad finem, & effectum, vt veritatem ipsam cognoscere valeat, quæ semper apud ipsum cum iustitia præualere debet. *cap. grane 25 q. 9. cap. consuetudo. 8. dist. & l. properandum in princ. §. 1. C. de iudic.*

2 Pro cuius intellectu, iuxta solitum videbimus plura necessaria, & Primò, quid sit allegare in iure, & in facto. Secundò, quomodo sit allegandum. Tertiò, qualis ordo seruandus. Quartò, quid Iudex facere debeat in allegationib. Quintò, quis sit effectus citationis ad allegandum.

Quoad primum, est notandum, quod allegare in iure, nihil aliud est, quam intentionem suam per probationes in iudicium deductas ostendere, & eam iuribus asseuerare, & colorare, ita per *text. in cap. alterum 9 quæst. 3. cap. conuenior. ver. allegatur. 23. quæst. vlt. in cap. dilectos de fide instrum. capit. Abbate sanè de re iudic. in 6. & cap. quia cunctis de concession. præb. cod. libr.* tradit Speculator. *libr. 2. de disputat. & allegat. aduocat. §. 1. in princ.* vbi etiam ait, allegationes debere fieri super testibus, & actitatis, nam hoc probatur *in capit. in causis de testibus cap. dudum 3. de elect. d. cap. conuenior. ad verb. allegatur, et in Auth. si dicatur. in fin. C. de test. et in §. quia verò multi, et §. nam partes. Authentica de testib.*

3 Et Ratio est, quia ius ex facto oritur. *capit. pen. de Eccl. ædif. cap. de muliere de sponsal. l. si ex plagis §. in cliuo ff. ad leg. Aquil. lib. obligationum §. ex facto ff. de action. et oblig. et l. quidam referunt verb. nullus ff. de iur. codicil.*

De ista citatione ad allegandum in iure, & in facto agit Afflict. *in decis. 283 num. 5. et in prælud. constitution. Regni q. 9. num. 21.* Addentes tamen ad Afflict. *in d. decis. 283.* & Grammatic. *in consil. crim. 142.* non benè asserunt, meo iudicio, quod huiusmodi citatio sit introducta in Sacro Consilio Neapolitano de stylo, ad similitudinem citationis ad sententiam, cum de ea non reperiatur in iure cautum, nam ex supradictis iuribus clarè colligitur, ipsam debere fieri, cum ex facto oriatur ius, vt diximus, & ex vtraque veritas, & iustitia, *vt in dd. cap. grane, cap. consuetudo, l. properandum, cum similib.*

4 *Quoad secundum* notandum est, quod prius constare debet in actis de facto, postea allegari, & disputari debet de iure *per cap. ad audientiam de Eccl. ædific. d. cap. Abbate sanè de re iudic. in 6. dict. lib. quidam ff. de iur. codic. & in §. si verò vers. in tempus disputationis Authentico de testib.* quia ex facto ius oritur, vt diximus, quomodo autem fieri debeat, videatur Speculat. *in loc. infra citandis.*

4 *Quoad tertium* est notandum, quod in allegando, ordo est, vt debeat prius allegare Aduocatus Actoris, quam Rei conuenti, quia talis est ordo Iudicii, vt semper præcedant acta Actoris, & deinde sequantur acta Rei. vt tradit Bart. *in l. Nesennius ff. de negot. gest. & in l. qui prior. ff. de iudic.* Pileus. 4. *part. sui operis rubr. qualiter aduocati debeant allegare, & quis primo,* & Speculator. *dict. tit. de disput. & allegat. §. 2 & 3. numer. 1. & lib. 1. tit. de Aduocato §. 7. num. 1. cum seqq.* vbi ponit praxim, secundum quam allegare debet, quem vide, quia multa vtilia congerit; talis autem ordo probatur, ex *cap. 1. & 2. 4. quæst. 4. & arg. cap. dominus 23. quæst.* quia actor intentionem suam fundare & ampliare debet prius. Reus verò illam concutere. idem probatur *in cap. 1. de mut. petit. & cap. 2. de ord. cogn. & l. qui. prior. ff. de iudic.*

6 Hinc inoleuit Praxis, quod habitis per partes litigantes attestationum copiis, & illis traditis eorum Aduocatis, & Procuratoribus, ipsi eas diligentissimè considerant, perspicacissimè perpendunt, & attentè animaduertunt. Et sic quilibet, Aduocatus, aut Procurator vtriusque partis, videt, an intentio sui principalis sit sufficienter probata, tam respectu Actoris agentis, quam respectu Rei conuenti excipientis, & vterque conficere solet summarium cum rubricis depositionum testium, in quo signare debet testes concordantes, vel discordantes super singulis articulis, & circumstantiis interrogatorium, ad finem, & effectum, vt tempore contradictorii, seu disputationis faciendæ coram Iudice semper meritis causæ præsente parte ex aduerso, facilimè, hodo singulos imprompu proponere & inuenire valeat, verb. grat.

Fuit articulatum, quod Titius possidet talem fundum, quem emit a Caio centum scutis, & quod in præsenti colligit ex illo fructus, vel redditus, tanquam verus dominus, & de illis liberè ad sui libitum disponit, & quod semper in Ciuitate seu loco N. à conciuibus habitus, & reputatus fuit verus dominus illius fundi; prout tunc habetur, & reputatur communiter ab hominibus, & quod tanquam talis agit, disponit, contrahit, &c.

Tunc hæc scribere summatim debet. Posteà dicat: Hoc probatur plenè per N. de N. & per N. de N. & sic de reliquis. Hoc vero per N. de N. & Hoc per N. de N. &c. Scribendo illos in locis per eum signatis sub aliqua littera, seu alio signo, Et ista erit vna Rubrica in vna charta sic signata.

Deinde facere debet alias rubricas, singulas in chartis separatis super singulis articulis. Vel cumulet plures simul, si sint eiusdem generis, vt in præfato exemplo obseruari potest. Articulos autem diuersorum generum simul copulare, & connectere non expedit, sed separatim ponantur.

Eodem similiter ordine procedere debet Aduocatus Rei conuenti, faciendo rubricas similes, in quibus sub litteris, seu signis per eum factis annotare tenetur contrarietates, & discordantias eorundem testium Actoris in locis particularibus per ipsum signatis.

Et pariter annotare potest singulas attestationes pro Reo facientes, retorquendo, quantum fieri potest, probationes per Actorem factas, ad fauorem Rei quem ipse defendit.

Huiusmodi summaria deseruire possunt non solum ipsi Aduo-

Aduocatis, ad hoc vt facilè informare possint Iudicem,& cõtradicere partis aduersæ in disputationibus coram Iudice faciendis: verum etiam tradi solent aliquando in quibusdam Curiis ipsimet Iudici,vt ille ex se diligenter examinet,& maturè consideret, ac propriis oculis aspiciat an estationes ipsas in locis signatis in schedulis, seù summariis sibi traditis; vt certos reddatur,an Rubricæ Actoris probatæ sint,& rubricę Rei contineant veritatem. Vel si ipse legitimè impeditus fuerit,possit eas tradere videndas,& consortandas Alicui discreto,& timora æ conscientiæ Viro sibi confidenti, vt postea illi referat; Et si expensæ adhoc faciendum necessariæ fuerint, à partibus ipsis persolui debent.

Hæc Praxis desumpta est ex *cap vna 16. quæst.7. & cap. Horrendus 12.quæst.5.cap.ad hoc de testibus capit. præsentium eod.tit.in 6. cap. licet de probat. & l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* latè Specul.*lib.1.tit.de teste §.9.numer.3.cum seqq.* & ita ferè fit in Curia Romana, in qua seruatur dari Iudicibus summaria in facto, & scripturas in iure.

7 *Quoad quartum* est notandum,quod Iudex, dum Aduocati vtriusque partis allegant in Iure, & in facto, plure obseruare tenetur.

Primò debet sedere, non stare,maximè quando res, de qua agitur,plenam cognitionem requirit, vt colligitur *ex capit, disciplina in fin.45. dist. & cap. paratus §. neque vers. sedens me iudicare 23.qu.1.& l.2.§.dies ff.quis ordo in honor.poss.ser.& l.1.C.de senten.ex breui.recit.*

Secundò debet attentè intelligere omnia ea, quæ dicuntur per ambas partes, maximè quæ ad instructionem causæ faciunt,vt probatur *In c Iudicem 30.q.5.c.super quæst.§. intentionis de offic.deleg.& l Iudices C.de iudic.*

Tertiò debet patienter audire Aduocatos vtriusque partis, nec illicò silentium eis imponere,nam tenetur Iudex illos benignè audire, & sufferre, donec nihil remaneat partibus in quæstionem proponere, vt probatur *in cap. iudicantem,30.qu 5. l.b.si quis properè C.de offic.vicar.& l.nec quidquam §. circa ff.de offic. præsur.*Petit enim sermo cum benignus non præstatur auditus *cap.ex merito 6. quæstion.1.* Habetur insuper *Ecclesi.cap.31.* vbi auditus non est effundas sermonem.

Quartò, non multum aperiat animi sui motum; sed dissimulare necesse erit, respondendo,& allegando motiua æqualiter nunc pro vna,nunc pro alia parte,*iuxta text.in l. vbi C. ad leg.Cornel.de fals.*in illis verbis; *Nec vlla interlocutione diuulget quid sentiat. & l. obseruandum ff.de offic. præsid.* ibi. *eonus animi motum vultus detegit.*

Quintò,nõ debet multum extollere plus dictum vnius Aduocati, quam alterius; Neque alteri multum honoris impendat, alteri verò minorem honorem tribuat, *iuxta cap. Nullus in fin. & capit. Ecce 89.dist.cap. decimus 16.quæst.7.* Ratio est,quia cum vnus nimium commendatur, alter per consequens vituperatur.*arg.c.Nonne de præsumpt.& cap.qualis 25.dist.*

Sextò supplere debet,quod ab ipsis Aduocatis omissum est, vel parcè dictum, quia adhoc tenetur ex officio, vt habetur *in c. bona 1.de postul.& l.vnic. C.vt quæ de funt Aduocat. part. Iud. suppl.*

8 Nota tamen, quod in Ciuilibus, licet possit, imò teneatur Iudex supplere ea, in quibus Aduocati deficiunt; tamen non potest supplere in facto sibi noto tanquam priuatæ personæ, iuxta tradita in *in cap. Deus omnipotens, §. quando autem 2. qu.1.& cap.iudicet 3,quæst.7.cap.summopere 11.quæst.3* quia in his, quæ spectant ad iudicium non potest vti scientia prima; ex quibus patet, posse Iudicem supplere in his,quę sibi nota sunt vt Iudici non autem in his,quæ sunt nota,vt priuato Hinc fit quod in iudicando tam in ciuilibus, quam in criminalibus citra pœnam capitis,non erit tutus in conscientia, si vtatur priuata scientia,quia tenetur iudicare secundum allegata,& probata, vt in dictis *Iuribus probatur, & in cap. si Sacerdos, de offic. ordin. & in cap. pastoralis, §. quia verò de offic. delegat.* vbi Gloss. Hostiens.& Ioan.Andr. *& in addit.* ad Specula. *d. tit.de disput. & allegat.adu.§. vlt. num.13.lit.F. & l. illicitas. §. veritas ff. de offic.præsid.vbi* Bart. *& in l.cunctos populos in 7.quæ 5. principal.C. de Summ.Trinit.& Fid.Cathol.*etiam si iudicet contra veritatem sibi priuat notam. Sanct.Thom. Sayr. & Alii. Hanc tamen conclusionem credo veram in ciuilibus; sed in Criminalibus non sequerer, cum damno Vitæ Innocentis, vt latius dicam *infra. sect.3.subsect.1.num.30.*

9 *Quoad quintum*,& vltimum notandum est, quod effectus huiusmodi citationis ad allegandum, & dicendum oretenus & in scriptis, in iure, & in facto, est, vt per talem citationem datur aditus partibus, se defendendis per omne genus probationis, excepta testium productionem, qui *vt diximus supra*, post conclusionem examinari non possunt, etiam ad veritatem indagandam,ob subornationis suspicionem, nisi in casibus ibi notatis.

Producitur similiter alter effectus ex dicta citatione, nam perpetuatur instantia; quia si post factam citationem labatur triennium, intra quod terminari debet causa ciuilis, *vt in l. properandum C.de iudic.& diximus sup.ead.sect.2.subsect.11. à numer. 41. cum pluribus seqq.* per negligentiam Iudicis, tunc dabitur aliud triennium, intra quod poterit causa expediri, per instaurationem instantiæ, vt ibi dictum est: & in Regno ad[illegible] *pragmat. exordium instantia tit.de instauration. instant. non restituen.* de quâ latè agunt Afflict *in dec.282.& 346.*Capic.*dec.11.565.& 206* & Gramm.*dec 69.*

10 Vnum tamen est hic addendum, quod Barones Regni Neapolitani non possunt instaurare instantiam peremptam per insufflationem spiritus in causa: per *Ret. Magn. Cur. Vicar. 248* qui huiusmodi termino insufflationis vtitur; hoc enim facere solum supremo Principaliter, ad similitudinem Dei, cuius est solùm corpora mortuo resuscitare per insufflationem spiritus, adhoc vt reuiuiscant, vt habetur in sacris paginis, *2. Reg capitul.17.numer.20.& 4. Reg.cap 4.numer.33.& ibid.cap.13. num.21.* & Matth.*c.9.numer.25.& capit.27.numer.52.* Marci.*cap.5.numer.41.*Lucæ.*cap.7.numer.13.& cap.8.num.54.*Ioann.*cap.11. num.43.*Actor.*cap.9.num.40.& cap.20 num.10.*quia talis instauratio instantiæ peremptæ, quæ à Doctoribus Regnicolis, & à Constitutionibus Regni insufflatio spiritus vocatur, reuiuiscere facit instantiam causæ, sicut insufflatio spiritus facit reuiuiscere corpora.

PRAXIS PROCESSVS.

11 Aduertendum in Praxi, quod antequam expediatur prædicta citatio ad dicendum, & allegandum, fieri solet infrascriptum, vel simile decretum, videl.

Decretum Monitionis ad allegandum.

Et per Reuerendiss. Dominum Generalem Vicarium N. fuit dictum, quod in causa vertente in hac Episcopali Curia inter N. *de N. Actorem ex vna; & N.de N. Reum conuentum partibus ex altera, occasione, de qua in Actis, etc. citentur, et moneantur ambæ partes ad dicendum, allegandum, & deducendum quidquid voluerint, & possunt, tam verbo, quam scriptis; & tam iure, quam in facto, infra terminum dierum tot...... Alias causa terminabitur, vlterius ipsis non expectatis neque monitis, et expediantur monitiones in forma, etc. & ita per hoc suum &c.*

Vel sua alia forma, prout alibi fieri solet, videlicet.

Qui per Illustris,& Reuerendissimos Dominus,etc. In causa N.cum N. occasione, de qua in Actis,etc.moniri ambas partes ad deducendum quidquid volunt, & possunt, tam verbo, quam scriptis, & tam in iure, quam in facto ad primam diem iuridicam, alias causa terminabitur, & expedietur, ipsis vlterius non expectatis, neque monitis; & absentibus intimare mandauit; omni modo, &c.

12 Quo facto expeditur citatio more solito in forma, & Interim mediante decreto, vt sequitur, vel huic simili mandet Iudex, vt sibi exhibeantur acta.

Decretum exhibitionis Actorum.

Et per Reuerendissimum Dominum, etc. fuit dictum, quod sibi exhibeantur omnia acta, & processus compilatus in causa N cum N. occasione; de qua, etc. et interim informari, etc. Alias, etc. et ita, etc.

Vel

Vel sub alia forma, videl.

Qui, &c. In causa N. cum N. occasione de qua in Actis, &c. mandauit sibi acta, & processum exhiberi, & interim informari &c. Alias, &c. omni modo, &c.

13 Citatio autem solet fieri, vt sequitur, vel alio simili modo, videl.

Forma citationis ad allegandum, &c.

Ponitur Titulus Dignitatis, seu officij, &c.

Per vnum ex seruientibus nostra, vel quemcumque Curiarum ad omnium instantiam, & requisitionem Curiæ, eiusque Domini Iudicis sindi, &c. citentur, moneantur, & requirantur N. de N. actor ex vna, & N. de N. reus conuentus ex altera in causa prout in actis, & quatenus infra terminum dierum tot ... compareant coram Nobis & nostra Curia cum suis Aduocatis, & Procuratoribus ad dicendum, allegandum, & deducendum in iure, et in facto, ore tenus, et in scriptis quidquid dicere, allegare, et deducere voluerint et possunt, et deinde in antea cum continuatione ad audiendum tenorem diffinitiua sententia proferenda in eadem causa, etc. Alias, etc. Quoniam, etc. citetur et referatur etc. Datum, etc.

SVBSECTIO DECIMAQVARTA.

De modo videndi Processum.

SVMMARIVM.

1. *Iudex, qua in processu videre tenetur.*
2. *Dubia, qua dantur à Iudice Actori, vt respondeat, et similiter Reo conuento ad eumdem effectum.*
3. *Responsiones vtriusque partis quomodo annotanda.*
4. *Allegationes partium an dari possint eisdem per Iudicem loco dubiorum.*
5. *Scriptura in actis producta efficiuntur communes.*
6. *Sportula Iudicis duplicantur, si partes concordauerint.*
7. *Monitionis ad audiendum voluntatem Decretum.*

1 POstquam Acta, & processus fuerunt per Notarium, seu Actuarium causæ producta, & exhibita Iudici, debet ipse maiori, qua potuerit diligentia, omnia proprijs oculis videre; & subtiliter perscrutari, & non dare alteri, vt videat, & referat, vt malè, & perperam aliqui faciunt. debet igitur.

Primò summarium facere, si rectè iustitiam administrare voluerit, describendo omnia in eis contenta, incipiendo à libello, quem considerabit, an actio in eo intentata, competat actori, vel non, aut saltem possit sustineri ex clausulis salutaribus in eo appositis, vt ex eo ad sententiam proferendam deueniri valeat.

Secundò videat accurate omnes exceptiones, replicationes, comprobationes, & alia huiusmodi.

Tertiò videat Positiones, & Articulos, ac testes desuper examinatos.

Quartò videat instrumenta, & scripturas, tam publicas, quam priuatas, ad effectum cognoscendi, an Actor suam probauerit intentionem, vel Reus rectè se defenderit, & euacuauerit intentionem Actoris.

Quintò videat cum diligentia, an sit aliqua nullitas actorum, maximè ex defectu iurisdictionis, aut citationis, aut mandati. Vel an deficiant termini substantiales.

Sextò videat consideret, & perscrutetur allegationes, & informationes in iure, & in facto; & comprobet iura, & authoritates videndo in fonte, an vera sint, quæ asseruntur per vtramque partem: nam sæpè sæpius vidi allegari iura, decisiones, & authoritates ex proprio Marte depromptas, & iure ceruellotico in concauo lunæ collocatas.

2 Quibus visis, & consideratis, diligenter perpendat ad quæ dubia ratio, & vis causæ reduci possit; & tunc illa partibus tribuat, assignando tempus, intra quod respondere debeant. Ponendo omnia dubia in aliqua charta per capita distincta, exempli gratia.

Dubia danda Actori.

Primò quòd instrumentum, cuius vigore fuit actum non potest habere viam executiuam, sed ordinariam; quia est antiquum, vel quia per ipsas partes fuit ab eo per aliud instrumentum recessum: vel ob aliam causam. &c.

Secundò, quod ad hoc, vt possit agi vigore instrumenti producti, necesse est prius purgare spolium, & sic de singulis alijs, secundum facti contingentiam.

Similiter faciat Reo conuento, sed per contraria videlicet.

Dubia Danda Reo.

Primò, quod per instrumentum præsentatum in iudicio per Actorem: et eius vigore potest agi via executiua, quia non apparet, quod sit antiquum, vel quod fuerit ab eo recessum per aliud, etc.

Secundò, quod assertum spolium fuit purgatum, quia bona de quibus agitur, fuerunt capta authoritate Iudicis, etc. et sic de singulis alijs.

3 Quo facto, habitas responsiones ponat in eodem folio in duas columnas complicato: iura vnius partis in prima columna folij, et responsiones partis aduersæ in alia columna: et simile faciat in iuribus, et responsionibus alterius partis, ne obliuisci contingat de aliquo fundamento, aut responso vtriusque partis. Et si voluerit rectius procedere, dabit dubia cum doctrinis, et motiuis, quibus nititur: diuerso tamen modò, imò de directo contraria: si hoc tempus permittat facere: Vbi aduertere debet, quod illa vno, eodemque tempore vtrique parti tribuat, ne oriatur suspitio, quod sit partialis, et adhæreat plus vni, quam alteri. Et similiter aduertat, ne proponat dubia parui momenti, ne præbeat occasionem Aduocatis, & Procuratoribus illum deridendi, sed illa proponenda erunt, quæ reuera difficilia sunt, & aliquam requirant declarationem, vt resolui possint.

4 Casu verò, quo Iudex, vel non potuerit, vel noluerit hoc facere, poterit dare partibus, loco dubiorum, ipsasmet allegationes in iure sibi traditas, exempli gratia Actori dabit allegationes Rei, & Reo allegationes Actoris: & sic duo mirabiles effectus resultarent. Primus est, quod ipse Iudex laborem prædictum formandi dubia euitaret, & effugeret. Secundus est, quod partes non possent comprehendere, & cognoscere animum, & voluntatem ipsius, in quo sensu sit, quod facile euenit coniicere posse, quando dubia, & motiua fiunt ab ipsomet Iudice. Est benè verum, quod in dandis dubijs prædictis à Iudice, vel allegationibus ipsis partium, præualet multum consuetudo regionis & secundum illam debet Iudex se regulare, *ad textum in cap. cum dilectus, de consuetud. et l. de quibus, §. ex non scripto, et vnusquisque ff. de legib.* de quo vide Menoch. *de arbitrar. Iudic. l. 2 cent. 2. cas. 175* Corr. *in suis memorabilib. in ver. Testi non iurato. in fin* Rugillen *de app. §. 11. c 1. num. 25.* Sed ante prædictos hoc tenuit Ias *in l. 1. apud quem col 2. C. d edend. et in l. 1. §. edenda, ff. de edend.* Quidquid in contrarium afferant Inn. *in cap. per tuas de test.* & Al. *in Auth. iubemus C. de iud.* quos sequitur Afflict. *in const. Regni: si damnum, col. 11.* vbi ait in Regno seruari, quod non dentur allegationes.

5 Sed tamen prima sententia videtur mihi magis in Praxi sequenda, tum propter rationes, & vtilitates supra notatas: tum etiam, quia postquam allegationes sunt præsentatæ Iudici, & productæ in Actis, sunt effectæ communes, & ideo edi possunt, sicut cætera acta communia, vt aduertit Ias. *vbi sup.* Marant. *verò in Specul. aur. p. 6. act. 10. n. 58.* pro concordia prædictarum opinionum vtitur quadam distinctione, dicens, quod aut allegationes sunt registratæ in actis; cum præsentatæ solita fieri per Actuarium in alijs scripturis, quæ producuntur, & tunc tradi possunt, *per. §. edenda*, iuxta sententiam Iasonis, & Aliorum. Aut non sunt effectæ de actis, quia forte dantur solum ad instructionem Iudicis ad partes, & tunc procedit opinio Innocent. Alex. & Afflict. Hinc est, quod finita causa potest producens illas reassumere, cum non sint de processu, & consequenter non debent in eo de necessitate remanere, quod fieri non potest, quando sunt effectæ de actis, nam debent semper remanere in processu. Ego quidem diuersimodè in praxi seruari vidi, aliquando enim dubia, aliquando allegationes, iuxta superiùs tradita cõsignari per iudices obseruauit

stylus tamen Curiæ vbi sit, seruandus erit.

6 Erit tandem aduertendum, quod si interim partes inter se concordauerint, vel mediante tractatu consanguineorum, aut amicorum communium, vel etiam suasionibus ipsiusmet Iudicis, qui quidem poterit illos ad concordiam deducere, dummodo proponat blandis verbis, sine vi, aut metu, ac sine alterius læsione; tali casu ipse Iudex debet habere sportulas duplicatas, vt notatur *in cap. fin. de transaction.*

7 Quod si procedendum sit vlterius, fieri solet in quibusdam Curijs infrascriptum, vel simile.

Decretum Monitionis ad audiendam Voluntatem.

Qui, &c. In causa N. cum N. occasione, de qua in actis, &c. moneri partes ad primam ad audiendam voluntatem super petitis, & deductis hinc inde, & informandum de iuribus; tam verbo, quam scriptis, alias, &c. omni modo, &c. & absentibus intimari mandamus, &c.

SVBSECTIO DECIMAQVINTA.

De Citatione ad Sententiam.

SVMMARIVM.

1. *Citatio ad sententia est de substantia sententiæ.*
2. *Et debet fieri specificè, non æquipollenter.*
3. *Casus, in quibus valet sententia, sine citatione.*
   Præsentia partis in Iudicio supplet defectum citationis.
4. *Monitio Iudicis habet vim trinæ citationis.*
5. *Citatio prædicta debet esse cum termino peremptorio.*
6. *Sententia intra quem terminum ferri possit.*
7. *Citationis ad sententiam forma.*
8. *Monitionis decretum ad audiendam voluntatem Iudicis.*
9. *Terminus præfixus quando habeatur, & quomodo.*
10. *Termini præfixi decretum.*
11. *Aperitionis termini præfixi decretum.*
12. *Citationis ad sententiam forma, prout fit in Vrbe.*

1 POstremò peractis, atque expletis omnibus supra notatis, Iudex tenetur citare & monere partes ad audiendam sententiam diffinitiuam specificè, & nominatim, alias sententiam non valeret, *cap. tener. de re iudic.* & ibi Gloss. *pen. cap. 2.* & ibi Gloss. *in verb. audiendam de dol. & contum. in 6* & ibi Gemin. *in 5. not.* & Franc. *in 2. not. tex. in c. cum olim, in fin. de testib.* vb. Gloss. & DD. *Clem. sæpè §. non vsam* vbi Gloss. *verb. ad id. de verb. signif. l. 1. §. item cum ex edicto ff. quæ sent. sine appell. rescind. facit c. consulis de offic. & pot. Iud. deleg.* Bart. *in l. 3. §. sicibus ff. de stat. liber.* Gabr. *de citation. concl. 1. numer. 300. ampl. 10.* Vantius *de nullit. ex defect. citation. num. 59.* Capic. *decis. prima numer. 35.* Buratt. *decis. 18. num. 7. & 883. num. 4.* Caualer. *decis. 37. nu. 1. & seq.* Beltramin. *ad Gregor. decis. 209. num. 7.* Rot. *decis. 17. de re iudicat. in nouis. & decis. 491. num. 7. par. 2. & dec. 240. num. 6. & seq. par. 5. & dec. 141. n. 1. & n. 4. par. 6. recent.*

2 Quæ conclusio est adeo vera, vt si Iudex faceret citare partes ad audiendam eius voluntatem, vel alio modo simili qui contineret verba æquipollentia, adhuc sententia lata non valeret, quia requiritur expressa, & specifica citatio ad sententiā *ad notata in Clement. pastoralis de sent. & re iudicat.* Roman. *cons. 369. num. 8.* Gonzalez. *ad Regul. 8. Cancellar. in annot. contr. nullit. n. 318.* Rot. *dec. 18. n. 2. p. 1. & 486. n. 7. p. 2. & 141. n. 2. & 4. p. 6. rec.* Greg. *dec. 209. n. 4.* Caualer. *dec. 376. n. 2.*

3 Dantur tamen aliqui casus, in quibus per huiusmodi citationis omissionem non vitiaretur sententia.

Quorum Primus est, quando pars, quæ debebat citari, esset præsens in iudicio tunc temporis, iuxta notata & *in l. de vnoquoque ver. præsentib. C. de re iudicat.* Gabr. *d. conclus. 1. num. 411.* Vant. *loc. cit. num. 17.* Rot. *dec. 357. num. 2. p. 3. & 144. n. 8. p. 4. & 405. num. 1. p. 5. recent.* Caualer. *dec. 157. n. 1.* & Gregor. *dec. 576. num. 1.* & ibi Beltramin. *num. 15.* quia suppletur defectus per præsentiam.

4 Secundus casus est, quando Iudex moneret partes præsentes, tunc enim suppletur defectus. Cassador. *dec. 2. de iudic.* Verall. *dec. 293. p. 3.* Rot. *dec. 37. num. 11. par. 6. recent.* Imò citatio Iudicis parti præsenti facta, habet vim trinæ citationis, Gloss. & DD. *in c. consuluit. tit. de offic. deleg.* Abb. *in c. Ecclesia col. 4. de constit. & in c. 2. notab. 4. de testib.* Lanfranc. *in c. quoniam contra col. 7. ver. sed quæro. de probat.*

Tertius casus est, si in actis constaret, quod fuit facta citatio generalis ad omnes, & singulos actus, vsque ad sententiam inclusiuè, tunc enim valeret sententia, etiam non præcedente citatione ad sententiam specificè, *vt notatur. in d. cap. consuluit.* vbi DD. communiter.

Quartus est, quando sententia ferenda esset à Principe. Afflict. *in dec. 284.* & Capic. *in d. dec. 2. n. 31.*

5 Sed erit aduertendum, quod in practica prædicti casus non seruantur, præsertim duo vltimi; Ideo necesse erit expedire citationem in forma solita, quam inferius inseremus, cum termino peremptorio, alias non valeret citatio, vt traditur per Gloss. *in Clem. sæpè §. sententiam in ver. non peremptoriè verb. si. n.* vbi Alios adducit, & Speculator, *in l. 2. tit. de citation. § 3. incip. de vsu de temporam n. 8. vers. alias autem & num. 14. vers. quod si lata,* per multa iura ibid. allegata. Quod quidem procedit sine vlla difficultatem in Iudicijs, seù causis ordinarijs. Vbi verò causæ sunt summariæ, vt in Regno Neapolitano nostro, (& in multis Alijs regionibus) *per cap. Regni incip. detestantes,* quod latè Pat. de Put. interpretatus fuit in *tract. de syndic. in verb. sententia* & per Regiam *Pragm. primam incip. dispendia litium. & nos alias sup. dix.* sufficit vnica citatio, licet non peremptoria, *iuxta tex. in d. Clement. sæpè tit. §. sententiam,* in illis indiuiduis verbis: *licet non peremptoriè de verb. sign.*

6 Sed quæritur, an præfixus sit aliquis terminus, intra quem Iudex teneatur de Iure sententiam diffinitiuam proferre.

Respondetur, quod de Iure communi potest ferri sententia in ciuilibus infra biennium, & in criminalibus, infra triennium, *vt in cap. fin. de iudic. et in l. properandum C. eod. tit.* & per Nos *sup. dictum fuit:* nisi causa fuerit commissa alicui decidenda, intra certum tempus, puta intra mensem, *vt in c. de causis, de offic. deleg. et c. super eo 2. de appellat.* nam tunc adueniente tempore in fine mensis pronunciabit, etiam reluctante aliqua ex partibus; dummodo dies termini Iuridica fuerit, alias die sequenti *per tex. in cap. placita. 15. q. 4.* Specul. *l. 2. de ferijs §. 2. n. 12. et de sent. §. 4. n. 2.*

Ratio est, quia talis terminus appositus vicem obtinet peremptorii, *vt idem Spec. in d. §. 4. obseruat.* Vnde infertur, quod quando fuit facta citatio ad sententiam cum termino peremptorio debet sententia proferri in die termini peremptorii, alias non valeret, *argum. dd. c. de causis et super eo, etc. quoad consultationem § sed nec exequationem de re iudic.* nam ideo ponitur illud peremptorium vt vltra illud differri minimè possit negotium, in quo apponitur; quia de sui natura causam extinguit, & perimit. *c. de illicita 24. q. 3. et l. et tertium ff. de iudic.* & latè Io. And. ad Specul. *l. 2. de citation. §. 4. in ver. extinguat.*

De Iure autem Regni cautum est, vt Iudex, si commodè potuerit causas expedire, expediat, vt in *Rit. Magnæ Cur. Vic. 75.* & sic remittitur eius arbitrio tempus sententiæ proferendæ; sed per *constitutiones Regni, incip. hac lege, et aliam incip. vniuersos,* videtur præfixus terminus decem dierum, post conclusum in causa, infra quas tenetur causas terminare; & super hoc emanauit *Regia Pragm. incip. Carolus V. vltim. in ordine, et alia sub tit. de offic. Sac. Reg. Consil.* in quibus cauetur, vt causæ primo loco conclusæ, primò expediantur. Semper tamen inter ipsas expediendas, preferri debent causæ carceratorum, Ecclesiarum, Viduarum, Pupillorum, Orphanorum, pauperum, & miserabilium personarum. Quæ quidem constitutiones, & Pragmaticæ hodie, non obseruantur, propter multitudinem causarum, quæ coram Iudicibus ordinarijs ventillantur, vid. Afflict. *in d. constit. vniuersos n. 11.*

PRAXIS PROCESSVS.

7 Citatio verò ad sententiam solet in quibusdam Curijs concipi infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma Citationis ad Sententiam.

Ponitur Titulus Dignatis, siue, etc.

Vni ex seruientibus nostris, vel quarumuis Curiarum, &c.

&c. committimus , & mandamus quatenus visis , & receptis præsentibus ad omnem instantiam Domini Promotoris Fiscalis Curiæ N. sivè , &c. citet moneat & requirat N. de N. & N. N. Actorem , & Reum conventum respectivè in causa inter ipsos in hac nostra Curia vertente , occasione de qua in actis , &c. quatenus infra dies tot. præcisè , & peremptoriè , &c. legitimè compareant , & comparere habeant , & debeant coram Nobis , & nostra Curia ad audiendam tenorem diffinitivè sententiæ per nos proferendæ in causa in eadem Curia in prima instantia vertente inter dictum N. de N. Actorem ex una , & dictum N. de N. Reum conventum ex altera , de & super petitione , &c. & aliàs , ut in actis , &c. aliàs , &c. certis , & referat , &c. Quoniam , &c. Datum &c.

8 Exequuta prædicta citatione, et facta relatione, si Iudex habuerit aliquam difficultatem, potest facere hoc, vel simile decretum, vt sequitur, videl.

Decretum Monitionis ad audiendam voluntatem, et si commodè, sententiam.

Qui , &c. In causa N. cum N. occasione , &c. monuit ambas partes ad audiendum voluntatem , & si commode , sententiam , omni modo , &c.

9 Solet aliquando euenire, quod Pars opponat in termino aliquid releuans, quod indiget discussione, ideo Iudex, ne interim labatur terminus peremptoriè præfixus, ad hoc vt maturius deliberare possit quid agere debeat pro iustitia, potest habere terminum pro seruato; ad exemplum Romanæ Curię, in qua passim exercetur talis praxis. At in Vrbe non fit Decretum, sed tantum oretenus conceditur ista dilatio, quę quidem durat decem diebus a die reproductionis citationis computandis; et tunc durante dicto termino potest absque noua citatione expedire causam ad libitum quo elapso circumducitur, et est necesse nouam facere citationem, vt habetur in *constit. 85. Py IV.* quæ incipit. *Cum ab ipso vers. Idem Iudices in antiqu. impress. & Paul. V. in Reformat. Tribun. Vrb. constit. 71.* incip. *Vniuersi agri. vers. Iudices quicumque.* In quibus autem casibus locum habeat, et in quibus non vid. Ridolphin. *in Prax. p. 1. cap. 8. à num. 256. cum plur. seqq.*

10 Et seruatur in Praxi, quod si Iudex, aut pars voluerit iterum citare aduersarium ad videndum aperiri terminum pro seruato habitum, vtique poterit. Et tunc potest facere sententiam in termino dictæ citationis, sin minus in prima citatione apposito, scilicet sub die, pro quo cadebat citatio. Rot. *post Fenzon. ad stat. Vrb. decis. 161. in princ.*

In alijs verò Curijs solet terminus haberi pro seruato, mediante decreto, quod fieri potest infrascripto, vel simili modo, videlicet.

Decretum Termini pro seruato, habiti.

Qui , &c. In causa N. de N. cum N. de N. occasione , fit in actis , &c. iustis ex causis animum mouentibus , terminum habuit pro seruato præsentibus N. N. & N. testibus , &c. omni modo , &c.

11 Quando verò est aperiendus terminus prædictus, fit citatio ad videndum aperiri, vt supra, & fit sequens.

Decretum aperitionis termini pro seruato habiti.

Qui , &c. In causa N. cum N. occasione , &c. aperiendo terminum pro seruato habitum sub die.. , dixit fore & esse pronunciandam diffinitiuam sententiam , prout , &c. omni modo , &c.

Et tunc fertur sententia vt infra *subsect. seq.*

12 In Romana autem Curia coram Illustrissimo Domino A. C. eiusque Tribunali seruatur, vt fiat citatio, vt sequitur videlicet.

Forma Citationis ad sententiam, quæ fit in Curia Illustriss. D. A. C.

A. C. N.

Citetur N. de N. ex aduerso principalis ad videndum reiterari omnes , & singulos terminos substantiales , malè forsitan , nulliter , & inculcatè lentos ; in vim quarumcumque facultatum , absolui instantem à censuris ad effectum , &c. deferre iuramentum in supplementum plenæ probationis , quatenus opus sit concludendum , concludique videndum in causa , & ad audiendum sententiam diffinitiuam in forma ad primam diem Instante N. de N. principali , sivè , &c.

N. de N. Notarius , &c.

Sequitur Decretum.

Relatione facta comparuit N. de N. & petijt , & obtinuit , vt supra , &c. admitti ad reiterationem terminorum , qui reiterauit in forma , &c. deferri iuramentum , &c. qui tactis iurauit , &c. & concludi , & sententiari , prout in cedula , quam Reuerendiss. D. Locumtenens legit , subscripsit , & mihi consignauit , tenoris , &c. super quibus , &c. præsentibus socijs testibus , &c. non solum , vt supra , sed omni alio meliori modo , &c.

Sequitur Cedula sententiæ secundum eumdem stylum de qua *in sequenti Sect. 3. Subsect. 1. num. 104.*

SECTIO III.

De ordinatorijs Processus à Sententia vsque ad eius exequutionem inclusiuè.

Iuxta ordinem vsque modo supra obseruatum, subiungenda venit hoc loco.

SVBSECTIO PRIMA.

DE SENTENTIA.

SVMMARIVM.

1 *Sententia continere debet , vel condemnationem , vel absolutionem.*
2 *Sententia est de actis ?*
3 *Sententia quid sit ?*
Verba æquipollentia condemnationi , vel absolutioni , quæ.
4 *Sententia ferenda est super toto , non super parte tantum.*
5 *Casus , in quibus sententia lata super tantum , valeret.*
6 *Sententia lata per capita distincta valere potest , quoad vnum , & non quoad aliud.*
7 *Sententia dicitur a sentiendo.*
8 *Sententia triplex est , diffinitiua , interlocutoria , & mixta.*
9 *Sententia Interlocutoria , quæ sit ?*
10 *Sententia mixta , quæ ?*
11 *Præceptum est species sententiæ.*
12 *A præcepto non datur appellatio.*
13 *Mulcta est etiam species sententiæ.*
14 *Mulcta differt à pœna , & quomodo ?*
15 *Differentiæ plures inter sententiam diffinitiuam , et interlocutoriam.*
Diffinitiua imponit finem negotio principali ; interlocutoria secus.
Diffinitiua super crimine infamat ; interlocutoria secus.
In dubio appellatione sententiæ , venit diffinitiua tantum.
A diffinitiua appellatur , ab interlocutoria non.
Diffinitiua reuocari non potest : sed interlocutoria sic.
Diffinitiua iustificari potest in secunda instantia : interlocutoria non.
Diffinitiua non valeret , sine citatione ; interlocutoria sic.
Diffinitiua ferri debet in scriptis ; interlocutoria non.
A diffinitiua appellatur viua voce ; ab interlocutoria secus.
Diffinitiua durat perpetuò ; interlocutoria non.
Diffinitiua requirit ordinem iudiciarium ; interlocutoria non.
Diffinitiua corrigi non potest ; interlocutoria sic.
Diffinitiua producit actionem in factum ; interlocutoria non.

1. Absoluimus iam in superioribus duas partes Iudicij, seù ordinis iudiciarii duabus sectionibus comprehensas, primam scilicet, quæ incepit à porrectione libelli vsq; ad litis contestationem exclusiuè, & secundam, quæ initium sumpsit à litis contestatione vsque ad sententiam exclusiuè. In præsenti se offert tertia, & vltima pars, absoluenda, in qua agemus de sententia, per quam imponitur finis liti, seù causæ, tandem formato processu, & explotis omnibus actis, quæ ad telam iudiciariam necessaria sunt, de quibus supra dictum est, necesse est ad finem ipsius causæ deuenire per sententiam diffinitiuam, quæ continere debet, vel condemnationem, vel absolutionem *cap. ille de accusat.* vbi Glos. vlt. vel aliquid æquipollens *vt habetur in cap. in his, de verbor. signific. & l. 1. ff. de re iudic.* aliàs est ipso iure nulla, & non diceretur sententia, si non contineret condemnationem, vel absolutionem *l. præses C. de sent. & d. l. 1. ff. de re iud. & c. ei, qui appellat. §. diffinitiua 2. quæst. 6. & cap. est illa de accus.*

2. Quæ quidem sententia est de actis, & inter illa connumeratur *cap. cum aeterni de re iud. cum in 6.* & notatur per Ioan. Andr. *in addition. ad Speculator. in lib. 2. tit. de sententia in princip. ver. Describamus*, vbi ponit argumenta pro, & contra, & illis respondet.

3 Pro cuius materiæ pleniori notitia plura à Nobis de more notanda erunt. Primò, quid sit sententia, & vnde dicatur. Secundò, quotuplex sit. Tertiò, quæ sint eius requisita. Quartò, à quo ferenda. Quintò, quo tempore. Sextò, qualiter. Septimò, quis sit eius effectus. Octauò, quando, & quomodo infirmetur.

3 Quoad primum notandum est, quod sententia est Iudicialis diffinitio, controuersiæ finem imponens, condemnationem, vel absolutionem continens, vt colligitur ex *d. l. 1. ff. de re iudic. cum her. & l. C. de sent. & interloc.* Specul. *loc. cit. §. 1.* & Abb. *in rubr. de re iudic. n. 4.*

Dicitur *iudicialis diffinitio*, quia Iudex per sententiam determinat causam coram eo agitatam. Dicitur *controuersiæ finem imponens*, quia quando ab ea non appellatur, & litigantibus imponitur per eam finis liti, iuxta tradita *per l. quod ad consulto. auer. tem de sent. & re iudic. & in Authen. Hodie C. de appell.*

Dicitur *condemnationem, vel absolutionem continens*, quia si Iudex in sententia non condemnaret, vel absolueret, expressè, vel per verba æquipollentia, *vt in d. l. 1. ff. de re iudic. & in d. cap. his de verb. sign.* & notatur per Marant. *in Spec. aur. part. 6. vls. par. 5. num. ... sentent. num. 122.* sententia non valeret.

Quæ autem sint verba æquipollentia, quæ denotant condemnationem vel absolutionem, laudat Vapia *in ... de nullit. proceff. num. 9.* post Alex. *in d. l. ... de re iudic.* Vnde si Iudex diceret in sententia, Titium debitorem esse Semproniì in centum, videretur illum condemnare ad soluendum Sempronio in centum, secundum Glos. *in l. ... §. si plures ff. de recept. arbitr.*

4 Debet autem Iudex in sententia condemnare, vel absoluere super toto, non super parte, aliàs non valet *l. ... ff. ... l. etiam §. 1. ff. de minor. l. 1. & ... C. si aduersus rem iudic.* Abb. *in cap. cum inter num. 13. de re iudic.* vbi etiam Felin. *n. 6.* Rot. *dec. 314. n. 2. p. 3. rec. & dec. 427. num. 2. & seq. par. 2. recent.*

5. Sunt tamen multi casus, in quibus valet sententia, etiam si non sit prolata super toto, sed super parte. Quorum.

Primus est, quando petitio fuit facta per capitula separata. Abb. *d. n. 13. vers. item capiendo*, & Felin. *d. n. 6. vers. fallit primò* Rot. *loc. cit.* & Ducn. *regul. 91. in prima fallent. lib. 2.*

Secundus casus est, quando plures simul conueniuntur; nam tunc potest sententia proferri respectu vnius, respectu verò alterius differri, *l. ideirco in princip.* vbi Bartol. & Alij *ff. de re iudic.* Felinus *d. c. cum inter num. 10. de re iudic.* Rot. *d. decis. 313. num. 2. par. 3. recent.* Gregor. *decis. 186. num. 7.* Et in tali casu prolata contra plures potest valere, quoad vnum, & non quoad alium. Felin. *vbi sup. d. num. 10. vers. nec est nouum.* Quia tunc tot sunt capita, quot personæ Castrens. *in l. non ideirco C. de iudic. n. 2. ... num. 13. p. 1. recent.*

Tertius est, quando ab vno petuntur plures summæ ex diuersis causis, Felin. *loc. cit. n. 8.* Rot. *d. dec. 313. num. 2. p. 3. rec.* quia tunc tot sunt capitula, quot sunt summæ. Aretin. *in l. certi condictio §. quoniam n. 22. vers. aut sunt diuersa ff. si cert. petat.*

6 Hinc fit, quod sententia lata per capita distincta potest esse valida, quoad vnum, & non quoad aliud. Rota *decis. 13. num. 18. p. 1. diuers.* Duran. *decis. 133. num. 3.* nam tot censetur sententiæ, quot sunt capita, & summæ. Gregor. *dec. 152. num. 2* Duran. *ibid. num. 4.*

Quartus casus est, quando rationabilis, & vrgens causa interuenit, nam tunc à regula ordinaria recedi potest, Rot. *dec. 427. n. 4. p. 2. recent.*

Quintus est, quando agitur de accessorijs, vt sunt fructus vel expensæ, quia si in his fuit omissa condenatio, censetur tacitè facta absolutio. Felin. *in d. cap. cum inter n. 15. de re iudic.* Magon *de Luitis ... n. 18.* & Duran. *d. regul. 191. n. ... l. 3.* vbi alios casus enumerat, in quibus regula supra firmata fallit, & idem facit Felin. *in d. c. cum inter à n. 6. cum seqq.* ideo ad ipsos recurrendum erit, quando casus occurret.

7 Circa secundam partem primi notabilis, vnde scilicet dicatur sententia, est obseruandum, quod dicitur à sentiendo, quia Iudex pronunciat, secundum illud, quod sentit. *l. si enim §. sed si quæratur ff. si cert. petat.* & notat. Marant. *loc. præc. num. 2.* & Alii.

8 *Quoad secundum*, notandum est, quod sententia communiter triplex est, diffinitiua scilicet, interlocutoria, & mixta. Butr. *consil. 6. n. 1. & seqq.* Guid. Pap. *dec. 11. & 12. n. 6.* & quidem diffinitiua est illa, de qua supradictum est n. 2.

Interlocutoria est illa, quæ fertur super aliquo incidente, vel emergente inter principium, & finem causæ, & non terminat negotium principale, vt in *cap. significantibus ... cap. fin. de offic. delegat. cap. significauerunt de testib.* Glos. *in Clement. ad compescendos, in ver. diffinitiua de sequestr. possess. & fruct.* Butr. *vbi sup. vers. ad propositum.* Guid. Pap. *dec. 11.* Coccin. *dec. 427. num. 1.*

10 Sententia tandem mixta, dicitur illa, quæ participat de definitiua, & de interlocutoria & sic habet vim vtriusque Butr. *loc. cit. num. 4.* Guid. Pap. *dec. 12. num. 6.* Hinc fit, quod mixta dicatur interlocutoria, quæ parit damnum irreparabile per diffinitiuam. Coccin. *vbi sup. num. 2.* ideo ab ea datur appellatio, sicut à diffinitiua.

11 Alij verò aliter diuidunt, vt facit Speculator *loc. cit. §. 2. in princ.* inquiens, sententiæ species esse quatuor, diffinitiuam scilicet, interloquutoriam, præceptum, & mulctam, declarans verò omnes quatuor, quas primas definit, vt supra; præceptum verò dicit, quod sit tertia sententiæ species, prout, quando quis conuenitur ab alio in Iudicio, absque libello, ob aliquam obligationem, & ipse conuentus confitetur de plano, nunc Iudex præcipere, & pronunciare debet, quod certo tempore soluat, & illa pronuntiatio non diceretur sententia, sed præceptum, quia in ea non est seruatus ordo iudiciarius, & alia si proferretur sententia, non valeret. *cap. ei, qui appell. §. diffinitiua 2. q. 6. & c. audiam 2. de elect.*

13 Et à tali præcepto non datur appellatio, nisi probauerit per errorem confessum fuisse, *ad text. in cap. romana §. sin autem de appellat. in 6.* Speculat. *de appell. §. 3. num. 3.* Quod potest fieri cum pœna, nisi intra tot dies soluat. Ioan. Andr. & Host. *in cap. ... in princ. de testam.* & Spec. *de sent. d. §. 2. num. 5.*

14 Mulcta verò, inquit idem Specul. quod sit quarta species sententiæ, prout quando Iudex ob euidentem litigantis contumaciam ipsum pecuniariter mulctat, & punit. *ex tot. tit. C. de mod. mulct. & l. 2. ff. si quis in ius voc. non obtemper.*

14 Differt autem mulcta à pœna, nam mulcta infligitur, aliquis in pecunia, *vt in l. ... fin. C. de mod. mulct.* pœna verò infligitur in corpore, *vt in l. quicumque C. de seruis fugit. & l. fin. de pœn. & ... ff. de in ius voc.*

15 Quid autem sit de speciebus sententiæ, vnum est valde notandum, quod scilicet differentiæ sint plures inter sententiam diffinitiuam, & interlocutoriam.

Quorum Prima est, quod per diffinitiuam imponitur finis negotio principali per condemnationem, vel absolutionem, vt supra dictum est; sed per interlocutoriam definitur solum aliquod incidens, vel emergens, non negotium principale, vt etiam diximus.

Secunda differentia est, nam condemnatus per diffinitiuam de aliquo crimine efficitur infamis. *lib. 1. §. qui in iudicio ff. de his qui not. infam. ff. de public. iudic.* & de iure Regni, est *constitutio incip. Cordi Nobis*: Secus per interlocutoriam, Alexand. *in l. ... column. 2. in princ. ff. de re iudic.*

Tertia est, quia regulariter appellatione sententiæ in dubio venit

venit diffinitiua, non interlocutoria. Alex. & Felin apud Marant. *ubi sup. num. 5.*

Quarta est, quod a diffinitiua datur appellatio, & per eam suspenditur exequutio, sed ab interlocutoria de iure ciuili non appellatur *vel. 2. ff. de appellat. recip.* & si appelletur, secundum ius Canonicum, non suspenditur exequutio, ante inhibitionem *cap. non solum de appella. in 6.* Marant. *in specul. q. 6. act. 2. princ. vers. et quandoq; appellatur n. 172.*

Quinta differentia est, quod diffinitiua non potest per Iudicem illam proferentem reuocari, quia functus est officio suo, *l. postquam ff. de re iudic.* sed interlocutoria potest reuocari quandocumque ab eodem, ante diffinitiuam. *cap. cum cessante de appellat.* & Glos. *in cap. fin. eod. tit. in 6. l. quod iussit* vbi DD. *ff. de re iud.*

Sexta est, quod diffinitiua, vel habens vim diffinitiuæ in gradu appellationis potest iustificari ex nouiter deductis, Glos. *in clement. appel. verb. nec processus,* vbi DD. *de appell.* Scaccia. *de appell. q. 3. art. 1. n. 1. et q. 11. nu. 24.* Veral. *dec. 114. et 115. p. 3.* interlocutoria verò non DD. *cit.*

Septima est, quod diffinitiua ferri non potest, nisi parte citata, alias non valet, vt per Innoc. *in cap. dudum 2. de elect. et dix. sup.* Sed in interlocutoria secus Glos. *in l. nec quidquam §. vbi decretum ff. de offic. proc. et in l. idem proferre in princ. ff. de arbitr. et in l. recusare ff. ad Trebel.*

Octaua est, quod diffinitiua ferre debet in scriptis, alias non valeret, *l. fin. C. de sent. ex breui. recit.* vbi Bart. & Alijs, & dicem inferius, & de iure Regni *est constit. incip. Ab omnibus.* sed interlocutoria valet sine scriptura, Glos. *in cap. quoniam contra uer. interlocutiones de probation.* Specul. *de sentent. § 8. nu. 12. et 14.*

Nona differentia est, quod à diffinitiua potest appelari statim viua voce, vel postea infra decem dies in scriptis, absque expressione grauaminis *leb 1. §. libelli, ff. de appellat.* vbi Bart. & Imol. Marant. *dict. act. 2. vers. et quandoque appellatur num. 136. cum seqq.* Ab interlocutoria verò non appellatur, nisi inscriptis cum expressione grauaminis alias non valeret appellatio *cap. Cordi nobis de appell. in 6.* Bart. *in l. 4 ff. de appell. rec.* Marant. *loc. cit. num. 153.*

Decima differentia est, quod condemnatio pœnalis facta per diffinitiuam durat perpetuò, sed per interlocutoriam non durat, nisi durante officio iudicis interloquentes. Felin. *in c. ex literis col. 10. vers. ceterum de consti. per l. fin. ff. de pœn.*

Vndecima est, quod diffinitiua requirit ordinem iudiciarium, *vt in l. prolatum. C. de sentent. et in l. ... C. de sent. ex breuil. recit.* sed interlocutoria non Angel. *consl. 114. et seq.*

Duodecima est, quod diffinitiua non potest corrigi per iudicem, qui illam protulit, neq; minui, vel augeri interlocutoria verò secus Alex. *cons. 119. col. 1. vers. non obstat, vol. 7.* Alex. & DD. *in l. Paulus ff. de re iudic.* Potest tamen eadem die, qua protulit, supplere. Specul. *de sent. §. 5. nu. 10.* vbi latè Ioann. Andr. & dicem *infr. sect. seq. nu. 47.*

Decima tertia differentia est, quod diffinitiua producit actionem in factum *l. miles, § iudicatam* & ibi Alex. & Alij *ff. de re iudic.* Sed interlocutoria non habens vim diffinitiuæ, nullam producit actionem. Alex. *in l. 1. §. fin. column. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemper.*

16 Sed quæritur quandonam sententia interlocutoria habeat vim diffinitiuæ?

Respondetur in pluribus hoc verificari.

Et primò, quandocumque agitur de præiudicio negotii principalis, quod per diffinitiuam reparari non potest, regulariter dicitur habere vim diffinitiuæ. *l. 2. ff. de appell. recip.* Bartol. *in l. Titio ff. de accus.* Card. Tusch. *litt. S. conclus. 112. nu. 14.* Guid. Pap. *dec. 12. nu. 1.* Et sic appellari potest, Scac. *de appellat. libr. 3. cap. 1. q. 17. lim. 6. membr. 7. n. 29. et 40* quæ autem inferant damnum irreparabile *dicem infr. n. 20.*

Secondo, sententia mixta habet vim diffinitiuæ. Butr. *d. cons. 6. n. 4.* Guid. Pap. *d. dec. 12. n. 6.* Corcin. *dec. 407. nu. 2.* vbi ait, quod ab ea datur appellatio, sicut a diffinitiua.

Tertiò, omnis interlocutoria, quæ non expectat aliam sententiam post se, habet vim diffinitiuæ, quia imponit finem instantiæ, vt diffinitiua Bart. *in l. quod iussit ff. de re iudic.* Abb. & Alij *in cap. cum cessante de appell.* Scaccia *de appellat. d. l. 4. c. 2. q. 17. lim. 47. memb. 1.*

Quartò; dicitur habere vim diffinitiuæ interlocutoria, per quam finitur officium Iudicis, Bart. *in d. l. quod iussit.* vt est, quando Iudex pronunciat, se esse incompetentem. Scaccia *de appell. loc. infr. citand.*

Quintò, quando diffinitur aliquis articulus substantialis causæ principalis, Glos. 1. *in Clement. fin. in fin. de appellation. & in Clement. 1. de caus. possess. & prop.* Bald. *in l. 1. C. quand. prouocari non est neces.*

Sextò, quando interlocutoria continet aliquid dandum, vel faciendum, dicitur etiam habere vim diffinitiuæ. Bart. *in l. nec quidquam. § vbi decretum in princip. ff. de offic. proc.*

Septimò, sententia interlocutoria lata super reuocatione attentatorum, dicitur habere vim diffinitiuæ, & sic aliæ sequentes de quibus latè per Scacciam *de appellat. l. 3. ca. 2. qu. 17. limit. 47. memb. 1. à n. 172. vsque ad n. 215.* vbi DD. allegat, & fusissimè declarat.

Octauò, pronuncia super iuramento per Actorem Reo dando, vel referendo

Nono, Interlocutoria, per quam quis mulctatur.

Decimo, sententia declarans hæreditatem non fuisse aditam, stantibus probationibus, reseruato iure latius probandi.

Vndecimo, quādo pronunciatur non posse rursò appellari.

Duodecimo, pronunciatio super desertione appellationis, hoc est quando appellatio sit deserta.

Decimotertio, Præceptum factum a iudice, vt confessus, vel conuictus soluat.

Decimoquarto, Absolutoria cum clausula; *Rebus sic stantibus.*

Decimoquinto, Pronuncia de non procedendo ad vlteriora ob exceptionem peremptoriam.

Decimosexto, interlocutoria super exequutione instrumēti,

Decimoseptimo. Pronuncia, quod contumax habeatur pro confesso, & conuicto.

Decimo octauo, Sententia, quæ admittit ad cessionem bonorum.

Decimo nonò, sententia, quod causa sit, vel non sit compromittenda.

Vigesimo, Pronuncia, quod res possit, vel non possit alienari, seu quod minor sit restituendus in integrum.

Vigesimo primo, sententia conseruationis indemnitatis.

Vigesimo secundo, Explanatio puncti facta à Iudice pro transmissione causæ ad consilium sapientis.

Vigesimo tertio, Secundum decretum immissionis in possessionem.

Vigessimo quarto, Absolutoria ab obseruatione Iudicij.

Vigesimo quinto, Prononcia continens minorem ætatem esse probatam, vel non, in causa restitutionis in integrum.

17 Et est hic aduertendum, quod regulariter ab interloquutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, datur appellatio. Concil. Trident. *session 24. de reformat. cap. 20.* Regul. Cancellar. 37. *de non appellan ante definit.* Rot. *decis. 79. numer. 3. part. 3. rec.* Scacc. *de appellation. d. quæstion. 17. limitat. 47. membr. 1. numer. 171.* Vestr. *in Prax. lib. 7. cap. 3. nu. 4.* Marant. *in specul. in 3. p. sexta partis princ. act. 2. nu. 140.*

18 Aduertendū est secundo, quod Interloquutoria, dicitur omne decretum, (strictè sumptum,) quod interponitur per iudicem à principio causæ, vsque ad sententiam diffinitiuā *text. in l. qualem in fin. ff. de arbitr.* Glos. *in §. si quis autem Auth. de hæredib. & falcid.* Philip. *in cap. cum cessante col. antepenult. verso 15. de appellat.* & de iure Regni *est constitutio incip. Dubitationem.*

19 Dixi supra, quando regulariter ab interloquutoria vim diffinitiuæ habente, datur appellatio, quia alias de iure ciuili ab interloquutoria, quæ vim diffinitiuæ non habeat, non datur appellatio, *vt in l. 2. ff. de appell. recipiend.* Dec. *in cap. vt debitus num. 14. de appell.* Scacc. *vbi sup. n. 1.* Grauat. ad Vestr. *in Prax. d. libr. 3. c. 10. n. 6 et Nos dix sup. n. 15. differ. 4.*

Vbi erit notandum, quod licet hæc conclusio olim limitanda veniebat de Iure Canonico, per quod permittebatur appellare, *vt in cap. cordi de appellat. in sexto,* sed appellatio exequutionem non suspendebat, nisi post Iudicis inhibitionem, *vt in c. non solum eod. tit. & lib.* Hodie tamen, etiam attento Iura Canonico, non potest ab interloquutoria appellari, nisi habeat vim diffinitiuæ, quia per Concilium Trident. *d. session. 24. de reformat. cap. 20. & per dict. regul. Cancell. 37. de non appellat. ant. defin.* videtur correctum ius antiquum, vid. Scacci, *loc. cit. nu. 79. & qu. 17. lim. 6. memb. 3. num. 18.*

20 Est etiam notandum, quod licet, *vt dix. supr. num. 16.* detur appellatio ab interlocutoria, quæ infert damnum, quod

per

per definitiuam reparari non potest; hoc tamen procedi, etiā si damnum, seù grauamen sit pro parte reparabile, quamuis non in totum; vel etiam possit reparari, sed cum difficultate. Scacc. *de appellat. d. limit. 6. membr. 8. n. 2. vers. confirmatur, et n. 2. et seqq. et d. limit. 47. membr. 1. n. 86.*

Sed quæritur, quæ sint interloquutoriæ, ex quibus infertur grauamen, seù damnum irreparabile,

Respondetur plures esse, ac pluribus in casibus hoc euenire posse,

Primo Prouincia de respondendo, vel non respondendo libello; Vel de procedendo, aut non procedendo super eo; non obstantibus oppositis ab aduersario.

Secundò, pronuncia iniusta de procedendo ad vlteriora, siue reijciat exceptiones dilatorias, oppositas, vt Iudicis incompetentiæ, legitimationis procuratoris, vel tutoris; siuè reijciat peremptorias, vt præscriptionis claræ & liquidæ, aut aliam similem, quæ in vim dilatoriæ opponi potest: siue reiectio sit expressa; siuè tacita; siuè seruet exceptiones oppositas in fine litis: siuè non; Et Ratio est, quia peremptoria repellens à limine Iudicij potest opponi, & probari, etiam ante litem contestatam. Castrens. *cons. 166. incip. visis allis num. 1. in fin. vers. nec primi Iudicis l. 2.*

Tertiò, concessio dilationis Reo, tempus instantiæ excedentis.

Quartò, denegatio copiæ.

Quintò, admissio tertij non docentis de Iure suo ad impediendam exequutionem.

Sextò, non admissio exceptionis litis pendentiæ, seù præuentionis.

Septimò, pronuncia super non admissione Procuratoris, Tutoris, vel alterius comparentis.

Octauò, pronuncia super competentia, vel incompetentia Iudicis.

Nonò, pronuncia continens deferendum esse appellationi; seù continens reiectionem illius, à qua potest incontinenti appellari.

Decimò, pronuncia continens, ob exceptionem oppositam, non esse procedendum ad vlteriora. Vel pronuncia reuocatoria alterius de non procedendo, quæ mandat procedi.

Vndecimo, pronuncia articulos esse, vel non esse admittendos. Vel admissio, aut reiectio tacita, dummodò sit grauamen Iudicis admittendo non admittendos, & impertinentes; vel è contra admittendo admittendos, & pertinentes.

Duodecimò, pronuncia continens comparationem litterarum facienda, vel non.

Decimotertio, decretum de torquendo.

Decimoquartò, decretum capturæ.

Decimoquintò, pronuncia continens, appellationem non esse admittendam, seù reiectio appellationis.

Decimosextò, quælibet interlocutoria lata post definitiuam; vt de omnibus latissimè agitur per Scacciam *de appelatione. l. 3. c. 2. q. 17. limit. 47. membr. 1. à nu. 9. vsque ad num.* 168. Quæ autem requirantur in appellatione ab interloquutoria dicemus *infr. subsect. seq. n. 89.*

21 *Quoad tertium principale*, notandum est, quod plura sunt requisitā, & conditiones, quas debet continere sententia ad hoc vt valida sit, si de diffinitiua loquamur; prout tradit Abb. *in suo tract. qui inscribitur ordo Iudiciarius*. vbi ad sex capita reducit, prout Speculat. *de senten. §. 3 n. 16.*

Primò, continere debet nomen Iudicis, eiusque qualitates, puta an sit ordinarius, vel delegatus.

Secundò, nomina litigantium.

Tertiò, tenorem petitionis in Iudicio porrectæ, super qua fundatum est iudicium. Verum hæc conditio hodie in practica non procedit, vt inferatur in sententia tenor petitionis; sed sufficit inserere eius substantiam, etiam per æquipollens. *cap. in his de verb. signif.*

Quartò, continere debet substantialia processus, et causæ, vndè inoleuit practica, quod Iudex dicat in sententia *visto libello, visis litis contestatione, iuramento calumniæ, solitam depositionibus, & alijs id genus, merita, seù substantiam causæ respicientibus, visisque videndis, &c.*

Quintò, quod fiat mentio in sententia, an partes fuerint præsentes, vel per contumaciam absentes, et ob id dicitur etiam. *visa citatione ad sententiam, &c.* vel quando publicatur, notatur per Notarium talis qualitas.

Sextò, debet continere condemnationem, vel absolutionem vel aliquid æquipollens, vt supra dictum est.

22 *Quoad quartum*, notandum est, quod sententia ferenda est ab ipsomet iudice de iure; vnde non debent alteri committere, vt illam legat, alias esset ipso iure nulla *vt probatur l. 1. 2. & fin. C. de sent. ex breuil. recit. l. diem in princ. l. non distinguemus § quæsitum vers. quod si hoc modo ff. de arbitrar.* nisi Iudex esset Persona Illustris, *vt in §. sancimus igitur collat. 5. vers. ne cogatur Authent. vt ab illustr. & qui sub eam dign.* Vel nisi esset Episcopus, nam tunc potest alteri committere, vt sententiam legat. *cap. fin. de sent. & re iudicat. in 6.* vbi Glos. & DD. Speculat. *de sentent. §. 5. in princ.* Felin. *in c. super q. in princ. de offic. deleg.* Hoc idem probatur etiam de iure Regni *per constitut. ab omnibus,* vbi Afflict. *in princ.*

Sed tamen hodie de consuetudine practicatur, vt sententiæ legantur à Notario, præsente Iudice, atque mandante lege; quæ cum sit generalis, potest derogare iuri positiuo, vt inquit Gemin. *in d. c. fin. col. 2. vers. in ea glos. ibi Italia, &c. de sent. & re iudic. in 6.* Archid. *in c. statutis 2. q. 1,* Bald. & Salicet. *in l. hac consultissima C. qui testam fac. poss.*

23 Et si erunt plures Iudices, omnes simul debent sententiare, alias non valeret sententia vnius. *c. in, qui appellat. §. diffinitiua vers. si plures 2. qu. 6. l. item si vnus § fin cum l. seq. ff. de recept. arbitr.* nisi aliquis eorum sit absens, quia tunc valeret sententia aliorum præsentium *. C. prudentiam §. adijcimus, & c. causam de offic. deleg. & l. duo ex tribus ff. de re iudic.* vel nisi vnus de mandatu aliorum pronunciet, *cap. in Genesi de electione.* vel nisi vnus legat sententiam præsentibus alijs, sed per verba numeri pluralis; *vt in d. cap. pen. de sententia & re iudicat. in 6.*

Sed quæritur, an quando sunt plures Iudices, qui eamdem causam decidere debent, possit vnus ex illis contra proprium sensum & votum sententiam ferre, iuxta opinionem alterius collegæ?

Respondetur cum distinctione, iuxta sententiam P. Bardi. *de conscientia disput. 4. c. 28. n. 2.* Aut enim quæritur, an sequi possit opinionem sui collegæ, ob eius auctoritatem, deponendo tunc propriam sententiam, & iudicando veriorem opinionem sui collegæ per rationes extrinsecas, videlicet per illius auctoritatem. Et respondetur affirmatiuè, si deposita propria opinione existimet illam collegæ probabilem, & tutam in Praxi; quia forte est doctior illo suus collega. Aut verò quæritur, an Iudex retinendo proprium sensum, possit contra illum, sententiam ferre, sequendo opinionem alterius collegæ, & nō relinquendo propriam opinionem; sed putando licitum sibi esse adhærere dictis alterius Iudicis? Et respondetur negatiuè; quia illicitum est ei, sententiam iuridicam proferre contra proprium sensum, seù opinionem, si illam non deponat, sequēdo alterius collegæ votum. Sequitur etiam P. Bard. *vbi sup.* Pater Iacobus Ragius *de regimine Regularium contr. 2. tract. 6. dub. 144. n. 3.* & Diao. *p. 11. tr. 2. resol. 60. in princ.*

24 Debet insuper ferri sententia à suo Iudice competente, alias si non habeat iurisdictionem super personis litigantibus de aliqua re, est nulla ipso iure, tamquam lata à Iudice incompetenti, *c. in primis 2. q. 1. c. in clericorum 11. q. 1. c. etsi clerici, de iudic. ca. ad audientiam nostram de consuet. l. fin. & tot. tit. C. si à non comp. iud. l. factum ff. de reg. iur. & l. 3. ff. de offic.* Imò neque si post prolationem ratificetur à Principe, valeret. per *c. 1. 9. q. 2. & l. 2. C. de iur. fisc. l. 10.* sed si iurisdictionem habet super re, de qua sententiam profert, si lis fuit contestata coram eo, valeret eius sententia, non obstante quod ante litis contestationem eius iurisdictio potuisset per exceptionem declinari *c. inter monasterium de re iudic. & l. pen. C. de except.*

25 *Quod quintum*, notandum est, quod sententia ferri debet in die iuridico, non feriato, alias non valeret, *cap. fin. de fer. c. 1. & per totum 15. qu. 4. l. fin. C. de fer. l. 1. & l. ut propones. in 1. C. quom. & quand. Iud. l. si feriatis ff. de fer. & in collat. 6. § si debitor Authent. de iudic.*

Item debet ferri de die, non de nocte *c. consuluit de offic. deleg.* vbi Abb. & Felin. Glos. & DD. *in l. more romano. ff. de fer.* Corn. *cons. 54. col. pen. vol. 2.*

26 Præmisso tamen ordine iudiciario in causis ordinarijs, vt supra aliàs diximus & prius causæ meritis diligenter inuestigatis. *c. si quis §. his ita et §. incertaete c. nullum, et ca. iudicantem. 30. q. 5. et tot. tit. Decretal. Vt lite non contest.* alioquin ordinario iudiciario non seruato, sentētia non valeret, *vt in d.*

Iurisd.

Iurib. habetur, de ia 1. dudum, il 2. §. licet autem de elect. & l. 1. 3. & 4. C. de sentent. ex breuil. recit.

27 Debet etiam ferri tempore congruo, idest in die, & hora, quibus facta est citatio ad sententiam, alias si feratur ante, vel post terminum citationis, non valet sententia, tamquam lata, parte non citata. *l. aut qui aliter in princ. & de sententiis §. fin. ff. quod vi, aut clam. et l. cum non eo die C. quand. prouoc. non est necess.* vbi Bart. & DD. & scribentes *in d. l. consulunt de offic. deleg.* nisi pars citata fuerit contumax in non comparendo in termino, quia tunc potest Iudex ferre sententiam quandocumque, sine alia citatione, quia propter contumaciam semper est in mora. Bald. *in d. l. cum non eo die.*

Item tempore, quo iurisdictio eius adhuc durat, alias si post [illegible] feratur, non valet. Bart. *in l. properandum in prin. C. de iudic.* & ibi etiam Bald. *n. 4.* Et Idem dicendum de sententia lata post desertam appellationem Alex. *consil. 82. in princ. vol. 3.* Necnon de sententia arbitri lata post tempus præfixum in compromisso, nam, neque valet *l. si cum dies § si vero, et l. non distinguemus §. compromisso, et §. fin ff. de arbitr.* & Bald. *in c. quintauallis de iureiur.*

Item debet ferri tempore, quo non sit concessa dilatio, alias si pendente dilatione feratur, erit nulla. *l. fin. pars C. de dilat.* Bald. *in l. penult. §. fin. C. de arbitr.*

Item ferri debet tempore, quo ambæ partes sunt præsentes, vel altera tantum absens per contumaciam *l. de vnoquoque ff. de re iudicat.*; alias si feratur, quando vtraque pars est absens, non valeret sententia Bald. *in l. 1. col. 5. vers. et predicta faciunt C. de sent. quæ sine cert. quant.* & *l. quæ post. num.* vbi notabiliter ait, quod si Iudex inciperet legere sententiam, & ante quam compleat, partes discenderet, sententia esset nulla vid. Gloss. *in l. properandum §. sin autem C. de iudic. in gloss. 2.* Hoc tamen non habet locum, quando iudex procederet ex officio, quia tunc valeret sententia, etiam partibus absentibus Glos. *in clem. pastor. §. quod si per uiginti de elect. in 6.* Angel. *in l. si libertatem ff. de petit. hered.*

Item ferenda est tempore, quo fuit habitum consilium, si causa fuerit alicui commissa ad consilium sapientis; nam si feratur ante habitum consilium sententia erit nulla Bald. *in l. [illegible] de appell.* Bart. *in l. 1. in princ. C. de rela.*

28 Quoad sextum notandum est, quod sententia ferenda est in primis causa per Iudicem diligenter discussa, & cognita; alias si ferretur, sine causæ cognitione, & sine processu, *iuxta text. in cap. quoniam contra de probat. [illegible] numero 26.* esset nulla *l. prolatam C. de sent.* vbi Bart. & *in l. [illegible] causa cognita ff. de [illegible].* Vnde in oleuit Practica, vt sententiæ dicatur, viso libello, visis attestationibus, instrumentis, allegationibus, visis videndis &c. vt colligitur *ex c. licet causam de probat. c. de fid. instr. l. properandum §. 1. C. de iudic.*

29 Secundò, quantum fieri poterit, debet Iudex peritos consulere, qualiter pronuncianda sit sententia, *iuxta text. in c. ad audientiam nostram de consuetud. c. de quibus 20. dist. et cap. [illegible] 95.* Speculator, *l. 2. tit. de requisit. consil. in princ. & 39 fin.* vbi Io. Andr. & Bald. *in addit.* quia non debet sententiam præcipitare *vt in c. Deus [illegible] 1. et c. [illegible] 5. q. 1. et c. summopere 11. qu. 3. & l. 2. C. de sent. ex breuil. recit.* Imò debet prius deliberare, ante publicationem sententiæ, *ad tex. in c. [illegible] in princ. 50. dist.* vbi habetur, quod tempore indigemus, aliquid maturius agamus.

30 Sed quæritur hic, an Iudex in sententia ferenda teneatur sequi opinionem Doctorum probabiliorem. An verò sequi possit probabilem relicta probabiliori?

Respondetur, hoc dubium esse nimis agitatum per Doctores, pariter tamen per quosdam confusè examinatum; quare, ne & ego, qui post tot Doctissimos Viros, tum Antiquos, tum Recentiores scribo, huiusmodi confusionis notam incurram, conabor breuiter illud percurrere, præmittendo singula, ad eiusdem dubii resolutionem necessaria, antequam ad eius responsionem veniamus. Præmitto igitur Primo, pro maiori declaratione, quod *opinio* nihil aliud est, quam assensus intellectus ad vnam partem eius, quod controuertitur, non firmus; & certus; sed cum formidine alterius partis; secundum Theologos, vt docet Diuus Bonauentura *in 3. sentent. dist. 24. q. 24. vers. item opinio autem n. 24.* Scot. *in dist. 27. q. 1. art. 3. vers. tame [illegible]* Syluest. *in verb. opinio in princ.* & secundum Iurisperitos communiter *in l. admonendi ff. de iureiur.* opinio dicitur credulitas cum aliqua leui dubitatione, medium tenens inter suspicionem, & perfectam probationem, vt tradit Bart. *ibid. nu. 22. & 23.*

Alioquin si assensus fieret cum certitudine, non esset amplius opinio, sed fides Diu. Thom. *quodlibet 9. art. 10.* Illustriss. Dominus Prosp. Fagnan. *in sua celebri repetit. c. Ne innitaris de constitut. n. 22.*

Neque esset secundus gradus probationis, (vt asserunt legistæ) sed potius perfecta credulitas, seu perfecta probatio Bart. *vbi sup. d. n. 23.* Hinc est, quod formido, quæ opinioni inest, passio quædam est, secundum Aristot. *in 1. magn. moral. c. 35.* quæ nos facit dubios, an res ita se habeat, nec ne, *iuxta text. in l. fin. Cod. de condit. indeb.*

31 Opinio autem alia est communis, alia communior, alia singularis, alia verò probabilis, alia probabilior.

Communis est illa, quæ licet habeat paucos Doctores; isti tamen pauci rationes vtriusque partis bene examinant, fusè discutiunt, & ex professo perpendunt, ac tractant; quibus discussis & perpensis, illam vel affirmant, vel negant. Non enim dicenda est communis opinio illa, quæ habet plures Doctores numero, qui perfunctoriè, nulla discussione præmissa, instar auium, vel ouium, vnus sequitur alium; sed quæ pauciores Doctores habet penè tractantes vtriusque partis rationes. Angel *in verb. opinio n. 1.* Syluest. *eod. verb. q. 2.* Sanch. *tom. 1. de matr. l. 2. disp. 44. n. 2. & in Decalog. l. 1. c. 9. n. 9.* Bassaeus *in Flor. Theolog. moral. verb. conscientia n. 8. §. vt opinio cognoscantur.* & D. Fagnan. *vbi sup. nu. 436.* Facit adhoc optimus textus *Exod. c. 23.* ibi *Nec plurimorum sequaris sententiam ad faciendum iudicium*; & est bonus textus *in c. in nostra de testib.* & melior *in l. 1. §. neq; ex multitudine auctorum C. de vet. iur. enucleand.*

32 *Communior opinio* est illa, quam sequuntur sex, vel septem Authores classici, qui rem ex professo tractant, & examinant; non autem illa, quam sequuntur quinquaginta Doctores, rem illam, nec ex professo tractantes, nec rationes aliquas examinantes, sed sola aliorum auctoritate ducti. Alexand. *consil. 202. incip. viso Themate n. 7. l. 7.* Nauarr. *in Manual. c. 27. n. 289.* Sanchez *de matrim. tom. 1. l. 2. disp. 44. n. 1.* Paul. Comitol. *l. 5. respons. moral. q. 6.* Ioann. Maior, *in prolog. 4. sent. q. 1. & 3.* Fagnan. *vbi sup. n. 437.*

33 *Singularis opinio* est: quando in aliquo dubio adest doctrina sola vnius Doctoris, quamuis doctissimi, & probi viri; ista enim non est probabilis, nec in Praxi tuta, secundum DD. Sacros & Prophanos, quos plena manu cumulat D. Fagnan. *in repetit. prædict. c. ne innitaris num. 406. cum pluribus seqq.* vbi decem rationibus hoc probat, quamuis contrarium teneat Sanchez *in [illegible] c. 9 n. 7.* vbi Alios allegat: sed Fagnani opinio intelligenda est, quando vnus Doctor perfunctoriè, & non ex professo opinionem illam examinat, nec bonis argumentis fulcire nititur; nam si id faciat, opinionem reddit probabilem; licet sit singularis, vt ipse confessio est apud omnes, & mox dicemus.

34 *Opinio Probabilis* est illa, quæ non leui fundamento innititur, sed adhæret firmis rationibus, & auctoritati insignium Doctorum. Vnde ad effectum, vt opinio probabilis dici possit, quatuor considerari debent. Quorum,

Primum est. Quinam sint Doctores, qui eam opinionem tenent, indocti ne, an Docti, prudentes, & timoratæ conscientiæ, ac in illa materia versati; vel è contrario.

Secundum est. Quot sint, qui eam defendant, non enim sufficit vnius aut alterius Doctoris opinio quantumuis grauis; Si Alij omnes contrariam sententiam sequantur. Nisi opinio illa paucorum vel vnius firmioribus rationibus, & solidioribus fundamentis nitatur, ac firmetur.

Tertium est. Quod diligenter perpendantur argumenta vtriusque opinionis, considerando tam ea, quæ sunt pro, quam contra illam opinionem.

Quartum est. Quod communiter reputetur non continere errorem, & ne sit contra quod ita Vasquez *tom. 1. 2. q. 16. art. 5. disp. 62. c. 4. n. 17. & 18.* Says. *in Clau. Reg. l. 1. c. 5. n. 2.* Sanchez *d. c. 9. n. 11.* Bonac. *tom. 2. de peccatis disput. 1. q. 4. punct. 9. n. 11.*

35 Hinc est, quod probabilem opinionem facit non multitudo Doctorum, sed bonæ rationes, optima argumenta, & solida fundamenta; quamuis vnus Doctor illam opinionem sequatur, qui ex professo illam profiteatur, & sit Peritus, ac bonæ conscientiæ, nec errorem implicet prout probabiliter tenent Angel. *in sum. verb. opinio n. 2.* Syluest. *eod. verb. q. 1.* Va-

lent.

lent. *p. 2. disp. 2. qu. 12. punct. 4. qu. 4.* Nauarr *in Man. c. 27. nu. 88.* Eman. Sa *in Aphor. verb. Dubium n. 3.* Sanchez *d. c. 9. n. 7.* Bonacin. *ib. d. n. 1. vers. quamquam ad opinionem.* Filliuc. *tract. 21. c. 4. n. 134. & 135.* & Alii. Qui sequuntur D. Thom. *in Quodlibet 3. art. 10.* vbi ait, posse Scholarem sequi opinionem sui Magistri in iis, quæ ad mores pertinent. Consule tamen hic D. Fagnanum, *vbi proximè sup.* & non pigebit.

36 *Probabilior* tandem opinio dicitur illa, quæ fortioribus fundamentis innitur ac maioribus rationibus fulcitur; quam opinio probabilis, ita Sanchez, *d. c. 6. n. 4.* Dicitur autem probabilior, ad differentiam minus probabilis, quæ respectu maiorum rationum, ac fortiorum argumentorum probabilioris, dicitur minus probabilis, & illa dicitur ea ratione probabilior.

37 Et nota quod differt opinio probabilior, & opinio tutior. Probabilior enim dicitur illa, quæ veritatem magis, vel minus ostensam respicit; tutior autem, quæ minus peccati periculum habet. Vnde tutior dicitur, etiam si minus probabilis sit, quæ si amplectatur, nullum adest peccati periculum. Minus autem tuta, quamuis probabilior, dicitur illa, in qua peccati periculum esse potest Azor. *2. p. l. 1. c. 18. qu. 4* Sanchez, *d. l. 2. c. 9. n. 5.* Bonacin. *vbi sup. nu. 2.* & Alii. Ideoquè dari potest casus, vt aliqua opinio sit tutior, quæ est minus probabilis; & aliquando sit probabilior, quæ minus tuta est, ver. gra. sunt plures Doctores solidis rationibus asserentes, quod quis in aliquo casu non teneatur facere eleemosynam, vel quod teneatur restituere. Sed è contra sunt Alii Doctores, qui dicunt oppositum, sed non freti tam solidis, & bonis rationibus. Tali casu, qui sequeretur primam opinionem, is qui dicitur opinionem probabiliorem, sed minus tutam; qui verò sequitur secundam, dicitur sequi tutiorem, sed minus probabilem. *DD. cit.*

38 Præmitto secundò, *Dubium*, quod est verè, & propriè dubium, esse, quando quis, neque assentitur, neque dissentit; in neutram partem contradictionis inclinans; in medio constitutus nec alteram affirmans, nec alteram negans, sed suspensus remanens; quia non habet motiua plus efficacia pro vna, quam pro alia parte, quæ moueant ad perfectum assensum. *c. in Canonicis vers. si autem 19. dist. l. in ambiguo ff. de reb. dub.* Gloss. *in rubric. ff. de iur. & fact. ignor.* Bart. *in d. l. admonendi, numero 19. & 20 ff. de iureiur.* Dix verò, *& propriè dubium*, quia datur aliud dubium, quod dicitur propriè suspicio, quæ est, quando intellectus, licet nulli parti assensum præbeat, magis tamen in vnam, quam in alteram partem inclinat. Et hæc cum sit credulitas ex leuibus coniecturis, medium tenet inter opinionem, & dubitationem. Bart. *in l. admonendi nu. 21.* Syluest. *de verb. opinio. in princ.*

39 Est autem dubium multiplex. Aliud enim est iuris: aliud facti. Dubium iuris est, quando quis de aliqua re dubitans, rationes pro, & contra habet. Vel vbi sunt discordes opiniones Doctorum, & non constat de communi *l. sed & si §. ideo ff. de petit. hæredit.* Alberic. *in Dictionar. verb. Dubitabile.* Bart. *in l. qui Romæ §. duo fratres numer. 9. ff. de verb. oblig. in 1. oppos.* Anchar. *cons. 210. incip. inter contraria per tot.* vbi probat, rem dubiam esse cum pro vtraque parte sunt opiniones, & rationes, æquè probabiles. & Alex. *cons. 122. incip. visa facti narratione nu. 10. vers. & opinione l. 2.* Raphael. Cuman. *cons. 154. incip. visis in fin.* et Cardinal. Paleott. *de Sac. Consistor. consultat. p. 5. q. 13. vers. primò igitur.*

40 *Dubium* verò facti est, quando vtraque pars Intentum suum æqualiter probat, vel instrumentis, aut scripturis, vel testimoniis æquè, aut minus probabilius, Ita vt nulla constitui videatur differentia inter probationes vtriusque partis. Salas, *1. 2. q. 21. tract. 8. disput. vnic. sect. 12. n. 115* Petr. de Ledesm. *2. tom. sum. tr. 8. c. 22. post. 11. conclus. diffic. 1.*

41 Item *Dubium* esse potest *Speculatiuum*, & practicum, Speculatiuum, seù in communi, est quando quis in generali dubitat, an aliquid ita sit, necne, seù an liceat, vel non; puta an res aliqua sit Titij, an Caij, vel an liceat in die festo aliquid agere, vel non liceat. Sanct. Antonin. *1. p. tit. 3. c. 10. §. 10. circ. fin.* Nauarr. *in Manual. prælud. 9. n. 9.*

42 *Dubium verò Practicum* seù in particulari, est, quando quis in particulari dubitat, hic & nunc, an operatio, quam facit, sit peccatum, necnè; puta an sibi liceat in hoc die festo iter agere, seù an sibi liceat eodem die alicui consilium dare. Cordub. *l. 3. qu. 5.* Bartolom. Medin. *1. 2. q. 19. art. 6. dub. 4.* S. Antonin. *vbi sup.* latè Sanchez. *de matrimon. l. 2. disp. 41. num. 4. & 5. & in Decalog. l. 1. c. 9. n. 3.*

43 His positis, (quæ deseruire etiam possunt ad alia dubia resoluenda, cum sint principia solida) deuenio ad resolutionem præsentis nostræ quæstionis; an scilicet possit Iudex sententiam ferre, iuxta opinionem probabilem, relicta probabiliori; & respondeo, adesse in huiusmodi dubio duas Doctorum sententias; quarum prima affirmat, posse iudicem minus probabilem sequi, relicta probabiliori; quia nec temerè, nec imprudenter agit, ex quo ratione probabili ducitur, ita Sanctus Antonin. *1. par. tit. 3. cap. 10. §. 10. regul. 6. in fin. & regul. 7.* Medin. *1. 2. q. 19. ar. 6. penult. ad vltimum* Aragon. *2. 2. qu. 63. art. 4. dist. pen. dub. vlt.* & ibi Salon. *contr. 2. concl. 4.* quem allegat. Sayr. *in Clau. Reg. l. 1. c. 11. n. 3.* Petr. de Ledesm. *2. tom. summ. tr. 8. c. 22. post. 11. concl. diffic. 2.* Armill. *in sum. verb. opinio*, & alij penes Dian. *p. 2. tr. 13.* vbi de opinione probandi latè agit, *resol. 2. vers. sed contrariam*, & pleniori calculo *in p. 11. tr. 2. res. 60.* vbi triginta duos Doctores cumulat pro sua sententia quod possit Iudex sequi opinionem probabilem relicta probabiliori.

Sed quamuis prædictorum opinio sit probabilis; probabilior tamen, ac tutior est sententia aliorum contrarium asserentium, quod nimirum teneatur Iudex sequi probabiliorem, non verò minus probabilem, ita tenent. Sot. *l. 3. de iust. q. 6. art. 5. ad quartum* Valent. *2. 2. disp. 5. q. 7. pun. 4. dub. 3* Vasquez *in 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 64. c. 2. n. 5. & 6* Conrad. *in l. de contract. q. vlt.* Azor. *tom. 1. l. 2. instit. moral. c. 17. q. vlt.* Syluest. *in verb. opinio §. 2.* Caietan. *in sum. eod. verb. opinio* Sanchez. *d. tom. 1. in Decalog. l. 1. c. 9. n. 47.* Portell. *in addit. ad dub. Regular. verb. opinio eligenda n. 2.* Villalobos *in sum. tom. 1. tr. 1. difficul. 15. n. 6.* Malder. *in 1. 2. Diu. Thom. q. 19. art. 6. disp. 6. circa fin.* Filliuc. *tom. 2. tr. 21. c. 4. nu. 144.* Beccan. *in summ. tom. 1. tr. 1. c. 4. q. 9. n. 13.* Tanner. *in 2. 2. Diu. Th. disp. 4. q. 4. dub. 6. nu. 128.* Bannes *in 2. 2. qu. 63. art. 4. dub. 1. ad secundum* Layman. *in Theol. moral. l. 1. tr. 1. c. 5 §. 3 n. 16.* Card. de Lugo *de iustit. tom. 2. disp. 37. sect. 10 nu. 115.* Hyacint. Donat. Laynensis *in Prax. Regular. p. 4. mat. var. resol. tract. 12 qu. 36.* & nouissimè D. Fagnan. *in d. c. ne innitaris. n. 555. de constit.* & Alij.

44 Quorum opinionem ego libenter amplector, quia fortioribus, vt reor, nititur argumentis, & validioribus fulcitur rationibus, quas ex Sayro *vbi sup. n. 2.* refert per formalia ferè verba Hyac. Donat *loc. cit.* Quarum Prima ratio est, quia qui sequitur opinionem probabilem, relicta probabiliori exponit se periculo peccandi, ex quo eligit id, quod minus certum est, relicto certiori & proinde peccat, ex illo Eccles. *c. 3. nu. 27. Qui amat periculum peribit in illo*, & habetur *in cap. significasti 2. de homic. & in cap. inquisitionis de sent. excom. §. fin. ibi. Non alteratro (vel contra legem coniugij,) vel contra iudicium conscientiæ committat offensam & in Clement. exiui §. item præterea de verbor. signif.* in illis verbis. *in his, quæ animæ salutem respiciunt, ad vitandos graues remorsus conscientiæ, pars tutior est tenenda.* Et S. Thom. *quodlibet. 8. artic. 13. in princ.* ait. *quicumque committit se discrimini in his, quæ sunt ad salutem, peccat*, & similiter idem S. Doctor *in quolibet 9. art. 15. in quarto argumento contrario*, inquit. *quicumque committit se discrimini, & periculo peccati mortalis, peccat mortaliter*, & Scotus *in 4. d. 17. qu. vnic.* dicit. *vbi est via facilior, idest magis in potestate hominis, & certior ad gratiam recuperandam, tenetur quilibet ad illam viam, ita quod omissa illa non attentet aliam difficiliorem, & incertiorem, & quia tunc se exponeret periculo salutis suæ, videtur esse contemptor propriæ salutis.* Idem dicit expressius *in fine secundæ q. prolog. sententiar.* ibi. *Multa in actibus humanis sunt dubia, vtrum sint peccata mortalia, etiam suppositis omnibus doctrinis Doctorum, & expositorum; tamen non est dubia via salutis, quia à talibus, tamquam periculosis debet homo sibi cauere, & se custodire, ne, dum exponit se periculo, incidat in peccatum. Quod si noluerit quærere salutem, sed non curando, exponit se periculo vbi forte actus de genere suo non est peccatum mortale, tamen peccabit mortaliter se se periculo exponendo.*

45 Secunda ratio est, quia in dubijs tutior pars est eligenda. *l. si fuerit. §. vlt. ff. de reb. dub. cap. Iuuenis. de sponsal. & cap. ad audientiam. de homic.* præsertim quando agitur de salute animæ. Eman. Rodriquez. *in summ. tom. 2. c. 51. n. 6. conclus. 4.* Et eò fortius, quia in casu dubio probabilitatis, præsumi debet pro multitudine Doctorum *c. argum. cap. in Canonicis 19. dist.* Gloss. *in cap. fin. verb. tota Ecclesia de pæn. dist. 1.* sequi-

tur

tur Sylvest. *in sum. verb. opinio quaest. 2.*

46 Tertia est ratio, quia Iudex iudicare tenetur secundum merita causae; sed qui pro se habet opinionem probabiliorem, consequenter habet maiora merita causae; & maius ius; ergo iudicandum est secundum probabiliorem opinionem; alias si iudicaret secundum probabilem, non obstante, quod adsit probabilior, faceret contra iustitiam, & peccaret grauiter, & diceretur acceptor personarum, contra dispositionem textus *in cap. in iudicijs, de regul. iur. in 6.* Diu. Thom. *in 2. 2. quaest. 63. per tot.* maximè *art. vlt.*

47 Quarta est, quia eo ipso, quod Iudici constat adesse aliam opinionem probabiliorem, consequenter habet hoc iudicium practicum, nimirum quod tutius, & securiùs sit iudicare, secundum illam opinionem probabiliorem; ergo aliter iudicans, agit contra conscientiam suam; quod facere non est licitum. Et sic peccaret, siue talis conscientia sit dubia: *vt in cap. Per vi. 12. dist. & c. illud de cler. excom. ministr.* siuè sit ex credulitate leui, & scrupulosa. *c. per tuas. el 2. de simon. & cap. Inquisitioni vers. in secundo de sentent. excomm.* siuè sit ex credulitate, seù ex opinione probabili: *vt in d. cap. inquisitioni vers. verum.*

48 Quinta est, quia quisquis est, qui habeat formidinem seù leuem credulitatem, quod aliqua actio fieri, vel non fieri possit, manente tali formidine, non potest actionem illam ad praxim operando deducere nisi priùs deponat formidinem illam: sed qui habet opinionem probabilem affirmantem, actum esse licitum, habet necessariò suspicionem, formidinemq; seù scrupulum, aut leuem credulitatem de opposito, quod scilicet ille actus sit illicitus; ergo qui habet talem opinionem probabilem, non potest sine peccato actum illum licitè operari secundum eam, & ad praxim deducere, vt apertis verbis probatur *in d. cap. per tuas, el 2. de sim.* in illis verbis: *Contra conscientiam ad superiores ordines non ascendat, &c.* vid. latè apud D. Fagnan. *in d. cap. ne innitaris. num. 246. cum plurib. seqq.*

Vnde firma remanet nostra conclusio, quod Iudex in sententia ferenda, in causis ciuilibus intelligendo, sequi teneatur opinionem probabiliorem, non verò probabilem. Quod locum habet tam si probabilitas versetur in dubio iuris; quam in dubio facti, vt praecitati Doctores concludunt, de quo vid. Card. de Lug. *de iustit. d. tom. 3. disp. 37. sect. 10. nu. 115.* Neque obstant argumenta in contrarium adducta per Doctores contrariam sententiam defendentes: nam vnico verbo soluuntur. Respondetur enim, quod multi ex illis intelligunt, quando dubium versatur circa ius tantum, non circa factum: quia tunc etiam illi tenent debere Iudicem iudicare secundum probabiliorem.

49 In criminalibus verò causis, quando opinio probabilis est circa factum pro Reo, probabilior verò pro Fisco: plerique ex Neotericis Doctoribus, Antiquorum auctoritate fulti asserunt, posse Iudicem sequi probabilem, quae est Reo fauorabilis, omissa probabiliori, quae fauet Fisco. ita post Salon. *in 2. 2. Diu. Thom. qu. 63. art. 4. contr. 2. conclus. 2.* Sayr. *in Clau. Reg. lib. 1. d. cap. 11. num. 12.* Pharaonius. *de Sacrament. poenitent. tract. 1. sect. 3. cas. 8.* & Dian. *in Audit. secundar. post. 3. partem resol. 13. vers. sed hic incidenter;* quibus in locis concludunt, posse Iudicem sequi probabilem in fauorem Rei.

50 Dubium tamen maius insurgere potest, an scilicet iudex in tali casu, solum possit, verum etiam teneatur sequi probabilem fauore Rei?

Ad quod affirmatiuè respondetur, cum Salas *in 1. 2. Diu. Thom. tr. 8. disp. vnic. sect. 12. num. 115.* Meroll. *in disp. Theolog. tom. 1. disput. 3. cap. 4. corollar. 4. n. 181.* Alphons. de Leon. *in tract. de offic. & pot. confess. p. 2. resol. 2. n. 188.* Castr. Palao. *tom. 1. disp. 2. punct. 11. num. 4.* Villalobos *in summ. tom. 1. trac. 1. diffic. 15. n. 3. & 4.* & Aliis. Et ratio est, quia in criminalibus ad hoc vt Reus condemnari possit, probationes esse debent luce meridiana clariores, *vt in l. sciant cuncti, C. de probat.* & dicam latiùs infrà *par. 4. in Pract. crimin.* sed quando adest probabilior probatio circa factum pro Fisco; defensio Rei remanet adhuc probabilis: vnde probationes Fisci contra Reum non essent luce meridiana clariores: ergo, &c.

Quae conclusio locum habet, tùm in sententia Doctorum praecitatorum, quando opinio in fauorem Rei est probabilis circa factum; tum etiam in sententia Villalob. *in summ. d. tom. 3. trac. 1. diffic. 15. nu. 3. & 4.* quando opinio est circa ius pro reo; quem sequitur Dian. *vbi sup. vers. & hac sententiam;* & Emanuel de Moure. *opusc. 1. de absolut. & vacantation. sect. 1. cap. 1. num 25.* vbi haec verba profert; *Reus habens pro se opinionem probabilem, quamuis contra se probabiliorem, nunquam iniquè contra iustitiam commutatiuam damnabitur, iuxta probabiliorem: non verò absoluetur, iuxta probabilem.*

Quidquid in contrarium tradant Bonacin. *tom. 3. de peccat. disp. 2. qu. 4. punct. 9. nu. 15.* vbi ait, posse eamdem doctrinam applicari in criminalibus, sicut in ciuilibus, in probabili circa ius; & D. Fagnan. *loc. cit. à n. 358. vsque ad n. 373.* vbi acerrimè defendit, debere Iudicem omninò sequi probabiliorem, etiam contra Reum; & Ioan. Sancius *in selectis. disp. 55. n. 52.* Nam durissimum mihi videtur, quod possit Iudex absoluere Reum, stante opinione probabili ad eius fauorem; & velit illum ad mortem damnare, stante opinione probabiliori pro Fisco: cum omnia iura clament, esse fauendum Reo; & ob id Iudex promptior esse debet ad absoluendum, quam ad condemnandum *l. 3. de probat.* quia Sanctius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare, *l. absentem, & l. respiciendum, ff. de poenis.* cum concordantibus, & ibi latè Doctores.

51 Sed quid iuris, quando in ciuilibus caussis sunt duae opiniones aequè probabiles, vtrum possit Iudex in ferenda sententia, quam maluerit sequi?

Respondetur affirmatiuè, secundum magis communem opinionem, quando vtraque opinio esset ex aequo probabilis ex parte iuris, & ipsemet Iudex ita etiam existimaret: nam tunc sequi potest quam maluerit, & pro amico secundum illam iudicare, si magis ei foueat. Imo quod plus est, secluso scandalo, iudicare poterit modo secundum vnam, modo secundum alteram opinionem, ita Medin. *1. 2. qu. 19. art. 6. concl. 2. dub. antepen.* Salon. *2. 2. qu. 63. art. 4. controu. 2. concl. 1.* Valent. *2. 2. disp. 5. art. 6.* Manuel *tom. 1. sum. in 2. edit. c. 6. nu. 1. concl. 1.* Sayr. *in Clau. Reg. l. 1. cap. 11. n. 4.* Sanch. *tom. 1. moral. l. 1. cap. 9. num. 45.* Ledesm. *de matrim. qu. 45. art. 1. dub. 2. ad tertiam primae sententiae,* vbi dicit, dummodo neuter possideat, & res sit indiuidua. Et ex recentioribus tenent etiam Io. Sanch. *in Select. disp. 54. n. 51.* Bonac. *to. 2. de peccat. d. disp. 2. q. 4. punc. 9.* Laym. *in Theol. mor. l. 1. tra. 1. cap. 5. §. 3. n. 16.* Malder. *in 1. 2. qu. 19. art. 5. prop. fin.* Tanner. *in 2. 2 disp. 4. q. 4. dub. 6. nu. 128.* Becan. *in summ. com. 2. tr. 1. c. 4. q. 9. nu. 13.* Dian. *p. 3. tract. 3. resol. 40.* vbi ait, quod in pari dubio iuris vtriusque partis tenetur Iudex fauere possidenti, nec ipsum cogere potest ad restituendum, quia in pari dubio habet ius retinendi.

52 Quod si Iudex secundum istos Doctores iudicaret nunc secundum vnam, nunc secundum aliam opinionem, cum scandalo, peccaret quidem, sed non teneretur ad restitutionem, quia non facit contra iustitiam, nec contra Ius partis. ita Sanchez *loc. cit.* Ratio autem, quare possit Iudex secluso scandalo in aequalitate opinionis iudicare secundum quam maluerit, & modò secundum vnam, modò secundum aliam, est, quia non obligatur ex vi iustitiae distributiuae magis vni, quam alteri fauere; ergo liberum illi erit cui voluerit adhaerere. Nam etiam in Beneficiorum collatione, quando duo sunt aequaliter digni, potest alteri eorum, cui maluerit illud conferre. *DD. praecit.*

53 Bannes tamen *in 2. 2. q. 63. art. 4. dub. 1. circ. solution. ad secundum,* quem sequuntur Filliuc. *tom. 2. tract. 21. c. 4. nu. 144.* Castr. Palaus, *tom. 1. disp. 2. punct. 10. nu. 2.* Coninch *de Sacrament. disp. 34. dub. 10. n. 94.* & Alij apud illos, probabiliter tenent, non dari Iudici electionem, sed teneri in aequali dubio, vel litigantes componere; vel diuidere rem inter illos, si diuidua sit, si verò sit indiuidua, debere diuidere partem fructuum rei. Salas verò *in 1. 2. tract. 8. disp. vnic. sect. 23. nu. 240.* tenet, quod res illa in tali dubio sorte distribui debeat; vel vni res; alteri verò dimidium aestimationis conferatur. Amborum nihilominus opinio communiter refellitur, de quo vid. Ledesm. *vbi sup.* Io. Valer. *in different. vtriusque fori verb. opinio differ. 7.* Tusch. *var. concl. verb. medium. concl. 170.* Homobon. *in consul. cas. consc. p. 7. resp. 26. vol. 2.* & Sanchez. *vbi sup.* qui dicunt illos loqui, quando aequales probatione essent ex parte facti. In casu verò nostro agitur, quando aequalitas versatur circa ius: & se tenet ex parte Iudicis, non ex parte causae; Iudex autem communi bono prospicere debet; ergo caeteris paribus eligere potest opinionem, quam maluerit in iudicando.

54 Nota hic, quod si opiniones essent aequaliter probabiles ex parte facti, quia fortassis vtraque pars habet probatio-

nes

nes æquæ idoneas per testes, vel scripturas æqualis auctoritatis, per quas factum suum probauit; tali casu teneretur Iudex, vel partes componere; vel si res diuidi potest, illam diuidere, iuxta tradita per Bann. Filliuc. Castr. Palaum, & Coninch. *locis citatis*, ita Salon. *vbi supra d. conclus. 2.* Sayr. *d. l. 1. cap. 11. nu. 32.* Bonac. *loc. cit. d. numer. 14. vers. Dixi, quando opiniones.* Hyacinth. Donat. *in praxi prax. Regular. p. 4. variar. resolut. cas. 12. num. 9.* & Alii apud illos.

55 Quando verò opiniones ex parte facti probabiles essent, sed non æqualiter: quia fortè altera illarum sit probabilior, tunc Iudex ex iustitia iudicare debet, secundum probabiliore in causis ciuilibus: alias grauissimè peccaret, quia iudicaret contra propriam conscientiam, & iustitiam; cum teneatur sententiam ferre secundum merita causæ; sed qui pro se habet probabiliorem, habet vtique maiora merita causæ, quia factum suum melius probauit; ergo tenetur, &c. ita Salon, *vbi sup. concl. 3.* Greg. de Valent. *proposit. 3.* Sayr. *loc. cit. n. 13.* quem citat Donat, *ib. n. 8.* & Alij.

An autem Iudex possit aliquid accipere ab vna ex partibus, causa vtrinque probabili, ad hoc vt sententiam proferat in eius fauorem; dicam negatiuè infrà *in p. 4. Pract. crim. sect. 10. n. 31.* iuxta nouissimam Constit. SS. D N. Alex. PP. VII.

56 Nunc ad propositum redeundo, dico tertio, quod debet ferri sententia per Iudicem secundum allegata, & aprobata in processu, non secundum conscientiam priuatam. *c. iudicet 3. q. 8. c. si Sacerdos de offic. iud. ordin. c. pastoralis §. quia verò de offic. deleg. & l. illicitas §. veritas ff. de offic. præsid.* cum alijs iuribus allegatis *supra sect. 2. subsect. 13. num 7.* Hanc autem sententiam tenet Sanctus Thom. *in 2. 2. qu. 67. artic. 2.* & ibi Caietan, Bannes, Salonius, & Petrus de Arragon. Alex. de Ales *p. 3. qu. 34. membr. 1. artic. 4. & qu. 40. membr. 6. artic. 2. §. 1.* S. Antonin. *par. 3. tit. 9. cap. 2. §. 6.* Syluest. *verb. Iudex 2. quæst. 5.* vbi dicit esse communem sententiam; Sot. *lib. 5. de iust. q. 4. art. 2.* Nauar, *in cap. si quis de pæn. d. 7. num. 129. & in Manuali c. 25. numer. 9 & 10.* Couarru. *l. 1. variar. resol. num. 6.* Tolet *in summ. l. 5. c. 59.* Et Alij Theologi Antiqui, quos sequuntur quidam Alii ex Neotericis, prout est Tanner. *tom. 3. disp. 4. q. 4. dub. 2. nu. 51.* Strouchtiol. *de iust. & iur. in 1. 2. Diui Thomæ, qu. 60. art. 2. concl. 2.* & Alii, simpliciter, & absolutè asserentes, hoc procedere debere, tam in causis Ciuilibus, quam in Criminalibus, itaut si iudex priuata scientia sciat, aliquem esse innocentem; iuridicè verò secundum allegata, & probata in iudicio constaret esse nocentem; debeat illum ad mortem damnare, secundum leges ciuiles & hanc sententiam vocat communem, verissima, & in Praxi sequendam Sayr. *in Clau. Reg. l. 12. c. 8. nu. 13.* & ex Iuristis sequitur. Bart. *in d. l. illicitas §. veritas.* Ioan. Andr. ad Specul. *lib. 2. tit. de disp. & allegat. §. 6. ad nu. 13. in nouiss. add. in* Gloss *in c. summopere 11. qu. 3. num. & seqq.* vbi allegat text. *in c. iudicet 3. quæst 7.* & Gloss. *in c. 1. vers. nota vlterius, quod Iudex de statut. & re iudic. in 6.* & Alii per multa iura, quæ ego supra allegauit, & similiter *de subsect. 12. n. 7.*

57 His tamen minimè obstantibus, salua pace tantorum virorum, semper mihi placuit contraria sententia quorundam Aliorum Doctorum, tam ex Antiquis, quam ex recentioribus, qui distinguentes inter causas ciuiles, & criminales, docent in criminalibus maioribus, siue sint ex illis causis, in quibus imponenda veniret pœna capitis, siuè in quibus infligeretur pœnam mutilationis, non posse Iudicem iudicare, & condemnare innocentem quem certò scit esse talem, quamuis secundum allegata & probata constet esse nocentem: vt si verb. grat. Iudex proprijs oculis videret Titium occidentem Caium sed in iudicio per testes probaretur, quod occisor Caii esset Sempronius. In criminalibus verò minoribus, circa mortem, vel mutilationem, & in ciuilibus, in quibus agitur de soluendis pecuniis, vel restituendis bonis, etiam magnæ summæ, vel valoris, posse secundum allegata, & probata contra veritatem sibi certò, & euidenter notam iudicare. ita Adrian. *quolibet 2. concl. 3. ad quintum litt. B.* & clariùs *quolibet. 6. artic. 3. litt. H.* Rodulphus, quem refert Angel. *in verb. iudicare §. 7.* & Alii Antiqui: Quorum sententiam sequuntur multi Alii Docti Viri ex Recentioribus: inter quos adest Syluius *in 2. 2. Diui Thoma. qu. 66. artic. 3 conclus. 2.* Petr. Nauarra *de rest. l. 2. cap. 4. p. 2. dub. 4. n. 160 & nu. 161.* Malder. *in 2. 2. tract. 6. cap. 1. dub. 13.* Lessius *l. 2. c. 29. dub. 10. num. 78. & 83.* & Alii infra citandi. Et Ratio quæ assignatur per istos Doctores, est, quia occidere innocentem directè, & ex intentione, est per se & intrinsecè malum & consequenter, cum sciatur per Iudicem, talem esse innocentem, non poterit illum damnare, cum contrarietur, tum charitati: tum iustitiæ: Ergo nullo modo potest, nec debet Iudex innocentem morti tradere, quamuis per testes, & secundum allegata, ac probata constaret esse nocentem: alias grauissimum peccatum committeret. Secundò quia repugnat iuri Diuino, & naturæ innocentem directè occidere: habetur enim Exod. *c. 22. Insontem, & iustum non occides.* In hoc autem casu directè occideretur innocens, & eius mors tenderet ad obseruationem tantum iuris positiui, contra ius diuinum, & naturæ, ergo non potest Iudex, nec debet innocentem occidere.

Accedit, quod hoc facere, neque Principi supremo licet: ergo neque Iudici inferiori. Alias rationes affert Syluis, *vbi supra*.

58 Vnde secundum istos Doctores, potius tenetur Iudex alia via veritatem aperire, quam innocentem condemnare, prout signanter aperit Lessius *d. nu. 83.* quod scilicet debet accusatorem auertere ab accusatione, si adsit curare quantum poterit, vt testes per prudentes viros corrigantur. Qui, si desistere noluerint, protrahat sententiam, plures testes examinando super circumstantiis, & qualitatibus facti, ac acquirendum aliquod indicium variationis, aut falsitatis eorum. Quod si tali medio adhibito nihil boni resultaret ad veritatem patefaciendam, procuret carcerem aliquo modo aperiri, vt possit Reus aufugere, dummodo scandalum non sequatur, aut fuga aliorum carceratorum, qui iustè detinentur. Et si nec hoc proficiat, vel fieri nequeat, & partes instarent pro sententia: se declaret, quod aliquam habet difficultatem, & ob id adeundum esse superiorem, quem tunc ipse secreto informare debet, & si testem aliquem habet, ad illum inducat, alias ipse, testis personam assumat. Et tunc si superior liberare recusauerit, si alia via innocentem liberare non potuerit, deponat potius officium, quam innocentem condemnet, etiam cum periculo vitæ. Ita sentiunt supra citati DD. qui conclusionem ampliant etiam ad ministrum Iustitiæ. Hæc sententiam sequuntur etiam Eman. Sà. *in Aphorism. verb. Iudex* Filliuc. *tract. 29. c. 2. nu. 32. & 33. & tract. 40. c. 0. q. 5. numer. 170.* Bonacin. *tom. 1. circa vltimum Decal. precept. disput. 10. qu. 2. punct. 1. numer. 2 & 3.* Card. de Lugo. *de iust. disp. 37. sect. 14.* Hermannu. Busenbau. *in Medull. Theolog. moral. l. 4. cap. 3. dub. 1. art. 1. respons. 4.* & Aliis apud ipsos.

59 Circa depositionem officii neque concordant Doctores. Quidam enim absolutè asserunt, teneri Iudicem officium omninò deponere, si alia via innocentem liberare non posset quando certò ei constat esse talem, sed secundum probata, & allegata per testes probaretur, quòd esset Reus. Vel si sine scandalo fieri possit, illum prorsùs liberare. Et ratio est, quia pluris æstimari debet via innocentis, quam amissio officii temporalis, ita sentiunt & Theologi, & Iuristæ, Canonistæ, & Summistæ. Inter Theologos est Nicolaus de Lyra, *in illud Exodi. capit. 23. innocentem, & iustum non occides.* Salon. *in 2. 2. Diu. Thom. qu. 67. art. 2.* Io. Arboreus. *lib. 9. Theosophiæ cap. 20.* Barnabas de Rasalibus *in tract. de varietate opinionum*, quem citat Salon. *loc. cit.* Corasius *libr. 4. Miscellan. cap. 20.* Petr. Nauar. *de restit. d. lib. 4 cap. 3 par. 2. dub. 1.* Ex Iuris peritis adest Hugo *l. Prætor. ff. de iurisd. omn. iudic.* Martinus *in l. illicitas. §. veritas ff. de offic. præs.* Imol. *in l. à Diuo Pio. ff. de reg. iur.* Inter Canonistas adsunt Calderin. Hostiens. & Abbas Panorm. *in capit. pastoralis de officio delegat.* Abb. Siculus *in cap. 1. de offic. ordination.* Inter Summistas verò enumeratur Angelus. *in verb. iudicare. §. 7.* Eman. Sà. *in Aphorism. verb. Iudex*. Qui omnes variis rationibus istam sententiam probant, extendentes conclusionem etiam ad causas ciuiles, vt dictum est.

Alii verò contrarium tenentes asserunt, non teneri Iudicem officium deponere, nec in totum, nec ad tempus, quamuis teneatur pro aliquo tempore persuadere in causa; ad finem, vt veritas in lucem prodeat contra testes. ita Caietan, & Petr. de Arragon. *in 2. 2. Diu. Thom. qu. 67. art. 2.* Sot. *libr. 5. de iust. qu. 4. art. 2.* Tolet. *l. 5. sum. cap. 57.* Couarru. *l. 1. variar. resol. cap. 1. num. 2.* & Alii, apud eos. Diana tandem modificando prædicta, mediam viam eligendo in suis resolutionibus moralibus, *par. 6. tract. 4. resol. 22. in fin. vers. sed quid ego*, tenet, quod si Iudex post prædictas diligentias, aliquod graue damnum passurus esset ex depositione officii, non teneretur illud deponere: sed sequendo primam sententiam condemnare poterit innocentem repertum

tum

tum nocentem ex publicis probationibus Cuius sententiam, prout neque Aliorum proximè citatorum mihi non arridet, cum solidum fundamentum habere minimè videatur, præponunt enim præiudicium, & damnum bonorum Iudicis temporalium, bono vitæ innocentis, quæ est superioris ordinis.

Ceterum in huiusmodi sentient contrarietate, pro concordia dici potest. quod posterior sententia benè procedere poterit in causis saltem ciuilibus, vel etiam in criminalibus, in quibus veniret imponenda pœna amissionis bonorum, exilii, triremium, & similium, nõ verò in his, in quibus veniret infligenda pœna mortis, vel membri mutilationis; tunc enim locum habere debet prior sententia. Et ratio, est, quia iudex maiusius habet supra facultates, & bona externa, quam supra vitam innocentis. Accedit, quia superior ex iusta causa potest bona vni auferre, & alteri tradere Ergo in casu nostro poterit Iudex in causis ciuilibus, & criminalibus minoribus condemnare innocentem secundum allegata, & probata, quia ista est iusta causa tum quia innocens per appellationem poterit in integrum restitui; tum quia Respublica potestatem retinet in facultates Ciuium ob publicum bonum, vt in casu nostro, alias peruerteretur rectus ordo, & forma publicorum iudiciorum, cum populi scandalo. Lessius *d. dub. 10.* Siluius *d. conclus. 2.* Bonac. *d. disp. 10. quæst. 2. punct. 2. numer. 4.* & Paul. Laymao. *libr. 3. mor. tr. 6. cap. 2. n. 8.*

Neque obstant iura adducta suprà *d. section. 2. subsect. 13. num. 7.* Nam respondetur illa habere locum in causis ciuilibus tantum vt teneatur Iudex iudicare secundum allegata, & probata, prout colligitur *ex capit. pastoralis. §. quia verò,* & ibi Glos. *in verb. teneatur, de offic. deleg. & c. iudicet. 3. quæst. 7. & capit. sæpe. 11. quæstion. 3* in quibus habetur, iudicandum esse secundum leges.

60 Sed quid iuris, quando Iudex è contrario priuata scientia nouit aliquem esse nocentem, secundum verò allegata, & probata Iuridicè apparet esse innocentem, numquid possit illum condemnare.

Respondetur cum distinctione, vt enim loquimur de Iudice inferiori: aut de iudice Supremo, vt est Princeps. Primò casu nullo modo potest inferior condemnare, quia tenetur iuris ordinẽ seruare. ordo verò iuris est, vt nõ condemnetur Reus, qui secundum allegata, & probata constat, quod sit innocens, cum non habeat auctoritatem derogandi legibus superioris. Quod procedit, siuè sermo sit de ordine iuris humani, vt asserit Sayr. *in Claui Reg. lib. 12. cap. 8. numer. 21.* siuè de ordine iuris gentium, vt ait Less. *loc. cit. nu. 95.* Secundò verò casu neque potest supremus iudex condemnare, ordinariè loquendo, quando crimen est omninò occultum, vel probari non potest. Ita Petr. Nauarr. *lib. 2. cap. 3. numer. 122.* Arragon. *2. 2. qu. 62. art. 2.* Sayr. *loc. cit. num. 22.* Less. *d. libr. 2. cap. 29. dub. 11. numer. 94.* Filliuc. *tract. 2. cap. 8. quæst. 4. numer. 13.* Bonacin. *dicta dispu. 10. qu. 2. punct. 2. numer. 5.* contra Couatru. *libr. 1. variar. cap. 1* & Alios quos tacito nomine recenset Petr. Nauarr. *vbi sup.* Et ratio est quia agitur de fauore Rei, qui habet ius defensionis; cum probatio testium ad sui defensionem competat Reo de iure naturæ, vt ex *Clement. Pastoralis. §. rursus in fin. vers. de crimine præsertim graui, &c. de sentent. & re iudic. & c. qualiter. 2. de accusat.* ibi, *vnde videmus Deum non protulisse sententiam contra Adam, nisi prius vocatum, & auditum, & defensum.* Tradit Sayr. *in d. lib. 12. c. 8. nu. 20.* Sed Princeps dispensare non potest in his, quæ sunt iuris naturæ ergo non potest nocentem necare probatum innocentem per testes alias mortaliter peccaret, & restitutionem obligaretur ita D. Tho. *2. 2. qu. 67.* Less. *vbi sup. nu. 102.* Sayr. *ibid. nu. 26.* Petr. Nauar. *n. 195.* Martin. Nauar. *in manual. c. 25. nu. 9. vers. 24.* Caietan. *in sum. verb. homicidium.* Filliuc. Bonacin. & Alii *loc. cit.* & Busenbau. *d. lib. 4. cap. 3. dub. 1. artic. 4. resp. 3.* Ergo in vtroque casu firma remanet conclusio, non posse Iudicem condemnare nocentem, qui secundum allegata, & probata apparet innocens.

61 Iam vero, (reuertendo ad requisita sententiæ) dico quartò. quod debet ferri à iudice sedente pro tribunali, non stante, *capit. fin. de sent. & re iud. in 6. & §. sedebunt Auth. de ea iudic.* Bart. Bald. & Alii *in lib. 1. C. de sent. ex breu. recit.* vbi limitant multis modis, vt etiam facit Glos. *in d. cap. fin. & d. l. 1.* & latè Speculat. *de senten. §. 8. iuxta n. 10.* Vnde inoleuit Praxis, vt in sententiam diffinitiua dicatur *Nos N. pro Tribunali sedentes, &c.* Quæ tamen conclusio limitatur in causis summariis, in quibus potest Iudex sententiam proferre, etiam stando, & non sedendo *Clement. sæpè. §. sententiam. de verb. signif.*

62 Quintò, proferri debet in loco publico non occulto. *cap. bene quidem 96. distinct. cap. consuluit. de offic. deleg. cap. perniciosam 18. quæst. 2. cap. 1. ut Eccles. l. sententiam C. de sentent. & interlocut. omn. iudic.* publicus autem est locus, in quo ius reddi solet *l. penult. ff. de iust. & iur. l. si eam diei §. praulo. ff. de arbitr.* Alias esset nulla; & similiter, si iudex sæcularis ferret sententiam in Ecclesia *c. decet. § ordinarij de immun. Eccles in 6.* Vel si feratur in loco inhonesto, vt lupanari, &c. *c. quâ fronte de appellat. d. l. si eam diei § si arbiter, leges properandum. C. de iudic. & l. si locus, ff. eod. tit.* limitatur tamen hoc si partes consentirent, vt in lupanari ferretur *c. tolerabilius 32 qu. 1. l. cum mulier & l. viro ff. sol. matr.* malè tamen faceret Iudex. Vel si iudex pronunciet in alio loco, quam in eo, quem partibus assignauit. *cap. fin. de rescript. d. l. si locus ff. de iudic. l. sic ut proponis, & libr. pastos C. quom. & quand. iud. & l. cum sententiam C. de sentent. & interloc.* Vel si iudex illam ferat, extra locum suæ iurisdictionis *cap. leges 3. quæst. 6. & l. fin. ff. de iurisd. omn. iud.* Et similiter erit nulla, ob eamdem rationem sententia, si proferatur ab Episcopo, extra suam Diœcesim. *cap. Romana de foem. compet. in 6.*

63 Sextò, Ferri debet, secundum consuetudinem loci, in quo factus est contractus, quando litigantes sunt diuersæ iurisdictionis. *arg. capit. Raynutius de testam. cum. venissent de eo, qui mitt. in poss. caus. rei seru. l. si. fundus ff. de euiction. & l. 1. ff. de vsur.* Speculat. *l. 2. de feeys §. 1. nu. 7. vers. vbi verò,* vbi refert Aliorum opiniones, circa hoc.

64 Septimò, debet ferri, secundum iura non secundum exempla aliarum causarum, & casuum, nam sæpè in ijs variantur circunstantiæ, quæ varium exposcunt iudicium *capit. later. § hoc edidit in final. 2. quæst. 7.* nisi essent exempla Principis, quia tunc faciunt ius. *cap. de causis* vbi Ioan. Andr. *in Glos. contra quæ de re iudic. l. fin. C. de fer.* et ita si pronunciauerit Princeps sine scriptis, dummodo habuerit animum condendi ius. *c. insistentium. 25. q. 2.*

65 Octauò, ferri debet in scriptis & de scripti recitatione apparere, aliàs non valet sententia, *cap. in primis, & cap. statutis 2. qu. 1. cap. fin. §. 1. de sent. & re iudic. in 6. cap. cum medicinalis de sent. excom. eod. libr. cap. 1. de seq. & poss. & quoniam contra de probat. libr. 2. & l. fin. C. de sentent. ex breui. rec.* vbi DD. Glos. *in cap. postquam in verb. in script. vers. vigesimus octauus de consib. in 6.* Verall. *d. c. decis. 1, 9. part. 1.* Rot. *decis. 19. de re iudic. in nou. & decis. 731. num. 4. part. 2 recent.* Iason. *autem in §. curatoris col. fin. inst. de act.* limitat multis modis. Vnde hodie seruatur, vt Iudex dicat in sententia; *In his scriptis sentimus, &c.* & est valdè vtile hoc facere: *Authent. Hoc inserē. de testam. & 1 contractus C. de fid. instrum* Speculat. *de sent. §. 5. n. 11. vers. et consule.* Fallit tamen interlocutoria quæ ferri potest sine scriptis. *cap. quoniam contra de probat. et dix. sup. nu. 15. differ 8.*

66 Sed quæritur, an requiratur subscriptio Iudicis in sententia, itaut alias non valeat?

Respondetur negatiuè, cum hoc non reperiatur in iure cautum, sed benè quod fuerit lata, & lecta in scriptis. ita Verall. *in d. decis. 129. p. 3* At verò de consuetudine subscribere debet Iudex sententiam pro maiori validitate.

67 Quod si amittatur scriptura sententiæ, erit vtique per scripturam probandum, non solum, sententiam fuisse in scriptis prolatam, verum etiam amissionis casum sequutum esse *c. sicut nobis,* vbi Abb. *n. 4. in 3. notab.* & Felin. *n. 2. de re iudic.* Addent. ad Lanfranc. *in Prax. tit. de interloc. et appellat. sub litt. A.* Rot. *decis 19. vers. præsertim de re iudic. in nou.* vbi tamen videtur concludere, quod possit probari per testes, *per text. ind. capit. sicut nobis, et in cap. Albericus de testibus,* vbi Abb. *nu. 2.* & Barbos. *etiam nu. 2.*

68 Nonò, sententia est proferenda in præsentia duorum, quorum consilium requiritur, quando Episcopus sententiare habet, & isti duo, Canonici esse debent. *capit. si quid 86. distinct. capitol. Episcopus 24. distinct. capitol. Episcopus 11. & 15. quæstion. 7. capitol. nouit. de his, quæ fiunt à Prælat. sin. cons. cap. qualiter 2. de accusation.* Valet tamen consuetudo contraria, vt possit Episcopus sententiam contra suos subditos proferre, sine præsentia duorum seniorum, si sit legitime præscripta. *cap. non est de consuetud. in 6.* vbi Glos. *in verb. teneantur.* Sed hodie de vniuersali consuetudine hoc non seruatur, fertur enim sententia etiam ab Episcopo, sine prædictorum assistentia, benè tamen in præsentia duorum testium.

69 Deci-

69 Decimò, sententia concipi debet contra personam principalis litigantis, & contra eius procuratorem, quando causa acthata fuit a principio per procuratorem, ad euitandas quæstiones, an debeat ferri contra procuratorem, vel contra principalem, de quo est magna altercatio inter Doctores. Tutius ergo erit, sententiam proferre contra personam vtriusque, scilicet *condemnamus talem Procuratorem talis, ipsumque dominum principalem, &c. vel absoluimus* &c. & idem dici debet de Syndico, Actore, Tutore, & huiusmodi; *vt habetur in c. querelam, de elect.* vbi Gloss. *in verb. quoniam, latè*: & ita seruatur in Praxi. *arg. c. inter dilectos, in fin de fid. instr.*

70 Vndecimò, sententia debet esse certa; non incerta, & sub conditione, vel generalis. Nam vbi de certa quantitate, vel re sctum est in iudicio, certa danda erit sententia; aliàs non valeret. vt probatur in *c. romana, §. caueant. de sent excomm in sexto, & in tit. C. de sent. quæ sin. cert. quantit. profer. & in §. curare Instit. de action. l. legatorum, §. ad tempus. & §. fine. ff. de interd. & releg.*

Limitatur tamen pluribus modis. & Primò, quando natura actionis aliter requirat. *vt in l. non possumus. ff. si pars her. pet.*

Secundò limitatur, quando factum est incertum, quia tunc etiam sententia potest esse incerta; *vt in c. habuisse. 43. dist. cap. graue. 11. qu. 3. & l. hac sententia. C. de sent. quæ sin. cert. quant. prof.*

Tertiò limitatur in actione noxali, nam tunc potest pronunciari, vt detur vel animal pro noxa, vel pretium pro æstimatione, *vt in l. 1. & 2. ff. de nox. & instit. si quadrup. paup. fecis. dic. in princ. & de offic. iud. in princ.*

Quartò limitatur si petatur res cum pertinentiis, nam tunc valet incerta sententia, *vt in c. cum venerabilis. de except. & cap. si quis iam 21. q. 2.*

71 Dantur tamen multi casus, in quibus valet in aliqua parte sententia generalis.

Quorum primus est in *c. tanta. de excess. prælat.* vbi Pontifex decernit irritam, & inanem omnem collationem factam per Episcopum Collubrien. & omnem sententiam ab eo latam; generaliter loquendo, & non sub certa verborum forma.

Secundus casus est, *in c. cum dilecta de rescr. & in c. dudum, de el.* vbi Papa iudicat generaliter omnes processus irritos.

Tertius est, *in c. bonæ memoriæ, de app.* vbi Papa pronunciat generaliter spoliatum reducendum esse ad statum, in quo erat tempore appellationis.

Quartus est, *in c. cum venerabilis, de except. §. intelleximus. in fin.* vbi adiudicatur generaliter ius Episcopale.

Quintus est, *in c. audita. de procurator. in prin.* vbi generaliter Papa irritat processos, & quidquid sequutum est ex eis, vel ob eos. Et alibi passim in iure sunt alia exempla, & Doctores notant *in d. c. tanta, de excess. Prælat.*

72 Duodecimò, debet Iudex in sententiæ prolatione maturè procedere, & merita causæ prius diligenter examinare, & exprimere petitionem Actoris, & responsionem Rei, & eius exceptionem, & generaliter quidquid in causa gestum est sub Epilogo; verb. gr. *Visis petitione Actoris responsionib. Rei, nec non exceptionib. attestationib. instrumentis, probationib. & allegationib. vtriusque partis in iudicio deductis, eisque diligenter examinatis, & intellectis, et præhabita diligenti cum peritis deliberatione, visisque consideratis, etc. condemnamus N. vel absoluimus, etc.* *vt probatur in c. summopere. 11. qu. 3. c. licet causa. de probat. c. 2. de fid. instr. c. 4. de eo qui mittit. in poss. caus. rei seru. l. si furioso. ff. de curat. furios. & l. properandum. § illo C. de iudic.*

73 Decimotertiò, sententia debet proferri conformis libello, idest petitioni Actoris regulariter loquendo, aliàs non valeret, vt probatur *in cap. licet Heli. de Simon. cap. qualiter, & quando 2. in fin. de accus. Cler. sæpè de verb. signif. l. vt fundus. ff. commun. diu. & l. fin. C. de fidei commiss. libert.* vbi Bal. dicit, fatuum esse Iudicem, qui super alijs, quam super petis pronunciaret, & idem Bald. *l. 1. in 2. col. vers. extra oppono. C. si plures vna sent. condemnati, fiat,* vbi explicat, in quo consistat illa conformitas. Vnde si actum fuerit in possessorio, non debet pronunciari super petitorio, sed super possessorio tantum, & è contra; Et si actum fuerit vtroque simul, super vtroque ferri debet sententia, non super altero tantum. *c. cum dilectus de caus. poss. & propr.* Specul. *lib. 2. de sent. § 5. nu. 15* Dixi supra *regulariter loquendo*, quia dicta conclusio, quod sententia sit confor mis libello, fallit in pluribus casibus, quos qui videre cupit, adeat Felin. *in d. c. licet Heli. de sim. col. antepen. & pen.* vbi latè ponit 31. fallentias & aliàs etiam enumerat Iason. *in l. a ivam. ff. de reb. credit. col. 16. & 17. & in §. curare col. 5. instit. de action.* Et principaliter fallit attento Iure Regni, in quo quia causæ sunt, (vt pluries dixi.) summariæ, *per cap. Regni detestantes, & per Pragm. Dispendia litium*, de quibus supra sententia valet, si feratur non conformis libello, vt aduertit Annibal. Troisius *sup. d. prag. Dispendia.* Carauit. *sup. Rit. Magnæ Cur. Vic. 288.* Grammat. *decis. 15. n. 3. & 4.* Vnde ibi hodie seruatur, quod si pars vnum proposuit, & petijt in libello, seu tali, quali petitione, & postea aliud probauit, sententia ferri debet super probato, non super libello. Et ratio huius est, quia in summarijs tota vis causæ consistit in articulis, et probationibus factis super his per testium depositiones; & ad aliud non attenditur, quam ad probationea.

Reliqua Iudicis requisita, vt rectam sententiam proferat, vt infra *p. 2. in Pract. crim. sect. 16. à n. 1. cum plurib. seqq.*

74 *Quoad septimam*, notandum est, quod effectus principalis sententiæ est exequutio, nam quando est ritè, & rectè lata, & sic valida, neq; nulla ex aliquo defectu; vel non est ab ea appellatum infra legitima tempora, facit ius inter partes litigantes, & consequenter mandari debet exequutioni, secundum eius seriem, continentiam, & tenorem: quia frustra ferretur sententia, nisi debitæ mandaretur exequutioni. *cap. quod consultationem; Et c. cum aliquibus, de re iud.* Gloss. *in rubr. C. de exec. rei iud.*

75 Et ratio est, quia transit in rem iudicatam, etiam si sit contra ios litigatoris. *c. ab quo app. § si verò 2. q. 6. c. cum inter vos in fin. de re iud.* nam res iudicata pro veritate accipitur. *l. res iudicata ff de regul. iur.*

76 Secundus effectus est, vt ex sententia Actor habeat actionem rei iudicatæ, vel in factum, *vt in l. miles. § ff. de re iud & l. actori. C. de reb. cred.* si pro eo lata fuerit sententia. *d. cap. ab quo app. § diffinitiua. ver. etem si sententia lata fuerit contra res prius iudicatas.*

77 Tertius effectus est, quod non rescindatur sententia, sub prætextu instrumentorum postea repertorum, *c. inter monasterium, & cap. suborto, in fin. de re iud. l. sub prætexto. C. de transact. & l. sub specie. C. de re iud.*

78 Quartus est, quod non rescinditur, etiam si allegetur de errore calculi, & malæ computationis facta in sententia, *vt in l. 2. C. de re iud.* nisi error calculi exprimeretur in ipsa sententia. *l. 1. ff. quæ sent. sin. app. rescind.*

79 *Quoad octauum*, notandum est, quod sententia dicitur nulla, et inualida pluribus modis, sed in quibusdam casibus est nulla ipso iure, et in quibusdam alijs est annullanda; *iuxta tradit. in Specul. de sent. § 5. & 9. per tot.* et Alijs.

Sententia igitur nulla ipso iure dicitur decem modis. Primò, ratione Iudicis. Secundò, ratione iurisdictionis. Tertiò, ratione litigantium. Quartò, ratione loci. Quintò, ratione temporis. Sextò, ratione causæ. Septimò, ratione quantitatis. Octauò, ratione modi. Nonò, ratione processus. Decimò, ratione manifestæ iniquitatis.

Nulla igitur ratione Iudicis dicitur etiam pluribus modis. Primò, quia erat publicè excommunicatus, *c. audiuimus. 22. q. 1. c. ad probandam de re iud.*

Secundò, quia erat infamis. *c. sciscitatus. de rescript.*

Tertio, quia erat seruus, vel mulier. *cap. 1. & § tria. 3. qu. 7. c. in primis. 2. quæst. 1. cap. forus. de verb. signif. cap. mulierem. 33. quæst. 5. lib. seruus. ff. de & l. cum prætor. §. eod. l. seruus. C. eod. & lib. 2. ff de reg. iud.*

Quarto, si fuit mercede corruptus, qua mediante sententiam protulit. *d. c. Ex. quo app. diffinitiua, vers. similiter, cap. cum ab omni de vit. & honest. cleric.*

Quintò, si laicus iudicauerit in spiritualibus, *c. nullus 9. qu. 1. c. 1. & 2. de iud. c. contingit. de arbitr. § si verò Ecclesiasticum Authen. vt cleric. apud propr. Epis. Authentica statuimus. C. de Episc. & cleric. & Authentica habita. C. ne fil. pro patr.*

Sextò, si est arbiter, & pronunciat super alia causa, quam sibi compromissa. *c. pen. de in int. rest.*

Septimò, si non est ordinarius, sed delegatus; vel non sit maior, sed pedaneus, et iudicat de maioribus. *d. cap. pen. l. 2. C. de pedan. Iud. & l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de arbitr.*

Octauò, si episcopus solus condemnet in sacris constitutum. *c. Felix, & c. seq. 15. q. 7. c. non potest de re iud.*

Nonò, si quis pronunciauerit contra Episcopum in criminalibus, sine mandato speciali Summi Pontificis. *cap. quamuis 2. & c. dudum. 3 q. 6.*

Decimo, si duo Iudices ordinarij ferant diuersas sententias; vnus pro Actore, alter pro Reo: lata pro Actore nulla est non pro Reo; si vero sunt arbitri, neutra valet; & si delegati, pendet ex arbitrio delegantis. *c. fin. de re iud.*

80 Secundo modo dicitur nulla sententia, ratione iurisdictionis, etiam pluribus modis, &

Primo, si nullam habeat iurisdictionem, qui sententiam profert. *c. si ga de for. compet. & l. nulli. C. de sent. & int. omn. iud.*

Secundo, si non sit competens. *vt in iuribus all. sup. n. 24.*

Tertio, si pronunciet, vt delegatus, & litteræ delegationis sint falsæ. *c. super eo de crim. fals.*

Quarto, si est delegatus super vna causa, & pronunciet super alia. *c. cum olim. & c. ex litter. de offic. deleg. c. de test. de test.* Faciunt *infra dicenda n. 53.*

81 Tertio modo dicitur nulla, ratione litigantium, etiam multipliciter.

Primo, si sit lata sententia contra minorem, qui in iudicio interuenit, sine Tutoris, vel Curatoris authoritate. *l. 1. & 2. C. qui legit. pers. stand. in iud. non. hab. l. si curatorem. C. de integr. rest. l. alia. §. fin. ff. de re iud. & l. si contra. ff. eod.*

Secundò, si pronuncietur contra filium familias in iudicio interuenientem, sine patris consensu. *l. lis nullis ff. de iud. l. generaliter ff. de in ius voc. l. si. C. eod. tit. inst. de pau. tem. lit. in fin.*

Tertiò, si litigans non est de iurisdictione iudicantis, quia exemptus. *c. frater noster. 16. q. 1.*

Quartò, si actor, pro quo lata est sententia est publicè excommunicatus, & denunciatus: secus si contra eum. *c. cum inter de excep.* quod intelligitur *iuxt. c. pia. §. fin. de excep. in 6. & in exceptionem de excep.*

Quintò, si pro aliquo litigantium interuenit falsus procurator. *c. in nostra in fin. de procur. c. ex parte de rescript. & l. licet C. de procur.*

Sextò, si proferatur contra mortuum *l. in summa §. fin. ff. de re iud. & l. pen. ff. qua sent. sin. appell. resc.*

Septimò, si is contra quem fertur sententia, est furiosus tempore prolationis, vel bonis interdictus. *cap. fin. §. vlt. de succ. ab in test. l. furioso. ff. de re iudic. & tot. tit. C. de cur. furios.*

Octauò, si feratur contra Fiscum, absente eius Aduocato. *l. fin. C. de aduoc. fisc. & l. velumenta C de pestal.*

Nonò, si subornauit quis Aduocatum, vel Procuratorem partis aduersæ, mediante pecunia, vt pateretur se conuinci. *l. 1. C. de pan. iud. qui mal. iud. & l. 1. C. de aduoc. diuers. iud.*

Decimò, si tutor cautionem non dederit rem pupilli saluam fore, & sua culpa contra pupillum pronuncietur. *l. pen. & fin. C. de tutor. vel cur. qui non satis ded. & l. si tutor C. in quib. cau. in int. rest. non est necess.*

Vndecimò, si tutor non fecit inuentarium, & sua culpa contra pupillum fertur sententia. *l. fin. C. de arb. tut.*

Duodecimò, si in sententia condemnatur Reus principalis, qui numquam comparuit in iudicio per se, sed per procuratorem. *l. 1. C. de sent. & interloc. de quo sup. dix. n. 39.*

82 Quartò modo sententia est nulla ipso iure, ratione loci, pluribus modis. *de quibus dix. sup. n. 22.*

83 Quintò modo erit nulla, ratione temporis. *prout dix. etiam sup. n. 25. 26. & 27.*

84 Sextò modo erit nulla, ratione causæ, vt si non contineret condemnationem, vel absolutionem, vel æquipollens; vt etiam *dictum est sup. n. 1.*

85 Septimò modo erit nulla sententia, ratione quantitatis, & est quando fuit alicui delegata auctoritas ad cognoscendum de quinquaginta, & ipse pronunciat de centum. *c. in qui app. § diffinitiua vers. iterū cūm certa 2. qu. 6. l. de qua re ff. de iud. & l. diligenter ff. mandat.* intelligitur tamen conclusio, quod sententia erit nulla, quoad excessum tantum. *l. 2. & l. qui extra secu. ff. de verb. oblig. l. plus in t. ff. de vsur.* quem tex. exornat Gloss. *in c. vtile de reg. iur. in 6.* vid. Gloss. *in l. fin. ff. de iur. omn. iud.* quia summa erat diuidua, & sic vtile per inutile non vitiatur. *c. ad. de elect. c. si non sanctificatum de consecr. d. 4.* Quod si negotium esset indiuiduum, tunc tota sententia esset nulla. *l. 1. §. illud ff. de aqu. quot. et æstiu.*

86 Octauò modo erit nulla, ratione modi, vt si feratur, Iudice stando, non sedendo pro tribunali, in causis ordinariis, in quibus, sedere debet, cum sententiam profert Iudex. *c. dilectus in fin. 45. d. c. induciæ §. a Iud. 10 3. qu. 3. c. paratus vers. sedens me iudicare 23. qu. 1. l. 2. §. dies ff. quis ord. in bon. poss. seru. l. si cum dies §. si arbiter. vers. si ff. de arb. l. 1. C. de sent. ex breu. recit. §. sedebunt. Auth. de iud. & §. sancimus igitur coll. 5. Auth. vt ub. lit. & qui sup. eos sunt.* & dictum fuit *sup. n. 41.* Secundò, erit nulla si feratur sine scriptis vt notauimus *sup. n. 35.*

87 Nonò sententia erit nulla, ratione processus, vt si proferatur lite non contestata, vel omisso aliquo de his, quæ sunt de substantia ordinis iudiciarii, *vt in d. cap. eo qui app. §. diffin. 2. qu. 6. et l. prolatam. C. de sent. et interl. omn. iud.* Secundò, si proferatur super probandis, non super probatis, quia debet prius constare de eo, super quo fertur sententia, & postea secundum probata iudicare *c. iudicet. 3. qu. 7.* & facta prius quam constet, non valet condemnatio. *c. pen. de eo qui mit. in poss. caus. rei seru.* nam præposteratio est prohibita *d. l. prolatam.* Tertiò, si proferatur sententia, cum non apparet in processu de litis contestatione, & à parte negatur, fuisse contestatam. *cap. dudum 2. vers. licet autem de elect.*

Quarto, si feratur, postquam fuerit legitimè appellatum. *c. integra 2. qu. 6. et cap. audientiam de app.* Quintò si prius proferatur, & postea scribatur *cap. si Rector in fin. 42. d. d. l. prolatam C. de sent. et int. lib. 2. §. prius ff. de vulg. & pup. subst.* Sextò, si proferatur contra primam sententiam, à qua non fuit appellatum. *d. c. eo qui app. §. diffinitiua in princ. 2. qu. 6. l. post sententiam C. de sent. et interl.* nisi in casibus *c. inter monasterium de re iud.* Septimò, si sit lata, post terminum statutum ad illam ferendam, vel intra eundem, sine noua citatione. *c. de causis de offic. deleg. l. cum non eo C. quando prouoc. non est necess. l. nec si C. quom. & quand. Iud.* Octauò, si feratur contra partem non citatam, vel per edicta, vel vno peremptorio pro omnibus. *c. de ill. 24. qu. 3. c. cum olim in fin. de test. l. contumaciam, & l. de vnoq. ff. de re iud. l. consentaneum, & l. eu C. quom. et quand. iud.*

88 Decimo modo erit nulla ipso iure sententia, ratione manifestæ iniquitatis etiam multipliciter.

Primo, si feratur contra ius scriptum, siuè canonicum, siuè ciuile. *c. 1. de re iud. c. vlt. §. fin. 9. d. l. si expressim. ff. de app.* vt si contineat, minorem 14. annis test. posse. *c. eo qui app. §. dif. 2. q. 6.*

Secundo, si contineat in se manifestum errorem. *c. per tuas de sent. excom. c. examinata de confirm. vtil. vel inutil. cap. cum inter vet. de re iud. et l. 1. ff. qua sent. sin. app. resc.*

Tertiò, si contineat aliquod impossibile. *c. fin. de pact. c. fin. de cond. oppos. et l. fin. ff. qua sent. sin. app. resc.*

Quartò, si obtineatur per subreptionem. *c. veniam 35. q. 9. c. fin. de offic. vicar. cap. ad audientiam de rescr. c. olim de re iud. l. fin. C. si à non compet. iud.*

Quintò, si opus aliquod misericordiæ vetat. *c. ponderet in 50. d. l. respiciendum ff. de pan.*

89 Viso itaque in superioribus, quando sententia sit nulla ipso iure, remanet videndum, quando veniat annullanda, & quibus modis. In quo erit aduertendum, quod septem modis, generaliter loquendo, annullari potest.

Primò, per appellation. *vt in cap. 1. & c. ideo §. cum ergo 2. q. 5.*

Secundò per supplicationem. *c. ex litteris de in integr. rest. c. 1. & c. fin. de frig. & malefic.*

Tertiò, per restitutionem in integrum, vt *in cap. fin. § fin. 2. q. 3. d. c. ex litteris & l. 1. C. de sent. pass. & sup. per Nos dictum fuit. sect. 1. subs. 1.*

Quartò, per simplicem petitionem, in casibus tamen, in quibus Iudex potest suam sententiam reuocare, quos notat Azo *in summ. tit. de sent. § quæ sine sub §. diffinitiua.*

Quinto per querelam falsi nam probata falsitate probationum, retractatur sententia *c. bona de confirm. vtil. cap. super eo de crim. fals. c. causam, qua de eo iud. l. 1. & fin. C. si ex fals. instr.*

Sexto, per implorationem auxilij Iudicis, vt quando seruus habuit contra se sententiam, *l. serui. ff. de app. & rel.* quia non potest appellare, sed dominus, vel alius pro eo, si verò neque dominus, neque alius appellauerit pro eo ipse implorat auxilium contra sententiam, *vt in d. l. serui.*

Septimo, per probationem iustæ causæ absentiæ, quando sententia fuit contra aliquem prolata ipso absente, quamuis citato ad sententiam, *vt cap. cum Bertoldus §. licet autem de sent. & re iud.* nam tunc licet sententia fuerit valida, etiam quod non fuerit appellatum, tamen iusta absentia probata, retractatur sententia *ib. & c. 2. de purgat. vulg. l. 2. ff. de condict. sine caus. l. communiu. § fin. ff. de comm. & l. 7. C. de re iud.*

90 Sed quæritur, coram quo Iudice tractanda sit causa nullitatis

tatis sententiæ, num coram eodem Iudice, qui sententiam tulit, an coram Iudice appellationis?

Respondetur, quod debet tractari coram eodem iudice, qui potest iure ordinario pronunciare. *cap. 1. de senten. & re iud. cap. dilecto de appellat. & l. 1. C. de sent. & interloc. omn. iud.* Poterit tamen pars, si voluerit, appellare, & tunc Iudice appellationis poterit pronunciare, sententia esse nullam *cap. licet de sent. exc. in 6. l. quadam mulier. ff. de minor. creisc.* Sed est vtilius prius agere de nullitate sententiæ coram eodem iudice; quam coram Iudice superiore quia si idem iudex retractauerit sententiam vtile negotium agit, si vero non retractauerit, potest vti remedio appellationis.

91 Ex dictis colligitur, quod à sententia nulla ipso iure, non est necesse, vt appelletur intra decem dies, & quod prosequatur appellatio infra annum *vt infr. p. 3. dicem.* quia quod nullum est, nullum producit effectum. *cap. illud de iure patr. l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. & l. si aut nullam C. de legit. her.* cum non entis, nullæ sint qualitates. *cap bona de elect. & l. eius, qui in prouincia vers. quoniam. ff. si cert. pet.* Vnde in casibus prædictis, vbi sententia est nulla ipso iure, non est necessaria appellatio. *vt in c. ei qui appell. ff. diffinitiuum per tot. 2. q. 6.*

92 Et consequenter, sine temporis præfinitione retractari potest per viam nullitatis, nisi consuetudine loci, vel fori introductum esset, vt intra certum tempus dici posset de nullitate sententiæ *c. in nostra causa de procur. & l. si ut C. ad leg. corn. de fals.* Quod intelligi debet de tempore infra annos 40. quia actio in factum spatio 40. annorum dicitur perpetuari; postea vero tollitur vt *in c. dilectio tua & c. placuit. 16 qu. 3.* nam per lapsum 40. annorum tollitur omnis actio, & obligatio *c. vigilanti & c. si diligenti de præscr.*

Si vero petatur rescindi sententiam per viam restitutionis in integrum, vel si minor petat restitutionem, ratione ætatis vel alter ratione absentiæ, hoc potest fieri vsque ad quadriennium *l. pen. de temp. appell. & l. fin. C. quib. ex caus. maior. rest. cap. porro. 16. q. 3.*

93 Sed quæritur, an sententia, quæ nulla est, valida dici possit, si ab ea de facto appellaretur, & iudex appellationis eam confirmauerit.

Respondetur negatiuè *l. cum C. de inoffic. test. a l. quadam ff. famil. ercisc.* Non enim appellans sibi præiudicat, si errando appellauit, cum poterat dicere de nullitate, *c. quamuis 38. d. cap. in quibus 22. qu. 2. l. si expres. fin. ff. de appell. s. mater. ff. inoff. test. & l. legitima. ff. de pet. her.*

94 Quæritur secundo, an iudex teneatur in sententia diffinitiua condemnare victum ad soluendum expensas Victori?

Respondetur affirmatiuè, secundum iuris regulam *l. properandum § sin autem alteruter.* & ibi DD. C. *de iud. l. eum, quem temere ff. eod. tit.* vbi etiam DD. Rebuff. *de damn. expens. & interess. art. 2. glos. 1. num. 7.* Couarr. *practicar. qu. c. 27.* Rot. *decis. 730. num. 3. p. 3. diuers. & 370. nu. 9. p. 1. recent.* Burat. *dec. 921. nu. 1* Duran. *decis. 313. n. 9.*

95 Fallit tamen supradicta regula, quando victus iustam habuit causam litigandi, nam tunc excusatur ab expensis. *l. qui solidum. § etiam. ff. de legat. 2.* Iason. *in l. properandum. § sin autem n. 3. & 8. C. de iud.* Vestr. *in Prax. l. 8. c. 2. nu. 10.* & ibi Grauat. *n. 20.* Put. *decis. 173. n. 1. d. 1. n. correct.*

96 Quæ autem sint iustæ causæ litigandi, notant Iason. *in d. l. properandum, n. 7. & seqq.* Lanfranc. *in c. quoniam contra nu. 682.* & ibbi. Adden. *sub litt. A. de probat. & in Prax. in tit. de expensis. a. 2. &* vbi nouem causas enunciat; Menoch. *de arb. iud. cas. 177.* Azio. *in Prax. §. 32. c. 1. lim. 2. & seqq.* Carpan. *ad statut. Mediolan. c. 55. in vers. propter iustam causam. n. 132.* vbi decem, & septem causas enumerat.

97 Est tamen aduertendum, quod iusta causa non excusat, quando expensæ petuntur iure actionis ex stipulatu, vel alias. Gloss. *in §. oportet. ibi nisi sint petita. in Authen. de iud.* Iason. *loc. cit. nu. 3. vers. nisi taler, & nu. 4.* Couar. *d. c. 27. nu. 3 vers. hæc tamen iuxta limitatio,* Card. Tusch. *litt. E. concl. 265. nu. 85.* Azin. *d. §. 32. in subl. 1. ad 1. lim. n. 1. & lim. 3. n. 3. vers. modo tamen,* Luc. Pet. *in Prax. l. 9. c. 1. tit. de expens. n. 1.*

Quod ampliatur, vt ad illas in tali casu, vel quando erat obligatus in forma Cameræ Apostolicæ teneatur victus, etiam si ad expensas non fuerit condemnatus. Feder. de Sen. *cons. 239. vers. si verò expensæ in fin.* Tusch. *vbi sub concl. 628. nu. 20.* Couarr. *ib. nu. 5. vers. sed, & vero* Pet. *ib. num. 2.* Quia condemnatio requiritur quando expensæ debentur officio Iudicis, *iuxt. tex. in l. terminato C. de fruct. & lit. expens.* secus si iure actionis, vel obligationis camerali. Sal. Tiber. *in Prax. lib. 2. cap. 44. numer. 1.*

98 Secundo, iusta causa litigandi non excusat a condemnationem expensarum, quando quis videt se malum ius in causa habere, & nihilominus non statim cedit liti, sed perseuerat vsque ad finem, temerè litigando. Dec. *in l. qui in alterius ff. de reg. iur. & in cons. 140. in 2. dub.* Rebuff. *de damn. expens. & inter glos. 1. n. 15. & seq.* Tusch. *tom. 3. conclus. 638 n. 4.* Guid. Pap. *dec. 436. n. 56. vers. sed pone.*

99 Tertiò, non excusat in Curia, & in alijs supremis tribunalibus, in quibus iusta causa litigandi non attenditur, cum quis succumbit in causa, vt de tribunali Rotæ tradit Cassad. *decis. 13. n. 2. de rescr.* Chartar. *decis. 1. nu. 4.* Put. *decis. 173. nu. 2. l. 3. in correct.* Vestr. *in Prax. l. 8. c. 2. nu. 10.* Quod limitatur, quando sententia veniret reuocanda ex nouiter deductis. Vestr. *loc. c.* Verall. *decis. 340. nu. 4.* Cuccin. *decis. 56. n. 6.* Caualer. *decis. 191. n. 3.* nisi fuerit mendax, qui sententiam obtinuit, nam tunc etiam si esset reuocanda ex nouiter deductis, condemnari debet in expensis, propter mendacium; Asyn. *in Prax. d. §. 32. cap. 2. amp. 21.* Afflict. *decis. 126. in fin.*

100 Est tamen notandum, quod de iure expensæ non debetur, nisi in fine lites. Verall. *decis. 341. p. 1.* Caual. *d. decis. 191. num. 2.*

Quod limitatur in expensis factis in causa Attentatorum, nam tunc refici debent expensæ ante cognitionem negotii, principalis, quia attentata sunt ante omnia purganda. *cap. bonæ de appell.* Rot. *dec. 5. de dol. & contum. in nou. & 37. de sent. & re iud. in antiq.* Asyn. *vbi sup. c. 16.*

101 Debent tamen expensæ factæ, liquidari à Notario, seu Actuario causæ, citata parte, & tunc iudex taxare solet. Salust. Tiber. *l. 2. c. 44. nu. 3.* Quibus liquidatis, & taxatis præstatur iuramentum parti super veritate quantitatis, postea interponitur sententia, seù decretum iudicis. *cap. constitutus. de procur.* Gloss. *in c. cum venissent in ver. restitueret. de eo, qui mittit. in poss. & in cap. 1. §. adijciatur. in ver. docuit. de elect. in 6.* Rot. *decis. 177. nu. 32. p. 7. recent.* Ferentill. ad Burat. *dec. 921. num. 21.* Asyn. *d. §. 32. cap. 6. nu. 1.* Vestr. *d. l. 8. c. vlt. nu. 15.* alias sine dicto iuramento taxatio non valeret *d. c. cum venissent.* & ibi Gloss. *in verb. restitueret. l. sancimus. C. de iud.* Grauat. ad Vestr. *vbi prox. nu. 36.* Ferent. *ib. n. 22.* Rot. *d. dec. 177. n. 4.*

102 Sed quæritur, an à taxatione expensarum detur appellatio?

Respondetur negatiuè, per *l. fin. C. quand. prou. non est neces. vel minus quam oportuerat;* *ubi* Bart *nu. 2.* Et ratio est, quia cum sit exequutio, non licet appellare. Scaccia. *de appell. qu. 17. lim. 10. nu. 58.* Vestr. *l. 7. cap. 3. num. 9.* & Grauat. *ad eundem d. l. 8. cap. vlt. nu. 36.* Bald *tamen in l. properandum. §. sin autem alteruter. C. de iud.* tenet appellari posse, dum supponit esse citandam partem adhoc vt si viderit se læsam in taxatione, possit appellare.

103 Datur tamen appellatio à condemnatione in expensis. Scaccia. *d. qu. 17. lim. 21. n. 56.* Et similiter ab excessiua ipsarum taxatione. *l. ab exequutione. C. quor. appellat. non recip.* Vestr. & Grauat. *loc cit.* Salust. Tiber. *ib. nu. 4. & seq.* Rot. *decis. 100. nu. 30. vers. non obstat. p. 1. diuers. & decis. 211. nu. 4. part. 7. recent.* Sed nisi in appellatione exprimatur excessus quantitas, vel alia iusta causa, non sustinetur appellatio *Clement. appellanti. de appel.* Ferent. *ad Burat. decis. 921. nu. 20* Rot. *d. decis. 100.* Duran. *decis. 150. nu. 3.* Vestr & Grauat. *vbi sup.* Neque permittitur appellatio in excessiuitate prædicta, nisi semel tantum. Pius IV. *const. 83. incip. In throno. §. & à liquidatione.* Paul. V. *in reform. Triban. Vrb. const. 71. Vniuersi agr. § à liquidatione.* Scaccia. *de app. d. qu. 17. lim. 10. nu. 69.* Vestr. *d. l. 7. c. 3. nu. 12.* Quomodo autem in Regno procedendum sit in taxatione expensarum; videndus est Carauit. *super Rit. 297. 298. & 310.*

PRAXIS PROCESSVS.

104 Tandem, dicendum remanet nobis de forma sententiæ diffinitiuæ (vt obseruemus de more Praxim formandi processum) quæ quidem cum diuersificari contingat, secundum negotiorum varietatem, & factorum diuersitatem, non potest hic pro certa, & perpetua regula poni, vt in omnibus

causis eadem deseruire valeat; Sed bene pro exemplo, adhoc vt discretus, & prudens Iudex variare illam possit secundum facti contingentiam; Aduertat autem Iudex non apponere in sententia diffinitiua causas, & rationes ob quas mouetur ad sic, vel sic sententiandum, ne fatus iudicetur ex talicausarum positione. Porrò huiusmodi forma, in substantia, & quoad ordinem, & dispositionem verborum, præsertim in principio, & fine, erit ferè semper eadem, prout sequitur, videl.

Forma sententiæ diffinitiuæ condemnatoriæ, prout fit in Romana Curia.

Christi nomine inuocato, Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes; Per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Iurisperitorum consilio in his scriptis ferimus; In causa, & causis, quæ coram Nobis in prima, seù alia veriori vertæ fuerunt & vertuntur instantia, inter N. de N. Actorem ex vna, & N. de N. Reum conuentum ex altera partibus, de, & super solutione scutorum ducentorum monetæ, rebusque alijs, &c. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus d. N. de N. condemnandum fore, & esse, prout condemnamus ad soluendum d. N. de N. d. dicta scuta ducenta monetæ. Mandatumq; exequutiuum & aliud necessarium, & opportunum decernendum, & relaxandum fore, & esse prout decernimus, & relaxamus; Victumque Victori in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de iure io posterum reseruamus. Et ita dicimus, &c ac diffinitiuè sententiamus, non solum præmisso, sed omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciaui Ego N. Iudex N.

Postea fit per Notarium publicatio sententiæ prout sequitur, vel alio pinguiori modo, vt inferius nu. 106.

Præsens sententia lecta, & lata fuit per Reuerendissimum Dominum N. Iudicem. &c. in loco N. curiæ sedente pro Tribunali die.. mens.. ann... præsentibus pro testibus N.N.N. & alijs, &c. Et ad fidem, &c.

N. Notarius, &c.

Sequitur alia Forma sententiæ diffinitiuæ absolutoriæ, videl.

Christi nomine inuocato, pro Tribunali sedentes, & *vt supra vsque ad verba,* & declaramus, dictum N. de N. Reum conuentum absoluendum fore, & esse, prout absoluimus, & liberamus ab impetitis per dictum N. de N. Actorem; ac propterea eidem N. de N. Actori in premissis perpetuum silentium imponendum fore, & esse, prout imponimus; Victumq; Victori in expensis condemnamus quarum taxationem Nobis, vel cui de iure, in posterum seruamus, & ita dicimus, &c. atque diffinitiuè sententiamus, non solum præmisso, sed omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciaui Ego N.N. Iudex, &c.

105 *In quibusdam autem alijs Tribunalibus, extra Vrbem, solet sententia diffinitiua fieri, sub infrascripta forma, videlicet.*

Forma sententiæ diffinitiuæ prout fit extra Vrbem.

In Dei Nomine Amen.

Nos Abbas N. V. I. D. Prothonotarius Apostol. ac Illustriss. ac Reuerendiss. D. N. Episc. N. in spiritualibus, et temporalibus Vicar. &c. et Officialis Generalis, etc. in causa in hac Episcopali Curia N. in prima instantia vertente inter N Actorem ex vna et N. Reum conuentum ex altera, super petitione, &c. (*& ponitur negotium, quod controuertitur,*) et aliàs, vt in actis, &c. Visis libello Actoris, termino ab probandum vtrique parti dato, depositionibus testium vtriusq; partis, publicatione, et conclusione in causa factis, scripturis per vtramq; partē præsentatis, citatione ad dicendū, et ad sententiam, et omnibus actis; Visis videndis, et consideratis de iure considerandis Partibusq; cum suis Aduocatis, & Procuratoribus in iure, et in facto plenariè auditis; Per hanc nostram, quam in his scriptis ferimus diffinitiuam sententiam Christi nomine repetito, pro Tribunali sedētes, & solum Deum præ oculis habentes dicimus, decernimus, et diffinitiuè pronunciamus supradictum N. conuentum fore, & esse condemnandum prout rō. demnamus ad soluendum supradicto N. Actori ducatos mille. *verb. grat.* ex supradicta causa debitos, vna cum interesse per nos aliquando (*Vel salua prouisione ad interesse petitum, vt in actis, &c.*) vel condemnamus ad restituendum, & relaxandum talem fundum in actis deductum, vna cum fructibus per Nos liquidandis, &c. & ita dicimus, decernimus, & diffinitiuè pronunciamus, & condemnamus non solum isto, sed omni alio meliori modo, & Victumq; Victori ad expensas condemnantes *Vel;* Neutram partem ad expensas condemnantes. *Vel;* Salua prouisione facienda, quoad expensas, &c. Et ita dicimus, declaramus, & diffinitiuè sententiamus, non solum isto, sed omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciaui Ego N. Vicarius Generalis, &c.

106 *Deinde fit* publicatio *per Notarium seù Actuarium, vt infra, videl.*

Forma publicationis sententiæ.

Lecta, lata, data & in his scriptis sententialiter promulgata fuit præsens supradicta sententia per supradictum Perillustrem, ac Reuerendissimum Dominum N. Vicarium Generalem, &c. in loco N. sedentem &c. & per me Notarium, & Actuarium infrascriptum rogata, &c. Currentibus Anno ... Indictione... Pontificatus verò S. D. N. N. Papæ N. anno eius ... die verò ... mensis N... præsentibus ibid. N. & N. testibus habitis, &c.

Et Ego N. Notarius, & Actuarius rogatus, &c.

Fieri etiam solet sententia sub alia forma paucis tamen mutatis, prout sequitur, videl.

In Christi Nomine Amen.

Nos N. Gubernator, N siue Iudex, &c. siuè Potestas N. &c. In causa, & causis coram nobis in prima, seù alia veriori instantia vertentibus inter N Actorem ex vna, & N. Reum cōuentum partibus ex altera, fuit prouisum vt infra. Visis libello, citatione, litis contestatione, iuramento calumniæ, termino probatorio, probationibus vtriusque partis publicatione, & conclusione in causa factis. scripturis omnibus in actis præsentatis, citatione ad dicendum in iure & in facto, partibusque pluries cum suis Aduocatis, & Procuratoribus oretenus & in scriptis, in iure, & in facto auditis, visis citatione ad sententiam, & omnibus actis, Visisque videndis & considerātis omnibus aliis de iure considerandis; Christi Nomine repetito pro Tribunali sedentes, ac solum Deum præ oculis habentes; per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de iurisperitorum consilio pariter, & assensu in his scriptis ferimus, Dicimus sententiamus, decernimus, & declaramus N. Reum conuentum fore, & esse condemnandum, prout nos condemnandus ad soluendum dicto N. Scuta tot, occasione, &c. siuè ad restituendum, & relaxandum talem domum, siuè fundum, aut rem in actis deductam, &c. occasione, &c. vna cum fructibus, & interesse hucusque decursis, per nos liquidandis, &c (*Si verò Reus fouent bonam ius, & proinde, esset liberandus, & absoluendus ab impetitis per Actorem, dici poterit:*) & declaramus N. Reum conuentum ab N. occasione, etc, fore, et esse ab impetitis absoluendum, et liberandum prout nos absoluimus, et liberamus, et pro absoluto, et liberato haberi volumus et mandamos, victumque uictori in expensis condemnamus, quarum taxationem nobis, et cui de iure in posterum reseruamus, (*Si verò non fiat condemnatio in expensis, poterit dici;*) Ambas verò partes iustis de causis animum nostrum dignè mouentibus ab expensis absoluimus, et liberamus, ac mandatum quodcumque necessariū, et opportunum decernimus, et relaxamus. Et ita dicimus, pronunciamus, condemnamus, *siuè:* absoluimus, ac diffinitiuè sententiamus, non solum præmisso, sed omni alio meliori modo, etc.

Ita sententiam Ego N. de N. etc.

107 Solent aliqui Iudices ponere condemnationem in expensis separatē ab ipsa sententia per capitulum particulare, sed effectum, ne possit appellari, ratione expensarum; nam euenit aliquando, vt sententia acceptetur, et à condemnatione expensarum

sarum appelletur; ideo additur sententiæ caput se paratum tali vel simili modo, videl.

Forma condemnationis in expensis separatim.

Item N. Reum conuentum in causa N. cum N occasione quadam actis, et sententia in expensis factis per N. in hac prima seu secunda instantia, etc. coram nobis, vel etiam coram N alio Iudice, condemnamus, quas, vt in notula taxamus, mandatumque, etc. vt sup. omni modo, etc.

108 Et ita etiam seruari solet in condemnatione fructuum soluendorum, vel alterius articuli se parati, videl.

Forma condemnationis in fructibus.

Item pari nostra sententiam dicimus, declaramus & pronunciamus dictum N. Reum conuentum condemnandum fore, & esse prout condemnamus ad restitutionem fructuum ex dicta vinea, fundo seu domo perceptorum à die motæ litis, vel à die tali quo fuit spoliatus, &c. & in posterum percipiendorum vsque in diem effectualis reintegrationis dicti N. ad possessionem eiusdem vineæ, fundi, seu domus, &c. V. dumque victori in expensis condemnamus; Quotum quidem fructuum liquidationem, & expensarum taxationem nobis, vel cui de iure in posterum reseruamus, & ita dicimus, pronunciamus & diffinitiuè sententiamus, non solum præmisso sed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciaui Ego N. &c.

109 Si sententia lata, erit exequutioni demandanda, vel quia agitur de possessorijs summarijs, a quibus non datur appellatio, quoad effectum suspensiuum; vel quia fecit transitum in rem iudicatam, eo quod non fuit ab ea appellatum infra decem dies; vel ob aliam causam; po est fieri decretum, quo mediante declaratur deserta appellatio, & proinde mandatur exequi sententiam, tali, vel simili modo, videl.

Decretum, seu sententia desertionis appellationis, &c.

Nos N. Iudex, &c. in causa, & causis coram nob's, in prima, seu alia, veriori instantia vertentibus inter N. ex vna, & N. altera de, & super solutione, seu restitutione, &c. occasione, prout in actis, & sententia lata sub die tali.... &c. visis actis &c. dicimus pronunciamus, & declaramus. causam. et appellationem huiusmodi, fore, & esse desertam, & vt taliter desertam declarandam pariter fore & esse duximus, prout declaramus, & sententiam præd'ctam per nos, & Curiam nostram latam, fore, & debitæ exequutioni demandandam, iux a sui seriem, continentiam, & tenorem prout præsenti decreto exequutioni demandari mandamus, vt supra, atque causa, & appellatio deserta per nos declaratur; expediantur debitæ prouisiones in forma, &c ita, &c. omni modo meliori, &c.

Sed de huiusmodi declaratione vide *infr. p. 3 sect. 3. n. 16.*

110 Quo facto, de communi practica Curiarum fit citatio ad docendum de prosequutione appellationis & ad dicendum causam quare sententia exequutioni mandari non debeat, iuxta doctrinam Bartoli *in l. 1. n. 9. in fin ff. nil nouar. appellat. pendent.* Castrens. *in l. praefat. 26. in fin.* & ibi etiam Alex. *num. 6. ante fin. vers. et practica est. ff. de re iudic.* qua intimata expeditur mandatum pro sententiæ exequutione, seu vt alibi dicitur, expediuntur litteræ prouisionales, cum inserta forma sententiæ, infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma mandati pro sententiæ exequutione.

De mandato Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini N. Iudicis N. &c. & ad instantiam N. de N. principalis, siue, &c.

Tenore præsentium, mandatur vobis exequutoribus, subexequutoribus, & Aliis, ad quos spectat, quatenus statim visis, & receptis præsentibus sub pœ o, ducatorum auri, &c. aliisque pœnis, &c. debeatis, & quilibet vestrum debeat eumdem Dominum instantem, in, & ad realem, actualem, & corporalem possessionem vineæ, fundi, seu domus sitæ in loco N. nuncupato, iuxta bona N de N. & N. viam publicam & alios fines, &c. eiusque iurium, & pertinentiarum quarumcumque, Amoto N. de N. Aduersario, ac quolibet alio illicito detentore, reintegrasse, reposuisse, & restituisse, & reintegratum, repositum & restitutum manutenuisse, defendisse & conseruasse, & de fructibus redditibus, & prouentibus eiusdem respondisse, & responderi fecisse. Quoniam d. N. Aduersario citato, & intimato, ac seruatis seruandis in vim sententiæ desuper latæ sub die tali.... prout in actis prædictus Illustriss. & Reuerendiss. Dominus ita mandauit, &c. hac die, &c.

N. Notarius. Locus † sigilli.

N. de N. Iudex, &c.

111 Vel expediuntur litteræ prouisionales, vt alibi dicitur, sub infrascripta, vel simili forma, videl.

Forma litterarum Prouisionalium.

N. de N. Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopus N.

N. de N. V. I. D. Protonotarius Apostolicus, ac supradicti Illustriss. et Reuerendiss. Dom. Episc. N. in spiritualibus, et temporalibus Vicarius, et Officialis generalis, etc.

Nunciis, cursoribus, et seruientibus huius nostræ Curiæ Episcopalis N. siue aliarum quarumuis Curiarum ad infrascripta: insolidum requisitis, etc. significamus, declaramus, et notum facimus, qualiter per nos, nostramq; Curiam Episcopalem N. lata, et promulgata fuit infrascripta sententia diffinitiua, tenoris sequentis, videlicet. In Christi Nomine Amen Nos N et - (*et inseratur totus tenor sententiæ*) et post modum interpositum fuit decretum super desertione appellationis tenoris sequentis, videlicet (*et inseratur tenor talis decreti*) Post quorum quidem prædictorum sententiæ, et decreti insertorum prolationem et publicationem fuimus pro parte prædicti N. de N. debita cum instantia requisiti quatenus ad illarum exequutionem procedere deberemus. Nos verò volentes debitè prouidere, etc. Ideo vobis supradictis nunciis, cursoribus, et seruientibus ac vnicuique vestrum insolidum, dicimus committimus, et mandamus, quatenus statim receptis præsentibus ad omnem instantiam, et requisitionem N. supradicti Actoris, siue, etc. præinsertam sententiam, e decretum intimet s, et notifice is d. N. Reo conuento, vt de eis, ac in eis contentis notitiam habeat, ne aliquam prædictorum ignorantiæ causam nullo futuro tempore allegare valeat. Necnon etiam eis moneatis, & requiratis, siuè quilibet vestrum citet moneat, & requirat supradictum N. conuentum, eique mandet, & iniungat, prout nos, &c. vt infra tres dies præcisè. &c. quorum primum pro primo, secundum pro secundo, & tertium pro tertio, vltimo, & peremptorio termino assignamus, pareat, & obediat supradictæ sente. tiæ, & soluat, se cum eff. ctu soluere habeat, & debeat d. N. mentionatos ducatos, tot, Vel relaxet, & restituat eidem N. mentionatum fundum, domum, seu vineam, &c. Alias dicto termino elapso, & non docto de paritione sententiæ in præinsertis litteris expressæ, prima die huiusmodi intimationis & notificationi immediatè sequenti, si iuridica fuerit, aliquin prima die iuridica compareat in dicta nostra Curia ad dicendum, & allegandum causam quare non debeat condemnari ad pœnam, &c. Ipso vlterius non citato neque monito, nisi si, et inquantum, etc. citet, et referat, etc. Quoniam, etc. Datum N. ex Palatio Episcop. die tali.... mensis talis.... anni talis.... etc.

N. Vicarius Gener. N. Actuar. etc.

112 Quando Iudex ex aliqua iusta, et legitima causa appellationem non admisit, antequam ei inhibeatur, poterit expensas taxare, et moderari, citatis tamen citandis ad videndum taxari moderari, et liquidari expensas, et taxatas, et moderatas soluendum, alias videndum decerni mandatum exequutiuum ad primam diem; Instante N principali, siuè, etc. de quo vid. Vestr *in Prax. l. 8. cap. vlt.* Gaill. *l. 1. obseruation. num. obseru. 151. per tot.* Aduertat tamen Iudex non admittere omnes expensas, quas ponit Actor in lista nisi legitimas; neque illas, quæ ex mera liberalitate fuerunt donatæ, sed tantum illas, quæ verè, et legitimè pro iusta mercede Notariorum et Actorum expensæ, et solutæ fuerint

Lista verò expensarum producitur Notario seu Actuario Causæ per Actorem, qui medio Iuramento tactis scripturis declarabit omnes illas veras esse, etc. Tenor autem *Listæ* talis erit, videlicet,

Lista expensarum factarum in causa N. pro parte N. de N. contra N. de N.

Pro præsentatione scripturæ N.	*scut. tot. O. O.*
Pro instrumento N.	*scut. tot. tot.*
Pro examine tot testium.	*scut. tot. O.*
Pro copia attestationum tot testium.	*scut. tot. tot.*
Pro pluribus citationibus, & intimationibus factis.	*scut. tot. tot.*
Pro mercede Aduocati, & Procuratoris.	*scut. tot. tot.*
Pro expeditione mandati N.	*scut. tot. tot.*
Pro taxatione & liquidatione præsentis listæ.	*scut. tot. tot.*

Liquida supradicta expensa absque mercede Procuratoris, & Aduocati ascendunt ad scuta tot... monetæ, &c.

Ita est N. Notarius, &c.

113 Decretum vero taxationis expensarum potest fieri, vt infrà, videl.

Forma Decreti taxationis expensarum.

Qui Dominus N. Iudex, &c. In causa N. cum N. expensas, de quibus in hac notula, taxauit, illasque moderando reduxit ad summam scutorum tot; pro quibus mandatum relaxauit omni meliori modo, &c.

Et tunc post intimationem prædicti decreti, expeditur mandatum pro exequutione facienda de summa taxata expensarum.

114 Quod si necesse sit, vltra expensas, deueniatur ad taxationem, & liquidationem fructuum, & interesse, quia fortè Reus in sententia fuit etiam condemnatus ad ipsos soluendos, vt ferè semper fit in omnibus casibus in quibus agitur actione reali, & in alijs quos notant DD. *in l. si vsufructuarius. ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. & in l. vnic. C. de senten. quæ pro eo, quod interest, proferuntur;* tunc vigore condemnationis potest Iudex si non fuerit ei prohibitum, deuenire ad eorum liquidationem, modo quo supra dictum est in taxatione expensarum, mandatumque similiter exequutiuum relaxare, citata priùs parte aduersa ad videndum taxari, & liquidari interesse, & fructus in exequutionem sententiæ, & rei iudicatæ, de quibus agitur, & taxatos, & liquidatos soluendum, aliàs videndum decerni, & relaxari mandatum exequutiuum ad primam diem, instante N. principali, siuè, &c. Tenor verò listæ, seù notulæ fructuum in actis producendæ solet esse talis, vel similis, videl.

Forma Listæ fructuum, &c.

Lista interesse, et fructuum debitorum, et reficiendorum N. de N. ab N. de N. in causa N. iuxta formam iurium de quibus in actis, liquidandorum, et non solum, vt supra, sed omni alio meliori modo, etc.

Pro pensione domus N.	*scut. tot. tot.*
Pro responsione affictus tenutæ, seu fundi N.	*scut. tot. tot.*
Pro fructibus census à die.	*scut. tot. O.*
Pro modijs tot... frumenti,	*scut. tot. tot.*
Pro modijs hordei tot...	*scut. tot.*
Pro tantum cadis olei.	*scut. tot. tot.*
Pro dolijs vini tot..	*scut. tot. tot.*
Pro modijs diuersorum leguminum.	*scut. tot.*
Pro examine præsentis listæ.	*scut. tot. tot.*

Liquidi supradicti fructus ascendunt ad scuta tot.... moneta, etc.

Ita est N. Not. etc.

115 Decretum verò, quod fieri solet super liquidatione, & taxatione fructuum, & interesse potest esse, prout infra, vel alio simili modo.

Decretum taxationis fructuum, & interesse.

Nos N. V. I. D. etc. Vicarius Generalis, etc. In causa N. cum N. in hac Episcopali Curia vertente Christi nomine inuocato sedentes, etc. Dicimus, decernimus, et pronuntiamus supradictum N. de N. teneri, et obligatum esse restituere N. de N. scuta tot... pro fructibus, et interesse sublatis, etc. ad quos ex sententia per Nos (seù per N. Antecessorem nostrum) desuper lata sub die,... etc. tenetur, ad quam summam dictorum fructuum, et interesse in processu petitam, et liquidatam reducimus, pro quibus mandatum exequutiuum relaxamus, etc. et ita dicimus decernimus, et pronunciamus, non solum in præmissis, sed omni alio meliori modo etc.

Ita pronunciaui Ego N. Vicarius Gener. etc.

116 Intimato supradicto decreto parti aduersæ principali, elapsoque termino præfixo, si non fuit appellatum ab excessiua fructuum taxatione, seù liquidatione, aut aliud releuans deductum non fuerit, poterit expediri mandatum exequutiuum, & ad illius executionem procedi, cuius tenor infrascripta, vel simili forma concipi potest.

Forma mandati exequutiui pro fructibus.

De mandato Perillustris, et Reuerendissimi Domini N. in spiritualibus, et temporalibus vicarij, et officialis Generalis N. et ad instantiam N. de N. principalis creditoris in scutis tot... occasione, de qua in actis, etc.

Tenore præsentium.

Auferantur de bonis ex domo, vel aliunde N. de N. ex aduerso principalis, bona valoris scutorum tot..., debitorum occasione, de qua in actis, quæ ablata, vna cum alijs, seu, etc. tot... pro expensis præsentis mandati, deponantur penes, etc. vt moris est, ad effectum, etc. vt subhastentur, si extent; sin minus capiatur idem, et captus carceretur, et non relaxetur, donec, etc. quia ipso citato et intimato, seruatis seruandis Reuerendissimus Dominus ita mandauit. Datum N. hac die,... etc.

N. Notarius, etc.

Locus † sigilli.

N. *Vicarius Generalis, etc.*

Vel fieri potest alio modo, realiter, & personaliter, vt infra, videlicet.

Exequatur realiter, et personaliter ad instantiam N. contra N. pro scutis tot debitis occasione, de qua in sententia, et processu, etc. omni modo meliori, etc.

117 Et si fiat contra bona tantum, non contra personam, poterit expediri, vt infra, videl.

Exequatur realiter tantum, et in bonis ad instantiam N. de N. contra N. de N. pro summa scutorum tot..., vigore decreti et ex causis, de quibus in processu, etc. omni modo, etc.

118 Dictum fuit sup. n. 23, quod quando sunt plures Iudices, qui simul cognoscunt causas, simul etiam sententiare debent, alias nulla esset sententia. Ideo non erit inutile ponere formulas super modo votandi causa, quæ per sententiam diffinitiuam expedienda erit. Nam antequam sententiam proferant, solent inter se conferre motiua, & rationes, quibus quilibet nititur ad hoc, vel illud decernendum; & tunc quilibet porrigit votum suæ opinionis in scriptis, in infrascripto, vel simili modo, verbi gratia.

Forma voti, quod datur à Coniudice causæ.

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini; siuè *Perillustres Domini;* siuè *Excelentissimi Domini,* (siue, &c. iuxta consuetudinem Regionis, loci, vel Curiæ) *Audiui omnia, quæ multum eruditè, et doctè de more fuerunt proposita ab Illustrissimo D. N. Relatore, & Collega super controuersia coram nobis inter N. de N. et N. de N. vertente, occasione talis Rei N. seu negotij, &c. et sic ex dictis in illa parte, in qua dubitatur, vtrum d. N. de N. fuerit prius immissus in possessionem fundi N. ex quo fuit postea expulsus; duo mihi videntur distinguenda tempora; vnum scilicet ante possessionem aliud verò post expulsionem, prout nobis fuit data scriptura, &c.*

Quoad primum clarè constat ex verbis immissionis, quod illi non competebat actio, etc. (& dicantur rationes in facto, & in iure, prout facti qualitas requiret.)

Quo verò, ad secundum tempus, apparet manifestè bonum ius N. de N. aduersarij, tum malo iure, quod fouebat, dictus N. de N. tum etiam quia statim fuit spoliatus, asserens

possessione. Vnde non potest prætendere, se adhuc in possessione esse, et proinde esse manutenendum. Quia, etc. (& dicantur rationes in iure, & in facto.) *Neque obstat, quod, etc. Nam respondetur, etc. Quare censeo condemnandum fore, et esse dictum N. de N. ad, etc. et à contrario absoluendum N. de N. ab impetitis, etc. saluo semper meliori iudicio, etc. Ego N. ita sentio, etc.*

Expressa per primum sua opinione, sequitur secundus, qui simili modo suam sententiam proferet, vel adhærendo opinioni primi collegæ, vel illi non consentiendo. Si se conformauerit primo, poterit infrascripto, vel simili modo suum votum declarare, videlicet.

Illustriss. et Reuerendiss. siuè, &c. *Ex supra firmatis per Illustriss. & Reuerendiss. D. N. collegam nostrum, comprobata remanet mea sententia super articulo, de quo dubius eram; & ideo vera, & indubitata fateor motiua per ipsum adducta. Superfluum enim esset alias adducere rationes, & motiua in re tam clara, cum ex doctrinis per eumdem adductis: cum etiam ex scripturis per partes nobis porrectis, ex quibus clarissimè apparet bonum ius, quod fouet N. de N. Quare, &c.*

Qui verò non adhæreat opinioni primi collegæ, poterit vti infrascripta, vel simili forma voti, quæ similiter poterit deseruire pro exemplo, si alter ex collegis fuerit in eadem opinione non se conformandi voto primi Collegæ, videl.

Illustriss. & Reuerendiss. Domini, siuè, &c. *Quamuis rationes, & motiua perdoctè adducta à D. N. nostro Collega super dubio tali, etc. sint valde fortia ad firmandum suam sententiam pro N. de N. tamen Ego valde dubito de iuribus dicti N. de N. in casu, de quo agitur ad effectum manutentionis petita obstat enim &c.* dicantur rationes; & motiua, quibus mouetur, *Quare, &c.*

Et si plures fuerint votantes, sequens in ordine, si comprobet dicta primi Collegæ, & non secundi; vel adhæreat secundo, & non primo; vel ipse diuersam habeat opinionem poterit suum votum explicare, tali, vel simili modo, videl.

Illustriss. Domini, siuè, &c. *Ea quæ allegata fuerunt vltimo loco per Dominum meum N. in casu de quo agitur, non possunt me mouere ad declarandum N. de N. &c.* & dicantur, quæ occurrunt pro motiuis, tam in iure, quam in facto. *Neque suadent mihi primò dicta per D. meum N. nostrum collegam; tum ex eo quod, &c. tùm etiam, quia, etc. Obstat enim, quod, etc. Sequenda tamen communem sententiam Doctorum in l. tali, de qua testatur N. in tract. N. lib. N. cap. N. num. N. dico N. N debere condemnari ad, etc. Moueor, præsertim ex hoc, etc. Quare, etc.*

Supradicti, vel similes modi tenentur in votandis causis, quando sunt plures Iudices, qui simul iurisdictionem exercēt. Quos notauimus ad iuuenum tantum instructionem circa modum tenendum; non pro regula infallibiliter obseruanda. Poterunt tamen, quæ diximus, deseruire etiam circa modum dandi votum ab aliquo Doctore, si consulatur ab aliquo Iudice pro voto in causa decidenda, mutatis mutandis, iuxta facti contingentiam.

119 Pro complemento præsentis subsect. non est omittendum vnum valde notabile, nimirum, quod illud commune, & vniuersale axioma omnium scribentium super materia sententiæ, asserentium, quod fatuus est Iudex, qui ponit causas & rationes in sententia (vt dictum fuit *sup. n. 74.*) non est absolutè verum; cum multi dentur casus, in quibus Iudex tenetur causas exprimere in sententia, propter quas mouetur ad sic iudicandum, alias sententia redderetur non rectè lata, ad hoc ne ex toto pereat ius partis, *vt l. filius familias. §. diui. ff. de legat. 1. l. 2. §. senatus. ff. de iur. fisc. et l. cum hi. §. in causa ff. de transact.*

Quorum Primus est in sententia lata à Iudice ad quem fuit appellatum; nam in ea debet inseri causa, quare prima sententia reuocetur, ne aliàs possit aliquid imputari primo Iudici, qui sententiam secundum allegata, & probata coram ipso rectè protulerat, iuxta tradita *in cap. cum ex litteris circ. fin. de in integr. restit. et l. 1. ff. de appell.* aliàs si simpliciter iudicaret illum malè pronunciasse, iniuriam ei inferret; vt tradit Speculat. *lib. 2. de sentent. §. 6. num. 27 vers. si enim simpliciter.* Ioan. Andr. *in Gloss. cap. sicut nobis verb. exprimantur de sent. et re iudic.*

120 Secundus casus est, quando Iudex sententiam profert absoluendo Reum conuentum, propter ineptam petitionem Actoris, ne protinus pereat ius agendi, si aliàs aptè prosequi voluerit, textus est singularis *in cap. examinata de iudic. et 31. § 4. ff. si mensor. fals. mod. dix.*

121 Tertius est, quando in actione reiuendicationis Iudex absoluit reum conuentum, quia non possidet tempore, quo sententiam profert; tunc enim debet inseri in sententia talis causa, ne auferatur ius agendi ex noua causa, ob exceptionem rei iudicatæ, *cap. pen. de exception. l. si rem meam, ff. de except. rei iudic. et si quis ad exhibendum, ff. eod. tit. de except. rei iudic.*

122 Quartus est, quando Iudex recedit à iure communi, vt si victum non condemnauerit in expensis quia tunc in sententia debet causam exprimere, quare illum non condemnat. *cap. calumniam in fin. de pœnis, et §. oportet, collat. 6. Authent. de Iudicib.*

123 Quintus est, quando Iudex absoluit reum in instantia iudicij, & per patronos causæ stetit, quominùs causa potuerit diffiniri. *l. properandum. § illo procul dubio C. de iudic.*

124 Sextus est, in sententia excommunicationis, in qua exprimi debet causa *cap. cum medecinalis de sentent. excommunicat. in sexto.*

125 Extra supradictos casus cautiùs aget Iudex, si causas in sententijs non apponat, cum sine causæ expressione valeat, vt colligitur *ex cap. sicut nobis de sent. et re iudic.* vbi Gloss. *Io. Andr. in verb. exprimantur*; Et ratio est; Primò, ne fortè ex incuria errorem aliquando in sententia exprimat, Secundò, n. viam calumnijs aperiatur. *cap. et qui appellat. §. diffinitiua vers. sententia, 2. q. 6. cap. per tuas de sent. excom. et l. 1. §. item contra ff. de sentent. quæ sin. appellat. rescind.* & Tertiò, ne vnalis sit auctius exordium, *cap. cum olim de verb. signif. l. si quis in fin. C. de reb. credit. & l. terminato, in fin. C. de fructib. & lit. expens.*

Multas alias sententiarum formas habes infra Subsectione tertia, & vltima huius tertiæ Sectionis; & similiter in p. 3. vbi de iudicio appellationis, & Attentatorum agitur, & p. 4. in *pract. Crimin. suis proprijs locis, &c.*

SVBSECTIO SECVNDA.

De Exequutione Sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia valida exequutioni mandari debet, si ab ea non fuit appellatum.*
2 *Exequutio sententiæ differtur per appellationem.*
3 *Exequutio sententiæ facta reuocatur, si legitimè appelletur.*
4 *Delegatus exequi non potest suam sententiam.*
5 *Arbiter neque suam sententiam exequitur.*
6 *Iudex ad quem nequitur sententiam Iudicis à quo.*
7 *Limitatur, si pronunciauerit fuisse malè appellatum.*
8 *Iudex ordinarius exequitur sententiam Doctoris habentis priuilegium cognoscendi de causis scolarium.*
9 *Iudex vnius iurisdictionis exequi potest sententiam Iudicis alterius iurisdictionis, si requiratur à parte.*
10 *Sententia lata contra alienantem bona, lite pendente, à quo exequenda.*
11 *Exequutio sententiæ Iudicis laici contra Clericum possessorem bonorum laici exequi debet à Iudice Ecclesiastico.*
12 *Exequutio sententiæ quo ordine fieri debeat.*
13 *In exequutione sententiæ, vltra ordinem, seruanda sunt statuta.*
14 *Casus, in quibus non seruatur ordo in executione sententiæ.*
15 *In exequutione sententiæ requiritur citatio partis, si non exequatur sententia ab eodem Iudice.*
16 *Requiritur citatio partis, si condemnatio fuit in bonis.*
17 *Praxis Regni in exequutione sententiæ qualis.*
18 *Exequutio in quibus bonis fieri nequeat.*
Casus, in quibus regulariter exequatio fieri non potest.
19 *Agricultura instrumenta regulariter exequi nequiunt.*
20 *Contra tertium possessorem exequi non potest regulariter.*
21 *Fructus Beneficij exequi nequeunt, nisi in defectum.*

22 *Neque arma, aut stipendia militum, & Doctorum.*
23 *Libri scholarium neque exequi possunt, nisi in defectum.*
24 *Neque fructus feudi.*
25 *Appellari non potest ab excommunicationis sententia, quoad effectum impediendi exequutionem illius.*
26 *Exequutio regulariter fit contra omnes, nisi expressè prohibeatur in iure.*
Permissa censentur omnia, nisi prohibeantur.
27 *Casus, in quibus exequutio sententiæ non retardatur, non obstante appellatione.*
28 *Assistentia in Regno unde proueniat.*
29 *Clausula: appellatione remota quid importet.*
30 *Casus, in quibus exequutio sententiæ retardatur.*
31 *Sententia bis confirmata exequutioni demandatur, non obstante exceptione nullitatis.*
32 *Appellari non potest ab exequutione sententiæ.*
33 *Exequutio sententiæ infra quod tempus fieri possit.*
34 *Et si facta non sit in tempore, infra quod tempus peti potest exequutio.*
35 *Exequutio sententiæ infra decem dies à iure concessos ad appellandum, quando fieri possit.*
36 *Sententia legitimè exequuta non reuocatur per appellationem.*
37 *Exequutio sententiæ qua iure petatur.*
38 *Sententia iniusta, an tribuat aliquod ius.*
39 *Sententia iniusta quando dicatur.*
Requisita necessaria ad iustitiam sententiæ, quæ.
40 *Potestas Iudicis requiritur ad validitatem sententiæ.*
41 *Veritas in iudicando publica, non priuata esse debet, quia secundum allegata, & probata tenetur Iudex iudicare.*
Allegata, & probata quando sequenda.
42 *Forma iuris necessaria ad sententiæ exequutionem.*
43 *Scientia necessaria Iudici ad rectè iudicandum.*
44 *Puritas vitæ necessaria similiter Iudici.*
45 *Sententia iniusta, an obliget in conscientia.*
46 *Iudex, an semper teneatur iudicare secundum leges.*
47 *Casus, in quibus Iudex non debet iudicare secundum leges.*
48 *Sententia iniusta non potest per Iudicem corrigi, vel mutari, quoad substantiam, sed benè quoad accidentia.*
49 *Sententia iniusta semper corrigi & mutari potest.*
50 *Sententia obscura declarari potest quandocunque.*
51 *Sententia interlocutoria bis confirmata reuocari nequit.*
52 *Sententia in quibus casibus statim transit in rem iudicatam.*
Casus, in quibus res iudicata statim locum habet.
53 *Casus, in quibus sententia non statim transit in rem iudicatam, sed post decendium.*
Cognitio, ac viso uno de contrarijs, cognoscitur & reliquum.
54 *Casus in quibus sententia non transit in rem iudicatam.*
Res iudicata pro veritate habetur, & facit de albo nigrum, & è contrario.
55 *Interlocutoria respectu partis transit in rem iudicatam.*
56 *Periculum animæ non facit transire sententiam in rem iudicatam.*
57 *Nullitas sententiæ impedit etiam, ne sententia transeat in rem iudicatam.*
58 *Excommunicationis sententia neque transit in iudicatam.*
59 *Sententia lata ad consilium sapientis, malum tamen, neque transit.*
60 *Sententia beneficialis neque transit quod superiorem.*
61 *Sententia lata super crudelitate neque.*
62 *Neque lata ex præsumptionibus.*
63 *Neque lata ex probationibus priuilegiatis.*
64 *Res iudicata tollitur per partis confessionem.*
65 *Neque transit in iudicatum sententia lata ex probationibus reprobatis.*
66 *Neque lata ex iniquis probationibus.*
67 *Neque sententia confiscationis bonorum.*
68 *Neque sententia vinalis.*
69 *Neque lata in causa matrimoniali.*
70 *Neque lata ad consilium expertorum.*
71 *Neque sententia mercatorum.*
72 *Sententia, quæ non transit in iudicatum potest corrigi.*
73 *In sententijs prædictis utile erit appellare.*
74 *Subhastationis bonorum exequutorum decretum.*
75 *Exequutionem factam, bonam, vel malam fuisse; decretum.*
76 *Mandatum ad reluendum bona exequuta.*
77 *Venditionis bonorum exequutorum decretum.*
78 *Deliberationis decretum.*
79 *Adiudicationis bonorum decretum.*
80 *Expertorum electionis decretum.*
81 *Expertorum electionis ex officio decretum.*
82 *Calculatorum, seu computatorum remissionis decretum.*
83 *Termini ad iustificandum, & impugnandum decretum.*
84 *Remissionis sententiæ, vel alterius incidentis decretum.*
85 *Inhibitio, seù mandatum super iactationibus alterum.*
86 *Iactationum decretum.*
87 *Silentij impositionis decretum.*
88 *Declarationis sententiæ obscuræ forma.*
89 *Terminus iuris, qualis.*
90 *Terminus iuris, quando currere incipiat.*
91 *Requisita in appellatione ab interlocutoria.*
92 *Repositionis ab interlocutoria decretum.*
93 *Appellationis non admissionis decretum.*
94 *Appellationis admissionis decretum.*

1 Diximus in superioribus, quod principalis effectus sententiæ, est ipsius exequutio, vbi appellatio non fuerit interposita; verum quia dubitari posset, an aliquando impediri debeat, & quibus ex causis: breuiter hic quædam videnda erunt. Et Primò, quæ sententia exequenda sit. Secundò, à quo exequenda. Tertiò, quomodo exequenda. Quartò, in quibus casibus exequatur. Quintò, in quibus non exequatur. Sextò, infra quod tempus exequenda erit. Et Septimò, in quibus casibus sententia non transit in rem iudicatam, & sic exequutio sequuta retractatur.

Quoad primum, notandum est, quod omnis sententia, quæ valida est de iure, & facit transitum in rem iudicatam per lapsum decem dierum, quæ non est suspensa per appellationem, vel per restitutionem in integrum, potest, & debet exequutioni mandari, *vt habetur in l. 1. & l. sicut proponis & l. fin. C. de exequut. rei iudic. l. si cum nulla ff. de re iud. & l. 1. C. de in integ. rest. postul. ne quid noui fiat & l. 1. §. fin. ff. ad Turpill.* Quia alias frustra ferrentur sententiæ, nisi debitæ exequutioni mandarentur. *c. quod ad consultationem, & c. cum aliquibus de sent. & re indic.* & notat Gloss. *in rubr. C. de exequut. rei indic.* Specul. *l. 2. tit. de execut. sent. in princ.* & Andr. de Isern. *l. 2. in const. Regni incip. dilationes col. 2. ad fin.*

2 Si verò appellatum fuerit, vel petita restitutio, differri debet exequtio, donec appellationis, vel restitutionis causa terminetur. *c. pastoralis §. præterea, & § fin. de offic. deleg.* nisi præsumptio sit, quod restitutio petita sit malitiosè, ad dilatandum: nam tunc præstita cautione de restituendo, si contingat sententiam retractari, mandabitur execu[t]ioni. *c. suscitata de in integr. rest.* Et similiter, si executio fuerit suspensa per supplicationem, nam tunc præstita dicta cautione, exequetur sententia. *Auth. quæ supplicatio C. de precib. imper. offer.*

3 Quod si appellatio fuerit legitimè interposita: *vt dicemus infra num. 10. & in tertia parte, vbi de appellatione loquemur.* sententia non potest exequutioni mandari; Imò si exequuta fuerit; reuocari debet quidquid factum est, etiam antequam cognoscatur de meritis appellationis. *capit. venientes in fin. de iureiur. d. c. pastoralis §. præterea de offic. deleg. ca. dilecti appellat. ca. appellatione 2. qu. 6. & in Authentico. Vt nulli Iud. in princ.*

4 *Quoad secundum*, notandum est, quod sententia exequenda est ab eodem Iudice ordinario, siuè ipsemet illam tulerit, siuè Delegatus ab illo, nam tunc Delegatus non poterit sententiam à se latam exequi, sed ius exequutio spectat ad delegantem *c. quisquis 2. q. 6. c. significasti de offic. deleg. cap. si quis contra de for. compet.* vbi Abb. *col. fin. l. à diuo Pio. in princ. & §. sententiam ff. de re iud.* vbi Bart. & Alij *l. properandum §. fin. autem rem C. de iud.* Speculat. *vbi sup. §. 2. in prin.* Marant. *in Specul. aur. p. 4. d. 5. n. 45.* vbi limitat in Delegato Principis & idem dicit Speculat. *ib. n. 3.* qui potest suam sententiam exequi per se, infra annum. *per c. ex litteris*, vbi de hoc, *& c. significasti, cum c. seq. de offic. del. c. 1. de dol. & cont. d. c. pastoralis §. præter. de of. ord. & c. 2. & 3. de eo qui mitt. in poss. caus. rei seruan.*

5 Et similiter Iudex ordinarius exequetur sententiam arbitrorum compromissariorum, non verò ipsimet arbitri. Quod intelligi debet de iudice ordinario, qui est competens Rei conuenti. *l. cum antea C. de arbitr.* & ibi Bald. *col. fin. vers. vlterius nota*, Glos. Bart. & Cæteri *in d. l. à Diuo Pio in princ. ff. de re iud.* Bartol. *in l. non ex omnibus ff. de arbitr.* Et hoc locum habet, etiam in arbitris iuris, secundum Bald. *in l. fin. in 6. notab. C. de iudic.*

6 Limitatur tamen nostra conclusio, vt non possit Iudex ordinarius suam exequi sententiam, à qua appellatum fuit, sed illam exequetur Iudex appellationis, etiam si confirmauerit primam sententiam à Iudice à quo latam. Bart. *in l. eos in princ. & in l. præcipimus §. officijs C. de iud.*

Quod si appellatio fuerit deserta per lapsum decendii, intra quod non fuit appellatum, vel fuit appellatum, sed non fuit prosequuta appellatio, tunc exequutio fieri debet per Iudicem à quo, non verò per Iudicem ad quem Bart. Bald. & communiter DD. *in l. si contra C. de appellat. & in d. l. præcipimus §. officijs C. de iud.* Bald. *in Auth. si quis litigantium C. de Episcopal. audient.*

7 Et similiter, si appellatum fuit ab interloquutoria & Iudex appellationis ad quem, pronunciauerit malè appellatum, remittens appellantem condemnatum in expensis ad primum iudicem à quo; nam tali casu ipsemet iudex a quo huiusmodi sententiam exequetur, *iuxt. tex. in c. vt debitus de appell.* Speculat. *d. tit. de exec. sent. §. 2. nu. 11. vers. dic. quod primus.* Alc. *in c. ex ratione col. 27. de appell.*

8 Sed quæritur, à quo sit exequenda sententia Doctoris, qui cognoscere potest da causis scholarium, *vt in Auth. habita C. ne fil. pro patr. conu.*

Respondetur exequendam esse à Iudice ordinario, *iuxta præcit. Auth. si quis litigantium C. de Episcopal. aud.* Speculat. *vbi sup. num. 12.* Io Andr. *verò in add. ad eumdem litt. V.* tenet posse exequi per eumdem magistrum, qui sententiam protulit contra scolarem, si iste habeat ibi bona, alias ad requisitionem magistri exequetur ille, in cuius territorio habet bona, vt ait *textus in l. pen. C. de arb. & l. cum vnus §. pen. ff. de bon. auctor. Iud. poss. & l. à Diuo Pio ff. de re iud.* vbi Bart. *in ver. quæro pone.*

9 Quæritur Secundò, an sententia Iudicis vnius Prouinciæ possit exequi per Iudicem alterius Prouinciæ, & sic alterius iurisdictionis?

Respondetur affirmatiuè, si petatur è parte principali, quia propter sententiam habet actionem in factum contra aduersarium, ex quasi contractu, quæ alias dicitur ex re iudicata: de qua fit mentio *in l. in iudicati & l. miles §. iud. ff. de re iud. l. fin. C. de vsur. rei iud. l. ex causa C. de compensat. & l. actori C. de reb. cred.* ita Bart. & Alij *in d. l. à Diuo Pio § istam.* Cagnol. *in l. cum quadam ff. de iur. omn. iud.* Speculat. *vbi sup. numer. 13 in fin. vers. tu dic*; quod benè vbi ait quod tunc requiritur causæ cognitio, & idem tenet Isernia *in const. Regni dilationes colum. 2. in fin.* Sententiam vero vnius Iudicis benè potest alteri exequi. *c. postulasti de for. compet. & d. l. à Diuo Pio §. 1. ff. de re iud.* & sententia vnius alteri facit fidem. *argum. c. quisquis 24. qu. 1. & c. quisquis 4. q. 5. cum alijs concordant.*

10 Quæritur tertiò, à quo Iudice sit exequenda sententia lata contra alienantem bona, lite pendente, si is ad cuius manus peruenerit res alienata, sit alterius iurisdictionis.

Respondetur, quod regulariter erit exequenda ab eodem Iudice, qui illam tulit, contra quemcumque, etiam si per multas manus possessio rei alienatæ ambulauerit, semper enim exequutio fieri debet contra possessorem, ad quem res, seù possessio peruenit, ita Cynus *in l. vnic. C. de alienat. iud. mutan. caus. fact.* sequitur Abb. *in c. Ecclesia Sancta Maria. vt lite pend.* Bart. *in l. 1. ff. de lit. & in l. creditores C. de pignor. & in l. fin. C. de lit.* quorum opinio recepta est in Regno Neapolitano *per capitulum Regni, quod incipit, conuenimus.*

11 Limitatur tamen prædicta conclusio, si res litigiosa perueniat ad manus alicuius Clerici, nam non obstante vitio litigiosi, non potest exequi sententia Iudicis Laici, contra Clericum possessorem per eumdem Iudicem Laicum, sed necesse erit adire Iudicem Ecclesiasticum, vt conueniat Clericum possessorem, ita notabiliter ait Abb *in d. cap. Ecclesia Sancta Maria*, & idem tenet Vrsill. ad Afflict. *decis. 231.* vbi Alios allegat, & Vinc. de Franchis. *decis. 545.* & sic non habet locum *dictum c. Conuenimus.* contra Clericum, quidquid dixerit Domin. de Bottis *in addit. ad d. c. Conuenimus*, quod Clericus in tali casu tamquam turbans iurisdictionem Iudicis Laici, accipiendo rem litigiosam possit conueniri coram iudice Laico: cum in Regno nullo modo possint Clerici cognosci a Iudice Laico, etiam si coram illo saltum deposuerint, Affliction. *decis. 230 per cap. Regni. Item statuimus & per c. 239.* per quæ Clerici in nullo casu trahuntur ad iudicia sæcularia, neque pro bonis prophanis, nisi pro bonis feudalibus, si talia bona possiderent, *iuxt. text. in c. cæterum de iud.* Neque in Regno procedit doctrina Cassanei *in consuetud. Burgund. in d. rusticos. rub. 1. si aucun. §. 5 fol. 192.* vbi plures refert casus, in quibus iudex sæcularis cognoscit contra Clericos; propter conuentionem factam cum summo Pontifice, & per dicta capitula Regni: de qua conuentione tangunt aliqua Isernia, & Afflict. *in const. Regni de Personis*, & Id Afflict. *decis. 2.* & de Franch *in d. decis. 545.* Nam si locum haberent, procederent vtique in Regnis Franciæ per concordata Regis cum Sede Apostolica, non alibi.

12 *Quod tertium*, quomodo scilicet sit exequendam sententia, est notandum, quod erit seruandis ordo traditus *in l. præc. à Diuo Pio §. in venditione & § sed verum, & §. pen. ff. de re iud.* vbi probatur quod primò exequantur bona mobilia, secundo loco stabilia: tertio nomina debitorum: & tandem his deficientibus deueniantur ad capturam Personæ, ita notat etiam Speculat. *de exec. sentent. §. incip. sequitur numer. 2.* & latè Abb. *in tract. de ordine iudiciario chart. 18. num. 3. 4. & 5. col.* durum est enim, vt quis pro debito ciuili carceretur, si creditor potest suum recuperare super bonis debitoris. Hinc est, quod Gloss. & Bartol. *in l. 3. §. tutores. ff. de susp. tutor.* tradunt, non esse deueniendum ad capturam personæ; nisi prius excussis bonis idem dicit Abb. *in cap. quod ad consultationem col. 6. in fin. de re iud.* Bald. *in l. 1. in fin. C. de iur. & fact. ignor. & in c. cum. vt lit. non contr.* Par. de Put. *in tract. Syndicat. vers. capturam in princ.* Et si prædictus ordo perueteretur, non valeret exequutio. Imol. & Alexand. *in d. l. à Diuo Pio. §. in venditione* Felin. *in d. cap. quod ad consultationem col. 9.* si verò super rebus exequutis sit aliqua controuersia, dimissis illis capiantur alia, sine lite. *d. l. à Diuo Pio. §. si super rebus, & §. sed & illud.* Quæ quidem procedunt, quando actum fuit actione personali, vel alio modo: secus autem in actione personali, vel alio modo: secus autem in actione reali, nam tunc si certa res petita fuit, puta fundus, domus, equus, exequutio fiet super eadem re petita, si extet, *c. cum Bertoldus. in fin. de re iud.*

13 Et vltra ordinem prædictum, seruatur etiam, vt prius capiantur bona minus damnosa debitori. Glos. & Alex. *d. l. à Diuo Pio. §. in venditione*; Glos. *in l. quamdiu C. de distr. pign.* & Bald. *in l. ordo C. de exequut. rei iud.* Item seruari debent statuta loci, vbi fit exequutio. Ias. *in d. l. cum quadam puella. col. fin. ff. de iurisd. omn. iud.*

14 Sunt tamen multi casus, in quibus prædictus ordo non seruatur, Quorum.

Prima est, quando quis est debitor Fisci, nam tunc capi potest de persona, nulla facta excussione super bonis. *l. nemo C. de exact. tribut. l. 10.*

Secundus est, si exequutio fiat vigore sententiæ interlocutoriæ, propter contumaciam. Glos. *in §. si verò Auth. de exhib. reis*, Bal. *in lib. 2. col. 3. vers. tertiò quæritur. ff. si ex nox. caus. agat.*

Tertius est, in exequutione rerum pupillarium, nam tunc sunt primò capienda nomina debitorum, *l. magis puto §. non possum. ver. quærere*, & ibi Bart. *ff. de reb. eor.*

15 Est tamen aduertendum, quod in exequutione facienda debet pars citari, si executio fiat, ex eo, quia fuit à sententia appellatum, sed appellatio est deserta, alias non valet executio Bart. *in lib. 1. ff. nihil innou. appell. pend.* Bald. *in l. si contra C. de appell. & in lib. 2. § fin. C. de temp. app.* Alex. *d. §. 2. in venditione* Dec. *cons. 97. col. 2.*

Similiter citanda erit pars, si exequutio fieret contra successorem condemnati, vel fieret ab alio Iudice, qui sententiam tulit, vt si à successore in officio. Alex. *in d. §. in venditione col. antepen.*

Si verò fieret exequutio super eadem re, iuxta sententiam, & per eumdem Iudicem, qui illam protulit, & non fui deserta appellatio, non requiritur citatio partis. Bart. & Alex. *in d. §. in venditione*.

16 Quando autem fit sententia condemnatoria in pecunia, & exequutio fieri debet in bonis condemnati per eumdem

dem iudicem, requiritur citatio, secundum Bart. *in d. §. in venditione & in l. meminerint. C. vnde, vi*, quem sequitur Lanfran. *in cap. quoniam contra uers. interloquutione col. 12. vbi quaro nunquid de probat.* Vnde erit citandus ad dicendum, quare sententia contra ipsum lata, exequi non debeat, vt tradit idem Bart. *in l. defendente ff. de Auth. tutor.* Alexand. *verò in d. § in venditione*, vbi Alios allegat, contrarium sentire videtur. Marant. tandem *in Spec. aur. part. C. act. vlt. tertia partis num. 19.* distinguit per tres actus, qui interueniunt in ipsa exequutione, & ait. Quod primò sunt facienda pignora, seù exequutio; Secundò fit subhastatio, & tertio si non inueniatur emptor, fit adiudicatio rei ipsi creditori pro iusto pretio, ad *tex. in l. a rde C. de exeq. rei iud. l. 2. C. si in caus. iud. pign. & l. à Diuo Pio. §. si pign. vbi omnes DD. ff. de re iud.* vnde, inquit, in primò, & secundò actu non requiritur citatio de necessitate quia sunt actus reparabiles, in tertiò verò actu, quia est multum præiudicialis, debet fieri citatio partis, quam praxim deduxit ex doctrina Alber. de Rosat. *in l. creditor. per illum tex. C de distr. pignior* Soccin. *cons. 37. col. 3. in fin & seq. vol. 4.* Afflict. *dec. 358. & in const. dilationes col. 7. in fin. vbi etiam* Isernia *col. 3.*

17 Et in Regno seruatur huiusmodi praxis, quod lata sententiam, eaque transacta in rem iudicatam, expediuntur litteræ exequutoriales, ad instantiam actoris, quæ consignantur Nuncio, & ille exequitur bona iuxta valorem debiti, quæ postea subhastantur, & plus offerenti traduntur; si vero non inueniatur emptor, ad iudicantur creditori pro iusto pretio, mediante appretio expertorum; & tunc pars citatur, vt infra tres dies veniat ad reluendum pignora, & soluendum debitum, alias ad allegãdum, quare vendi non debeant, vel creditori tradi in solutum, seù adiudicari pro mensurá debiti. Quæ praxis de prompta fuit ex his, quæ tradit Afflict. *in d. dec. 358.*

18 Est tamen aduertendum, quod licet regulariter fieri possit exequutio in omnibus bonis debitoris; tamen dantur multi casus, in quibus non potest exequi in eius bonis. Quorum.

Primus est, vt nõ possit fieri exequutio in lecto, vestibus, & alijs ad vsum necessarium deputatis, vt suppellectilia, quia ista non transeunt in hypotecham. Bart. Bald. & Alii *in l. 1. C. qua res pign. oblig. poss.*

19 Secundus est, quod exequi non possunt boues aratorii, & instrumenta ad agriculturam destinata *l. exequutores, & Authent. Agricultores C. qua res pign. obl. pos.* de quo in Regno adest *c. 4. incip. Pridem contra insolentiam & c. 153. incip. const. bonos* vbi corrigitur *dictum cap. 4.* & cauetur, vt, si debitor alia bona non habeat, fieri possit exequutio in illis; & idem dici debet, si in specie fuissent prædict. bona obligata. Afflict. *in const. ab offic. col. fi.* & ita dicendum erit etiam in primò casu, nam si alia bona non extent, etiam in illis fieri poterit exequutio, ob eamdem rationem.

20 Tertius casus est, quod contra tertium non nominatum in iudicio non potest fieri exequutio. Bal. *cons. 140. vol. 3. & in l. si bene*, vbi etiam Imol. *ff. de inoff. rupt. testa, & in l. si parte in fin. C. de dot. promis.*

Fallit tamen in casu posito *sup. nu. 10.* Secundò fallit in casu assistentię per clausulam constituti, & pacti de capiendo, nam tunc fit exequutio etiam contra tertium possessorem, siue citatione, & siue negotii liquidatione, vt notabiliter tenet Aret. *in cons. 21. col. pen. in fin. & col. fin.* Soccin. *cons. 82. col. 5. vol 3.* Quod notandum est, quia quotidie accidit.

21 Quartus est casus, vt non possint exequi fructus Beneficii Ecclesiastici, si Beneficiatus habeat alia bona Bart. Alex. & Alii *in l. commodis, ff. de re iud.* Glos. & Bal. *in l. stipendia C. de exec. rei iud.* Canonistæ *in c. peruenit. de fideiuss. & in cap. 1. de appell.*

22 Quintus est, quod stipendia militum exequi non possunt, si adsint alia bona, secus si non adsint. *d. l. commodis. & d. l. stipendia.* Quod procedit etiam in Armis militum. Gloss. *in l. nepos proculo ff. de verb. sign.* Et similiter in stipendiis Doctorum. Abb. & Alii *in d. c. peruenit.*

23 Sextus casus est, quod libri scholarium non possunt exequi, existentibus aliis bonis, in quibus fieri possit exequtio, alias secus. Gloss. *in d. l. nepos proculo. per iura pradicta in d. l. commodis, & l. stipendia*, nisi quis fecisset expensas pro scholare mortuo; quia tunc fit exequutio in libris pro expensis funeralibus. Bal. *in l. si non fortem. §. si certum col. fin. ff. de cond. indeb.*

24 Septimus casus est, in fructibus feudi, in quibus non fit exequtio, nisi in subsidium. Alex. *in d. l. commodis.* Speculat. *de exeq. sent. §. 3. nu. 27.* vbi alios casus enumerat in præcedentibus numeris; & idem facit Marant. *loc. c.*

25 Sed quæritur, an sententia excommunicationis exequi possit infra decem dies datos ad appellandum, & sic an affigi possint cedulones statim, non obstante appellatione interposita?

Respondetur affirmatiuè, quia cedulonum affixio, nihil aliud est, quam excommunicationes sententiæ manifestatio, siuè exequutionis promulgatio; & non exequtio, quæ concomitatur excommunicationem, nam semper excommunicatio fert secum exequutionem. *c. pastoralis §. verum; cum i. seq. de appellat.* Glos. *in c. venerabilibus §. porrò verb. appellatum de sent. excomm. in 5.* Couarr. *practicar. qu. cap. 12. num. 3. vers. illud* Marant. *Specul. Aur. par. 6. act. 2. princ n. 178.*

26 Quæritur secundò, an indistinctè contra omnes Personas fieri possit exequutio?

Respondetur affirmatiuè, nisi expresse in iure reperiatur prohibitum; quia regulariter omne id permissum censetur, quod non reperitur prohibitum. *l. nec non §. quod eius ff. ex quib. caus. maior.* vbi Gloss. *in verb. prohibeant l. ab eo ff. de probat. l. 1. §. 1. ff. de rest. in int. & l. munus ff. de procur.*

Vnde cum in iure reperiatur prohibitum, vt in ius vocari non possint quædam personæ, quę enumerantur *in l. 2. 3 & 4. ff. de in ius vocand.* consequenter, neque contra illas fieri potest exequutio. Gloss. & DD. *ib.*

Item neqùe contra Clericum potest fieri exequutio personalis pro debito ciuili. Abb. & Alij *in d. c. peruenit de fideiuss.* DD. *in l. miles ff. de re iud.*

Item neque contra Doctorem actu legentem *l. medicos C. de profess. & med. l. 10.*

27 *Quoad quartum*, est notandum, quod regulariter, vt diximus *sup. nu. 1.* sententia valida executioni demandatur, nisi appelletur, vel alias impediatur, vt dicemus in sequenti notabili; dantur tamen multi casus, in quibus non obstante, quod fuit ab ea appellatum, non retardatur exequutio. Quorum.

Primus est, quando sententia lata fuit ex probationibus priuilegiatis, quia tunc non retardatur exequutio, pretextu appellationis. Ruin. *cons. 34 n. 3. l. 5.*

Secundus casus est, quando in sententia agitur de restitutione fructuum, nam tunc non obstante appellatione, fructus sequestrari poterunt, *per text. in l. Imperatores. §. fin. ff. de appel.* sequitur Afflict. *decis 18*.

Tertius est. quando sententia lata fuit in debitorem confessum, *iuxta text. in l. si debitori ff. de iud.* nam tali casu non retardatur eius exequutio, quamuis fuerit appellatum & ita seruatur in Regno *per Rit. Magna Curia Vicar. 256.* Afflict. *decis. 39.*

28 Quartus casus est, quando sententia lata est in causa assistentiæ in Regno, (quæ de iure communi prouenit *ex l. fin. C. de acq. poss.* quando agitur contra tertium possessorem ex vi clausulæ constituti & præcarii, vt notat Afflict. *decis. 139.*) nam tunc etiam quod appelletur, Iudex ad iudicare poterit bona V. ctori; & prosequitur cursus appellationis, *vt habetur in Regia Pragm. incip. Magna Curia Ritus sub tit. de appet.* notat Afflict. *in dec. 187. & 188* Franc. *dec. 86. 120. & 136.*

Quintus casus est, quando sententia lata est per Sacrum Regium Consilium Neapolis, nam tunc quamuis reclamatum fuerit *iuxta text. in l. qua supplicatio C. de precib. Imper. offer.* mandatur executioni sententia præstita cautione de restituendo in casu retractationis sententiæ, *iuxta tradita sup. n. 2.* Affl. *in dec. 341.* & Franch. *decis. 136. & 393.* Quod limitatur, quando exequutio esset irretractabilis, vt obseruat idem Franc. *decis. 139.*

Sextus est. quando essent duæ sententiæ latæ a Magna Curia Vicariæ Neapolis, quæ non excederent summam 25. aureorum, nam tunc si ab ipsis appellatum fuerit ad Sacrum Regium Consilium, earum exequutio non impedietur, *per Regiam Pragm. exordient. Nos autem §. quod vere de offic. Sac. Reg. Cons.*

Septimus est, quando latæ sunt duæ sentẽtię per inferiores Iudices, quæ similiter non excederent summam vigintiquinque aureorum, & postea per Magnam Curiam Vicariæ, ad quam appellatum fuerat, confirmatæ fuerũt; nam tunc si deinde appelletur ad Sacrum Consilium; exequutio illarũ non retardatur, præstita tamen supradicta cautione restituendo in casu

in casu rer: ctatic n's: *vt habetur in Pragm. 3. exordium. Deficiente sub eod. tit. de offic. Sac. Reg. Cons.*

Octauus casus est, quando sententia continet summã non excedentem centum quinquaginta aureos, sed infra dictam summam; quia a tali sententia non potest appellari ad Sacrum Consilium. *per d. pragm. Nos autem § quod vero eod. tit.*

Nonus est, quando sumus in sententia duarum vnciarum, (quæ quantitæ summæ si in Regno alibi dixi,) nam tunc exequutioni demandatur non obstante appellatione *vt habetur in Rit. Magn. Cur. Vicar. 257.*

Decimus est, quando quis his per duas sententias condemnatus; & victus fuit in Sacro Consilio, nam tunc fit exequutio, cum non possit iterum reclamare. Francis. *decis. 153.*

Vndecimus casus est, quando sumus in sententia Iudicis Delegati, cui fuit commissa causa per Serenissimum Nostrum Regem Catholicum vel per eius Excellentissimum D. Proregem, cum clausula, *vt procedas in cunsu nomine Regio*, nam tunc, si appelletur à sententia talis Iudicis, istiù Doctoris, non retardatur exequutio. Capic. *in decis. 171.*

29 Duodecimus est, quando per Principem fuit commissa causa alicui cum clausula, *appell. remota*, nam tunc licet ab istius sententia appelletur, non tamen per appellationem retardatur exequutio sententiæ, Phil. Dec. *in cap. pastoralis col. 2. vers. quare operatur. de appell. per eundem tex. d. cap. §. præterea*, sequitur Matant. *in spec. p. 6. act. 2. tertia partis vers. & quandoque appellatur. nu. 336. in fin.* vbi etiam agit de vi, & effectibus prædictæ clausulæ. Idem dicit Specul. *l. 2. de app. §. 2. in quibus nu. 34. vers. Hinc est quod si cunsu.* De effectibus autem dictæ clausulæ *appell. remota* latè agit Barbos. *in tract. de clausulis vsu frequentior. clausul. 9. per tot.*

In supradictis casibus non retardatur exequutio sententiæ per appellationem, nisi fuerit dictum etiam de nullitate sententiæ *l. 4. §. condemnatum ff. de re iud.* quia tunc pendente discussione nullitatis sententiæ, suspendi debet eius exequutio, *vt etiam habetur in d. pragm. Magna Curia 3 Ritus de appell.*

30 *Quoad quintum*, est notandum, multos esse casus in quibus retardatur, & impeditur, exequutio sententiæ; ex quibus quosdam ponit Glos. *vlt. in d. cap. quod ad consultationem de sent. & re iud.* Alios, Hostiens. *in summ. de off. deleg. §. qua delegati. sub vers. fin.* omnes autem Speculat, *de exeq. sent. §. 6. per tot.* Quorum.

Primus, est quando fuit legitimè appellatum *c. app. 2. qu. 6. c. sollicitudinem de app. c. venientes. de iur. c. . de re iud. & l. 1. ff. ad Turpillian & dix. sup. n. 2. & 3.*

Secundus casus est, quando petita fuerit restitutio in integrum; *vt tot tit. C. de in int. rest. postul. ne quid noui fi.*

Tertius, est quando fuerit supplicatum, *Auth. qua supplicatio. C. de præcib. offer.*

Quartus est, quando fuerit facta nouatio actionis, mutata actione in factum ex re iudicata competente. *l. minor. 40. ff. de minor.*

Quintus est, quando ordinarius voluerit exequi suam sententiam in rebus sitis extra territorium suæ iurisdictionis. *cap. leges. 2 qu. 6. c. romana. §. contrahentes de for. comp. l. cum vnus. § is qui ff. de bon. auct. iud. poss. l. propter studium. §. fin autem. C. de iud. & l. fi ff. de iurisd. omn. iud.*

Sextus est, quando quis post sententiam cedit bonis. *l. 1. C. qui bon. ced. pos.*

Septimus est, quando mouetur quæstio super bonis exequutis. *l. à Diuo Pio. §. si super rebus, & § sed & illud ff. de re iud.*

Octauus est, quod Delegati à Papa, vel Imperatore de iure ciuili non possunt exequi sententiam. *l. à Diuo Pio in princ. ff. de re iud.* sed de iure Canonico benè possunt exequi. *c. pastoralis. §. præterea de offic. deleg.*

Nonus est, quando sententia expectat conditionem implendam. *l. in l. Aquilia si delectum. ff. ad l. Aquil.* licet autem olim sententia conditionalis valida esset, hodie tamen non valet. *c. romana. §. cum c. de sent. excom. in 6. & §. curare. Inst. de act.*

Decimus est, quando fullo, vel commodatarius fuerunt condemnati in re locata, vel commodata, eo quod illam amiserant, si postea eadem res inueniatur, & ad dominum perueniat, impeditur exequutio sententiæ condemnatoriæ. *l. si fullo. ff. de condic. sin. cau. s. l. in commodato. §. fin. & l. Rem. in princ. ff. commodat.*

Vndecimus est, quando fertur sententia in actione noxali, si tertius ob noxam petitus fuit à multis, nam tunc, quia primus, qui habuit seruum pro noxa, vicit; Alij non consequuntur effectum sententiæ, quia primus melioriem conditionem habuit. *l. si quis à multis. ff. de noxal. act. & l. item veniunt §. idem redd. ff. de petit. hæred.*

Idem est, quando quis conuentus à multis actione reali condemnatus fuit. *l. is. à quo fundus ff. de rei vendic.*

Duodecimus est, quando post sententiam facta fuerit transactio. *arg. l. neque. §. 1 ff. de in ius voc.*

Decimus tertius, quando Iudex proferens in exequutione sententiæ aliquid dolosè egerit. *l. 3. §. si exequut. ff de neg. gest.*

Decimus quartus; quando sententia obtenta fuerit per dolum, vel lata fuerit contra legitimè impeditum, vel iustè absentem. *l. si prætor. § fin. ff. de iud. & cap cum Bertoldus. §. postmodum. de re iud.*

Decimus quintus est, quando exequutor in exequendo, modum excesserit, vel sententiam malè interpretando, vel alio modo. *arg. c. quod ad consultationem de re iud.*

Decimus sextus, quando oppositum fuerit, de nullitate sententiæ, quæ contingit pluribus modis de quibus dictum est *sup. subsect. præced.*

Decimus septimus, quando opponitur aliqua exceptio, quæ opponi poterit in exequutione sententiæ vt sunt exceptiones peremptoriæ, quæ non fuerunt oppositæ in causa principali, quia quando fuit appellatum à sententia, potest in causa appellationis non probatum in causa principali probari, & non oppositum opponi, *c. cum Ioannes. in fin. de fid. instr. c. fraternitatis de testib. c. inter monasterium in fin. de re iud. l. 2. C. sent. resc. non poss. & l. exceptio. ff. de except.*

Decimus octauus est, quando sententia lata fuerit super re petita Actorem, quæ tamen est penes ipsum. *l. 1 C. de re iud. l. 3. & 2. ff. de condic. sin. caus.*

Decimus quintus est, quando opponitur exceptio excommunicationis contra Iudicem, qui sententiam protulit. *c. pia. § pru. de except. in 6.*

Vigesimus est, quando in sententiando non fuit seruata forma statuti loci. *arg. l. doli clausula. ff. de verb. oblig. & l. si quis. in princ. ff de leg. 3.*

Vigesimus primus est, quando fuit factum pactum de non petendo inter partes *arg. l quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edict.*

Vigesimus secundus, quando post sententiam transacti sunt plures anni. *l. vlt. C. de præscr 30. vel 40. ann.*

Vigesimus tertius est, quando facta fuerit solutio, per quam omnia tollitur obligatio. *vt instit. quib. mod. toll. oblig. in princ. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud.*

31 Est tamen aduertendum, quod hodie cautum est super exequutione sententiæ *per Clement. 1. de re iud.* quod executio sententiæ bis confirmatæ per Iudices appellationis, non potest impediri per exceptionem, vel actionem nullitatis, nisi prius facta executione. Quod est menti tenendum, cum quotidie casus occurrat. Vnde non est amplius locus disceptationi; an contra tres sententias conformes opponi possit exceptio nullitatis ad impediendam executionem; de quo agunt Bal. *cons. 449. lib. 4.* Alexan *cons. 77. lib. 2.* Paul. de Castr. *consil. 326.* Abb. *consil. 97 l. 2.* Oldrad. *consil. 106.*

32 Sed quæritur, an ab exequutione sententiæ appellari possit?

Respondetur negatiuè, regulariter loquendo, dũmodo Iudex in exequendo non excedat modum, nam modum, nam tunc daretur appellatio, sed exprimenda esset causa excessus, & grauaminis. Bar. *in l. ab exequutore col. 1. ff. de app. & in l. ab exequutione. C quor. app. non recip.* vbi DD. communiter. Specul. *de exec. sent. §. 2. nu. 7. 8. & 9.* Abb. *in c. quod ad consultationem. de sent. & re iud. col. pen.* Corn. *cons. 71. col. 4. in fi. vol. 1.*

13 *Quoad sextum*, nimirum intra quod tempus peti debeat executio sententiæ, notandum erit, quod postquam sententia transiuit in rem iudicatam, exequi potest. post quatuor menses in actionibus personalibus regulariter, & non ante *c. quorum de offic. deleg. d. cap. quod ad consultationem de sent. & re iud. lib. 2. & l. fin. in princ. C. de vsur. re iud. l. si debitori ff. de iud.* ex causa tamen prædictum tempus abbreuiari, vel elongari potest, inspecta qualitate personarum, & locorum, cum causæ cognitione. *vt in d. c. quod ad consultationem & l. 2. ff de sent. & re iud.*

In reali verò actione, si res sit præsens, sententiæ exequutio

potetit

poterit fieri statim, post lapsum decem dierum; intra quos erat appellandum: si neque fuit petita restitutio in integrum, quia tunc transit in rem iudicatam, *c. cum dilecti de cl. & significa. ut unt. de testam. & instit. de effic. iudic. in princ.*

Quod si sententia lata sit in seruum, differenda esset exequutio, donec rationes administrationis domino reddiderit. *l. 2. C. de bon. proscr.*

34 Sed quæritur, si infra dictum tempus non fit exequutioni demandata sententia, vsque ad quod tempus peti possit eius exequutio.

Respondetur, quod vsque ad triginta annos, & non vltra peti potest. Bald. *in l. debitori vol. fin. C. de pact.* Afflict. *in decis.* 255.

35 Quæritur secundo, an possit aliquando sententia exequutioni mandari non expectato decendio?

Respondetur, posse sententiam exequi infrà decem dies, quando ab ea non est licitum appellare, vt in notorios, vel quando quis est confessus, vel testibus conuictus *c. ei qui app. §. nullus etiam 2. qu. 6. vid. c. Romana §. an autem de app. in 6. & c. specicale §. porro extr. eod.* Et Ratio est, quia illi decem dies post sententiam dantur adhoc vt quis deliberare valeat, non appellare voluerit, *vt probatur in c. anteriorum 2. qu. 6.* quod trans latum fuit in legem *in Auth. collat. 4. de appell. et intra quæ temp. in princ.* Vnde cum in supradictis casibus certum sit, non posse appellari, frustra expectaretur tempus decem dierum, *iuxta tradita in l. aliquando §. fin. ff. ad sen. Velleian. et l. tum hæres § fin. ff. de acquir. hered.*

36 Quæritur tertiò, an sententia executa intra dictum dies in casibus permissis: si postea appelletur intra dictum tempus, sit reuocanda executio iam secuta?

Respondetur negatiuè; quia cum appellari non possit, licitè executio facta fuit, cum propter notorietatem reuocari per appellationem non debet, *c. cum sit, c. peruenit. t. et cap. consuluit. de app.* latè Oldrad. *cons.* 18. Neque in hoc locum habet dispositio *c. non solum de app. in 6.* vbi reuocanda sunt omnia gesta post sententiam intra decem dies, nam procedit generaliter in aliis casibus, in quibus prohibita est appellatio, vt obseruat Gloss & Io. And *ib.*

37 Quæritur quartò, quo iure peti debeat executio sententiæ.

Respondetur posse illam peti dupliciter, per officii Iudicis implorationem, & per actionem in factum, quæ oritur ex iudicato, vt probatur *in l. si prætor in princ. ff. de re iud. et ext. in tit. de sent. et re iud.* vbi DD. sed expedit, vt potius petatur officio Iudicis, quam actione in factum, quia cum executio consistat in facto *l. à D. iu. Pio ff. de re iud.* summariè cognoscit Iudex, tamquam executor. *l. vt proponis C. de exec. rei iud.* Quod non est, si petatur actione in factum, nam tunc tenetur cognoscere in forma iudicij, & non esset amplius executor. *l. edita C. de edend. vers. spectem futura litis, Auth. qui semel C. quomod. et quand. iud. et l. super. de offic. deleg.* Et insuper, si petatur exequutio officio Iudicis magis expedit, quia cum procedat Iudex, tamquam executor, vt diximus, non datur appellatio, *iuxta notata sup. nu. 32.* & ratio est, quia agitur pro sententia exequenda, non ventilanda. *l. 2. C. de execut. rei iud. l. minor. ff. de minor. l. si contra. C. de app. et l. 4. §. ait prætor et § seq. ff. de re iud.*

38 Quæritur quinto, an, qui fuit missus in possessionem alicuius rei per sententiam iniustam, possit illam retinere tuta conscientia?

Respódetur cum distinctione: aut enim bona fide litigauit, & tunc tuta conscientia potest possidere bona, quæ ill' adiudicata fuerunt per sententiam, licet iniustam; aut verò erit in mala fide, & tunc bona restituere tenetur illi, cui per sententiam fuerunt ablata, non obstante sententia, quia illa cum sit iniusta, ius nullum dare, vel auffete potest, etiam quod aduersarius ab ea non appellauerit; nam licet per non appellationem priuetur quis in foro exteriori, iure repetendi rem. In foro tamen conscientiæ interiori re sua non priuatur. *iuxta notata in l. Iulius ff. de conduct. indeb. et in l. ab eo. C. quom. et quand. Iud.* & expressè tradunt Innoc. & Abb. *in c. quia plerique n. 10 de immun. Eccles.* Alex. *in l. nemo potest ff. de legat. 1.* Sot. *de iust. et iur. l. 3. q. 4. art. 5.* Michael Salon. *2. 2. qu. 60. art. 5.* Petr. de Aragon. *ib.* & Greg. de valent. *t. 3. disp. 5. q. 4. punct. 2.*

39 Quæritur sextò, quæ sententia dicatur iniusta ad effectum prædictum?

Respondetur, quod iniustitia sententiæ prouenit, potest ex defectu cuiuslibet ex requisitis, de quibus egimus *sup. subsect. praced. per tot.* vbi de nullitatibus sententiæ actum fuit; quæ originem ducunt ex quinque necessitatis Iudici, adhoc vt rectè iudicet, ex quibus tanquam ex quinque fontibus profluunt; quæ quidem requisita habere debet Iudex si rectam sententiam proferre voluerit, scilic. *potestatem iudicandi; Veritatem; Formam iuris; scientiam: et Animæ puritatem.* Sunt autem omnia prædicta quinque adeo necessaria ad sententiæ prolationem, vt sine quolibet ipsorum, ea in rigore valida non existat, & Iudex peccabit mortaliter.

40 De potestate, quæ requiritur in Iudice, expressè docet S. Thom. *2. 2. qu. 60. art. 2. vt qu. 67. art. 1.* vbi Caietan. & Alii, Sot. *de iust. d. l. 3. q. 4. art. 2. & 6. & lib. 5. qu. 4. art. 2.* & Sayr. *in Clau. Reg. l. 12. c. 7. per tot.*

41 De veritate, quam Iudex sequi debet in sententiam proferendo, tam in criminalibus quam in ciuilibus, quæ esse debet iuxta conscientiam publicam, non priuatam, itaut iudicare teneatur, secundum allegata, & probata, etiam contra veritatem sibi priuata conscientia notam; satis dictum est supra *sad. p. 2. sect. 3. subs. 3 nu. 30.* cum pluribus Doctoribus ibi citatis, quos addire non erit inutile.

42 De forma iuris, quæ requiritur in Iudice ad rectè sententiam proferendam, quæ vel præcipuè consistit in quinque, scilicet in substantia sententiæ, In modo procedendi, In tela iudicij; In quantitate, & qualitate pœnæ imponendæ; & vltimò in vi executionis; agunt Doctor. apud Sayr. *l. 12. cap. 9. 10. 11. & 12.* vbi latè, & Speculat. *de exequut. sentent. per plures Parag.*

43 De scientia necessaria Iudici ad rectè iudicandum, *agunt per DD. in cap. non est sine culpa de regul. iur. in 6* & per S. Antonin. *par. 2. tit. 5. cap. 6. §. 4.* Nauar. *in cap. inter verba 11. qu. 3. concl. 18.* Adrian. *Pap. VI quodlibet. 10 artic. 3. litt. G. & litt. H.* & Alios multos.

44 De Vitæ tandem, seu Animæ puritate, quæ similiter requiritur in iudicio, si rectè sententiam proferre voluerit, agit S. Thom. *2. 2. qu. 60. art. 2* Sayr. *loc. cit. d. lib. 12. cap. 13. nu. 2. cum seqq.*

His supra notatis deficientibus, semper sententia iniusta dicetur: & inualida; & ita etiam si quodlibet ipsorum seorsim deficiat, vt apud omnes est in confesso.

45 Quæritur septimò, an sententia iusta obliget in foro conscientiæ? & Ratio dubitandi duplex est, vnum quia sicut lex obligat in conscientia, ita sententia, quia dicitur custos legis, & lex animata S. Thom. *2. 2. qu. 60. art. 1.* tum etiam quia cum Iudex authoritatem habeat ad condendum secundum leges, si contra eas sententiam ferat, iniustè agit, & sic ex ea iniusta, nulla videtur oriri vis obligandi in conscientia.

Respondetur, cum communi Doctorum opinione, quod cum sententia dici possit iniusta ex triplici capite, scilicet vel quia ex iniusto animo Iudicis, puta ex odio, aut fauore procedit, licet secundum ius & veritatem iudicet; Vel secundò, ex ordine, puta quia ordinem Iuris omittit; Vel tertiò ex natura rei, & causæ, vt si contra veritatem facti pronunciet, etiam si secundum allegata, & probata, & seruato iuris ordine proferat; si prolata sit cum iniustitia ex secundo, & tertio capite, nimirum ex omissione ordinis iuris, qui est simpliciter necessarius; vel ex natura rei, & causæ, contra veritatem facti, nulla est sententia, nec obligat in conscientia, neque aliquem in conscientia tutum reddit. Ita S. Thom. *2. 2. qu. 60. art. 5. ad primum, & qu. 7. art. 4. ad secundum*, vbi ait iudicium iniustum non esse iudicium; Sotus. *de iust. l. 3. qu. 4. art. 5.* Petr. de Aragon. *2. 2. qu. 6. art. 5.* Valent. *tom. 3. disp. 5. q. 4. punct. 2.* Rodriquez *in tract. de ordine iudiciali. c. 14. conclus. 5. et Alij.* Qui dicunt secus esse in foro exteriori, in quo attenditur plus probatio iuridica, quam veritas causæ.

46 Quæritur octauò, an semper Iudex teneatur iudicare secundum leges, itaut ad vnguem seruare teneatur verba legis, an verò liceat aliquando vti epicheia, & sic omissa littera, & rigore legis, iudicare possit, secundum æquitatem, & dictamen rationis?

Respondetur, quod quotiescunque ex obseruatione legum humanarum nullum inconueniens, aut repugnans legi Diuinæ, vel naturali sequitur, tunc Iudex secundum illas iudicare tenetur, etiam si sit Princeps supremus. ita Diu. Aug. *libr. de vera religione capitul. 31. circ. med.* quem citat, & sequitur

quitur Diu. Thom. 2.2.q.60 *art.5*. vbi Salon & Arragon. Sot. *d.l.3.de iust.q.4.punct.2.* Valen. *vbi sup.*

Quando verò ex obseruantia legum, secundum eorum verba, sequeretur aliqua iniustitia, vel iniquitas, ratione temporis, loci, vel personæ, tunc Iudex etiam inferior, non solum non tenetur iudicare, secundum verba legis, imò potius secundum, æquitatem, epicheiam, & dictamen rectæ rationi debet iudicium ferre, ita D. Thom. *loc. c.d. art.5. ad secundum*, Salon. & Petr. de Arragon. *ib.* Sotus. *vbi sup. d.qu.4. art.3.* & Alii. Et Ratio est, quia lex est regula, & explicatio iusti Iudex autem est iustitiæ custos, vt supra dictum est: vnde quando ratione alicuius circumstantię obseruantia legis esset contra ius naturale, non est amplius seruanda, sed potius est iudicandum secundum æquitatem, quæ est secundum mentem legislatoris; Ratio autem rationis est, quia si lex iniqua sit, vel simpliciter ex se, vel ex aliqua circumstantia non dicitur amplius lex, neque regula, quæ actiones hominum rectè dirigit, sed potius corruptela, vt docet S.Th. *1.2. qu 96. art.4. & 9.*

47 Vnde DD. afferunt aliquos casus, in quibus nullo modo iudicare debet Iudex secundum legis verba, sed secundum æquitatem per Epicheiam.

Quorum Primus est generalis, quando scilicet lex, aut simpliciter, aut ex aliqua circumstantia loci, temporis, vel personæ redditur iniqua, vt dixim.

Secundus est, quando in aliquo casu obseruantia verborum legis cederet in damnum boni communis; prout si esset lex iubés, vt tempore obsidionis Ciuitatis, portę ipsius nullo modo aperiantur: tali casu si ciues foris essent, & confugerent ad illam, & nisi ingrederentur citò perirent: tunc obseruantia legis in detrimentum boni communis cederet, quia ciuitas defenditur à ciuibus, & ob id ciues sunt seruandi, vnde si non aperirentur portæ, esset facere contra mentem legislatoris, quæ fuit, vt saluarentur ciues per illam legem.

Tertius est, quando prudenter iudicari potest, quod si in aliquo casu adesset legislator pręsens, aliter iudicaret, quam verba legis statuunt; prout accidit in lege Ecclesiastica præcipiente, vt diebus festis quilibet fidelis audiat Sacrum si inueniatur maritus austerus, qui minetur vxori graue malum, si de domo egrediatur quacumque de causa, tunc vxor non tenetur ad Sacrum audiendum; & sic de reliquis.

Quartus est, quando ex obseruantia verborum legis corrumperetur mens & animus legislatoris, *iuxta text. in l. contra, & l. si quis at. ff. de legib.* vbi habetur, quod in legem peccat, quicumque verba legis amplexus, contra legislatoris nititur voluntatem: & ibi Gloss. affert multa exempla de fraudibus in legem, vt de re ad rem, si quis dat filio familias mutuo non pecuniam sed aliud in fraudem. *l. item si filius familias §. mati. ff. ad Macedonian.* Quandoque de persona ad personam, vt si donare volens vxori, supponat alium, qui donet in fraudem. *l. si sponsus in princ. ff. de donat. int. vir. & vxor.* Vel instituere volens hæredem filium spurium instituit alium, qui illi restituat hæreditatem in fraudem. *l. non intelligitur §. 1. 2. & 3 ff. de iur. fisc. & instit. de fideicom. haredit. in princ.* Et aliquando de contractu ad contractum, vt si volens donare vxori, fingat venditionem in fraudem *l. prædicta si sponsus. §. circa*, & sic de reliquis.

Quintus casus est, quando Princeps, seu legislator ex aliqua iusta causa dispensat in lege scripta, tali enim casu non secundum verba legis scriptę iudicandum erit, sed secundum mentem Principis dispensantis, vt si insignis artifex committeret homicidium, per quod secundum leges veniret suspendendus tunc esset potius iudicandum, secundum dispensationē Principis, quia mens illius est, vt talis homo saluaretur, tamquam vir Reipublicæ necessarius *arg. l. ad Bestias. ff. de panis*. Et idem est, si esset alio modo Reipublicæ vtilis, ob aliam causam, quia tunc iniquum esset iudicare secundum leges. Extra verò prędictos casus, semper tenetur Iudex sententias ferre, & iudicare, secundum leges scriptas, aliter iniustè ageret, & grauiter peccaret; vt colligitur ex traditis per Diu. Thom. *1.2. d.q.96. art.6. & 2.2. qu.60. art.5.* & ibi Caietan. Bannes. *2.2. qu.58. art.5. & qu 60. art.5.* & ibi Arragon. & Salon. Valentia *tom.3. disp.5. qu.4. punct. 2.* Sotus *l.1. de iustitia qu.6 art.8. & l.3. qu.4. art.5.* & Alios communiter.

48 Quæritur nonò, an liceat Iudici sententiam à se latam corrigere, vel mutare, aut declarare?

Respondetur cum distinctione, aut enim est iusta, aut iniusta. Primò tam si sententia sit rectè lata, & iusta, non poterit Iudex illam corrigere, vel mutare. *c. quod benè 6. qu.4. & in litteris de offic. delegat. l. Iudex posteaquam, & l. cum quærebatur. ff. de iud. & l. Iudex ff. de re iud.* & tradit Alex *consil. 118. vol. 3. quod incipit. omnis vis.* Poterit tamen eadem die qua tulit eam supplere in his, quæ spectant ad consequentiam illius, vt si de fructibus, sumptibus, & similibus fuit omissum. *l. Paulus ff. de re iud. l. illud §. fin. ff. de adilit. edict.* Speculator. *libr. 3. de dispu. & allegat. aduocat. §.6. nu.11. & de sent. §.5. nu.10.* Et similiter poterit eadem die corrigere illam, quoad grammaticam, & ornatum verborum mutare, dumodo sententia in substantia non mutetur. *l. alterum. ff. de re iud. & l alienationis §. ult. ff. de verb. signif.*

49 Secundò verò casu, si Iudex ordinarius, postquam sententiam tulerit, esse nullam, & iniustam competerit, poterit non solum corrigere, & emendare, verum etiam à capite incipere, & aliam ferre. *l. si Præses C. quomod. & quand. Iud. l.4. C. de accusat.* & tradit Specul. *d.§.5. num.10 in med & num.12. in princ.* Ioann. Andr. *in d.c. in litteris vers. sanctus, & vers. sed si causa de offic deleg.* & ibi etiam Decius, & Alii. Imò potest etiam eius successor. *c. quod quis 3. qu.* ... *l.4. ff. de inter. act. & lib.1. C. de sent. & interl. omn. iud.* Delegatus autem non potest, quia functus est officio suo, & post prolationem sententiæ desinit esse Iudex. *l. qualem in fin. ff. de arbitr. d.l. Iudex ff. de re iud. & d. c. in litteris* sed benè poterit tunc emendari per superiorem. *l. si vt proponis C. quom. & quand. Iud.*

50 Est tamen notandum, quod licet iudex non possit sententiam suam corrigere, vel mutare, vt dictum est, ipsam tamen obscuram benè poterit declarare, etiam ex interuallo. Bald. *in l. heredes palam §. sed si notam ff. de testib.* vbi declarat quando, & quomodo hoc intelligi debeat; dummodo tamen adhuc duret eius officium, toto enim tempore officij poterit declarare, secus post. Brunor. *in tempead. resolutionum in verb. Iudex* Imò, (quod magis est,) poterit illam declarare eius successor in officio, ex coniecturis, secus sine eis. Suarez *comm. opinion. in verb. sententia declarari*. de qua materia vid. Fel *in c. qualiter, & quando de accusation.*

An autem debeat declarari per Acta probatoria, vid. Machesila. *in suis notalib. notabil. 142. incip. nota quod illud.*

51 Ex dictis sequitur notandum, quod licet interlocutoria possit contrario Imperio reuocari, *iuxta textum in l. quod iussit. ff. de re iudic. & capitul. cum cessante de appellation.* hoc tamen non procedit, quando illa fuisset bis confirmata, quia per binam confirmationem effecta fuit irreuocabilis, secundum Gloss *in Clement. fin. vers. super eo in fin. de appellation.* Quod est menti tenendum, quia quotidie accidit, vt litigantes habeant interlocutorias contra se, quæ postea fuerunt confirmatæ, & hoc non obstante petunt illas contrario imperio reuocari.

52 *Quoad septimum, & vltimum,* In quibus scilicet casibus sententia non transeat in rem iudicatam, & consequenter, etiam quod sit facta executio retractetur, erit prænotandum, quod multi sunt casus, in quibus sententia diffinitiua statim transit in rem iudicatam; Alij sunt, in quibus non statim, sed post decem dies; & Alii, in quibus numquam transit.

Primus igitur casus, in quo statim sententia transit in rem iudicatam, & sic ipsa executioni mandatur, est sententia excommunicationis, quia trahit secum executionem *cap. pastoralis de appell.* mandatur enim executioni, quando publicatur Abb. *in tract. de ord. iudiciario c. h. art.18. col.5.* vt dix. *sup. num. 25.*

Secundus, quando excommunicatus persistens in excommunicatione, & contumacia per annum, aggrauatur, vt crescente contumacia crescat, & pœna. *vt in capitul. quoniam in fin. vt lit. non contest. capitul. Clerici de cohab. Cler. & mul. capit. quia 50. dist. c. quando ad fin. 2 qu.5.*

Tertius, in sententia interdicti, quia trahit similiter secum executionem, sicut excommunicatio, cum publicatur, vt *in d. c. pastoralis, & c. adhoc. de appell.* Sed quoad effectum deuolutiuum secus. *c. peruenit eod. tit. c. fin. de except. & cap. venera in fin. 2 qu.9.*

Quartus est, in causa commissa per Principem, cum clausula.

fula. *appell. remota. c. pastoralis prae. de appell. cap. pastoralis §. praterea in offic. ne leg. l. b. 1. in fin. & ibi* Glos. & Bart *§. n quib. app. non lic.*

Quintus est, in causis no orijs. *c. cum sit infin. c. peruenit, & cap. consuluit. eo. t. de appell. & cap. romana §. si autem de appell. in 6. & dictum est supr. num. 35.* Alios casus enumerauimus *sup. n. 27.*

Et regulariter omnes casus, in quibus non admittitur appellatio; de quibus dicemus *infr. seq. part. 3. vbi de app. agendum erit*, in illis enim, vt plurimum statim fit executio sententiæ, etiam non expectato decemdio, quia frustra expectatur tempus, quod prodesse non potest. *l. aliquando § fin. ff. ad Vellean. & l. cum heres. §. fin. ff. de acqu. hered.*

51 Alij verò casus, in quibus sententiæ non statim transeunt in rem iudicatam, sed post lapsum decem dierum, sunt omnes illi, in quibus licitum erit appellare, vt dictum est *sup. in princ.* vnde regulariter omnis oppressus, seù iniustè grauatus, quicumque ille sit, appellare poterit, *vt c. omnis oppressus, & c. adeo. 2. qu. 6. cap. vt debitus de app.* & in omni causa, & ex omni grauamine appellari potest, n si vbi prohibita sit appellatio. *arg. c. Romana § cum autem de app. in 6.* Glos. *in l. qui restituere. ff. de rei vendicat.*

Et generaliter ab omnibus, tam delegatis quam ordinariis, *c. 1. & cap. ad romanam 2. qu. 5. cap. cum sit romana de appell.* nisi in rescripto delegationis remota sit appellatio per Principem, vt supra dictum est, Et quidem facile erit cognoscere, qui sint casus prædicti, in quib. appellare permissum est, & consequenter in quibus sententiæ faciunt transitum in rem iudicatam, post decem dies ad appellandum concessos; si videantur casus, in quibus prohibita est appellatio, quos sequenti *part. 3.* ponemus, vt dix. quia viso vno de contrariis, videtur, & reliquum, *c. sicut 86. dist. l. 3. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. instit. eod. tit. in princ.*

54 Casus denique, in quibus sententiæ non transeunt in rem iudicatam, id est quæ non recipiunt vires rei iudicatæ per lapsum decem dierum, in quibus non fuit appellatum, & sic firmæ remanent, & executioni mandandæ, *ad tex. in c. quod consultation. de sent. & re iud. & Auth. hodie C. de app.* Vel quando fuit quidem appellatum infra decem dies, sed quia non fuit prosequuta appellatio, remanet ea deserta. *Auth. ei qui appell. C. de temp. app.* & de iure Regni *habetur in constitut. Appellatio-num temporum*; Et tunc res iudicata pro veritate habetur. *l. res iudicata. ff. de regul. iur.* cum faciat de falso verum, et de albo nigrum, et de non ente ens, vt inquit Ias. *in l. Iulianus in 2. ff. de condict. indebit.* Sunt, inquam, multi, quos quidem diuersi Doctores per ordinem enumerant, vt facit Glos. *fin. in c. inter monasterium de sentent. & re iud.* Abb. *in d. tractat. de ordine iudiciorum d. rbant. 18. col. 3. 4. & 5.* et Alij penes Mar. *in Spec. aur. cap. 6 act. 1. tertia partis vers. & demum fertur sentent.* vbi 24. casus affert, *à nu. 140. cum seqq.* Nos autem paucos enumerabimus, sed in dies magis practicabiles, à Speculat. depromptos, Quorum,

55 Primus est, quando sumus in sententia interlocutoria, à qua si non appellatur intra decem dies, respectu Iudicis, non transit in rem iudicatam, nisi sit ei specialiter inhibitum, per text. *in c. non solum de app. in 6.* quia Iudex, etiam post lapsum decem dierum habet facultatem illam reuocandi, *cap. cum cessante de appellationib. c. afferte de præsumption. & l. quod iussit ff. de re iud.* respectu tamen partis transit in rem iudicatam, si non appellat intra decem dies, *c. cum dilecti in fin. de elect.* Speculator, *l. 2. de except. & replic. §. 4. nu. 54.*

56 Secundus est, quando ex obseruantiæ sententiæ, eiusq; executione oritur periculum animæ, tunc enim non transiret in rem iudicatam; vt si feratur contra matrimonium. *cap. lator. de sent. & re iud.* vbi Glos. *in verb. insinuatione*, simile habetur *in c. consanguinei eod. tit. & in cap. sicut. de testibus & c. inter dilectos. de donat. & cap. cum super de concess. preb. & cap. loci § his itaque in fin. 35. quæst. 5.* Iason. *in l. admonendi. ff. de iureiur.*

57 Tertius casus est, quando agitur de nullitate sententiæ per aliquod ex capitibus per nos supra notatis, quia tunc generaliter omnis sententia nulla, numquam transit in rem iudicatam, et consequenter poterit semper retractari. *textus est singularis in l. si expressim. ff. de app.* vbi Glos. et Bart. late. sed infra 30 annos retractanda est, non vltra, vt alibi supra dictum est, et latius dicemus infra *part. 3. sect. 1. de app. num. 45. cum seqq.*

A

Secus tamen est vbi esset periculum animæ, nam tunc posset in perpetuum retractari. ita Cardinal. *in Clement. 1. qu. 14. de re iudic.* Bald. *in l. data opera col. 15. in fin. vers. sed quid si bannitus C. qui accusar. non poss.* Salicet. *in l. si præses. C. quom. & quand. Iud.*

58 Quartus est, in sententia excommunicationis, quæ numquam transit in rem iudicatam propter periculum animæ, quoad publicam vtilitatem; non verò, quoad priuatam, quia bene transit *tex. est in c. ad reprimendam*, vbi Glos. *in verb. ad reprimendum, & ibi DD. de offic. ord. & in c. venerabilib. de sent. exc. in 6.* Abb. *in d. c. consanguinei de sent. & re iud. col. pen.* vbi ait idem esse in sententijs aliarum censurarum.

59 Quintus est, quando sententia lata est de consilio alicuius Doctoris, quia quandocumq; apparebit per consilium alterius melius sentientis, quod non fuit rectè iudicatum, semper illa retractari poterit. Ias. *in l. admonendi. col. 21 ff. de iureiur.* Alex. *in l. si ab hostibus col. 3. ff. sol. matrim.* Butr. *in c. propos uisti de probat.* Roman *cons. 228 col. fin.*

60 Sextus casus est, in causa beneficiali, nam sententia lata super beneficio Ecclesiastico non transit in rem iudicatam, quoad præiudicium superioris. *c. cum Bertoldus de sent. & re iudic.* et ibi DD. Sed bene transit, quoad ipsas partes. *c. cum dilectus de election. c. ad audientiam de rescript.* Glos. et Abb. *in c. 1. de concess. preben.*

61 Septimus est, in sententia lata per probationes testium deponentium de crudelitate. Iason. *in rubr. ff. de iureiur. col. fin.* Butr. *in d. c. propos uisti. de probat.*

62 Octauus est, in sententia lata ex probationibus præsumptiuis, prout ex præsumptione Iuris. *l. si qui adulterij. C. ad leg. Iul. de adulter.* Roman. *in leg. cum quidam § quod dicitur. ff. de acqu. hered.* Alex. *in d. l. si ab hostibus.*

63 Nonus est, in omni sententia lata ex probationibus priuilegiatis, quæ numquam transit in rem iudicatam, & sic semper retractari poterit. Felin. *in d. caput propos uisti col. pen. de prob.* Ias. *in d. l. admonendi col. 19. ff. de iureiur.* Alex. *in d. l. si ab hostib.*

64 Decimus est, in sententia, quam ille, qui pro se habuit, dicit esse iniquam, nam semper retractari poterit, quia confessio partis tollit omnem vim iudicati, Iason. *in d. l. admonendi col. 4. vers. ego inter alios. et in l. si duo §. idem Iulianus not. 6. ff. de iureiur.* Innoc. *in c. quia plerique col. 1. de imm. eccles.* Butr. *in c. at, qui fidem de sponsal.* vbi Abb. *et in c. quanto de præscr. et in c. 1. in fin. de concess. preb.*

65 Vndecimus est, in sententia lata ex probationibus a iure reprobatis, prout per duellum, per ferrum candens, & huiusmodi; nam non transit in iudicatum, & ea nulla ipso iure. Bald. *in l. libertorum. C. de testib.*

65 Duodecimus est, in sententia ex iniquis probationibus lata, cuius iniquitas apparet, vel colligitur ex eiusdem tenore *c. inter cæteras de sent. & re iud.* vbi DD. Innoc. *in d. ca. cum Bertoldus eod. tit.*

67 Decimus tertius est, in sententia confiscationis bonorum in casibus prohibitis *per Auth. bona damnatorum, C. de bon. proscrip.* nam talis sententia non transit in rem iudicatam. Bald. *in cap. 1. col. 4. vers. sed pone Iudex de pac. tenend. in vsib. feud.*

68 Decimus quartus casus est in omni sententia venali, hoc est quæ lata fuit per Iudicem, mediante pecunia corruptum, & subornatum, *l. venales. C. quand. prouoc. non est nec.*

69 Decimus quintus est in sententia lata in causa matrimoniali. *cap. lator, cap. consanguinei, & c. tenor.* vbi Gloss. Abb. & Felin. *de sent. & re iud.* Glos. *in lib. 3. § pen. ver. agatur ff. de iureiur.*

70 Decimus sextus est in sententia lata ad consilium peritorum, & expertorum in arte, nam neq; transit in rem iudicatam. Alex. & Bald. *in d. l. si ab hostibus col. 3. ff. sol. matr.* Felin. *in d. c. propos uisti col. pen. vers. quarta conclusio. de prob* Ias. *in d. l. admonendi col. 10. & 22.* vbi limitat, quando essent sumpti ipsi experti de communi consensu partium. latè Ridolph. *in Prax. p. 1. c. 8. n. 122. cum plur. seqq* vbi plures declarationes, & subdeclarationes affert, iuxta mentem Sac. Rotæ Rom.

71 Decimus septimus casus est in sententia mercatorum, quæ non transit in rem iudicatam, ob mox dictam rationem, quia censetur sententia lata iudicio expertorum, Afflict. *decis. 33.*

72 Sunt

72 Sunt tamen hic aduertenda duo. Primum eſt, quod quando ſententia eſt talis, quæ non tranſit in rem iudicatam, Iudex, vel eius ſucceſſor poteſt illam corrigere, vel de nouo ferre. *c. quod quis. 35. q. 1. l. ſi praſes. C. quom. et quand. Iud. l. 1. C. de ſent. et l. 4. ff. de interrogatur. act* dummodo ſit Iudex ordinarius, non delegatus, vt notatur *in c. in literis. de offic. deleg. c. conquerente, et c. paſtoralis. de offic. ordinar. l. 4. C. quom. et quand. Iud.*

73 Secundum eſt, quod in omni ſententia, quę non tranſit in rem iudicatam, vtile erit appellare infra decem dies in caſibus, in quibus appellari poteſt, quia aliàs toleretur remedium deuolutiuum per lapſum decem dierum, & ſic non poſſet haberi recurſus ad Iudicem appellationis pro reuocatione ſententiæ, ſed tantum poterit peti coram eodem Iudice retractatio, vel eius ſucceſſore per viam querelæ. Gloſ. *ſingularis eſt in d. c. ad reprimendum in ver. ſuſpendatur de offic. ordinar.* vbi Abb. *notat. et in cap. conſanguinei prae. col. pen. et fin. de ſent. et re iud. et in cap. ex parte colum. 4. verſ. concludo breuiter. de reſtit. ſpoliat.* Felin. *in dict. c. later col. 4. et 5. verſ. tertia declaratio. de ſent. et re iud.*

PRAXIS PROCESSVS.

---

74 Continuando ſequentia cum præcedentibus præſertim *n.* 80. *et* 81. antecedentis *ſubſect.* 5. dico, quod ſi contingat fieri executio ſuper bonis Rei conuenti debitoris, vigore ſententię, ſolet procedi ad venditionem ipſorum, adhoc, vt creditori ſatisfieri poſſit pro ſumma ſibi debita; & tunc ſit decretum pro ſubhaſtandis illis tali, vel ſimili modo, vt ſequitur, videl.

Decretum ſubhaſtationis bonorum exequutorum.

Qui N. &c. in cauſa N. de N. cum N. de N. occaſione, de qua in actis, &c. mandauit fieri prima bannimenta, ſeu primam ſubhaſtationem ſuper bonis dicti N. de N. exequutis, ad inſtantiam dicti N. de N. in forma, &c. & in locis ſolitis, & conſuetis, iuxta morem, etc. omni modo, etc.

Et idem decretum fieri poterit poſtea in ſecunda, & tertia ſubhaſtatione, ſeù bannimenta, mutatis verbis: *mandauit fieri ſecunda vel tertia bannimenta, ſeù ſecundam, vel tertiam ſubhaſtationem*, iuxta ſtylum Curiæ, & loci conſuetudinem.

75 Solent aliquando euenire, vt aliquis tertius opponat aliquod releuans ſuper executione iam facta, & tunc Iudex debet cautè, & maturè procedere, ne ex cauſa vnius, alter præiudicium recipiat, contra omnem iuris diſpoſitionem. Poſtquam autem cognouit ſuper meritis oppoſitorum, poteſt interloqui hoc, vel ſimili modo, videl.

Decretum ſuper exequutione iam facta.

Qui N. & c. ſedens, et c. Viſis, et c. dixit, exequutionem factam per N. ſuper bonis talibus N. fuiſse, & eſſe ritè, & rectè factum, & ſecundum ſtylum, & c. & proinde fore, & eſſe procedendum ad vlteriora, et ita, & c. omni modo. &c.

Quod ſi opus fuerit pronunciare, fuiſſe malè factam, dici poterit: *exequutionem factam per N. ſuper tali re non fuiſſe, nec eſſe ritè, & rectè factam, ac ſecundum ſtylum, &c. ideo nullam declaramus omni modo, &c.*

76 Expletis ſubhaſtationibus primis, & ſecundis, in quibuſdam locis fieri ſolet mandatum dominio bonorum executorum ad reluendum bona executa; & in aliis locis fit ſtatim ac bona executa ſunt, ante decretum ſubhaſtationis infraſcripto, vel ſimili modo, videl.

Mandatum ad reluendum.

Vobis omnibus, & ſingulis Exequutoribus noſtræ Curiæ ſalutem, &c.

Tenore præſentium præcipimus, & mandamus, quatenus viſis præſentibus, & poſtquam pro parte noſtra, & ad Inſtantiam N. ſiue, &c. fueritis requiſiti, vel ad veſtram notitiam deductum fuerit ſiue alter veſtrum fuerit requiſitus, ſub pœna ſcut. tot... applican. &c. debeatis, & quilibet veſtrum debeat citare, te monere N. de N. vt infra triduum præciſè, &c. reluere, & reluere ſibi habeat et debeat bona contra ipſum exequuta per N de N. occaſione, etc. alias etc. Quoniam, etc. citetur, et referatur, etc. Datum, etc.

Vel alio modo, videl.

Ponatur Titulus dignitas, etc. poſtea ſit.

Per vnum ex ſeruientibus noſtræ, vel quarumuis Curiarum, etc. Ad omnem inſtantiam N. ſiuè, etc. citetur moneatur et requiratur N. de N. quatenus infra triduum præciſè et peremptoriè accedat ad reluendum, ſeù reluat, et reluere habeat, et debeat bona contra ipſum exequuta, etc. quoniam, etc. citetur, et referatur, etc. Datum, etc.

77 Relatione per Curſorem facta, et elapſo triduo fieri ſolet decretum, in quo conceditur facultas vendendi, infraſcripto, vel ſimili modo, videl.

Decretum licentia de vendendo bona exequuta.

Qui Dominus N. etc. in cauſa N. cum N. viſa exequutione facta ſuper bonis N. viſa citatione, ac relatione mandati de reluendo viſiſq; etc. ſedens, etc. licentiam conceſſit vendendi dicta bona N. exequuta per N. legitimis tamen ſubhaſtationibus, ſeù bannimentis præcedentibus, quibus factis bona prædicta vltimo licitatori plus offerenti dimitti, et relaxari mandauit, et de pretio dicto N. creditori ſatisfieri, et ſi reliquum quidquam fuerit reſtitui dicto N. debitori, ſi vero defecerit, iterum exequi decreuit, et ita etc. omni, etc.

Vel ſub alia forma, iuxta loci ſtylum, videlic.

Et per Curiam Epiſcopalem N. eiuſque Reuerendiſſ. D. Vicarium Generalem fuit conceſſa, prout conceditur licentia vendendi bona de ius mandato, et ad inſtantiam N. exequuta contra N. legitimis tamen ſubhaſtationibus præcedentibus, quæ vltimo licitatori plus offerenti licentientur, et relaxentur, et de pretio dicto N. creditori ſatisfiat, ac ſi quid reliquum fuerit reſtituatur dicto N. debitori; ſi verò defecerit, iterum exequatur, etc. et ita per hoc ſuum, etc. Prouiſum, etc.

78 Deinde fiunt ſubhaſtationes, ſeù bannimenta more ſolito, et interponitur decretum ſuper deliberatione bonorum ſubhaſtatorum, tali, vel ſimili modò, videl.

Decretum deliberationis.

Et per Curiam Epiſcopalem, etc. viſis ſubhaſtationibus, et quod N. plus obtulit bonis, de quibus in prædictis ſubhaſtationibus, ipſi N. oblatori plus offerenti dicta bona fuerunt deliberata, prout deliberantur, inſtrumentumq; deliberationis, et aliud quodcumque neceſſarium, fieri decernitur; et ita per hoc ſuum, etc. Prouiſum, etc.

vel alio modo videl.

Qui N. etc. in cauſa N. de N. cum N. de N. viſis Bannimentis, ſeù ſubhaſtationibus, et quod N. tali plus obtulit bonis, de quibus in bannimentis, ſeu ſubhaſtationibus prædictis ipſi oblatori plus offerenti dicta bona deliberauit, inſtrumentumque deliberationis, aliudque neceſſarium, et opportunum fieri iuſſit, omni modo, etc.

79 Verum quia aliquando occurit, vt fiant bannimenta, ſeù ſubhaſtationes, & nemo compareat ad offerendum pretium, et qui emere velit bona, quæ ſub haſta venduntur, vel propter reſpectum, vel propter timorem Domini, cuius ſunt bona, Tali caſu adiudicari debent creditori pro menſura debiti, mediante appretio expertorum, et ſit infraſcriptum, vel ſimile decretum, videl.

Decretum Adaocationis.

Per Curiam Epiſcopalem N. eiuſq; Reuerendiſſimum Dominum Vicar. General. Viſis Actis, ex quo bona ad inſtantiam N. contra N. executa vigore ſententiæ, aliàs latæ ſub die tali.. menſis talis..... expoſita ad incantandum, et factis legitimis ſubhaſtationib. non fuit repertus emptor; fuit prouiſum, et decre-

et decretum, quod bona ipsa adiudicentur, prout adiudicantur dicto N. creditori pro summa ducatorum centum octuaginta quinque in satisfactionem eius crediti, iuxta appretium, et æstimationem per expertos electos factam. Et ita per hoc suum, &c. Prouisum, &c.

80 Electio autem expertorum fieri solet mediante tali, vel simili decreto, videl.

Decretum electionis expertorum.

Et per Curiam N. &c. visis actis, &c. fuit prouisum, & decretum, quod eligantur quatuor experti ad effectum æstimandi, & appretiandi bona N. N. N. talis de tali executa ad instantiam N. de N. Vigore sententiæ, de qua in actis, &c. infra terminum dierum trium, duo ex parte N. creditoris, & duo ex partem N. debitoris, qui iuxta verum valorem æstimare teneantur suam conscientiam onerantes, &c. alias, &c. & ita &c. hoc suum, &c. Prouisum, &c.

Vel alio modo, videlicet.

Qui N. &c. in causa N. cum N. occasione, &c. Visis subhastationibus, & quod nemo comparuit ad offerendum mandauit quod ambæ partes eligant duos, vel plures expertos, qui secundum conscientiam æstiment bona ad effectum adiudicandi N. creditori pro mensura debiti, iuxta sententiam latam d. e... omni modo, &c.

81 Si verò vna pars elegerit, altera verò non, poterit fieri electio, vel per ipsum Iudicem ex officio; vel poterit confirmare electos ab vna parte; melius tamen erit si ipse eligat, mediante tali, vel simili decreto, videlicet.

Decretum electionis expertorum ex officio.

Et per Curiam N. etc. visa contumacia N. de N. non eligentis suos expertos ad faciendum appretium bonorum N. N. executorum in vim sententiæ, & c. fuit prouisum, & decretum, quod confirmentur, prout confirmantur N. & N. electi pro parte N. & pro reliquis duobus ex officio eliguntur N. & N. qui quidem simul secundum propriæ conscientiæ dictamen, æstimationem dictorum bonorum faciant, & de vero valore relationem conciant ad finem, &c. & ita per hoc suum, &c. Prouisum, &c.

82 aliquando peti solet reuisio calculorum, allegando errorem calculi, maximè in taxatione fructuum, & interesse, vel alterius rei; & tunc Iudex debet mandare, vt reuideantur computa, vel aliquid aliud, & fit decretum, vt infra, vel simile huic, videlicet.

Decretum Reuisionis Calculorum.

Per Curiam N. & c. in causa vertente inter N & N. occasione, prout in actis, & c. Visa petitione N. instantis reuideri computa, aliàs facta, sub die.... in eadem causa, & mediante decreto, propter calculorum errorem, fuit prouisum, & decretum, quod prædictam computa inter dictas partes die prædicto cum interuentu N. & N. facta, iterum calculentur, & reuideantur, & interim supersedeatur in executione; donec, & c. prout calculari, reuideri, & supersederi mandatur, & c. et ita per hoc suum, & c. Prouisum, & c.

Vel sub alia forma, videl.

Qui, N. & c. in causa N. de N. cum N. de N. occasione, &c. Dato sibi sumo de errore calculi, mandauit, dictum calculum inter dictas partes die tali... cum interuentu. N. & N. factum reuideri. & interim, etc. omni modo, etc.

83 Idem ordo seruari poterit, si petatur reuideri aliquid aliud releuans, et præiudiciale, vel ipsamet sententia, si dicatur de ipsius errore; et tunc semper dari solet terminus ad iustificandum, et impugnandum vtrique parti communis, mediante infrascripto, vel simili decreto, videl.

Decretum Termini ad iustificandum, & impugnandum.

Et per curiam N. etc. Visa petitione facta per N. super reuisione talis rei.., vel sententiæ latæ sub die tali, etc. in causa in ipsa Curia vertente inter ipsum instantem, et N. de N. occasione, de qua in actis, etc. ob assertum errorem, etc. fuit prouisum, et decretum, quod detur, prout præsenti decreto datur terminus dierum tot.... vtrique parti ad iustificandum, et impugnandum respectiuè, et ita per hoc suum, etc, Prouisum, etc.

Vel in alia forma, videl.

Qui N. etc. in causa N. cum N. occasione, etc. terminum statuit tot.... dierum vtrique parti ad iustificandum, et impugnandum respectiuè omni modo, &c.

84 Facta postea discussione summariè super petitis, et allegatis interloqui poterit, prout occasio postulauerit, tali, vel simili modo, videlicet,

Decretum super reuisione sententiæ uel alterius euidentie.

Per Curiam N. etc. visis actis omnibus, et maturè discussis vltimo hinc inde per ambas partes deductis, et consideratis considerandis, etc. fuit prouisum, et decretum fore, et esse procedendum ad vlteriora in exequutione iam suspensa, ob assertum errorem, etc. prout procedi mandatur, ex eo quia non est locus dicto errori, sed omnia ritè, et rectè facta fuisse apparet plusquam manifestè ex eisdem actis; et proinde pro ritè et rectè factis declarantur, non solum præmisso, sed omni alio meliori modo, etc. et ita per hoc suum, etc Prouisum, etc.

85 Comparere solet aliquando pars, ad cuius fauorem fuit adiudicatio bonorum exequutorum; vel emptor ipse, quia bona emit sub hasta, et instat apud Iudicem, vt ei prouideat super iactationibus cuiusdam talis tertij asserentis habere actionem super illis bonis ex tali, vel ratione, et tunc Iudex imprimis concedere debet inhibitionem, ne molestetur super dictis bonis, et deinde seruatis seruandis, *iuxta text. in l. diffamari. C. de ingen. manumiss.* interponat decretum, prout iuris est; de quo iudicio iactationis, dicemus infrà sect. 3. Inter sec. 3. Inhibitio autem, seu mandatum poterit fieri tali, vel simili modo, vt sequitur, videl.

Inhibitio, seu mandatum super iactationibus.

De mandato Perillustris, et Reuerendiss. D. Vicarij Generali N. etc.

Vobis omnibus infrascriptis, etiam aliena manu notatis, et vestrum cuilibet insolidum salutem, et nostris firmiter obedire mandatis præcipitur quatenus visis præsentibus, etc. nemo ex vobis audeat, vel præsumat quouis quæsito colore, etc. molestare, aut perturbare, et inquietare N. de N. in possessione talis rei.... sub pœna scutorum tot... pijs vsibus applicandorum, etc. et in iuris subsidium excommunicationis, etc. Iustificato tamen, etc, citata parte, etc. In quorum fidem, etc. Datum in tali loco, etc.

N. Vicarius Gen. N. Notar. etc.

Vel sub alia forma, videlicet.

N. Vicarius Gener. N. etc.

Per vnum ex seruientibus nostræ, vel quarumuis Curiarum, etc. citentur, moneantur, et requirantur omnes, et singuli in calce præsentium nominandi, et cognominandi, etiam aliena manu descripti; eisque, et eorum cuilibet mandetur, vt sub pœna vnciarum auri 25. (vel ceræ albæ laboratæ librarum 25.) pijs vsibus applican. et c. et in subsidium excommunicationis nemo audeat, aut quouis prætextu, vel quæsito colore præsumat inquietare, molestare, aut aliquo modo perturbare N. de N. super possessione rei N. Verum habentes causam compareant coram Nobis, et nostra Curia, quoniam iustitiæ complementum ministrabitur, et c. alias, et c. quoniam, et c. citetur, et referatur, et c. Datum, et c.

86 Quando verò Pars principalis petierit assignari terminum iactanti, iuxta forma. *d. l. diffamari. C. de ing. man*

exa-

examinati prius testibus super iactationibus, poterit fieri, hoc vel simile decretum, videl.

Decretum super iactationibus.

Et per Curiam N. &c. siue sub alia forma. *Qui N. &c. In causa N. cum N. occasione, de qua in actis, &c. visis depositionibus testium super iactationibus dicti N. eidem sic iactanti terminum statuit 15. dierum currentium, ad deducendum, probandum, & allegandum quidquid vult, & potest, de, & super tali prætenso iure, siue iactatione, et iura, qua iactauit, & iactat se habere super tali re, quo termino elapso dicto iactanti perpetuum silentium imposuit, omni modo, &c.*

87 Quod decretum intimatur parti iactanti, & facta relatione per cursorem, expectantur dicti quindecim dies assignati, quibus elapsis, si nihil relevans deductum fuerit, interponitur sequens, vel simile decretum, videl.

Decretum silentii in contumaciam iactantis.

Qui N. &c. In causa N. cum N. occasione, &c. cum dictus N. iactans nihil, quod releuet, deduxerit in termino sibi assignato, perpetuum eidem in ipsa causa silentium imposuit, & vlterius non audiri iussit, &c. omni modo, &c.

88 Quod si occurrat casus, vt aliqua ex partibus litigantibus petat declarari sententiam in aliqua ipsius parte obscura, poterit Iudex iuxta notata *sup. n.* 50. illam declarare, si sit ordinarius habens merum & mixtum imperium, non autem Delegatus, vel Arbiter, diffinitiuam quidem semel. Interlocutoriam verò pluries. causa tamen semper cognita, ac citatis citandis, & pro tribunali sedendo, vt moris est. Et tunc vel poterit in sententia declaratoria, eadem verborum forma, sicut in sententia diffinitiua, *de qua in praced. subs. n.* 75. Additis tantum verbis. *Declarantes sententiam nostram, Dicimus &c.* & ponitur tenor declarationis ipsius in ea parte, in qua per partem fuit petita declaratio.

89 Præterea est notandum, quod quando fuit appellatum a sententia diffinitiua infra decem dies a die scientiæ, si Iudex dubitat, an sit, vel non sit, admittenda appellatio, poterit dare appellanti terminum iuris, & interim supersedeat in causa per mensem, & nihil innouet in executione sententiæ neque in alio actu, alias acta essent nulla vt dicem. infr *p. 3. sect. 1. de appell. n.* 111. Et iste terminus operatur, vt non possit pars appelans redire quandocumque, vt alias posset, pro Apostolis, nisi elapso mense, cum sit dilatio quædam concessa Iudici ad deliberare respondendum de Apostolis; quæ praxis deprompta fuit ex *c. ab eo de appell. in sexto, & ex l. Iudicibus C. de appell.* & notat Speculator. *l. 2. de appell. §. 7. nu. 12. & l. 4. de Apostolis. §. 3. num* 13.

Et enim ista dilatio triginta dierum, non solum est concessa Iudici ad deliberandum de quibus Apostolis respondere debeat; verum etiam parti ad illos petendum, & redeundum pro illis. *vt ind. c. ab eo, & d. l. Iudicibus* Felin. *in c. personas nu. 1. vers. & si dicitur de app.* Marchesan. *de commiss. p. tit. de Apostol. petit. & concess. num. 24. et num.* 312. *sec. nou. impress.* Vestr. *in Prax. l. 7. c. 3. n.* 33. & ibi Granat. *n.* 63. Ridolfin. *in Prax p. 1. cap. 13. n.* 173.

90 Quando autem incipiant currere isti triginta dies, et quid sint Apostoli, dicemus infra *in seq. p. 3. sect. 1. vbi de appell. à n. 92. cum plurib. seqq.* Debent tamen peti, et dari Apostoli infra dictos 30. dies, vt in *præcit. iurib. et c. fin. vers. Iudicibus 2. q. 6. et l. præsens C. de app.* alioquin negligens intra dictum tempus petere, videtur appellationi renunciasse. *vt in d. c. ab eo, et l. quoniam. 1. C. de app.* Iudex autem, qui non dat intra dictum tempus, *iuxta tex. in c. cordi. de app. in 6.* puniri debet, cum teneatur de iure. *arg. c. post app. 2. qu. 6.* Speculator. *de Apostol. d. §. 3. n. 13. circ. med.*

91 Si vero appelletur ab interloquutoria, et grauamen est reparabile per appellationem à diffinitiua, Iudex non admittat appellationem. Quando autem constaret de grauamine, et sit dubium, an illud reparari possit, necne in diffinitiua, melius erit, si grauatum reposuerit à grauamine, vel statim eodem, die vel die immediatè sequenti; quando autem detur, vel à quibus interloquutoriis non detur appellatio; tradit Aretin. *in l. 1. ff. de appell.* & Nos latè diximus supra *subsect. prae. nu.* 17. solum addendum erit hic quod in appellatione ab interloquutoria, decem requiruntur.

Primò, scilicet Grauamen.

Secundò, grauamen legitimum.

Tertiò, causa grauaminis vera.

Quartò, causa grauaminis expressa.

Quintò, quòd petitio, vel exceptio fuerit reiecta, seù non admissa.

Sextò, quod ideo fuerit appellatum, quia petitio, vel exceptio fuerit reiecta, vel non admissa.

Septimò, quod appellatio in scriptis redigatur.

Octauò, petitio Apostolorum.

Nonò, si appellatus id petierit, quod partes veniãt instructę.

Decimò, vt infra decem dies prouocetur. Roman. *cons.* 501. *num. 1.* Salust. Tiber *in Prax. lib. 2. cap. 29. nu. 3.* Marchesan. *de commiss. tit. de commiss. appell. diuers. par. 1. §. num. 54. et seq. fol. 1302. et de commiss. app. ab interloc. par. 1. §. 1. number. 165 fol. 1810. secund. nou. impress.*

92 Vbi autem grauatus reponitur à grauamine interloquutoriæ, fieri potest tale, vel simile decretum, videl.

Decretum Repositionis ab Interlocutoria.

Qui N etc. in causa N. cum N. occasione, de qua in actis, etc. à pronuncia contra eum facta, in qua dicitur, etc (et ponatur tenor, vel substantiæ) *reposuit, et pro reposito haberi voluit, et mandauit, omni modo, etc.*

93 Tandem, notandum remanet, quod quotiescumque fuerit à diffinitiua appellatum, Iudices de partibus solent interloqui super admissione, vel non admissionē appellationis infra tempus, vel simili decreto, videl.

Decretum non admissionis Appellationis.

Qui N. etc. appellationem aduersus sententiam per ipsum latam pro N contra N. *occasione, de qua in actis, etc. non admisit, nisi si, et in quantum, omni modo, etc.*

Et si illam admittere voluerit, dici potest, *admisit si, et in quantum, etc. omni modo, etc.*

Et si ab ista non admissione appellationis appellatum fuerit, potest interloqui, vt sequitur, videl.

Decretum admissionis appellationis.

Tunc Dominus, etc. visis, etc. fiat ut in decretis, omni modo, etc.

Supradictus autem modus procedendi, et interloquendi obseruatur per Iudices de partibus, vt plurimum.

SVBSECTIO TERTIA, ET VLTIMA.

In qua traduntur formulæ quædam Sententiarum in diuersis Actionibus.

IN præsenti Subsectione vltima cumulabo quasdam formulas Sententiarum super aliquibus Actionibus, Interdictis, et aliis iuris remediis, quæ frequentiùs in Tribunalibus, tum Ecclesiasticis, tum sæcularibus occurrere solent, quas ex Doctoribus collectas hoc loco simul ad communem omnium cõmoditatem, et vtilitatem apponam. Porro huiusmodi formularum maxima vtilitas, et necessitas inde apparet, quod sæpè ex defectu verborum, vel clausularum, quæ de iure requiruntur; vel ex adiectionem inutilium sententię ipsę aliquando infirmentur, et inualidę reddantur; aut nouæ lites, et altercationes super ipsis emergant. Quibus inconuenientibus per has formulas occurro. Verum quia sententia, vt plurimum, conformis esse debet libello, seù petitionis partis Agentis, alias esset nulla, vt dictum est sup *sad. sect. 3. subs. 1. n.* 73. cum Baldo, teste *in l. fin. C. de sent.* fatuus sit Iudex, qui super aliis quam super petitis pronunciat. Ideo ponam quoque libellorum formas singulis quibusque actionibus, seù iuris remediis conuenientes, et proprias, quibus correspondere debent formæ sententiarum. Adiectis insuper Annotationibus, et lucis obseruationibus valdè proficuis. Quæ omnia ordine consueto per varias Intersecationes disponuntur, vt infra.

INTERSECATIO PRIMA.

De absolutoria ab obseruatione iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Libellus offerri debet in omnibus causis & qualiter formandus.*
2 *Clausula* super quibus omnibus &c. *quid operetur.*
3 *Clausula*: Deducens omne ius, &c. *quid?*
4 *Clausula*: Non se astringens, &c. *quid?*
5 *Clausula*: Cum potestate addendi, &c. *quid?*
6 *Clausula*: & ita, &c. *quid?*
7 *Clausula*: omni meliori modo, &c.
8 *Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij est diffinitiua.*
9 *Errans ob ineptitudinem libelli, & ob alias causas.*
10 *Praeseruat ius Actori, & quomodo.*
11 *Absolutoria ab obseruatione iudicij, differt ab absolutoria Rei ab impetitione.*
12 *Instantia perimit ex absolutoria iudicij.*

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N. de N. & dicit, se fuisse citatum ad instantiam Sempronij de Sempronijs super praetensa restitutione cuiusdam fundi nuncupati N. siti in loco N. iuxta bona N. &c. per eum possessi titulo haereditario. Verum quia praefatus Sempronius inepte petij, talem fundum, cum nullam in ipsum habeat actionem, vt ex probationibus in actis facti sclare constat. Ideo comparens ipse recurrit ad ipsam Curiam N. pet quam petit ipsum ab obseruatione Iudicij absolui, & liberari, & amplius non molestari. Et insuper petit, & instat dictum Sempronium condemnari in omnibus damnis, expensis, & interesse passis, & patiendis occasione praetensis litis, *super quibus omnibus* petit sibi ius & iustitiam administrari, &c. *Deducens* omne ius, &c. *Non se astringens*, &c. *Cum potestate addendi*, &c. & *ita dicit*, & *procedere petit* & *omni* alio meliori modo, &c.

Forma Sententiae.

In Dei Nomine. Amen.

Nos Abbas N. de N. V. I. D. Prothonotarius Apostolicus, (*si fuerit*), ac Illustriss. & Reverendiss. Dom. N. Episcopi N. in spiritualibus & temporalibus Vicarius, & Officialis generalis, &c. (*Si verò sit Iudex laicus ponantur verba suo officio, vel dignitati conuenientia.*) In causa & causis, quae in hac Episcopali Curia N. in primis, seu veriori instantia versae fuerunt, & vertuntur inter N. de N. Actorem ex vna, & N. de N. Reum conuentum ex altera partibus, De, & super petitione cuiusdam fundi, qui dicitur N. in loco N. iuxta bona N. de N. &c. Viam publicam, & alios notorios fines, rebusque aliis, &c. prout in actis, &c. *Visis* libello Actoris, termino ad probandum vtrique parti dato, & positionibus testium vtriusque partis, publicatione & conclusione in causa factis, scripturis per vtramque partem productis, citatione ad dicendum, & ad sententiam, & omnibus actis, visis videndis, & consideratis de iure considerandis, parti bus que cum suis Aduocatis, & Procuratoribus in iure, & in facto plenarie auditis, *Per hanc nostram*, quam in his scriptis de iuris Peritorum consilio ferimus diffinitiuam sententiam, *Christi* nomine repetito, Pro Tribunali sedentes, & solum Deum prae oculis habentes. *Dicimus* decernimus, declaramus, & diffinitiuè pronunciamus supradictum N. de N. Reum conuentum fore & esse absoluendum ab obseruatione praefatis Iudicij contra eum moti pro parte praefati N. de N. Actoris, occasione de qua in actis, &c. prout nos per hanc nostram diffinitiuam sententiam absoluimus, et liberamus, ac pro absoluto, et liberato haberi volumus, & mandamus. Et dicto N. de N. Actori, iura, talia, qualia habet in alio iudicio experienda reseruamus, *Villumque victum* in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de iure in posterum cesserit, vamur. *Et mandatum*, quodcunque desuper necessarium, & opportunum decernimus, & relaxamus. *Et ita Dicimus*, declaramus, pronunciamus et diffinitiuè sententiamus non solum praefato, *sed omni* alio meliori modo etc.

Ita pronunciaui Ego N. de N. Vicarius Generalis N.
Vel Ego N. Iudex seu Gubernator N. etc.

Publicationis praedictae sententiae forma.

Lecta, lata, data et in his scriptis sententialiter promulgata fuit praesens praefata sententia per supradictum Perillustrem, et Reverendissimum Dominum N. Vicarium Generalem N. Pro Tribunali sedentem, etc. in loco N. etc. et per me Notarium, et Actuarium infrascriptum rogata, etc. Currente bus anno... Ind ctione... Pontificatus vero SS. N. Nostri N. Papae... anno eius... die verò... Mensis N. praesentibus ibidem N. N. & N. N. testibus habitis, &c.
Et Ego N. Notarius & Actuarius rogatus, etc.

ANNOTATIONES.

1 *Noto Primò* circa libellum in genere, vltra ea quae attuli supra *hac ead. par. 2 sect. 1. subsec. 1. per tot.* quod libellus, seu petitio, iuxta morem Regionum, & stylum Curiarum offerri necessariò debet in quacunque causa, etiam non petente aduersario, tam de iure Canonico, quam Ciuili, vt tradunt communiter Doctores *in cap. 1. de libel. oblat. & in cap. 2. §. qui. 1.* In multis tamen causis non offertur libellus, de quibus agit Soccin. *in regula 232. libellus in quibuslibet causa.*

Vbi autem fit, aduertere debet libellans, vt in eo factum, et actionem exponat breuiter, ordinatè, clarè, et specificè suam intentione demonstrans Iudici, et parti, vt colligitur ex eius definitione, dicitur enim libellus, quod sit breuis, et ordinata scriptura clarum continens, et iudici, et parti demonstrans intentionem Actoris. Cyn. *in Authent. offeratur. C. de lit. contest.* et ideo de substantia libelli est, vt fiat in scriptis *c. 1. et* ibi DD. communiter *de libell. oblat.* Bart. *in l. saeuis. C. de proxim. sacror. scrin. l. 10.* Et continere debet facti narrationem, media concludendi, et conclusionem congruam.

Seruatur tamen de consuetudine in multis locis, vt neque in causis, et Iudicis ordinarii libellus in scriptis offeratur, sed solum comparentes partes coram Iudice, vel Notario, seu Actuario Curiae, & faciant suas petitiones vsque ad sententiam definitiuam, et tunc valebit sententia, quamuis fiat sine libello, non obstante, quod regulariter sententia esse debet conformis libello *l. pa. C. de fideicom. liber.* et dictum est supra; nam consuetudo fori derogat iuri scripto *l. 3. §. fin.* et ibi Bart. *ff. de testib.* semper tamen necessaria et vtilia specificè sunt apponenda, non superflua, et genericè, adeo vt quae ponuntur, si probentur, inueniant Actoris intentionem, *c. examinata de iudic.* et ibi DD. *cap. vlt. de libell. oblat.* et signanter aduertat libellans, vt benè concludat petitionem in libello expositam, nam tota vis libelli in conclusione consistit, quapropter Innoc. *in cap. super litteris de rescript.* ait: 2 *Non quod narratur sed quid concludatur attendi debet.* Et Angel. *in §. omnium. Inst. de act.* dicit quod libellans tali attentione aduertere debet ad conclusionem, vt nihil a tud sit in libello, quia conclusio ampliat, restringit, et declarat actionem intentatam, et qualiter praecedentia intelligenda sint. Bald. *ind. nec quidquam. §. vbi decretum. ff. de offic. praecons.* et ratio est, quia Iudex non interponit regulariter suum officium, nisi imploretur. *l. quarta. §. hoc autem iudicium cum ibi notatis. ff. de damn. infect. l. 1. C. vt quae desi. aduoc.* Soccin. *in regula. Iudex potius* 197. vbi ponit 34. exceptiones huius regulae. In multis tamen casibus libellus sufficienter, sine conclusione, vt si agatur possessorio recuperandae, si factum narretur coram Principe, si fiat in cameralibus; et si ponatur aliquod verbum aequiualens conclusioni, vt tradit Iaf. *ind. §. omnium num. 135. cum seqq.* Alios casus ponit Soccen. *in regula: libellus sine conclusione* 231. *et regula libellus, ad hoc vt lis contestari possit* 232.

Vnde saluandum libellum ab ineptitudine, et omni alio defectu introductae fuerunt quaedam clausulae salutares, quae apponuntur in fine libelli, quae multas vtilitates afferunt, et mirabiles operantur effectus; Ideo de singulis, quae hodie suot

fuit magis frequens, & in vsu, aliquo percurrere vule erit. Quapropter.

2 *Noto secundo*, super clausulis libelli, vltra ea, quæ perfunctoriè dixi supra *ead. par. 2. sect. 1. subsect. 1. nu. 8.* quod prima clausula in præfato libello apposita, nimirum *super quibus omnibus petit sibi ius, & iustitiam ministrari*, importat, & operatur, vt per eam censeatur intentatum remedium magis vtile ipsi petendi Roland. *cons. 79. nu. 38. vol. 1.* Crauett. *cons. 201. n. 5.* Menoch. *cons. 314. nu. 5.* Surd. *cons. 273. num. 5.* Mar. Antonin. *variar. resol. l. 3. resol. 45. numer. 17.* Gam. *lusit. dec. 30. n. 3.*

Secundò operatur, vt verba libelli approprientur ad deseruiendum intentioni libellantis. Soccin. *in c. 2. n. 84. & seq. de libell. oblat.* Card. Tusch. *practicar. conclus. tom. 1. litt. C. conclus. 459. n. 9* vbi Alios allegat. Alex. *cons. 181. n. 1.*

Tertiò operatur, vt libellus substineatur ex causa apta, licet conclusum sit super inepta; & consequenter saluat libellum ab omni ineptitudine. Marant. *in specul. aur. 6. p. de libell. oblat. n. 15.* Brunor. à Sol. *in loc. commun. verb. clausul. 35.* Hippolit. *singul. 36.* Tusch. *ib. nu. 28.* Rot. Ianuens. *decis. 1. n. 7.* Capic. *decis. 10 n. 22.* Anton. Gabr. *commun. l. 6. tit. de clausul. conclus. 4. num. 1.* Theodos. de Rubeis *in singularib. Rota tom. 2. p. 4. clausul. 42. & 457. nu. 11.*

Quartò operatur, vt possit Iudex officium suum impertiri, etiam super non petitis Abb. *in c. fin. in fin. de iure iur.* Cotta. *in memorabil. verb. iuramentum in supplementum in fin.* Capic. *d. decis. 10. n. 22.* Alciat. *consil. 216. in fin.* vbi ait, quod vigore dictæ clausulæ potest Actor obtinere in actione personali, licet intentauerit realem. Idem dicunt Cæphal. *cons. 400. nu. 1. vol. 3.* & Afflict. *decis. 95. n. 7. & 9.* & Ioseph. Ludouic. *lucen. decis. 46. n. 5. & seq.* ait, quod si per Actorem petita fuerunt tantum quinque, & probatum in decem, condemnatio in decem probatis exequi potest virtute dictæ clausulæ.

Quintò operatur, vt si Actor agat, & concludat in possessorio, obtinere possit in petitorio, dummodo ex narratis elici possit actio ad petitorium, alias secus. Corn. *cons. 91. incip. in causa in princ. l. 4.* Tusch. *d. conclus. 349. n. 5.* Crauett. *cons. 293. n. 2.* Grammatic. *dec. 19. n. 19.*

Sextò operatur, vt Iudex condemnare possit Reum victum in fructibus, interesse, & vsuris, ac in expensis, etiam si Actor non petierit, dummodo in libello talem clausulam apposuerit. Viuius *tom. 1. communium opin. l. ... n. 95. vers. & eam.* Bernard. Græuæ. *ad Pract. Camer. Imper. l. 1. conclus. 61. consideratur 3. n. 4.* Giurb. *decis. 65. n. 15.*

Septimò operatur, vt possit Iudex iudicare secundum iuris dispositionem, & quod erat petendum, Ceuallos *commun. contr. commun. q. 763. nu. 64.* Barbos. *de clausul. vsu freq. clausul. 76. num. 7.*

Octauò operatur, quod licet regulariter attendatur conclusio libelli, vt actio intentata cognoscatur, non autem narratiua; secus tamen est, quando in libello apposita fuit hæc clausula. Alex. *consil. 111. l. 1. & consil. 17 & 192. l. 2.* Butr. *cons. 63.* Soccin. *cons. 160. ad fin. l. 2.* Card Tusch. *d. conclus. 359. n. 14.*

Nonò, vt omnis actio censeatur intentata, quæ colligi potest ex narratis. Corneus *cons. 46. num. 4. & cons. 301. n. 3. l. 4.* Ares. *cons. 17.* Alex. *cons. 37. & cons. 61. n. 10. & cons. 192. n. 9. & 200. n. 7. l. 2.* Crauett. *cons. 151. n. 4.* Marta *de clausul. p. 1. clausul. 65. n. 2.* Tusc. *ib. n. 1. & seq.*

Decimò operatur, vt debet Iudex deferre iuramentum, quamuis expressè petitum non sit, quia virtualiter sub hac clausula eius petitio continetur. Cotta *in memorabil. verb. iuramentum in supplementum.* Gabr. *d. concl. 14. n. 25* Mascard. *de probat. conclus. 954. n. 48.*

3 *Noto tertiò*, quod clausula, *Deducens omnes iur, omnemque actionem*, operatur, vt libellus extendatur ad illos casus, in quibus cumulatio plurium iurium, vel actionum de iure communi admittitur, & sic intelligi debet secundum ius commune. Papiens. *in Pract. in form. libell. action. real. §. deducendo n. 7.* Mart. *de clausul. p. 1. clausul. 156. n. 2.*

Secundò operatur, vt Iudex possit sententiam ferre, super omnibus in discursu causæ probatis non attento libello. Mart. *loc. cit. n. 6.* Rot. *decis. 252. n. 1. & 2. p. 1. diuers.* Duran. *decis. 90. numer. 2.*

Tertiò operatur, vt si per Actorem fuerit intentatum remedium *legis fi. C. de edicto Diu. Adrian. tollend.* quod datur hæredi scripto in testamento pro adipiscenda possessione bonorum hæreditariorum, quæ defunctus possidebat tempore sui obitus; per istam clausulam censetur etiam intentatum remedium vtilis Saluiani, & sic remedium magis vtile ac proficuum, quod illi competere poterat. Rot. *in Romana de Comitibus 30. Ianuarij 1581. coram fel. rec. Clement. VIII. impress. apud* Salust. Tiber. *in prax. l. 2. post c. 5.* & ead. Rot. *decis. 30. n. 2. p. 1. recent.*

Non operatur tamen in petitorio, quando fuit apposita in libello possessorij, si fuisset oppositum de omnia generalitate. Mart. *d. verb. de clausul. pa. 1. claus. praecit. 256. n. 7.*

4 *Noto quartò*, quod clausula, *Non se astringens, &c.* (hoc est non est non se astringens ad probandum necessaria, sed ad ea tantum quæ sufficiunt ad victoriam causæ obtinendam) operatur, vt Actor non videatur recedere à Regulis iuris communis & ideo vtile erit semper illam apponere in libellis, vt tradit Iason. *in §. omnium instit. de actionib. nu. 161.* vbi latè Osasc. *dec. 3. 14. n. 17.*

Secundò operatur, vt Iudex potius attendat ad probata, quam ad petita in libello. Theodos. de Rubeis, *in singular. Rota tom. 2. p. 4. clausul. 498. n. 1.* Peregrin. *cons. 92. n. 6. vol. 5.* vbi ait, quod in libellando, & articulando parit dicta clausula multos bonos effectus pro libellante, vel articulante.

Tertiò operatur, quod æquipolleat ei altera prænotata clausula *Ius, & iustitiam ministrari* Albet. Brun. *cons. 83. n. 4. vol. 1.* Mar. *l. de clausulis p. 1. claus. 80. num. 8. & 9.* Franc. de Ponte *cons. 63. n. 5. cum plurib. seqq.*

Quartò operatur, vt vim habeat excusationis, ne Actor plus debito petens teneatur probare id, quod petitum fuit, nec ob id in causa succumbet quamuis omnia deducta in libello non probet adunguem. Menoch. *cons. 127. n. 4.* Theod. de Rub. *claus. 498. n. 4.*

Quintò operatur, vt Actor non teneatur probare qualitatem deductam in libello; cum alias regulariter succumberet, si non probauerit, quando in libello non adesset huiusmodi clausula, dato quod probaret factum principale. Marant. *in Spec. p. 6. de libell. oblation. n. 17.* Cardos. *in Prax. Iudic. verb. clausula n. 10.* Mendoz. a Castro. *in Praxi Lusitana l. 3. cap. 2. num. 4.*

Sextò operatur, ne noceant impertinentia, superflua & inepta in libello apposita. Hippollit. *sel. vari. §. fin. num. 36. & seq.*

Septimò operatur, vt remoueat probationem necessariam, non tamen qualitatem expressam, cuius probatio necessaria est. Mascard. *de probationib. conclus. 1248. nu. 37.* ... ista clausula *agit Bart. in l. Diuus 33. ff. de re iud. ... de dol. & contum.*

5 *Noto quintò*, quod clausula, *cum potestate addendi, &c.* operatur, vt præsumi non possit dolus, quia est exclusiua doli. Decius *consil. 633. n. 11.* Roland. *de inuentar. p. 4. tit. 4. §. quod si hæres n. 7.* Salust. Tiber. *in Prax. l. 1. c. 55. num. 10.* Ridolphin. *in Prax. p. 1. c. 9. num. 68.* Surd. *decis. 222 & seqq.* Rot. *decis. 747. la prima n. 4. p. 2. recent.* Greg. *decis. 169. n. 4.* & ibi Beltramin. *n. 12.*

Vnde ea apposita in Inuentario censentur apposita omnia bona, quia præsumitur de omnib bonis, quamuis nõ sint omnia apposita, cum per eam ostendatur animus apponendi statim atque ad notitiam peruenerint. DD. cit. & Bald. *in l. fin. §. cum igitur. n. 8. C. de iur. deliber.* & Alij quos refert, & sequitur Burat. *decis. 541. nu. 8.* Quibus adde quos citabo infra *intersec. 4. n. 12. vers. quartò si in inuentario.*

6 *Noto sextò*, quod clausula, *& ita, &c.* est illatina plurimum Soccin. Senior *cons. 40. nu. 2. vol. 1.* Peregrin. *cons. 47. n. 6. vol. 1.* Ioann. Baptist. Costa *de clausul. conuentionalib. claus. 25. in fin.* Magon. *Florent. decis. 50. n. 4.* Rot. *decis. 568. num. 4. & 6. p. 1. diuers.*

Secundò, est continuatiua, ac repetitiua sensus verborum præcedentium. Ruin. *cons. 102. n. 12. & cons. 184. nu. 6. l. 2.* Galganet. *de conditionib. & demonstrat. p. 2. c. 1. q. 18. num. 9.* Hondod. *cons. 45. n. 40. vol. 2.* Menoch. *cons. 328. n. 3.* Rot. *decis. 118. nu. 4. p. 2. diuers.*

Tertiò, est restrictiua, et explicat verba antecedentia generaliora, eaque restringit Ruin. *d. cons. 102. n. 11. l. 2.* Anton. Monach. *Bononien. decis. 34. n. 5.*

7 *Noto septimo*, quod clausula, *omni meliori modo, &c.* plures operatur effectus, et est magis visitata tam in libellis, quam in sententijs. Operatur autem Primò, vt æquipolleat clau-

clausulæ, *Plane iuris*, et ideo idem operatur. Mart. *de clausulis p. 1. claus.* 88. n. 7. Barbos. *de claus. vsi freq. claus.* 95 nu. 1. Theodos. de Rubeis *in singular. Rota* to. 2. p. 4. claus. 517 nu. 25. Rot. *dec.* 30. n. 6. p. 1. *in posthu.*

Secundò operatur, quod actus valeat eo modo, quo valere potest. Dec. *cons.* 24. n. 3. *vers. confirmatur & cons.* 77. n. 4. *vers. secunda ratione.* Curt. Iunior *cons.* 316. n. 10. l. 3. Cæphal. *cons.* 423. n. 92. Honded. *cons.* 44. n. 28. *tom.* 2. Mart *vbi sup.* n. 1. Put. *decis.* 230. l. 2. Rot. *decis.* 242. n. 8. p. 3. *recent.*

Tertiò operatur, vt melior via censeatur electa. Ioseph. Ludouic. Perus. *decis.* 117. n. 4. Seraphin. *de priuil. iuram.* prim. 98. n. 4. Ideo dispositio in vim huius clausulæ non restringitur ad expressa, sed extenditur ad omnes casus, in quibus actus melius sustineatur. Rimin. Iun. *cons.* 143. n. 143. Ruin. *cons.* 9. n. 9. *vol.* 5. Vnde fit, vt si actus sustineri non possit secundum verba expressa, sustineatur secundum ea, quæ congruentis ex primi potuissent. Cardin Mant. *de coniectur. vltim. volunt.* l. 3. *tit.* 14. n. 11. Menoch. *cons.* 314. n. 4. Couarruu. *in cap. Raynutius de testam.* §. 1. *sub.* n. 1. *vers. præterea* Fulat. *de substitut.* q. 245. n. 65. Rot. *in Reatina hæreditatis* 4. *Martij* 1600. *coram D. Bullo.*

Quartò operatur, vt vtilius remedium dicatur deductum; et si illud, quod expressum fuit, non valet eo modo, quo fuit expressum, valebit eo modo, quo valere potuerit. Menoch. *d. cons.* 314. *num.* 4. Surd. *cons.* 428. Marescott. *variar. l.* 1. c. 29. n. 71. Aloys. Ricci. *in collectan. dec.* p. 4. *collect.* 809. *effect.* 1. Greg. *dec.* 204. n. 19.

Quintò operatur, vt censeatur intentata, et deducta omnis actio necessaria, et magis proficua Actori. Rot. Bonon. *diuers. decis.* 129. n. 25. & *decis.* 216. n. 54. Sextò operatur, vt censeatur imploratum officium iudicis, et quod omnia arbitrio eiusdem censeantur remissa, itaut cesset incertitudo, et contrarietas libelli. Lapus. *alleg.* 52. n. 9. Ruin. *cons.* 209. n. 24. l. 1. Card. Tusch. *pract. concl.* tom. 1. *litt.* C. *conclus.* 358. n. 1. Corn. *cons.* 18. n. 8. l. 3.

Septimò operatur vt omne officium Iudicis, et omnis actio, et remedium censeatur intentatum absque alia expressione officij Iudicis, actionis, vel remedij. Petr. de Anchar. *cons.* 73. n. 3. Corn. *vbi supra.* Tusch. *ib.* nu. 4. Benedict. Aegid. *ad l. ex hoc iure ff. de iust. & iur.* p. 2. c. 13. *clausul.* 16. n. 2.

Octauò tollit ineptitudinem libelli. Bald. *cons.* 478. *nu.* 3. l. 1. Card. Tusch. *vbi sup.* n. 6.

Nonò, operatur, vt in casu dubio libellus interpretari possit, prout fauorabilior est Actori libellanti. Marant. *in aur. specul.* p. 6. *de libell. oblat.* n. 16.

Decimò, supplet solemnitates actui necessarias, et conualidat actum inualidum ex omni capite, quo fieri potuit. Alexan. *cons.* 80. n. 2. l. 5. Cæphal. *cons.* 772. n. 10. Honded. *cons.* 44. n. 29. *tom.* 2. Tusch. *ib.* n. 35. Grat. *cons.* 7. n. 24. Mart. *d. claus.* 88. nu. 3. Barbos. *d. claus.* 95. n. 14.

Vndecimò operatur, vt capi possit possessio propria auctoritate. Mart. *loc. cit.* n. 10. & *claus.* 56. n. 15 Honded. *cons.* 28. nu. 26. *to.* 2. Iatrigiol. *Sicilia dec.* 48. n. 20.

Duodecimò cessare facit pœnam petentium plus debito, Ios. Ludou. *Perus. dec.* 117. n. 4. & 5.

Decimo tertiò, operatur, vt cumulari possint plura remedia contraria, et quidquid ex narratis resultauerit, conclusum censeatur Crau. *in respons. pro genero num.* 215. & 217. Et tunc sententia fieri potest non conformis libello. Angel. *cons.* 57. *colum.* 2 *vers. ex quibus.* Marant. *vbi sup.* p. 4. *dist.* 9. n. 3. Tusch. *d. concl.* 358. n. 7. & 8.

Decimo quartò operatur, vt libellus censeatur deduxisse omnia narrata, & non se restrinxisse ad conclusionem, si non eo petit. Butr. *cons.* 63 Alex. *cons.* 113. *lib.* 3. Socein. *cons.* 142. *col. antepen. lib.* 1. Crauet. *cons.* 326. *num.* 25. Tusch. *d. concl.* 358. *num.* 11.

Decimo quintò, æquipollet iuramento, & ideo omnia, quæ pro actus validitate exprimenda erant, habrantur pro expressis, prout si esset iuratum. Crauet. *cons.* 141. n. 3. Cephal. *cons.* 772. n. 38. Psrif. *cons.* 40. n. 24. l. 3.

Decimo sextò operatur, vt Iudex dare possit iuramentum suppletorium, etiam parte non petente. Camill. Borell. *in summa. omn. decis. tit.* 54. n. 6. *cum seqq.*

Reliquos effectus, tam quoad alios actus, quam ad libellum, vide apud DD. citat. præsertim apud Mascard. Mart. & Barbos. *in locis præcitatis*, vbi ponunt etiam multas limitationes. Nunc post clausulas salutares in libellis apponi solitas.

8 *Notandum* quod sententia absolutoria ab obseruatione Iudicij conceditur, quando processus est nullus, aut in ordinatus. Vel quando libellus Actoris fuit ineptus: vel non probauit intentionem suam; aut actionem propositam. In his, & similibus casibus absoluendus est reus per sententiam. Vnde obseruandum est, quod sententia absolutoria ab obseruatione Iudicij, seu instantiæ (prout eam vocat Rota. *decis.* 3. *n.* 2. *de dol. & contum. in nou.*) quamuis secundum quosdam DD. non censeatur diffinitiua sed tantum interlocutoria, quia non tangit negotium principale. Glos. *in l. harum verb. absoluatur.* vbi etiam Bart. *ff. si seru. vendic.* Marant. *in spec. aur.* p. 5. *nu.* 50. & p. 3. *sexta partis princ. nu.* 1. n. 73. Magon. *decis. Lucens.* 32. n. 15. & 54. Amat. *decis. Ferrarien.* 60. *nu.* 9. Nihilominus secundum alios diffinitiua censetur, quando fertur, quia non fuit probatum per Actorem, vel quia fuit solutum per Reum. Bart. *in l. Titia n.* 4 *ff de accus.* Anchar. *cons.* 16. n. 6. Couarruu. *variar. resol. lib.* 1. c. 1. n. 8. *vbi de communi;* secus quando fertur ob ineptitudinem libelli, quia tunc censetur interlocutoria. DD. *citat.* Rot. tamen apud Crescent. *decis.* 6. n. 1. & *seqq. de appellat.* sequendo Abb. *in c. ad dissoluendum in* 1. *notab.* n. 2. *de desponsat. impuber* & Felin. *in c. examinata n.* 17. *vers. addo etiam his de iudic.* tenet quod etiam lata ob ineptitudinem libelli, adhuc sit diffinitiua, seu habeat vim diffinitiuæ, & proinde ab ea datur appellatio. Bart. *in d. l. titia num.* 5. *vers. quare verum ff. de accusat.* Magon. *d. decis. Luc.* 32. n. 54. Crescent. *ib. num.* 6.

9 *Notandum*, quod huiusmodi sententia absolutoria datur in multis casibus.

Et Primò, quando libellus est ineptus, itaut ex narratis deprehendi non possit, quæ actio intentata fuerit, & tunc Actor condemnari debet in expensis. Speculat. *l.* 1. *de offic. omn. iudic.* §. *de fruct. quoque nu.* 16. *vers. item absoluit*, & n. 18. *vers. si autem* Castr. *cons.* 272. n. 2. *vers. ex his l.* 1. Alex. *cons.* 152. *num.* 4. *vers. tertio*; & n. 5. l. 6. Aretin. *cons.* 119. n. 4. Marant. *in spec. aur.* p. 5. *princ.* n. 50. Couarruu. *variar. resol. l.* 1. c. 1 *nu.* 8. Salust. Tib. *in Prax. l.* 2. c. 20. n. 6. *vers. item quando.* Rot. Genuens. *dec.* 33. n. 5. & *seqq.*

Secundò ferenda est, quando Actor mouit Iudicium & postea, nec illud prosequutus est, aut litem contestatus est, nec aliquid probauit, tali enim casu ex ipsius contumacia Reus absolui debet ab obseruatione iudicij Marant. *vbi sup. nu.* 49. Ridolphin. *in Prax.* p. 3. c. 2. n. 133.

Tertiò, quando lis contestata fuit, vel habita pro contestata, & Actor se absentauit, tunc si nihil probauit, Reus absoluitur ab obseruatione iudicij. Marant. *loc. cit.* n. 52. Ridolphin. *ibid. nu.* 153. Addent. ad Marsill. *singul ar.* 17. *num.* 2. Rot. Gen. *vbi sup. num.* 2.

Quartò, quando Iudex primæ instantiæ sententiam tulit super processu inualido, nam tunc Iudex appellationis potest Reum absoluere, saluo iure iterum agendi. *ca. cum dilecti*, vbi Glos. *in verb. quæstione*, & Abb. *num.* 4. *de empt. & vendit.* Alex. *cons.* 79. n. 3. l. 2. Sal. Tib *loc. cit.* Marant. *ibid.* n. 15. Rot. Gen. *ibid. num.* 3.

Quintò fertur, quando peremptа est instantia causæ. Andr. de Isern. *in constit. Regni cutip. sponte volentibus per tex. in l. cum quem temere. ff. de iudic.* Marant. *vbi sup. num.* 49. Afflictus *in prax.* §. 2. *capit.* 15. *numer.* 15. *vers. præterea* Rot. Gen. *loc. cit. numer.* 4.

Sextò fertur, quando Reus conuentus soluit ante sententiam, pendente tamen Iudicio. §. *fin.* & ibi Gloss. *in verb. absoluere instit. de perpet. & temp. action.* & ibi DD. Bart. *in d. l. titia n.* 4. *ff. de accusat.* Iason. *in l. properandum.* §. & *si quidem nu.* 17. C. *de iudic.* Marant. *d.* p. 5. n. 54.

Vltimò fertur in criminalibus, quando Reus occidit aliquem qui per statuta loci poterat impune occidi, quia forte erat Bannitus Bar. *vbi proximè*, & tunc est diffinitiua talis sententia, quia imponitur finis negotio Bart. ib. & Magon. *decis. Lucen.* 32. n. 54.

10 *Nota decimò*, quod sententia absolutoria ab obseruatione Iudicij præseruat ius Actori in alio Iudicio: & consequenter non perimit regulariter negotium principale *l. & post dictum* §. *circumducto* §. *deinde*, *c. examinata*, & ibi Gloss *in verb. non temerè cod. tit. de iudic.* vbi etiam Abb. *nu.* 22. *vers. deo ergo* Gloss. *in l. properandum.* §. & *si quidem in verb. ab obseruatione C. de iudic.* Bart. *in d. titia num.* 4. & 5. *ff. de accus.* Marant, *d.* p. 5. *nu.* 52. *vers. et vtilitas*, *et p.* 3. *sexta partis princ. ad.*

1. nu. 33. Rot. Genuens. d. decis. 43. num. 3. & proinde non perit actio quamuis perimat instantia. Bald. in d. l. properandum §. & si quidem n. 19. & Ias. n. 18. C. de iud.

11 *Nota vndecimò*, quod differt absolutoria ab obseruatione Iudicij ab absolutoria simpliciter ab impetitis quia fortè Actor non probauit: nam per absolutoriam ab obseruatione Iudicij perimitur instantia Felin. *in c. causam, quæ il 1. num. 29. vers. item non procedit de testib.* Bald. *vbi sup. n.* 20. Marant. *d. p. 5. n. 26.* Asynius *in Prax. d. § 2. c. 15. num.* 30. Per absolutoriam verò Rei simpliciter ab impetitis, ob defectum probationum Actoris; (de qua insequenti Intersec. secunda,) non perimitur, quia hæc est simpliciter diffinitiua, transit in iudicatum, & tollit omninò viam agendi de nouo Iason. *in l. admonendi num. 79. & seq. ff. de iureiur. & in d. l. properandum §. & si quidem num.* 18. *C. de iud.* Marant. *vbi sup. præcit. p. 5. nu. 2. vers. & vetustas.* Couarr. *variar. resol. d. l. 1. c. 1. n.* 8. Asynius *in pract. prax. §. 2. c. 15. n. 20. & seq.*

12 *Nota duodecimo*, quod quando perimit instantia in absolutoria ab obseruatione Iudicij, non perit actio, vt dictum est, sed acta ordinatoria tantum Iudicii, prout sunt libellus, litis contestatio, citationes, iuramentum calumniæ, & omnia alia acta ordinatoria iudicii; Neque pereunt acta decisoria causæ, prout sunt probationes, confessiones, testes & huiusmodi. Bald. *in d. §. & si quidem n.* 20. Felin. *in d. c. causam quæ il n. 29. de testib.* Marant. *in d. spec. aur. p. 5. n. 62.* Asynius *d. cap. 15. num. 1. & 4.*

Limitatur tamē in actis probatoriis imperfectis, prout sunt testes non publicati, istorum enim dicta, & probationes pereunt perempta instantia. Bal. *d. n.* 20. Est benè verum, quod isti testes non publicati, si sint viui, inducendi sunt denuo coram Iudice nouæ instantiæ, & examinandi formiter: si verò sint mortui, publicari possunt eorum dicta coram Iudice præfato nouæ instantiæ. DD. apud Marant. *d. p. 5. n. 56.* de instantiæ peremptione vide reliqua supra hac *ead. par. 2. sect. 2. subsect. 11. n. 14. cum seqq.*

INTERSECATIO II.

De absolutoria Rei Conuenti ab impetitis per Actorem.

SVMMARIVM.

1. *Absolutoria ab instantia eadem fere est, ac supradicta.*
2. *Absolutoria ab impetitis conceditur Reo, quando Actor non probauit.*
3. *Fertur ob ineptitudinem libelli.*
4. *Silentium perpetuum per eum imponitur Actori.*
5. *In petitorio lata non obstat Agenti Possessorio adipiscendæ, & recuperandæ, benè autem retinendæ.*
6. *Lata verò in Possessorio non obstat Agenti Petitorio.*

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N. de N. & dicit fuisse conuentum in hac Curia ad instantiam N. de N. ad soluendum illi scuta quingentium ex causa venditionis cuiusdam domus sit in loco N. Verum, quia non probauit, neque per instrumentum venditionis assertæ, neque per testes, quod intercessisset venditio talis domus N. quam comparens ipse possidet titulo hæreditario, & non venditionis ab ipso N. Actore; Propterea petit ab impetitis per eumdem Actorem absolui, & liberari; & amplius super illa non molestari, nec inquietari, sed perpetuum silentium imponi. Et in super petit dictum N. condemnari in omnibus damnis, expensis, & interesse factis, & faciendis in præsenti causa. Super quibus omnibus, & c. Deducens. & c. Non se adstringens, et c. Cum potestate, et c. Et ità dicit, ac prouideri petit isto, et omni alio meliori modo, et c.

Forma Sententiæ.

Nos, et c. (*& prosequere, vt supra modo quo dictum est in præcedenti sententia absolutoria ab obseruatione Iudicij, deinde dicatur*) de, et super petitione cuiusdam domus sitæ in loco N. iuxta, et c. *vt supr. vsque ad verba*, diffinitiuè pronunciamus supradictum N. de N. Reum conuentum fore, et esse, absoluendum, et liberandum, prout absoluimus, et liberamus ab impetitis per dictum N. de N. Actorem: ac propterea eidem N. Actori perpetuum silentium imponendum fore, et esse, prout imponimus super præmissis; Victumque Victori in expensis cōdemnamus, quarum taxationē nobis, vel cui de iure in posterum reseruamus, et ita dicimus, et c. et diffinitiuè sententiamus, non solum vt supra, sed omni alio meliori modo, et c.

Ita pronunciaui Ego N. et c. Lecta, lata, et c. vt supra notatum est.

ANNOTATIONES.

1 *Nota Primò*, quod eadem fere forma vti poterit Iudex in sententia absolutoria ab obseruatione instantiæ, quando fortassis instantia perempta est per lapsum temporis trium annorum in ciuilibus (de qua supra diximus) mutatis tamen paucis verbis, nam vbi dicitur: *Ab obseruatione Iudicij*, vel *ab impetitis*, dici debet, *ab obseruatione præsentis instantiæ*. Et in reliquis seruatur eadem verborum forma, prout supra.

2 *Nota secundò*, quod sententia absolutoria simpliciter ab impetitis conceditur Reo vbicumq; Actor non verificauit contenta in sua petitione, vel suam intentionem non probauit *l. enim qui decit. de probat. & l. qui accusare. C. de edend.* Rot. *decis. 17. n. 1. de re iudic. in antiq. & decis. 3. eod. tit. in non* Cassador. *decis. 1. n. 1. & decis. 2. de re iud.* Duran. *decis. 280. n. 2. & decis. 381. n. 1.* & sic Reus absolui debet, ob defectum probationum Actoris. Conceditur etiam tertio possessori ex non iure Actoris. Verall. *dec. 133. par.* 3. Conceditur etiam Reo absenti, quamuis citatus fuerit ad personaliter comparendum, si se defenderit per Procuratorem; dummodo de hoc oppositum non fuerit per Actorem ante conclusum in causa Rot. *decis. 10. de procur. in non. & decis. 7. de re iud. in non.* Quod ampliatur etiam si reus absens fuerit excommunicatus per Procuratorem se defendens. Rot *d. dec. 7. de re iud. in non.*

3 *Nota tertiò*, quod huiusmodi sententia absolutoria ab impetitis ferri potest, etiam ob ineptitudinem libelli, vel ob diuersas alias causas personales. Rot. *dec. 17. præcit. n. 2. de re iud. in antiq.* Similiter ob alias causas, vel ob incapacitatem partis aduersæ. Caualer. *decis. 148. n.* 3.

4 *Nota quartò*, quod per prædictam absolutoriam imponi debet Actori perpetuum silentium Rot. *d. dec. 7. de re iudic. in non. & d. decis. 17. nu. 1. de re iudicat in antiq.* Duran *d. decis. 280. nu. 2.* Et proinde transit in iudicatum, & non potest super illo iure amplius agi per Actorem, quia per ipsam perimitur negotium principale; vt in terminis censuit Rot. *apud.* Caualer. *dec. 158. n. 1. & n. 3. & 148. nu. 2. in princip.* Nenizan. *cons. 19. n. 15.* & Alij quos allegaui supra *in præced. Intersec. 1. n. 10.*

5 *Nota quintò*, quod huiusmodi sententia lata pro Reo in petitorio non obstat Agenti possessorio adipiscendæ. *l. & an eadem §. fin. de except. rei iudic.* Rip. *in l. naturaliter. §. nihil commune n. 101. ff. de acquir. poss.* Argel. *de acquir. poss qu. 2. art. 1. n. 30.* Quod fallit in duobus casibus. Primò, quando excipiens offert se incontinenti probaturum suam exceptionem. Rip. & Argel. *vbi sup.* Secundò, quando Reus fuit absolutus, ex eo quod erat dominus, & docet incontinenti de dominio: secus si fuit absolutus, ex quo Actor non probauit, quia tunc benè procederet. Bart. *in d. l. naturaliter. §. nihil commune, n. 2. vers. tertiò casu.*

Agenti verò possessorio retinendę benè obstat. Dyn. *in c. qui ad agendum de reg. iur. in sexto.* Rip. *vbi supra n. 97.* vbi de communi testatur, prout faciet Menoch. *de retinend. poss remed. 3. n. 785. & seqq.* Quod quidem procedit, quando absolutoria lata fuit, quia Reus probauit, se dominum; sed non quando fuit lata, quia actor non probauit. Rip *loc. cit. n. 97. vers. quod teuendum.* & Menoch. *ib. n. 690 & seq.* Et similiter lata in Petitorio obstat in Possessorio Recuperandæ, in quo parit exceptionem Rei iudicatæ. Rip *in d. l. naturaliter §. nihil commune n. 35. cum seqq.* vbi *n. 40.* de communi testatur contra Bart. *ib.* Sed tamen *n. 69. cum pluribus seq.* limitat viginti quinque modis. Menoch. *de recuperat remed. 1 q. 20. n. 233.* vbi de communi, *& d. remed. 3. de retinen nu. 686.* Fallit tamen conclusio tripliciter. Primò, quando fuit quis spoliatus post sententiam. Secundò, quando fuit declaratum spoliatorem inci-

disse

disse in pœnam legis. *Si quis in tantam C. vnde vi.* Tertio, quando absolutoria lata fuit ab obseruatione iudicij, nam tùc cum spoliator non probauerit se dominum, sententia non facit notorium in causa dominij. Menoch. *de recuperand. d. remed. 1. q. 30. n. 263. & seqq.*

6 *Noto sextò*, quod è contrario sententia absolutoria lata in Possessorio non obstat agenti Petitorio, quia in Possessorio proprietas non vertitur. *d. l. & an eadem. § fin. ff. de except. rei iudic.* Rip. *in d. § nihil commune num.* 102. Menoch. *de retinen. dict. remed. 3. nu* 808. Quod fallit, quando Possessorium habet admixtam causam proprietatis *l. 2. §. quedam ff. de interdict.* Rip. *vbi sup. n. 103. vbi de communi.* Menoch. *d. remed. 3. pracit. n.* 808. Sed hoc sublimitatur, vt locum habeat, quando in iudicio Possessorio fuit plenè cognitum de dominio, aliàs secus. Rip. *in d. § nihil commune n.* 103. *vers. quod dicendum.*

INTERSECATIO III.

De Remedio legis Diffamari C. de ingen. manumiss.

SVMMARIVM.

1 *Iactatio, seù diffamatio quid sit.*
2 *Diffamationis iudicium intentatur coram Iudice competenti diffamati.*
3 *Diffamatus in hoc iudicio habetur pro Reo, quamuis sit Actor.*
4 *In dubio pronunciandum est pro diffamato tamquam Reo.*
5 *Diffamatus non dicitur Reus pluribus modis.*
6 *Confessio facta in libello nocet libellanti.*
7 *Remedium dictæ l.* diffamari *in quibus causis detur.*
8 *Contra quos detur.*
9 *Coram Iudice competente ipsius diffamati proponendum.*
10 *Præuentio datur per citationem, vbi plures Iudices competentes fuerint.*
11 *Iudex electus à diffamato procedit in hoc iudicio etiam si plures habent.*
12 *Quod habet locum, tam in termino diffamationis, quam in negotio principali.*
13 *Iudicium ordinarium coram vno Iudice captum, coram eo est prosequendum.*
Remedium l. diffamari *non competit, si prius intentatum fuit iudicium coram aliquo Iudice.*
14 *Remedium prædictum habere non potest excommunicatus.*
15 *Intentans tale remedium tenetur docere de suo interesse.*
16 *Bina monitio requiritur in hoc iudicio.*
17 *Diffamatio, seù iactatio constare debet Iudici.*
18 *Diffamans. si in termino ius suum deduxerit, relicto iudicio diffamationis agitur iudicio ordinario.*
19 *Timens ab aliquo vexationem quid facere possit.*
20 *Remedia* legis si contendat. ff. de fideiussor. & l. Aurelius. §. centum. ff. de liberat. legat. quæ?

Forma Libelli.

In Curia N comparet N. de N. dicens ad eius aures peruenisse, qualiter Sempronius de Sempronijs se iactauit, & iactat velle molestare ipsum comparentem super solutione scutorū mille pro præenso debito prouueniente ex causa cuiusdam asserti mutui. Verum, quia comparens ipse numquam talis debiti notitiam vsque modo habuit; & huiusmodi iactatio, sed diffamatio non modicum affert detrimentum in bonis ipsius comparentis; imò in proprij status iacturam tendere videtur; Ideo recurrit ad ipsam Curiam N. per quam petit præfatum Sempronium cogi, & compelli ad proponendum in iudicio actionem prætensam contra ipsum comparentem infra competentem terminum; aliàs pronunciari, quod amplius nō audietur; et iactationibus, ac diffamationibus perpetuum imponetur silentium, Super quibus, etc. Non se astringens, etc. Deducens, etc. Et ita, etc. omni modo meliori, etc.

Forma Sententiæ.

In Dei, etc. *Nos*, etc. *Christi* Nomine, etc. *Dicimus*, etc. dictum N. absoluendum fore, et esse, prout absoluimus ab omnibus, et quibuscumque impetitionibus, iactationibus, diffamationibus, molestationibus, et impedimentis præfato N. de N. super pretenso mutuo per Sempronium præfatum præstitis, illatis, et inferri comminatis et ob id eidem N. de N. diffamandi de, et super præmissis perpetuum silentium imponendum, et esse, prout imponimus. *Victumque* Victori in expensis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de iure in posterum reseruamus, *& mandatum* quodcumque desuper necessarium, et opportunum decernimus, et relaxamus, etc. *Et ita*, dicimus pronunciamus, et diffinitiuè sententiamus, nō solum, vt supra, sed *omni* alio meliori modo, etc. *prout in prima formula habentur.*

ANNOTATIONES.

1 Noto primò, quod remedium *legis diffamari. C. de ingenuis manumissis*, frequentissimè intentatur in iudicio; et proinde valde vtile est de eo aliquid prælibare. Dicitur autem in Curia Romana iudicium Iactationis; sed alibi appellatur diffamacionis. Quod introductum fuit ad reprimendum illos, qui malitiosè detrahunt statui alicuius probi Viri, iactando se, quod habeant aliquod ius bonis illius; ex qua diffamatione magnum præiudicium oritur diffamato, tùm quoad Personæ statum, tùm etiam quoad bona; quia mala ipsorum qualitas minuit eorum æstimationem. Soecin. *in l. 1. §. si heres ff ad Senat. Consult. Trebell.*

Neque obstat, quod *in d. l. diffamari*, sermo habeatur solùm de causa status Personarum; Nam respondetur, quod ex identitate rationis, idem haberi debet respectus etiam quoad bona, quæ tacitè sub illo continentur. Contard. *in d. l. diffamari. q. 1. lim. 3. n. 35. & seqq. C. de ingen. manum.* latè Marchesan. *de commiss. iactation. p. 3. §. 1. n. 1. & seqq. fol. mihi* 324.

2 Noto secundo, quod hoc iudicium diffamationis introduci potest coram suo Iudice per diffamatum, & apud illum vocare diffamantem; etiam si diffamans sit alterius iurisdictionis: nam si iste vocare vellet effectiuè in iudicium diffamantem, vtiq; conuenire deberet coram suo Iudice per communem regulam, quod Actor sequitur forum Rei. ita probatur ex *l. cum hi. §. transactiones. ff. de transact.* Bart. *in l. Societatem. §. arbitrorum ff. pro soc.* Cagnol. *in d. l. diffamari n. 9.* vbi de communi, & ibi Contard. *q. 1. n. 3. & seqq.* vbi de magis communi. Abb. *in c. si quis contra Clericum n. 2. de for. compet.* Conar. *variar. resolution. l. 4. c. 18. n. 5. in fin.* Gabr. *de action. conclus. 6. n. 41.* Marchesan. *d. §. 1. nu. 40. fol.* 331. vbi de magis communi. Roman. *cons.* 412. *n.* 2. & ibi Mandos. *in verb. conuenisset.* Osase *dec. 151. nu. 4.* Vrsill. ad Afflict. *decis. 168. n. 2.* Capyc. *decis.* 18.

3 Ex quo infertur, quod licet in alijs iudiciis ille, qui intentat actionem dicatur Actor, & ille, contra quem intentatur, dicitur Reus. In hoc tamen Iudicio diffamationis per remedium legis diffamari, contrarium experimur, nam diffamans, contra quem Iudicium intentatur, dicitur Actor, & diffamatus, qui illud intentat, dicitur Reus originarius, & naturalis Abb. *vbi supra*, Alex. *consil. 103. l. 5.* Couarr. *loc. præcit. n. 4.* Marchesan. *ib. n. 33.* Osase. *d. n. 4. & nu. 10.* Capic. *d. decis. 18.* Duran. *decis. 60. n. 14.* Rot. *decis. 423. nu. 3. part. 1. diuers. & in Placentina Capellania 8. Nouembris 1602. coram Eminentiss. Card. Pamphilio.*

Et ratio est, quia licet diffamatus intentet iudicium, hoc tamen facit prouocatus ad se defendendum, & proinde attenditur causa naturalis, non accidentalis. Alex. *d. cons. 103 n.* . Crauett. *cons. 18. n. 2.* Osasc. *d. decis. 151. n. 4. in fin. & num. 11. in fin.* Marchesan. *loc. præcit. n. 34.* Duran. *vbi sup. n. 13.*

4 Vnde cum diffamatus habeatur, & sit verus Reus in hoc iudicio legis diffamari, vt Doctores præcitati tradunt, præsertim Osascus. *d. decis. 151. num. 4.* diffamans sit verus Actor, Rot. apud Duran. *d. dec. 60. nu. 14.* in dubio ad fauorem diffamati, tamquam Rei pronunciandum est. Dec. *in l. fauorabiliores n. 2. ff. de regul. iur.*

5 *Noto tertio*, quod conclusio suprafirmata, diffamatum scilicet esse verum Reum, pluribus modis limitatur.

E. Primò, quoad primam petitionem in libello factam, Roman. *cons.* 217. *in princ.* Durand. *decis.* 60. *num.* 12. quia respectu primæ ordinationis iudicii dici debet Actor, non Reus secus, respectu decisionis ipsius, Iason. *in l. de pupillo § si procurator. numer.* 4. *ff. de nou. oper. nunc.* Contard. *in d. l. diffamari qu.* 1. *num.* 2.

6 Secundò limitatur, quando in libello expresse vocauit se Actorem, quia eius confessio illi obest. *l. cum precum. C. de liber. caus.* vbi Bald. & Salic. *lib.* 3. *C. de confess.* & ibi Bart. & Alij *& l. si non fuerit factum. ff. rem rat. haber.* Gabr. *de confess. conclus.* 4. *num.* 7. Olasc. *decis.* 138. *nu.* 3. Marchef. *vbi sup. num.* 38. Mandol. *de commiss. formul.* 1. *vers. quarto premitto.* Caputaque *decis.* 190 *n.* 3 *p.* 1. *& dec.* 220. *nu.* 1. *&* 4. *p.* 2. Rot. *in Perusina Bonorum* 11. *May* 1582. *coram D. Brano.*

Tertiò limitatur, quando procurator habuit mandatum generale ad defendendum, quia non per hoc intentare potuerit pro suo principali dictum remedium *legis diffamari.* Contard. *ib. q.* 1. *n.* 18. verba enim mandati sunt propriè intelligenda. Put. *dec.* 413. *per tot. l.* 1.

Quartò limitatur, quando intentans huiusmodi remedium non docet de suo interesse; nam tunc eo frui non potest. Rot. *in d. Placentina Cappellania* 8. *Nouembris* 1602. *coram Emin. Card. Pamphilio.*

Quintò limitatur, quando quis in Curia Romana obtinuit commissionem super omnibus causis motis, & mouendis cōtra quoscumq; & facta non fuit in specie mentio super iactationibus; nam tunc talis obtinendo citationem, iuxta formam commissionis declarat se Actorem, *l. inter bus ff. de iud.* à qua recedere non potest. Roman. *cons.* 338. *n.* 13. Rot. *in Syracusana quarta* 16. *Nouembris* 1588 *coram D. Comitolo* quæ est eius *decis.* 34. & apud Postium *de manutenend. dec.* 65.

7 *Noto quarto*, quod hoc remedium *legis diffamari* intentari potest, tam in causis Ciuilibus, quam Criminalibus. *l. ... ff. de accusat. l. si ea C. de his qui accus. non poss.* Bart. *in l. si quis libertatem n.* 8 *ff. de petit. hæredit.* Contard. *in d. l. diffamari ampliat.* 3. *num.* 25. Gabriel. *de action. conclus.* 6. *num.* 2. vbi Alios congerit. Mandol. *de commiss. for.* 5 *iactat. & molest. in verb. imputare*, Boer. *decis.* 255. *n.* 7.

Secundò intentari potest, tam in causis prophanis, quam spiritualibus, puta beneficialibus. Menoch. *de recuperand. possess. remed.* 15. *qu.* 27. *n.* 363. *& seqq.* Mandol. *in reg.* 19. *de subrog. collit. in* 1. *& seq. & de commiss. vbi sup. in princ. & in verb. inquietare* vbi tradit formulam commissionis. Cassador. *dec.* 6. *de restitu. & decis.* 9. *de caus. poss. & propr.*

Tertiò datur, tam in Iudicio Possessorio, quam in Petitorio; tam in actionibus personalibus, quam realibus Dec. *in c. in præsentia n.* 10 *de probat.* Gabr. *de act. d. conclus.* 6. *n.* 3. Contard. *vbi sup. concl.* 1. *n.* 24. Boer. *loc. cit. nu.* 7. Rot. *decis.* 26 *nu.* 1. *de sent. & re iud. in antiq.*

Quartò datur, tam in causis feudalib. quam in alijs non feudalib. & tam in causis dotalib. & matrimonialib. quam in alijs. Contard. *ib. ampl.* 10. *n.* 75. *& seqq. & ampl.* 23. *n.* 168. *& ampl.* 2. *n.* 185. Gabr. *d. conclus.* 5. *n.* 7. 10. *& seqq.*

8 *Noto quinto*, quod dictum remedium *l. diffamari* competit contra plures Personas.

Et Primò contra Fiscum, & Procuratorem Principis.

Secundò contra Episcopos, & Prælatos eorumque successores.

Tertiò contra impugnantes priuilegia Principis ex defectu voluntatis.

Quartò contra Filium exhæredatum ad proponendam querelam.

Quintò contra Tutores, & Curatores, & Hospitalarios.

Sextò contra Maritum respectu Dotis.

Septimò contra eum, qui de directo agere non potest;

Octauò contra Personas incertas,

Nonò contra excommunicatum.

Decimò contra diffamantem iura Beneficij, & Ecclesiæ.

Vndecimò contra tertium interesse habentem in iudicio iam intentato contra diffamantem, nam tunc citari potest tertius ad contradicendum pro suo Iure. Gabr. *d. tract. de action. conclus.* 6. *à num.* 4. *vsque ad* 17. vbi latè, latius verò Contard. *in d. l. diffamari ampliat.* 1. *nu.* 9. *ampliat.* 4. *&* 5. *nu.* 26. *ampl.* 7. *num.* 33. *ampl.* 8. *nu.* 40. *ampl.* 9. *nu.* 48. *ampl.* 10. *nu.* 75. *ampl.* 11. *num.* 85. *ampl.* 15. *num.* 102. *ampl.* 21. *num.* 142. *& ampl.* 2... *num.* 177.

9 *Noto sexto*, quod ad effectum, vt hoc remedium dari possit, plura requiruntur.

Et Primo, vt diffamatus præueniat, citando diffamantem coram Iudice competente ipsius diffamati, & si plures habeat competentes, coram aliquo ex illis, alias diffamans posset illum coram aliquo ex pluribus competentibus conuenire. Marian. *in cap. proposuisti num.* 26. *de for. compet.* Gabriel. *d. concl.* 6. *num.* 32.

10 Et ratio est, quia per citationem dicitur præuenta iurisdictio, etiam in hoc iudic. *l. diffamari.* Rom. *cons.* 412. *nu.* 4. & est communis DD. sententia, Cagn. *in d. l. diffamari. n.* 20. *in fin. vers. sed oppono,* Contard. *ib. q.* 2 *n.* 28. *vers. contrarium.*

11 Vnde postquam diffamatus elegerit sibi in Iudicem vnum ex competentibus ipsi, quando plures habet, non potest amplius diffamans conuenire diffamatum coram alio competente diffamati Caccialupus. *in l. omnes populi col.* 14. *ff. de iust. & iur.* Felin. *in c. cum sit generale nu.* 6. *de for. comp.* ob dictam rationem, quia per citationem dicitur præuenta iurisdictio.

12 Quod locum habet, non solum in iudicio diffamationis simpliciter assignando terminum diffamanti, intra quem intentare debeat actionem, quam se iactat habere; verum etiam in negotio principali, nam coram eodem Iudice à diffamato electo super termino ad agendum, conueniri debet super principali actione, & non coram alio, etiam sibi competenti Marian. *in d. c. proposuisti nu.* 26. *vers. & aduerte circa id, quod dixi, de for. compet.* quem sequitur Ferrett. *con.* 39. *n.* 2.

13 *Secundo* requiritur, vt non sit intentatum iudicium principalis actionis coram aliquo iudice; quia remedium *l. diffamari* est remedium subsidiarium, & extraordinarium, quod cessat, quando adest remedium ordinarium, & fuit iam intentatum coram aliquo Iudice, nam coram eo prosequendum est Iudicium, *l. cum quædam puella. vers. sedet si post susceptum, ff. de iurisdict. omn. iudic.* Bald. *in lib. si finita §. eleganter numer.* 4. vbi etiam Alij *ff. de damn. infect. & in lib. pupillus C. de vsur. pupill.* Mandol. *de commiss. iactat. & molest. form.* 5 *d. verb. inquietare vers. inter alia respondeo*, Marchef. *de commiss. iactat. part.* 3. *§.* 2. *nu* 13. *fol.* 319.

Et ita seruatur in hac Alma Vrbe in tribunali A. C. vbi quando datur monitorium iactationum ad partes transmittendum apponitur clausula; *Dummodo Iudicium in partibus non sit cæptum coram aliquo Iudice competente, alias monitorium non afficiat* & adest *const.* 71. Pauli V. incip. *vniuersi agri in §. & in monitorijs specialibus* emanata super reformatione Tribunalium Vrbis Cardinalis. *decis.* 587. *num.* 3. & Rota passim eodem modo procedit.

14 *Tertiò* requiritur, vt qui hoc remedio vti voluerit, sit in communione Fidelium, nam si sit excommunicationis censura innodatus, cum sit a Fidelium congregatione seiunctus, non potest hoc remedio iuuari Felin. *in c. intelleximus. num.* 7. *ante fin. vers. secundo allego; de re iud.* vbi etiam Dec. *num.* 32. & Aretin *nu.* 3. *&* 7. Contard. *in d. l. diffamari, limit.* 5. *n.* 82. Couarr. *variar. resol. lib.* 1 *cap.* 18. *nu.* 5. Afflict. *decis.* 268. *nu.* 3. Olasc *decis.* 351. *n.* 7.

15 *Quartò* requiritur, quod qui voluerit dicto remedio gaudere doceat de suo interesse. Gabr. *de action. d. conclus.* 6 *nu.* 37. *in fin.* Aretin. *cons.* 68. *num* 6. *vers. item non est dubium.* Rot. *in d. Placentina Cappellaniæ, & decis.* 801. *num* 1. *& seqq part.* 1. *diuer.* Et sic de suo iure, & de sua possessione. late Gabr. *d. conclus.* 6. *nu.* 37 Rot. *loc. cit.* Boer. *decis.* 255. *nu.* 10. Felin. *in c. veniens il* 2. *n.* 13. *de testib.* vbi de communi dicit, quod ad docendum de suo interesse, sufficit apparens probatio, quod dictum Rot. *in d. dec.* 801. *nu.* 4. admisit, quoad tertium comparentem pro suo interesse, non quoad principalem, nam hic plenè probare tenetur.

16 *Quintò* requiritur, quod per Iudicem bis moneatur diffamans ad probandum, vna post aliam, non vnica pro bina monitione, alias non posset illi perpetuum silentium imponi, & sic nisi præcedat bina monitio, audiri poterit in posterum. textus est *in § si autem vers. semel, & secundo admonitis Auth. de Eccles. titul. & §. si quis autem non implens Auth. de hæred. & falcid.* vbi Gloss. *in verb. admonitus*, & Angel. *num.* 15. Felin. *in c. venerabilis nu.* 9. *de re iud.* Contard. *vbi sup. limit.* 3. *n.* 31. *& qu.* 13. *nu.* 87. vbi de communi: Gabr. *d. conclus.* 6. *n.* 21. Cæpoll. *de cautelis caut.* 110. Aretin. *in rubr. inst. de except. nu.* 23. *prop. fin. vers. vnum tamen tene menti perpetuò.* Marchef. *d. §.* 1. *num.* 48. *fol.* 333.

fol.333. vbi de magis communi Afflict *decis.264.n.4.* Boer. *decis.255.n.10.*

Quod tamen limitatur, quando in prima citatione apponeretur comminatio de non audiendo amplius elapso eo termino, nam tunc non est opus secunda citatione. Felin. *in c. accepimus. n.6. de fid. instrum.* Conrard. *in l. diffamari. limit.3. nu.70. vers. secunda limitatio.*

17 *Sextò* requiritur, quod constet Iudici, saltem summariè, de diffamatione; alias assertum diffamantem cogere non posset. Bart. *in l. Titia nu.8. ff. de accus.* Bald. *in lib.2. C. ne fil. pro patr.* Ant. *vbi sup. num.23. vers. ex quibus nota.* Cagnol. *in d.l. diffamari. num.6.* Gabr. *d. conclus.6. nu.24.* Couar. *variar. resol. l.1. cap.18. nu.2.* Et sic erit in actis probanda diffamatio. Salicet. *in l.3. n.3. C. qui bon. ced. poss.* Couarr. & Al *ubi proximè*, & Boer. *d. decis.255 n.7. vers. & illa diffamatio.* Et ideo recipi possunt testes ante litis contestationem in hoc iudicio. Butr. *in cap. cum olim n.10. de testib.*

18 *Nota septimo*, quod si diffamans in termino sibi præfixo ad agendum pro actione, quam se iactauit habere, agere incipiat, & ius suum deduxerit, non proceditur amplius per viam dicti remedij *l. diffamari*; sed via ordinarie, cognoscendo de bono iure, & meritis causæ. *c. in præsentia de probat.* vbi Felin. *n.3. col.2. vers. vnum aliud.* Dec. *n.14. vers. quarto nota* & Aret. *n.3. & 4. & d. rubr. inst. de except. nu.23. vers. si autem Aliter.* Cagnol. *in d.l. diffamari n.21.*

Quod si diffamans nihil deduxerit pro suo iure in termino sibi præfixo, vel nec agere incipiat, tunc Iudex tenetur pronunciare, illum non esse amplius audiendum, imponendo ei perpetuum silentium Glos. *in d.l. diffamari. ver. sententiam.* Aret. *d. n.23. vers. ex hoc apparet, & n.38. vers. sed tu posses tenere.*

19 *Nota octauo*, quod quando quis timet sibi instare actionem ab aliquo intentandam, sed ab illo non diffamatur, seu iactatur; tunc quia non potest contra talem dictum remedium intentare, cum sileat, traditur cautela à Practicis Curialibus, quod procuret vt aliquis amicus iactat se habere actionem super illa re, super qua vult dictum remedium, & sic virtute diffamationis intentare potest iudicium *l. diffamari* contra dictum diffamantem, quo intentato contra illum, citari faciet omnes, & quoscumque alios sua interesse putantes, quibus citatis, præfixisque solitis terminis, ac ipsis non comparentibus, pronunciare poterit Iudex sententiam seruatis seruandis ad sui fauorem, perpetuum omnibus imponendo silentium. *arg. Auth. si omnes C. si min. ab hered. se abstin. & l. at qui natura §. si cum me absente.* & ibi Salicet. *num.2. vers. quare secundo C. de negot. gest.* Hæc autem cautela traditur singulariter a Baldo. *in Authent. sed & si quis ab aliquo num.10. vers. cautela C. de testib.* quem sequitur Conrard *in d.l. diffamari ampl.21. n.142. & seqq. & limit.7. nu.105.* Boer. *d. decis.255. num.7.* Nat. *in Clement. sepè in princ. notab 5. art.3. princ. nu.16. vers. & quia dixit Baldus. de verb. sign.*

20 *Nota vltimo*, quod timens vexationem ab aliquo super suis bonis, vltra remedium *l. diffamari*, intentare potest duo alia optima remedia; vnum *l. si contendat. ff. de fideiussorib.* & alterum *l. Aurelius. §. centum ff. de liberatione legata.* Et proinde inde adire Iudicem suum competentem, coram quo esset ab Aduersario conueniendus, si ille ageret contra ipsum, & ab eo petere declarari, se non esse debitorem; Vel habere meliora, & potiora iura; Vel sibi legitimam competere exceptionem, & huiusmodi; & propterea aduersario super actione, in qua molestiam timet perpetuum silentium imponi. *ita habetur in d.l. si contendat. & d. l. Aurelius §. centum*, & ibi Glos. & DD. communiter, quibus addi potest *lex. duo patroni in princ. ff. de iureiuran. & lib.3. C. qui bon. ced. poss.* ita tradit Bart. *in l. si finita §. eleganter num.2. ff. de damn. infect.* Abb *in cap. si quis contra Clericum num.2. vers. vnde licet de for. compet.* Felin. *in cap. significauit. num.5. de testib.* Roman. *consil.482. nu.1.* & ibi Mandos. *in verb. inquietari.* Couarruu. *resol. d. lib.1. cap.18. n.3.* Conrard. *in d.l. diffamari ampl.17. nu.108.* vbi de magis communi testatur. Neque obstat, quod remedium *dicta l. si contendat* loquatur in fideiussore, nam ex identitate rationis idem seruari debet cum quocumque alio Reo. Cagnol. *in d. lib. diffamari nu.5. vers. sextò amplia* Ofasc. *decis.151. nu.10.* Differunt tamen prædicta remedia in aliquo, nam in remedio *l. diffamari* Actor; compellitur agere in termino, alias ei imponitur silentium, in remedio vero *l. si contendat & l. Aurelius §. centum* Actor compellitur agere statim, alias Iudex procedit super exceptione, & non agenti imponit silentium. Soccin *cons.79. n.6. l.3.* quem sequitur. Cagnol. *in d.l. diffamari nu.5.* Ofasc. *vbi sup. num.12.* Secundò differunt, in modo probandi. Conrad. *in l. diffamari ampliat.17. num.126.* Tertiò differunt, quia in remedio *l. diffamari*, compellitur Aduersarius ad libellandum, & agendum contra se, alias ipso non agente imponitur silentium; in remedio vero *l. si contendat, & l. Aurelius §. centum* non cogitur aduersarius ad dandum libellum, sed illud intentans petit declarari pro iure suo, & requirit Aduersarium, vt contradicat, si sua putauerit interesse, & si non contradixerit, sententia declaratoria ei præiudicium afferet, Castr. *in lib.2. n.2. C. de ordin. iudic.* Alias differentias ponit Contardus *vbi supra* Melius est autem, vt intentans remedium *d.l. diffamari* cumulet etiam prædicta alia duo remedia *l. si contendat, & l. Aurelius §. centum*; & ita in Praxi seruatur, vt obseruat Couarruu. *var. resol. d. lib.1. cap.18. num.3.*

INTERSECATIO IV.

De Petitione hereditatis ex testamento, per remedium legis final. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.

SVMMARIVM.

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N de N & dicit, quod quondam Sempronius de Sempronijs in suo vltimo testamento rogato manu N. de N. publici Notarij sub die, &c. comparentem ipsum hæredem pure instituit in omnibus eius bonis per eum tempore suæ mortis pacificè possessis; quod quidem testamentum in promptu exhibet, & producit omni solemnitate vallatum, sed quia post obitum dicti Sempronii Titius de Titiis indebitè, & minus iustè occupauit & de facto apprehendit res, & bona hæreditaria dicti Sempronii, & adhuc tenet, & occupat, (nescitur tamen quo iure, vel titulo,) non potuit comparens ipsa hæreditatem adire, quare requisiuit, & monuit præfatum Titium, vt hæreditatem prædictam eiusque res, & bona dimitteret, & relaxaret ipsi comparenti hæredi, vt supra, instituto, quod facere semper recusauit, & ad præsens: recusat; Ideo recursit ad ipsam Curiam N. per quam petit declarari hæreditatem, & bona prædicti Sempronii spectare, & pertinere ad ipsum Comparentem hæredem institutum, & proinde in possessionem illius immittendum esse; nec non dictum Titium occupatorem, & iniustum detentorem cogi, & compelli ad dimittendum & relaxandum hæreditatem res, & bona dicti Sempronii per ipsum occupata, & iniustè detenta, cum omnibus fructibus perceptis, & qui percipi potuissent. Super quibus omnibus, &c. Deducens, &c. Non se astringens, &c. & ita dicit, & prouideri petit isto, & omni alio modo meliori, &c.

Forma Sententiæ.

In Dei, &c. *In causa* et causis, etc de et super immissione in possessionem infrascriptorum bonorum hereditariorũ quondã Sempronij de Sempronis de quibus agitur rebusque alijs, etc. *Visis*, etc. *Christi* nomine, etc. *Dicimus*, etc. N. de N hæredem scriptum in testamento dicti quondam Sempronii in actis exhibitio, et producto non casso, nec cancellato, siuè in aliqua parte ipsius vitiato, fore et esse immitendum, prout immittimus, et immitti mandamus in realem, actualem, et corporalẽ possessionem dictorum bonorum, actualem, et corporalem possessionem dictorum bonorum, eorumque iurium, ac pertinentiarum quarumcumque; amoto exinde Titio de Titiis Reo conuento, seù quocumque alio detentore, et occupatore. *Et quodcumque* mandatum de immittendo desuper necessarium et opportunum decernendum fore et esse, prout decernimus, et relaxamus *Victumque* Victori in expensis condemnandum fore et esse prout condemnamus, Quarum taxationem nobis, vel cui de iure in posterum reseruamus, *& ita Dicimus*, etc. non solum præmisso, sed etiam omni alio meliori modo, etc. *prout in prima formula.*

ANNOTATIONES.

---

1 *Noto Primo*, Quod si Iudex reseruare voluerit iura interesse prætendentium, post prædicta verba *Detentore, & Occupatore*: dicere poterit: *sine tamen præiudicio habentium meliora, & potiora iura, &c.* Quod si noluerit ad expensas condemnare, dicere potest: *& iustis de causis ambas partes ab expensis absoluimus, & liberamus, &c.* Si verò condemnare voluerit ad honorarium seù sportulas ipsi soluendas, subiungere poterit, post verba; *& liberamus, &c.* sequentia videlicet: *præterquam ab honorario nostro, in quo ambas partes pro virili condemnamus, etc. pro quo mandatum quodcumque necessarium, et opportunum decernimus, et relaxamus, etc. omni modo, etc.*

2 *Noto secundo*, Quod in hoc iudicio petitionis hæreditatis per remedium. *l. final. C. de ed. Diu. Adr. tollen.* requiritur ex necessitate exhibitio & productio testamenti apud Acta Curiæ, eo quod Instrumentum testamenti non abolitum, nec cancellatum, siuè in aliqua parte vitiatum paratam habet executionem ex remedio *d. l. finalis*, vt tradit Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 4. n. 693.* Campeg. *de dot. p. 5. q. 111. num. 5.* Suarez *in repetit. l. post rem iudicatam in 3. notab. §. adde quaestum, ff de re iud.* Surd. *consil. 214. n. 20.*

3 *Noto tertiò*, quod hoc remedium *l. fin. C. de ed. Diu. Adr. tollen.* competit hæredi ex testamento, non ab intestato, Papient. in Prax. *in form. libell. quo petit hæred. ex test am. § in omnibus eius bonis n. 3.* vbi allegat Cyn. *in d. l. fin vers. tertiò iuxta præmissa.* & notatur per Bald. *cons. 35. n. 5.* Hæredi enim ab intestato competit remedium *Interdicti quorum Bonorum*, Menoch. *de adipiscend. possess. d. remed. 4. nu 46. & 54.* Matant. *in spec. aur. p. 3. d. 7. num. 2.* vbi aiunt, quod quando testamentum non esset omni solemnitate vallatum, sed aliquem haberet defectum, melius esset intentare remedium interdicti *quorum bonorum* Idem firmat Peregr. *de fideicomm art. 42. n. 1. & seq.* & Nos dicemus infrà *intersec. 17. vbi de interdicto quor. bonor. n. 6.*

4 *Noto quartò*, quod plura requisita concurrere debent ad effectum, vt hæres ex testamento gaudere possit immissione bonorum ex hoc remedium legis finalis. *Et Primo*, requiritur probatio, quod fuerit institutus heres per testamẽtum, & proinde debet illud in actis exhibere coram Iudice; quod non sit abolitum, rassum, rasum, cancellatum, nec in aliqua sui parte vitiatum, aut suspectum, vt expressè habetur. in tex. *dicta l. fin.* & aduertunt Menoch. *vbi sup. d. remed. 4. nu. 56.* Sallust. Tiber. *in Prax. l. 2. cap. 5. num. 1.* Ridolphin. *in Prax. p. 2. c. 6. n. 34.* Rot. *apud* Bur. *decis. 781. n. 8.* & caual. *decis. 316. in princ. & n. 1.*

5 Vnde si produceretur copia testamenti, quæ non esset authentica immissio concedenda non esset Rot. *decis. 335. nu. 6. p. 2. recent.* Buratt. *vbi sup.* etiam si esset simplex sumptum testamenti à Notario datum, iuxta doctrinam Bart. *in l. 1. §. si quis in duobus. ff. de bon. poss. secund. tab.* Menoc. *d. remed. 4. nu. 651.* Buratt. *vbi supra, & decis. 211. n. 11. & 12. & seq.* vbi etiam habetur, quod si copia, vel transumptum testamenti esset in forma authentica, & probante, tunc concedi posset immissio et ita passim obseruat Rota vt testator Verall. *decis. 351. p. 2.* Menoch. *de adip. poss. d. remed. 4. nu. 653. & seq.* Gratian. *discept. forens discept. 187. n. 13 & seq.* Casu verò, quo prædicta copia, vel sumptum infringeretur, vel aliquo modo in dubium reuocaretur, tunc produci deberet originale ipsius testamenti Menoch. *d. remed. 4. n. 54. vers. nisi in dubium.* Beroù. *cons. 1. nu. 7. & cons. 55. n. 5. l. 2.* Rot. *decis. 135. n. 6. in fin. p. 1. recent.*

6 *Secundò* requiritur, vt hæres institutus probet mortem testatoris, alias immissio in possessionem bonorum ipsius non esset concedenda. *arg. l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadm. testam. aper.* Bart. *in d. l. fin. nu. 11.* Menoch. *d. remed. 4. n. 65. & seqq.* Sal. Tiber. *vbi sup.* et Ridolphin. *ib. n. 38.*

7 Et ratio est, quia testamentum morte testatoris confirmatur. Diu. Paul *ad Hebr. c. 9 nu. 16. c. vltima voluntas 13. qu. 2. c. cum Martha § cæterum vers. immobile perseuerat. de celebr. missar. l. 1. C. de Sacros. Eccles. l. quoniam indignum. C. de test.* Ratio autem rationis est, quia cum hominis voluntas ambulatoria vt vique ad supremum vitæ spiritum. *lib. 3. §. fin. & lib. 4. ff de adimend. legat. l. cum hic, status §. pœnitentiam. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. si quis C. qui test. facer. poss* Gloss. *in d. cap. cum Martha §. cæterum verb. non valet.* & Gloss. *in rubr. Inst. de donat. in verb. mort. d. & in rubr. de adimen. legat.* vtique poterit testator testamentum reuocare, etiam si promiserit se non reuocaturum *l. pactum quod dotali C. de pact.* etiam si à Principe confirmatum fuerit *arg. l. omnium C. de test am.*

8 *Tertio* requiritur, quod bona relicta, in quibus petitur immissio, possessa fuerint a Testatore de tempore eius mortis, alias immissio petita concedi non deberet. *d. l. fin. C. de ed. Diu. Adr. toll.* vbi Gloss. *in verb. fuerunt. & ib.* communiter DD. Menoch *de remed. 4. nu. 363. & seqq.* vbi latè Soccin. Iun. *cons. 77. num. 160. l. 1.* Ruin. *cons. 168. nu. 25. l. 1.* Rot. *decis. 237. nu. 1. p. 1. & decis. 131. nu. 1. p. 2. & decis. 414. nu. 5. p. 4. recent.* Greg. *decis. 206. nu. 1.* Caualer. *decis. 316. nu. 1.* Duran. *decis. 301. n. 3. 321. nu. 2. & 458. nu. 2.*

9 *Quarto* requiritur, quod citetur pars aduersa, quæ reperitur in possessione, vel quasi bonorum, in quibus petitur immissio per remedium *dicta l. fin.* Bart. *in ead. l. fin. nu. 16.* & Sal. Tiber. *n. 20.* vbi de communi, & Alij DD. Menoch *d. remed. 4. nu. 447. & seq.* vbi ait, quod si possessio esset vacans, nulla requiritur citatio, vt etiam dicit Bart. *in d. n. 16.*

10 *Quinto* requiritur, quod alius legitimè non possideat, alias immissio concedenda non esset. *vt habetur in d. l. fin.* in illis verbis. *non autem legitemo modo ab alio detenter.* Bartol. *in l. filiam. nu. 1.* & ibi Alex. *nu. 3. ff. ad senat. consult. Trebell.* Caualer. *d. decis. 316. num. 2* Quando enim bona per aliquem iusto titulo possidentur, procedendum est contra illum non per viam dicti remedii, quod est extraordinarium, sed via ordinaria. Bart. *in d. l fin. nu. 21. vers aut comparet.* Peregrin. *de fideicom. d. art. 48. nu. 40.* Rot. *decis. 711. nu. 1. & 3. part. 1. & decis. 306. nu. 1. part. 3. recent.* Duran. *decis. 178. nu. 31.* Seraphin. *decis. 801. nu. 1.* Caualer. *decis. 485. n. 1.*

11 *Sexto* requiritur, quod petens immissionem bonorum ex dicto remedio legis finalis, non possideat bona petita, quia immissio possidenti, vel semel immisso non est concedenda. *§. sequens. Inst. de interd.* Bald. *cons. 186. nu. 8. l. 1.* Menoch. *d. remed. 4. num. 56. vers. septimo, & nu. 178. & seqq. & 505. & seqq.* Mant. *decis. 33. nu. 12.* Seraphin. *decis. 1268. nu 4.* Rot. *decis. 513. nu. 5. vers. secundo considerabatur p. 1. diuers. et decis. 324. num. 9. p. 4. recent.* vbi limitatur, quando quis fuisset nulliter immissus, quia tunc concedendum esset remedium *dicta l. final.* Vel quando peteretur immissio ad confirmandam possessionem iam obtentam Bald. *d. cons. 186. nu. 8. l. 1.* Menoch. *d. remed. 4. nu. 148.* vbi de communi testatur Rot. *decis. 613. nu. 8. p. 1. diuers.* Buratt. *decis. 201. nu. 1.* Mantic. *decis. 20. n. 3. et decis. 33. nu. 12. vers. neque ad rem pertinet.*

12 *Septimo* requiritur, quod actus immissionis fiat per Notarium publicum, qui de immissione rogari debet, & publicum conficere instrumentum ad futuram rei memoriam. Menoch. *de adipiscend. remed. 4. n. 56. vers. quinto, et n. 914. et seqq.* Berò. *d. cons. 55. vers. quintum l. 2.*

13 *Noto vltimo*, quod huiusmodi remedium legis finalis competit, non solum hæredi scripto, vt supra dictum fuit; verum etiam fideicomm. post purificatum fideicommissum. Menoch. *d. rem. d. 4. n. 181.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 40. n. 55.* Duran. *dec. 136. n. 5. decis. 258. nu. 7. et decis. 432. nu. 1.* Caual. *decis.*

167 n. 4. Rot. *decis. 45. n. 3. p. 3. dec. 43. n. 4. & decis. 444. n. 2. p. 4. & de. cis. 18. n. 1. & decis. 408. n. 8. & seqq. p. 5. recent.*

Quod quidem procedit, etiam contra tertium habentem causam ab hærede grauato, probata tamen possessione fideicommittentis de tempore eius obitus. Gabr. *cons. 44. nu. 6. l. 2.* Sal. Tiber. *in Prax. d. l. 2. c. 5. n. 8. vers. & de hac decisione,* Rot. *decis. 237. n. 1. p. 1. & decis. 33. n. 6. p. 4. & decis. 408. num. 7. & 8. p. 5. recent.*

14 At vero conclusio supra firmata, nempe, quod remedium *dicta l. fin.* competat fideicommissario post purificatum fideicommissum, limitatur pluribus modis. Et Primò, quando per hæredem non est illi facta restitutio, saltem verbo, vt tradit Bart. *in d. l. fin. n. 9. vers. tu vero dicas* Menoch. *vbi sup. nu. 181.* Sal. Tib. *ib. n. 8.* Rot. *decis. 36. n. 2. p. 1. & decis. 599. nu. 1. in fin. p. 3. recent.* Quod tamen sub limitatur in Ecclesia, nam ipsa habebit hoc remedium, etiam non facta restitutione. Alex. *cons. 4. n. 16. l. 2.* Alat. *cons. 214. n. 3. l. 2.* Seraphin. *decis. 848. num. 1.* vbi alias Rotæ decisiones cumulat.

Limitatur secundò, quando hæres grauatus decessit sine hærede, iuxta tradita per Bartol. apud Peregrin. *de fideicom. d. art. 2. n. 57.*

Limitatur tertiò de æquitate Canonica ad euitandos circuitus inutiles. Bald. *in c. in præsentia n. 31 vers. dubitatur modo de probat.* Paris. *cons. 12. nu. 115. l. 2.* Sal. Tib. *loc. cit. d. c. 5. n. 9.* Peregrin. *d. art. 2. n. 62.* Gulielm. de Bened. *in ca. Raynutius in verb. absque liberis el. 2. nu. 85. de testam.* Boer. *decis. 156. n. 8.* Rot. *in Senogallien. Hæreditatis 21. Iunij 1567. coram fal. rec. Clemente VIII. & decis. 216. n. 7.* apud Postium. *de manuten.*

Limitatur quartò in Saluiano, quod ad fideicommissarium pertinet absque nulla restitutione etiam verbali ab hærede ei facienda; quia eidem fideicommissario competit actio Hypothecaria per fideicommissi restitutio. Sal. Tib. *d. c. 5. n. 9.* & Rot. *in Romana de Comitib. 30. Ianuar. 158 . coram. eod. Clemente VIII. impress. apud eundem* Sal. Tib. *vbi sup. & in decis. 36. nu. 2. p. 1. recent.*

Limitatur quintò in omnibus illis casibus, in quibus iura, & actiones, nulla facta requisitione, recta via transeunt in fideicommissarium, quia eandem vim habet restitutio legalis, quam verbalis Glos. *in l. sancimus §. fin. in verb. ipso iure C. ad senat. cons. Trebell.* Bart. *in l. fin. n. 9. vers. adde etiam C. de edict. Diu. Adr. toll.* Pereg. *in fideicomm. d. art. 2. n. 2. 56. cum plurib. seqq.* vbi plures casus enumerat, *& art. 48. n. 14.*

INTERSECATIO V.

De Aditione hæreditatis cum Beneficio legis, & Inuentarij.

SVMMARIVM.

1 *Hæres quadrupliciter institui quis potest.*
2 *Hæreditas tripliciter adiri potest.*
3 *Requisita ad hæreditatem adeundam plura.*
4 *Hæreditas, quid sit, ostenditur.*
5 *Hæreditas iacens quando dicatur.*
6 *Hæreditas iacens est persona ficta.*
7 *Curator datur hæreditati iacenti.*
8 *Requisita ad dandum curatorem hæreditati iacenti, quæ?*
9 *Citandi sunt omnes interesse habentes in deputatione curatoris hæreditatis iacentis.*
10 *Citatio prædicta qualiter fieri debeat.*
11 *Curator præfatus inuentarium facere debet.*
12 *Item cautionem præstare idoneam.*
13 *Item vtilia agere, & inutilia prætermittere.*
14 *Item esse præsens.*
15 *Hæreditas iacere dicitur durante inuentarij confectione.*
16 *Inuentarium præseruat ius hæredis, ne teneatur insolidum creditoribus.*
17 *Quod esse debet legitimè factum.*
18 *Actus, qui legitimè non fit, pro non facto habetur.*
19 *Requisita inuentarij plura.*
Inuentarium intra tres menses est perficiendum.
20 *Hæres ante inuentarij confectionem adire non debet hæreditatem ne amittat beneficium.*
21 *Filius inuentarium non faciens non amittit legitimam.*
22 *Tempus conficiendi inuent., quando incipiat de iur. comm.*
23 *Et quando per Bullam Pij IV.*
24 *Pendente inuentarij confectione, hæres non est molestandus a creditoribus.*
25 *Inuentarium debet signo Sanctæ Crucis signari.*
26 *Creditores hæreditarij, qualiter citandi in inuentario.*
27 *Citatio vnica sufficit contra creditores præfatos.*
28 *Inuentarium fieri potest etiam iudicialiter.*
29 *Inuentarium continere debet omnia bona Testatoris.*
30 *Inuentar. an vitietur si aliqua bona in eo non apponantur.*
31 *Dolosa omissio bonorum in inuentario probanda est.*
32 *Dolus non præsumitur pluribus modis.*
33 *Testes in inuentario necessarij.*
34 *Subscriptio hæredis in inuentario, an semper necessaria sit.*
35 *Testes in inuentario cognoscere debent hæredem.*
36 *Decretum Iudicis necessarium est in inuentario.*
37 *Inuentarium publicari debet à Notario.*

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N de N & dicit, quod mensibus elapsis quondam N. de N in suo vltimo testamẽto ipsum comparentem hæredem suum pure instituit in omnibus eius bonis, prout constat ex testamento rogato die tali.. mensis talis.. manu publici Notarij N. de N. quod quidem facto exhibet, & producit omni solemnitate vallatum. Verum quia post mortem dicti N. de N. Testatoris hæres ipse hæreditatem prædictam acceptauit, sciens autem, quod testator erat multo ære alieno grauatus, inuentarium legitimè confecit cum debitis solemnitatibus iuris de omnibus, & singulis bonis, ac rebus in hæreditate prædicti N. testatoris existentibus, ad effectum satisfaciendi creditoribus super bonis hæreditarijs, ne ipse teneretur de proprio, si se immiscuisset hæreditati, sine confectione inuentarij prædicti. Qua propter ne amplius hæreditas iacens permaneat, hæreditatem ipsam adire intendens petit, & instat comparentem ipsum hæredem cum beneficio legis & inuentarij per ipsam Curiam declarari, ne in futurum creditoribus vltra vires hæreditarias satisfacere teneatur, & bonorum omnium hæreditariorum possessionem accipere possit, super quibus omnibus, &c. Deducens, &c. Non se astringens, &c. omni modo meliori, &c.

Forma Sententiæ.

Nos &c. *Visis, &c. Christi nomine* repetito, &c. *Dicimus.* &c. Inuẽtarium confectum pro parte N. de N. de bonis hæreditarijs, & iuribus N. de N. in actis productum fuisse, & esse ritè, & legitimè factum, et supradictum N. de N. esse hæredem dicti quondam N. de N. cum beneficio legis, et inuentarij; dictoque beneficio vti; potiri, frui, ac gaudere posse, et debere semper, et omni tempore; et sic non teneri vltra vires dictæ hæreditatis; Eumdemque N. de N. sic vt supra hæredem licentiamus ad possessionem omnium, et quorumcumque bonorum hæreditariorũ dicti quondam N. de N. vbilibet existentium; iure tamen alterius semper saluo; et mandatum quodcumque desuper necessarium, et opportunum decernimus, ac relaxamus, et ita dicimus etc. *prout in fine primæ formulæ sententiæ.*

ANNOTATIONES.

1 Noto primò, quod quilibet potest quatuor modis hæres institui, nimirum purè; sub Conditione; In Diem, et sub Modò. Purè dicitur quis institui, quando institutio non est suspensa tempore, vel conditione, ita quod statim mortuo testatore potest hæres scriptus hæreditatem adire. *l. Is potest ff. de acquirend. vel amitt. hæred.* Sub conditione instituitur quis, quando imponitur aliqua conditio quæ solet esse, vel possibilis, vel impossibilis; si sit impossibilis de natura, aut de iure, redditur nulla *l. filius ff. de condit. inst.*, si verò si sit possibilis; et tunc aut est protestatiua, aut casualis; si sit protestatiua, tenet Institutio. *l. fons quoq; in princ. ff. de hæred. inst.* si verò sit casualis, declaratur, *ut in l. 1. C. de institut. & substit. sub condit. fact. & in l. testamento. ff. de cond. & demonstr. d. impossibilis conditio inst. de hæred. inst.*

In diem dicitur facta institutio, quando aditio hæreditatis suspensa

suspensa est in euentum alicuius diei, *l. hæreditas ex die ff. de hæredibus instit.* Sub modo dicitur facta, quando instituitur quis hæres, si talem, vel talem modum tenuerit in adeundo hæreditatem; quia ius adeundi hæreditatem durat triginta annis. *l. licet C. de iur. deliberan.*

2 Noto secundo, quod hæreditas adiri potest tripliciter, scilicet animo, seù voluntate, verbis, & factis seù re; solo animo, vt in *l. si Aina C. de iur delib. §. fin. inst. de hær. qual. & diff.* ibi Angel. Faber. & Alij. Verbis fit aditio, quando quis expressè dixit: Volo adire hæreditatem. Gloss *in d. §. fin. & in l. seruus vlect.* vbi Bart. & Alij *in princip. de legat.* 1. Facto verò aditur hæreditas, quando quis se pro hærede gerit, faciendo aliquem actum, qui fieri non solet, nisi per hæredem, vt vendere, locare, soluere debita, & huiusmodi. *l. Pauconium. §. vlt. ff. de acquir. hæred. l. 2. C. de iur. deliber.*

3 Noto tertiò, quod adhoc, vt hæreditas adiri possit plura requiruntur, de quibus Glos. *in d. l. is potest. de acquir. hæred.* & ibi etiam Bart. & Glos. *in d. § fin. verb. hæredem. inst. de hæred. qualit. & differ.*

Primò, enim requiritur, vt adiens sciat, se esse hæredem, *d. §. fin.*

Secundò, vt sciat causam aditionis, an succedat ex testamento, vel ab intestato *l. si is, ad quem ff. de acqu. hæred. & d. §. fin. inst. de hær. qualit.*

Tertiò, vt sit institutus purè, non sub conditione, quia tunc ante aduentum conditionis adire non potest. *l. is, qui hæres in princ. ff. de acq. hæred.*

Quartò, quod sit sui iuris, aliàs requiritur iussus patris, vel domini. *l. si quis mihi §. iussum, & l. qui in aliena. ff. de acqu. hær.*

Quintò, vt si mentis compos. *§. fin præter. in fin. verb. intelligit.*

Sextò, quod sit maior 14. annis *l. potuit. C. de iur. deliber. & l. si infanti in princ. eod. tit.*

Septimò, quod sciat testatorem mortuum esse *l. qui hæreditatem. ff. de acq. hæred.* aliàs adire non potest *l. is, qui hæres. § si quis dubitet. l. nemine. & l. qui superstites. ff. eod. tit.*

Octauò, quod sit certus testatorem potuisse testari, aliàs si dubitaret, adire non posset. *l. hæres §. fin. & l. seq. ff. de acq. hæ.*

Nonò, si sit hæres ab intestato, scire debet, quod nullus alius consanguineus eum præcedat. *l. cum quidam. §. 1. ff. de acquir. hæredit.*

4 Noto quartò, quod hæreditas nihil aliud est, quam successio in vniuersum ius defuncti, *l. hæreditas. ff. de regul. iur. & l. nihil. ff. de verbor. signif.*

5 Hæc autem, antequam ab hærede adeatur, dicitur iacens, quia repræsentat defunctum, non hæredem. *l. hæreditas enim, & l. hæreditas in multis ff. de acqu. rer. domin. l. mortuo. ff. de fideiuss.* Bart. *in l. vsufructus. ff. de stip. seru.* Rom. *cons.* 158. *nu.* 1. *vers. & hoc istis probo.* Et eo vsque dicitur iacere, donec sit spes hæredis, qui adire voluerit. Bartol. *in l. si quis instituatur. ff. de hæred. inst.* Rot. *decis.* 728. *part.* 1. *diuers.* Si verò non sit spes hæredis, qui velit hæreditatem adire, tunc hæreditas non dicetur amplius iacens; sed potius assumet nomen bonorum vacantium, nam desinit esse hæreditas, cum non sit hæres; nec proxima spes illius; & non repræsentat personam defuncti, nec hæredis. Angel. *cons.* 234. *n.* 2. & 3.

6 Hinc fit, quod tempore hæreditatis iacentis, si quis agere voluerit contra illam, petere debet a Iudice, vt illi deputet curatorem, qui citari possit; quia hæreditas iacens est persona ficta, quæ defunctum repræsentat, & sic citari non potest; Secundum *text. in l. 1. ff. de curat. bon. dand. l. si diu ff. ex quib. caus. maior.* Alex. *cons.* 100. *n.* 10. *l.* 5. Aliàs contra eam agi non posset, & si occuparentur bona hæreditaria vacantia, occupatio esset nulla. Greg. *decis.* 206. Duran. *dec.* 84. *n.* 9.

7 Quæ conclusio, vt contra hæreditatem iacentem agi nequeat, nisi ei Curator detur, est adeo vera; quod etiam hęres cum beneficio legis, & inuentarii, si fuerit creditor, pro consequendo eius credito, petere debet, vt hæreditati iacenti, donec conficiatur inuentarium, curator, deputetur, ne agat contra seipsum. Bald. *in l. fin. §. in computatione numer.* 4. *C. de iur. deliber.* Cassan. *cons.* 22. *num.* 14. Rolan. *in tract. de inuentar. in* 10. *vtilit. num.* 7. & 8. *fol. mihi* 132. & 133. Cardin. Tusch. *litt. H. conclus.* 23. *num.* 3.

8 Noto quintò, quod ad hoc, vt datio curatoris hæreditati iacenti valeat, plura requiruntur, &

Primò requiritur, vt detur ad instantiam maioris partis creditorum; Capic. *decis.* 87. *nu.* 1. & 2. Caualer. *decis.* 414. *num.* 4. Maior autem pars intelligitur de illis, qui agunt in processu. Capic. *d. nu.* 2. *vers. quoad primum.* Imò practicatur, vt si vnus tantum agat, ad eius instantiam curator detur.

9 Secundò requiritur, quod citentur omnes illi, quos tangit prima causa successionis, quæ citatio fieri debet nominatim. Capic. *loc. cit.* Alex. *cons.* 107. *num.* 1. & 2. *l.* 5. Fulgn. *cons.* 190. *col.* 3. *vers. item cum ipsa.* Caualer. *d. decis.* 114. *nu.* 3. Quod quidem verum est, quando hæredes erunt certi, nam si fuerint incerti, sufficit citatio generalis per proclama. Salust. Tiber. *in Prax. l.* 3. *cap.* 27. *vers. quoad secundum*, vel per edictum. Capic. *d. decis.* 87. *n.* 1. Ampliatur conclusio; quod nominatim citari debeant omnes, vt etiam si sint filii testatoris, adhuc citandi sint nominatim Bald. *cons.* 340. *vers. nam cum, & vers. sed tamen, & vers. item non fuit l.* 2. Capic. *vbi sup. n.* 1. *vers. secundum, & vers. tertium.*

Neque obstat, quod hæreditas non dicatur iacens, quando ad sunt filii, quia suitas inducit continuationem dominii absque alio medio *l. in suis. ff. de iur. deliber.* Duran. *decis.* 15. *nu.* 5. Nam respondetur, quod stante beneficio abstinendi ab immiscenitione hæreditatis, donec inuentarium confecerint, si beneficio legis gaudere voluerint; tali casu citandi sunt, cum datur Curator hæreditati iacenti. Guttier. *in repet. §. sui num.* 107. & 109. *inst. de hæred qualit. & differ.* Borgognio. *ne tutor. c.* 1 *nu.* 110. Duran. *decis.* 15. *num.* 7.

10 Tertiò requiritur, quod fiat citatio ad declarandum, & deliberandum, an sint, vel velint esse hæredes, & assignetur suis tempus vnius anni; extraneis verò tempus centum dierum Bart. *in l. diu. ff. ex quib. caus. maior.* Capic. *vbi sup. nu.* 1. Salust. Tiber. *l.* 3. *prac. c.* 27.

Potest tamen per Iudicem dictum tempus moderari suo arbitrio, Capic. *loc. cit. numer.* 3. Salust. Tiber. *ibid. vers. quoad. tertium.*

Dicet quis, tempus adeundi hæreditatem durat triginta annis de iure communi. *vt habetur in l. licet C. de iur. deliber.* & ibi DD. communiter; ergo nulla conclusio. Respondeo, quod verum est, de iure, tempus adeundi esse 30. annorum, sed hoc intelligendum est, quando Iudex illud breuiare noluerit; secus si illi placuerit abbreuiare, & minuere, nam tunc bene potest facere ad eius arbitrium *per l. si curatoris C. de iur. deliber.* Guttier. *vbi sup. n.* 109. *vers. sed contra* Duran. *ib. n.* 7.

Moderatio tamen temporis præfati procedit tantum ad effectum, vt detur curator hæreditati iacenti, non autem vt auferatur hæreditas filiis, aut Aliis, si postea durante tempore vti voluerint iure præfato adeundi hæreditatem. Guttier. *loc. cit. n.* 9. Capic. *d. decis.* 87. *n.* 3.

11 Quartò requiritur, quod Curator conficiat inuentarium. Capic. *ib. nu.* 1. Caualer. *d. decis.* 114. *nu.* 4. si habere intendit administrationem bonorum. Salust. Tiber. *d. l.* 3. *c.* 22. *nu.* 4. & *d. c.* 27. *vers. quoad quartum.* Duran *decis.* 486. *n.* 1. Quod si administrationem non habuerit, sed tantum fuit datus ad effectum, vt citari posset ad certam litem, vel actum, tunc non tenetur inuentarium conficere, cum nihil recipiat. *l. ad prosequendum C. de in litem dando tutore.* Vant. *de nullit. defect. in habil. n.* 145. Barat. *decis.* 514. *n.* 10.

12 Quintò requiritur, quod Curator cautionem præstet, dando idoneum fideiussorem. Capic. *vbi proximè nu.* 1. Caual. *ib. num.* 4. Salust. Tiber. *d. c.* 27. *vers. quoad quintum.* Quam cautionem dare tenetur, tam si sit datus ad certum actum, seù litem, quam si sit datus generaliter ad omnes actus, quia de iure ad illam tenetur *l. de creationibus C. de Episcop. audient. l. & si ad species, & ibi Gloss. ff. rem. pupill. salu. for.* Galganett. *de tutor. l.* 2. *tit.* 1. *nu.* 11. Alex. *cons.* 163. *l.* 5. Oldrad. *cons.* 59. *in fin.* Angel. *cons.* 193. Mandos. *in form.* 4. *commiss. in verb. curatorem ad lites vers. vnum valde notabile.* Capell. *Tholos. decis.* 246. *inc. item si curator.*

13 Sextò tenetur Curator prædictus in ipso actu deputationis promittere vtilia agere, & inutilia prætermittere, & hæreditatem benè defendere *d. lib. de creationib. & l. si ad species,* vbi Gloss. & Bart. Vant. *vbi sup. n.* 146 Aretin. *in §.* 1. *n.* 10 *inst. de curator.* Aufret. ad Capell. Theolos. *decis* 72. & *d. decis.* 246. Galgatt. *de tutel. l.* 3. *q.* 19. *n.* 7. Crauett. *cons.* 540. *n.* 5. & 3. Salust. Tiber. *d. l.* 1. *c.* 54. *n.* 5. Buratt. *d. decis.* 524. *n.* 8.

Et fideiussor ab eo datus promittere etiã tenetur, quod ille, pro quo fideiubet, hæc omnia præstabit, & ad vnguem adimplebit, Sal. Tib. *l.* 1. *c.* 54. *n.* 5. & ita passim seruatur in practica.

14 Septimò debet Curator datus hæreditati iacenti vel minori, aut alteri, esse præsens in iudicio, non absens. *l. 3. §. si pupillus*, vbi Bart. & Iacob de Aren. *ff. de inoff.* Gaill. *obseruat. 1. 108. nu. 5. l. 2.* Ausier. *in d. decis. 72.* Salust. Tiber. *l. 3. c. 24. n. 5.*

15 *Noto sextò*, quod hæreditas dicitur iacens toto tempore, quo conficitur inuentarium, etiam quod sit hæres certus institutus. Menoch. *consil. 204. n. 27. & 28* Surd. *consil. 143. n. 40.* Grat. *discept. forens. c. 999. n. 2.* Rot. *decis. 341. n. 1. p. 5. diuers.*

16 *Noto septimò*, quod confectio inuentarij facta per hæredem, siue sit hæres suus, siuè extraneus, siuè sit hæres ex testamento, siuè ab intestato, præseruat hæredi omnia iura, perinde ac si ipse hæreditatem non adiuisset. Gloss. & DD. communiter *in l. fin. §. & si præfatam C. de iure delib.* Et proinde non tenetur creditoribus hæreditarijs soluere eorum credita vltra vires hæreditarias; Neque legatariis Defuncti, nisi in quantum bona in hæreditate relicta sufficiant, *vt habetur in d. l. fin.* & ibi DD & notatur per Menoch. *consil. 178. n. 15.* Buratt. *decis. 521. n. 9. & decis. 395.* Ferent. *ad Buratt. decis. 154. num. 8. & decis. præcit. 395. nu. 5.* Rot. *decis. 331. nu. 1. p. 5. recent.* Alias si hæres hæreditatem adiret non confecto inuentario, sit obnoxius omnibus creditoribus hæreditariis, & tenetur illis satisfacere in solidum vltra vires hæreditarias. *d. l. fin. §. cum igitur C. de iur. deliber.*

17 Inuentarium tamen adhoc, vt suffragetur, debet esse legitimè, & ritè factum alias nullum produceret effectum pro hærede, qui illud male confecit, Natt. *cons. 74. n. 6 & 7. l. 2.* Menoch. *cons. 471. num. 18.* Greg. *decis. 496. n. 2. & ib* Beltram. *litt. A.* Et ratio est, quia pro eodem reputatur, inuentarium non facere, & facere, sed non legitimè *l. fin. §. si vero postquam in fin. C. de iur. delib. & §. si vero non fuerit in Aut. de hæred. & falcid.*

18 Paria enim sunt, aliquid factum non fuisse, vel nulliter factum *l. quoties. ff. qui satisdar. cogunt.* Surd. *consil. 359. nu. 1.* Vel quod solemnitas non est factum *l. vnic. C. de rei uxor. action.* quod enim non ritè fit, pro non facto habetur. Hipp. Marsil. *in d. l. de vnoquoque nu. 120. ff. de re iud.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. Gloss. 10. n. 21.* Cum idem sit aliquid non fieri, & inutiliter fieri *l. pen. in princ. ff. de suis & legit. hæred. & §. sciendum instit. de satisdat. tutor.* Gloss. *in c. 2. verb. annalem de transl. prol.*

19 *Noto octauo*, quod ad hoc, vt inuentarium dici possit ritè, & rectè factum, plura requiruntur. Et

Primo, quod hæres præsens infra tres menses computandos à die, quo sciuerit se esse hæredem, inuentarium conficiat; si verò si absens, infra annum à die mortis testatoris. *l. fin. § si autem dubius*, vbi Gloss. *in verb. delatam. & §. sin autem à locis C. de iur. deliber.* Soccin. Iun. *cons. 19. nu. 20. l. 3.* vbi de communi testatur, Caualer. *decis. 410. n. 6.* Debet tamen inuentarium inchoare infra mensem, & infra alios duos menses complere. *d. l. fin. § sin autem dubius.* Vasq. *de successión. resol. §. 18. n. 48.* Roland. à Valle. *in tract. de inuentario in 3. p. n. vers. quæritur quo tempore & vers. inuentarium.* Et nota quod inuentarium fieri debet manu publici notarii, adhoc specialiter rogati. *dicta l final. §. sin autem dubius vers. sub præsentia tabulariorum.*

20 Cautus tamen esset debet hæres scriptus in testamento, vel succedens ab intestato, ne immisceat se hæreditati, si sit suus, neq; adeat illam, si sit extraneus, antequam conficiat inuentarium de omnibus bonis hæreditariis; alias teneretur in solidum satisfacere creditoribus, & legatariis testatoris; & non gaudebit beneficio legis, vt in *d. l. fin. §. sin vero postquam C. de iur. deliber.* Quod si inuentarium confecerit infra dictum tempus trium mensium, gaudebit tali priuilegio, quia tenebitur satisfacere creditoribus hæreditariis, quatenus vires hereditatis patientur, detracta falcidia de legatis, & non vltra si autem simpliciter adierit hæreditatem nullo facto inuentario, tunc tenetur, si sit hæres extraneus, etiam de suo proprio in solidum, nulla facta detractatione falcidiæ, satisfacere in totum creditoribus, & legatariis.

21 Si vero sit filius defuncti, licet teneatur in solidum satisfacere creditoribus, tamen de legatis detrahet eius legitimam, *ut habetur in d. l. fin. §. sin autem dubius, et si præfatam, & §. si quis autem temerario, C. de iur. deliber.* et similiter *in §. si vero expressam Auth. de hæredib. & falcid.* non tamen priuatur. Trebellianica. Ias. *cons. 14. nu. 3. vol. 4.* vbi de communi. Soccin. Iun. *cons. 147. n. 9 vol. 1.* Roland. à Vall. *cons. 27. nu. 26. vol. 1.* Crauett. *cons. 13. in princ.* Natt. *cons. 220. n. 1.* Franch. de Porcel. *in tract. de inuentar. c. 5.*

22 Quamuis autem, vt dictum est, tempus conficiendi inuentarium currat hæredi à die scientiæ, *vt in d. §. sin autem dubius*, et notat Phanuccis. *de inuentar. p. 3. nu. 4. & seqq.* Sunt tamen Alij, qui dicunt, currere à die aditæ hæreditatis post scientiam, nisi hæres malitiosè distulerit adire hæreditatem, quia tunc currit tempus a die scientiæ delatæ hæreditatis. Bart. *in d. l. §. sin autem dubius*, et ibi Alii, Addent. *ad Gloss. in verb. delatam.* Roland. *de inuentar. p. 3. q. 2. nu. 5.* & Alij penes Phanucc. *d. p. 3. nu. 3. vers. Bart. & sequaces.* Vel nisi hæres petierit terminum vnius anni a Principe, vel nouem mensium à Iudice, ad deliberandum; iuxta text. *in d. l. fin §. sed quia quidam* quia tunc pariter currit à die scientiæ tempus ad inuentarium conficiendum. Gloss. *in d. §. sed quia quidam in verb in beneficio* Roland. *de inuent. d. p. 3. q. 12. n. 1.* Et ista opinio est magis communis.

23 Hodie autem hæres præsens tenetur infra duos menses deliberare, hæreditatem adire, & inuentarium conficere; Absens vero citra montes, infra quatuor, & vltra montes infra sex menses a die obitus testatoris, per Bull. *Pij IV. super reform. signat. iust.* quæ est eius *const. 83. incip. cum inter. § à die obitus*, secundum antiquam impress. & aduertit Salust. Tiber. *in Prax. l. 1. cap. 55. numer. 1. & seqq.* Quod præcisè procedit in statu Ecclesiastico.

24 Pendente tamen termino, vt supra dato ad deliberandum, & competente ad inuentariū conficiendum, non potest hæres a creditoribus, & legatarijs molestari. *d. l. fin. §. donec. & §. & si præfatam. C. de iur. deliber.* Pius IV. *in dicta Bulla. §. causa discussionum, & §. seqq.* Salust. Tiber. *loc. cit. nu. 7. & seqq. & num. 13. in fin.*

Fallit tamen in his, quæ respiciunt fauorem animæ testatoris, vt in celebratione missarum, & huiusmodi, nam tunc etiam pendente tempore inuentarij hæres conueniri potest. Boratt. *decis. 144 nu. 11. & decis. 395. n. 1.*

Fallit secundò, quando hæres conueniretur, non vt hæres, sed actione reali, vel hypothecaria, vt quilibet possessor. Franc. *decis. 352. n. 4. & 5.*

Fallit tertiò in creditoribus liquidis, si fuerit introducta causa discussionis, nam tunc præstita per illos cautione de restituendo prioribus, & potioribus, & contribuendo æqualibus, potest Iudex consignare illis bona debitoris, *vt habetur in d. Bulla* Pij IV. *§. & interim.*

25 *Secundò*, adhoc vt inuentarium sit legitimum, & dicatur ritè, ac rectè factum, requiritur, vt in eo apponatur ab hærede Sacrosanctum, & venerabile signum Crucis *l. fin. princ. §. sin autem dubius vers. subscript. C. de iur. delib.* in illis verbis. *venerabili signo Crucis antea manu heredis præposito.* Mantic. *decis. 186. num. 1.* dicit tamen Bart. *in d. l. final. §. cum igitur nu. 2. in fin.* de communi, quod cum oppositio signi Sacratissimæ Crucis sit parua solemnitas, eius omissio non vitiaret inuentarium; sequitur Ias. *in d. l. final. in princ. n. 4. vers. septimo requiritur*, vbi etiam de communi testatur Caualer. *decis. 508. num. 3.* Rot. *decis. 72. nu. 12. p. 2. diuers.*

Limitatur tamen conclusio, quando in loco, vbi conficitur inuentarium adesset statutum, vel consuetudo conficiendi inuentarium cum appositione signi Crucis; nam tunc esset omnino apponendum, alias non valeret, iuxta tradita per Bar. & DD. *in l. de quib. ff. de leg.*

26 *Tertio* requiritur, vt citentur omnes creditores, & legatarij ad diem, horam & locum certum, *l. aut qui aliter §. 1. ff. quod vi aut clam.* ad comparendum, vt intersint, & videant inchoari, prosequi, & perfici inuentarium per talem hæredem N. *§. fiat igitur inuentarium, & §. si vero absunt. Auth. de heredib. & falcid.* Phanucc. *de inuentar. p. 3. n. 18.* Mantic. *eod. tract. §. septimò principaliter. nu. 15. & seqq.* Abb. *cons. 63. l. 2.* Thesaur. *qu. 277. nu. 22.* Card. Tusch. *concl. 356. nu. 5.* Et si creditores fuerint certi, sunt nominatim citandi; & specialiter singuli, alias sufficit citatio per edictum, vel per proclamationem, DD. *in d. l. fin. §. 1.* Vel si fuerint absentes, citari debet eorum domestici, aut amici, aut in locum absentium tres alii testes adhiberi *d. §. si vero absunt, & Auth. sed cum testator C. ad leg. falcid.*

27 Vnica autem citatio sufficit tam contra creditores certos, quam incertos; Mantic. *de inuent. d. §. septimo n. 17.* Roland. *de inuent. d. p. 4. cap. 21.* Put. *decis. 266. num. 4. & seqq. in correct. l. 3.* Et ratio quare citandi sunt creditores ad diem, horam, & locum certum, est, quia inuentarii confectio est actus de sui natura extra iudicialis. Bald. *in d. l. fin. §. cum igitur nu. 13. C. de iur. delib.* Roland. *ib.* Rot. *dec. 331. nu. 4. p. 5. recent.* & ideo requiritur citatio pro die, & hora certa Alex. *cons. 33. n. 9. l. 6.* Duran. *dec. 14. nu. 5.*

28 Potest

28 Potest tamen inuentarium fieri etiam iudicialiter co ram Iudice apud acta Curiæ citatis citandis Guid. Pap. *de inuentar. num. 231.* Roland. *d. p. 3. cap. 51. ad fi.* Rot. *dec. 72. nu. 38. p. 2. diuers.* Et tunc citatio sustinetur, etiam sine die, nam tali casu intelligitur ad primam diem Boccaci. *de remissor. c. 10. n. 68.* Put. *dec. 19. de sud. & dec. 212. l. 2. fol. non impres.* vbi loquitur de citatione ad sententiam. Card. Seraphin. *decis. 857. num. 13.* Mantic. *decis. 8. num. 3. & decis. 155. nu.* Rot. *dec. 486. n. 7. in fin. p. 2. recent.* vbi pariter loquitur de citatione ad sententiam, *& dec. 603. nu. 8. in fin. p. 4. recent.*

29 *Quarto* requiritur, quod in inuentario apponantur omnia bona hæreditaria corporalia, mobilia & immobilia cum demonstrationibus, & descriptionibus, ac finibus, necnon iura, actiones, credita, & debita, commoda, & incommoda, & etiam res alienæ depositæ, vel commodatæ, & ibi repertæ, *l. si qui intra C. de bon. prascriptor. §. extraneis Inst. de hered. qualit. & diff.* & ibi Angel. Iason. Misinger. Oinotom. & Alii; Phanucc. *de inuent. d. p. 3. n. 1. & n. 30. vers. quartum requisitum* Mantic. *eod. tr. d. §. 8. principaliter nu. 48. vers. vndecimo*, Roland. *cons. 73. nu. 43. l. 2.* Natt. *cons. 574. nu. 2. & cons. 575. n. 4.*

30 Sed numquid inuentarium vitietur, si in eo non fuerint appositæ, & annotatæ omnes res, itaut si aliqua ipsarum, vel plures omissæ fuerint, amittat hæres beneficium inuentarij, et ex defectu teneatur heres satisfacere creditorib. in solidū.

Respondetur negatiuè, si omissio non fuit dolosa, sed bona fide. Paul. de Castr. *in d. l. fin. §. 1. C. de iur. deliber.* Dec. *cons. 313. num. 1.* Surd. *decis. 222. numer. 10. & 13.* Mantic. *decis. 256. num. 5.* Greg. *decis. num. 3.* Caualer. *decis. 508. num. 7. vers. tota difficultas* Duran. *decis. 387. nu. 14.* Rot. *decis. 199. num. 1. post consil. crim.* Farinac. *l. 2. & decis. 747. n. 4. p. 2. recent. & decis. 331. n. 2. & 21. p. 5. recent. & decis. 72. n. 8. p. 2. diuers.*

Punitur tamen duobus modis, quamuis non amittat beneficium inuentarij. Primò amittit Falcidiam. *§. Hinc nobis. vers. sancimus*, vbi Gloss. *in verb. fortè*, & Bart. *nu. 4. in Auth. de heredib. & falcid.* Monticul. *de inuentar. §. secundo videamus n. 3. fol. 16.* Et secundo tenetur ad duplum rei, quam dolosè describere omisit, *vt in d. l. fin. §. licentia. vers. illo videlicet obseruando C. de iur. deliber.* Castr. *ibid. §. cum igitur nu. 5.* Monticul. *loc. cit.* Rot. Ianuens. *decis. 35. n. 3.*

Ideo ad excludendum dolum in practica traditur cautela, vt hæres in confectione inuentarii apponi faciat protestationem quod describi fecit omnes res, quas sciuit esse defuncti, et si aliquæ omisse fuerint, aut contingat alias reperiri, quam primum de eis notitiam habuerit, velit eas apponere & è contra, si aliq; non apponendæ, appositæ fuerint, quod non velit eas pro appositis haberi. de quo latè Angel *in d. §. extraneis. n. 2. ante fin. Inst. de her. qual. & diff.*

31 Vbi vero quis dixerit, quod bona omissa fuerunt dolo hæredis, ei incumbit onus probandi omissionem fuisse dolosam *l. dolum C. de dol. mal. l. quoties §. qui dolo. ff. de probat. c. afferte nobis gladium de præsumption.* Grat. *discept. forens disc. 998. num. 12.* Duran. *d. decis. 387. n. 23.* Greg. *d. decis. 169. nu. 1. & seq.* Rot. *pract. decis. 199. nu. 11. post consil. crim.* Farinac. *l. 2. & decis. 747. nu. 4. pa. 2. recent.*

32 Præsumitur autem dolū non interuenisse pluerib. modis. Et Primo, quando hæres, vel alter est bonæ qualitatis. Menoch. *de præsumpt. l. 5. præsumpt. 3. n. 28.* Phanucc. *de inuentar part. 3. n. 39. in final.* Surd. *decis. prac. 222. in fin.* Duran. *d. decis. 387. nu. 19.* Rot. Florent. *in Cortonen. Inuentarij 30. Iunij 1643. coram Excell. D. Canossa.*

Secundò, si hæreditas consistat in bonis stabilibus, quæ occultari nequeunt: Ideò in his non solet fieri solemne inuentarium, sed tantum simplex descriptio sinè solemnitate. *l. a. C. quand. & quib. l. 10.* Bald. *cons. 383. nu. 5. l. 1. & cons. 265. in princ. l. 3.* Greg. *d. decis. 169. n. 8.* Duran. *d. decis. 387. n. 17. & 21.* Rot. Rom. *d. decis. 199. n. 1. post cons. crim. Farinac.*

Tertiò, si hæreditas consistat in mobilibus modici momenti, quia in rebus parui valoris occultatio non præsumitur, & in eis sufficit simplex annotatio Bal. *cons. 265. in princ. l. 3.* nam in modicis fraus non præsumitur. *l. cum hi §. modus. ff. de transact.* Oldrad. *cons. 162. circ. fin. vers. vndemonascitur.*

Quartò, si in inuentario fuerit apposita clausula - *saluo iure addendi, &c.* de qua egimus *sup. Intersec. I. num. 4.* vel expressa protestatio de addendis omissis, statim ac ad eius notitiam illa peruenerint, quia per eam excluditur omnis dolus, & fraus. DD. *citat. d. n. 4.* Quintò quæcumquæ causa, etiam illegitima

excusat a dolo. Rot. Ianuens. *decis. 35. n. 3. vers. & ex his patet.*

33 *Quintò* ad validitatem inuentarij requiritur, vt adhibeantur tres, vel saltem duo testes bonæ conditionis, & famæ qui intersint inchoationi & perfectioni, inuentarii, quibus ostendi debent res hæreditariæ inspiciendæ, & per quos inuentarium probari possit. Quod si creditores aut legatarij fuerint absentes tunc vltra illos primos tres, vel ad minus duos testes, adhibendi sunt alii tres loco prædictorum absentium. *vt in d. Authent. sed cum testator C. ad leg. falcid.* & supra dictum est. Phanuccius *de inuentar. p. 3. n. 17.* Ferent. *ad Burgat. decis. 750. n. 7.* Rot. *decis. pract. 72. n. 6. p. 2. diuers.* vbi de communi.

Est benè verum, quod illi tres testes primi quoad creditores, legatarios præsentes, & citatos, non sunt necessarij, quia ipsi allegare non possunt absentiam testium; cum inuentarium valeat, quoad eos, Panuc. *vbi sup.* Roland. *de inuentar. p. 3. c. 27. nu. 6. in fin.* Ias. *in d. l. fin. in prohe. nu. 4. C. de iur. deliber.* Bald. *cons. 265. nu. 2. vers. ponamus l. 3.* Burati. *decis. 75. nu. 7. post med. vers. & ideo* Coccin. *decis. 151. n. 7.* Rot. *d. decis. 199. num. 7. post consil. crim. Farin. l. 2. & decis. 331. n. 19. p. 5. recent.* Nam quoad citatos omnia censentur solemniter gesta. Bald. *vbi proximè, & in Authent. si omnes nu. 12. vers. ex hoc ergo infero C. si mun. ad hered. se abstin.* Marchel *de commiss. rest. in inst. p. 2. §. 3. num. 164. fol. 186. in non impress.* Etiam si citati non fuerint præsentes confectioni inuentarij. Vant. *de null. def. cit. nu. 17.* March. *ib.* Defectus autem dictorum trium testium, si inuentarium fiat iudicialiter suppletur per præsentiam Iudicis. Bald. *cons. 147. n. 2. l. 4.* Rot. *in Romana demus, seù Census de Caranas bonis 22. Iunij 1609. coram D. Penna, & decis. 331. n. 13. p. 5. recent.*

34 *Sexto* requiritur, quod hæres se subscribat propria manu in inuentario; & casu, quo ipse scribere ignoret, adhiberi debet alter Notarius, qui pro hærede scribere nesciente se subscribat, vltra Notarium, qui inuentarium conficit vt expressè habetur *in d. l. fin. §. sin autem dubius vers. subscriptionem tamen suā per hæredem necesse est*; & inferius *vers. vel si ignarus sit litterarum C. de iur. del.* Rol. *de inuent. d. p. 3. c. 47. 48. & 49.* Montic. *eod. tr. d. §. 7. septimo principal. n. 56. vers. 13.* Phan. *eod. tr. p. 3. nu. 66. & 68.* Rot. *d. dec. 72. n. 9. p. 2. diuers.*

Quod intelligendum est, quando inuentarium fit extraiudicialiter manu tantum publici Notarii: non si fiat iudicialiter apud acta Curiæ coram Iudice. Roland. *de inuent. d. p. 3. cap. 51.* Bald. *d. cons. 147. n. 2. l. 4.* Seraphin. *decis. 371. n. 2.* Rot. *decis. 597. n. 1. p. 4. recent. & decis. 35. pract. n. 17. p. 5. recent. & in d. Romana demus, seù census. de Kanas chunc.* Et quod hodie talis subscriptio censeatur nimis scrupulosa subtilitas, & de consuetudine nisi seruatur, tradit Caualer. *decis. 584. n. 4. & 5.*

35 *Septimo* requiritur, quod testes in inuentario extraiudiciali adhibiti cognoscant hæredem, iuxta tradita per Gloss. *in c. causam, quæ verb. de causis circ. mod. de restit. & arrest.* Et quod bona mobilia, de quibus conficitur inuentarium fuerint per ipsos testes visa, vel si fiat iudicialiter visa sint per Iudicem ad excludendam omnem fraudem, vel suspicionem fraudis in hærede. Phanucc. *de inuentar. d. p. 3. n. 73.*

Quod fallit in tribus primus casibus, seù limitationibus positis supra *n. 32.* scilicet stante bona qualitate hæredis; in immobilibus; & in mobilibus modici valoris: quibus additur quarta limitatio, quando inuentarium fit iudicialiter apud acta, nam in his casibus cessat omnis præsumptio fraudis. *l. omnium C. de testam.* Honded. *con. 28. n. 29. l. 1.* Caualer. *dec. 18. n. 3.* Duran. *decis. 387. n. 21.* Monticul. *de inuentar. d. § septimo n. 51.*

36 *Octauò* requiritur, vt interueniat decretum Iudicis, qui interloquatur, siuè expressè, siuè tacitè, hæredem fore & esse admittendum ad hæreditatem adeundam cum beneficio legis, & inuentarij. Rot. *d. decis. 331. nu. 6. p. 5. recent.* vbi etiam tradit huiusmodi decretum apponi posse tam ante inchoatum inuentarium, quam post illius confectionem, & tam in principio, quam in fine eiusdem, idem censuit Rot. Florent. *in præalleg. decis. Cortonen. Inuentarij 30. Iunij 1643. coram Excll. D. Canossa.*

37 *Vltimò* requiritur, quod instrumentum inuentarii rogetur, & publicetur à Notario publico, cum appositione loci, in quo confectum fuit inuentarium, cum descriptione duorum testium. *d. l. fin §. sin autem dubius vers. sub, præsentia tabulariorum C. de iur. deliber.* & ibi Bart. Bald. Angel & Alex. *num. 7 in princ.* Montic *loc. cit. num. 27. vers. sexto sunt testes, & nu. 62.* Phanucc. *de inuentar. par. 3. nu. 7.* Roland. *de inuentar. par. 3. cap. 17. & cap. 18.* Natt. *cons. 114. nu. 13.* Quod procedit in inuentario extra-

iudicialiter facto; secus si illud fiat coram Iudice apud acta citatis citandis: quia tunc non requiritur, vt enuncientur, & adhibeantur duo testes eo, quia Iudicis præsentia supplet omnem defectum enunciationis testium. DD. *in c. quoniam contra de probat.* Alex. *cons.* 13. *n.* 8. *l.* 1. Gregor. *decis.* 453. *n.* 6. Rot. *decis.* 15. *n.* 1. *&* 2. *p.* 3. *diuers. l.* 3.

INTERSECATIO VI.

De actione Reiuindicationis.

SVMMARIVM.

1 *Rei vendicatio, quid sit.*
2 *Requisita necessaria in reiuendicatione.*
3 *Dominium alicuius, qualiter probandum.*
4 *Possessio qualiter probetur.*
5 *Contra quos detur actio reiuendicationis.*
Commodatarius, aut depositarius, quando non molestandus.
6 *Limitatio prædictæ conclusionis.*

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N. de N. dicens, quod N. de N. indebite, & minus iustè detinet, ac possidet fundum N. in loco N. iuxta bona N. & alios fines; qui quidem fundus pertinebat, prout in præsenti pertinet, ac spectat ad ipsum comparentem iure dominij, vel quasi ex varijs titulis, & causis; ex quo fundo fructus ascendentes ad summam scutorum tot percipere potuisset; quem fundum præfatus N. de N. quamuis pluries requisitus fuisset, vt restitueret, numquam tamen restituere curauit; prout etiam nunc recusat in graue ipsius comparentis damnum, præiudicium, & interesse. Ideo comparens ipse recurrit ad ipsam Curiam N. per quam petit declarari dominum dicti fundi, & ad ipsum pertinuisse, ac pertinere, vt supra. Necnon petit & instat supradictum N. aduersarium cogi, & compelli ad restituendum, & dimittendum prædictum fundum cum omnibus fructibus perceptis, et percipiendis, et qui percipi potuissent, iuris, et facti remedijs opportunis. *Super quibus* omnibus petit sibi ius, et iustitiam administrari, etc. *Deducens* &c. *Non se astringens*, &c. *cum potestate*, &c. *& ita dicit* et prouideri petit isto, *& omni alio* meliori modo, etc.

Forma Sententiæ.

In Dei. &c. Nos, &c. *Christi* Nomine, etc. *Dicimus*, etc. vt super. Prædium, seù fundum *N* positum in loco *N* propè bona *N.* *N.* et *N.* et alios fines; etc. spectare, et pertinere ad *N.* de *N.* Actorem iure directi dominij, vel quasi; ideo dictum N. Reum conuentum ad dictum prædium dimittendum, & restituendum dicto N Actori condemnamus, etc. vna cum omnib. fructibus à die motæ litis perceptis, *sind* à die *N.* vsque ad diem *N.* iuxta liquidationem faciendam, etc. *Victum* Victori in expensis, etc. *mandantesque* &c. *& ita dicimus*, &c. *omni* modo, &c. *prout habentur in prima Formula.*

ANNOTATIONES.

1 Noto primò, quod Rei vendicatio nihil aliud est, quam actio realis dominio directo, vel vtili contra possessorem, vel quasi, ad rem quamdam corporalem competens, qua declaratio dominii illius rei, et restitutio petitur vna cum fructibus extantibus, et pendentibus, vt tradit Ioan. Faber, *in §. actionum n.* 10. quæ refert, et sequitur Ioan. Oinot. *ib. n.* 59. In textu verò *leges actionum genera. ff. de obligationib. & actionib.* habetur, quod Vindicatio est actio in rem, per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, petimus.

2 Noto secundò, quod ad effectum, vt Iudex possit sententiam ferre in hac actione requiruntur duo copulatiua, videlicet dominium, vel quasi dominium, ex parte Actoris: et possessio, vel quasi ex parte Rei conuenti. Gloss. *in d. § omnium in ver. possideat*, & est textus, & Gloss. *in l. vnic. C. de alienat. iudic. mutand. caus. fact.* vbi DD. asserunt, quod vnum non sufficeret ad ferendam sententiam declaratoriam, et condemnatoriam, prout fit in Reiuendicatione, in qua ratione dominij, vel quasi ex parte Actoris fertur declaratoria, rem ad ipsum spectare, et pertinere, tamquam suam; *vt in l. ex diuerso. § 1. ff de reiuendic.* vbi Bart. Ratione verò possessionis, vel quasi ex parte Rei conuenti fertur per Iudicem condemnatoria sententia contra possessorem ad rem petitam restituendam, *l. officium, & l. qui restituere. ff. de reiuendic.* Paul. de Castr. *in d. l. vnic.* Borgognin. *decis.* 27 *p.* 2.

3 Noto tertiò, quod dominium, vel quasi probandum est per Actorem: quæ probatio fieri potest, Primò per illos modos, quibus de iure Gentium dominia rerum acquiruntur, qui habentur *in tit. ff. de acquir. rer. domin. & in tit. Instit. de rer. diuis. & acq. ipsor. domin.* Secundò, per modos, quibus de Iure Ciuili dominium acquiritur, quos enumerat Gloss. *in lib.* 1. *in princ. ff. de acquir. rer. domin.* et Bart. *in l. in rem. in princ. ff. eod. tit.* Tertiò, per instrumentum emptionis, *l. proprietatis. C. de probationib. & l. cum super. C. de reiuendicat.* Et quando probatur dominium ex causa emptionis, tria requiruntur, de quibus DD. *in l. cum res. C. de probat.* Quæ refert Io. Faber. *in d. §. actionum Inst. de action.* et Iason, *ib. nu.* 72. et habentur etiam in tex. *d. l. cum res.* Quarto per indicia *l. indicia. C. de reiuendicat.* vbi Bald. et Alii declarant qualia esse debeant. Quinto, per publicam famam probatur dominium, quando agitur de facto antiquo. Bald. *in d. l. indicia, & ibid.* Castrens. et Alex *nu.* 18. Alios modos probandi dominium ponit Speculat. *in lib.* 2. *de actionib. seu petition.* §. 2. *nu.* 24. *& l.* 4. *tit. de emphyteus. §. nunc aliqua, n.* 71. qui aliàs est finalis. *sub tit. de locato.*

An autem quis ex possessione præsumi possit dominus, est quæstio multum intricata, de qua videatur Bart. et Alii in *l. quidam in fin. ff. de condict. indeb.* vbi Gloss. *in verb. amoueri in fin.* tradit notabilem distinctionem, quam Doctores communiter sequuntur.

4 Noto quarto, quod adhoc vt iudicium Reiuendicationis rectè procedere possit, vltra dominium, per Actorem probari etiam debet possessio rei petitæ apud Aduersarium existens: quia Actori incumbit onus probandi suam intentionem, *l. actor. C. de probat. & l. qui accusare, C. de edend.* Neque sufficit in hoc iudicio probatio dominii ex parte sua, nisi probet etiam, quod Reus rem petitam possideat: vel quod dolo desierit possidere.

Probatur autem possessio pluribus modis. Et Primo, quando quis naturaliter insistit in re, *lib.* 1. *in princ. & l.* 1. *in princ. ff. de acquir. poss.* Secundò, quando quis fructus ex fundo colligit, Bald. *in l.* 3. *C. fin. regund.* et est textus *in l. Titia. ff. de solut.* Tertio, ex solutione pensionis, Bart. *in l. qui vniuersas. § quod per colonum. ff. de acquir. poss.* Quarto, quando quis colere facit fundum, Gloss. *in d. l.* 3. *verb. finiuntur, C. fin. regund.* Quintò, per instrumenta locationum. Papien. *in Pract. Form. libell. pro turb. ac possess. §. Hodie nu.* 6. et ibi Addent. Alios modos probandi possessionem ponunt DD. *in d. l.* 3. per illum textum, *C. fin. regund.* et Angel. *in §. sic & aquæ Instit. de actionib.*

5 Noto quinto, quod hæc actio reiuendicationis competit Actori. Primo, contra possidentem rem ciuiliter, et naturaliter, hoc est contra eum, qui corpore, et animo possidet per se, vel per alium. *d. l. officium. ff. de rei vindic. & l. possideri.* 3. *in princ. & §. si seruum, & §. saltus ff. de acquir. poss.* Secundo, contra possidentem naturaliter tantum, hoc est, qui corpore rem detinet. *d. l. officium.* Tertio, datur contra possidentem ciuiliter tantum, hoc est, qui animo tantùm possessionem retinet *l. clam possidere. § qui ad nundinas. ff. de acquir. poss.* Gloss. *sub d. rubr. ff. de acquir. poss.* Quarto, contra eum qui nudam tantum habet detentionem corporalem rei, vt est commodatarius, et depositarius, vt probatur ex textu *in d. l. officium.* Iason, *in §. aquæ nu.* 58. *instit. de action.*

6 Hoc tamen limitatur Primò, quando ille, qui veram habet possessionem comparet in iudicio, et se offert suscipere in se onus litis. Innoc. *in c. cum super de sent. & re iudic.* Iason *in §. omnium nu.* 101. *Instit. de act.* Secundo, si detentor nominet in authorem dominium rei, et protestetur se nolle defendere rem. Gloss. *in d. l. officium verb. petit posse.* Ias. *vbi sup. nu.* 100. *& ibi* etiam Faber *n.* 23.

Quintò datur actio reiuendicationis contra quasi possidentem. Gloss. *in d. § omnium verb. possideat.* hoc est contra eum, qui res incorporales possidet, prout sunt seruitutes, quæ verè non

non possidentur, cum tangi, et videri nequeant. *l. seruus. §. pen. ff. de acq. rer. dom.* Bart. et Castr. *in d. l. vnic. C. de alien. iud. mut. caus. fact.*

Sexto datur contra eum, qui fatetur se rem possidere, et offert se liti, quamuis reuera non possideat, neque dolo, aut culpa desierit possidere rem litigiosam, quia sibi imputandum est, si mentitus fuerit. *l. si, qui se liti obtulit. cum duab. seqq. ff. de heredit. petition.* vbi Bart. et Alii. Quod fallit, si Actor nesciat mendacium. *l. si actor. ff. de rei vindicat.* Secundo fallit, si extraiudicium dixerit se possidere. Bart. *in d. l. qui se liti. obtulit.* Tertio fallit, si ante contestationem litis confessionem possessionis reuocauerit. *d. l. qui se liti*, et ibi DD.

INTERSECATIO VI.

De actione Pauliana.

SVMMARIVM.

1. *Remedia Actoris contra debitorem, qui dolo desiit possidere.*
2. *Reiuindicatio impropriè datur contra talem.*
3. *Actio Pauliana, quare introducta.*
4. *Actio predicta quibus datur.*
5. *Fraus in alienatione pluribus modis praesumitur.*
6. *Iuramentum in litem, quando deferatur hic.*
7. *Iuramentum predictum praestatur, quando dolus interuenit in contractu.*
8. *Dolus necessariò requiritur ad effectum intentandi actionem Paulianam.*
9. *Dolus non praesumitur nisi probetur.*

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N. de N. dicens, quod anno proximè transacto gratis, gratia, & amore mutauit Sempronio de Semproo is scuta mille, pro quibus obligauit, & hypothecauit quendam fundum situm in loco N propè bona N. de N. & alios fines, sciens autem vires sui patrimonii, & quod eius bona non sufficerent pro satisfactione creditorum, vendit, vel potius vendere finxit eundem fundum in fraudem eorumdem creditorum Titio de Titiis, quamuis ipse Sempronius adhuc de facto fundum praedictum possideat, & tanquam suo fruatur. Verum quia Titius praefatus emptor fundi eius fraudis, ac doli particeps, & conscius fuit, locupletari non debet cum aliena iactura, Ideo recurrit ad ipsam Curiam N. & petit supradictum Titium emptorem & possessorem praedicti fundi cogi, & compelli ad illum restituendum, et dimittendum ipsi comparenti cum indebitè, et minus iustè possideat illum per Sempronium in fraudem alienatum; et supradictam alienationem tamquam in fraudem creditorum factam, nullam, et inualidam declarari. Insuper petit, vt comparens ipse mittatur in possessionem ipsius fundi ad effectum, vt debitam satisfactionem consequi valeat; cum alia bona, ex quibus satisfieri possit, non habeat. Petit etiam dictum emptorem reum conuentum condemnari ad restituendum fructus perceptos, et qui percipi potuissent; vna cum omnibus damnis expensis, et interesse passis, et patiendis occasione praesentis litis. *Super* quibus, etc. *Deducens*, etc. *Non se* astringens, etc. et ita dicit, et isto, et omni alio modo, meliori, modo, etc.

Forma Sententiae.

Nos, etc. *Visis* etc. *Christi* nomine, etc. *Dicimus*, etc. Fundum dictum N positum in loco N. propè bona N. et alios fines, etc. tempore quo Sempronius debitor N. de N. dolo desiit possidere, pertinuisse, et adhuc pertinere dicto N. de N. Actori; et creditori iure dominii, vel quasi. Ideo eumdem Titium emptorem reum conuentum condemnamus, vt dictum fundum dicto N. de N Actori restituat, vna cum fructibus liquidandis, etc. *Et Victum* Victori, etc. *Et mandamus* quodcumque, etc. *decem*, etc. *omni* modo, etc. *prout sup. in prima Formula.*

Vel alio modo, videl.

Nos N. de N. legum Doctor, & Iudex N. Viso libello, &c. Visis actis, consideratis de iure considerandis, & auditis partibus cum supradicti actores benè suam intentionem fundauerint, & clarè constet supradictum N. Reum conuenium de fraude participasse. Per hanc nostram diffinitiuam sententiam, &c. Ipsum condemnamus ad restituendum fundum, seu res, & bona in fraudem empta, & in Iudicium deducta cum omnibus fructibus perceptis, & percipiendis. Necnon ad reficiendas expensas factas occasione praesentis litis, reseruata tamen nobis, vel cui de iure in posterum taxatione, & ita, &c.

ANNOTATIONES.

1 Noto Primò, quod Actor, quando debitor dolo desiit possidere, tria habet remedia pro recuperatione sui crediti.

Quorum Primum est, quod habet actionem personalem in factum praetoriam, contra debitorem, qui dolo desiit possidere, ad interesse, quanti scilicet interest actoris rem in alium alienatam, & translatam non esse, ex edicto Praetoris, de alienatione Iudicij mutandi causa facta. *lib. 3 §. ex quibus, ff. de alien. iud. mut. caus. fact.* Secundum est quod ei competit directa rei vindicatio contra illum, in quem facta est alienatio, ratione possessionis. *l. vnic. C. de alien. iud. mut. caus. fact.* Tertium est, vtibus reiuindicatio, quae competit contra dolo alienantem ita, ut dolus habeatur pro possessione. *l. qui dolo. ff. de regul. iur.* & hoc casu non consequitur Actor rem ipsam sibi hypothecatam, cum Reus debitor illam non amplius possit restituere, quia non habet, sed aestimationem rei & iuratur contra reum in litem, sine vlla taxatione, si dolo alienauit. Quod si non dolo, sed leuiori culpa possessionem amiserit debitor, veram aestimationem rei petitae praestare cogitur. *l. qui restituere. ff. de rei vindicat.* Est tamen in electione actoris tali casu quem conuenire voluerit, vtrum alienantem, vel eum, in quem facta est alienatio. *d. l. vnic. C. de alien. iud. mut. caus. fact.*

2 Noto secundò, quod debitor, qui dolo desijt possidere rem petitam a creditore, tamquam illi hypothecatam, vel alio modo perdidit, conueniri potest rei vindicatione perinde ac si adhuc possideret. *l. qui dolo, & l. parem. ff. de regul. iur. l. si, qui dolo l. sin autem §. sed & si. ff. de rei vindicat. & d. l. vnic.* Sed impropriè: nam propriè rei vindicatio rem persequitur: & proinde datur actio in factum ad interesse. Glos. fin & DD. *in d. l. vnic.* aduersus tamen dolo possidentem bene procedit rei vindicatio, praesertim si post litem contestatam cum debitore, dolo rem possidere caeperit. *l. sin autem §. 1. ff. de rei vindicat.* Faber *vorem §. actionum nu. 23. Instit. de act.* tenet reiuindicationem competere etiam si ante litem contestatam: sed Iason *ib. nu. 78.* putat competere potius actionem in factum, quam reiuindicationem.

3 Quidquid tamen controuertatur per Doctores super hoc, certum est hodie dari Actori actionem Paulianam quae est actio Pretoria à Paulo Praetore, qui eam primò introduxit, vel à Paulo Iureconsulto sic dicta: per quam creditor reuocat a quocumque possessore res a debitore in fraudem ipsius alienatas, ac si numquam a debitore alienatae, & traditae emptori fuissent sed semper in bonis debitoris permansissent. *§. item si quis in fraudem Instit. de actionib. lib. 1. ff. quae in fraud. credit.* Erat autem necessaria actio praefata, vt creditores per eam alienationes in eorum fraudem factas rescinderent, cum alias non possent, quia etiam alienatio in fraudem facta summo iure valet, & transfert dominium in accipientem, quamuis fraudis conscium. *l. sicuti. 25 ff. de contrah. empt.*

4 Noto tertio, quod haec actio datur creditoribus tam ex contractu, quam ex quasi contractu, cum & hi creditores dicantur *l. creditores ff. de verb. signif. l. 1. ff. si cert. pet.* vbi Bart. & DD.

Secundò datur creditoribus ex delicto, vt ex actionem furti, & iniuriarum, vel legis Aquiliae, vel ex quasi delicto, prout quando quis effundens immunditias per fenestras laesit vestes praetereuntis. Glos. communiter recepta. *in §. si quis in fraudem verò creditorum Instit. de action.* Ioann. Fab. *ib. n. 3.* & Ias. *nu. 5.* quidquid dicat Rofredus ibidem.

Tertiò

Tertiò datur legatarijs, & fideicommissarijs, in quorum fraudem res ab hærede alienatæ sunt. Io. Faber *in d. §. si quis in fraudem, n. 14. & Ias. nu. 61. per text. in l. 1. C. qui manumittere non poss.*

Quartò datur sicut creditorib. præteritis, & præsentib. sic & futuris, vt si quis intendens facere debitum ex causa mutui, vel alio modo, antequam mutuũ reciperet, alienauit bona, vt creditorem futurum à quo pecuniam mutuatam recipit, fraudaret. Ias. *in d. §. si quis in fraudem n. 64. & n. 58.* & Faber. *n. 5.* Bart. & Alij *in l. post contractum. ff. de donat.*

Quinto competit creditoribus in diem, vt si quis soluere deberet die 15. mensis, & in fraudem creditores alienaret bona ante aduentum diei; quia iam obligatio nata erat, quamuis dilata. *l. cedere diem. ff. de verb. sign.*

Sextò datur creditoribus sub conditione, sed nõ antequam conditio purificata sit, quia conditio retrotrahitur, *iuxta l. potior. in princ. iuncto. §. videamus. ff. qui pot. in pign. hab.* Ita Angel. *in d. §. si quis in fraudem n. 6.* & Zasius. *vers. nunc. ad tertium. caput.*

Septimò, datur hæredibus, & successoribus creditorum. *l. ait prætor. in 2. §. fin. in vltimis verbis. ff. quæ in fraud. creditor.*

Octauò sicut datur creditoribus personalem actionem habentibus, & sic his qui hypothecariam habent Faber. *in d. §. item si quis in fraudem n. 23.* & Platea. *n. 18.* per Gloss. *in l. debitor. verb. agere. ff. eod. tit.*

5 Noto quartò, quod præsumitur, debitorem bona alienasse in fraudem creditorum, pluribus modis.

Et Primò, si actor significauerit debitori se velle rem sibi obligatam vendicare, & ipse statim alienauerit: & eo fortius, si faciat post oblationem libelli, vel citationem Bart. *in l. qui petitorio. ff. de rei vendicat.* Ias. *in d. §. item si quis in fraudem n. 79.* & Abb. *in c. 1. de alienat. iud. mut. caus. fact.*

Secundò præsumitur, & coniecturatur, quod alienauerit in fraudem, quando debitor sciens se habere creditores, & quod bona non sufficerent pro satisfactione, alienauit, quia tunc dolus, & fraus præsumitur *l. si quis cum haberet,* & ibi Bart. *ff. quæ in fraud. cred.*

Tertiò, quando alienaret omnia bona, quia tunc fraus præsumitur indubitanter *l. omnes. §. lucius ff. quæ in fraud. cred.* Gloss. 1. *in d. §. item si quis in fraudem* Ex quocumque titul. fiat alienatio, siue ex titulo lucratiuo, siue onoroso. Bar. & Alii *in d. l. lucius* Iason. *in d. §. item si quis in fraudem.*

Quartò quando alienat in coniunctam personam: quia inter affines intercedere solent fraudes regulariter. *l. data. C. de donation.* Ias. *vbi sup. n. 4.*

Quintò, quando alienatio fit secreto *l. fin. circ. fin. ff. de rit. nupt.*

Sextò, quãdo in contractibus quibuscumque requiritur aliqua solemnitas de iure, vel per statutum & alienatio fieret sine tali solemnitate. Glos. *in l. 1. ver. mala fide C. de fid. instr. & iur. hast. fiscal. l. 10.* Ias. *vbi sup. nu. 45.* & ibidem. Zasius, vbi plures alios modos, quibus fraus præsumitur, cumulat.

Septimo, quando post alienationem debitor, quia bona alienauit, disponit de eisdem bonis tamquam dominus, tunc fraus præsumitur. *l. siene §. superuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu. l. si is, qui. ff. de acqu. hered. & l. si quis in fin. C. de natur. lib.*

Octauo, quando post alienationem sequitur aliquod delictum, *l. si ventri. ff. de priuil. credit.* Boss. *in tit. de bonor. public. n. 51. vers. quinto* Crauett. *consil. 100. num. 8.* Clar. *in pract. crim. quæst. 78. vers. fraus autem. circ. fin.* ibi. *etiam si facta. fuerit.* Bart. *in l. post. contractum.* vbi etiam latè Alciat. *num. 52. ff. de donat.*

Nonò, quando alienatio facta fuit, sub expressa conditione, si bona contingerit publicari *l. pen. cum ibi notatis. ff. de stipul. seru. & l. summa cum ratione. in princ. ff. de pecul.* Quod locum habet in alienatione inter viuos non in donatione facta causa mortis. Papiens. *in Prax. form. libell. action. real. §. veris ac legitimis. n. 38. vers. quæ autem superius* Alciat. *vbi sup. num. 66.* & Boss. *ib. n. 52.*

6 Noto quinto, quod quando debitor conuentus desiit possidere bona in fraudem creditorum, tunc vt dictum est, vel defertur ei iuramentum in litem, vel condemnatur ad interesse, prout actori, seù creditori placuerit, quia vbicumque quis restituere contendit ad Iudicis præceptum, in omni actione iurari potest in litem. *l. qui restituere in fin. ff. de rei vind. §. præterea. Instit. de actionib.* Bartol. *in l. si cum dos, §. fin. ff. de rer. amot. & in l. 4. §. & si quis ff. fin. regund.*

7 Noto sextò, quod iuramentum in litem hic non intelligitur affectionis, sed veritatis super æstimatione veri valoris rei aut damni alterius partis; quod adhoc, vt præstari possit, requiritur dolus aduersarii, nam sine dolo tale iuramentum regulariter non præstatur. *l. in actionibus. ff. de in litem iurand.* & ibi Iason. *n. 39.* & Dec. *n. 17.* Gloss. Bart. & communiter DD. *in l. semper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam.* Natt. *consil. 79. nu. 13.* Papiens. *in pract. form. libell. action. real. §. & in Florenis num. 31.* Plot. *in §. 4. num. 2. de in lit. iuran.* Menoch. *de arbitr. Iudic. cas. 208. nu. 1.* Marant. *in spec. aur. 6. p. act. 9. num 16.* Afflict. *decis. 360. nu. 8.* Cavaler. *decis. 103. num. 1.* & nouissimè Ridolphin *in Prax. iudiciar. p. 3. cap. 2. nu. 166. cum plurib. seqq.* vbi latè de huiusmodi iuramento agit, & quæ alia requisita necessaria sunt, adducit à *n. 196. cum seqq.*

8 Noto septimò, quod adhoc, vt emptor condemnari possit, necesse est, vt reuera interueniat dolus ex parte ipsius, nimirum quod sciens, debitorem bona alienare in fraudem creditorem, ipse emit, vel alio modo ab eodem accepit *l. ait Prætor. in 2. § quod ait. ff. quæ in fraud. creditor. l. 1. C. de reuocand. his, quæ per fraudem alienata sunt. d. & §. si quis in fraudem instit. de actionib.* & ibi Gloss. & DD. notat Capic. *decis. 128.*

9 Noto octauò, quod dolus de iure non præsumitur, nisi probetur per illum, qui dolum allegat. *l. quotiens §. qui dolo. ff. de prob.* quia bona fides semper præsumitur, nisi contrarium ostendatur. *cap. vnic. de scrutin. in ordin. faciend. l. 2. C. de petit. hæredit. cum concordantibus notatis supra Intersf. 5. n. 31.*

INTERSECATIO VIII.

De Confessoria Actione, seù conditione Incerti.

SVMMARIVM.

1 *Actio confessoria: quid sit?*
2 *Confessoria prædicta datur pro seruitutibus, & alijs iuribus.*
3 *Confessoria actio, quibus personis competat.*
4 *Contra quos eadem actio detur.*
5 *Quæ requirantur ad effectum habendi confessoriam.*
6 *Quæ probanda sunt per Actorem in confessoria.*
Possessio præsupponit dominium.
7 *Seruitus qualiter probetur.*
Præscriptio in seruitutibus qualis esse debeat remissiuè.
8 *Libellus in hac actione qualiter concipiendus.*

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N. de N. & dicit, qualiter per plures annos præteritos tenuit, & possedit, prout nunc etiã tenet, ac possidet vt verus dominus, & patronus pro suo, & tanquam suum fundum, seù prædium N in loco N. iuxta bona N. & alios fines, &c. cui semper debitum fuit, & etiam hodie debetur ius, seù seruitus aquæductus per fundum N. de N. &c. *si fuerit seruitus ligna cedendi; dicatur:* seruitus ligna secandi in sylua N. ratione talis, vel talis causæ, &c. *Et si fuerit domus, cui debetur seruitus, seù ius tigni immittendi, dicatur:* seruitus tigni immittendi in N. de N. &c. *si sit seruitus transeundi per fundum alterius dicatur;* seruitus transeundi per fundum N. de N. &c. *& sic de singulis seruitutibus, varietatis narrandis.* Verùm quia supradictus N. de N. aduersarius nunc impedimentum præstat, quominus comparens ipse vti possit seruitute prædicta in graue eius damnum, & præiudicium. Ideo recurrit ad ipsam Curiam N. per quam petit declarari seruitutem aquæductus præfati. *Vel:* ligna secandi, &c. *Vel,* tigni immittendi, &c. *Vel,* transeundi, &c. Ipsi comparenti competere; Necnon dictum N. conuentum cogi, & compelli vt cesset, & desistat ab impedimentis præsentibus; & vt idoneam cautionem præstet, ne in futurum comparentem ipsum in seruitute prædicta molestet, aut turbet. Insuper petit condemnari in omnibus damnis, & expensis, & interesse pro prædicto impedimento factis & passis, ac faciendis, & patiendis. Super quibus, etc. *Deducens,* &c. *Non se astringens,* &c. *& ita,* &c. *omni,* &c.

Formã

Forma Sententiæ.

In Dei, &c. *Nos*, &c. *Visis*, &c. *Christi*, &c. *Dicimus*, etc. Præfatum N. de N. Actorem habere seruitutem, vel quasi aquæductus per fundum N. positum in loco N propè bona N. &c. vsque ad fundum eiusdem Actoris positum propè bona N. etc. *Vel*: habere seruitutem ligna secandi in sylua N. ratione, etc. *Vel*: transeundi per fundum N. &c. *Vel*: tigni immittendi in domum N. &c. Ideo condemnamus dictum N. Reum conuentum, vt patiatur dictum N Actorem vti dicta seruitute, vel quasi aquæductus per fundum N. prædictum. *Vel* ligna secandi, &c. *Vel*: tigni immittendi, &c. *Vel*: transitus, &c vt dicto Actori concedat, & constituat petitam seruitutem itineris per dictum prædium N. positum, &c. propè, &c. & facultatem transeundi ad aliud prædium N. positum, &c. propè, &c. Et ad desistendum in futurum à quacumque molestia, & perturbatione. Necnon, vt eidem Actori idoneam cautionem præstet de amplius ipsum non impediendo, ac perturbando in prædicta seruitute. *Et Victum* Victori in expensis, &c. & *mandatum*, &c. *et ita*, &c. *omni* modo, &c.

ANNOTATIONES.

---

1 Noto Primo, quod actio confessoria est actio in rem, alicui competens ratione iuris, vel seruitutis sibi debitæ, siuè fundo suo siuè quasi suo, contra impedientem ad inuenta, ad declarationem sui iuris; & vt Reus cesset ab impedimento, ac caueat se, & successores suos quod in futurum illos non impediet, vt seruitute & iure suo vti possit. *lib. 2. §. hoc autem l. si quis diuturno §. fin. l. harum, et l. egi, 12. ff. si seruit. vindicet. et §. aquè Inst. de actionib.* vbi Gloss. & Ioan. Faber. *nu.* 13. & Iason *nu.* 55. Dicitur autem confessoria, quia Actor dum petit a Reo seruitutem super bonis eius, confitetur, ac assertiuè dicit sibi ius in re competere, quomodocunque fiat petitio siuè per verba affirmatiua, siuè per negatiua, dummodo tendant ad effectum se declarandi seruitutem sibi deberi. Glos. *in d. lib. 2. in princ. §. si seru. vindic.* Glos. & Iason *in d. § aquè nu.* 46. quia non verba tantum attendi debent, sed potius illorum sensus. *c. intelligentia de verbor. sig. nif.* Glos. *in d. §. aquè Inst. de act. in verb alteius tollendi*, vbi etiam Angel. & Iason. Vnde sequitur, quod hæc actio realis est, quia rem insequitur, de qua plenè agitur per DD. *in l. 2. de seruitutib. & d. l. 2. & l. loci corpus §. in confessoria, & §. competit. ff. si seruit. vindic.* & per Bart. *in l. si prius §. de non oper. nunciat.* Innoc. *in c. Abbate de verb. signif. & in cap. inter quatuor. de maiorit. & obed. & in c. conquerente de offic. ordin.* Paul. de Castr. *cons.* 67. Papiens. *in Prax. form. libell. in action. confess. per tot.* Oldrad. *consil.* 181, & Alios.

2 Noto secundo quod hæc actio confessoria datur pro rebus incorporalibus, prout sunt seruitutes: tam reales, quæ debentur à Re Rei, seu à fundo aliquo alteri fundo: quam personales, quæ debentur à re Personæ, *vt habetur in text. d. §. aquè vers. de act. in verb. atendi, & fruendi*, vbi Glos. et DD. Datur etiam pro quolibet iure incorporali: vnde si aliquis Prælatus, aut Parochus impediatur ab aliquo, ne decimas, vel alios redditus ex suis Ecclesiis recipiant, vtique actione confessoria experiri poterunt, vt tradunt communiter Canonistæ *in c. suas; & c. prohibemus. de decimis*. Similiter intentari potest hæc actio contra turbantem aliquem in iure præsentandi, vt si sit patronus alicuius iurispatronatus, vel aliud ius habeat simile in aliqua iurisdictione. Bal. *in rubr. C. de vsufruct.* Ias. *in d. § aquè nu.* 14. et Faber. *n.* 3. *Inst. de act.* Item datur pro vsufructu, et pro iure vectigalis consequendo. *l. vsufruct. in princ. ff. si vsufruct. petat. d. l. 2. ff. si seruit. vind.* Bart. *in l. si publicanus. §. in vectigalib. ff. de public. in rem. act.*

3 Noto tertio, quod huiusmodi actio Confessoria, cum sit duplex, directa, et vtilis, pluribus Personis competit. Directa enim datur dominis directis prædiorum, et rerum dominantium, et his, qui plenum habent dominium. *l. 1. & 2. ff. si seruit. vindic.* Vt illis verò datur his, qui dominium vtile habent, vt sunt Vassalli, qui à domino directo aliquid obtinuerunt, Glos. *in d. l. 2. ff si seru. vindic.* Secundo, datur Emphyteutæ. *l. in, quem fin. ff. de seruit.* Tertiò, datur habenti ius in re, vt si creditor habeat sibi obligatum aliquod prædium dominans; nam iste poterit per confessoriam petere seruitutem prędio sibi obligato debitam. *d. l. et qui cum ibi notat.* per Glos. et DD. Quartò datur vsufructuario potiori iure, nam propter eum introducta fuit actio confessoria ad petendum vsumfructum. *l. 2. praeter.* et ibi Glos *ff si seruit. vindic.* Quintò, datur possidenti ius seruitutis ne turbetur in ea vtenda. *l. si forte. §. secundum. ff. si seru. vindic. d. §. aquè. vers. quod genus*. Sextò datur prætendenti ius seruitutis habere, quamuis non possideat illud. *d. l. 2.* et notat Glos. *in c. examinata. verb possidebat, extr. fin. de iud.* Septimò, datur habenti fundum superiorem aduersus dominum fundi inferioris, qui seruitutem pati tenuit. *l. 1. §. fin. ff. de aqua pluu. arcend.* vbi Glos. et DD.

3 Noto quartò, quod prædicta actio confessoria contra plures personas datur.

Et primò, contra dominum fundi, seù Rei, per quam seruitus alteri fundo, seù rei debetur, quando impedit dominum alterius fundi, seù rei, cui seruitus debetur, ne ea vti possit. *l. vsufruct peace §. vtrum in princ. ff. si vsufruct. pet. & l si forte. §. hac autem actio & l. si quis diuturno §. 1 ff si seruit. vindic.*

Secundò datur contra quemcumque possessorem fundi seruientis impedientem dominum fundi dominantis, ne seruitute liberè vtatur. *d. l. vsufruct. § vtrum.* Fundus autem dominans dicitur ille, cui seruitus debetur: seruiens verò dicitur, per quem seruitus debetur.

Tertiò, datur contra quasi possidentem qui dolo desijt possidere fundum seruientem, vel se litì obtulit. *l. fin ff. si vsufruct. petat.* Glos. *in § præalleg. aquè verb. altius. vers. statim sit ut ratione, Inst. de act.*

Quartò, contra quemcumque alium, qui impediat aliquem ne seruitute debita vtatur, quamuis ille non sit dominus, vel possidens fundum seruientem. *d. l. si quis diuturno. § fin. & in præter. d. l. vsufruct. § vtrum*.

5 Noto quintò, quod ad effectum, vt hæc actio confessoria dari possit tria requiruntur principaliter: Duo ex parte Actoris, & vnum ex parte Rei conuenti. Ex parte Actoris. Primò requiritur vnum ex quinque, videlicet, aut dominium directum, vt est illud, quod habet Dominus directus fundi dominantis; Aut dominium plenum, quale habet dominus fundum dominantem possidens. *d. l. & si forte. §. hac autem actio. ff. si seruit. vindic.* Aut quasi dominium, quod habet emptor bonæ fidei; Aut vtile dominium, vt est illud, quod habet Vassallus, vel empyteuta; Aut ius in re, cui seruitus debetur, quale ius habet vsufructuarius; vel creditor in pignore, *d. l. & qui ff. de seruit.* Secundò, requiritur ex parte Actoris, vt seruitus fundo suo verè debeatur; & sic quod effectiuè prius constituta sit.

Ex parte verò Rei conuenti requiritur impedimentum, vel turbatio, hoc est, quod impediat, vel turbet Actorem vti iure, vel seruitute sibi debita: siue ipse seruitutem constituerit, & turbet, aut impediat, siuè quicunque alius turbet, aut impediat. *d. l. si quis diuturno. §. fin. ff. si seru. vindic.* Iason. & Fabr. *in d. § aquè*.

6 Noto sextò, quod Actor proponens, seù intentans actionem confessoriam tria probare tenetur, vt illa vti possit. Primò, quod sit Possessor fundi dominantis, cum principaliter de seruitute sibi debita agatur, non quod sit dominus; quia dominium præsupponitur, cum ista actio non nisi domino competat. *d. l. & si forte. § hac autem actio*. vnde probata possessione probatum censetur dominium. Angel *in d. § aquè n. 5. Inst. de act.* Castrens. *in l. si de re. in princip. prima lectura, ff. de iud.* vbi ait, probationem possessionis facilem existere, & Gloss. *in l. si eius §. sed & si quæritur, verb. possessoris in fin. ff. si seruit. vindic.* Bart. *in l. quædam in fine*, & ibi Gloss. *ff. de cond. inst.* Secundò, tenetur Actor probare seruitutem constitutam fuisse. & quod illa sibi, vel fundo debeatur. *l. 2. ff. de probat.* quia quælibet res præsumitur libera. *l. altius. C. de seru. et aqu.*

7 Probatur autem seruitus iisdem modis, quibus acquiritur *de quibus in §. fin. Inst. de seruitutib.* Primò autem acquiritur seruitus per contractum inter viuos, puta emptionem, stipulationem, & similes. Secundò, vltima voluntate acquiritur seruitus per testamentum, vt quando hęres grauatur, ne altius tollat, vel patiatur, vt vicinus tignum in domo sua immittat. *l. potest. ff. commun. præd. et tot. tit. ff. de seru. legat.* Tertio acquiritur præscriptione. Requisita verò ad præscribendam seruitutem, *vid. in text. lib. 1. et 2. C. de seruit. et aqu.* et ibi Glos. et DD. *& in d. l. si quis diuturno, in princ.* Paul. de Castr. *in l. seruitutes ff. de seru.* Angel. *in d. § aquè num.* 13. et Faber. *à num.* 16.

pSqu

vsque ad 28. & Cepoll. *in tractat. de seru. vrban. prædior. cap.* 20. vbi plenè. Tertiò, tandem tenetur actor probare turbationem, seù impedimentum sibi allatum, ne seruitute sibi debita vtatur. de quo latè Angel. *vbi sup. à nu.* 9. *in fin. vsque ad n.* 13. *&* Ias. *ib. n.* 6. *vers. subdit. tamen.*

8 Noto septimò, quod in hac actione libellus; seù petitio hæc requisita habere debet; quorum prima quatuor ponit Ioannes de Platea in *d. §. aquè*; reliqua ponuntur per Angel. Ias. & Alios. *ib.* & Papiens. *in Pract. form. libell. in act. confessor.* & *Primò,* requiritur, quod Actor sit dominus directus, vel vtilis; vel quasi dominus fundi dominantis, vel habeat ius in eo *d. l. & si forte §. hac actio.* & dictum est *sup. num.* 5 *Secundo,* quod asserat, seruitutem fundo suo competere, si sit seruitus realis, vel sibi deberi, si sit personalis. *Tertiò,* quod exprimat impedimentum, vel turbationem ab aliquo sibi inferri, ne seruitute vtatur. *d. l. vti frui. § si* & super exprimere debet qualitatem impedimenti, quia multipliciter impediri potest, secundum Bart. *in l.* 1. *§. huius autem, ff. vti possidetis.* *Quartò,* quod petat, talem seruitutem vel ius sibi competere. *l. sicut. §. & si quidem. verb. declarauit ff. si seru. vind.* *Quintò,* quod propter impedimentum petat per Iudicem condemnari impedientem ad interesse, damna, & fructus. *l. loci corpus. §. in Confessoria. ff. si seru. vind. & d. l. vti frui. §. in hoc* & Iason. notat. *in dict. §. aquè nu.* 62. *Sextò,* petere debet, quod impediens cessare debeat ab impedimento, & pati seruitutem de præsenti *d. l. si quis diuturno. § fin.* *Septimò,* petere debet, quod impediens, vel turbans caueat, se, & successores suos in futurum non impedituros Actorem ipsum vti seruitute. *l. harum, & l. egi. ff. si seruit. vindic.* Vnde ad supradicta omnia Iudex condemnare debet Reum turbantem, & sic declarare seruitutem deberi. Secundo, condemnare turbantem ad interesse impedimenti præteriti. Tertio ad patientiam de præsenti, & Quartò, ad cautionem de futuro.

INTERSECATIO IX.

De Negatoria Actione.

SVMMARIVM.

1 *Negatoria actio quid sit.*
2 *Pro quibus detur.*
3 *Negatoria duplex est, &*
Quibus detur.
4 *Contra quos detur.*
5 *Quæ requirantur adhoc, vt detur ista actio.*
6 *Quid probandum sit in iudicio Negatoria.*
Dominium qualiter probetur.
7 *Libellus in Negatoria actione qualiter formari debeat.*

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N. de N. dicens, quod multis ab hinc annis tenuit, & habuit, ac possedit quendam fundum vulgo dictum N. situm in loco N. propè bona N. & alios fines, prout in præsenti tenet, habet, & possidet liberum & immunem à quacumque seruitute, tamquam suum, & pro suo; & sic vt præmittitur, liber & immunis fuit illi à suo patre relictus in vltimo suo testamento, qui similiter tenuerat per plures annos ipse, & sui antecessores liberum, & sine vlla seruitute. Verum quia hodie N. de N. contra omne ius, de facto, & sine consensu ipsius comparentis; imò contra eius voluntatem, prætendēdo habere seruitutem itineris super prædicto fundo liberè per eū vsque modo passesso, transit, & transire facit Alios per illum, vt ad bona sua perueniat nō obstante, quod semper transiisset per viam publicam; & cum pluries amicabiliter fuisset monitus, & requisitus, vt ab incepta seruitute desisteret, hoc facere recusauit, & nunc recusat. Ideo recurrit ad ipsam Curiam, per quam petit, & instat pronunciari, & declarari non licuisse, nec licere prædicto N. de N. nullamq; facultatem ei competere transire, & iter habere per dictum fundum N. & ipsum esse liberum, & immunem à tali seruitute itineris, & ab omni alia. Necnon petit condemnari dictum N. ad non vtendum de cætero tali seruitute, & ad idoneè cauendum pro se & suis hæredibus de non vlterius turbando. Insuper petit eumdem condemnari in omnibus damnis, expensis, & interesse passis, & patiendis ex lite, & causa prædicta. *Super quibus* omnibus, &c. *Deducens*, &c. *Non se astringens*, &c. *cum potestate*, &c. *& ita*, &c. dicit, & prouideri petit illo, et omni alio meliori modo etc.

Quod si prætensa seruitus fuerit, pecora in eo fundo, seù prædio pascendi; vel ligna cædendi, aut alterius nominis. Vel si fuerit domus, et prætendatur per aduersarium super ea habere seruitutem prospectus; aut tigni immittendi; aut immunditias proiciendi, et huiusmodi, apponenda erunt verba tales seruitutes exprimentia. Semper tamen aduertere debet libellans, vt petat cautionem ab Aduersario, ne in futurum amplius illum molestet super tali prætensa seruitute, nam aliàs Iudex in sententia non tenetur illum ad huiusmodi cautionem præstandam condemnare.

Forma sententia.

In Dei Nomine, &c.

Nos, &c. *Visis* &c. *Christi nomine*, &c. *Dicimus*, &c. Fundum positum in loco N. vulgò dictū N propè bona N. & N. ac alios fines, &c. fuisse, & esse liberum à seruitute, vel quasi itineris ab N. de N. prætensa; nullamque deberi per ipsum fundum itineris seruitutem, vel quasi ad fundum dicti N. positum. etc. propè bona, etc. Ideo condemnamus dictum N. de N. ne de cætero amplius in re seruitutis, vel quasi itineris prædicti per dictum fundum ad dictum suum prædium, vel alio transeat. Eumdemque N. de N condemnamus ad præstandam cautionem, ne de cætero, dicto prætenso iure seruitutis, per dictum fundum transeat. *Et Victum* V. ctori, etc. *Et mandatum*, etc. *Et ita*, etc. *omni* modo, ect. *prout in primu formula ponuntur per extensum.*

ANNOTATIONES.

1 Noto Primò, negatoriam actionem esse de directo contrariam confessoriæ; per istam enim actor petit seruitutem sibi deberi; per illam vero negat, se alicui seruitutem debere. est autem negatoria, actio in rem competens alicui ratione rei suæ, vel quasi, liberæ respectu aduersarij, contra vtentem aliqua seruitute in illa re, ad pronunciandum, aduersario non esse ius vtendi tali seruitute. Ita Iason. *in §. aquè, num.* 56. *& ib.* Ioan. Faber. *n.* 34. *Inst. de act.* Vel dici potest, quod est actio realis, qua agimus, res nostras non seruire rebus siue personæ illius, qui contendit ius sibi in eis deberi, *vt colligitur ex lib.* 2. *ff. si seru. vindicet. & ex d. §. aquè* et ibi per Gloss. et DD. notatur, vbi etiam declaratur, quare dicatur negatoria, prout fit per Bart. *in l. si prius. ff. de non. oper. nunciat.* et ibi quoque Dyn. et Butr. vbi concludunt, negatoriam dici a negando, quia agens negatoria negat, rem suam debere seruitutem aduersario sicut è contra agens confessoria, asserit, et confitetur sibi seruitutem competere; nec refert quod proponatur verbis affirmatiuis, vel negatiuis. *DD. citat.* vid. Gloss. *in d § aquè verb. sibi ius esse & verb. altius tollendi, vers. sed quæritur.* et ibid. Iason. *numer.* 47.

2 Noto secundò, quod hæc actio negatoria datur pro iisdem rebus, pro quibus datur confessoria, et sic pro seruitutibus personalibus, et realibus; tam prædiis rusticis, quam vrbanis debitis; necnon pro aliis iuribus incorporalibus, ad instar confessoriæ, nam sicut per istam petitur seruitutem alicui deberi: sic per negatoriam negatur aduersario seruitutem, vel ius petitum competere, textus est *in d. §. aquè* vbi Gloss. et DD. et Ias *n.* 34. Ioan. de Platea *n.* 23. et ibi Add.

3 Noto tertiò, quod hæc actio negatoria pluribus personis datur, sed diuersimodè; nam dum sit directa, et vtilis, secundum Plateam *vbi sup. nu.* 24. veluti confessoria, vt dictum fuit *in præced. Intersec. nu.* 3. Ideo directa datur his, qui habent directum dominium tantum, vel plenum in fundo, super quo aduersarius prætendit habere seruitutem, vel ius aliquod. *l. loci corpus. §. competit. ff si seru. vindicet.* Vtilis vero datur his, qui habent vtile dominium, vel quasi, vel ius in fondo, quem aduersarius negat seruitutem debere. Gloss. *in d. §. aquè verb. altius. vers. hoc idem in negatoria.* vbi etiam tradit, negatoriam dari iisdem personis. quibus datur confessoria. idem dicit Zasius *in eod. §. aquè* et Faber *n.* 34.

4 Noto quarto, quod datur ista actio contra quemcumque, qui seruitute vtitur siuè sit dominus, siuè possessor fundi, cui

cui seruitus deberi prætenditur, Faber. *in d. nu* 34. & Ias. *nu.* 57. Item dicendum est, si quis impediat aliquem, ne re sua liberè vtatur, nam contra talem impedientem datur negatoria, quando impedit iure seruitutis, alias datur actio ex interdicto vti possidetis, vel iniuriarum Gloss. *in l. apud Trebatium §. item trebatius verb. non est. ff. de acqu. pluu. arcen.*

5 Noto quintò, quod ad effectum habendi hanc actionem, requiruntur tria; duo scilicet ex parte actoris, vt vnum ex parte rei. Ex parte actoris requiruntur, Primò, vt vnum ex quinque asseratur, nimirum vel dominium, plenum vel directum, vel vtile, vel quasi dominium, vel ius in re, in qua seruitus negatur. Secundò, vt Res sit libera, & non subiecta alicui seruituti. Ex parte verò rei conuenti requiritur vsus attentatus illius seruitutis. *d. l. loci §. competit.* Faber. *vbi sup. d. numer.* 44.

6 Noto sextò, quod actor in hac actione negatoria tenetur. Primò, probare vsum attentatum seruitutis, iuxta tradita supra *in praced. Inters. actionis confessoria. n. 6.* Secundò probare tenetur dominium, vel directum, vel vtile, vel quasi, vel ius in re. Probatur autem dominium eisdem modis, prout dictum est similiter *in praced. Intersec. nu. 5. & 7.* Papiens. *vero in pract. form. libell. in action. negatoria §. per quandam numer. 3. & 4.* Iason. *in l. si prius n. 37. ff. de oper. nou. nunciat.* Cagnol. *in l. in pari causa n. 3. ff. de regul. iur.* & Borgon. Caual. *in tract. de tutore, & curator. n. 16. & decis. 18. num 5.* asserunt dominium probari per possessionem, vt etiam dictum est *d. d. nu.* 6. Ideo dicitur, quod si actor est in possessione fundi, probata possessione, probatum censetur dominium, quia illud præsumitur, cum de solum incidenter quæratur, *iuxta notata in l. quedam in suo ff. de cond. inst.* Si vero non est in possessione, cogitur tunc dominium expressè probare, Bart. *in d. l. quedam in suo, & in d. l. si prius,* Gloss. *in d. l. si vti §. si quaratur. ff. si seruit. vendicet.* Innoc. *in c. Abbate sane de verbor. signific.*

7 Noto septimò, quod libellus seù petitio in negatoria plura requisita continere debet, *Et primò*, quod actor habeat dominium vel ius in re, seu fundo, prout dictum est *n. 3. Secundò*, quod dicat, fundum à seruitutem liberum esse. Quælibet enim res præsumitur libera, nisi contrarium probetur, *l. altius, & l. si in adibus C. de seruit. Tertiò*, quod Reus impediat, ac turbet huiusmodi libertatem, quæ ex dicta iuris præsumptione prouenit. *Quartò*, quod Actor petat declarari rem suam esse liberam a tali seruitute. *d. l. loci. §. competit. ff. si seru. vendic.* Zas. *in d. §. æquè n. 35. vers. hic. aduerte. Quintò*, quod Reus cessare debeat ab impedimento libertatis, seu attentato vsu seruitutis. *Sextò*, quod Reus condemnetur ad interesse, & damna hac occasione prouenientia, ob impedimentum quod præstat. *d. l. loci §. in confessoria vers. sed & in negatoria. Septimò*, quod Reus cauere debeat pro se & suis successoribus de non turbando amplius, & de seruitute tali in posterum non vsurpanda. Vbi notandum venit, quod si cauere noluerit, contra eum iuratur in litem. *l. eque & l. harum. ff. si seruit. vindicet.* Iudex verò iuxta prædictæ sententiam ferre debet; aduertat tamen non pronunciare rem esse liberam ab omni seruitute, (vt malè fecit olim in quadam simili causa quidam Iudex alias doctus, & mihi non mediocri familiaritate coniunctus) sed solum pronunciet liberam esse a tali seruitute per aduersarium prætensam, quia esse potest; quod sit libera respectu illius, sed non respectu aliorum, vt habetur *in d. loci §. competit. ff. si seru. vindic. vers. quod te liberas ædes habeo*, & notatur per Iason. *in d. §. æquè n. 57.* & Fabr. n. 35.

INTERSECATIO X.

De Publiciana Actione.

SVMMARIVM.

1 *Publiciana actio, quid sit.*
2 *Pro quibus rebus detur.*
3 *Quibus competat.*
4 *Contra quos competat.*
6 *Quæ requirantur ad hoc vt detur.*
6 *Quæ probanda sint per agentem publiciana actione.*
7 *Libelli requisita in hac actione publiciana.*

Forma Libelli.

In Curiam N. comparet N. de N. & dicit, quod annis retro elapsis bona fide emit à Titio de Titijs fundum N. situm in loco N. iuxta bona N. de N. viam publicam, & alios fines &c. & ipsum possedit, vt verus dominus, & patrono ita & taliter, quod licet supradictus Titius non fuisset dominus dicti fundi, quod non credit, tamen comparens ipse fuit in conditione vsucapiendi, quia ad ipsum pertinebat iure quasi dominij, ex quo illum iusto emptionis titulo, & bona fide habuit ab eo, quem dominum esse credebat, & virtute dicti tituli fundum prædictum accepit, & possedit. Sed quia ad præsens fundus præfatus indebitè, de facto, & minus iustè possidetur à Sempronio de Semproniis, qui requisitus, & monitus, vt fundum restitueret, id facere recusauit in graue damnū, præiudiciū, & interesse ipsius comparentis. Ideo recurrit ad Curiam N. per quam petit decerni, & declarari supradictum fundum ad comparentem ipsum, saltem iure quasi dominij spectare, & pertinere, & supradictum Sempronium reum conuentum condemnari, & condemnatum opportunis iuris remedijs cogi, & compelli ad restitutionem dicti fundi, cum omnibus fructibus perceptis, & percipiendis, & qui percipi potuissent; vna cum omnibus expensis, damnis, & interesse. *Super quibus &c. Deducens, &c. Non se astringens, &c. Et ita dicit,* & prouideri petit isto, & *omni* alio meliori modo, &c.

Forma Sententiæ.

In Dei &c. Nos, &c. Visis, &c. Christi nomine, &c. *Dicimus, &c.* Fundum N. positum in loco N. propè bona N. de N. viam publicam, & alios fines, etc. spectare, et pertinere ad N. de N. iure quasi domini. Ideo supradictum Sempronium Reum conuentum condemnamus ad restituendum fundum prædictum dicto N. de N. cum omnibus fructibus perceptis, et percipiendis, et quos percipere poterat. Insuper ad reficiendas expensas factas occasione præsentis litis, reseruata tamen Nobis, vel cui de iure in posterum taxatione. Et mādatum quodcumque desuper necessarium et opportunum decernimus et relaxamus, etc. Et ita dicimus, etc. omni modo, etc. prout habentur in formula prima.

ANNOTATIONES.

1 Noto primò, quod actio publiciana est actio realis prætoria, qua petimus id quod Nobis ex iusta causa à non domino bona fide traditum est, et non dum vsu captum. *§. sed ista Inst. de action.* vbi Iason. *nu. 17. & seq.* Ioan. Faber. *n. 4.* et Zas. *vers. quarto collige v. & colligitur* ex textu *l. 1. ff. de publician. in rem action.* Ex qua descriptione desumitur quod hæc actio est de iure Prætorio sic dicta à Publicio Prætore, qui primus illam instituit, et sic stricti iuris est, et datur pro recuperanda re, ratione quasi dominij. Nam si quis vendidit mihi fundum, vel equum vel tradidit donationis titulo, vel alia causa habili ad transferendum dominium, quem dominum esse credebam, qui tamen dominus non erat illius rei mihi iusto titulo, et bona fide traditæ; si deinde casu aliquo fundi, seù equi possessionem amisi, antequam vsucaperem competet mihi actio publiciana ex æquitate Prætoria, non rei vendicatio, quia vt dictum fuit supra *in actione reiuindicationis n. 2.* ad hoc vt detur reiuindicatio contra possessorem, requiritur dominium *l. in rem ff. de reiuindicat.* sed quia in hoc casu non habeo dominium rei emptæ, ex quo venditor non erat dominus, non potuit in me transferre dominium, quod ipse non habebat, *per text. in l. nemo plus iuris. ff. de regul. iur. & l. clausibus. ff. de contrah. empt.* Ideo possum rem persequi per publicianam, quia quamuis non transtulerit dominium, transtulit tamen vsucapiendi conditionem in re *d. l. clausibus*, quam vsucapionem nondum compleui. Vnde de iure ciuili nulla mihi daretur actio ad rem recuperandam, verum, quia ex parte mea concurrit bona fides, et iustus titulus actione reali, iniuria mihi inferretur, si rem recuperare non possem, merito Prætor benignitate, quam semper habere debet. *l. quod si ephesi ff. de eo quod certo loco.* hanc actionem introduxit, per quam ille, qui bona fide, et iusto

iusto titulo a non dominio habuit rem, quam nondum vsucæpit, si casu amiserit, illam recuperare valeat *l. 1. 2. 3. ff. de publician. in rem actio. & d. §. sed ista Inst. de act.* & ibi Glos. Doctores.

2 Noto secundo, quod hæc actio datur Primo rebus corporalibus, siuè immobiles, siuè mobiles fuerint. *l. si ego §. partus, vsque ad fin. ff. de public. in rem act.* Secundò datur pro rebus incorporalibus prout sunt seruitutes *d. l. si ego §. 1.* Et nota, quod in hac actione veniunt etiam fructus, damna, & expensæ *l. eum, qui §. in publiciana* & ibi Glos. *in verb. quæ diximus. ff. de public. in rem act.*

3 Noto tertiò, quod publiciana datur quasi domino, hoc est ei, qui à non domino, quem dominum esse credebat, acquisiuit rem bona fide & iusto titulo, qui parit causam vsucapiendi ante præscriptionem completam, nam post illam completam, non datur publiciana actio, sed actio ciuilis reiuindicationis. *l. 1. in princ. ff. de public. in rem act.*

4 Noto quartò quod datur hæc actio contra omnem possessorem, vel detentorem rei, quam restituere potest Secundo datur contra dolo desinantem possidere, sicut reiuendicatio, quia omnia ea, quæ locum habent in reiuindicatione, procedunt etiam in publiciana. *d. l. eum qui §. in publiciana* nisi expressè contrarium cautum reperiatur Ioan. Faber. *in d. §. sed ista. n. 14. inst. de act.*

5 Noto quintò, quod multa requiruntur, adhoc vt publiciana, actio detur; requiruntur, enim septem ex parte actoris, & duo ex parte rei conuenti. Ex parte actoris. Primò requiritur traditio Rei *d. l. 1. in princ. & d. l. eum qui §. in fin. ff. de publ. in rem act. et d. §. sed ista Inst. de act.* Quod procedit in rebus corporalibus, quæ tradi possunt; in rebus vero incorporalibus, quæ tradi non possunt, requiritur quasi traditio, hoc est patientia, quæ stat loco traditionis, vt in seruitutibus *l. quoties. ff. de seruitut.* vel aliud æquipollens quod succedat loco traditionis, *vt in §. interdum. inst. de rer. diuis. & in l. qua ratione §. interdum. ff. de acquir. rer. domin.* Et ratio est quia dominia rerum traditionibus, non nudis pactis regulariter transferuntur, *l. traditionibus C. de pact.* vbi DD. notant casus, in quibus transfertur dominium, sine traditione, prout facit Glos. 1. *in l. 3. ff. de publ. in rem act. & in l. si ager. ff. de rei vind.*

Secundò requiritur titulus, hoc est, vt traditio rei facta sit ex iusto titulo, & habili ad transferendum dominium, quamuis reuera non transferat, quia à non dominio processit. Imol. *in d. § sed ista, &* Angel. *ib. n. 8.*

Tertiò requiritur, vt à non domino rem acceperit. *d. l. 1. ff. de publ. in rem act. & d. §. sed ista.* vbi Gloss. & DD. quia si à verò domino rem haberet, statim in eum translatum fuisset dominium, & sic reiuindicatio, non publiciana competeret. *dicta l. 1. in princ.*

Quartò requiritur bona fides vt scilicet rem bona fide habuerit. *d. l. eum qui §. fin.* Bona verò fides in contractu emptionis requiritur etiam tempore traditionis rei, *& l. 2. ibi Glos. ff. pro socio.*

Quintò, vt credat se dominum non esse Glos. *magna in d. § sed ista*, quæ tamen ab omnibus reprobatur, vt ait Zasius *ib.* quia tunc actor esset in mala fide. Angelus tamen *in d. §. sed ista* medium tenens ait quod actor dicat se dubitare, an author suus fuerit dominus.

Sextò requiritur, vt res non sit præscripta, nec vsucapta *in d. l. 1 in princ.* Angel. & Alij *in d. §. sed ista.*

Septimò requiritur, vt Reus, contra quem intentatur publiciana, non sit dominus. *l. fin. ff. de publ. in rem act.* Nec habeat titulum, *DD. cit.*

Ex parte autem Rei conuenti requiritur possessio, vel detentio rei. Secundò, vt habeat facultatem rei restituendæ, vel vt dolo desierit possidere, prout in Reiuindicatione. *DD. cit.*

6 Noto sexto, quod duo tantum ex prædictis requisitis probanda sunt per Agentem publiciana actione, hoc est traditio, & titulus ex parte agentis; & possessio, seù detentio ex parte Rei conuenti Gloss. *in d. §. sed ista. verb. dicit vers. sed tantum duo*, quæ communiter ad omnibus recepta est in hoc.

7 Noto septimò, quod libellus in publiciana continere debet. Primò qualiter res, quam actor petit ad ipsum iure quasi dominii pertineat, quia eam bona fide, & iusto titulo habuit ab eo, quem dominum esse credebat. Secundo, quod in vim dicti tituli illam traditam accepit. Tertio, quod possederit. Quarto, quod fuerit in conditione vsucapiendi. Quinto, quod nunc eam alter possideat, qui iniustè eam restituere negat. Sexto, quod petat declarari rem ad ipsum pertinere iure quasi dominii. Et vltimo, quod Reus conuentus rem possidens condemnetur ad illam restituendam, vna cum fructibus, damnis, & interesse expensarum, Iason, *in d. §. sed ista Inst. de act.* & Ioan. Faber. *ib. n. 17.* & Alii,

INTERSECATIO XI,

De Recissoria Actione.

SVMMARIVM.

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N. de N. & dicit, quod anno N. proximè preterito ex Ciuitate N. sua Patria discessit, & ad Ciuitatem N. studiorum causa perrexit, ibique circa quadriennium occasione prædicta moram traxit. Qua absentia durante ad manus Sempronij de Sempronijs peruenerunt plures, & diuersi libri ipsius comparentis partim ab eo empti, & partim à suo patre relicti. Verùm cum ad Patriam comparens ipse reuersus fuisset, petiit à prædicto Sempronio, vt libros præfatos ad ipsum iure dominii, vel quasi spectantes restitueret, cum prius propter absentiam prædictam illos recuperare non potuerit qui Sempronius restituere recusauit; & tandem iterum requisitus omninò recusat, asserens se vsucapionem super illis fecisse; quæ nullo modo procedere potest; neque causa absentiæ, ei præiudicium afferre potest, cum iusta fuerit, & libri ad eius manu peruenerunt, sine vllo iusto titulo. Ideo recurrit ad ipsam Curiam, per quam petit restitui aduersus vsucapionem factam in præiudicium ipsius comparentis; & vt reponatur in pristinum statum, in quo erat ante vsucapionem factam & qua restitutione sibi concessa, petit libros prædictos sibi restitui, & prædictum cog, & compelli ad illos restituendum, vna cum omnibus damnis passis, & ad soluendum, omnes expensas factas, & faciendas occasione præsentis litis. *Super quibus, etc. Deducens, etc. Non se astringens, &c. & ita dicit &c. Iste, & omni alio, &c.*

Forma Sententiæ.

In Dei, etc. *Nos*, etc. *Visis*, etc. *Christi* nomine, etc. *Dicimus*, etc. N. de N. fore, et esse restituendum, prout restituimus aduersus vsucapionem librorum in actis deductorum per Sempronium de Sempronijs factam; Ipsumque condemnamus, vt libros predictos dicto N. Actori restituat, cum omnibus damnis passis. Et ad reficiendas eidem Actori expensas factas occasione presentis litis, quarum taxationem nobis, vel cui de iure in posterum reseruamus. *Et mandamus* etc. *& ita dicimus*, etc. *Non solum* præmisso, sed omni, etc. *prout in prima Formula.*

ANNOTATIONES.

1 Noto primo, quod actio Recissoria, est actio Prætoria, qua recissa vsucapione per aduersarium facta, agitur ad rem à possessore vsucaptam, quasi numquam vsucapta sit, vt habetur *in §. Rursus Inst. de act.* et ibi per Glos. *notatur in verb. rescissa*,

rescissa, *& in l. fin. C. quib. ex caus. maior. in integr. restit.* & *l.* 1. & ibi Gloss. *in verb. restituam. ff. ex quib. caus. maior.* Vt si verbi gratia, Ego aliquid possideam pacificè, & bona fide, si postea absentauerim me a Patria ex aliqua iusta causa, & tertios interim per triennium bona mea mobilia occupauit, & vsucepit quod tempus sufficit ad transferendum dominium. *l. vnica C. de vsucap. transf.* quando post triennium reuersus fuero, non possum bona occopata habere, quia de iure ciuili obstat exceptio vsucapionis, seù præscriptionis, ideo petere possum bona mea per rescissoriam ex benignitate Prætoriani introductam, & sic instare, vt Iudex restituat me in integrum ob iustam absentiam, & rescindat illam vsucapionem à tertiò in absentia mea completam, qua rescissa recupero pristinam actionem, & bona a tertio possum recuperare, tanquam si non vsucepisset. Et sic istud remedium rescindens vsocapionem dicitur restitutio in integrum; actio vero, quæ rescisso obstaculo vsucapionis, & concessa restitutione mihi competit, dicitur rescissoria ab effectum Gloss. in *d. §. rursus verb. rescissa*.

2 Noto secundo, quod hæc actio rescissoria numquam competit, nisi prius obtenta fuerit restitutio in integrum aduersus vsucapionem, Gloss. *in d. verb. rescissa. & in l. ab hostibus §. sed quod simpliciter in verb. restitutionis circ. med.* & ibi Bart. *ff. ex quib. caus. maior.* Iason. *in d. § rursus n. 81. & seq.* vbi latè Cyn. *in d. l. fin. C. quib. ex caus. maior.* Est communis DD. sententia per textum *in d. §. rursus verb. rescissa vsucapione*. vbi loquitur per ablatiuum absolutum cuius natura est, quod in conditionē resoluatur. *l. à testatore*, vbi Gloss. & Bart. *ff. de condit. & demonstrat. l. si quis ita. ff. de stat. liber.* Guid. Pap. *q. 15. num. 2.* Et ex his constat quod ad istum effectum, vt hæc actio detur requiritur necessariò, vt præcedat restitutio in integrum aduersus vsucapionē.

3 An autem dari possit vno, eodemque tempore remedium rescindens, & remedium rescissorium, vid. Guid. Pap. *q. 114. per tot.*

Et remediū rescindens est officium Iudicis nobile, per quod datur restitutio in integrum, & rescinditur obstaculum vsucapionis in absentia domini rei completæ, quæ impediebat agere. DD. communiter *in d. § rursus*, & Iason. *n. 8.* Remedium vero rescissorum est illud, quod competit rescisso obstaculo per remedium rescindens, ad hoc vt possit priorem actionem intentare, & rem suam petere ac si nunquam vsucapta fuisset, textus & Gloss. *in d. § rursus verb. rescissa.* & ibi DD.

4 Noto tertio, quod hæc actio datur, tam pro rebus mobilibus, quam Immobilibus, & si tam pro rebus corporalibus; quam in corporalibus, quia competit pro omnibus rebus, ad quas prius dabatur actio, antequam essent præscriptæ, vel vsucaptæ; quando autem datur pro rebus mobilibus triennio vsucaptis, dicitur rescissoria; pro rebus immobilibus triginta, vel 40. annorum spatio præscriptis, dicitur in rem rescissoria. Datur etiam pro actionibus personalibus, & tunc in personam rescissoria dicitur. latè Cyn. *in d. l. fin. C. quib. ex caus. maior.* & Ioan. Faber. *in d. § rursus. n. 7.* & Ias. *n. 81. Inst. de act.*

5 Noto quarto, quod rescissoria actio competit læso, cui conceditur restitutio in integrum ex causa absentiæ, vel alia iusta causa. *lib. 1. in princ. & l. final. ff. ex quib. caus. maior. in integr. rest.*

Secundo datur successori ipsius læsi, et aliis, quorum interest *l. parte ff. de minorib.*

6 Tertiò datur etiam præsenti contra absentem, si secum rem detulit, et vsucepit, textus est *in d. §. rursus.* et ibi Gloss. *in verb. abesset.* declarat quomodo hoc procedere possit, etiam si rem domi dimiserit et animo possederit, et vsucapionem compleuit, quia per ciuilem possessionem vsucapi possunt res DD. communiter *in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poss.* Add. ad Angel. *in l. 3. §. aliquando Instit. de vsucap.* Sed in hoc casu non daretur, si absens habebat domi consanguineos, vel procuratorem, quos conuenire poterat præsens *l. item ait prætor. §. fin. cum l. seq. ff. ex quib. caus. maior.* Ias. *in d. § rursus n. 23.*

7 Quarto datur secundum communem regulam absenti contra præsentem, qui rem ipsius durante absentia vsucepit *d. §. rursus.* vbi Gloss. *in verb. Ciuitate in fin.* per tex. *in l. 1. §. verba ff. ex quib. caus. maior.* Quod procedit si absentia, vel causa fuerit necessaria, & probabilis simul, vel probabilis tantum *d. §. verba, & l. autem in princ. ff. eod.* non vero si necessaria solum, vt in relegato propter delictum, nam iste non restituitur, nisi domi procuratorem relinqoere non potuerit *l. Papinianus. ff. de minorib.* Bart. *in l. fin. num. 10. ff. de restit. in integr.* Idem dicitur si fuerit absens ex quacunque causa voluntaria, quia neque datur. *d. l. fin.* & Ias. *in d. §. rursus n. 58.*

8 Quinto datur absenti contra absentem, vt si quis emeret bona fide rem alicuius, & postea absens fuerit iusta causa Reipublicæ seruiendæ, vel studiorum, & secum detulit; alter vero absens, etiam iusta causa vsucepit, tunc datur rescissoria actio, ex restitutione in integrum vt habetur expressè *in d. l. fin. ff. ex quib. caus. maior.* vbi Bart. & Iason. *in d. §. rursus num. 55.* respondent ad obiecta quod priuilegiatus non vtitur priuilegio contra alium priuilegiatum eodem priuilegio, vt per Bart. & DD. *in Authent. quas actiones C. de Sacrosanct. Eccles.* & dicunt quod præscribens non est priuilegiatus, licet sit absens, non enim sola absentia est causa priuilegij, sed absentia coniuncta cum læsione.

9 Noto quarto, quod cum regulariter rescissoria detur ratione absentiæ, & non quilibet absentia sufficit ad restitutionē habendam, sed iusta esse debet, absentia diuiditur in quinque species alia enim necessaria, & probabilis simul: Alia probabilis tantum, sed non necessaria: Alia necessaria tantum, sed non probabilis: Alia voluntaria, sine contumacia: Et alia voluntaria cum contumacia, vt per Gloss. & DD. *in d. l. fin. ff. de restitut. in integr.* & Zas. ac Ias. *in d. §. rursus in princ.*

Prima igitur absentia necessaria, & probabilis est quando quis abest causa Reipublicæ, quia ipsios legatione fungitur apud aliquem Principem, vel causa militiæ *d. l. 1. ff. ex quib. caus. maior.* Vel si quis sit absens causa infirmitatis. *l. quæsitum ff. de re iudicat.*

Secunda absentia probabilis tantum, sed non necessaria, est, quando quis abest causa studii, qui multis priuilegiis gaudet, de quibus habetur *in Auth. habita.* & ibi DD. *C. ne fil. pro patr.*

Tertia absentia necessaria tantum, sed non probabilis, Imo al. quando improbabilis, est, quando quis fuit, propter delictum commissum relegatus, vel se absentauit ob metum pœnæ commissi criminis DD. *in d. l. fin.*

Quarta absentia voluntaria, sine contomacia, est quando quis vadit ad nundinas, vt regulariter mercatores. Vel quando quis abest causa alterius sui commodi ex propria voluntate. DD. *ibid.*

Sexta absentia voluntaria cum contumacia, est, quando quis citatus per Iudicem, contumaciter non comparet in iudicio *l. contumacia ff. de re iudic.*

10 Dicitur autem absens, qui extra locum, in quo aliquid petitur, est, vel extra continentiam ædificij. *l. absentem ff. de verb. signif.* Præsens vero dicitur qui est in loco, in quo aliqoid petendum est, vel in continentibus ædificii. *l. præsens cum l. seq. ff. de procuratoria.* & ibi Gloss. & DD.

11 Noto quinto, qnod suprafirmata conclusio, vt absens iusta causa Reipublicæ restituatur in integrum aduersus vsucapionem factam, limitatur pluribos modis. Et Primo si absens procurauit prios, vt sibi daretur legatio, nam talis non restituitur. *l. Respublica, & l. 4. in fin. ff. ex quib. caus.* Limitatur secundò si absens læsus fuit casu fortuito, quam læsionem passus fuisset, etiam si præsens esset, vt si per alluuionem magna pars fundi absentis iuncta esset agro alterios præsentis. *l. Is, qui. & ibi Gloss. ff. ex quib. caus. maior.* Limitatur tertio si absens Reipublicæ causa reuersus nō fuerit, quando reuerti potuerit, & debuerit, finitio officio, nā tunc medio tempore si quis vsucaperet rem illius, non restitueretur. *l. 4. præter. in princ. ff. quib. caus. mai.* Gloss. *in d. §. rursus verb. ciuitate*, & Zasius, *ibid.* Nisi impeditus fuerit reuerti ob Infirmitatem, vel tempestatem, vel aliam iustam causam *l. si cui §. tandiu. ff. ex quib. maior.* facit textus *in l. contumacia §. pœnam. ff. de re iudic.*

12 Tali autem casu non tenetur iter facere continuè, die, & nocte, neque nimis tarde, vt data opera appareat fuisse, sed moderatè, secundum quod Alii eiusdem conditionis facere consueuerunt, iuxta tradita *in l. continuus. §. cum ita. ff. de ver. oblig.* Gloss. tamen *in d. §. rursus verb. ciuitate* ait præfixum esse tempus absentibus a iure, vt commodo redire possint, nimirū viginti milliaria pro qualibet dieta *d. l. si tandiu* & ibi Gloss. *in verb. præstat. & l. 1. ff. si quis cautionib. & l. 3. ff. de verb. signif.* Miliare vero italicum faciunt mille passus Glos. *in d. l. 3. & in l. mille passus. ff. eod. tit. de verb. sign.* Et quinque pedes faciunt vnum passum Gloss. *in d. l. 3. verb. passuum.* Pes vero est quindecim digitorum. Gloss. 1. *in cap. sicut 16. q. 4.* Iason, Bart. & Alii *in d. l. 1. ff. si quis caution.*

Debet tamen habere vnum diem quietis in singulis hebdomadis.

madis. Gloss. *in cap. cupientes, §. caeterum, ver. commode in fin. de electione in 6.* Imol. *in d. l. continuus §. cum ita* Iason. *in d. l. nu. 15.* Angel. *in d. § rursus n. 9. insti. Inst. de action.* Commensuratio autem milliariorum fieri debet per viam magis frequentatam ab hominibus, & vbi minus periculi adest, non per compendia viarum. Bart. & DD. *in d. l. 1. ff. si quis caution.* Quæ milliaria computanda sunt, secundum consuetudinem, & communem vsum cuiuslibet regionis, quia alibi sunt maiora, alibi minora. Gloss *in c. nonnulli in verb. vltra duas dietas de rescript.*

13 Noto sexto, quod libellus in hac actione rescissoria continere debet. Primò causam, quare petat quis se restitui, puta propter absentiam, vel aliam iustam causam. *l. 1. in final. ff. ex quib. caus. maior.* vel quia est minor. *ut tot. tit. ff. de minorib.* Secundo exprimi debet distinctè qualitas læsionis, quia varijs modis læsio fieri potest secundum Bart. *in l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter ff. ex quib. caus.* Nā interdum læsio accidit in possessione, quę omittitur. Interdum in actione alicui competē. et Interdum in possessione, & proprietate Angel. *in d. §. rursus n. 11.* Tertio peti debet per Actorem, vt ad illud restituatur, in quo fuit læsus de quo vid. Iason. *in d §. rursus n. 84.* & Io. Fabr. *ib. n. 21.* vbi plures ponit formas libellorum in hac actione.

INTERSECATIO XII.

De Seruiana Actione,

SVMMARIVM.

1 *Actio Seruiana quid sit?*
2 *Bona inuecta ad domum conductam, sunt tacitè obligata pro pensione, & deterioratione domus.*
Retentio bonorum pro alio debito, quando detur.
3 *Bona aliena inuecta, non sunt obligata, quia pignorari non possunt.*
4 *Nomina debitorum, neque obligantur.*
5 *Merces, & Aliæ res venales neque obligata sunt.*
6 *Pecunia ad vsum quotidianum destinata, neque.*
7 *Vestes quotidianæ, neque.*
8 *Libri scholarium, neque.*
9 *Bona Minorum, neque.*
10 *Conductor gratuitus non tenetur pro deterioratione.*
11 *Quibus hæc actio competat.*
12 *Contra quos detur Seruiana.*
13 *Quæ requirantur, vt detur.*
14 *Quid probandum sit, vt detur.*
15 *Salmeanum interdictum commodius est intentare, quam Seruianam actionem, & quare.*

Forma Libelli,

In Curia N. comparet N. de N. dicens quod annis proximè præteritis locauit Sempronio de Sempronis quamdam domū suam sitam in loco N. propè domum N. de N. & alios fines pro pensione scutorum quinquaginta singulis annis persoluenda; qui Conductor domum ipsam per triennium inhabitauit, & tenuit, ad quam multa bona, & suppellectilia à se tunc temporis possessa tulit, & inuexit; principio inigrationis ad inhabitandum. Verum quia debitam pensionem iuxta conuentionem in contractu locationis appositam, non solum non persoluit; verum etiam domum ipsam deteriorem fecit, destruendo de facto quemdam parietem, & solarium ipsius domus, sine vlla licentia comparentis, contra formam instrumenti locationis. Cum autem de iure bona inuecta, & illata per conductorem ad domum conductam censeantur tacitè obligata locatori pro pensione, & deterioratione domus locatæ; Iden recurrit ad ipsam Curiam N. per quam petit declarari præfata bona ad domum inuecta & illata esse tacitè hypothecata pro pensione, & deterioratione domus; & proinde pronunciari comparentem ipsum immitti in possessionem prædictorum bonorum sibi pensionis, & deteriorationis præfatatum nomine hypothecatorum; donec pensionem soluerit; & parietem, ac solarium destructum de nouo reædificauerit, aut pretium pro ipsorum reædificatione refecerit, *Super quibus* &c. *Deducens*, &c. *Non se astringens*, etc. *& ita dicit*, et prouideri petit, isto, *& omni* meliori modo, etc.

Forma Sententiæ,

In Dei Nomine, &c,

Nos, etc. *Visis*, etc. *Christi*, etc. *Dicimus*, etc. Bona, et suppellectilia omnia Sempronis de Sempronis inuecta et illata ad domum N. de N. sitam *in* platea N, loci seù Ciuitatis N. esse obligata, et hypothecata pro pensione, et deterioratione domus in actis deductæ; et proinde prædictum N. de N. immittimus in possessionem rerum prædictarum sibi ex causa prædicta hypothecatarum pro pensione dictæ domus, à die tali... vsque ad diem talem.. sibi debita, et non soluta, necnon pro deterioratione eiusdem, donec, et quousque integram satisfactionem fecerit de prædictis præfato N. conductori. *Et Victum Victori*, etc. *& mandatum*, quodcumque etc. *& ita*, dicimus, etc. *Non solum præmisso, sed omni*, etc. *prout habentur in prima Formula,*

ANNOTATIONES,

1 Noto primo, quod Actio Seruiana, est actio, Prætoria realis, quæ datur domino prædij contra colonum, vel inquilinum et res inuectas, et illatas in prædio rustico vel vrbano retineat pro pensione debita consequenda, quam colonus, vel Inquilinus soluere tenebatur. Vel est actio prætoria realis, qua locator agit ad res, quæ a conductore in rem locatam, vt perpetuo illic essent, inuectæ, et illatæ, sibi, pro pensione, et deterioratione rei tacitè obligatæ sunt, et à quocumque possessore quasi pignus auocat, et donec ei integre satisfiat, retinet, vt colligitur ex tex. vbi Glois. et DD. *in l. certi iuris C. de locat. & conduct. & l. eo iure ff. in quib. & caus. pignor. tac. contr. in §. item seruiana Instit. de actionib.* et notatur *ibid.* per Glois. Iason. Zas. Ioan. Fabr. O. not. et Alios, Dicitur autem seruiana a seruando, quia per eam locator seruatur indemnis to iure suo. Glois. *in d. §. item seruiana verb. quasi.* Vel a Seruio Prætore, qui eam introduxit. Ioan. de Platea *ibidem n. 3.*

2 Noto secundo, quod bona inuecta, et illata per conductorem ad domum, vel prædium conductum sunt tacite obligata locatori Primo pro pensione persoluenda. *d. l. certi iuris, & d. l. eo iure, & d. § item seruiana*, latè de hoc agit Menoch. *lib. 2. de arbitr. Iudic. cas. 441.*

Secundò, pro deterioratione domus, vel prædij locati, *lib. 2. ff. in quib. caus. pign. vel hypot. tacitè contrah.* Inò potest conductor cogi per locatorem personaliter actione locati, vt rem locatam per ipsum destructam reficiat, *l. cum conductorem. C. de locat.*

Tertio, res inuectæ in domum conductam retineri possunt per locatorem etiam pro alio debito pecuniario, tanquam tacite obligatæ. Bart. *in l. solutam in fin. ff de pignor. act.* per text. *in l. vnic. C. etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri*, vbi habetur, quod res obligata creditori pro vno debito retineri post ab eodem pro alio, etiam si pro eo non fuit obligata, de quo latè Angel. *in d. §. item seruiana n. 5.* Iason. *ibid. num. 22*, sed remissiue, et Neguzant. *in tract. de pignorib. in quarto membr. secunda partis n. 129.*

3 Noto tertio, quod supradicta conclusio, vt bona inuecta, et illata ad domum conductam censeantur tacite obligata locatori, limitatur pluribus modis.

Et Primo, quando bona inuecta non sunt conductoris, sed alterius; quia bona aliena, nec tacite, nec expresse obligari possunt, *vt tot. titul. C. si aliena res pignori data sit.* Gloss. *in d. l. certi iuris.* vbi ait quod sicut expresse obligari nequeunt bona aliena; ita neque tacite, In casibus verò, in quibus expresse oppignerari possunt, qui notantur per Bart. *in lib. 1. §. 1. ff. de pignorat.* et per Neguz. *d. tract. de pignor. in 3. membr. secunda partis num. 5.* in illis possunt etiam tacite obligari; secundum Neguz. *vbi sup. d. 4. membr. 152.*

4 Secundo limitatur in nominibus debitorum, seù instrumentis obligationum quę licet obligari possint expresse *l. nomē C. quæ res pignor. oblig. poss.* illata tamen in domum conductam non remanet tacite obligata pro pensione; et ratio est, quia nō fuerunt inducta, vt ibi perpetuò permanerent sed ad tempus ita Cyn. et Salicet. *in d. l. certi iuris C. de locat.* Ias. *in d. §. item seruiana n. 41.* Fab. *n. 6.* et Angel. *n. 9.* Neguz. *d. 4. membr. 2. p. n. 153.*

Nota

Nota tamen quod illud verbum *perpetuò* hic non accipitur phisicè pro toto tempore vitæ, sed moraliter quandiù durauerit tempus locationis. *l. in prædijs. ff. in quib. caus. pign. vel hypot. tacit. contr. & l. debitor. ff. de pignorib.*

5 Tertiò limitatur in mercibus, & alijs rebus venalibus inuectis, quas inquilinus fortè mercator ad domum conductam intulit: istæ enim non sunt tacitè obligatæ, quia cum sint semper in motu, non censentur eo animo illatæ vt ibi perpetuò permansuræ essent, vt requiritur per text. *in d. l. debitor. ff. de pignor.* ita Ias. *in d. §. item Seruiana n. 51.* vbi de communi, quamuis Zasius *ib.* contrarium asserat per text. *in l. cum tabernam, ff. de pignor.*

6 Quarto limitatur in pecunia destinata ad vsum quotidianum, & ad præsentem aliquam necessitatem, nam ista non venit sub tacita hypotheca, quia inducta est, vt expendatur, non vt permaneat perpetuò. Zasius *vbi supra.* de quo Iason. *vbi sup. nu. 47.*

7 Quinto limitatur in illis rebus, quæ non veniunt in generali expressa hypotheca, vt sunt vestes quotidianæ, & alia supellectilia, sine quibus homo non potest honestè, & commodè viuere, de quibus habetur *in l. obligatione generali.* vbi DD. communiter *ff. de pignor.* ita Bald. *in d. l. certi iuris q. 9.* Iason. *vbi supra nu. 63.* Faber. *nu. 2.* Angel. *num. 1.* Neguz. *d. membr. 4. nu. 151.* quamuis Zas. *ib. nu. 22.* teneat supellectilem esse tacitè obligatam *per d. l. cum tabernam.*

8 Sexto limitatur, in libris scholarium quia sine illis non possunt scholares honestè, aut commode viuere. ita Zas. *in d. §. item Seruiana.* Iason. *ibid. num. 64.* & Angel. *num. 1.* Item propter priuilegium ipsius concessum in iure, vt tradit Gloss. *in l. nepos Proculo. ff. de ver. signif.* faciunt notata per Bald *in rubr. C. qui bon. ceder. poss.* vbi ait quod si scholaris cessit bonis, & postea emit libros, creditore non possunt illos ei auferre, de quo etiam Iason. *vbi supr. num. 65.* Aliæ vero res scholarium in domum conductam inuectæ, sunt tacitè obligatæ pro pensione, vel deteriotatione domus conductæ. Zas. *vbi sup. & ibid.* Angel. *num. 4.* Faber. *num. 3.* Platea, *num. 6.* per text. *in d. lib. 2. ff. in quib. caus. pign.*

9 Septimò limitatur in bonis minorum, quæ sine tutoris, aut curatoris authoritate non sunt tacitè obligata, cum nec expressè sine ipsorum authoritate obligari possint, secundum Gloss. *in l. item quia verb. illata. ff. de pact.* vbi Ias. quatuor sententias affert, ipse tamen tenere videtur contrariam opinionem nimirum quod sint tacitè obligata: ita etiam tenet Bald. *in l. vnic. §. vt plenius. C. de rei vxor. a3.* vbi communem dicit, & Neg. *d. 4. membr. n. 154.*

10 Octauo limitatur in conductore gratioso, nam si quis gratis habitationem habuit, bona illata non censentur tacitè obligata pro deterioratione domus *l. Pomponius ff. in quibus caus. pign. vel hypot. tac. contr.*

11 Noto quarto, quod hæc actio pluribus datur. Et Primò datur Domino, vel quasi, fundi, vel prædii rustici, qui fundum locauit, dummodo sciat res, quæ in prædinio rusticum illatæ sunt: alias non competeret actio *d. l. certi iuris C. de locat.* Secundo datur domino prædij vrbani, siuè in iure, siuè in ciuitate locauerit, tam si sciat quam si ignoret quæ res inuectæ fuerint in prædium vrbanum. *d. l. certi iuris.* Tertiò datur hæredibus domini locantis, quia omnes actiones regulariter transeunt ad hæredes actiuè, & passiuè, *vt in tit. Inst. de perpet. & tempor. action.* Quod habet locum siuè locatio & conductio fuerit temporalis, siuè perpetua, nam semper hæredes vtriusque obligantur. *l. viam veritatis. C. de locat. & cond.*

12 Noto quintò, quod hæc actio datur contra plures. Et *Primò* contra inquilinum, seu conductorem prædij vrbani, qui possidet res, etiam si fuerint inuectæ ad prædium conductum absque scientia domini. *d. l. certi iuris.* *Secundò* datur contra conductorem, seù colonum fundi rustici, qui possidet res Domino sciente illatas. *Tertiò* contra hæredes tam colonorum, quam inquilinorum, res inuectas possidentes. Dicitur autem inquilinus, qui prædium vrbanum quod ad hominum habitationem destinatum est, siuè in ciuitate, siuè in villa conducit. Colonus vero dicitur conductor prędii rustici, quod ad colendum locatur siue in villa, siue in ciuitate fuerit. DD. *in d. § item Seruiana*, quidquid *ibid.* dixerit Gloss. *Quartò* datur contra secundum conductorem, qui fundum à primo conductore sublocatum habuit, siue in toto, siue in parte: quod facere potest primus conductor dummodo alteri sublocet, qui æquè idoneus sit, & ad eundem vsum, nisi expressè inter partes aliter conuentum fuerit. *l. nemo C. de locat. & ibi* Gloss. & DD. Tunc res per secundum colonum, seù inquilinum inuectæ, & illatæ, tacitè hypothecatæ sunt pro obligatione primi conductoris, vel pro rata fundi soblocati, vel pro tota pensione, si totum conduxit. *l. solutum §. solutum ff. de pignorat. act.* vbi Glos. & DD. latè Neguz. *d. membr. 4. numer. 135.* *Quintò* datur contra quemcumque possessorem extraneum, qui res à conductore prius inuectas possidet, dummodo semel ad domum, seù fundum conductum res fuerint inclusæ secundum quosdam DD. *in d. §. item Seruiana.* per text. *in l. est differentia. ff. in quib. caus. pign. vel hypot.* inclusæ verò dicuntur, si per locatorem de eis inuentarium factum fuit. *l. ib. cum domini. ff. de locat.* Bartol. autem *in l. 3. C. de pignor.* Iason. *in d. l. item quia. ff. de pact. & in d. §. item Seruiana nu. 77. & seqq.* & Neguz. *de pignor. d. 4. membr. n. 131.* absolutè afferunt res ad domum conductam illatas esse tacitè hypothecatas, etiam sine inuentario prædicto, alias esset frustatoria dispositio iurium prædictorum. *in l. certi iuris C. de locat. & d. l. eo iure. & l. 2. ff. in quib. caus. pign. vel hypot. & d. l. item quia ff. de pact.* in quibus habetur, quod bona inuecta sunt tacitè hypothecata, & nulla fit mentio de inuentario conficiendo. Conueniens est enim, quod sicut bona expressè hypothecata, si alienata fuerint, transeunt cum onere. *l. si debitor C. de distr. act. pignorum. & hypot.* ita res tacitè hypothecatæ locatori, si in alium peruenerint, remaneant obnoxiæ obligationi tacitæ hypothecæ.

13 Noto sextò, quod plura requiruntur, adhoc vt detur hęc actio. Et *Primò*, quod procedat contractus locationis. *d. l. certi iuris, & d. §. item Seruiana.* & ibi Ioan. de Platea. *Secundo*, quod res fuerint inuectæ, & illatæ in prædium *l. 3. & 4. ff. in quib. caus. pign. vel hypot. & l. si non inducta C. eod. tit.* alias non oritur tacita hypotheca, de quo vid. Socc. *in regul. num. 192.* vbi plures ponit exceptiones. *Tertio* requiritur, quod res illatæ sint eo animo, vt ibi maneant toto tempore, quo durauerit locatio, vnde in casu coactionis conductoris non soluentis pensionem conuentam hæc qualitas probanda esset. *l. in prædijs. ff. in quib. caus. pignor. vel hypot. & l. debitor. ff. de pign.* *Quarto*, quod locator sciat, res esse illatas, si conductor fuerit colonus, secus si sit inquilinus *d. l. certi iuris.* & dictum fuit supra. *Quinto*, quod conductor ius habeat in rebus inuectis, vt possit illas obligare tāquam dominus, vel quasi, vt etiam notatum est supra. *Sexto*, quod sint tales, quæ obligari possint alias non. Vnde res Sacræ religiosæ liber homo, & similes obligationem non patiuntur, vt habetur *in tit. ff. quæ res pignori, vel hypotheca data obligari non possunt, & in tit. C. quæ res pignori obligari possunt, vel non.* *Septimo*, quod tales res sint eius naturæ, vt in generali obligatione veniant *l. obligationes. ff. de pignor.* *Octauo*, quod prius facta fuerit excussio per locatorem super alijs bonis conductoris, contra possidentes extraneos, vt notatur *in d. l. certi iuris, per Authent. hoc si debitor*, vbi DD. *C. de pignorib.* *Vltimo*, quod res possideantur à Reo, alias secus, qui cum sit actio realis. *l. pignoris C. de pignor.* intentari debet, debet contra possessorem. *l. vnic. C. de alienat. iudic. mut. caus. fact.* Quid autem probare teneatur agens actione Seruiana, vide Ias. Zas. & Angel. *in d. §. item Seruiana*, qui de hoc late agunt.

14 Noto septimo quod adhoc, vt Seruiana prosit agenti tali actione, tenetur dominium, vel possessionem probare, sed cum aliqua differentia, & distinctione, Nam vel dominus prędiorum, aut creditor persequitur pignora, contra ipsum debitorem, aut eius hæredem; Vel contra tertium possessorem causam habentem à debitore; Vel contra possessorem extraneum nullam causam habentem a debitore. Primo casu sufficit probare rem esse ei tacitè, vel expressè obligatam. ita Zas. Iason. & Angel. & Alij *in d. §. item Seruiana.* Secundo casu probare tenetur non solum hypothecam, & possessionem debitoris. verum etiam dominium debitoris directum, & vtile, vel quasi, vel saltem rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis, & debitorem hanc rem habuisse vt suam, & gessisse se in ea pro domino, sicut in alijs suis bonis *per text. in l. ante omnia ff. de probat.* & ibi Gloss. *& in l. & quæ nondum. §. 1. ff. de pignor.* Iason. & Angel. *vbi sup.* Neguz. *d. tract. de pignor. in 3. membr. 8. p.* Tertio vero casu probare tenetur dominium principalis debitoris, vel saltem de bona fide, & titulo, iuncta possessione, hoc est quod res tempore obligationis fuerit in bonis debitoris, qui vsus sit illa tanquam sua, & reputatus fuerit dominus illius *per d. l. & quæ non dum. & l. si in superatus ff. de pignor.*

& d. §. ait ... ff. de probat. Et ratio est, quia si ipse met debitor agere vellet contra talem possessorem, vtique probare cogeretur: à fortiori tenetur creditor, qui ius suum fundare debet super hypotheca ex persona debitoris principalis DD. *in d. l. cum res ... ff. si aliud. ... pign. dar. sol.* & Ia. à Neguz. *de pignor. ...* Et hæc, quæ dicta sunt de seruiana actione, quoad probationem dominij, vel possessionis eorum habent etiam ib qua. si seruiana seù hypothecaria, quia in hoc de pari procedunt, vt docent Zas. & Alij *in d. § item seruiana*.

14 Ex quibus noto vltimo, quod vtilius est creditori, possessionem pignoris ab ipso debitore, vel tertio possessore auocare volenti, intentare Saluianum interdictum, quam seruianam vel quasi seruianam actionem, ad euitandum onus probationis dominij, iuxta textum *l. is qui destinauit ff. de rei vendic.* Angel. *in d. § item seruiana num. 9.* quia in saluiano interdicto sufficit probare tantummodò possessionem debitoris absque dominio, quòd debitor habuerit antiquiorem possessionem, quia saluianum est iudicium possessorium, non petitorium, vti est actio seruiana vel quasi seruiana; quod procedit siuè agatur contra ipsum principalem debitorem, siuè contra quemcumque alium extraneum possessorem. Gloss. *in d. § item seruiana verb. quasi* & ibi Doctor. Bart. & Alij *in l. rem alienam ff. de pignorat. action. & in § sequens diuisio Instit. de interdict.* de quo nos agemus infra *Intersec. 15. per tot.*

INTERSECATIO XIII.

De quasi Seruiana, seù hypothecaria Actione.

SVMMARIVM.

1 *Quasi seruiana quid sit.*
2 *Differentia inter seruianam, & quasi seruianam.*
3 *Pignoratitia actio à quasi seruiana, in quo differat.*
4 *Quibus hæc actio detur.*
5 *Creditor non potest propria authoritate rem hypothecatam occupare.*
6 *Contra quos detur hæc actio hypothecaria.*
7 *Excussio bonorum principalis debitoris facienda, antequam tertius possessor conueniatur.*
8 *Quæ requirantur, adhoc vt detur hypothecaria.*
9 *Probationes faciendæ in hac actione.*

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N. de N. dicit, quod mensibus elapsis mutauit Sempronio de Sempronijs gratis, gratiæ & amore scuta, seù ducatos quingentium, quam pecuniarum quantitatem restituere, & soluere promisit in Nundinis N. fieri solitis die N. mensis N. & pro securitate dictæ pecuniæ obligauit dicto N. de N. Vineam suam in loco N. propè bona N. viam publicam, & alios fines, proutex instrumento celebrato sub die tali.... manu publici Notarij N. apparet, (cui relatio habatur,) quam Vineam dictus Sempronius tunc temporis realiter possidebat, & detinebat, & adhuc tenet, & possidet. Verum quia præfatus Sempronius non curauit pecuniam prædictam soluere in die præscripto & nunc requisitus, vt soluat, id facere recusat in graue ipsius comparentis damnum, & interesse; Ideo recurrit ad ipsam Curia N. per quam petit declarari, & pronunciari dictam Vineam Rei conuenti iure pignoris, & hypothecæ esse comparenti obligatam, & ad ipsum vigore talis obligationis spectare; dictumque Sempronium Reum conuentum condemnari ad relaxandum Vineam prædictam, & ad illius possessionem tradendam & dimittendam ipsi comparenti: donec effectiuè, & integrè dicta scuta quingentium illi mutuò data restituerit, & soluerit. Insuper petit condemnari ad omnes expensas factas occasione præsentis litis. *Super quibus* omnibus petit ius, & iustitiam sibi administrari. *Deducens*, &c. *Non se astringens*, &c. *& ita dicit*, & prouideri petit isto, & *omni* alio meliori modo, &c.

Forma Sententiæ.

In Dei, &c. *Nos*, &c. *Visis*, &c. *Christi* &c. *Dicimus*, &c. Vineam positam in loco N. propè bona N. & N. viam publicam, & alios fines pertinere ad N. de N. iure pignoris, & hypothecæ: Ideo condemnamus Sempronium de Sempronijs Reum conuentum ad reddendum & dimittendum Vineam prædictam *N. de N.* Actori, qui tandiù ipsam Vineam retinere habeat, & possit, donec de summa prædicta scutorum quingentum sibi debitorum, &c. eidem fuerit plenariè satisfactum. *Et Villam* Victori, &c. *mandatum*, &c. *& ita*, &c. *omni* modo, &c. *prout sup. in prima Formula*.

ANNOTATIONES.

1 Noto primò, quod actio quasi seruiana, est actio Prætoria realis, quæ datur creditori contra possidentem rem, quæ ei expressè in specie, vel generaliter, et tacitè obligata est pro consecutione possessionis illius rei, ad effectum retinendi, vel alienandi eam, si à debitore redempta non fuerit; vt colligitur ex text. *in § item seruiana*, vbi Gloss. & DD. *Instit. de actionib.* Dicitur autem quasi seruiana, ad differentiam seruianæ, ista enim datur locatori; quasi verò seruiana datur cuicumque creditori pro re hypothecata consequenda. Vtraque tamen dicitur à seruando, secundum Glos. *vbi sup. in verb. quasi*; quia ius creditoris in re pignorata per eam conseruatur illæsum; aliam rationem ponit Iason. *in d. § item seruiana nu. 82.* Diuerso vocabulo hæc actio dicitur hypothecaria, vt probatur in textu eiusdem *§ item seruiana in princ.* vt notat Bart. *in l. fin. ff. de Saluian. interdict.* vbi aduertit Glosam ibi corruptam esse, dum differentiam facit inter hypothecariam, & quasi seruianam actionem; cum debuisset dicere seruianam, non quasi seruianam.

2 Noto secundo, quod datur differentia inter actionem seruianam, & quasi seruianam. Seruiana enim datur locatori pro tacita obligationem tantum in rebus à conductore inuectis ad fundum conductum. Quasi seruiana verò, seù hypothecaria competit cuicumque creditori pro expressa, & aliquando, etiam pro tacita hypotheca, Glo. *vbi sup.*

3 Differt etiam hypothecaria, seù quasi seruiana à pignoratitia actione. Nam hypothecaria datur creditori contra debitorem, vel alium extraneum possidentem rem obligatam; Pignoratitia verò directa competit debitori contra creditorem, vt ipsi restituat rem oppignoratam, non deterioratam, soluto debito; imò si res pignorata frugifera fuerit, datur etiam pro fructibus: ita vt ipsi ex re pignorata percepti computentur in sortem. *l. 1. & 2. C. de pignorat. action. l. solutam, & l. si rem. § ... ff. de pignorat. act. & l. quamuis C. de distract. pignor.*

Item differunt, nam hypothecaria est realis *l. pignoris C. de pignor. & d. § item seruiana*. Pignoratitia verò est personalis, quæ, ex contractu pignoris oritur, personam, non rem persequens; & ideo non datur contra tertium possessorem, *l. fin. C. de distr. pignor.* Bart. et Alij *in d. l. pignoris*.

Item differunt, quia hypothecaria nascitur ex solo consensu, absque traditione rei, cum statim ac debitor, & creditor inter se conueniant, vt res obligata teneatur, acquiritur actio hypothecaria creditori, per quam agere potest ad consequendam illius rei possessionem: Pignoratitia verò numquam nascitur, nisi res effectiuè, et actualiter fuerit creditori tradita per debitorem, nec sufficit consensus tantùm, sine traditione rei. Bart. *vbi sup.* Alias differentias ponit idem Bart. *in l. constit. ff. incip. tanta. § quartus*. Paul. de Castr. *sup. rubr. ff. & C. de pignorat. act.* vbi etiam Alij, & Neguzan. *in tract. de pignorib. 1. & 2. membr. septimæ partis*.

4 Noto tertiò, quod hæc actio quasi seruiana, seù hypothecaria pluribus datur. Et Primò creditoribus quibuscumque qui bona debitoris obligata habent, siuè obligatio sit ex pignore iudiciali, siuè legali, siuè Prætorio, siuè conuentionali *l. 2. C. de prætor. pignor. & d. § item seruiana*. Secundò datur hæredi creditoris, *lib. 1. C. si vnus ex plurib. hæred. credit.* Tertiò, legatario, cui res aliena legata est, Vel legatum relictum est in quantitate, genere aut alternatiuè *l. 1. C. comm. de leg. & § nostra autem Instit. de legat.* Quartò datur cessionario, vel emptori pignoris,

ris, *vt in tit. ff. & C. de hered. vel action. vendit.* Quinto datur secundo creditori, cui primus creditor obligauit suum nomen debitoris, *iuxt. l. nomen C. quæ res pignor. obligar. poss.* Vel cui pignus pignori dedit, *iuxta l. grege §. cum pignori. ff. de pignor. & tot. tit. C. si pign. pignor dat. sit* & in his duobus casibus vtilis hypothecaria datur non directa, sicut in cæteris, *d. §. cum pignori, & l. 1. C. si pign. pign. dat. sit & l fi. C. de heredit. vel act. vend.* Sextò datur pluribus creditoribus hypothecam habentibus in eadem re, & tunc prior in tempore est potior in iure. *iuxta l. 2. & tot. tit. C. qui potior. in pign. hab.*

5 Noto quarto, quod creditor non potest rem hypothecatam propria authoritate occupare, sed præcedere debet Iudicis facultas. *l. pignor. C. de pignorat. action.* nisi ob suspicionem fugæ debitoris, vel ob pactum de occupando pignus propria authoritate, alias incideret in pœnam. *l. si quis in tantam C. vnde vi.* & edicti Diu. Marci de quo *in l. extat. ff. quod m. c. caus.* vt singulariter tradit Gloss. *in d. l. pignoris C. de pignor.* & ibi DD. Quod autem possit hoc pactum fieri latè demonstrant Neguz. *de pignorib. in 1. memb. sexta partis.* Imò fieri potest pactum inter partes, vt pignus vendi possit à creditore. *l. fi. §. sancimus. C. de iur. domin. impetrand.*

6 Noto quintò, quod hæc actio contra plures datur. Et Primò contra principalem debitorem possidentem rem obligatam *l. persecutione & Authent. hoc si debitor. C. de pignorib.* Secundò datur contra hæredes ipsius debitoris rem possidentes *l. 2. C. si vnus ex plurib. hered. cred.* Tertio contra quemcumque extraneum possessorem rerum obligatarum, quia est actio realis, & sequitur rem obligatam. *d. l. pignoris C. de pignorib. & l. pignoris & l. grege § & in superficiarijs. ff. de pignor.*

7 Noto sexto, quod agi non potest hypothecaria contra tertium possessorem extraneum, nisi prius actum sit actione personali contra principalem debitorem, vel fideiussorea, si dati fuerint, & contra eos sententia lata sit *d. Auth. hoc si debitor.* & ibi DD. Quinimo requiritur, quod principalis sit in mora soluendi Bart. *in l. rem alienam ff. de pignorat. act. per l. debitores C. de pignor.* Item requiritur, vt prius fiat excussio bonorum principalis debitoris, & etiam fideiussoris. *Auth. sed hodie C. de obligat. & action. & d. Authent. hoc si debitor C. de pignorib.* Quomodo autem procedendum sit in materia excussionis in casu nostro, vid. Papiens. *in Prax. in form. libell. action. hypothecar. §. exceptionem excussionis,* & Neguz. *d. tract. de pignor. 1. membr. octau. part.*

8 Noto septimo, quod plura requiruntur ad hoc vt hypothecaria detur. Et Primò, quod pignus verè constituatur *d. l. ante omnia ff. de probat.* Secundo, quod res sit talis, quæ obligari possit, & quæ in generali obligatione veniat, *vt dictum est in praecad. Intersec.* Tertiò requiritur, quod debitor habuerit potestatem seù ius oppignorandi vt etiam *ibid. notauimus.* Quartò si agatur contra tertium possessorem, vt diximus, requiritur quod prius facta sit excussio bonorum principalis debitoris, iuxta paulo ante tradita. Quinto, quod res possideatur à Reo *l. si fundus. §. in vindicatione. ff. de pignor.* ob rationem supra positam, quod sit actio realis, quæ possessorem rei sequitur *d. l. pignoris C. de pignor.*

9 Noto octauo, quod agens hypothecaria probare tenetur. Primo, quod pignus constitutum sit, seù hypothecaria instituta super re *iuxta d. l. ante omnia. ff. de probat.* Secundo tenetur probare possessionem tantum rei hypothecatę, si agatur contra principalem debitorem *vt dictum est supra.* Tertio si agatur contra hæredes debitoris, probare debet etiam dominium directum, vtile, vel quasi, vel saltem, quod res obligata tempore obligationis fuerit in bonis debitoris, iuxta notata *in praecd. Intersec.* Quarto si agat contra tertium possessorem, probare tenetur excussionem bonorum principalis debitoris. Bart. *in l. rem alienam pracis. de pignor. act.* vt supra dictum est.

INTERSECATIO XIV.

De Actione de constituta Pecunia.

SVMMARIVM.

1 *Actio de constituta pecunia; quid sit?*
2 *Constituti vis, qualis?*
Prax. Vicar. Caroli Pellegr. Tar. II.
3 *Lex correcta allegari non potest.*
4 *Quæ requirantur, vt hæc actio detur.*
5 *Quibus personis competat.*
6 *In quibus rebus constitui possit.*
Pecunia nomine quid veniat, & quotupliciter sumatur.
7 *Contra quos detur hæc actio.*

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N. de N. dicens, quod Sempronius de Semproni s annis elapsis habuit & recepit ab ipso comparēte scuta quingentum sibi mutuata gratis, gratia, & amore, quam pecuniarum quantitatem promisit soluere die tali . . . sed quia tunc temporis pecuniam præ manibus non habebat iterum nudo pacto, ac simplici promissione se obligauit, & constituit se dictam pecuniarum summam soluturum Kalendis Maij Anni N. & iam tempus constitutum elapsum est, & pecuniam prædictam non soluit; & cum pluries requisitus fuisset, soluere non curauit, & adhuc non curat in graue ipsius comparentis damnum et interesse. Ideo recurrit ad ipsam Curiam pronunciari, per quam petit, supradictum Sempronium obligatum esse ad solutionem prædictam, et proinde cogi, et compelli ad soluendum dictam pecuniarum quantitatem, cum omnibus damnis, expensis, et interesse passis et patiendis occasione præsentis litis *Super quibus,* etc. *Deducens,* etc. *Non se astringens,* etc. *& ita* etc. *isto, & omni,* etc.

Forma Sententiæ.

In Dei Nomine, &c.

Nos, etc. *Visis,* etc. *Christi nomine,* etc. *Dicimus,* etc. et condemnamus supradictum Sempronium de Semproniis Reum conuentum ad soluendum N. de N. Actori scuta quingentum, et ad expensas præsentis iudicij, taxandas tamen per Nos, vel per quē de iure in posterum, etc. *Mandantesque* quodcunque desuper necessarium, et opportunum decernimus, et relaxamus, *Et ita* etc. *omni modo,* etc. *prout habentur in formula prima.*

ANNOTATIONES.

1 Noto primo, quod actio de constituta pecunia est actio prætoria personalis, quæ competit alicui, contra eum, qui per nudum pactum constituit se soluturum ad certam diem id, quod ipse prius, vel alius ex quacumque causa, vel nudo pacto debebat. *l. 1. ff. de constitut. pecunia l. 1. C. eod. tit. cum ibi notatis, & § in personam Instit. de action.* et ibi Gloss. et DD.

2 Est autem fortissima huiusmodi actio, quia verbum *constituere* in iure est maximę efficaciæ, ita vt si quis vendiderit alicui fundum, et constituerit se possidere nomine emptoris, perinde habeatur possessio per emptorem, ac si fundus illi verè et realiter traditus fuisset sicque emptor dicitur verus possessor, cum iam venditor transtulerit in eum possessionem, *l. quod meo in princ. ff. de acquir. possess.* de cuius constituti clausula, eiusque viribus egimus supra *Sect. 2. Subsect. 11. à num. 64. cum seqq.* Vnde à simili actio de constituta pecunia mirabilem producit effectum. nam si nudo pacto promiserit quis alicui centum, de iure ciuili non competeret actio ad illa consequenda *l. iuris gentium §. sed cum nulla, ff. de pactis.* Sed si post aliquod temporis spatium iterum per nudum pactum eidem promiserit eadem centum, & constituat se soluturum certo die, poterit constitutarius agere contra cōstituentem, vt illi soluat centum promissa, per hanc actionem vt in prædictis iuribus habetur. Hæc actio dicitur etiam constitutaria. *l. nec enim ff. de constitut. pecun.*

3 Habebatur prius de iure antiquo actio receptitia dicta, quæ sublata fuit, et eius loco successit hæc de constituta pecunia, per illam enim agebatur ad omnia fungibilia. per actionē verò de constituta pecunia agebatur solum ad quædam fungibilia in quibusdam tantum casibus, et erat annalis; sed hodie receptitia non est amplius in vsu, et eius vis, et effectus transfusi sunt ad hanc de constituta pecunia, vt probatur *in textu d. §. in personam,* et ibi Gloss. *in verb. cui similis.* Vnde nunc ista actio de constituta pecunia, est perpetua, sicut cęterę actio-

nes personales, & in ea veniunt iam res fungibiles quæ in numero, pondere, & mensura consistunt; quam non fungibiles, vt certa corpora seu species, quæ functionem non recipiunt in genere suo, propter dissimilitudinem, vt probatur ex text. *in l. receptitia C. de constit. pecun. & in d. §. in personam*, vbi Angelus notat legem correctam non esse allegandam, & si quis eam allegauerit, incidit in crimen falsi. *iuxta l. fin. iuncta Glos. ff. ad leg. Cornel. de fals. & l. 1. §. hanc igitur C. de Iustin. Cod. confirm.* & idem est in statutis correctis, secundum Bart. *in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.* Quod fallit si allegetur ob similem rationem & lex correcta est adhuc in corpore Iuris. Gloss. *in cap. vanit. verb. quicunque de iudic.*

4 Noto secundo, quod ad effectum, vt hęc actio procedat, requiritur. Primo, vt illud, constitutum fiat nudo pacto, alias si fieret per stipulationem, non daretur hæc actio prætoria, sed ciuilis ex stipulatu, si incertum sit stipulatum *d. §. in personam* & ibi Gloss. *in verb. nulla in princ. & verb. iure simili.* vel certi condictio, quando certum in stipulationem deductum fuit. *l. si quis certum. ff si cert. petat. & d. §. in personam*, & ibi Iason. *n. 24.* Secundo requiritur vt præcedat debitum, quia constitui non potest, quod prius non fuerit debitum. *l. 2. in princ. vers. sed & heredibus, ibi pro tam debito C. de constit. pecun.* Quod locum habet in debito naturali, & ciuili simul, & in debito naturali tantum; non autem in debito ciuili tantum. Ias. *in d. §. in personam num. 45. in fin. & n. seqq. & alij ibid.*

5 Noto tertiò, quod huiusmodi actio pluribus competit. Et Primò Principali creditori, cui quis pro suo vel alieno debito soluere constituit. Secundò hæredibus creditoris, cui constitutum factum fuit. *l. 2. in princ. vers. sed & heredib. C. de const. pec.* Tertio datur procuratori loco domini. *l. eum qui §. fin. ff. eod. tit.* Quarto pupillo, furioso, prodigo, & municib. ex constituto facto Tutori, vel curatori. Quinto datur Domino ex constituto facto seruo *dict. l. eum qui §. fin.* Sexto datur illi, cui hæreditas restituta est, *vt in l. si post constitutum. ff. de constit. pecun.*

6 Noto quarto, quod quælibet res habilis ad obligandum, constitui potest, & sic non solum pecunia, sed etiã omnes aliæ res, quę pondere, numero, & mensura constant, dummodo sint in hominum commercio. *d. l. 2. C. de constit. pecun.* Ioan. de Plat. *in d. §. in personam num. 100.* non verò quæ sunt extra patrimonium nostrum, vt res Sacræ Sanctæ religiosæ, & similes, de quibus *in §. 1. Instit. de rer. diuis. in princ.* & ratio est, quia quamuis Imperator. *in d. §. in personam* loquatur de pecunia, tamen pecuniæ appellatione omnes res veniunt *l. pecuniæ nomine. ff. de verb. signif.* imò hoc expressè fuit cautum *in d. l. 2. §. & nemmem C. de const. pecun.* vbi Gloss. tradit, pecuniæ nomen tripliciter capi, aliquando strictè pro pecunia tantum numerata *vt in l. 4. §. is autem. ff. ad Macedon.* Aliquando largè pro rebus consistentibus in numero, pondere, & mensura *vt in d. l. 2. §. creditorem ff. si cert. petat.* & aliquando largissimè pro omni re, prout capitur in hac actione, quia omnes res comparari possunt per pecuniam *vt in d. §. & nemmem, & l. si ita fideiussorem. ff. de fideiussor.* & Bald. notat *in dict. l. 1. Cod. de const. pec.* ex Aristotele, quod pecunia est fideiussor futuræ necessitatis iuxta text. *in d. l. si eborus ff. de leg. 3.* vbi de pecunia subsidiaria sermo habetur.

7 Noto quinto, quod hæc actio contra plures datur. Et Primo contra ipsum constituentem siuè pro se, siuè pro alio constituerit se soluturum. *d. §. in personam.* Secundo contra hæredes constituentis. *d. l. 1. C. de const. pecun. & d. l. 2. vers. sed & heredibus. ff. eod. tit.* Tertiò datur etiam contra filium familias constituentem, imò & contra ipsius patrem vt teneatur de peculio soluere. *d. l. 2.* Quarto datur etiam contra fœminas, quæ pro se tantum constituunt, non si pro alijs. *d. l. 1. §. 1. C. de constit. pecun.* Quintò datur contra omnes alias personas aptas, & habiles ad se obligandum. Gloss. *in d. §. in personam verb. cum omnib.* Vnde Pupillus, sine Tutoris authoritate *d. l. 1. §. 2.* Et furiosus. *l. in negotijs, ff. de reg. iur.* Ac prodigus. *l. is, cum bonis. ff. de verb. oblig.* neque pro se, neque pro alijs constituere possunt, & sic constituendo, non obligantur.

INTERSECATIO XV.

De Actione de Peculio.

SVMMARIVM.

1 *Actio de peculio, quid sit?*
2 *Quare sic dicatur.*
3 *Filius ex omni contractu obligatur, & quomodo.*
4 *Peculium quid sit, & quotuplex?*
5 *Castrense peculium, quid sit?*
6 *Quasi Castrense, quid?*
7 *Profectitium, quid?*
8 *Aduentitium, quid?*
9 *Quæ requirantur ad hoc vt detur actio prædicta.*
10 *Quibus competat actio de peculio.*
11 *Contra quos detur.*

Forma Libelli.

In Curia N. Comparet N. de N dicens, quod annis proximè elapsis Sempronius de Sempronijs tradidit & concessit N. filio suo peculium scutorum mille circiter, vt cum illis negotiaretur qui quidem N. licet filius familias dictam pecuniarum summam negotiatus fuit tanquam suam, & de facto emit ab ipso comparente quingentum modios frumenti pro pretio scutorum quingentum pecunia credita vsque nundinas, quæ fieri debeant in die decimaquinta talis mensis. Verum quia in dicto tempore dictus N pręfatam pecuniarum summam comparenti debitam non soluit, & in præsentiarum Sempronius prædictus in sua custodia, & penes se tenet, & possidet dictam pecuniarum quantitatem in peculium N. filio concessam; Propterea comparens ipsa recurrit ad dictam Curiã N. per quam petit dictum Sempronium condemnari ad soluendum dicta scuta quingenta, & iuris, & facti remedijs opportunis cogi, & compelli ad effectiuam, & realem ipsorum solutionem ex dicta pecunia dicto N. eius filio in peculiũ cõcessa in totum, vel saltem in parte, quam vires peculij patiuntur. Et insuper petit condemnari ad ei reficiendum omnia damna, expensas, et interesse passa, & patienda occasione præsentis litis. *Super quibus* &c. *Deducens*, &c. *Non se non astringens*, &c. *Et ita dicit*; & prouidere petit non solum isto, sed *omni* alio meliori modo, &c.

Forma Sententiæ.

In Dei &c. *Nos* &c. *Visis* &c. *Christi* nomine repetito, &c. *Dicimus.* In Peculio N. filij Sempronij de Sempronijs deductis deducendis, (*& signanter deductis scutis tot pro tali re; & scutis tot pro tali re; & sic de singulis prout facti diuersitas postulauerit*) reperiri scuta tot.... illaque in manibus, & in posse dicti Sempronij Patris N. existere, Idcirco eundem Sempronium de Sempronijs Patrem condemnamus ad tradendum, & soluendum dicto N. creditori præfati N. sui filij scuta quingentum debita per dictum N. eius filium occasione emptionis modiorum quingentorum, & in dicto peculio deductis deducendi reperta. *Et Victum mandatumq;* &c. *& ita*, &c. *omni* modo, etc. *prout in prima Formula.*

ANNOTATIONES.

1 Noto primo, quod actio de peculio est actio prætoria personalis, quæ datur aduersus patrem vel dominium, vt soluat pro filio viuente, vel seruo ex contractu obligato quatenus est in peculio, vt colligitur *ex §. Actiones autem Instit. de actionib.* vbi Glos. & DD. Fuit autem à prætore introducta, vt subueniretur contrahentib. cum filiis familias, vel seruis, ne deciperentur; nam de iure ciuili nemo obligari potest ex contractu alterius, et sic pater ex contractu filij, et è contra filius ex contractu patris, nec naturaliter, nec ciuiliter obligatur, vt habetur *tot. tit. C. ne filius pro patr.* Ideo hæc actio locum habet contra patrem solum in vno casu quando scilicet dedit peculium filio ad negotiandum, quia tunc videtur filius contraxisse debitum de voluntate patris; tenetur tamen solum quan-

quantum vires peculij se extendunt, non autem in solidum, deductis expensis, & etiam deducto eo, quod sibi, & suis debetur de quo vid. Bart. *in l. 1. ff. de pecul.* Iason. *in d. §. actiones num. 9. Instit. de action.* & ibid. Zas. *vers. secundo colligo.* Ioan. de Platea *num. 3.* & Angel. *n. 1.* aduertit autem Zasius, *ubi supra in princ.* quod dispositio prædicta procedit quidem, quoad patres respectu filiorum familias, sed est parum vtilis quoad dominos respectu seruorum, cum hodie inter Christianos seruitus sublata sit, secundum Bart. *in l. hostes in fin. ff. de captiu. & post liminio. reuers.*

2 Noto secundo, quod hæc actio de peculio nomen sortitur ex contractu inito per filium super peculio, & sic si proueniat ex emptione, dicatur actio ex empto de peculio; si ex deposito, dicitur actio depositi de peculio *l. depositi ff. de pecul.* Vnde non præscribitur, nisi spatio temporis illius actionis cuius cognomen recipit *l. cum mortem in princ. ff. quando actio de pecul. est annal.* latè Iason. *ubi sup. num. 26.* Ioan. Fab. *num. 1.* Plat. *num. 8.* & Angel. *nu. 5* Est autem personalis, quia descendit ex contractu, vel quasi. *l. summa in fin. ff. de pecul. & d. §. actiones.* assumit tamen aliquando vim actionis realis, cum detur etiam contra dominum, ad quem seruus transit cum peculio *l. & ancillarum §. si seruus ff. de pecul.* Bart. *in l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. & in l. 1. num. 1. ff. de pecul.* Iason. *ubi sup. num. 28.* Fab. *n. 5.* Plat. *n. 9.* & Angel. *num. 5.*

3 Noto tertiò, quod in hoc contractu tantum de peculio pater conuenitur peculio tenus; sed quando ratum habuit contractum filij etiam sine peculio, fieri potest executio contra patrem, & nisi soluat detruditur in carcerem *l. pen. C. qui bon. ced. poss.* Angel. *ubi sup. n. 2. vers. & alia actio.* Quando vero ratum non habet contractum, non tenetur ex debitis contractis per filium: tenetur tamen filius contrahens in solidum, etiam viuente patre, quia bene obligatur ex omni contractu, vel quasi, & ex delicto, vel quasi condemnari potest per sententiam ad soluendum integrum debitum *l. tam ex contractibus. ff. de iudic. & l. filius familias. ff. de obligat. & action.* Quod procedit, tam si habeat peculium aduentitium, aut Castrense, vel quasi castrense, quam si nihil habeat; sed omnia sint patris; nam adhuc cogi potest ad soluendum, & nisi soluerit, vel bonis cesserit, in carcerem detrudendus erit *d. l. fin.* Fallit tamen in mutuo, nam regulariter si filius familias pecuniam ab aliquo mutuatus fuerit, non teneretur soluere, sed iuuaretur beneficio senatus consulti Macedoniani, quod introductum fuit in odium cuiusdam Macedoniani vsurarij *l. 1. & tot. tit. ff. & C. ad senat. consult. Macedon.* Quando autem exceptio macedoniani opponi possit, vel non vid. Gloss & DD. *in §. illud propriè ver. senatus Instit. Quod cum eo, qui in alien. potest. & in l. Macedoniani. ff. ad sen. cons. maced.*

4 Noto quartò, quod peculium multipliciter sumitur in iure, vt tradit Gloss. *in rubr. ff. de pecul.* hic autem sumitur pro quadam pecuniarum quantitate tradita filio familias per patrem, vel seruo per dominum ad negotiandum, *vt in d. §. actiones habetur.* In genere verò, & propriè peculium dicitur parua quædam pecunia, quam seruius, vel filius familias per parsimoniam, vel propriam industriam acquisiuit, & separata est à bonis, ac rationibus paternis, & dominicis. *l. peculium de eo. ff. de peculi.* Bart. *in d. rubr. ff. de pecul.* Diuiditur autem peculium in quatuor species, secundum Gloss. *in l. cum oportet. verb. exceptis C. de bonis, quæ liber.* quoddam enim dicitur Castrense; quoddam quasi Castrense, aliud Profectitium; & aliud Aduentitium.

5 Castrense propriè est illud quod filius familias occasione militiæ acquirit, vt si efficiatur miles, & ad bellum pergat, & eius occasione aliqua bona acquirat, siuè sint mobilia siuè, immobilia. *l. castrens ff. de castrens. pecul. l. 1. C. eod. tit. lib. 12.* vel si à Consanguineis, vel alijs extraneis aliquid donatum fuerit filio familias ad castra eunti vel ibi permanenti *at in d. iuribus.*

6 Quasi Castrense peculium, est quod filius familias suo ingenio extra militiam acquirit ex professione artium liberalium, vel ratione alicuius publici officij, vel exercitij publici *l. Aduocati C. de aduoc. diuers. iud.* Et in his duobus peculijs filius familias habetur tanquam pater familias, cum in his acquirat plenum dominium, tam quoad proprietatem, quam quoad vsum fructum, & pater in eis nullum habet ius *d. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.* & notatur *in §. 1. Instit. per quas person. nob. acquir.* Et de his testari poterit *l. pen. & l. fin. C. qui testam. fac. poss.* Neque veniunt in collationem cum aliis fratribus. *l. 1. § ait castrense. ff. de collation.*

7 Profectitium (quod & paganicum dicitur) est illud quod à patre, vel domino filio aut seruo conceditur, sic dictum quia à patre proficiscitur eiusque substãtia, & rebus paternis Gloss. et Bart. *in d. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.* et in hoc pater habet proprietatem, et vsum fructum *§. 1. Instit. per quas person. nob. acquir.* Et mortuo patre tale peculium est conferendum, et diuidendum cum coheredibus. *l. fin. C. de collationib.*

8 Peculium verò aduentitium est illud, quod acquiritur aliunde, et non ex bonis paternis, sed forte ex successione materna, vel ab extraneo, vel ex dono fortunæ; et istius peculii proprietas spectat ad filium, vsus fructus vero aquiritur patri donec vixerit. *d. l. cum oportet, & d. §. 1.* Et in eo pater est legitimus administrator. *l. 1. C. de bonis matern. & d. l. cum oportet.* et tale peculium non venit conferendum. *d. l. fin. C. de collat.* Neque de eo filius testari potest, quamuis sit eius dominus, quoad proprietatem. *d. l. pen. & fin. C. qui testam. fac. poss.*

9 Noto quintò, quod non in omnibus supradictis peculii speciebus hæc actio contra patrem locum habet, sed solum in peculio profectitio, quod pater filio concessit, et passus est habere, propter præsumptam eius voluntatem, vt supra dictum est. Hinc est, quod adhoc, vt actio de peculio competat, requiruntur Primò, vt filius habeat peculium: Secundo, vt debitum à filio familias sic contractum. Ias. et Alii *in d. § actiones.*

10 Noto sextò, quod hæc actio pluribus datur? Et Primò contrahenti verè, vel quasi cum filio familias habente peculium à patre concessum. Secundò contrahenti verè, vel quasi cum seruo, cui concessum fuit, peculium à domino. *d. § actiones,* etiam si quis cum filio, vel seruo contraxerit ignorante patre, vel domino, vel etiam sciente, vel prohibere non valente *l. si quis seruum in fin. ff. de pecul.* Tertiò datur etiam ei, qui habet filium obligatum ex delicto vel quasi, quando peculium locupletatum est ex delicto filii. *l. 3. §. ex furtiua ff. de pecul.*

11 Noto septimò, quod contra plures supradicta actio datur. Et Primo cõtra patrem habentem aliquid de peculio profectitio filii, vel etiam aduentitio, si illius administrationem filio concesserit. Bart. *in l. si finita §. de vectigalibus. ff. de damn. infect.* Secundo datur contra dominum concedentem peculium seruo. Et obligantur pater, & dominus, etiam inuiti, & ignorantes, quando filius, & seruus contrahunt ipsis non prohibentibus. Angel. *in d. § actiones num. 2. vers. 2.* quia est in potestate patris & domini sola voluntate adimere peculium filio, vel seruo. *leg. non statim ff. de pecul.* quare si pater ademerit peculium, ipse non teneretur amplius hac actione, sed remaneret obligatus filius. *l. si quis cum filio, cum l. seq. ff. de pecul.* nisi in fraudem creditorum ademerit, quia tunc adhuc pater teneretur. *l. summa ff. eod. tit.* Tertio datur etiam contra nouum dominum serui, quamuis ille peculium non concesserit, sed seruus cum peculio ad eum peruenit siue titulo vniuersali, siuè particulari *l. 1. § item hæres, cum §. seq. ff. quando actio de pecul. est annal. & l. ancillarum §. si seruus. ff. de pecul.*

INTERSECATIO XVI.

De Actione in factum ex iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum ex iuramento, quid sit?*
2 *Ex iuramento in litem duplex oritur actio.*
3 *Iuramento in litem requisita.*
4 *Plura requiruntur adhoc vt hæc actio detur.*
5 *Incontinenti, quando aliquid factum in eligatur.*
6 *Iuramentum deferens, an panitere, & reuocare delationem iuramenti possit.*
7 *Referri potest iuramentum delatum ei, qui detulit.*
8 *Iuramentum in multis casibus recusari potest.*
9 *Quibus personis detur hæc actio.*
10 *Contra quos detur.*
11 *Quæ probanda sunt per agentem tali actione.*
12 *Effectus iuramenti litis decisiui.*

Forma

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N. de N. dicit, quod alias mensibus preteritis in ius vocauit Sempronium de Sempronijs pro causa scutorum centum illi mutuo datorum, qui quidem Sempronius mutuum prædictum negauit, & ipsi comparendi iuramentum detulit, quod acceptauit, & de facto iurauit tactis, &c. prædictam pecuniam sibi deberi. Verum quia præfatus Sempronius vsque modo pecuniá prædictam nõ soluit, prout ad præsens soluere recusat. Ideo recurrit ad ipsam Curiam N. per quam petit prædictum Sempronium cogi, compelli, & cõdemnari ad soluendum ipsi comparenti mutuum prædictum, vna cum omnibus damnis, expensis, & interesse, passis, & patiendis, &c. *super quibus*, &c. *Deducens*, etc. *Non se astringens*, etc Et ita dicit, ac prouideri petit isto et *omni* alio meliori modo, etc.

Forma Sententiæ.

In Dei, &c. Nos, &c. In causa, &c. Visis, &c. Christi *nomine*, &c. Dicimus, &c. *& condemnamus Sempronium de Sempronys Reum conuentum ad restituendum N. de N. Actori prædicta scuta centum illi mutuatos infra dies quindecim, alias ex nunc declaramus eidem N. de N. licuisse, & licere iurare in litem contra eundem Sempronium Reum conuentum non restituentem dictum mutuum in dicto tempore*. Et Victum *Victori*, &c. Mandatumque, &c. omni *modo* &c.

Quod si Reus conuentus prædictum mutuum, siue aliud, ad quod condemnatus fuit, non soluerit, vel non restituerit in tempore præfixo, et Actor iurauerit in litem, tunc Iudex iterum pronunciabit sub alia,

Forma Sententiæ,

Nos, &c. Visis, &c. Christi *nomine, etc.* Dicimus, &c. *& condemnamus Sempronium Reum conuentum in scutis centum sibi ab N. de N. mutuatis.* (si vero condemnatus fuerit ad aliquam rem restituendam, ob cuius non restitutionem passus sit Actor aliquod interesse dici poterit) *condemnamus in scutis tot pro interesse, ob non restitutionem talis rei, &c. & de qua in alia nostra sententia inter eosdem die . . . . mensis . . . . prolata, quam summam per iuramentum in litem dicto N. de N. Actoris liquidatam ad dictam summam scutorum tot. . . . &c. reducimus & taxamus.* Victumque *Victori*, &c. Et mandatum, &c. omni *modo*, &c.

Vel alio modo, videl.

Nos, *etc.* Visis, &c. Christi *nomine*, &c. Dicimus, *etc. quod cum lata sit per nos sententia ad fauorem N. de N. contra Sempronium condemnando eundem ad soluendum scuta tot. . . occasione, etc. vel ad restituendum bona posita, etc. propè, etc. et prout in dicta sententia sub die. . . pronunciata, et restituere non curauit, nec curet. Ideo declaramus competisse, et competere dicto N. de N. Actori iuramentum in litem.* Et Victum *Victori*, *etc.* Mandatumque, *etc.* & ita, *etc.* omni *modo*, *etc.*

Si vero Actor iurare noluerit in litem, sed alio modo probare, & docere de suo interesse, tunc probatis probãdis, ac valore illius rei in iudicium deductæ, Iudex pronunciare poterit tali vel simili.

Forma Sententiæ.

Nos, &c. *Visis*, &c. *Christi*, &c. *Dicimus*, &c. quod cum Sempronius de Sempronijs Reus conuentus fuerit per sententiam diffinitiuam condemnatus ad restituendum fundum N. positum in loco N. prope, &c. *siuè* talẽ Rem, &c. *siuè* scuta tot, &c. N. de N. Actori, cumque dictus Sempronius Reus conuentus dolo fecerit, ac faciat, ne dictus fũdus restituatur, *siuè* alia res, &c. et eidem N. de N. Actori magis expediat consequi verum valorem dicti fundi, *siuè* rei, etc. quam in litem iurare, et nobis constiterit, et constet, ipsum esse valoris scutorum tot. . . etc. Ideo dictum Sempronium Reum conuentũ condemnamus, et pro condemnato haberi volumus, et mãdamus ad dandum, et soluendum dicto N. de N. Actori scuta tot. . . etc. pro iusto, ac legitimo pretio dicti fundi sic à nobis de peritorum cõsilio, ac eorum relatione taxatum. *Et Victum* Victori, etc. *Mandatumque*, etc, *et ita*, etc. *omni* modo, etc.

ANNOTATIONES.

1 Noto primò, quod actio in factum ex iuramento est actio prætoria personalis, per quam ille, qui petẽte aduersario iurauit aliquid sibi deberi, vel res suas aduersarium possidere, agit ad præstandum id, super quo antea Actor iurauit sibi deberi, vel rem suam esse; vt colligitur *ex l. si duo §. si quis iurauerit, et §. Marcellus ff. de iureiuran. §. item si quis postulante Instit. de actionib.* vbi Gloss. *in verb. deberi* per textum *in d. §. si quis iurauerit, et §. Marcellus*, inquit, quod iuramentum litis decisiuum dupliciter præstari potest. Formiter, et informiter: formiter iuratur quando in petitione adijcitur causa, vel exprimitur contractus, prout est, quando Actor iurat sibi deberi centum ex causa mutui, vel venditionis, aut alterius cõtractus, et tunc dicitur formiter iurari, quia iuratur secundum formam causæ adiectæ, vel contractus expressi in petitione; informiter vero iuratur, quando nulla causa adijcitur, vel contractus exprimitur, sed simpliciter Actor iurat sibi deberi centum.

2 Noto secundo, quod ex dicto iuramento formiter præstito in personalibus Actionibus duplex oritur actio, nempe actio in factum, et actio vtilis in rem ex contractu expresso. Actio in factum consideratur solum in ipso facto, hoc est iuramento. Iason. *in d. §. item si quis postulante. num. 46. et 47. in fin.* vbi ait, quod sufficit probare iuratum fuisse. Actio verò vtilis oritur ex contractu nominato in petitione, super quo iuratũ fuit. *d. l. si duo §. si quis iurauit.* ex iuramento verò informiter præstito vna tantum oritur actio, nempe in factum; hoc est ex delatione, et præstatione iuramenti, quæ quidem actio in factum ex iuramento est vniuersalis in omni casu, quo non est aliud nomẽ actionis ex aliquo contractu, vel facto proditum. *l. 1. ff. de præscript. verb.* In realibus vero actionibus, tam si iuretur formiter, quam informiter, semper ex huiusmodi iuramẽto vtraque actio oritur, nempe in factum ex iuramento, et vtilis in rem Gloss. *in d. §. item si quis postulante verb. deberi.* quam sequitur ibidem Iason. Zas. Ioan. Faber. Angelus, et Alij communiter vbi tradunt vtilitatem actionis in factum esse, quod sufficit actori probare iuratum fuisse *l. non erit §. dato. ff. de iureiuran et d. §. si quis postulante* cum alias agens actione vtili in rem teneatur plura probare, de quibus habetur *in §. omnium Instit. eod. tit. de action.* et Ego dixi supra *Interfoc. 6.* de quo plenius vid. Iason *in d. §. si quis postulante nu. 47.* et Faber. *num. 4.* et Paul. de Castr. *in l. nam postquam §. si petitor, ff. de iureiurand.*

3 Noto tertiò, quod iuramentum in litem veritatis, cum alias dixerim triplex esse, singularis scilicet interesse, affectionis, et veritatis, secundum triplicem rerum æstimationem, ad hoc vt præstari possit, plura requiruntur.

Et Primò requiritur dolus aduersarii, quia regulariter sine dolo non iuratur in litem *l. in actionibus. ff. de in litem iurand.* Gloss. Bart. et DD. *in l. semper §. in hoc interdicto ff. quod vi, aut clam.* Ias. *in d. l. in actionibus num. 39.* et ibi Dec. *num 37. ff. de in lit. iuran.* Natt. *cons. 79. num. 13.* Papiens. *in Pract. form. libell. action. real. §. et in Florenus n. 31.* Marant. *in spec. aur. 2. p. sexta part. princ. act. 9. num. 16.* Plot. *in tract. de in lit. iur. §. 4. num. 2.* Menoch. *de arbitrar. cas. 208. num. 1.* Afflict. *decis. 350. num. 8.* Caualer. *decis. 103. num 1.*

Secundo requiritur difficultas probationis, vltra dolum. Gloss. *in d. l. in actionibus verb. plenè in fin.* et ibi Bart. *num. 22.* Iason. *d. nu. 39.* et Bolognett. *num. 88.* Natt. Menoch. Papiens. et Caualer. *loc. cit.*

Tertio requiritur, vt iurans sit verisimiliter informatus; alias deferri non debet, Gloss. *in l. in bonæ fidei ver. decidi. vers. et in prædictis dico.* vbi Bart. *num. 4. C. de reb. cred. et iureiuran.* Plot. *de in lit. iuran. in §. 53. n. 4. et in §. 29. num. 3. vers. et limitantur, et in §. 51. n. 6.* Ruin. *cons. 35. num. 10. lib. 5.* Afflict. *decis. 169. n. 1. et seq.* Caual. *vbi sup. n. 3.*

Quarto requiritur, vt deferatur à Iudice, non ab alio. *l. videamus §. deferre. ff. de in lit. iur.* Plot. *in d. §. 51. num. 2.* et Alij *seq. num. citandi.*

Quinto requiritur citatio partis, *iuxta l. de vnoquoque ff. de rei iudic.* Angel. *in l. certum §. si quis absentem nu. 4. ff. de confess.*

Plot.

Plot. in d. §. 51. n. 8. vbi de communi testatur Sal. Tib. in Prax. l. 2. c. 18. n. 2. vbi ponit etiam modum citandi.

Sexto requiritur, quod ille, cui defertur tale iuramentum, præsumptionem non habet contra se. Bart. in l. inter §. recte n. 2. ff. de furt. Plot. d. §. 51. n. 10.

Septimo, quod deferatur, & præstatur post litem contestatam, ante tamen conclusionem in causa. Iason. in l. admonendi in 2. lectur. nu. 319 ff. de iureiur. Crauett. consil. 195 nu. 1. Plot. d. §. 51. n. 1. Marsil. singular. 170.

Octauo requiritur habilitas ad iurandum, nam impubes, furiosus, et similes iurare nequeunt. d. l. videamus in princ. ff. de in litem iur. Plot. de in lit. iur. in §. 50. num. 34. Menoch. de arbitrar. cas. 207. nu. 12.

4 Noto quarto, quod ad hoc, vt hæc actio competat plura requiruntur.

Et Primo requiritur, quod actor iurauerit postulante, idest deferente reo iuramentum, vt probatur ex d. §. item si quis postulante. Vnde si aduersarius non deferat, et ille vltro se offerat ad iurandum, iuramentum nihil ei suffragatur. lib. 3. in princ. ff. de iureiur. est etiam textus in d. l. videamus §. deferre. ff. in litem iurand. & in l. si legatarius ff. de dol. Et ratio est, quia suspectus de falso redditur, qui se vltro ingerit, l. qua omnia. §. 1. ff. de procur. vbi Bart. tradit ad testem cuius dictum non valet, si vltro non citatus deposuerit, vt in d. lib. 3. et ibi DD. ff. de iureiur. Soccin. cons. 120. num. 4. vers. quinimo fortius lib. 1. Plot. de in litem iuran. §. 51. num. 2. Crauett. d. consil. 196. num. 2. vbi limitant, nisi Iudex iuramentum sponte præstitum acceptauerit, nam tunc videtur detulisse.

Secundo requiritur, quod actor iurauerit, vt supra, et tunc non altercatur amplius, an illud, super quo iuratum fuit sibi deberi, verè debeatur, sed solum an iuratum sit, et hoc probatum sufficit. l. nam postea quam §. iureiurando l. in duobus §. final. in fin. & d. l. non erit §. dato ff. de iureiur. & in d. §. item si quis postulante.

5 Tertio requiritur, quod iuramentum incontinenti præstitum sit, cum pars aduersa postulauerit, et Iudex approbauerit, et incontinenti dicitur antequam partes ad alios extraneos actus diuertant. Gloss. et DD. in l. iuris gentium §. quinimmo ff. de pactis. Et si incontinenti non præstetur non auditur amplius iurare volens. d. non erit §. fin. et ibi Bart. nu. 1. ff. de iureiur. In aliis autem materiis in continenti intelligitur fieri, quod fit infra triduum l. fin. C. de error. Aduocat. quia accipi debet cum temporis temperamento. c. cum sint de appellat.

6 Est bene verum, quod si Reus detulerit iuramentum Actori, et ipse statim acceptauerit illud, poterit nihilominus petere terminum ad deliberandum quid, et quomodo iurabit, non autem an iurare voluerit. Bart. in d. l. non erit §. fin. num 2. per text. in l. ius iurandum, & ad pecuniam cirt. fin. princ. ff. de iureiur. Quod si iuramentum delatum per Reum, acceptatum non fuerit statim per Actorem, tunc deferens pœnitere, et reuocare poterit iuramenti delationem etiam si ex interuallo Actor iurare voluerit d. l. non erit §. fin. vbi Bart. cum l. seq. ff. de iureiur. Poterit aliquando pœnitere deferens, etiam si incontinenti Actor acceptauerit, si antequam iuretur, superuenerint aliquæ probationes, quas non habebat tempore, quo iuramentum detulit, Bart. in d. l. non erit §. fin. Iason. in d. § item si quis postulante num. 11. vbi etiam Angel. n. 5. per textum in l. si quis ius iurandum C. de reb. credit. Hoc autem iuramentum lites decisiuum deferri, et præstari potest, ante, et post litem contestatam attento iure communi. Alex. de Imò. in l. eum qui §. in popular. ff. de iureiur.

7 Noto quinto, quod Reus, cui iuramentum ab Actore defertur, potest licitè illud Actori referre, hoc est dicere, iures Tu. l. manifeste. & d. l. ius iurandum & ad pecunias in princ. & in §. ait Prætor ff. de iureiur. vbi regula constituitur, quod Reus cogitur in tali casu delationis iuramenti, aut iurare, aut referre, aut soluere. Et si vnum ex his tribus recusauerit, pro confesso habetur, d. l. manifeste. Quod ampliatur etiam in Actore, cui iuramentum per Reum defertur nam si non iurauerit, aut referat, cadit à suo. Bart. Iason. & Alii in d. l. manifesta, per illum textum. Quod verum est in iuramento iudiciali, secus in voluntario. l. ius iurandum quod ex conuentione ff. de iureiur. Neque etiam in necessario, quod defertur à Iudice in supplementum probationis c. fin. in princ. vbi Gloss. & DD. de iureiur and. vid. Soccin. in regula iuramento allo 205.

8 Noto sexto, quod sunt aliqui casus, in quibus pars illa, cui ab aduersario defertur iuramentum, non cogitur illud acceptare, aut referre, sed recusare potest ex iusta causa, per textum in l. generaliter §. si n autem C. de reb. credit. Quorum.

Primus casus est, quando iuramentum defertur super facto alieno, in quo dubitari potest, ob probabilem ignorantiam, prout est, quando defertur hæredi super facto defuncti. l. Marcellus §. 1. ff. de action. rer. amot. nam tunc recusare potest hæres iuramentum, quia dubitans in facto alieno periurium subire non cogitur. l. videamus in princ. ff. de litem iurand. Potest tamen in tali casu deferri iuramentum credulitatis, vt colligitur ex d. Marcellus, & l. 3. ff. de in litem iurand. Abb. in cap. præsentium n. 3. de testib. Gloss. & DD. in l. si cui §. eodem ff. de accus. Iason. & Alii in §. sed istæ. Instit. de action.

Secundus casus est, quando quis detulit iuramentum, sed postea pœnituit, & reuocauit illud, volens per testes, & instrumenta probationes facere, nam tali casu, si in probationibus deficiat, & voluerit iterum iuramentum deferre, poterit Reus illud licitè recusare. d. l. si quis ius iurandum C. de reb. credit.

Tertius, est quando ex forma statuti, vel consuetudinis loci, vel Curiæ probationes fieri non possunt, nisi per testes, vel instrumenta, nam tali casu si deferatur iuramentum, licitè recusari potest. Bald. in Auth. sed nouo iure C. si cert. pet.

Quartus est, quando non seruatur modus in delatione, seù relatione iuramenti, nam tunc recusari potest. Bart. in d. l. manifesta. & ibi latè Iason. num. 7. cum seq. vbi exemplificat in mutuante pecuniam alicui sine præsentia testium, qui postea illam restituit eodem modo, sed mutuans iterum petit, mutuatarius verò dicit pecuniam restituisse, mutuans defert iuramentum mutuatario, tunc si mutuatarius iuraret se non mutuasse, falsum diceret; si iuraret se mutuasse, præiudicaret sibi, si verò iuraret illum mutuasse, sed postea restituisse, tunc recusari potest tale iuramentum, nisi mutuans vtrumque iuramentum voluerit, de quo agunt etiam Imol. & Canonistæ omnes in cap. cupientes. vers. in assignantium de elect. in 6. & Cæpoll. cautel. 60.

Quintus est, quando quod petitum fuit, plenè probatum est nam tunc si deferatur iuramentum, recusari potest. cap. 2. de probat.

Sextus est, quando ille, cui defertur, vel refertur iuramentum, se offert probare contrarium per testes, vel instrumenta, vt euitet iuramentum Bart. in l. in contractibus. §. illa C. de numer. pecun. per tex. in l. eum, qui in princ. vers. an non omissa. ff. de iureiur. Ias. in d. § item si quis postulante n. 86.

Septimus est, quando ille, cui fuit delatum iuramentum, acceptauit, sed petiit vt prius deferens iuret de calumnia, nam si ille recusauerit iuramentum calumniæ, potest ille iuramentum delatum litis decisiuum recusare. l. Marcellus §. 1. ff. de action. rer. amot. & d. l. ius iurandum, & ad pecunias §. qui ius iurandum ff. de iureiuran. & l. cum de in debito §. pen. ff. de probat. Alios casus vide apud Bart. & Iason. in d. l. manifesta Bald. in l. generaliter C. de reb. credit. Canonist. in cap. fin. de iureiurando.

9 Noto septimò, quod hæc actio pluribus datur.

Et primo datur Reo possessori alicuius rei, super qua iurauit ad delationem Actoris, illam esse suam, nam si postea res ad Actorem peruenerit, intentare poterit hanc actionem contra Actorem, nisi simpliciter iurasset rem non esse Actoris. l. sed si possessor in princ. ff. de iureiur.

Secundò datur Actori, qui ad delationem Rei in actione reali iurauit rem illam suam esse. l. nam postea quam § fin. cum duab. legib. seqq. ff. eod. tit.

Tertiò datur ei, qui actione personali egit, & ad dilationem Rei iurauit aliquid sibi deberi, siue formaliter, siue informaliter. l. si duo §. si quis iurauerit. ff. de iur.

Quartò datur patri, vel domino ex iuramento super re peculiari præstito à filio familias, vel seruo. l. si forum cum duab. seqq. ff. eod. tit.

Quintò datur mulieri, & pupillo, si iurauerint. l. qui iurasse. ff. eod.

Sextò datur etiam ei, qui non iurauit, si quando fuit illi delatum iuramentum, acceptauit, sed deferens remisit: d. l. nam postea quam §. 1. quia idem est iuramentum præstare, & illud remitti. l. non erit, §. fin. cum l. seq. ff. de iureiur.

Septimò datur domino principali ex iuramento sui Procuratoris d. l. nam postea quam § ius iurandum, vbi expresse habetur, quod iuramentum procuratoris, seù defensoris prodest Reo, quoad exceptionem, & actori, quoad actionem.

Octa-

Octauò datur hæredibus iurantis. *d. l. nam postea quam §. iureiurando*, & ibi Glos. *in verb. alys*.

10 Noto octauò, quod contra plures datur hæc actio. Et Primò contra deferentem iuramentum. *d. §. item si quis postulante Inst. de act.* Secundò datur contra successorem deferentis, siuè sit successor vniuersalis vt hæres, siuè singularis, vt habens causam ab ipso deferente *d. l. nam posteaquam §. fin. cum duab. legib. sequ.* & ibi Castrens. & Iason *ff. de iureiuran.* sed non datur contra tertium possessorem non habentem causam à deferente *d. §. fin.* Tertiò datur contra partem, & Dominum, quando filius familias, vel seruus detulit actori iuramentum *l. quidam de peculio. ff. de iureiuran.* Quartò contra socium deferentis, quamuis ipse iuramentum non detulerit. *l. in duobus in princ. ff. eod. tit.*

11 Noto nonò, quod plura probanda sunt per agentem hac actione. Et Primò, quod iuramentum præstitum sit. Secundò, quod ad delationem partis, non sponte iurauerit. *l. 3. in princ. ff. de iuramen.* Tertiò, quod in continenti iurauit, vel acceptauit, quæ omnia ideo probanda erunt, quia sunt facti, & non præsumuntur, Bart. & Iason. *in d. l. nam posteaquam §. iureiurando*, Bald. & Alex. *in d. l. 3. ff. eod. tit. in princ.*

12 Noto decimò, quod iuramentum in litem, seù litis decisiuum plures producit effectus. Quorum.

Primus est, quod habet vim plenæ probationis, vt probatur ex textu *in l. non erit §. dato vers. quasi satis sit probatum iureiurando, & in l. sed si possessori d. fin. vers. perinde haberi quod iuratum est, atque si probatum esset ff. de iureiurand.*

Secundus est, quod habet vim sententiæ *d. l. sed si possessori. d. fin.* & ideo non retractatur per instrumenta nouiter reperta, sicut nec sententia *l. sub specie C. de re iudicat.* quod est, verum in iuramento litis decisiuo, non in iuramento necessario *l. admonendi. ff. de iureiuran.*

Tertius est, quod facit de non debito debitum, vt probatur in *§. item si quis postulante* sicut facit sententia *l. 1. C. de condiction. in deb. & l. si fideiussor. §. in omnibus, ff mandat.*

Quartus est, quod habet vim transactionis *l. quod si deferente. ff. de dolo.* ideo neque per instrumenta nouiter reperta retractatur *d. l. admonendi in fin.*

Quintus est, quod in causa, in qua iuramentum præstitum, vel remissum est, non est locus appellationi, *l. generaliter §. sin autem illatum C. de reb. credit.*

Sextus est, quod pro veritate habetur. Imò est tantæ virtutis, vt si aduersarius, contra quem iuratum est, probare voluerit, quod ille, qui iurauit, peierauit, audiri non debeat, etiam si postea compertum fuerit, iurantem reuera peierasse, nam adhuc stari debet iuramento, quia consensu partium ita lis decisa fuit. *l. 1. C. eod. tit. de reb. credit.*

Septimus est, quod eandem habet vim iuramentum, quam habet litis contestatio. Ideo per iuramentum præstitum ab Actore perpetuatur actio, & interrumpitur præscriptio, sicut per litis contestationem *l. nam postea §. si is, qui temporalis. ff. de iureiurand.*

Octauus est, quod per iuramentum tollitur naturalis obligatio. *l. Stichum, aut Pamphilum §. naturalis. ff. de solutionibus*. de quo Guid. Pap. *q.* 190. *n.* 8.

Nonus est, quod habet vim solutionis. *l. ius iurandum etiam ff. de iureiurand.* fictæ tamen, non veræ solutionis Bart. *in l. qui iurasse § fin. ff. eod. tit.*

Decimus est, quod minor per iuramentum repræsentatur maior, vnde contractus per minorem celebratus alias inualidus vigore iuramenti confirmatur, & validus redditur. *Auth. Sacramenta puberum. C. si aduers. venditione.*

Vndecimus est quod si quis cum iuramento obligatus fuerit ad factum, soluendo interesse non liberatur, vt regulariter fit, *iuxta l. stipulationes non diuiduntur in princ. ver. Celsus ff. de verbor. obligat. & lib. 1. ff. de action. empt.* sed præcisè tenetur ad factum præstandum, quod per iuramentum promisit. Glos. *in l. si pecuniam vers. necesse habeat ff. de condiction. caus. dat. caus. non sequut.*

Duodecimus est, quod prorogata iurisdictione per partes medio iuramento, non possunt amplius resilire. DD. *in cap. 1. de iudic.* per textum *in cap. cum contingat de iureiur.* cum alias regulariter, antequam Iudex prorogatus adeatur, licitum sit eis pœnitere *l. si conuenerit ff. de iurisdict. omn. Iudic.*

Decimus tertius est, quod iuramentum facit actum valere eo modo, quo valere potest, quamuis non valeat eo modo, quo agitur, quia habet vim clausulæ *omni meliori modo, quo valere potest l. cum pater. § filius matrem ff. de legat. 2.* Alex. de Imol. *in consil. 21. vol. 4.*

Decimus quartus est, quod iuramentum habet vim clausulæ, *Rato manente pacto*. Bart. *in l. si quis maior. C. de transact.* Iason. *in d. §. item si quis postulante. Instit. de action. n. 15.*

Decimus quintus est, quod iuramentum producit actionem si sit voluntarium & iudiciale, non autem necessarium *vt in d. §. item quis postulante* vbi Glos. & DD. Canonistæ *in c. cum contingat. de iureiur.* quia ius Canonicum præcipit iuramentum seruari. *c. cum contingat. de iureiur.*

Decimus sextus est, quod producit exceptionem litis finitæ, de qua *in l. posteaquam præcis. in princ.* & ibi Bart. *ff. de iureiuran.*

Decimus septimus est, quod si iuramentum appositum fuerit in contractibus, paratam habet executionem, sicut sententia Bart. *in l. 2. ff. de iureiur.* per text. *in l. post rem iudicatam ff de re iudicat* quem sequuntur communiter DD. teste Iason. *in d. §. item si quis postulante nu.* 87. vbi pro cautela tradit consilium, vt in omni contractu procuret contrahens iuramentum apponi, quia eius virtute instrumentum habebit paratam executionem. Alios effectus iuramenti vid penes Iason. *in principio dicti §. item si quis postulante*, & Alios *sup. cit.*

Et hæc pauca sufficiant, quoad actiones quas quidem tantum hoc loco exponere placuit, quia frequentissimè illas in iudicio intentari occurrit. Reliquas, quando casus euenerint, vide apud DD. præcitatos in superioribus, nam omnes, aut maiorem harum partem, ne quidem summatim percurrere, aut in medium adducere, certè impossibile est, cum ferè innumerabiles inueniantur actionum materiæ. Vnde Iason. & Ioa. Faber. *in §. actionum Instit. de actionib.* asserunt, quod si quis singulas harum materias plenè attingere vellet, nec calami, nec papyrus, imò nec tempus sufficerent. Quam ob rem ad alia etiam frequenter in Praxi occurrentia transeamus, dum, vt habetur *in l. solent ff. de offic. Procons.* non omnia semper, & in omni loco accipienda, & plenè attingenda erunt; Quinimò multoties neque adducere fusiùs expedit; ne quæ obiter percurrere statutum fuerat, de his integros tractatus præter intentionem compilare contingat, Vnde fit.

INTERSECATIO XVII.

De Remedijs possessorijs. Et Primò de his, quæ competunt pro adipiscenda possessione, quorum præcipuum est illud quorum bonorum.

SVMMARIVM.

1. *Interdictum quid sit?*
2. *Iudicium duplex, Possessorium, & Petitorium.*
3. *Interdictum triplex, adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ possessionis.*
4. *Possessorium iudicium est vtilius petitorio.*
5. *Interdictum quorum bonorum, quid sit?*
6. *Quibus detur.*
7. *Contra quos detur.*
8. *Quæ requirantur, adhoc vt detur hoc interdictum.*
9. *Pro rebus particularibus aliquando datur.*
10. *Pro rebus corporalibus, & aliquando etiam pro incorporalibus datur.*
11. *Quæ probanda sint per agentem hoc interdicto.*
12. *Competit etiam pro rebus depositis, vel commodatis.*
13. *Fructus, quando in hoc iudicio veniant.*
14. *Exceptiones in eo non admittuntur.*
25. *Appellatio neque admittitur.*
16. *In quibus conueniunt petitio hæreditatis, & hoc interdictum.*
17. *In quibus verò differant.*

Forma libelli.

In Curia N. comparet N. de N. dicens, quod mensibus proximè elapsis, & propriè de mense N. quondam Sempronius de Sempronijs patruus ipsius comparentis, vt Deo placuit, vitam cum morte commutauit, relinquendo quam plura bona mobilia & immo-

& immobilia, ac se se mouentia, præsertim fundum situm in loco N. iuxta bona N. de N. & alios, Dumum positam in Ciuitate, seu Terra N. in vico dicto N. iuxta domum N. de N. ex vno latere, & N. de N. ex alio, viam publicam, &c. Vineam sitam in loco N. propè Bona N. de N. &c. & alia bona per ipsum tempore mortis quiete, & pacificè possessa quæ omnia ad ipsum comparentē, tamquam Nepotem, & proximiorem Consanguineum dicti quondam Sempronij eius Patrui prædefuncti spectant, & pertinent. Verum quia Titius de Titijs nullo iure, titulo, seu causa de facto inusstit, & occupauit prædicta bona hæreditaria dicti Sempronij, & requisitus, vt ab occupatione prædicta desisteret, & ipsi comparenti bona occupata restitueret, hoc facere recusauit, & adhuc recusat; Ideo comparēs ipse recurrit ad Curiam N. pet quā petit præfatum Titium occupatorem & iniustum detentorem bonorum hæreditariorum Reum conuentum cogi, & compelli iuris, & facti remedijs opportunis ad restituendum hæreditatem, & bona hæreditaria quæcumque, mobilia, & immobilia, ac se mouentia ipsi comparenti proximiori consanguineo dicti Sempronij, ipsumque cōparentem in possessionē omnium, & singulorum bonorum prædictorum immitti. Et insuper peiū præfatum Titium condemnari in expensis, damnis & interesse passis, & patiēdis occasione præsentis litis. *Super quibus* &c. *Deducens* &c. *Non se astringens*, &c. *& ita dicit*, & prouideri petit isto, & *omni* alio meliori modo, &c.

Forma Sententiæ.

Nos &c. *In causa*, & causis, quæ coram Nobis in prima, seu vetiori versæ fuerunt, & vertuntur instantia inter N. de N. hæredem vniuersalem ab intestato quondam Sempronij de Sempronijs, (*vel ex testamento rogato per acta N. de N. Notarij die ... Mense ... anni ... sive ad quod, &c.*) Actorem ex vna, & Titium de Titijs Reum conuentum ex altera partibus, de & super immissione in possessionem infrascriptorum bonorum hæreditariorum dicti quondam Sempronii de Sempronijs, de quibus agitur, robusque aliis, & &c. *Visis*, &c. nomine repetito, &c. *Dicimus*, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, dictum N. de N. Actorem immittendum fore, & esse, prout immittimus in realem; actualem & corporalem possessionem dictorum bonorum, eorumque iurium, ac pertinentiarum quarumcumque, amoto exinde dicto Titio de Titijs Reo conuento detentore, Et mandarum quodcumque de immittendo desuper necessarium, & opportunum decernendum fore, & esse, prout decernimus & relaxamus. *Victumque* Victori in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de iure in posterum reseruamus. *Et ita* dicimus pronunciamus, declaramus & diffinitiuè sententiamus, non solum præmisso, sed omni alio meliori modo, etc.

Vel sub alia forma condemnando Reum conuentum ad restituendum, vt infra videl.

Nos etc. *vt supra vsque ad verba* decernimus, et declaramus, *inclusiuè, postea subiungatur:* Et condemnamus Titium de Titijs Reum conuentum, vt res hæreditarias corporales, quæ fuerunt dicti Sempronii prædefuncti, siuè earum possessionem N. de N. Actori restituat. *Et Victum* Victori, etc. *Mandatumque*, etc. *Et ita* etc. *omni* etc.

ANNOTATIONES.

1 Noto primò, plura in iure dari remedia possessoria, quibus subuenitur his, qui super possessionem bonorū præiudicium, vel damnum ab aliquo sentiunt. Quo casu eum quæstio fuerit super possessione, tripliciter agi potest, nimirum vel pro adipiscenda possessione, quam prius quis non habuit, et tunc introducta sunt interdicta adipiscendæ possessionis. Aut agitur pro conseruanda possessione, quam iam antea habuit, et de præsenti habet, sed in ea aliquo modo turbatur, et tunc introducta sunt interdicta retinendæ possessionis; Aut agitur pro recuperanda possessione, quam habuit, sed eam amisit, et tunc introducta sunt interdicta recuperādæ possessionis. Quæ quidem cum ad Praxim valde necessaria videantur, de singulis quædam breuiter prælibare non erit inutile, Ceterum præmittendum censeo, quod olim interdictum nihil aliud erat, quam quædam solemnis forma verborum a Prætore concepta, quam præcipiebatur, vel prohibebatur aliquid fieri inter duos contendentes, præsertim quādo de possessione, vel quasi agebatur; *vt habetur in §. 1. Instit. de interdict.* et ibi Gloss. et DD. Dicebatur autem interdictum, quasi inter duos dictum *§. 2. in fin. Inst. eod.* Bald. *super rubr. C. eod. tit.* Solemnitates verborum in interdictis hodie non seruantur, sicut neque solemnitates verborum in actionibus, quæ olim seruabantur, ita vt si in syllaba quis errabat, a toto causa cadebat, *vt in l. 1. § deinde ... ff. de origin. Iur.* quia sublatæ sunt, *vt habetur in l. 1. & 2. ac tot. tit. C. de formul. & impetr. action. sublat. & §. fin. Instit. de interdi.* Sed earum loco successerunt actiones in factum, vt in prædictis iuribus probatur, et ibi DD. notant. Ideo *in tit. ff. de interdictis* dicitur, *de interdictis, seu extraordinarijs actionibus, quæ pro his competunt.*

2 Noto secundo, quod cum interdicta, seu actiones in factum proponuntur, præsertim quando de possessione agitur, necessariò infertur, quod aliud est iudicium possessorium, et aliud petitorium, vt constat *ex cap. pastoralis, & tot. tit. Decretal. de causa possessionis, & proprietatis, & in l. naturaliter §. nihil commune, ff. de acquir. possession.* Petitorium, seu proprietatis est quando agitur ad rem recuperandam iure dominij, vel quasi, *vt in l. rem ff. de rei vendicat.* Possessorium verò, seu possessionis est, quando agitur ad rem ratione possessionis tantum, non de dominio.

3 Quæ quidem possessio controuertitur, vt diximus, in iudicio tripliciter: Vel vt Actor adipiscatur possessionem rei nunquam possessæ: Vel vt retineat possessionem rei iam quietè possessæ: Vel vt recuperet possessionem rei iam possessæ, sed amissæ. Et in primò casu intentatur interdictum, seu actio in factum adipiscendæ possessionis: In secundo retinendæ, Et in tertio recuperandæ, *vt in l. 1. §. hæc autem interdicta. ff. de interdict. & §. sequens divisio tertia. eod. tit.*

4 Melius tamen est intentare iudicium possessorium, quam petitorium, *l. is qui destinauit. ff. de reiuendicat.* Paul. de Castr. *in l. si de vsuf. de iudic.* Vnde, qui agere contra aliquem intendit pro aliqua re, animaduertere debet, an aliquod interdictum possit ei competere, vt facilius re expediat. Et sò habens vtrumque remedium, intentare prius debet possessorium, quia si in eo obtineat, si Reus in petitorio, & relenatur ab onere probandi in petitorio dominium, quod est difficilis probationis, *vt probatur in d. cap. pastoralis de caus. poss. & propriet.* Et sic patet, quod intentans petitorium probare tenetur, se esse dominum illius rei, quam petit, Intentans verò possessorium tenetur solum probare suam possessionem, quæ facillimæ probationis est vt ex infra dicendis apparebit.

5 Noto tertiò, quod interdicta adipiscendæ possessionis plura sunt, sed tria signanter principaliora, nempe quorum Bonorum, Quorum Legatorum, & Saluianum interdictum. Interdicta retinendæ sunt similiter plura, sed præcipua duo enumerantur, nimirum vti possidetis, & vtrobi, Recuperandæ verò possessionis præcipuum similiter, vnicum datur interdictum, nempe vnde vi, de quibus omnibus breuiter quædam pauca ad Praxim necessaria percurrenda erunt. Et Primò de interdictum quorum Bonorum, quod quidem est remedium adipiscendæ possessionis bonorum hæreditariorum defuncti de iure Prætorio introductum *l. 1.* & ibi DD. *ff. quorum bonorum d. §. sequens*, & ibi Gloss. & Mysing. *n. 5. Instit. de interdict.* Bart. *consil. 82. in princ. vers. præterea l. 2.* Ita appellatum a primis verbis edicti Prætoris *d. l. 1. ff. quor. bon.* Mysing. *d. n. 5.*

6 Noto quartò, quod hoc interdictum quorum bonorum duplex est, directum, & vtile, & ideo pluribus datur. Et Primò directum datur bonorum possessori, hoc est ei, qui de Iure Prætorio vocatur ad successionem hæreditatis defuncti *d. l. 1. ff. quor. bonor.* Marant. *in specul. aur. p. 4. dist. 7. num. 7.* Secundo vtile datur hæredi, hoc est ei, qui vocatur ad successionem de Iure Ciuili. Gloss. *in rubr. C. quor.* Bart. *in d. cons. 82. in princ. vers. dicimus* Mysinger. *in d. §. sequens diuisio. num. 8. & ibid. de Cons. num. 13.* Marant. *d. num. 7.* Tertiò datur hæredi, siue ex testamento, siue ab intestato de Iure Prætorio, vel Ciuili, iam si testamentum fuit validum, quam si non. Bar. *in l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* Salicet *in leb. 2. C. quor. bonor.* Quartò datur heredibus bonorum possessionem, siue hæreditatem defuncto delatam de Iure Prætorio, quia bonorum possessores de Iure Prætorio, loco hæredis, de Iure Ciuili habentur

tur l. *iam venditor*. §. *fin*. ff. *de pet. hered*. Et sic datur hæredi hæredis. Rot. *decis*. 115. *num*. 1. *p*. 1. *recent*. Salust. Tiber. *in Prax. lib*. 2. *cap*. 4. *num*. 6. & similiter cessionario hæredis Menoch. *in tract. de adipiscend. poss. remed*. 4. *nu*. 249. Buratt. *decis*. 389. *nu*. 1. Rot. *decis*. 48. *n*. 1. *p*. 7. *recent*.

Ex quibus colligitur, quod licet detur hæredi, tam ex testamento, quam ab intestato, signanter tamen datur proximiori venienti ab intestato *vt in d. l*. 1. *ff*. & *C quor. bonor*. & in facti contingentia censuit Rot. Roman. *decis*. 115. *nu*. 1. *p*. 1. & *decis*. 254. *nu*. 1. *p*. 4. & *decis*. 217. *n*. 6. *p*. 5. *recent*. Buratt. *decis*. 738. *nu*. 6. Et in hoc differt, à remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen*. quod competit solum hæredi ex testamento, non autem ab intestato, vt dixim. sub *in Inter sec*. 4. *num*. 3. ex traditis per Menoch. *in suo celebri tract. de adipiscend. possession. remed*. 1. *n*. 39. Quod ampliatur, vt detur fratri contra alios fratres. Caualer. *decis*. 386. *num*. 1. & 3. Imò, & cohæredi pro sua portione contra alios cohæredes Rot. *decis*. 286. *n*. 1. *p*. 7. *rec*.

7 Noto quintò, quod hoc interdictum quorum bonorum pluribus datur ad instar remedij *d. legis fin. C. de edict. Diu. Adr. toll*. Et primò datur contra possessorem bonorum pro hærede, hoc est contra eum, qui contendit se esse hæredem, cum non sit. *l. pro hærede ff. de petit. hæredit*. & *d*. §. *sequens diuisio Instit. de interd*. Secundò datur contro possidentem pro possessore, qui de facto possidet, & nullum ius, seù titulum habet *d. l. pro hærede*, cum *l. seq*. & *d*. §. *sequens diuisio*. Tertiò datur contra fideicommissarium non possidentem legitimè *d. l*. 1. *ff. quorum bonor*. Menoch. *de adipiscend. d. remed*. 1. *num*. 33. Rot. *d. decis*. 115. *num*. 1. Caualer. *decis*. 150. *num* 1. Adhoc autem, vt fideicommissarius dicatur legitimè possidere, duo cupulatiue requiruntur, vt scilicet possideat sine vitio, & doceat incontinenti de iure suo. Rot. *d. decis*. 115. *num*. 2. & Gregor. *decis*. 205. *num*. 6. Et cum vitio diceretur possidere, si possessionem bonorum propria auctoritate ceperit, non autem de manu hæredis, iuxta *d. l*. 1. *ff. quor. bonor*. Rolan. *cons*. 78. *num*. 14. *lib*. 3. Gregor. *d. decis*. 206. *n*. 5. cum Alijs cumulatis per Rot. *d. decis*. 115. *num*. 3. *p*. 1. *recent*. vbi *num*. 17. limitat, possessionem fideicommissarij non dici vitiosam, si habebat facultatem capiendi possessionem propria auctoritate. Idem dicit Gregor. *dicta decis*. 206. *n*. 7.

8 Noto sextò, quod plura requiruntur adhoc vt huiusmodi interdictū detur. Et Primò requiritur, vt agens dicto interdicto sit heres illius, cuius bona petit, siue de iure pretorio, siue Ciuili, siue ex testamento, siue ab intestato, siue in totum siue pro parte, dummodo sit pro quota hereditatis *d. l*. 1. & 2. *ff. quor. bonor*. Marant. *vbi sup. num*. 4. Quod si institutus foerit hæres in re certa, & particulari, cum loco legatarij habeatur, non datur regulariter hoc interdictum *l. quoties C. de hæred. inst*.

9 Sed quamuis hoc interdictum detur pro vniuersa hæreditate, seu bonorum possessione adipiscēda, cum sit iudicium vniuersale ex fonte vniuersali proueniens; sicut petitio hæreditatis *d. l*. 1. *in fin. ff. quor. bonor*. Rot. *decis*. 217. *num*. 6. *p*. 5. *recent*. & apud Post. *de manut. decis*. 294. *num*. 5. *in prim. impress*. Et per consequens veniunt fructus, & accessiones hæreditatis *d. l*. 1. & notat Gloss. *in rubric. C. quor. bonor*. Alex. *cons*. 70. *num*. 11. *lib*. 6. Salust. Tiber. *d. cap*. 4. *num*. 1. Buratt. *decis*. 474. *num*. 7. Aliquando tamen datur pro adipiscenda possessione rei particularis *d. l*. 1. *in princ. vers. quod ex his*, & ibi Gloss *in verb. ad singulas ff. quor. bonor. d*. §. *sequens de interdict*. & ibi O not. *num*. 16 Marant. *d. dist*. 7. *num*. 9. Peregrin. *de fideicommiss. art*. 46. *num*. 15. vbi dicit, hoc esse valde notandum in practica, Rot. *dec*. 515. *num*. 8. *p*. 5. *recent*. & apud Post. *vbi sup. num*. 4. Buratt. *decis*. 386. *num*. 2. per textum *in l. licet maximam ff. de petit. hæred*. Neque obstat, quod dicit Papiens. *in Prax. form. libell. quo petitur hæredit. vt ipsam*. §. *in omnibus eius bonis*, *num*. 2. non competere hoc interdictum pro rebus particularibus, cum sit ius vniuersale per text. *in d. l*. 1. §. *fin. ff. quor. bonor*. Nam respondetur, quod licet sit ius vniuersale, quando tamen petitur res particularis, hoc non sit ex titulo particulari, & singulari, sed ex titulo proueniente ex fonte vniuersali vt tradit Zas. *in d. l*. 1. §. *fin. ff. quor. bon*. & Angel. *in d*. §. *sequens diuisio n*. 2.

10 Secundò requiritur, vt succedens de iure Prætorio agnoscat bonorum possessionem in præsētia Iudicis, quamuis hodie non sit necesse, vt Iudex interponat decretum *l. fin. C. qui admitt. ad bonor. poss*. sed de Iure Ciuili hæc solemnitas non requiritur, quia hæreditas solo animo adiri potest sine Iudicis authoritate *l. si Asia C. de iur. delibur*. & *l. pro hærede in princ. ff. de acquir. hæredit*.

Tertiò requiritur, quod agens hoc interdicto non possiderit prius bona petita, quia est remedium adipiscendæ possessionis, si verò habuit aliquando possessionem illorum, & postea amisit, datur interdictum vnde vi, quod est recuperandæ possessionis, Gloss *in d*. §. *sequens diuisio. verb. inutile Instit. de interdict*. Et ratio a priori est, quia hoc interdictum & petitio hæreditatis dantur pro rebus hæreditarijs, non pro patrimonio proprio, vt sunt bona per aliquem semel possessa. Gloss. *in lib*. 1. §. *veteres*. *ff. de acquir. possess*. Bartol. *in l. fin. ff. de fideicommiss. hæred. petit*.

Quartò requiritur, quod res, quę petuntur, sint corporales, non autem incorporales, pro his enim non competit hoc interdictum *l*. 2. *ff. quor. bonor*. Quod quidem intelligitur de debitoribus hæreditarijs, qui possidere nequeunt, nam in aliis incorporalibus rebus bene datur vt tradit Rip. post Bart. *in d. l*. 2. *num*. 2. Peregrin. *de fideicommiss. art*. 46. *num*. 16. Buratt. *decis*. 474. *num*. 7.

Quintò requiritur, quod ille, contra quem hoc interdictum intentatur, possideat, vel detineat totam hæreditatem, vel eius quotam, vel etiam res particulares, sine titulo, nam si possideat aliquo iusto titulo, & non pro possessore, vel pro hærede sine titulo, hoc interdictum non daretur. *d. l*. 1. *ff quor. bonor. l*. 2. *C. eod. tit. d*. § *sequens Inst. de interdict*. Bart. *cons*. 82. *vers. aut dicimus quod pertinens*, *lib*. 2. Marant. *d. p*. 4. *dist*. 7. *num*. 4. Alex. *cons*. 184. *num*. 10. *lib*. 5. Peregrin *d. art*. 46. *num*. 11. Caualer. *decis*. 386. *num*. 1. Rot. *decis*. 671. *num*. 1. *p*. 1. & *decis*. 756. *num*. 1. *p*. 3. *et decis*. 364. *num*. 1. *et decis*. 415. *num*. 9. *p*. 5. *et decis*. 48. *num*. 6. & *decis*. 68. *num*. 2. *p*. 5. *recent*. & apud Post. *de manutenen. decis*. 294. *n*. 5. *in prim. impress*.

Sextò requiritur, quod aliquis possideat, nam si nemo possideret, non daretur hoc interdictum. Bart. *in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen*. Angel. *in* §. *quadrupli num*. 26. *ver. aduersus*. *Inst. de action*. Menoch. *de adipiscend. remed*. 1. *num*. 47. & *seq* Peregrin. *d. art*. 46. *num*. 10. Caualer. *decis*. 31. *num*. 7. Ferentill. *ad Buratt. decis*. 771. *num*. 11. quia interdictum proprie nuncupatur: quasi inter duos dictum, vt notauimus supra, sed daretur beneficium *dictæ legis fin. C. de edict. Diu. Adr. toll*. quod procedit, etiam si nemo possideret hæreditatem, si verò Reus dolo desijt possidere, daretur hoc interdictum contra ipsum ad interesse actoris *d. l*. 1. *ff. quor. bon*.

Septimo requiritur, quod res quarum possessio petitur, fuerint in bonis ipsius defuncti, nec interest, an tempore mortis possiderentur, aut detinerentur, necne *d. l*. 1. *in princ. ff. quor. bonor*. Bart *in d. l*. 2. *n*. 4. & 13. *C. eod. tit* Menoch. *de adipiscend. d. remed*. 1. *n*. 58. & *seq*. & *remed*. 4. *n*. 54. *vers. vndecima*. Buratt. *decis*. 168. *n*. 2. Rot. *decis*. 173. *n*. 2. *p*. 5. *recent*.

11 Noto septimò, quod ille qui hoc interdicto agere voluerit, tenetur probare, & docere, se esse hæredem defuncti ex testamento, vel ab intestato, & res illas fuisse in bonis ipsius defuncti, quas modo reus iam possidet, Angel. *in d*. § *quadrupli num*. 36. Ideo tenetur legitimare eius personam seruatis seruandis, Sal. Tib. *in Prax. d. lib*. 2. *cap*. 4. *n*. 5.

12 Sed quæritur, an competat hoc interdictum, etiam pro rebus, quas defunctus tempore mortis detinebat ex causa commodati, vel depositi?

Et Respondetur affirmatiuè, cum Rip. *in d. l*. 1. *ff. quor. bonor*. Gabr. *cons*. 31. *num*. 5. *l*. 1. Peregrin. *de fideicommiss. d. art*. 45. *num*. 14. Mantic. *decis*. 241. *num*. 1. & *decis*. 245. *num*. 1. Caualer. *decis*. 409. *num* 2. & 3. Rot. *decis*. 415. *num*. 7. *part*. 5. *recent*. cum Alijs iam cumulatis supra *in fin. num*. 10. *vers. septimò requiritur*.

12 Noto octauò, quod quamuis detur hoc interdictum pro bonis relictis a defuncto tempore mortis, nō tamen competit pro fructibus postea decursis, post eius mortem; nisi à die motæ litis, vt censuit Rot. *apud Seraphin. decis*. 170. *num*. 1. Caualer. *d. decis*. 409. *num*. 1. & *seq*. Buratt. *decis*. 184. *num*. 1. Quidam tamen DD. tenet in hoc iudicio possessorio venire fructus, etiam ante litem motam, ad instar petitionis hæreditatis. Peregrin. *vbi supra num*. 9. per text. *in d. l*. 1. *ff. quor. bonor*. Gloss. *in rubric. C. eod tit*. Alex. *cons*. 70. *num*. 11. *lib*. 6. Buratt. *decis. practic*. 474. *n*. 7. & *decis*. 843. *n*. 3.

Sed in hoc distinguendum censeo; aut enim agitur pro fructibus principaliter: aut accessoriè. In priori casu, quis petuntur velut sors, debentur, etiam ante litem motam, & ita tenuit Rot. *decis*. 689. *num*. 3. & *seqq*. *p*. 3. *lib*. 3. *diuers. et decis*. 3. *num*. 6. *et seq. et dec*. 281. *n*. 4. *et* 6. *p*. 7. *recent*. Ferentill. ad Buratt. *dec*. 184. *num*. 8.

n. 8. *sup. lit. A.* Seraphin. *decis.* 835. *nu. 1. & seqq. & decis.* 1168. *num.* 3. In secundò vero casu, quando petuntur accessoriè, quia fortè caduci, & veniunt incidenter in condemnatione rei petitæ, subdistinguendum est; aut enim sunt percepti, & consumpti bona fide, vel saltem sine mala fide, & qui illos sic consumpsit non est factus locupletior; & tunc non tenetur ad illos, nisi à die motæ litis, quia post litem motam supernenit mala fides, & ita intelligendus est Seraphin. *dict. dec.* 170. *num.* 1. & Buratt. *d. decis.* 184. & Caualer. *d. decis.* 409. Aut fructus sunt percepti mala fide, vt est quādo quis scit se habere cohæredem & solus percipit fructus, & tunc debentur etiam ante motam litem à die malæ fidei percepti. *l. qui bona fide ff. de acquir. rer. domin.* Rot. *d. decis.* 689 *num.* 6. *p.* 3. *lib.* 3. *diuers.* Et in his terminis procedit opinio Buratt. *dicta. decis.* 474. *&* 841. vbi Ferentill. *litt. B. n.* 7. ita Rot. *d. decis.* 3. *n.* 23. *& seq. par.* 7. *recent.* Aut sunt percepti bona fide, & nō sunt consumpti, sed extant, & qui illos percepit, est factus ex eis locupletior; & tunc debent similiter restitui, vel saltem eorum æstimatio, *l. item veniunt. §. præter hæc versi. est autem ff. de petit. hæredit* cum aliis cumulatis per Rot. *d. decis.* 3. *num.* 38. *& seqq.* Item restitui debent fructus, etiam bona fide percepti, quando agitur titulo reprobato de vsuris, cum tali casu bona fides non excuset à restitutione. Seraphin. *decis.* 1106. Beltramin. *ad Gregor. decis.* 74. *litt. A.* vbi limitat in possessore ignorante factum ex quo oritur dicta iuris resistentia, vt censuit Rot. *in Mantuana fructuum.* 31. *Ianuarij* 1618. *coram D. Vbaldo.*

14 Noto nonò quod in hoc iudicio possessoria quorum bonorum non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, nec ex eis impediri debet immissio in bonorum petitorum possessionem. Buratt. *decis.* 386. *num.* 4. *& decis.* 772. *nu.* 1. Vbi de exceptione diuisionis agitur.

15 Neque admittitur appellatio, quoad effectum suspensiuum, cum sit momentaneæ possessionis iudicium. *l. vnic. C. si de momen. poss. appellat. fuer.* Bar. *in l. fin. C. quor. bonor.* Marant *d. p.* 4. *dist.* 7. *n.* 9. Et ita seruatur in omnibus alijs iudicijs possessorijs: vt tradunt Salust. Tiber *in Prax. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 4. *vers. quo vero* Marant. *in spec. aur.* 3. *p. sexta part. principal. act.* 2. *n.* 294. vbi de communi Abb. *in c. cum ad sedem num.* 30. *de rest. spoliat.* Grauatt. *ad Vestr. in Prax. l.* 7. *cap.* 3. *num.* 38. vbi de magis commun. Berous *q.* 91. *n.* 9. Marchesan. *de commissionib. commis. appellat. in Saluian. & alijs possessor. p.* 1. *§.* 1. *n.* 12. 28. 29. *&* 30. *fol. mihi* 927. *in nou. impress.* & Alij cumulati infra *Intersec.* 20. *n.* 18.

16 Noto decimò, quod hoc interdictum in multis conuenit cum petitione hæreditatis, in multis vero alijs differunt inter se. Conueniunt aut Primò quia tam petitio hæreditatis, quam hoc interdictum quorum bonorum datur contra possidentem pro hærede, vel pro possessore, non autem contra titulo possidentem *l. pro hærede §. fi. cum l. seq. ff. de petit. hæred.* Secundò conueniunt, quia tam in iudicio petitionis hæreditatis, quā interdicti quorum bonorum requiritur, quod actor sit hæres. *l.* 1. *ff. de petit. hæred. & l.* 1. *ff. quor. bonor.* Tertio quia in vtroque iudicio veniunt accessiones & fructus. *l.* 1. vbi Gloss. *C. quor. bonor. & d. l.* 1. *ff. eod. tit.* Quarto, quia in vtroque requiritur, quod Reus possideat, vel dolo desierit possidere. *d. l.* 1. *ff. quor. bonor.* Quinto conueniunt, quia vtrumque iudicium est vniuersale ad vniuersitatem bonorum possessionem acquirēdam introductum, quamuis aliquando detur etiam pro rebus particularibus. *d. l.* 1. *ff. quor. bonor. d. l. licet minimam ff. de petit. hæred.* & dictum est supra *num.* 9. Sextò, quia si hæres prius hæreditatem possederit, neutrum iudicium locū habet ad eam recuperandam. *in §. sequens diuisio Inst. de interdict.* & ibi Glos. *in verb. inutile.* Bart. *in d. l. fin. ff. de fideicommiss. hæredit. petit.* Gloss. *in c.* 1. *de confess. in* 5. *& dix. sup. num.* 10. *vers.* 3. *requiritur.* Septimo conueniunt, quia vtrumque iudicium intentari potest pluries pro diuersarum rerum possessione adipiscenda Gloss. *in rubr. C. quor. bonor. vers. & non redditur amplius.*

17 Differunt verò in pluribus alijs prædicta iudicia, quamuis in supradictis conueniant. Et primò differunt origine, quia petitio hæreditatis introducta fuit a iure Ciuili, sed interdictum quorum bonorum a iure Prætorio *d. l.* 1. *ff. quor. bonor.* Secundò differūt natura, quia petitio hæreditatis est actio bonæ fidei; Interdictum quorum bonorum est remedium stricti iuris, non enim enumeratum inuenitur *in § actionum. Inst. de actionib.* Tertio differunt subiecto, quia petitio hæreditatis datur hæredi de Iure Ciuili, & vtilis bonorum possessori, interdictum vero quorum bonorum directum datur bonorū possessori, & vtile hæredi de iure Ciuili. Gloss. *in rubr. C. quor. bonor.* Bart. *in l.* 1. *n.* 3. *C. eod. tit.* & dictum est supra. Quartò differunt fine, quia petitio hæreditatis est iudicium petitorium, hoc interdictum vero est possessorium. Gloss. *in d. rubr. C. quor. bonor.* Angel. *in d. § quadrupli num.* 16. *circa med. Inst. de action.* Quintò differunt in modo intentandi, quia in petitione hæreditatis actor petit declarari se esse hæredem, & ideo omnes res hæreditarias sibi restitui *d. l. licet minimam ff. de pet. hæred.* In hoc vero interdicto petit immitti in possessionem earum. *d. l.* 1. *C. quor. bonor.* & ibi Bart. Sextò differunt in modo probandi, quia agens petitione hæreditatis plene probare debet, se esse hæredem, & bona esse hæreditaria, vel saltem possessa, aut detenta à defuncto; agens vero hoc interdicto probare potest semiplenè & præsumptiuè, quia est modici præiudicij Bartol. *in d. l.* 1. *num.* 3. *C. quor. bonor.* Septimò differunt rerum qualitate, quia petitio hæreditatis datur pro rebus, etiam simpliciter possessis, vel detentis à defuncto. *l. & non tantum ff. de petit. hæred.* hoc vero interdictum datur solum pro rebus, quæ fuerunt in bonis ipsius defuncti, vt dictum est *sup. num.* 9. *vers. septimo requiritur.* Octauò differunt generalitate, & specialitate, quia petitio hæreditatis datur contra debitores hæreditarios *l. item videndum §. final. & l. etiam §. fin ff. de petit. hæred.* Hoc autem interdictum datur regulariter pro rebus corporalibus tantū, non autem incorporalibus, sed hoc intelligi debet in debitoribus hæreditarijs, vt notatum est supra. *num.* 10 *versic. quartò requiritur.* Nonò differunt in modo sententiandi, quia in petitione hæreditatis Iudex declarat Actorem esse hæredē, sed in hoc interdicto condemnat Reum ad restitutionem possessionis. Bart. *in d. l.* 1. *ff. quor bonor.* Angel. *in d. §. quadrupli nu.* 37. Decimò differunt in appellatione quia in petitione hæreditatis datur appellatio ad vtrumque effectum, cum sit iudicium petitorium, vt dictum est, sed in hoc interdicto, non datur nisi ad effectum deuolutiuum tātum, cum sit iudicium possessorium, & momentaneæ possessionis *de quo supra num.* 15. De reliquis vid. Gloss. & DD. *in rubr. ff. & C. quor. bonor.* et Bart. *in l.* 1. *ff. & C. quor. bonor.* et DD. *& in d. §. sequens diuisio Inst. de interdict.*

INTERSECATIO XVIII.

De alio Remedio Possessorio, quod dicitur Interdictum quorum legatorum.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum legatorum, quid sit?*
2 *Legatarius de manu hæredis rem legatam habere debet.*
3 *Occupans rem sibi debitam propria authoritate, cadit à iure suo.*
4 *Quibus detur hoc interdictum.*
5 *Contra quos detur.*
6 *Quæ requirantur, vt detur.*
7 *Quomodo probandum per hæredem, quod hæreditas sit exhausta, & consequenter, quod sit locus falcidiæ.*
8 *Legatarius petere potest ab hærede rem prius ab eo propria authoritate occupatam.*
9 *Legatario plura competunt remedia ad petendum legatum.*
10 *Legatum via executiua peti potest.*

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N de N. dicens mensibus præteritis, fuisse institutum hæredem vniuersalem à quondam Sempronio de Sēpronijs eius Auunculo, prout in vltimo testamento eiusdē rogatu manu N. de N. publici Notarij sub die... mens... N. apparet, cui, etc. et in eodem fuisse per eundem testatorem multa legata diuersis Personis, et Pijs locis relicta. Verum quia Titius de Titijs vnus ex legatarijs propria authoritate occupauit fundum N. ipsi legatum, et ideo non potest comparens ipsi vt hæres de bonis defuncti integram quartam habere, ratione legis Falcidiæ sibi debitam; Idem recurrit ad ipsam Curiam N. per quam petit dictum Titium cogi, et compelli, vt possessionem prædicti fundi sibi restituat, vna cum omnibus fructibus perceptis, et percipiendis. Nec non condemnari ad omnia damna, et interesse passa et forsan patien-

du, nisi statim restituat. Super quibus, &c. Deducens, &c. Non se astringens, &c. Extra dictis & prouideri petit ifto & omni meliori modo, &c.

Forma Sententia.

In Dei, &c. *Nos*, &c. *in causa*, & causis &c. inter N. de N. hæredem vniuersalem quondam Sempronii de Sempronijs, virtute testamenti in publicam, et authenticam formam in Actis producti ad quod, etc. Actorem ex vna, et Titium de Titijs legatarium assertum dicti quondam Sempronii Reum conuentum, ex altera partibus, de, et super immissione in possessioné cuiusdam fundi hereditarij N. nuncupati siti in loco N. prope bona N. N. et N. et alios confines, si qui, etc. de qua agitur, Rebusque aliis, etc. *Visis*, etc. *Christi* nomine, etc. *Dicimus*, pronunciamus, sententiamus, decernimus, et declaramus dictû N. de N. immittendum fore, et esse in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti fundi, eiusque iurium, et pertinentiarum, prout immittimus, amoto exinde dicto Titio de Titijs detentore. Et quodcunque mãdatum de immittendo de super necessarium, et opportunum decernendum fore, et esse, prout decernimus, et relaxamus. *Vistamque*, Victori, etc. *citra*, etc. *sed omni* modo, etc.

ANNOTATIONES.

1 Notu primò, quod interdictum quorum legatorum est remedium possessorium, adipiscendæ scilicet possessionis, de iure prætorio introductum ad fauorem hæredis post aditam hæreditatem, vt possit adipisci possessionem rei legatæ, quam legatarius propria authoritate occupauit ante aditam hæreditatem. Datur autem hæredi contra legatarium, ad effectum, vt facta restitutione possit ipse hæres ex illa re legata quartam falcidiæ detrahere, & retinere, *l. 1. in princ. ff. quorum legator. cum. Bal l. vnica. C. eod. tit.* & vtrobique Gloss. & DD. Mysinger. *in § sequens diuisio Instit. de interdict. num.* 12 & ibidem Iason, Faber, Platea, Angelus, Oinotomus, & Alij Marant. *in spec. aur. p. 4. dist.* [illegible] *princ. num.* 10. *vers. secunda potest.* Menoch. *in tract. de adip. remed. possess. remed* 2. Nuncupatur autem hoc remedium possessorium interdictum quorum lagatorum, etiam à primis verbis edicti prætoris, sicut interdictum quorum bonorum: vt probatur *ex d. l. 1. in princ. & in § quod ait prætor. ad* 1. vbi Glos. *& in verb. quod aut ff. quor. legator.* Mysinger. *d. n.* 12.

2 Noto secundò, quod iure merito datur hoc remedium contra legatarium qui propria authoritate rem sibi alias debitam occupauit, tum quia nemo potest sibi ipsi ius dicere, *l. extat. ff. quod met. caus. & l. prouiss. ad leg. Iul. de vi priuat.* tum etiam quia legatarius vel fideicommissarius non potest propria authoritate rem legatam, seu fideicommisso relictam capere, sed illam de manu hæredis habere debet regulariter loquendo: testus est *in § legatum Inst. de legat.* Mysinger. *vbi supra* Marant. *ibid.* Salost. Tiber. *in Praxi lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 1. alias si occuparet rem legatam propria authoritate cedere ab omni iure sibi competente, per tex. *in l. non est dubium C. de legat.*

3 Sicut enim quilibet alius occupans rem alienam, quamuis sibi aliquo iusto titulo debitam, amittit ius suum, vel occupans rem propriam apud alium constitutam priuatur eius dominio, *l. si quis in tantam C. vnde vi. l. creditores. ff. ad leg. Iul. de vi priuat. & d. l. extat. ff. quod met. caus.* ita & legatarius, vt in præcitatis iuribus habetur, sed quomodo hoc procedat, declarabitur inferius. Hęc tamen conclusio fallit, quando testator concessisset legatario facultatem capiendi rem legatam propria authoritate, vt censuit Rot. *in Romana Hæreditatis* [illegible] *Martij 1645. coram D. Melitio.* vbi etiam habetur, quod tali casu neque tenetur de præcepto adire Iudicem, quia testator potest rebus suis legem imponere, cum eius voluntas sit lex. *§. Disponat. Authent. de nupt.* præsertim ad fauorem eius, cui reliquitur. Bart. *in l. Titio centum in princ. ff. de condit. & demonstr.*

4 Noto tertiò, quod hoc interdictum datur hæredi, de Iure Ciuili, & bonorum possessori de Iure prætorio, ac etiam vniuersali successori cuicumque. Quinimo competit hæredi hæredis, siuè sit hæres de Iure Ciuili, siuè de iure Prætorio. *l. 1. §. hoc interdictum ff. quor. legator.* Menoch. *de adipiscend. d. remed.* 2. *q.* 2. *n.* 13. *& q.* 6. *n.* 20. Rot. *dec.* 515. *num.* 2. *p.* 1. *recent.* Quod procedit siuè sit hæres ex testamento, siuè ab intestato Ioan. de Platea. *in § sequens diuisio prae. num.* 6.

5 Noto quartò, quod contra Plures datur. Et Primò contra legatarium, qui rem legatam propria authoritate occupauit, & non de manu, & cum consensu hæredis habuit *d. l.* 1. *ff. quor. legator. in princ.* Et ex hoc infertur ad differentiam inter hoc interdictum, & illud quorum bonorum, de quo *in praced. interdict.* dictum, est nam præsens interdictum quorum legatorum competit contra titulo possidentem, illud verò quorum bonorum, secus, sed tantum contra possidentem pro herede, vel pro possessore. Gloss. *in d. l.* 1. *§. redigunturque in fin. vers. vt perinde. vers. item nota. ff. quor. legator.*

Secundo datur côtra legatarium, qui rem legatam occupauit, etiam cum consensu, & voluntate hæredis. ante tamen aditam hęreditatem, nam si hæres cõsentiens præbuit post aditionem hæreditatis, talis consensus ei præiudicabit, *d. l.* 1. *§. quod ait prætor.* 11. *ff. quor. legat.*

Tertiò contra legatarium, qui legatorum seruandorum nomine, & causa missus fuit a Iudice in possessionem legati, cum eo nomine satisdatum est ab hærede, nec tamen legatarius bona legata ei cedere voluerit *d. l.* 1. *§. quæsitum* 9. *ff. quor. legat.* Quod succedit quando testator legauit aliquid alicui sub conditione, vel in diem, quo casu mortuo testatore cogitur hæres cautionem præstare de restituẽda re legata legatario extante die, vel conditione, & si recusauerit hæres, & legatarius mittitur in possessionem rei legatæ, *vt habetur in l.* 1. *& tot. tit. ff. vt legator. seu fideicommiss. nomin. caueat.* Quod si hæres tal. cautionem obtulerit, vel dederit, tunc legatarius recedere tenetur a re legatæ possessione, *l. si legatarij ff. eod. tit. vt legator.* & si noluerit recedere, hoc interdicto conueniri potest *d. l.* 1. *§. quæsitum ff. quor. legat.*

Quartò datur contra legatarium, qui rem propria authoritate occupatam dolo desijt possidere, ad eam vel eius æstimationem restituendam, *d. l.* 1. *§. quod ait Prætor. ad* 1. *ff. eod. tit.*

Quintò datur contra cohæredem, qui prælegatum propria authoritate occupauit, pro rata, quæ iure prælegati habet, non [illegible] hæres, *d. l.* 1. *§. si quis ex mortuis post princ. ff. quor. legat.* Menoc. *de* [illegible] *prae. de remed.* 2. *q.* 20. *n.* 78.

Sextò datur contra hæredes, & successores legatariorum quoscunque, siuè sit successores vniuersales, siuè singulares, *d. l.* 1. *§. legatorum & §. illud tenendum ff. quor. legat.*

6 Noto quinto, quod plura requiruntur ad hoc vt præsens interdictum locum habeat. Et Primò requiritur, vt illo agens sit hæres ex testamento, vel ab intestato de iure Ciuili, vel Prętorio, vt supra dictũ est. Secundò requiritur, quod intersit hęredis ratione falcidiæ, vel alterius interesse, prout si hæreditas sit hære alieno grauata, & hæres detrahere voluerit quartam partem omnium bonorum hæreditariorum, *iuxta traditam in tit. ff. & C. ad leg. fal. cid. & Instit. de leg. falcid.* Vnde infertur, quod quando non est locus falcidiæ, neque est locus huic interdicto. Gloss. *singular. in d. l.* 1. *d. verb. vt perinde circ. fin.* & ibi Bart. *ff. quor. legator.* & habetur *in l.* 1. *C. eod. tit.* & ibi Bald. & Salicet. la. 2. Tertiò requiritur, quod hæres rei legatæ possessionem prius adeptus non fit, cum hoc interdictum sit adipiscendæ, non recuperandæ possessionis, vt supra dictum est. Quarto, quod legatarius rem legatam propria authoritate sine hæredis consensu occupauerit post aditam hæreditatem. Vel etiam cum eius consensu, sed ante aditam hæreditatem, *vt supra notauimus.* Quintò, quod Reus possideat rem legatam titulo pro legato, vel illam dolo desierit possidere *d. l.* 1. *§. quod autem & §. quod ait* 11. *ff. quor. legat.* Sextò requiritur, quod hæres cautionem præstet de restituẽda re legata ipsi legatario, vel fideicommissario, saluo iure Falcidiæ. *d. l.* 1. *§. quod ait Prætor. al* 3. vbi Gloss. *in verb. nisi & §. satisdatum* vbi Bart. [illegible] *ff. quor. leg.* vbi Glos. *in verb. satisdatione. C. eod. tit.* Menoch. *d. remed.* 2. *q.* 26. *n.* 91.

7 Sed quæritur, iux. prædicta, quod scilicet tunc locus sit huic interdicto, quando locus est falcidiæ, quomodo probandum sit per hæredem, falcidiam locum habere?

Respondetur quod summa talis probationis habetur, *in l.* 1. *§. cum dicetur ff. si cui plus quam per leg. falcid.* vbi habetur, quod hæres petere debet arbitrium a Iudice ad æstimandam quantitatem bonorum hæreditariorum, & vocãdi sunt adhoc omnes legatarij, & citandi omnes creditores ad declarandum sua debita: quibus seruatis si apparebit, hæreditatem esse hanstam, & hære grauatam existere erit locus detractioni quartæ falcidiæ,

falcidiæ, & consequenter huius interdicto, alias secus. Et sic quando hæredis interest rem legatam propria authoritate legatario occupatam sibi restitui, si nō restituat, condemnabitur ad interesse, & ad omne illud, quod hæredis interest. *l. 2. §. ex hoc interdicto ff. quor. legator.*

8 Noto sexto, quod quamuis legatarius, qui propria authoritate rem legatam occupauit, restituere teneatur hæredi rem sic occupatam, remanet tamen illi illæsum ius suum; ac saluum omninò, vt petere possit postea ab hærede eamdem rem sibi legatam, *vt habetur iud. l. 1. in princ. vers. vestigii. ff. quor. legat.* Neque obstat, quod regulariter occupans rem legatam propria authoritate cadit ab omni iure suo, per Iura allegata supra *num* 3 Nam respondetur cum communi Doctorum sententia, quod illa Iura loquuntur, quando occupatur res aliena, aut etiam propria, penes tamen alium constituta, non quando res in nullius est potestate, vt in casu nostro, in quo supponimus, legatarium occupasse rem legatam, antequam hæres hæreditatem ipsam adiuerit, quia ante aditionem hæreditatis, illa dicitur iacens, & consequenter bona hæreditaria in nullius sunt possessione, vt dictum est supra *Intersecat. 5. num. 5. & seq.* Imo legatarius potius ius in bonis legatis habet, quam quilibet alius, cum ad ipsum recta via à die mortis testatoris legati dominium transeat, quamuis ficte, verè tamen post aditam hæreditatem *l. à Titio in fin. cum ibi notatis. ff. de furt.* & traditur per Iason. *in l. 1. ff. de legat. 1.* Vnde constat, quod tali casu hæres nemini facit iniuriam, nec aliquem sua possessione priuat, ex quo cadere debeat à iure suo in penam violentiæ alteri illatæ, quia bona hæreditaria ante aditam hæreditatem in nullius bonis sunt Gloss. *in l. cum querebatur verb. per quorumnam C. vnde vi.* Secus tamen esset, si rem legatam occuparet post aditam hæreditatem per hæredem, quia tunc procederet dispositio Iurium præcitatorum *d. n. 3.* & sic amitteret ius legati consequendi, vt bene aduertit Gloss. *in d. l. 1. § 2. verb. vt pertinde ff. quor. legat. & in d. l. unic. ver. restitutione C. eod. tit.* & ibi Bar. & Bald. & Gloss. *in c. fin. verb. in petitione de successio. ab intest.* Ioan. de Plat. & Alij *in d. §. sequens dimisso ius. de interdict.*

9 Quæri autem potest hic, quænam actio competat legatario ad petendam rem legatam ab eo propria authoritate occupatam, sed postea hæredi per ipsum restitutam?

Respondetur, quod plures ei competunt actiones, & præsertim tres, nimirum actio personalis ex testamento, reiuindicatio, & hypotecaria, vt colligitur *ex l. C. commun. de legat.* Item competit Saluianum interdictum, vt tradidit Scaguc. *de Saluian. q. 7. num. 3. lib. 1.* Duran. *decis. 185. n. 8. et seq.* Ferentill. *ad Buratt. decis. 283. nu. 19.* vbi alias Rotæ decisiones cumulat, & Alij relati *in seq. Intersecat. num. 10.* Item competit illi hoc interdictum quorum legatorum, secundum quosdam DD. nō obstante quod prius ipse legatarius fuit eodem interdicto conuentus ad rem legatam occupatam hæredi restituendam vt de sumitur *ex d. l. 1. §. redigamur. ff. quor. legator.* In illis verbis. *Redigamur igitur ad hæredem per hoc interdictum ea, quæ legatorum nomine possidentur, vt proinde legatarij possint eum conuenire, &c.* Maranτ. *in tract. specul. aur. p. 4. dist. 7. n. 10. ver. secundò potest.* Sal. Tib. *in Prax. d. l. 2. a. 6. n. 2.*

10 Maior tamen difficultas est an legatario pro consequutione legati competat via exequutiua, & quamuis sit in hoc magna controuersia inter Doctores, nihilominus affirmatiua sententia probatur, *in §. si quis autem, vbi Gloss. in verb. decrete.* & Angel. *num. 15. & in §. si verò expressim. alias §. illud quoque perspeximus*, vbi Gloss. *in verb. decreto.* & Angel. *numero 57. in Authent. de hæredib. & falcid.* Speculat. *l. 2. de appell. tit. quando non datur appellat. §. 11. incip. nonissimè numer. 2. vers. secundus est*, vbi habetur, quod si hæreus conuictus super legato appellauerit, non defertur eius appellationi. Hanc sententiam affirmatiuam tuentur etiam Alex. *in l. fin. numero 3. vers. aliam pono. & ibi Iaf. numero 6. vers. tertium notabiles. C. de edict. Diu. Adrian.* Gulielm. de Benedict. *in c. Raynutius. verb. absque liberis. num. 192. & seqq. de test amento.* Mysing. *centur. 5. obseruat. 91. num. 4.* Surd. *cons. 214. in fin.* Graff. *de successi. in §. legatum qu. 77. in fin.* Boer. *decis. 295. nu. 12.* Ludouic. *dec. Perus. 23. nu. 9. & seqq. & n. 13.* vbi de magis communi, & veriori testatur, Sal. Tiber. *vbi sup. d. cap. 6 num. 4.* vbi de Praxi Tribunali A. C. quem allegat Ridolphin. *in Prax. p. 1. cap. 2. num. 79.* Ferentill. *ad Buratt. decis. 208. num. 12.* Et istam opinionem seruat etiam signatura vt testatur idem Ridolphinus.

Rota tamen sequitur opinionem negatiuam, vt obseruat *Prax. Vicar. Caroli Pelleg. Par. 1. l.* Buratt. *decis. præcit. 208. num. 5.*, etiam in causis commissis cum facultatibus A. C. Rot. *dec. 168. n. 8. & dec. 241. n. 34. p. 7. rec.* cum alijs cumulatis per Ferentill. *d. num.* ta Vestr. in Prax. *lib. 8. cap. vlt. num. 8.* vbi limitat, quando non fuit tunc posita appellatio, & proinde mandatum exequutiuum transiuit in iudicatum. Hanc opinionem sequuntur etiam Alex. *sibi contrarius in l. si cum dotem §. eo autem tempore numero 6. ver. quarto limita. ff. solut. matr.* Menoch. *de adipiscend. remed. 4. num. 97.* Dec. *in d. l. fin. numero 12. C. de edict. Diu. Adr.* *tolt.* Rip. *in l. ait prætor. §. si Iudex num. 6 ff. de re iudic.* & Al j. Hæc autem contrarietas conciliari posset in his Tribunalibus, in quibus seruatur stylus Tribunalis A.C. procedat sententia affirmatiua; in his verò, in quibus seruatur stylus Rotæ procedat opinio negatiua. In reliquis seruari debet stylus propriæ Curiæ, *de quo vid. DD. cit.*

INTERSECATIO XIX.

De alio remedio possessorio, quod dicitur Interdictum Saluianum.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum, quid sit?*
2 *Quotuplex sit?*
3 *Contra quos detur?*
4 *Datur etiam pro quacumque hypotheca.*
5 *Extrema probanda in hoc interdicto, quæ?*
6 *Possessio rei per Aduersarium quomodo probetur.*
7 *Creditum quomodo probetur.*
8 *Identitas rei à Reo possessa quomodo probanda.*
9 *Quibus detur?*
10 *Legatario competit hoc interdictum.*
11 *Fideicommissario similiter.*
12 *Saluianum datur pro consecutione crediti super fructibus rei hypothecatæ.*
13 *Creditor immissus in possessionem rei hypothecatæ, rem ipsam vendere minimè potest.*
14 *Creditor immissus in possessionem rei non acquirit, nisi detentationem illius, cum possessio rei sit penes debitorem.*
15 *Restituere tenetur creditor rem debitori, post quam fuit satisfactus de suo credito ex fructibus.*
16 *Summa certa debiti exprimenda in hoc iudicio est.*
17 *Immissio in possessionem in hoc iudicio, per quas exceptiones impediri possit.*

Forma Libelli.

In curia N. compareτ N. de N. dicens, anno proximè præterito locasse quendam eius fundum vulgo dictum N. situm in loco N. propè bona N. & N. ac alios fines Sempronio de Sempronijs pro pensione scutorum centū quinquaginta ipsi comparenti annuatim persoluendorū, qui Sempronius importauit multa bona, præsertim talia, & talia, &c. in fundum prædictum sic conductum, Verum quia dictus Sempronius, non solum non soluit pensionem prædictam, verum etiam præfata bona sic N conducta alio transtulit, contra omne debitum, cū ex iuris dispositione sint ipsi comparenti locatori obligata pro pensione conuenta. Ideo recurrit ad Curiam ipsam N. per quā petit dictum Sempronium cogi, & compelli ad restituendam possessionem talium rerum sibi hypothecarum, vel ad soluendam pensionem prædictam cum omnib. damnis, expensis, & interesse passis, & patiendis occasione præsentis litis *super quibus, &c. Deducens, &c. Non se astringens, &c.* Et ita dicit, ac prouideri petit isto, & *omni alio meliori modo, &c.*

Quod si petatur immissio in possessionem bonorum sibi hypothecatorum, formari poterit libellus illo modo, asserendo fuisse sibi per N. de N. hypothecata talia bona, vel talem fundum, seu rem, quæ quidem de præsenti possidentur ab ipso N. de N. debitore, siuè ab Alio, ideo petit immitti in possessionem illorum, ad effectum se satisfaciendi de eius credito ex eorundem bonorum fructibus, &c.

Forma Sententiæ.

In Dei, &c. *Nos,* &c. *In causa,* &c. *Visis,* &c. *Christi* nomine, &c. *Dicimus* &c. Bona N. N. Sempronij de Semproniis illata ad fundum N. de N. situm in loco N. propè bona, &c. esse hypothecata N. de N. pro pensione scutorum 150. prædicti fundi in Actis deductis, & proinde condemnamus dictum Semproniũ ad restituendum dicto N. de N. locatori prædicta bona sibi hypothecata pro pensione præfata, vel ad soluendum prædictam summam pro satisfactione pensionis sibi debitæ. *Et Victum Victori,* &c. *Et mandatum,* quodcumque, &c. *&* *ita,* &c. non solum, &c. *omni* modo, &c.

Vel si petita fuerunt bona stabilia hypothecata pro satisfactione crediti ex eorundem fructibus, vt suprà dictum est; tunc sententia formari poterit hoc, vel simili modo, videl.

In Dei, &c. *Nos,* &c. *In causa,* & causis, &c. *De,* *&* *super* immissione in possessionem vnius fundi, (*seù Domus*) siti in loco N. iuxta bona N. N. & N. &c. Rebusque aliis, &c. *Visis,* &c. *Christi* nomine, &c. *Dicimus,* pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus dictum N. de N. immittendum fore, et esse, prout immittimus in realem, actualem, & corporalem possessionem dicti fundi, illiusque iurium, & pertinentiarum quarumcumque, ad effectum retinendi donec, & quousque dictus N. de N. creditor fuerit ex fructibus dicti fundi de eius credito scutorum tot... (*Et si fuerit creditor ex fructibus census, dicatur.* De fructibus census de quo agitur, scutorum tot... in sorte debet non solutis, ac decurrendis. *Idem seruandum si fuerint fructus debiti ex causa dotis promissæ; vel ex alia causa, secundum facti contingentiam*) integrè satisfactus, & quodcumque mandatum de immittendo desuper necessarium, & opportunum decernimus, relaxamus. *Victumque* Victori, etc. *Et item* &c. *non solum,* &c. *sed omni,* &c.

ANNOTATIONES.

---

1 Noto primò, quod interdictum Saluianum est tertium remedium adipiscendæ possessionis, sic à Saluio Iuliano Prætore dictum, qui fuit vir summæ authoritatis, vt habetur *in l. pen. C. de condition. indeb.* & notatur per Pacific. *de Saluian. in præfat. num. 12. & seqq.* & per Scapuc. *de Saluian. q. 1. n. 5. lib. 1.* Vnde constat, quod interdictum Saluianum est actio Prætoria in factum, seù remedium adipiscendæ possessionis causa comparatum, *ut colligitur ex l. 1. & 2. ff. de Saluian. interdict. & ex §. sequens diuisio circ. fi. vers. interdictum quoque Instit. de interdict.* Scapuc. *de vtil. Saluian. interdict. q. 1. n. 1. l. 1.* Pacific. *de vtil. Saluian. interdict. in specti. 1. c. 1. num. 99.*

2 Quod est, duplex directum scilicet, & vtile. Directum datur locatori contra conductorem prædij rustici, & sic contra quoscumque Colonos, et ipsorum hæredes *d. l. 1. ff. de Sal. interd.* quia adhunc effectum primario, et principaliter inuentum fuit. Vtile vero datur etiam contra extraneos possessores, quibus conductor alienauit res illatas, *vt probatur in d. l. 1. in princ.* Datur etiam contra conductorem prædii vrbani, & sic contra quemcumque Inquilinum pro adipiscenda possessione rerum inuectarum in domum locatum pro pensione, & sic obligatarum. Scapuc. *de Salu. q. 2. n. 4. lib. 1.* Pacific. *de Saluian. d. inspect. 1. cap. 1. n. 9. & 10.*

3 Est bene verum, quod quamnis hoc vtile interdictum propriè competat contra inquilinos pro rebus in prædium vrbanum conductum illatis, datur tamen etiam cuicumque creditori hypothecario, vt singulariter tradit Bart. *in d. l. 1. num. 1. ff. de Saluian. interdict.* et aduertunt Pacific. *vbi sup. numer. 11.* & Scapuc. *ibid. qu. 5. num. 1. lib. 1. & qu. 15. n. 3. eod. lib. 1.* & Alii apud illos. Ioan. de Platea *in d. §. sequens diuisio num. 10. Inst. de interdict.* & Angel. *in §. item seruiana nu. 7. in fin. Inst. de actionib.* vbi enumeratis prius quibusdam differentiis inter hypothecariam, seù quasi seruianam actionem, & hoc interdictũ, concludunt tandem vtilius esse intentare Saluianum interdictum, quam Hypothecariam, quia agens hypothecaria probare debet hypothecam, & de illa constare, cum sit iudicium petitorium, quod ratione Iuris seù pignoris datur contra possessorem rei expressè hypothecatæ ad auocandam nudam possessionem illius ei in specie, vel in genere obligatæ, nón vt eius dominiũ consequatur, sed vt tandiu eam retineat, donec ei de debito satisfiat, vt supra dictum fuit *sad. Sect. 3. Interfec. 13.* Sed agens Saluiano cum, sit iudicium possessorium, quod datur ratione possessionis, quam habuit debitor, eam solum probare tenetur, quæ est facilis probationis, de quo latius agit Neguzant. *in tract. de pignorib. in 1. membr. 8 partis* Menoch. *in tract. de adipiscend. possess. remed. 3.* Iason. Faber. Zas. & Alij *in d. §. item seruiana Inst. de act.*

4 Noto secundo, quod Saluianum competit regulariter illi, cui competit hypothecaria seù quasi seruiana actio, vt aduertit Gabriel. *consil. 46. n. 20. lib. 1. & cons. 44. num. 5. lib. 2.* vbi de communi testatur, & Duran. *decis. 185. numer. 3.* & ita seruatur in Tribunali Sacræ Rotæ Romanæ. Rot. *decis. 131. nu. 4. & dec. 176. nu. 3. & decis. 392. num. 2. & decis. 295. nu. 1. post Pacific. de Saluian. & in decis. 44. nu. 4. p. 1. diuersor. & decis. 193. nu. 1. & decis. 357. n. 1. p. 1. recent.* Datur autem Saluianum propter hypothecam Seraphin. *decis. 553. n. 1.* Rot. *decis. 15. n. 1. & decis. 26. num. 1. & 126. nu. 1. post Pacific. de Saluian.* cum hypotheca sit mater, & fundamentum Saluiani. Rot. *decis. 385. num. 3. p. 1. recent. & decis. 9. post Pacific. in non. impress.* Et cessante hypotheca cessat Saluianum. Rot. *dec. 285. n. 5. p. 4. & dec. 17. nu. 17. p. 5. & decis. 206. n. 2. p. 7. recent.*

5 Noto tertiò, quod ad effectum, vt detur Saluianum duo requiruntur, quæ quidem tanquam extrema necessaria, omninò probari debent. Seraphin. *decis. 685. nu. 1.* Buratt. *decis. 822. num. 1.* Quorum Primum est creditum cum hypotheca, & possessio debitoris hypothecantis de tempore obligationis, vel postea. Roland. *cons. 14. num. 13. lib. 1.* Menoch. *de adipiscend. d. remed. 3. q. 29. numer. 160.* Pacific. *de Saluian. d. inspect. 1. cap. 5. numer. 1. & seqq.* Scapuc. *eod. tract. q. 25. num. 4. lib. 1.* Caualer. *decis. 399. num. 1.* Duran. *decis. 401. num. 1.* Gregor. *decis. 491. n. 6.* Rot. *decis. 207. num. 4. p. 1. decis. 775. num. 1. p. 2. decis. 123. numer. 1. p. 3. decis. 513. nu. 1. p. 5. & decis. 308. num. 1. & 324. n. 1. & 147. nu. 1. p. 6. rec.* Secundum verò extremum necessario probandum, est possessio Rei conuenti. Aretin. *in §. præcis. item seruiana num. 9. Instit. de action.* Roland. *vbi sup.* Menoch. *ibid. num. 15.* Duran. *loc. cit.* Rot. *decis. 674. num. 4. p. 3. l. 3. diuers. & decis. 56. nu. 2. post Pacific. de Saluian. & dec. 314. nu. 2. p. 2. & 560. nu. 1. p. 4. & 128. n. 2. p. 5. & 318. n. 2. p. 6. recent.* Et ratio est, quia Saluianum non datur, nisi contra possidentem. Scapuc. *dict. q. 25. num. 8.* Et quando datur, præsupponitur, quod Reus iam possideat, alias non daretur. Pacific. *de Saluian. inspect. 3. cap. 2. num. 435.* Rot. *post. eundem decis. 144.*

6 Probatur autem hoc secundum extremum pluribus modis. Et Primo ex instrumentis, atque scripturis publicis. Pacific. *d. inspect. 1. cap. 6. numer 9.* Duran. *decis. 40. numer. 1.* Seraphin. *decis. 1200. numer. 1.* Secundo probatur ex scriptura priuata manu Aduersarii facta Pacific. *vbi sup. num. 8.* Rot. *decis. 227. in prima. part. 2. diuers.* Tertio per testes Rot. *decis. 1. post Pacific. & decis. 669. num. 2. p. 2. recentior.* Quartò per responsionem partis ad positiones, et præparatoria factam. Scapuc. *d. q. 25. nu. 9.* Seraphin. *vbi sup. num. 1.* Quinto ex mandato de manutenendo aduersario concesso super eisdem bonis, quod non conceditur alicui, nisi possideat. Mantic. *decis. 252. num. 2.* Rot. *in Perusina Saluiani §. alterum vers. verum etiam 3. Decemb. 1636. coram D. Melzio.* Sexto si Aduersarius non negauerit se possidere, sed sustentauerit iudicium, contradicendo, et actitando. Scapuc. *d. qu. 25. num. 9 vers. si autem pars.* Verall. *decis. 360. num. 1. p. 2.* Seraphin. *dec. 1415. num. 3.* Rot. *dec. 83. nu. 2. p. 1. recent.* vbi de obseruantia Rotæ & *decis. 20. num. 1. & 171. nu. 2. post. Pacific. & in Romana Saluiani 17. Aprilis 1643. coram D. Cerro.* Buratt. *decis. 583. num. 5.* vbi similiter de Rotæ obseruãtia testatur. Maximè, si cum litis sustentatione concurrat aliquod aliud adminiculum, Rot. *in Sancti Seuerini Dotis seù Saluiani §. possessio denique 4. Maij 1640. coram D. Dunozet. & dec. 113. num. 1. p. 3. recent.* Caualer. *dec. 304. nu. 6.* Alios decem modos probandi possessionem Aduersarii ponit Menochius vbi supra, quos refert. Pacific. *inspect. 1. cap. 6. num. 9.* Ad quam probandam sufficiunt probationes leuiores, etiam semiplenæ. Rot. *decis. 3. de restit. spol. in nouiss. & in Romana prætensi Saluiani 30. Ianuarij 1617. coram D. Remboldo.*

7 Creditum vero cum hypotheca agentis hoc interdicto, quod est primum extremum, et præcipuum fundamentum Saluiani, secundum Scapuc. *de Saluian. qu. 5. nu. 5. lib. 2. &* Rot. *decis. 61. num. 1. p. 2. & decis. 113. num. 1. p. 3. recent.* sicut mater illius est

est hypotheca, vt dictum est supra, probatur etiam pluribus modis; Et Primò ex instrumentis, & publicis scripturis. Seraph. *decis.* 828. *n.* 4. Caualer. *decis.* 204. *n.* 4. Buratt. *decis.* 32. *nu.* 2. Rot. *decis.* 387. *num.* 2. *part.* 1. *& decis.* 669. *nu.* 1. *p.* 2. *decis.* 123. *num.* 1. *p.* 3. *recent.*

Secundò probatur ex Apocis priuatis subscriptis, & iudicialiter recognitis. Duran. *dec.* 193. *num.* 1.

Tertiò probatur per testes. Seraphin. *d. decis.* 1100. *in princ. & num.* 1. Rot. *decis. praecit.* 1. *num.* 1. *post Pacific. de Salu. & d. decis.* 669. *num.* 2. *& seq. p.* 1. *& d. dec.* 123. *num.* 1. *p.* 3. *recent.* & alibi sæpissimè.

Quarto probatur ex clausula constituti, & Precarii in instrumento venditionis apposita. Seraphin. *decis.* 1415. *nu.* 2. Duran *decis.* 40. *n.* 4. Rot. *decis.* 98. *n.* 10. *post Pacific. d. Saluian.*

Quintò probatur etiam ex confessione iudicialiter facta ad positiones, vt supra dictum est in probatione secundi extremi. *num. praeced. vers.* 4 *per responsionem.*

Sextò probatur aliis legitimis probationum modis, quibus probari solent incumbentia in aliis iudiciis petitoriis, de quibus satis dictum est in superioribus.

8 Noto quarto, quod vltra prenotata ad effectum, vt agens hoc interdicto obtinere possit, probare tenetur, quod Res à Reo possessa sit eadem in corpore, & substantia, quam de tempore obligationis, vel postea possidebat, & huiusmodi identitas est plenè probanda. *l. duo sunt Titij* & ibi Bart. *ff. de testament. tutel.* Pacific. *de Saluian. d. in specl.* 1. *cap.* 6. *n.* 3. Scapuc. *eod. tract. d. quaest.* 25. *num.* 10. *lib.* 1. Crauett. *consil.* 112. *nu.* 5. Salust. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *cap.* 2. *num* 12. Licet autem probetur plenè identitas ex pluribus demonstrationibus, Rot. *in Bononien. fideicommissi* 6. *Februarij* 1645. *coram D. Rocas.* Sufficit tamen illam probare per duas demonstrationes, seù confines verificatos *forma ff. de censib.* Rot. *d. decis.* 123. *num.* 1. *p.* 3. *& decis.* 26. *num.* 18. *&* 184. *num.* 6. *&* 294. *num.* 1. *post Pacific. de Salu.*

9 Noto quinto, quod hoc interdictum pluribus datur. Et Primò directum datur locatori, vtile verò datur cuicumque creditori hypothecario, vt dictum est supra *n.* 2. *&* 3.

Secundo datur hæredi creditoris, & hæredi hæredis. Scapuc. *de Saluian. q.* 18. *n.* 1. *& seqq. lib.* 1.

Tertiò datur substitutus in testamento. Caualer. *decis.* 357. *num.* 1.

Quartò datur Cessionario creditori. Scapuc. *dict. qu.* 18. *num.* 2. *&* 3. Duran. *decis.* 401. *n.* 1. Rot. *dec.* 28. *nu.* 1. *part.* 4. *recent.*

10 Quintò datur legatario pro consequutione rei legatæ *vt dix. sup. in praced. Intersec.* 18. *num.* 9. & notatur per Pacific. *de Saluian. inspect.* 3. *cap.* 4. *q.* 8. *num.* 325. Caualer. *decis.* 420. *nu.* 1. Burat. *decis.* 257. *nu.* 20. Mantic. *decis* 156. *nu.* 4. Bertrand. *consil.* 449. *lib.* 4. Rot. *dec.* 674. *num.* 4. *p.* 1. *lib.* 3. *diuers.* Quod autem pro legato competat Saluianum, est communis sententia Doctorum de qua testator Gabr. *consil.* 46. *num.* 48. *lib.* 1. *& cons.* 44. *num.* 4. *lib.* 2. vbi etiam quod ita seruat Rota, vt facit similiter Duran. *decis.* 185. *num.* 2. *&* 5. *& decis.* 352. *num.* 5 Ferentill. *ad Buratt. decis.* 257. *litt.* C. *& decis.* 286 *litt.* A. *in fin. num.* 19. Seraphin. *decis.* 828. *num.* 1. Rot. *decis.* 589. *num.* 4. *p.* 3. *lib.* 3. *diuers. & decis.* 192. *num.* 3. *&* 387. *num.* 1. *&* 559. *num.* 2. *p.* 1. *& decis.* 302. *num.* 2. *&* 560. *num.* 2. *p.* 4. *recent.*

Et non solum competit Saluianum legatario contra res ipsas legatas ex veriori, & communi sententia, vt supra, & notat. Scapuc. *de Saluian. q.* 7. *numer.* 3. *lib.* 1. Duran. *d. decis.* 185. *num.* 8. *& seqq.* Ferentil. *d. decis.* 286. *num.* 19. vbi alias Rotæ decisiones cumulat: verum etiam contra alia bona, quæ iam per testatorem possessa erant, quæ sunt quoque hypothecata. Duran. *d. decis.* 185. *num.* 6. *& seqq.* Rot. *decis.* 387. *pracit. nu.* 2. *p.* 5. *recent.* Quinimo & contra mobilia, pecunias, & nomina debitorum. Rot. *decis.* 559. *num.* 1. *p.* 1. *recent. & decis.* 82. *num.* 2. *& seqq. post Pacific. de Salu.*

11 Sextò datur Fideicommissario. Gabr. *d. cons.* 44. *numer.* 1. *& seqq.* Pacific. *de Saluian d. inspect.* 3. *cap.* 4. *q.* 8. *num.* 325. Scapuc. *eod. tract. qu.* 8. *num.* 1 & ita passim seruat Rota, vt testatur Seraphin. *decis.* 828. *num.* 1. Rot. *decis.* 444. *n.* 4. *p.* 4. *recent.* Caualer. *decis.* 264. *num.* 4. Duran. *decis.* 43. *num.* 1. *&* 158. *num.* 8. *&* 432. *nu.* 1. Buratt. *decis.* 693. *numer.* 1. Et tam contra bona fideicommissaria à testatore tempore mortis possessa. Rot. *decis.* 193. *numer.* 1. *p.* 1. *&* 755. *num.* 1. *p.* 3. *recent.* quam contra bona fideicommisso subiecta Buratt. *d. decis.* 366. *num.* 1. & indistinctè contra alia bona, vt seruat Rota, de cuius obseruantia testatur. Buratt. *decis.* 275. *num.* 11. & non solum competit fideicommissario vniuersali, sed etiam particulari. Ferentill. *ad Buratt. dec.* 11. *num.* 17.

12 Noto sextò, quod quamuis Saluianum principaliter contra bona dirigatur, agenti tamen illo non debentur bona, & res principaliter, sed creditum super illis. Rot. 383. *num.* 2. *&* 3. *p.* 1. *& decis.* 376. *num.* 2. *& seq. p.* 2. *recent. & decis.* 174. *num.* 7. *post. Pacific. de Saluian.* Cum huius iudicii possessorii Saluiani interdicti natura sit, quod creditor de suo credito satisfieri debeat ex fructibus bonorum, in possessionem quorum immissus fuit, non autem quod illa distrahantur, vel adiudicentur. Scapuc *de Saluian. q.* 11. *n.* 4. *l.* 3. Duran. *dec.* 107. *n.* 1. Seraphin. *dec.* 723. *n.* 15. *&* 915. *n.* 2. Rot. *dec.* 43. *n.* 2. *&* 44. *n.* 7 *p.* 1. *diuers. & dec.* 161. *n.* 3. *&* 14. *p.* 5. *&* 179. *n.* 23. *part.* 7. *rec. & in Romana de Comitibus* 17. *May* 1581. *coram fal. rec. Clemente VIII. num.* 2. *et seqq. vers. non obstat. impress. apud.* Saluian. Tiber. *in prax. d.* 1. *post. c.* 5. *fol.* 175.

Fallit tamen hoc, quando Creditor intentauit Saluianum, ad effectum consequendi rem ipsam sibi hypothecata in Rot. *in d. Romana de Comitibus & in d. dec.* 44. *n.* 7. *p.* 1. *diuersi.*

13 Quapropter Creditor in possessionem rei sibi hypothecatæ immissus, ad effectum se satisfaciendi ex illius fructibus, rem ipsam vendere, aut alienare minimè valet, & sic de facto distraxerit, nullum præiudicium debitori affert. Seraphin *decis.* 1100. *num.* 2. Rot. *d. decis.* 43. *num.* 2. *part.* 1. *diuers.* Sed si in aliquo alienare, & distrahere voluerit ipsam rem, in cuius possessionem immissus fuit, agere debet in petitorio. Rot. *d. decis.* 43. *num.* 4. Salust. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *cap* 1. *nu.* 35. *in fin.* Poterit tamen ad illius distractionem deuenire absque petitorio, si facultatem obtinuerit à Summo Pontifice, prout fieri solet in hac Alma Vrbe per viam signaturæ Santissimi Domini Papæ, cuius manu signatur commissio talis facultatis. Marchesan. *de commission appell. in Saluian. part.* 1. *§.* 2. *numero.* 81. *fol.* 1006. Pacific. *Sal. inspect.* 4. *cap.* 1. *nu* 144. Rot. *decis.* 161. *num.* 15. *part.* 6. *recent. et in Romana Dotis Mercurij* 4. *Iulij* 1635. *coram D. Peroneano* Mangill. *de subhast. qu.* 125. *numer.* 14. Seraph. *d. decis.* 1100. *n.* 1. *& seq.*

Concedere tamen solet Summus Pontifex, & Alii Principes talem facultatem alienandi, & subhastandi bona prædicta creditoribus cum aliqua causa, præsertim quando fructus bonorum sunt adeo tenues vt spatio 10. vel 12. annorum, & vltra ex illis satisfieri nequeant, & sententia immissionis aliquo modo transiuit in iudicatum. Et ita practicari solet in Signatura Gratiæ.

14 Noto septimo, quod cum in iudicio Saluiani disceptetur de sola possessione, vt per Salust. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *cap.* 1 *nu.* 10. & illa tantum auocetur Seraphin. *d. decis.* 1100. *numer.* 1. Rot. *decis.* 2. *nu.* 8. *post Pacific. de Salu.* Ideo immissus in possessionem rei, vigore Saluiani, non acquirit, nisi solam detentionem illius. *l. si cum venditor. ff. de euiction.* Seraph. *dec.* 725. *numer.* 4. Buratt. *decis.* 240. *nu.* 11. adeoque creditor non sibi, sed debitore possidet Alex. *in l.* 1. *§. si per seruum corporaliter num.* 5. *ff. d. acquir. poss.* Salust. Tiber. *d. capit.* 2. *numer.* 36. Rot. *decis.* 172. *n.* 8. *par.* 5. *recent.* penes, quem debitorem remanet vera possessio. Duran. *decis.* 70. *num.* 5. Rot. *decis.* 49. *num.* 5. *p.* 5. *recent.* Et fructus tantum computantur in extinctionem debiti ad commodum eiusdem debitoris *l.* 1. *&* 2. *C. de pignoratit. action.*

15 Ex quibus colligitur, quod postquam creditor satisfactus fuerit de suo credito ex fructibus rei, in cuius possessionem immissus fuit, ad effectum se satisfaciendi, vt supra per viam Saluiani, restituere tenetur rem ipsam debitori Rot. *dec.* 161. *num.* 5. *p.* 6. *recent.* Gregor. *decis.* 244. *num.* 1 Quod si illicò non restituat, spoliare dicitur, Gregor. *decis.* 254. *num.* 3. & ibi Beltramin. *num.* 6. Ferentill. *ad Buratt. decis.* 848. *num.* 16. Et proinde intentari potest contra eum actio spolii Rot. *decis.* 130. *n.* 15. *& dec.* 223. *n.* 10. *p.* 7. *recent.* & sic interdictum recuperandæ Rot. *dec.* 11. *num.* 8. *post Pacific. de Saluian.* Scapuccin. *de Saluian. q.* 12. *num.* 1. *lib.* 3. Salust. Tiber. *dict. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 17. Beltramin. *ad Gregor. decis. pracit.* 254. *num.* 6. vbi alias Rotæ decisiones congerit. Vnde facta satisfactione competit debitori manutentio.

16 Noto octauò, quod in hoc iudicio Saluiani, ex primi debet summa certa debiti per creditorem. Roland. *consil* 14. *nu.* 13. *lib.* 1. Aretin. *in §. item seruiana num.* 15. *Inst. de act.* Rot. *dec.* 609. *num.* 1. *p.* 3. *recent.* ad effectum, vt si debitor illam soluere voluerit, immissionem in possessionem rei hypothecatæ euitare possit. Duran. *decis.* 268. *numer.* 17. quia solutione eius

quod debetur omnis tollitur obligatio, *ut habetur Instit. quib. mod. tollit. oblig. in princ.* & per oblationem crediti debitor liberatur. *l. 1. C. qui pot. in pign. habeant.* Rot. *decis.* 207. *num.* 1. *post Pacific. de Salu.* Et consequenter cessat Saluianum. *l. Paulus §. qui pignoris ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ar. solu.* Rot. *decis.* 78. *num.* 1. *post. Pacific.*

17 Noto nonò, quod in hoc iudicio Saluiani immissio in possessionem Rei hypothecatæ non impeditur per exceptiones altiorem requirentes indaginem, sed illæ remittendæ sunt ad petitorium. *l. fin. C. quor. bonor.* Rip. *in rubr. ff. de pignor. numer.* 39. Pacific. *de Saluian. in inspect. 4. cap. 1. numer.* 225. Rot. *decis.* 52. *numer.* 7. & 61. *numer.* 1. & 63. *numer.* 12. *post eundem Pacific. de Saluian.* Gregor. *decis.* 563. *nu.* 15. Exceptiones verò, quæ incontinenti probantur, admittuntur, etiam si alias non admitterentur Rot. *decis.* 19. *num.* 4. *post Pacific. de Saluian. & decis.* 57. *num.* 4. *p. 2. diuers. & decis.* 704. *n.* 1. *p.* 3. *recent.* Duran. *decis.* 193. *n.* 12. Omnes autem exceptiones, quæ obstarent Defuncto, si viueret, & agere vellet hoc interdicto, obstant etiam eius hæredi. *l. fin. ff. de ciuil. l. venditrici C. de reb. alien. non alienand.* Rot. *in Romana Doris* 15. *Iunij* 1643. *coram R. P. D. Cerro.*

Prout admittitur hypotheca anterior alterius creditoris, ad effectum impediendi immissionem agentis interdicto Saluiano *l. 2. ff. qui potior. in pi. nor. hab.* cum aliis cumulatis per Rot. *in Rauennaten. Saluiani* 12. *Iunij* 1643. *coram D. Melzio & in Fulginaten. Saluiani* 3. *Iunij* 1643. *coram D. Bichio.*

INTERSECATIO XX.

De Remedijs Retinendæ Possessionis; numerum de Interdictis vti Possidetis, & Vtrubi.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum* Vti possidetis, *quid sit?*
2 *Interdictum* Vtrobi, *quid, unde dictum?*
3 *Interdictum Retinendæ possessionis in Romana Curia dicitur mandatum de manutenendo.*
4 *Manutentionis Iudicium est summarissimum.*
5 *Interdictum uti possidetis duplex est.*
6 *Pro quibus rebus detur.*
7 *Annus redditus, & census inter immobilia numerantur.*
8 *Quibus detur hoc interdictum vt possidetis.*
Possessio Ciuilis, & naturalis, quæ?
9 *Violentiarum quinque genera.*
10 *Contra quos hoc interdictum detur.*
Censum solitum non soluens hoc interdicto compellitur.
11 *Quæ requiruntur, vt detur.*
12 *Quæ probanda sunt in hoc interdicto.*
13 *Probationes in hoc Iudicio quales esse debeant.*
14 *Ad quos effectus detur.*
15 *Qualiter libellus concipi debeat in hoc interdicto.*
16 *Sententia in hoc interdicto qualiter concipienda.*
17 *Interdicta retinendæ possessionis plura in Iure dantur.*
18 *Appellatio, & exceptiones, an dentur in hoc iudicio.*

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N de N. & dicit, quod annis præteritis emit quandam vineam sitam in locu N. propè vineam talis de tali ex vno latere, & vineam talis de tali ex alio latere, &c. à Sempronio de Semproniis pro pretio scutorū mille, prout ex instrumento rogato manu N. publici Notarii latius apparet, cui relatio, &c. quam quidem vineam multis ab hinc annis comparens ipse vsque ad præfatam diem pacificè, & quietè possedit, prout etiam hodiè tenet, ac possidet, illam colendo, & fructus percipiendo, tamquam verus dominus verum quia nō obstante quod ipse sit in huiusmodi pacifica, & quieta possessione dictæ vineæ, hesterna die Titius de Titiis de facto, & contra omne Ius comparentē ipsum in sua quieta possessione turbare, & molestare præsumpsit, colligendo fructus eiusdem vineæ, & expellendo per vim famulum ipsius comparentis, ne colligerit. Propterea recurrit ad ipsam Curiam N. per quam petit decerni, & declarari, comparentem ipsum iniustè a præfato Titio turbatū fuisse; & proinde eundem Titium cogi, & compelli, vt a tali turbatione, ac molestatione desistat; & vt abductus fructus exteraque ablata ipsi comparenti integrè restituat, vna cum omnibus damnis expensis, & interesse, Insuper petit dictum Titium per eandem Curiam iuris, & facti remediis opportunis cogi ad amplius comparentem in sua Possessione non molestādum, nec inquietandum; & ad præstandam idoneam cautionem de in futurum non turbando, nec vexando, nec turbari, aut vexari per Alios non faciendo. *Super quibus,* &c. *Deducens,* &c. *Non se astringens,* &c. *Et ita* dicit, & prouideri petit isto, & omni alio meliori modo, &c.

Quod si agatur interdicto Vtrobi, fieri potest libellus Eodem modo paucis mutatis, prout ex infra dicendis apparebit.

Forma Sententiæ.

In Dei, &c. *Nos,* &c. *In causa,* &c. *De & super* turbatione, et molestia pacificæ possessionis cuiusdam vineæ, etc. *Visis* etc. *Christi* nomine, etc. *Dicimus,* etc. *& declaramus* N. de N. Actorem esse possorem in possessione vineę positæ in luco N. propè bona N. etc. in actis deductæ, etc. Ideo condemnamus dictum Titium de Titiis Reum conuentum, vt dictum N. de N. Actorē in pacifica, et quieta possessione relinquat, nec illum amplius turbet, neque molestet. Et insuper condemnamus eundem Titium, vt idoneam præstet cautionem de non turbando, nec molestando illum in futurum *Et Victum,* Victori, etc. *Et mandantes,* etc. *& ita,* etc. *omni* modo, etc.

Potest etiam alio modo fieri sententia, concedendo scilicet manutentionem Actori, qui bene de sua possessionem probauit, & tunc formari poterit, vt infra videl.

In Dei, etc. *Nos,* etc. *in causa,* etc. *De & super* manutentione in possessione vnius vineæ, sitæ in loco N. iuxta bona N. de N et N. de N. saluis aliis, si qui, etc. de qua agitur, rebusque aliis, etc. Dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, et declaramus dictum N. de N. manutenendum defendendum, et conseruandam fore, et esse, prout manutenemus, etc. et manutenēri, etc. mandamus in quieta, et pacifica possessione dictæ vineæ (*si sit vinea, domus, si sit domus, vel prædij, si sit prædium; & sic de reliquis,*) eiusque iurium, et pertinentiarum quarumcumque, ac fructuum, prouentum, ac redditurum perceptione, contra, et aduersus dictum Titium de Titijs, amoto eodem Titio, quatenus, etc. detētore, et quodcumque mandatum de manutenendo desuper necessarium, et opportunum decernendum, et relaxandum fore, et esse, prout decernimus, et relaxamus. *Victumque* Victori, etc. *Et ita,* etc. *omni* modo, etc.

Quod si actum fuerit super turbatione quasi possessionis seruitutis aquam capiendi, piscandi, ligna cædendi, pascendi, transeundi, siue annuum exigendi canonem, vel redditus exigendi & huiusmodi, concipi potest sententia, vt infra, videl.

In Dei, etc. *Nos,* etc. *In causa,* etc. *Visis,* etc. *Christi* nomine, etc. *Dicimus,* etc., et condemnamus Titium de Titiis Reum conuentum, ne N. de N. Actorem in sua quasi possessione seruitutis N. turbet, aut vim inferat, *Vel,* in quasi possessione exigendi annuum canonem, *seù* redditus, etc. *vel* fructus census scutorum tot super tali fundo, etc. aliàs impositi, vt ex instrumento rogato manu N Notarii in actis producto, etc. *Vel:* super annua præstatione, etc. Quo verò ad interesse petitum et non probatum ab eodem N de N. Actore eundem Titium de Titiis Reum conuentum absoluimus, et liberamus, ac iustis de causis non molestari mandamus. *mandantesque,* etc. *Et ita,* etc. *omni* modo, etc.

Si vero per viam manutentionis, vt supra, procedere voluerit Iudex in sententiando, tunc forma sententiæ erit, vt infra, videlicet,

In Dei, etc. *Nos,* etc. *In causa,* etc. de, et super manutentione in quasi possessione iuris exigendi annui canonē scutorum tot super domo N. *Vel:* Fructus annui census, etc. *Vel:* in quasi possessione seruitutis N, etc. de qua agitur, Rebusque aliis, etc. *Visis* etc. *Christi* nomine, etc. *Dicimus,* etc. *Et declaramus* dictum N. de N. manutenendum, defendendum, et conseruandū fore, et esse, prout manutenemus, etc. manuteneri, etc. mandamus in quieta, et pacifica possessione, *Vel:* quasi exigendi dictū annuum canonem, etc. *Vel:* fructus census, etc. Vel seruitutis N. etc.

&c. *Et Mandatum* quodcumque de manutenendo desuper, &c. *Vidimusque* V. Ctori, &c. *Et ita* &c. *omni* modo, &c.

Casu vero quod Actor nō plenè probauit, & constare fecit in actis de sua possessione, sed Reus è contrario melius suam intentionem super possessione controuersa probationes fecit, tunc sententia ferenda erit pro ipso Reo; absoluendo illum à petita molestia per Actorem, infrascripto, vel simili modo, videlicet.

In Dei, &c. *Nos*. &c. *In causa*, &c. *De*, *& super* molestia, & turbatione possessionis vnius Vineæ sitæ in loco N. propè bona, &c. de qua in actis, &c. Rebusque alij. &c. *Visis*, &c. *Christi* nomine, &c. *Dicimus*, &c. et Titium de Titiis Reum conuentum à petitis per N. de N. Actorem absoluimus, & liberamus, præcipiendo eidem N. de N. Actori, ne amplius dictū Titium Reum conuentum turbet, aut molestet sub pęna scutorum tot.., &c. Eumdemque Titium Reum conuentum potiorem in possessione prædictæ Vineæ positæ, vt supra, iuxta bona, &c. declarando. *Et Vidimus* V. Ctori, &c. *Et Mandarum*, &c. *Et ita*, &c. omni modo, &c.

Quod si Actor defecerit in probationibus, & constare non fecerit, se possid[e]re tempore in litis contestatę, quia forte Reus illum spoliauit, tunc sententia ferenda quoque est ad fauorem Rei conuenti, vt infra, videlicet,

In Dei, &c. *Nos* &c. *In causa*, &c. *De*, *& super*, &c. *Christi* nomine, &c. *Dicimus*, &c. *Et Titium* de Titijs Reum conuentum absoluimus à petitis per N. de N. Actorem; Possessionem tamē, quam vi ab Aduersario tempore litis contestatæ ipse Titius Reus habuit, tanquam violentam non proficere in hoc interdicto vti possidetis declaramus, ideo dictum N. de N. Actorem similiter absoluimus ab intentione dicti Titij Rei conuenti, & sic neutram partem super interdicto vti possidetis condemnamus, sed tantum in expensis dictum N. Actorem, qui libellum porrexit, quarum taxationem Nobis, &c. *Et ita*, &c. *omni* modo, &c.

ANNOTATIONES.

1 Noto primò, quod interdicta retinendæ possessionis plura sunt, vt inferius dicemus, sed duo tantum pręcipua enumerantur, nimirum interdictum vti possidetis & interdictum Vtrobi. Illud vti possidetis datur ad retinendam et conseruandam possessionem rerum immobilium. *l. 1. & tot. tit. ff. vti possidetis & §. retinenda vers.* seù *§. sed interdicto vti possidetis. Instit. de interdict.* Bart. et Alij communiter *in l. vnic. C. vti possidet.* Menoch. *in tract. de retinend. possess. in prælud. n. 3.* Boccac. *de interdict. vti possidet. c. 2. n. 15.*

2 Illud verò Vtrobi signanter datur ad retinendam, et conseruandam possessionem rerum mobilium *l. 1. ff. vtrobi & d. §. retinenda. seù sed interdicto vers. vtrobi vero §l. 1.* Boccac. *d. cap. 2. nu. 15. & cap. 6. nu. 1. & seqq.* Ambo autem competunt possidenti tantum, quia non possidenti alia dantur remedia. Hæc vero introducta fuerunt ob violentiam turbatiuam contra eum, qui turbat possidentem rem suam in sua possessione, vel quasi, quam habuit, et habet, vt à turbatione desistat Et sic possessor quietam possessionem retineat, et nō amittat, ac cautionem de amplius non turbando præstet, et interesse præteritæ turbationis soluat. Vtrumque interdictum nempe vti possidetis, et vtrobi nomen sumpserunt à primis verbis edicti Prætoris. *l. 1. ff. vti possidet & l. vnic. ff. vtrobi*, ex quibus Iuribus patet, quod ambo introducta sunt de Iure Prætorio, quo cauetur, *vti possidetis ita possideatis*. Improbauit enim Prætor vim in eum, qui possidet, et voluit, vt quilibet possideat sicut possedit donec Iure conuincatur, ne pax, et tranquillitas Reipublicæ peruertatur. *dict. l. 1 ff. vti possid.*

Interdictum Vtrobi dicitur à Verbo: *Vtrum*, *& vbi*, hoc est apud quem. Quasi dicere volens Prætor, apud quem est res mobilis apud eum sit. Glos. *in d. l. vnic. ff. vtrobi, & in d. §. retinendæ possess. de interdict.* Et quamuis antiquitus aliquæ darentur differentiæ inter hæc duo interdicta *vti possidetis*, *& vtrobi*, hodie tamen vnica tantum inter illa constituitur, vt scilicet primum detur pro rebus immobilibus, secundum pro mobilibus. In reliquis verò omninò exęquata sūt; nam in vtroque interdicto sufficit possessio tempore contestationis litis. *d. l. 1. in princ. & §. hoc interdictum. ff. vti possidet. d. l. vnic. §. interdictum ff. vtrobi d. §. retinenda §. sed interdicto, & §. hodie Instit. de interdict.* Boccac. *de interdict. vti possid. d. cap. 2. n. 3. & c. 6. n. 1.*

3 Noto secundò, quod interdicta retinendæ manutenent, et conseruant possessorem, seu detentorem in possessione rei, in qua non vi, nec clam, nec præcario reperitur tempore litis contestatæ, vt probatur *in d. §. hodie instit. de interdict. & in l. 1. ff. de itiner. actuq. priu. l. 1. ff. de superficieb. l. 1. ff. ne vis fiat. l. 1. de aqua quotid. & æstiu. & l. 1. ff. de riuis cum concordantibus*, et notatur per Bartol. *in l. ait Prætor. §. quod ait num. 2. & 15. ff. vti possid.* Boccac. *de interdict. vti possid. d. cap. 2. num. 1.* vbi aduertit, quod hac ratione in Romana Curia interdictum retinendæ possessionis appellatur *mandatum de manutenendo*, vt notat etiam Ridolphin. *in sua Prax. p. 2. cap. 12. num. 90. & 92.* vbi ait manutentionem optima ratione fuisse introductam, ne Partes inter se contendentes de possessione rei controuersæ veniant ad arma, et vt constet quis si Actor, et quis Reus; ex Contard. *in l. 1. lim. 3. nu. 48. C. si de moment. possessam.* Menoch. *de retinend. remed. vlt. n. 12.* Scaccia *de appellat. q. 17. lim. 6. membr. 2. n. 1.* Rot. *decis. 404. n. 5. p. 2. rec.* Benintend. *decis. 79. n. 3.*

4 Quod quidem iudicium manutentionis est breue, et summarissimum, vt tradunt Menoch. *de retinend. remed. vlt. n. 4.* Couarruu. *practicar. quæstion. c. 17. nu. 2. & seqq.* Cast. *cons. 2. num. 2. lib. 2.* Rot. *decis. 641. n. . p. 1. diuersor. & decis. 1. nu. 2. & decis. 341. n. 4. par. 1. & 464. n. 7. par. 4. recent.* Et in hoc retinendæ, seù manutentionis iudicio requiritur omninò libellus, et in Romana Curia Monitorium, quod loco libelli succedit, cum in ea per viam monitorii, non libelli procedatur, Menoch. *ubi sup. remed. 3. n. 453.* Rot. *decis. 124. n. 12 par. 7. recent.* nisi intentetur incidenter, quia tunc libellus, seu monitorium non requiritur, vt si prius lis legitimè introducta fuit, vel si Iudex ex officio concedit manutentionem. Menoch. *ubi sup.* Rot. *ibid. num. 12.* secus si lis non fuerit antea introducta, vel si concedatur manutenentio ad instantiam partis Menoch. *loc. cit.*

Quando autem Pars petierit manuteneri, est prorsus Actor originarius et voluntarius, quamuis aliquo modo videatur Reus necessarius, præsertim quando petit ante omnia manuteneri. Gregor. *decis. 53. num. 5.* Rot. in Valentina *pensionis 31. Ianuarij 1600. coram D. Patriarcha Hierosolymitano impress.* apud Marchelan. *de commiss. tractatu. p. 3. §. 1. decis. 1. num. 1. fol. 353. et seq.*

Et est notabile in hoc iudicio retinendæ, seù manutentionis quod sæpissimè accidit, vt vterque litigans sit Actor, et vterque Reus; quod est, quando vterque de possessione contendit et porrigit libellum, in quo manuteneri petit, nec clarè constat quis reuera sit Actor, et quis Reus. Menoch. *de retin. d. remed. 3. n. 759. vers. hæc ergo opinio.* Boccac. *d. tract. de interdict. vti possid. cap. 15. n. 1. et seqq. et num. 13.*

5 Noto tertiò, quod interdictum, vti possidetis duplex est, directum, et vtile, directum datur pro retinenda possessione rerum corporalium, quæ verè possidentur *l. possideri in princ. ff. de acquiren. possess.* Vtile vero datur pro tuenda quasi possessione rerum, et iurium incorporalium, quæ quasi possidentur. Glos. *in d. l. 1. ff. vti possidet. et in d. l. vnic. verb. fundum C. eod. tit.* Dec. *in cap. licet causam num. 215. de probat.* Boccac. *ubi sup. cap. 8. num. 2. cum seqq.*

6 Vnde patet hoc interdictum dari. Primò pro possessione rerum corporalium immobilium, vt sūt prædia, fundi, domus, et huiusmodi, *d. l. 1. in princ. et §. hoc interdictum. ff. vti possidet.* vbi habetur, quod competit siue in totum, siue pro parte res prædictæ possideantur. Secundo datur pro possessione rerum incorporalium, vt sunt Iura, seruitutes, et similia. Glos. *in d. l. 1. ff. et d. l. vnic. C. vti possidet.* et ex textus *in l. si cuius §. Arriste in fin. ff. si seruit. vindicet.* Ioan. Faber. *in d. §. retinendæ num. 15.* vbi tamen dicit, hoc esse verum, quando Iura illa adhærent rei immobili, quia tunc res mobilis dicitur pars rei immobilis. *l. 1. §. illud utique, et §. seq. ff. de vi, et vi armat.* Boccac. *d. cap. 2. nu. 15.* aliis secus. Idem dicit de aliis Iuribus Personalibus Faber. *ibid. post. princ.* per text. *in cap. querelam. de election.* Quare admittit competere pro quasi possessione seruitutum personalium, vt sunt vsus, et vsus fructus per *l. fin. ff. usu fruct.* Et realium habentium causam continuam, nō verò discontinuam, vt est iter, vel actus, in quibus factum hominis continuum requiritur, et

tunc

tunc datur interdictum de Itinere, actuque priuato, secundum Gloss. in d. §. retinenda verb. eorum & Bart. in l. 1. num. 5. ff. vti possid. Quæ quidem intellig. debent, secundum Angel. in practic. §. retinenda nu. 3. quando quis non turbatur in possessione rei corporalis immobilis propter hoc, sed quando turbatur in quasi possessione iuris, & seruitutis tantum, vt si quis voluerit domum suam altius tollere, & vicinus prohibeat; tunc datur, quia prohibetur vti re sua immobili, & tali casu datur directum, ratione rei corporalis; Si vero prohibeat altius domum extollere, asserendo sibi deberi seruitutem altius non tollendi, tali casu quia turbatur in Iure altius tollendi, datur vtile interdictum; dum tenet Angel. loc. cit. in turbatione quasi possessionis iurisdictionis, vel alterius Iuris, puta eligendi, nominandi, præsentandi, decimandi, vectigalia colligendi, & similia, nam tunc daretur hoc interdictum. per cap. licet de probat. Hinc est, quod secundum Bartol. in l. 2. ff. quor. bonor. non competeret hoc possessorium iudicium pro præstationibus personalibus annuis, vt ad aliquid dandum tali certo tempore, nisi habeatur ius in personam sic obligatam, vt est in vassallo, seruo, & similibus; sequitur Ioan. de Platea in d. §. retinenda n. 6.

7 Difficultas tamen hic proponi posset, numquid detur hoc interdictum, & sic manutentio ei, qui turbaretur in quasi possessione Iuris percipiendi alios annuos redditus, puta census, & similes? Et respondetur affirmatiuè, quia soluuntur ratione alicuius rei immobilis, & tunc vtile interdictum non solum datur contra tertium turbantem, qui diceret sibi illud ius competere: verum etiam contra debitorem non soluentem. ut notatur in d. l. 3. vnic. C. vti possid. & in d. cap. licet de probation. Bart. in d. l. 1. ff. vti possid. Ioan. Faber. in d. §. retinenda, num. 20. Et Rota concedere solet manutentionem existenti in quasi possessione exigendi census; ac censuum fructus Burrat. decis. 60. num. 1. & seqq. vbi etiam ait, quod vnica tantum solutio sufficit ad constituendum creditorem in quasi possessione. Gregor. decis. 313. num. 1. & seqq. Rot. decis. 614. num. 1. p. 4. recent. Sic etiam existenti in quasi possessione exigendi affictus, item pensiones bonorum locatorum. Papien. in trac. form. libell. qu. agit ad affict. §. 6. super solutione num. 5. Beroi. consil. 119. num. 5. lib. 3. Buratt. d. decis. 60. num. 1. & decis. 289. num. 11. Canaler. decis. 228. num. 3. Et ratio est, quia annui redditus, & census computantur inter res immobiles Clement. exiui §. cumque annui redditus de verb. signif. Gloss. in l. iubemus nulli in princ. verb. annonas C. de Sacrosanct. Eccles. Iason. & Alij in l. secundum. ff. qui satisdar. cogant. vbi dicit, quod possidens annuos redditus non cogitur satisdare, & idem dicit Abb. & ibi Add. in cap. nulli de reb. Eccles. alien. vel non.

8 Noto quartò, quod hoc interdictum vti possidetis pluribus datur, & primò illi, qui ciuiliter tantum possidet, & in ea ciuili possessione turbatur, forsan ab alio, qui naturaliter tantum possidet, vt habetur in l. fin. & ibi Gloss. verb. alter possessionem ff. vti possidetis. & Gloss. in l. vnic. verb. vti possidetis in princ. C. eod. tit. Natt. cons. 419. num. 2. lib. 2. Gabr. de acquir. possess. conclus. 6. num. 12. Menoch. de retinen. remed. 1. num. 139. & remed. 15. num. 39. Put. decis. 419. num. 2. lib. 2. Mantic. decis. 185. n. 3. Rot. decis. 366. num. 3. p. 1. & 645. num. 10. par. 2. & 196. n. 4. p. 3. & 91. num. 1. p. 4. & 275. num. 3. p. 6. rec. Quod procedit etiam in vsufructuario habente quasi ciuilem possessionem. Rot. dict. decis. 366. num. 3. p. 1. recent. Duran. decis. 124. numer. 9. Gregor. decis. 9. numer. 6. & 307. numer. 6. Ciuilis autem possessio dicitur quæ animo retinetur, vt est in proprietario absente. Iason. & Alij in l. 1. ff. de acq. poss. ff. per text. in l. clam possidere §. qui ad nundinas & ibi Glos. & DD. ff. eod. tit. de acquir. poss. Naturalis vero possessio dicitur illa, quam habet occupans possessionem absentis, vt est in vsufructuario, emphyteuta, & similibus. l. naturaliter in princ. ff. de acquir. poss.

Secundo datur ei, qui naturaliter tantum possidet d. l. fin. ff. vti possid.

Tertiò datur ei, qui ciuiliter, & naturaliter simul possidet, d. l. 1. §. hoc interdictum ff. vti possid. ibi fieri potest, vt & possessor idem, & dominus sit. Quomodo autem hæc possessio eodem tempore dari possit. vid. DD. in l. 1. §. ex contrario, ff. de acquir. possess. & in l. si vt certo §. si duobus, ff. commodati. & Glos. in d. §. retinenda Inst. de interd.

Quartò datur tam possidenti res corporales immobiles, quàm quasi possidenti res incorporales, cum hac tamen differentia, quod primò competit directum interdictum; secundo verò vtile d. l. 1. C. vti possit. d. c. licet de probat. Bart. in d. l. 1. ff. vti possid.

Quinto datur ei, qui diffamatur ab aliquo de possessione, aut Iure alicuius rei, asserendo, quod illud sibi non competat. Quod verum est, secundum in d. l. 1. §. huius autem interdicti. ff. vti possid. per text. in l. vim facit ff. de vi, & vi arm. si per talem diffamationem ille turbaretur in sua possessione, vel quasi; alias secus, quia interdictum, introductum fuit ad excludendam, violentiam turbatiuam. d. l. 1. in princ. ibi vim fieri veto ff. eod.

Sexto datur domino pro turbatione facta colonis vel aliis causam habentibus ab illo in possessionibus, quas ab eodē tenent. Et ratio est, quia turbatio possessionis illorum redundat in damnum domini. arg. l. aut qui aliter §. si quis dum putat. ff. quod vi aut clam

Octauo datur directo domino feudi, vel emphyteusis pro turbatione possessionis rei feudalis, vel emphytheuticariæ facta vassallo, vel emphyteuticario, ob camdem rationem & insuper, quia qui impedimentum recipiunt, ne liberè vti possint re sibi concessa, non præstabunt seruitia, & debitam pensionē domino directo rem concedenti. Abb. in d. c. licet num. 13. de probat. Faber. in d. §. retinenda n. 7 & 10. de Plat. ibid. n. 6.

Nono datur hoc interdictum, & sic manutentio, etiam mero detentori rei, donec de causa principali cognoscatur l. aditione vbi Castr. num. 5. de donat. Couarr. practicar. quæst. d. cap. 17. nu. 5. vers. sic sane Menoch. de retinend. d. remed. vlt. num. 18. Seraphin. decis. 1471. nu. 7. Rot. decis. 641. num. 5. p. 1. diuers. Buratt. decis. 60. num. 12. 131. num. 7. & 164. num. 4. quia ad effectum obtinendi manutentionem, non attenditur bonum vel malum ius possessionis, sed solum ipsa detentio, & insistentia, Castr. vbi supra Rot. decis. 93. num. 3. p. 4. & 77. num. 10. p. 5. recent. Burrat. decis. 904. num. 8. ut nuda possessio de facto, quamuis non iusta. Rot. decis. 204. n. 11. p. 3. & 188. n. 10. p. 7. rec.

Decimo datur etiam spoliatori, donec causa terminetur per tres conformes Castr. loc. cit. & ibid Roman. num. 7. Neuizan. cons. 80. num. 3. vers. & dixit, Caputaquens. decis. 147. p. 2. Rot. decis. 641. p. 1. & decis. 50. num. 29. vbi de stylo Rotæ dicitur p. 2. & decis. 481. par. 3. lib. 3. diuers. & decis. 115. num. 4. p. 1. & decis. 284. n. 10. p. 5. recent.

Vndecimo datur manutentio etiam prædoni, donec cognoscatur de eius iniustitia, nam medio tempore litis pendentiæ tueri debet in sua tali quali possessione cap. in litteris de restit. spoliat. cap. licet il 2. de præbend. in 6. l. colonus & l. cum fundus ff. de vi, & vi arm. l. si quis à se fundum C. ad leg. Iul. de vi publ. Boccac. de interdict. vti possidet. dict. cap. 2. num. 8. Mantic. dec. 185. num. 7. Buratt. decis. 194. num. 9. Rot. in Cimbatis Castelli Bonorum 8. Nouembris 1589. coram emin. D. Card. Pamphilio impress. apud Marchesan. de commiss. p. 1. fol. 969. & d. decis. 115. num. 4. p. 1. & 204. num. 10. p. 5. recent. Dummodo notoriè non constet, quod sit prædo ex eisdem actis. Abb. in cap. cum Ecclesia sutrina num. 26. de caus. possess. & propr. Crauett. cons. 249. num. 6. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 113. cum seqq. vbi de communi cum Alijs cumulatis per Ferentill. ad Buratt. d. dec. 194. litt. C.

9 Noto quartò, quod cum vtrumque interdictum tam vti possidetis, quam vtrobi introductum sit, propter violentiam vt dictum est, contra turbantes aliquem in sua possessione, vel quasi et violentiarum quinque sint species, secundum Glos. in l. extat. ff. quod met. caus. & in l. 1. C. de his, quæ vi metusque caus. fiunt & in c. ad audientiam eod. tit. de his, quæ vi metusue caus. fiu. et Angel. in §. quadrupli num. 17. Instit. de action. Ideo singulas exponere necesse erit, Alias enim dicitur violentia inquietatiua: alia compulsiua: alia expulsiua; alia ablatiua; et alia turbatiua:

Inquietatiua est, quando aliquis, qui non est possessor, nec prætendit se possessorem esse, vi aut clam inquietat, et nō sinit alium vti re sua quietè, et tunc locum habet, non hoc interdictum, vti possidetis, aut vtrobi, sed interdictum, quod vi, aut clam. Iason. in l. si quando n. 6. C. vnde vi.

Compulsiua est, quando quis per vim, et metum cadentem in constantem virum compellitur ad aliquid dandum, vel faciendum, et tali casu, neque locum habent interdicta vti possidetis, et vtrobi, sed actio quod metus causa Bald. in rub. ff. quod met. caus. & in rubr. in fin. de controuer. inuestit. in Vsib. Feudor.

Expulsiua est, quādo quis per vim expellitur de possessione fundi, vel domus, et sic propriè cadit in rebus immobilibus, et pro tali violētia neque dantur nostra interdicta vti possidetis et vtrobi; sed interdictum vnde vi, ad recuperandam possessionem

sionem amissam], de quo habetur *in l. si quis in tantam C. unde vi §. recuperanda Inst. de interdict. cap. retinenda 3. qu. 1. & c. sæpè de restit. spoliat.* Et hæc violentia inducit spolium, quod est adeo priuilegiatum, vt spoliatus ante omnia sit de restituendus, & ei obijci non possit exceptio dominij, *cap. in literis de restit. spoliat. cap. fin. de ordin. cognit. & l. si quis C. ad leg. Iul. de vi pub.*

Ablatiua est illa, quæ circa res immobiles committitur, quādo tales res per vim auferuntur, de quo *in tit. ff. & C. de vi bonor. raptor. & Inst. eod. tit.* & tunc actio vi bonorum raptorum datur, non interdictum vti possidetis, vel vtrobi.

Turbatiua verò violentia est, quando duo, vel plures prætendunt se eandem rem possidere, & vnus turbat alium in illius possessione, quo casu, si committatur in rebus immobilibus, proditum est interdictum vti possidetis, si verò in rebus mobilibus datur interdictum vtrobi. *vt in præcit. §. retinendæ. Inst. de interdict.* Et de ista tantum violentia loquimur hic.

10 Noto quinto, quod hoc interdictum vti possidetis contra plures datur? Et Primò contra turbantem aliquem quietè vti possessione rerum corporalium immobilium, quamuis prætendat se quoque possidere *d. l. 1. §. 3. vers. sed si inter ipsos ff. vti possid.*

Secundo cōtra turbantem aliquem in possessione, quamuis non contendat se possidere Gloss. *in d. l. 1. §. huius autem interdicti in verb. affirmat.* & ibi DD. per text. *in l. si duo §. si vicinus ff. vti possid.* Gloss. & DD. *in d. c. licet verb. vti possidetis in princ. de probat.* Papiens. *in Pract. form. libell. pro turbat. poss. §. ac præsentialiter turbat. num. 3.* Fel. *n. 11.* & Platea *n. 7.* Sufficit enim quæcunque prohibitio, vel impedimentum, ne quis quietè vtatur possessione rei suæ, vt si arbores succiderit, fructus collegerit, colonum expulerit, laborare prohibuerit, vel aliud simile egerit, licet non contenderit, quod ipse possideat, de quo Bart. *in d. l. 1. §. retinendæ ff. vti possid. & in l. vim facit. ff. quod vi, aut clam & in l. Meuius §. fundo ff. de legat. 2.*

Tertiò datur contra turbantem aliquem vti quasi possessione seruitutis, iurisdictionis, & aliorum iurium incorporalium. *d. c. licet de probat. sicuti §. Arista in fin. ff. si seruit. vendic.* Bar. *in l. si duos §. hoc interdictum. ff. vti possid.*

Quartò contra eum, qui aliquem in ciuili, vel naturali possessione turbat, *d. l. fin. ff. vti possid.*

Quintò datur contra diffamantem de possessione, aut Iure alicuius rei per alium pacificè, & quietè possessè, quasi quod illud ius possidenti non competat. Bart. *in d. l. 1. §. huius autem. ff. vti possid.* & dictum est supra *n. 6. vers. quinto datur.*

Sextò datur contra eum, qui cessat soluere annuos census, vel redditus, sub aliquo prætextu, ita vt aliquo modo turbetur possessio domini, de quo dictum est *sup. n. 7.* non daretur tamen, si cessatio esset propter inopiam debitoris census, quia non adhibet violentiam turbatiuam, quæ in hoc interdicto precisè requiritur, vt supra vidimus. Neque daretur hoc interdictum, si quis cessauerit a solutione census, negando illi deberi censum, & proinde se non soluturum in posterum, quamuis per plures annos soluerit, sed benè competeret interdictum *unde vi*, quia per talem resistentiam, & contradictionē videtur expellere, & spoliare dominum, & sic ad recuperandam possessionem ageret spoliatus, non ad retinendam. *c. querelam de election.* vbi Abb. & DD. facit, quod dicit Faber *in d. §. retinendæ n. 19.* & Innoc. *in c. pueris de sentent. & re iudic.* subditos cēseri spoliare dominum quasi possessionis iurisdictionis statim, ac recusauerint ei obedire.

11 Noto quinto, quod adhoc, vt hoc interdictum vti possidetis detur, plura requiruntur. Et Primò requiritur possessio de præsenti à parte Actoris *§. hodie Instit. de interdict.* & colligitur *ex d. l. 1. §. est igitur ff. vti possid.* vbi datur hoc interdictum retinendæ possessionis, ne vis inferatur ei, qui quietè rem possidet Faber. *in d. §. retinendæ nu. 18.* Neque refert, an sit possessio naturalis tantum, an ciuilis tantum, an verò naturalis, & ciuilis simul *per text. d. l. fin. ff. vti possid.*

Secundo à parte Actoris requiritur, vt non habeat illam possessionem vi, clam, vel præcario à Reo, contra quem hoc interdictum proponit *d. l. 1. in princ. & §. fin. ac l. si duo in princ. ff. vti possid. l. 1. C. eod. tit. & d. §. retinendæ vers. hodie*, seù *§. hodie Inst. de interdict.* Alias Reus excipere poterit contra Actorem. Quod si Actor non à Reo, sed ab alio possessionē vi, clam, vt præcario habuit, non poterit Reus excipere de Iure tertii *d. l. 1. in fin. & d. l. si duo*, quia Actor replicabit, quod quamuis, quoad alium possessionem legitimam non habeat, quo ad ipsum tamen liberam tenet. *l. loci corpus §. competit. ff. si seruit. vendicet.*

Quando autem quis dicatur vi clam, vel præcario possideri non est præsentis inspectionis, ideo qui fusè videre voluerit, adeat Azo. *in summ. C. unde vi*, Bart. & DD. *in d. l. 1. §. quod ait prætor. C. vti possid.* Papiens. *in Prax. dict. formul. libell. pro turb. possess. §. hodie tenet. & possidet. n. 4.* Iason. *in l. si quando C. unde vi* & ibid. Plot. *§. 3. n. 48.* Ioan. Fab. *in d. § retinendæ nu. 11.* & Io. de Platea *n. 10.*

Tertiò requiritur à parte Rei conuenti, vt reuera turbauerit Actorem possidentem ei aliquam vim inferendo *d. l. 1. in princ. ibi, vim fieri veto, & ibid. in §. est igitur ff. vti possid.* in illis verbis. *nam res causa redditur; ne vis fiat ei, qui possidet.* Turbari autem dicitur quis, quotiescumq; impeditur exercere aliquem actum, per quem probatur possessio, vel quasi, vel per quem dominus non potest liberè vti suo arbitrio, siue in colendo fundo, siuè in aliquid aliud faciendo. *l. vim facit. ff. de vi, & vi arm.* Lanfranc. *in tit. decret. de caus. possess. & propr. n. 10.* Quod procedit, siuè Actor turbetur per ipsum Reum conuentum, siue per alium suo nomine. *arg. l. prohibere in princ. ff. quod vi, aut clam.* Et siue turbetur facto, siuè verbo, si per verbalem turbationem impediatur libera eius possessio, vt supra de diffamante dictum est, alias sola verbalis turbatio non sufficeret. Alex. & Iason. *in l. si prius ff. de nou. oper. nunciat.* Quæ quidem turbatio intelligenda est de extraiudiciali, non de Iudiciali, nam si alicui moueretur lis coram Iudice super possessione alicuius rei, non competeret hoc interdictum, cum tunc non censeatur vim inferre, quia lege permittente facit, & pœnam non meretur. *l. Gracchus C. ad leg. Iul. de adulter.*

12 Noto sexto, quod agens hoc interdicto duo principaliter ex supradictis probare tenetur. Et Primò possessionem ex parte sui ipsius. Secundo turbationem ex parte Rei conuenti. Tertium vero requisitum, quod non vi, clam, aut præcario possidebat rem à Reo, præsumitur, ideo si Reus de hoc excipere voluerit, ipse probare tenetur, cum regulariter Reus in exceptione sit Actor *l. 1. ff. de except.* Fab. *ubi sup. n. 25.*

Vnde in Romana Curia, in qua interdictum retinendæ possessionis, vt diximus, appellatur mandatum de manutenendo, non conceditur, nisi Actor probauerit, se possedisse rem, in cuius possessione de præsenti manuteneri petit, cum manutentio, seu retentio non datur, nisi possidenti, *vt probatur in d. l. 1. in princ. & in §. huius autem & l. pen. §. creditores ff. vti possidet. & d. §. retinendæ Instit. de interdict.* Roland. *cons. 16. numer. 22. & seq. l. 2.* Couarr. *practicar. quæst. cap. 17. num. 3.* Rot. *decis. 56. num. 1. & 408. nu. 1. p. 2. & decis. 8. num. 9. & 29. n. 1. p. 5. & decis. 192 nu. 2. & seqq. p. 6. & decis. 49. nu. 1. et seqq. p. 7. recent.* Seraphin. *decis. 147. n. 1. et seqq.* Burat. *decis. 378. n. 4.* Duran. *decis. 308. num. 5.* Caualer. *decis. 71. n. 4.* Gregor. *decis. 459. n. 1.* Coccin. *decis. 14. n. 1. et seqq. decis. 99. num. 1. 125. num. 1. 150. nu. 2. 261. num. 1. 286. num. 1.* & alibi

Debet secundo qui obtinere voluerit hoc interdictum, seu manutentionem possessionis, probare, & docere de possessione tempore litis contestatæ *d. §. retinendæ vers. sed interdicto et d. §. hodie Instit. de interdict. d. l. 1. §. hoc interdictum. ff. vti possidet. et d. l. unic. ff. utrobi* Bart. *in l. 1. §. fin. nu. 2. ff. vti possid.* Couarr. *ubi sup.* Rot. *in Lacen. Sacristiæ 27. Iunij 1597. coram D.* Peregrino *impress. apud Postium de manuten. decis. 388.* Ead. Rot. *decis. 11. p. 2. diuers. et decis. 512. num. 1. par. 1. et decis. 271. num. 1. par. 2. et decis. 150. nu. 1. p. 3. & decis. 106. nu. 2. par. 4. & decis. 171. nu. 1. pa. 7. recent.* Caualer. *decis. 242. nu. 1. 359. nu. 1. & 565. nu. 1.* vbi dicit hoc esse tritum in Rota sufficit tamen ad effectum habendi manutentionem, possessio paulo ante litem motam. Rot. *in Ciuitatis Castelli Bonorum 8. Nouembris 1589. coram Eminent. Card. Pamphilio impress. apud Marchesan. de commission. part. 1. pag. 969. secund. nou. impress.* Coccin. *decis. 110. num. 5.* alias denegaretur illi manutentio, vt tradunt Bart. *in d. leg. 1. §. fin. num. 14. ff. vti possid.* Alex. *cons. 92. num. 4. vers. quod non. lib. 1.* Coccin. *decis. 52. nu. 4.* Burat. *decis. 145. nu. 2. & decis. 220. & 292. nu. 1. & 451. nu. 1. & 506. nu. 1. & 614. nu. 3.* Rot. *decis. 63. nu. 1. p. 1. & decis. 762. num. 1. p. 3. & decis. 249. n. 1. p. 4. recent.* Quomodo autem probetur possessio, diximus in superioribus, Quomodo vero turbatio notatum est paulisper. *nu. preced. versic. Tertiò requiritur.* ibi. *Turbari autem.*

23 Probationes ad effectum obtinendi interdictum retinendæ, seù mandatum de manutenendo, sufficiunt leuiores. Couarruu. *d. cap. 17. nu. 4.* Castrens. *cons. 3. nu. 3. vers. quarto lib. 1.*

latè

latè Menoch. *de retinend. remed. vlt. q. 8. nu. 34.* Seraphin. *decis.* 1114. n. 1. Duran. *decis.* 81. *n.* 4. Caualer. *decis.* 75. *n.* 4. Verall. *decis.* 382. *p.* 2. Coccin. *decis.* 31. *n.* 4. Rot. *decis.* 81. *n.* 1. *p.* 1. *&* *decis.* 375. *n.* 2. *p.* 4. *l.* 3. *diuers. & dec.* 327. *n.* 2. *p.* 2. *& decis.* 564. *n.* 4. *p.* 3. *& decis.* 383. *n.* 3. *p.* 4. *& decis.* 05. *n.* 3. *p.* 3. *& decis.* 156. *nu.* 2. *p.* 6. *et decis.* 12. *n.* 5. *p.* 7. *rec.*

Vnde ad obtinendam manutentionem sufficit semiplena probatio in summario iud. cn Menoch. *d. remed. vlt. n.* 34. Bero. *cons.* 43. *n.* 47. *l.* 3. Buratt. *decis.* 22. *n.* 5. *decis.* 361. *n.* 2. 572. *nu.* 7. *et* 691. *n.* 3. vbi dicit, quod Rota passim admittit talem probationem in huiusmodi iudicio summario. Rot. *decis.* 158. *n.* 1. *p.* 3. *recent.* dummodo tales probationes sint concludentes in suo genere. Soccin. *cons.* 58. *n.* 8. *l.* 4. Ferentill. ad Buratt. *decis.* 371. *num.* 13.

14 Noto septimò, quod ad plura datur hoc interdictum. Et Primò ad effectum, vt Reus desistat a turbatione, & vi turbatiua de præsenti *d. l.* 1. *ff. vti possidetis*, ibi. *quominus ita possideatis, vim fieri veto.* Secundò datur, vt Reus desistat à turbatione etiam in futurum non enim sufficit, si desistat de præsenti, nisi caueat de non turbando in futurum, cum semper animum mutare possit. *arg. l. harum et l. eos. ff. si seruit. vindicet. et l. pen. ff. de aqu. quotid. et æstiu.* Quæ cautio fieri debet, vel cum fideiussoribus, vel pignoribus, vel multa indicta. Bart. *in l. si prius num.* 3. *ff. de noui. oper. nunciat.* Et esse debet perpetua, si ius agentis est perpetuum, vel ad tempus, si eius ius sit ad tempus. Bart. *in p. l.* 1. *§ hoc interdictum num.* 9. *ff. vti possid.* Tertiò datur ad effectum, vt Reus præstet prædictam cautionem de non molestando in futurum. DD. *in d. l. vnic. C. vti possid.* Bart. *in d. § hoc interdictum.* Quartò datur ad effectum, vt Reus soluat Actori interesse præteritæ turbationis, quanti scilicet Actoris interest possessionem quietam non habuisse. *d. l. si duo §. fin. ff. vti possid.*

15 Noto octauò, quod libellus in hoc interdicto concipiendus est magna cum diligentia, secundum Bart. *in d. l.* 1. *§. hoc interdictum. ff. eod. tit.* alias libellans sibi præiudicium pararet ex inepta facti narratione, quia libellus est similis Syllogismo Dialecticorum, qui constat maiori, & minori propositione, & conclusione, quæ necessariò oritur ex dictis propositionibus; Vnde libellus constat narratione facti, medio concludendi, & conclusione, vt aduertit Bart. *in l. si prius num.* 19. *ff. de noui. oper. nunciat.* Ideo actor in libello narrare debet primò, se de præsenti possidere, vel quasi possidere rem immobilem, corporalem, vel incorporalem, in qua turbatur, & inquietatur à Reo. Nec est necesse exprimere qualitatem possessionis, an sit ciuilis, vel naturalis vel ciuilis, & naturalis simul Bart. *in d. l.* 1. *§. hoc interdictum.* Faber. *in d. § retinendæ num.* 22. Dummodo in progressu causæ exprimat, nisi Reus petat declarari quia tunc specificare debet, vt resoluere possit, an cedere, vel contendere expediat *iuxta text. in l.* 1. *ff. de edend. et Authent. offeratur C. de lit. contestation.* Secundò narrare debet Actor, se à Reo in sua possessione, vel quasi turbari. *d. l.* 1. *ff. vti possid.* Tertiò, quia ex his duobus demanat medium concludendi, exprimere debet modum, & qualitatem turbationis, præsertim si ex eis aduersarij dolus arguitur. Innoc. *in pracic. ca. licet causam de probat.* Bart. *in d. l.* 1. *§ hoc interdictum*, vbi assignat narrationem diuersitatis, quare modus turbationis exprimendus sit, & nõ qualitas possessionis. Et Io. Faber. *in d. §. retinendæ num.* 81, ait factum prudenter narrandum esse, ne ex ipsius narrantis verbis videatur compulsus, vel expulsus à possessione, quia tunc non daretur ei hoc interdictum ad retinendam possessionem, *l. si rerum ff. de vi, et vi armat.* sed interdictum vnde vi ad recuperandam possessionem, de quo in sequenti intersectione. An autẽ tempus præcisum probationis, puta dies mensis & anni exprimendum sit, vide Bart. *in d. l.* 1. *§. hoc interdictum, ff. vti possid.* vbi negatiuè concludit, maximè quando non præsumitur de dolo aduersarij, secus tamẽ si dolus argueretur, puta quod dolo turbasset, nam tali casu exprimendum esset tempus. Quartò concludere debet plenè libellum Actor, qui tota vis libelli, ex qua victoria causæ procedit in conclusione consistit, secundum Innoc. *in cap. super litteris rescript.* & Iason *in §. omnium numer.* 128. *Instit. de action.* vbi dicunt, attendendum esse in libello, non tantum quid narretur, sed potius quid concludatur. Ideo concludendo petere debet Actor, vt Reus ad prædicta quatuor condemnatur, nempe vt cesset à turbatione præsenti, vt non turbet in futurum, vt caueat de non turbando in futurũ, & tãdẽ vt restituat ablata, dãna, & interesse, iuxta superius tradita.

16 Noto nonò, quod sicut libellus in hoc interdicto diuersis modis, secũdum casuum diuersitates formari debet, vt tradit Specular. *in lib.* 4. *de caus. possession. et proprietat. §.* 1. *num.* 6. *cum seqq.* vbi plures cumulat; sic sententia diuersimodè concipienda, & formanda est, secundum factorum, & casuum diuersitatem, vt rectè, docent Gloss. *in d. l. vnica verb. prohibebit. C. vti possidetis, et in cap. licet causam supra cit. verb. vti possidetis*, & ibi Canonistæ *de probationib.* Bart. *in d. l. si duo certo prædio, ff. vti possid.* Ioan. Faber. *in d. §. retinendæ num.* 28. & ibid. Io. de Platea *n.* 11. *& seq.* cum sententia, vt aliàs supra dictum est, regulariter esse debet conformis libellis, *l. fin. C. de fideicommiss. libert.*

Hinc fit, quod Gloss. & DD. *in prælicatis locis* plures casus constituunt ad hoc vt Iudex sententiam iustam, & validam ferre possit. Quorum primus est, quando Actor in libello petiit cõtra Reum, vt desisteret a turbatione, & in iudicio probauit se possidere, sed Reus nõ contendit se quoque possessionẽ rei habere, & tali casu Iudex condemnare debet Reũ ad prædicta quatuor, de quibus *in præcedenti numero* dictum est.

Secundus casus est, quando Actor, & Reus eodem tempore contendunt de possessione, & quilibet dicit se possidere; & tũc si alter eorum probauit suam possessionem, Iudex condemnare debet Alium, qui benè non probauit etiam ad prædicta quatuor. Abb. *in d. c. licet causam. num.* 36. *de probat.* Salicet. *in d. l. vnic. C. vti possid.*

Tertius est, quando vterque probauit de possessione, sed diuersis rationibus, & iuribus; vt si vnus probauit de possessione naturali, alter de ciuili; & tunc Iudex secundum Bartol. *in d. l. si duo. ff. possit.* vtrumque condemnare, & vtrumque absoluere debet, sed sub diuersis motiuis, & ex diuersis respectibus distinguendo qualitates & formas diuersæ possessionis, iuxta cuiusque probationes. Abb. *in d. c. licet. n.* 37. & Cyn. *in d. l. vnic.* vbi latè.

Quartus est, quando vterque probationes æquales fecit super possessione, & sub eodem Iure, et specie possidendi: sed alter probauit de antiquiori possessione, et tunc Iudex condemnabit possessorem de recenti, et obtinebit possessor antiquior, *arg. d. c. licet causam* et tradit Imò *in cons.* 110. *vol.* 1.

Quintus est, quando Actor, et Reus æquales probationes fecerunt, sed neuter probauit de antiquiori possessione, imò quilibet de pari tempore, et tunc is obtinebit, cuius testes magis verisimilia deposuerunt, si verò testes vtriusque æquè verisimilia dixerint, obtinebit ille, qui testes honestiores produxit: quòd si testes in pari honestate repertiantur, obtinere debet qui testes produxit numero plures, *vt in c. in nostra de testibus. & ob l. curmen. §. fin. ff. de testib.* [illegible]

Sextus est, quando testes sunt pares numero, et qualitate, et quilibet probat de pari, et simili possessione eiusdem temporis, sed tamen vnus probat de possessione, et titulo simul, alter verò de possessione tantum, et tunc primus obtinebit, quia eius possessio fortior, est cum sit iustificata titulo *d. ca. licet causam de prob.* vbi Abb. et Alii. latè Lanfranc. *in repet. cubr. decretal. de caus. possess. & propriet. §. nunc, est transeundum. n.* 27. vbi aduertit Aduocatos, et Procuratores, vt sint valde cauti in probationibus faciendis tam pro Actore, quam pro Reo conuento hoc interdicto, nam in positionibus, et Articulis ponere debent, et probationes facere, non solum super possessione simpliciter, sed etiam super dominio, et titulo. Neq; Aduersarius opponere potest, quod tales articuli impertinentes fuerint, quia agitur iudicio possessorio, non petitorio; Nam respondetur, quod in hoc casu, cum in paritate probationum is obtineat, qui a fortia Iura probauit, vt supra vidimus de eo, qui probauit possessionem, et titulum simul; ideo vt fortiora Iura expetiatur, melius faciet, si etiam dominium probauerit; nam euenire poterit, quod pars aduersa probauerit possessionem, et titulum, et alter probãdo vtrumque, et insuper dominium, ille obtinebit. Quamobrem quando casus occurret, ne dedignentur causidici adire Speculatorem *in dict. l.* 4. *de caus. possess. & propr. §.* 1. vbi diuersas formas positionum, et Articulorum ponit, secundum diuersitatem casuum.

Septimus est, quando vterque æqualiter probauit de possessione eiusdem temporis, item de æquali titulo, pari numero, et dignitate testium, et de omnibus aliis circunstantiis; adeo vt probationes in omnib. et per omnia æquales reperiantur; et tali casu magna est difficultas, quomodo Iudex procedere debeat; nam in hoc articulo quatuor inueniuntur opiniones.

Qua-

Quarum Prima est quorundam DD ex antiquioribus, qui dicunt, quod Iudex sententiam ferre teneatur simpliciter: vti possidetis, ita possidea is; sed hæc opinio non placet Gloss. *in d. l. vnica. verb. prohibet. C. vti possidet, & in d. cap. licet. verb. vti possidetis. de probat*, & ibi DD. communiter; quia tunc sententia non esset certa, neque per se, neque per relationem ad aliud contra dispositionem. *l. hac sententia. C. de sentent. qua sine cert. quantitat. profer. & §. curare Instit. de action.* neque per eam imponeretur finis controuersiæ, & partes ad nouas rixas, & ad arma venirent contra mentem *l. æquissimum ff. de vsufr.*

Secunda opinio est, quod Iudex in tali casu supersedere debet, & possessionem interim sequestrare, vt sic partes componantur inter se, vel per communes amicos, sed neq; hæc opinio subsistere potest, quia vel numquam tali sequestro tædio affecti concordarent, vel potius venirent ad arma:

Tertia opinio est, quod hoc casu lis per Iudicem sorte dirimenda sit. *arg. l. sed cum ambo. ff. de iudic. & l. si duobus in princ. C. communia de legatis*, Sed neque hæc opinio placet. Bartolo, & cæteris Doctoribus communiter *in d. l. si duo. ff. vti possid.* nisi partes in hoc simul conuenirent, vt sic sententia proferretur, quod facere possent. *per l. si conuenerit. ff. de re iudic.* Et ratio est, quia cum quæstio quis sit possessor, sit quid facti, & iudicium sortis locum non habeat in facto incerto *l. duo sunt Titij. ff. de testament. tutel.* Sed tantum in dubio Iuris. *d. l. sed cum ambo ff. de iudic.* ideo non esset recta sententia, ob diuersitatem rationis.

Quarta opinio est, quod Iudex tali casu paritatis probationum super possessione adiudicare debeat possessionem vtrique parti pro medietate. ita Gloss. *in d. c. licet causam. de prob. & ibid.* Abb. *numer 37. circ. med.* & Bart. *in d. l. si duo in princ. ff. vti possid.*

E[illegible] sta est communis ferè omnium DD. qu[illegible] opinio ratione quæ valde m[illegible] h[illegible] ret, [illegible] dum duobus separatim [illegible] non potest, iudicio [illegible] lega[illegible] m, ad effectum vt quilibet d[illegible] mediam ill[illegible] dum legatæ habeat, *vt habetur in l. communem. ff. de legat.*

Octauus c[illegible] est quando neuter probauit de possessione, & non bene constat quis eorum possideat: & tunc Iudex sententiam proferre non debet, neque pro, neque contra. Sed possessionem, sequestrari curet, vna cum fructibus, donec causa plenè discussa fuerit in iudicio ordinario Petitorij: inhibendo interim ambabus partibus, ne ad possessionem accedant, & veniant ad arma: *iuxta d. l. æquissimum. in princ. ff. de vsufruct.* de quo vid. Innocen. *in c. in præsentia de probat.* & Bald. *in l. vnic. C. de prohibit. sequestr. pecun.*

Ex dictis infertur, quod Iudex sententia nimis maturè ferrè debet, & non præcipitanter, ac sine consilio Doctorum, qui sint ipso peritiores, & magis versati, cum ex iniustis sententiis damna ferè irreparabilia partibus oriantur, de quibus strictissimè iusto Iudici omnipotenti Deo rationem reddere debet, sed quia nequit in alio sæculo illa reparare, restitutionem partibus læsis faciendo, condignas pœnas in æternis cruciatibus luet, & sine fine duraturas exoluet.

17 Sunt & alia quam plura remedia retinendæ possessionis. sed prædicta duo tantum sunt, vt dictum est, principaliora Nam datur interdictum *de aqua quotidiana, & æstiua*, quod competit pro retinenda possessione ductus aquæ; *de quo in l. 1. & tot. tit. ff. de aqu. quotid. & æstiu.* Item interdictum de fonte, quod competit pro retinenda possessione aquæ haustus è Fonte; *de quo in l. vnic. ff. de fonte.* Item interdictum *de Riuis* pro retinenda possessione, vel quasi iuris purgandi Riuos, & aquæ ex eis ducendæ: *de quo in l. 1. & tot. tit. ff. de Riuis.* Item interdictum. *Ne vis fiat ei*, quod competit pro retentione possessionis comparatæ per immissionem ex primo decreto, & rei seruandæ gratia, de quo *in l. 1. & tot. tit. ff. ne vis fiat ei.* Item interdictum *de superficiebus*, quod competit pro retinenda possessione, vel quasi vtendi superficie domus, vel fundi, *de quo in l. 1. & tot. tit. ff. de superficieb.* Item interdictum *de itinere, actuque priuato*, quod datur pro retinenda possessione, vel quasi itineris actus, & viæ, de quo *in lib. 1. & tot. tit. ff. de itiner. actuq. priu.*

18 Noto vltimò, quod in hoc iudicio possessorio retinendæ, & sic manutentionis non admittuntur exceptiones altiorem requirentes indaginem, sed remittuntur ad petitorium. *l. f. C. quor. bonor.* Couar. *practic. qq. d. c. 17. num. 5.* Buratt. *decis. 194. n. 7.* Caualer. *dec. 150. n. 3.* Duran. *decis. 435 n. 8.* Rot. *decis. 614. n. 5. d. 1. & 413. n. 12. p. 5. & 214. n. 11. p. 7. recent.*

Neq; admittitur appellatio a mandato de manutenendo in summarissimo possessorio retinendę, tam de Iure Canonico, quam Ciuili. *c. fin. §. de possessione etiam 2. quæst 6. l. 1. C. si de momentan. possession* & ibi Contard. *limit. 3. nu. 48.* Menoch. *de retinend. remed. vlt. q. 17. n. 48.* Scacc. *de appellat qu. 17 limit. 6. membr. 2. n. 1.* Duran. *d. c. 221 nu. 6.* Benintend. *decis. 79. nu. 6.* Caualer. *decis. 88. n. 2.* Seraphin *decis. 1295. n. 5.* & Rot. *decis. 287. n. 7. p. 2. & dec. 83. n. 1. p. 7 recent.* & Alij cummulati *sup. Intersf. 17. n. 15.* Quod tamen intelligendum est quoad effectum suspensiuum non deuolutiuum, nam quoad hunc bene datur appellatio *d. cap. fin. & d. l. 1* & ibi d. Contard *d. limit. 3. num. 49.* Benintend. *d. decis. 79. n. 6.* Rot. *d. decis. 287. n. p. 2. & d decis. 84. num. 1. p. 7. recent.*

INTERSECATIO XXI.

De Remedijs, seu Interdictis recuperandæ possessionis.

SVMMARIVM.

1 *Remedia recuperandæ possessionis plura.*
2 *Spoliato, & per vim expulso dantur dicta remedia.*
3 *Spolians d[illegible] conueniri potest, ciuiliter, & criminaliter.*
4 *Recuperatio possessionis describitur.*
5 *Spolium quid sit, & quotuplex demonstratur.*
6 *Recuperandæ remedia plura.*
Interdictū vnde vi pro quibus rebus detur & quæ requirantur, ad hoc vt detur.
7 *Violentia personæ requiritur.*
Alia requisita, ad hoc vt competat hoc interdictum recuperandæ, quæ?
8 *Condictio triticaria pro quo, & quando competat.*
9 *Condictio incerti cui, & pro quibus detur.*
10 *Condictio indebiti, quando detur.*
11 *Actio in factum cui competat.*
12 *Officium Iudicis cui, & contra quem detur.*
13 *Remedium* l. si me, & Titium ff. si cert. petat *quando competat.*
14 *Condictio ex* l. si coloni. C. de agric. & censit. *cui, & contra quem detur.*
15 *Condictio ex* l. authoritatem. C. vnde vi *cui detur.*
16 *Condictio ex* l. si quis conductionis. C. locat. *cui, & contra quem competat.*
17 *Condictio ex* l. meminerint. C vnde vi. *cui, & quando detur.*
18 *Remedium* l. Inuasor. C. vnde vi, *cui, et contra quem detur.*
19 *Condictio ex* l. si quis in tantam. C. vnde. vi *quando competat.*
20 *Condictio ex* l. conductores. C. locati, *cui, & contra quem detur.*
21 *Condictio ex* l. cum à te ff. de vi, & vi arm. *contra quem.*
22 *Condictio ex* l. fin. C. vnde vi. *cui competat.*
23 *Condictio ex* l fin. C. de acquir. poss. *quando detur.*
24 *Condictio ex* l. fin. C de prætor. pignor. *quando?*
25 *Condictio ex* l. 1. C. si per vim, vel alio modo *contra quem competat.*
26 *Remedium ex* edicto Diui Marci *quando detur.*
27 *Actio quod metus causa quando competat; & quando actio de dolo.*
28 *Condictio ex* cap. sæpè de restit. spoliat. *quando, & contra quem detur.*
29 *Remedium.* cap. frequens de restit. Spoliat in sexto, *quomodo, & contra quos detur.*
30 *Remedium.* c. reintegranda. 3. q. 1. *cui, & contra quos detur.*
31 *Remedium trium Capitulorum Regni Neapolis,* Omnis Prædatio; Ad Regale fastigium; *&* Finis præcepti charitas, *quibus competat.*
32 *Spolium, vt detur, quæ requirantur probanda.*
33 *Extrema duo in spolio, quomodo probari debeant.*
34 *Primum extremum decem modis probatur.*
35 *Possessio spoliantis quomodo probetur.*
36 *Spolium antiquum quomodo probandum.*
37 *Spolium in Beneficialib. probatur cum tertio extremo.*

38 *Spo-*

Forma Libelli.

In Curia N. comparet N. de N. & dicit se possedisse supra quadraginta annos pacificè & quietè titulo hereditario quendam fundum vulgò dictum N situm in loco N. iuxta bona N. N. & alios fines, cum autem comparens ipse prædictũ fundum sic pacificè possedisset, nihilominus Sempronius de Sempronijs die decimaquinta mensis N. currentis anni armata manu, ac vi ipsum expulit, ac deiecit ex possessione prædicti fundi; & de facto, ac violenter possessione sua priuauit & spoliauit; Auferendo etiam ex domo dicti fundi bona quædam videlicet N. N. & N. & alia quædam ab Aliis direpta, & ablata fuerunt in ipso violento tumultu. Verum quia comparens ipse pluries rogauit prædictum Sempronium, vt possessionem prædicti fundi, vna cum omnibus bonis violenter ablatis illi restitueret, quod facere recusauit, prout ad præsens recusat & cum spoliatus ante omnia restitui debeat: Ideo recurrit ad ipsam Curiam N. per quam petit prædictum Sempronium cogi, & compelli iuris, & facti remedijs opportunis ad dimittendam, relaxandam, ac restituendam ipsi comparenti possessionem dicti fundi, vna cum omnibus bonis mobilib. & se mouentibus sic violenter ablatis, seu sua culpa amissis, aut saltem eorum æstimatione, vt Iuris est. Nec non petit & instat sibi restitui omnes fructus malè, & iniustè vsque modo perceptos, expensas, damna, & interesse passa, & patienda, occasione præsentis litis. *Super quibus* omnib. &c. *Deducens*, omne, &c. *Non se astringens*, &c. *Et ita*, &c. *omni* modo, &c.

Forma Sententiæ.

In Dei, &c. *Nos*, &c. *In causa*, &c. *De & super* Reintegratione dicti N. de N. Actoris ad possessionem vnius fundi vulgo dicti N. siti in loco N. iuxta bona N. &c. & alios fines, si qui &c. Rebusque aliis, &c. *Christi* nomine, &c. *Dicimus*, &c. dictum, N. de N. reintegrandum fore & esse, prout reintegramus ad realem, actualem, & corporalem possessionem dicti fundi, eiusque Iurium, & pertinentiarum quarumcumque; amoto exinde dicto Sempronio de Sempronijs detentore, & quodcunque mandatum de reintegrando desuper necessarium, & opportunũ decernendũ fore, & esse, prout decernimus, & relaxamus, *& ita* dicimus, &c. non solum vt supra, sed omni alio meliori modo, &c.

Item pari nostra sententia dicimus, pronunciamus, et declaramus dictum Sempronium Rei conuentum condemnandum fore, et esse, prout condemnamus ad restitutionem fructuum ex dicto fundo perceptorum à die spolii, et in posterum percipiendorum vsque ad diem effectualis reintegrationis dicti N. de N. ad possessionem eiusdem fundi. *Victumq;* Victori in expensis condemnamus; quorum quidem fructuum, et expensarum taxationem & liquidationem Nobis, vel cui de iure imposterum reseruamus. *Et ita*, &c. *sed omni*, &c.

Ista condemnatio ad fructus, & expensas in Iudiciis possessoriis, melius est, si fiat per caput separatum, vt supra, & non in eadem forma sententiæ, ad euitandam dilationem, quæ oriri posset ex appellatione, quæ licet non detur, quoad effectum suspensiuum in possessoriis, tamen si condemnatio fieret simul, esset disputabile, ob mixturam petitorii.

Potest etiam ferri sententia sub alia forma, condemnando Reum conuentum, vt infra, videlicet,

In Dei, *&c.* Dicimus, *&c. Et condemnamus Sempronium Reum conuentum ad restituendum N. de N. Actori possessionem fundi N. siti in loco N. prope bona N. &c.*

Et si spolians bona abstulit ex fundo, condemnandus est etiam ad restituendum bona ex fundo ablata, quamuis non principaliter, sed secundariò, quia regulariter hoc remedium datur solùm pro rebus immobilibus, cum pro rebus mobilibus vi ereptis detur actio vi bonorum raptorum. Quod si Actor expulsus fuerit ex quasi possessione alicuius seruitutis fundo inhærentis, adhuc remedio recuperandæ iuuari potest secundario & tunc condemnatur spolians etiam ad restituendum in futurum, vt dictum est supra *interse. 9.* infrascripto, vel simili modo, videlicet,

Et condemnamus Sempronium Reum conuentum ad restituendum N. de N. Actori quasi possessionem aquæ ducendæ per fundum, N. &c. scil. *vtendi & fruendi tale quid, &c. & ad desistendum in futurum, atque ad cauendum de amplius non expellendo, &c.* Et Victum *Victori, &c.* Mandamusque, *&c.* Et ita, *&c. omni* modo, &c.

ANNOTATIONES.

---

1 Noto primò quod frequentissimè accidit in iudicio intentari Remedia, seù interdicta recuperandæ possessionis, quæ competunt spoliato contra spoliatorem possessione rei immobilis per vim expulsiuam, sicut enim pro adipiscenda possessione dantur remedia possessoria adipiscendæ; & pro retentione possessionis contra vim turbatiuam dãtur remedia, seù interdicta retinendæ, de quibus supra; Sic contra vim expulsiuam dantur remedia, seù interdicta recuperandæ possessionis, quæ quidem plura sunt, sed præcipuum est illud, quod dicitur interdictum. *Vnde vi*; de quo habetur *in tot. ff. de vi & vi armat, & in tit. C. Vnde vi, & in §. recuperandæ. Instit. de interdict.* & de eo, ac de alijs remediis recuperandæ possessionis agunt plenissimè Menoch. *in tract. de recuperand. possess. remed. 1. & seqq.* de origine, & effectu ipsorum Ponian. *de spolio, lib. 1.* Speculat. *de restit. spoliat. l. 4. §. 1. num. 11. et seqq.* Gabriel. *eodem tit. de restit. spol.* Plot. *in l. si quando n. 63 et seqq. C. vnde vi.* Card. Tusch. *practic. conclus. litt. S. concl. 384. per tot.* Marant. *in spec. aur. p. 4. dist. 7. n. 22. et seqq.* Pax Iordan. *Elucubrat diuers. tom. 2. lib. 14. tit. 12. per tot.* Ridolphin. *in Prax p. 2 c. 14* & Alii apud illos.

2 Datur autem ei, qui ex fundo, vel ædibus, aut ex alia re Immobili expulsus est, non solum prædictum interdictum *vnde vi.* verum etiam remedium *leges si quis in tantam. C. vnde vi, & l. si coloni, C. de agricol. et censit. lib. 11.* Nec non *c. reintegranda. 3. q. 1.* et alia tùm ex æquitate Iuris Canonici, tùm Ciuilis; quæ maximè oderunt violentias, et rapinas, qua de causa pluribus modis subueniunt spoliatis, et vim passis, tam via criminali, quam ciuili: Et tam per modum agendi, quam excipiendi, *vt habetur in cap. cum dilectus. 2. et cap. super spoliatione de ordin. cognition. l. 1. in princ. vers. in quis autem ff. de vi, et vi arm et d. §. recuperando, cum §. seq Inst. de interd.*

3 Vnde noto secundò, quod ille, qui spoliauit aliquem sua possessione, eijciendo, et expellendo illum per vim, conueniri potest criminaliter, et ciuiliter. Criminaliter quidem, quia exercendo vim, Reipublicæ tranquillitatem turbat, et subuertit, ac sic delictum committit. *vt in dicta l. 1. in princip. ff. de vi et arm. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi public. l. fin. C. quando actio ciuilis criminal. praeiudic. et §. sed ex constitutionibus: Instit. de interdict.* Ciuiliter vero ad interesse partis læsæ, nam ex omni delicto, tam publico, quam priuato duplex oritur iudicium; ciuile, et criminale *l. fin.* et ibi Bart. *ff. de priuat. delict. l. fin. ff. de furt. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publican. et vectigal.* In ciuili agitur ad reficiendum damnum parti læsæ, et sic ad commodum priuatum: In criminali verò ad commodum publicum, et sic ad pœnam delicti exoluendam. Gloss. *in d. l.*

licitatio

batatio. §. quod illicitè; & in l. 3. verb. contum, ff. de sepulcr. viol. Vnde cum ad diuersos fines tendant, vnum iudicium alteri nō præiudicat *l. interdum. §. qui furem*, & ibi Bart. *ff. de furt.* Secus si ad eundem finem intentaretur vtrumq; iudicium, vt in actione iniuriarum, quæ criminaliter, & ciuiliter intentatur ad vindictam; *§ in summa Instit. de iniurijs*, vbi Gloss. & DD. *l. prætor. edixit. ff. de iniurijs*, quia non debet quis pro vno delicto bis puniri principaliter eodem modo *l. pen. ff. naut. caupon. & stabul. l. 1.* & ibi DD. *quand. ciuil. act. crimin. præiud.* vid. Innoc. *in c. sæpè de rest. spoliat.* Dec. *cons. 57 post princ.* Bart. *in l. 2. §. 1. ff. de vi bonor. raptor.* vid. Gloss. Dyn. & DD. *in cap. nullus plurib. de regul. iuris in sexto*, & Peregrin. *decis. Patauin. 97. n. 7.*

4 Noto tertiò, quod remedium recuperandæ, seù recuperatio possessionis, nihil aliud est, quam noua consecutio possessionis rei immobilis semel habitæ, sed amissæ, *d. l. 1. de vi, & vi arm. dict. l. 1. C. vnde vi. & d. § recuperandæ. Inst. de interd.* Et ille, qui prius possidebat, sed posteà ex possessione fuit expulsus, dicitur spoliatus; Ille verò, qui expulit, & deiecit, dicitur spolians *d. l. 1. §. deijcitur. ff. de vi, & vi arm.* vbi DD. communiter tradunt, quod spoliatus, qui hoc remedio vtitur ad possessionem rei recuperandam, spolio agere dicitur.

5 Spolium autem secundum Menoch. *vbi de recuper in prælud. num. 3.* describi potest, quod sit rei immobilis violentia ablatio: Vel quod sit à possessione rei immobilis violenta, & iniuriosa deiectio. Quod duplex est: aliud violentum, & aliud non violentum, seù simplex, vt censuit Rot. *decis 187. n. 13. p. 7. recent.* Butatr. *decis. 642. n. 4 & 678. n. 6.* Duran. *decis. 272. num. 2.* Violentia vero alia est publica, alia priuata: publica, de qua *in tit. ff. de leg. Iul. de vi public.* fit cum armis. *d. §. sed ex constitutionibus. Instit. de interd.* Priuata verò, de qua *in tit. ff ad l. Iul. de vi priuat.* fit sine armis. *d. §. sed ex constitutionibus,*

6 Noto quartò, quod plura competunt remedia spoliato pro recuperanda possessione, quorum Primum, ac præcipuum, vt dictum est, appellatur *Interdictum vnde vi*, Quod adhoc, vt detur, Plura requiruntur. Et Primò, quod res, pro quibus datur sunt immobiles. *d. l. 1. §. generaliter, & §. illud. ff. de vi, & vi armat. & d. §. recuperandæ.* nam pro rebus mobilibus datur actio vi bonorum raptorum, *vt in d. §. illud.* Sed hoc intelligendum est principaliter, nam accessoriè datur etiam pro mobilibus, quæ erant in fundo, seù prædio, ex quo quis expulsus fuit. *d. l. 1. in princ. & §. si fundus. ff. de vi, & vi armat. l. vindicatio. ff. de reiuindic. l si quando. C. vnde vi.* de quo Menoch. *de recuper. remed. 1. q. 2. nu. 39. & seqq* vbi *num. 45.* ait, quod datur etiam pro iuribus incorporalibus, & annuis præstationibus, & idem tenent Bald. *cons. 425. vol. 3.* & Marant. *ubi sup. d. p. 4. dist. 7. num. 30. per text. in l. 3. §. in id, quod. vers. unde vi, ff. de vi, & vi arm.*

7 *Secundò* requiritur, quod violentia effectiuè sit illata personæ pro re, & sic quod quis violenter expellatur de possessione. *l. 2. §. 1 et 2 ff. de vi et vi, arm.* Alexan. *cons. 94. column. 5.* Marant. *d. n. 30.* Affl. *decis. 85.*

Tertio requiritur, quod intentetur intra annum vtilem, quo elapso nō datur, nisi ad illud, quod ad expulsorem, seù deiectorem peruenerit. *l. vi pulsos C. unde vi*, & ibi DD. *dict. l. 1. in princ. et §. annus* & ibi Gloss. *ff. de vi, et vi armat. et d. §. recuperandæ.* Menoch. *dict. remed. 1. q. ultim* Excipiendo tamen tempus est perpetuum. Gloss. *in d. l. vi pulsos* Menoch. *ubi sup nu. 154* Marant. *ibid. num. 32.* quia temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum. *l. pure § fin. ff. de dol. except.* Felin. *in c. si autem n. 6. de rescr.* Papiens. *in Pract. form. exequut. sentent. diffinit. §. 1. num. 20.* vbi *nu. seqq.* limitat.

Quartò requiritur, quod deiectus seù expulsus possideat tempore spolij *d. l. 1. §. interdictum autem. ff. de vi, et vi armat. cap. consultationibus, de offic. delegat.* Marant. *ubi sup. n. 33.*

Quintò, quod in libello exprimatur locus, & tempus expulsionis, seù spolij, sicut in qualibet criminali actione. *l. prætor. edixit. in princ. ff. de iniur.* Bart. *in d. l. 1. §. sive autem, et §. restituendi. ff. de vi, et vi arm.* latè Menoch. *loc. cit. d. remed. 1. q. 40.* Marant. *ib. n. 34.* Afflict. *decis. 250.*

Sextò requiritur, quod intentetur contra eum, qui verè spoliauit, aut spoliare mandauit, aut ratum habuit, & non contra tertium possessorem, *l. 1. §. deiecisse, et l. 3. §. cum procurator. ff. de vi, et vi arm. c. cum ad sedem*, & ibi Gloss. *verb. interdictum, de restit. spoliat. c. nouum.* vbi Gloss. *in verb. continentem 2. qu. 1.* Alex. *cons. 94. vol. 5.* Bart. *in l. aut facta §. nonnumquam. numer. 10. ff. de pœnis* Iason. *consil. 139. col. 2. lib. 4.* Paris. *cons. 21. num. 32. lib. 4.* Marant. *ubi sup. n. 36.* Afflict. *dec. 376. n. 3.* Spolium autem procuratore alicuius factum, vel ab alio eius nomine non repellit spoliantem ab agendo, nisi ratificatum à principali fuerit, & omnes qualitates, ac circumstantias sciuerit. Greg. *decis. 336. n. 10. & seqq.*

Septimò requiritur, quod agens hoc interdicto, seù remedio spolij, rem non possideat, quia nulli alij datur, nisi ei, qui tempore deiectionis possidebat, cum alias spoliatus dici non possit. *d. l. 1. §. non alij autem. ff. de vi, & vi arm.* Menoch. *ubi sup.* Marant. *ib. n. 37.* Quod procedit, siuè possidebat ciuiliter & naturaliter, siuè ciuiliter tantum, vel naturaliter *d. l. 1. §. deijcitur.* Item siuè iustè, siue iniustè. *l. sed si vi. ff. de vi, & vi armat. & d. §. recuperandæ in fin.* siuè per se, siue per alium, puta colonum, vel seruum, *d. l. 1. §. quod seruus, & §. non alij autem.*

Octauò requiritur, quod tempore spolij, verè possideat, non autem fictè, id est sine titulo. Vnde si detinuerit simpliciter, alia competerent remedia Bar. *in l. & ideo § Neratius. ff. de condict. furtiu.* Menoch. *de recuper. remed. 3. nu. 1. & 2.* Marant. *ubi sup. n. 39.*

8 Secundum remedium recuperandæ possessionis appellatur *condictio Triticaria*, quæ datur ad recuperandam possessionem ab eo, qui per vim, furtum, aut alium vitiosum titulum illam occupauit, *l. 2 ff. de condiction. triticar.* Et sic in omnibus similibus casibus locum habet hoc remedium nisi quando pecunia numerata est *l. 1. ff. de cond. trit.* & ibi DD. Bart. Alex. & Alb. *in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. possess.* Menoch. *d. rem. 3. num. 1. & 2.* Marant. *d. p. 4. dist. 7. num. 39.* Ad hoc autem, vt hoc remedium detur, requiritur, quod res ad occupantem cum vitio perueniat. Menoch. *ubi proximè nu. 5. Secundò*, quod illo agens verè possederit, non autem detinuerit. Bart. *in d. §. Neratius.* Menoch. *d. rem. 3. n. 1. & 2.* hodie vero hoc remedium est antiquatum, & parum practicatur: vt idem Menoch. *ib. in fin.* aduertit.

9 Tertium remedium dicitur *incerti condictio* quæ competit ei, qui non est dominus rei, cuius possessionem recuperare prætendit, vt si quis retinens apud se pignus debitoris, illud ad alium peruenerit. *d. l. & ideo § Neratius* & ibi Bart. *ff. de condict. furtiu. & in l. neque nobis*, vbi etiam Alex. *ff. de acqu. poss.* Marant. *d. dist. 7. n. 40.*

10 Quartum est *condictio indebiti*, quæ datur, quando quis in debite soluit, transferendo in alium rem; cuius ipse non erat dominus, sed tantum possessor, ratione crediti, nam tali casu condicit tantum possessionem, non proprietatem, quam transferre non poterat. *l. indebiti §. sed si nummi. ff de condiction indebit.* Menoch. *de recuper. remed. 2.* vbi late. Marant. *loc. cit. n. 41.* Adhoc autem, vt hoc remedium detur, necesse est, vt inter dantem, & recipientem aliquid gestum, vel conuentum sit, & quod indebitè rem alienam soluerit talis condicens. Menoch. *ubi sup. remed. 2.* vbi *q. ult.* ait, quod si res indebitè tradita consumata fuerit, aut alio modo perierit, adhuc condictio datur contra recipientem, quatenus factus sit locupletior in consumptione, si verò non fuit effectus ditior in consumptione, vel si perierit, non fuit in culpa non daretur condictio cum neque in petitione hæreditatis, & in aliis, quando res perit sine culpa possessoris, ille non teneatur. *l. sed & si lege §. consuluit, & l. verum ff. de petit. hæredit. & l. si ex legat. ff. de verbor. oblig.*

11 Quintum remedium dicitur *actio in factum*, quæ datur ei, qui non est dominus, neque possessor, sed solum detentor, prout est commodatarius, depositarius, custos, & similes. Isti enim repetere possunt per hanc actionem rerum, sibi ablatarum detentationem. Bart. *in l. fin. §. sed cum in secunda C. de furt.* Marant. *loc. cit. numero 42.* Pax Iordan. *ibidem numero 23.*

12 Sextum remedium est officium Iudicis, quod similiter datur solum detentori, vt supra: Iste enim per Iudicis officium reintegratur in suo statu. *l. officium. ff. de rei vindic. l. non tantum ff. de petit. hæredit.* & ibi Bart. Gloss. & idem Bart. *in l. Aquileius. ff. de donation. & in d. l. quæ nobis. ff de acquir. poss.* Papiens. *in Pract. for. libell. in causa spol. §. 1. num. 8. & 9* vbi ait quod hoc remedium officij Iudicis procedit a pari cum illo *c. reintegranda 3. q. 1.* Ridolp. *ubi sub n. 46.*

13 Septimum procedit ex benignitate, seù *æquitate l. si. Me. & Titium. ff. si cer. petat.* quæ datur quando res alicuius peruenit ad alium titulo lucratiuo, quia tunc æquitas suadet, vt res illius ad eum reddatur. Bart. *in l. si colon. C. de agricol. & consil. lib. 1.*

11. Menoc. *d. remed.* 3. Matant *loc. cit. n.* 84. Adhoc autem vt detur tale remedium, necesse est, vt interueniat æquitas, vt supra. nam si res peruenerit ad alium titulo oneroso, vel si non sit illius, vel si aliud detur remedium, vel si culpa in traditione rei interuenerit, non competet hoc remedium, quia cessaret æquitas. Menoch. *ib.* vbi concordantes adducit.

14 Octauum remedium est condictio *ex l. si coloni C. de agricol. & cens. lib.* 11. quæ datur ei, bona fide possidebat, & sine iusta causa possessionem amisit, contra eum, qui rem tenet cum vitio. Vnde colligitur, quod vt detur, tria concurrere debent duo ex parte Actoris, hoc est bona fides ipsius, & quod sine iusta causa à possessione ceciderit. Et tertium ex parte Rei conuenti, hoc est, quod res ad eum peruenerit cum vitio, vt ex text. *d. l. si colonus colligitur*, & ibi notat. Bart. *& in d. l. rem quæ nobis*. vbi etiam Alex. Matant. *d. dist. 7. n.* 45. vbi Alios adducit. latè de hoc remedio possessorio recuperandæ agit Men. *d. tract. de recuper. remed.* 10. *per 17. quæstiones*. Et ante dicta remedia præter primum, dantur indistinctè tam pro re immobili, quam pro mobili. Matant. *nu.* 38.

15 Nonum remedium dicitur condictio. *ex l. nullus autem C. vnde vi.* quæ competit ei, qui spoliatur per vim sua possessione contra spoliatorem, qui post spolium impetrauit rescriptum à Principe pro iustificando sibi dicta possessione violenta. nam non obstante rescripto tenetur prius restituere possessionem Bar. *in d. l. nullus*. vbi ampliat etiam ad occupantem.

16 Decimum dicitur condictio *ex l. si quis conductionis, C. locati*, quæ datur locatori petenti rem conductam sibi restitui finito tempore locationis, contra conductorem, qui restituere non vult rem conductam, sub prætextu dominii illius rei nam tunc per condictionem. *ex dicta l. si quis conductionis*, debet ante omnia rem conductam locatori restituere, & postea in petitorio prosequatur super proprietate. Alex. *in l. si alienam ff. solut. matrim.* vbi plenè *& in l. si aliquam core fin. ff. de acqu. poss.* & Bart. *in l. commodare ff. commodat.* Matan. *d. p. 4. dist. 7. nu.* 49. vbi limitant, quando locatio fuisset nulla, vel quando de dominio notoriè excipi potest.

17 Vndecimum dicitur condictio ex *l. meminerint C. vnde vi*, quæ competit, quando quis virtute rescripti impetrati, vel sententiæ ad sui fauorem latæ alienam possessionem occupat propria authoritate, nam tunc cadit a Iure suo, si quod habebat, & possessionem restituere tenetur. Menoch. *de recup. rem.* 8. *per tot.* vbi late Matant. *loc. cit. n.* 48.

18 Duodecimum remedium possessorium prouenit ex *l. inuasor. C. vnde vi*, quod datur domino rei, contra illam occupantem bona fide, & sine dolo, dum eius possessio erat vacans, de quo remedio nouiter introducto late agit Menoch. *ibid. remed. 7. per tot.* Matant. *n.* 50. & Alii apud illos, vbi dicunt esse speciale in hoc, quod detur non possidenti tempore inuasionis. Quod si inuasio fuerit cum dolo, non competeret istud, sed remedium *l. fin. C. vnde vi*, vt aduertit Bart. *in d. l. inuasor. circ. fin.*

19 Decimum tertium dicitur condictio ex *l. si quis in tantum C. vnde vi* quæ competit, quando aliquis possessionem penes alium existentem propria authoritate violenter ingreditur, nam tunc cadit a Iure suo, etiam si erat dominus, & possessionem restituere tenetur, si vero non erat dominus, restituit possessionem cum æstimatione ipsius rei. Menoch. *ibid. remed. 9. vbi latissimè per. 52. quæstiones*, difficultates resoluit. Matant. *d. dist. num.* 52. vbi ait, quod in Regno Neapolitano *per const.* incipit *Violentias* soluitur solum. medietas æstimationes rei, non tota æstimatio.

20 Decimumquartum remedium est condictio ex *l. conductores C. locati, & l. n ...re C. vnde vi*, quæ competit contra conductorem, vel præcarium, possidentem rem alieno nomine, nam si tales conuenti ad restituendam rem, restituere recusauerint sub aliquo prætextu litis vsque ad sententiam diffinitiuam, tenentur virtute dictarum legum, non solum ad restitutionem, verum etiam ad æstimationem illius Menoch. *de recuper. remed.* 11. *per* 10. *quæstiones*, plene materiam examinans. Differt autem hoc remedium à decimo præfato ex condictione *l. si quis conductionis. C. locati.* in hoc, quòd vltra restitutionem rei, Actor consequitur etiam illius æstimationem.

21 Decimumquintum remedium est *condictio ex l. cum à te ff. de vi, & vi armat.* quæ competit contra spoliantem, quamuis non possideat, quia forte; & ipse fuit ab alio spoliatus. Hæc tamen lex fuit per Ius Canonicum correcta *in c. sæpè de rest. spol.* vt mox dicemus, teste Ripa *ib. n.* 38. Men. *de recup. rem.* 16 *n.* 2. Et in Regno Neapolitano est correcta *per const.* incip. *circa violent.* in quib Iuribus cauetur, quod spoliatus agere potest contra quemlibet tertium possessorem ad rem restituendam.

22 Decimumsextum est *condictio ex l. fin. C. vnde vi.* quæ competit contra eum, qui dolosè occupauit possessionem rei alienæ vacantem, quia ex tali occupatione res affecta est, quasi violenta, & sic vitiosa. Bart *in ead. l. fin.* & infra 30. annos tantum datur *vt in fi. d. l. habetur*. tam pro re immobili, quam mobili. Bart. *ib.* Alex. *in dict. l. rem, quæ nobis ff. de acqu. poss.* Menoch. *remed. 13. de recuper. vbi 16. quæstiones ponit*. Matant. *d. dist. 7. n.* 54. Differt autem *à condictione l. inuasor. C. vnde vi*, de qua in remedio 12. dictum est, nam illa locum habet in occupante sine dolo, hæc vero cum dolo.

23 Decimumseptimum remedium est *condictio ex l. fin. C. de acqu. possess.* quæ competit domino rei hypothecatæ contra tertium possessorem, in quem fuit res alienata ab eo, qui alieno nomine possidebat, & possessionem interuertit, nam dominus possessionem a tertio possessore reuocare potest condictione dictæ legis finalis prout v. gr. si Titius possideat rem nomine Semproni per constitutum, & præcarium, per quod transfertur possessio in creditorem, *iuxta l. quod meo, & l. interdictum ff. de acqu. poss.* & postea alienauerit rem in alium, dicitur interuertere possessionem, & sic Sempronius agere potest hoc remedio ad recuperandam possessionem illius rei contra tertium in quem fuerat alienata, nec requiritur excussio principalis antequam agatur contra tertium; propter præcarium Alex. Ruman. Imol. & Alii *in l. ex controuersia. ff. de acquir. poss.* Matant. *vbi sup. nu.* 59 Hoc remedium *l. fin.* in Regno Neapolitano translatum fuit in aliud, quod dicitur *Assistentia*. de qua habetur in Regia Pragmatica incip. *Assistentiam*, & nos alia occasione in superioribus diximus

24 Decimum octauum est condictio ex *l. fin. C. prætor. pignor.* quæ competit creditori ad possessionem Prætorii pignoris recuperandam, siuè culpa, sua, siuè non siuè casu fortuito emissa fuerit.

25 Decimumnonum remedium est condictio ex *l. 1. C. si per vim, vel alio modo*, quæ competit contra occupantem possessionem, etiam post lapsum temporis ad recuperandam possessionem concessi.

26 Vigesimum remedium dicitur. *Edictum Diui Marci* quod peruenit *in l. extat ff. quod met. caus.* & istud datur debitori contra creditorem, qui pecuniam sibi obligatam propria authoritate percepit, nam tali casu pecuniam, seù rem restituere tenetur, & actionem amittit.

27 Vigesimumprimum remedium est *actio quod metus causa*, quæ competit, quando quis per metum fuit spoliatus, etiam si agatur contra successorem, qui malam fidem non habeat. *l. si cum exceptio §. 2. ff. quod met. caus.* Angel *consil.* 116. *in princ. & consil.* 157. *vol. 1. in fin. vers vnde veritas*. Vbi etiam enumerat actionem de dolo, quæ competit, quando per dolum esset causatum spolium.

28 Vigesimum secundum remedium est condictio *ex cap. sæpè de restit. spoliat.* quæ competit spoliato contra eum, qui scienter à violento spoliate rem accepit, & sic datur contra quemcumque tertium possessorem, quamuis ipse non spoliauerit, dummodo obtinuerit rem à spoliatore, sciens ipsam esse vitiosam. Abb. *in eod. cap. sæpè vol 4. vers. nunc quæro* latè Menoch. *de recuper. remed. vlt. per. 19. quæstiones signanter qu.* 2. Matant. *loc. cit. nu.* 15. Lanfranc. *in rubr. de caus. possess. & prop. col. 2. concl.* 2. Ridolph *par. 2. c. 14. num.* 71. Est autem notandum hic, quod magna inter Doctores est altercatio, quare emanauerit, *dictum cap. sæpè*, Quidam enim asserunt, quod cum sufficiens, imò vberius sit, remedium *c. redintegranda 3. quæst. 1.* de quo infrà, & istud prodierit quinquagiota annis post *d. cap. redintegranda*, vt post Menoch. *vbi sup. remed. 15. num* 6. aduertit Pax Iordan. *loc. cit. num.* 38. non videtur necessarium remedium *d. c. sæpè* ita Host. Goffr. & Alii apud Papiens. *in Pract. form. libell. in caus. spoliata poss. §. 1. nu.* 8. Alii verò sustinent fuisse omninò necessarium istud *l. ap. sæpè* quia prouidet in casu suo pro particulari, scilicet scientiæ malæ fidei, necnon quia corrigit *l. cum à te ff de vi. arm.* ita Bart *in l. rem quæ nobis*. vbi Al. n. 10. & Rip. *num* 20. & Alii *ff. de acq. poss.* Inn. *in c. cum ad sedem de rest. spol.* Men. *d. remed.* 15. *à nu. 6. cum seq.* Et istorum sentent. est communior alia.

29 Vigesimumtertium remedium prouenit *ex cap. frequens de restitution. spoliat. in 6.* per quod subuenitur spoliatori contra

tra spoliantem diuerso modo, nimirum Titius violenter spoliauit Caium possessione sui fundi, vel alterius rei; posteà conuenit eundem Caium in Iudicio super alia re, vel ciuiliter, vel criminaliter: Titius opponere potest exceptionem spolij, & petere, vt ipse Caius non audiatur, nisi restituta prius possessione fundi, vel rei ablatæ. Quo casu practicatū est, vt assignetur terminus 55. dictum spoliato ad probandum spolium, & interim supersedetur in causa. Probato spolio, nisi spolians restituat, non proceditur vlterius in causa per ipsum intentata. Quod intelligendum est, si ipse spoliauerit, nam si sit tertius possessor, & agatur ciuiliter, hęc exceptio spolij non procedit, si verò criminaliter, ei obstabit exceptio, quamuis non sit principalis, sed tertius possessor dummodo spolium fuerit de omnibus bonis, vel de eorum maiori parte *vt habetur in tex. dictis cap. frequens*, & notatur per Gemin. *ibid. col. 3. & in l. fin. de ord. cogn.* Abbat. *in cap. litteras col. final. de restit. spol. & in cap. dolentes de ord. cognit.* Iason. & Alii *in l. si ex bonis C. de iur. dot.* Marant. *dict. dist. 7. n. 56. et 57.* Menochius de isto remedio nihil dixit, quia remedia 17. tantum cumulauit, & de eis latissimè egit *in trac. recuper. poss.*

30 Vigesimumquartum remedium ex condictio ex celebri, & quotidiano *cap. reintegranda 3. qu. 1.* quod datur ei, qui siuè iusta causa cecedit à possessione rei, quæ ad alium peruenit siuè bona, siuè mala fide, siuè scienter, siuè ignoranter siuè cum vitio, siue sine illo, siue cum titulo, siue abique titulò, siue res sit immobilis, siue mobilis. Abb. *in cap. cum ad sedem col. 10. in princ. de rest. spol.* Innoc. *in cap. querelam de elect.* Alex. *cons. 94. col. fin.* Menoch. latissime, & fusius, quam de aliis remediis *in tractat. recuper. remed. 15. per tot.* Marant. *vbi sup. numer. 58.* Et Alii apud Illos. Vnde patet, quod istud remedium est omnibus aliis vtilius, plenius, ac magis generale, & cum quouis alio possessorio remedio recuperandæ concurrit, vt aduertunt Alex. Abb. Menoch. Marant. *loc. præcit.* Ridolphin. *ibid. num. 70.* & hac ratione Lanfranc. *in rubric. de cons. possession. col. 3. in 3. conclus.* dat consilium, ac cautelam libellantibus in possessorio recuperandæ, vt in fine libelli deducant condictionem ex isto *cap. reintegranda*, & fusissime Gabr. *de rest. spol. concl. 5. per tot.* vbi ampliat hoc remedium 15 modis, & multis aliis limitat, explicando materiam per 17. tres conclusiones. Et datur generaliter pro rebus Ecclesiæ, Laicorum, & quorumcumque aliorum pro quibuscumque bonis, etiam pro rebus se mouentibus, etiam contra quemcumque tertium possessorem, vt de communi testatur Lanfranc. in addit. ad Alex. *in l. rem quæ nobis col. 5. ff. de acqu. poss.* Menoch. *d. remed. 15. qu. 3. nu. 13. & l. 3. à n. 67. vsque ad 95.* vbi aduertit non esse audiendum Bart. *in l. fin. §. sed cum in secundo ff. de acquir. poss.* & Alios sequaces asserentes hoc remedium non competere contra titulo possidentem, cum communis, & receptior sententia sit in contrarium.

31 Duo alia remedia possessoria recuperandæ practicantur in Regno Neapolitano, quæ Regnicolis, & aliis in illis Tribunalibus versantibus non erunt fortassis iniucunda si hoc loco referantur, quæ ponit etiam Mar. *vbi sup. n. pen. & vlt.* Quorum Primum est illud, quod prouenit ex constitutione Regni, quæ incipit, *circa Violentiam*, per quam est introductum, vt si ille qui spoliauit, vel deiecit, aliquem a possessione rei, de qua spoliauit, vel deiecit, ceciderit est in arbitrio spoliati, seù expulsi agere contra ipsum deiectorem aut eius hæredem ad interesse, etiam quod non possideat, vel agere contra tertium possessorem pro illius recuperatione, quamuis per plures manus translata sit, siue possessor fuerit in bona fide, siue in mala. Vnde per istam constitutionem videtur correcta præcitata *lex cum à te ff. de vi, & vi arm.* per quam prohibetur dari remedium possessorium contra singularem successorem, & similiter correctus videtur *text. in cap. sæpè de rest. spol.* per quo datur possessorium contra singularem possessorem malæ fidei tantum, & non bonæ fidei. Vnde videtur similia ista constitutio remedio, *cap. reintegranda 3. qu. 1.* vt aduertit Marant. *vbi sup. numer. 81. in fin.*

Aliud verò remedium, quod similiter locum habet in eodem Regno, est illud, quod competit ex dispositione trium capitulorum Regni, nimirum ex illo, quod incipit, *omnis prædatio*, aliud quod incipit. *Ad regale fastigium*, & aliud, quod incipit. *Finis præcepti charitas*, per quæ introductum est, quod quando aliquis Clericus, vel persona Ecclesiastica priuat Laicum sua possessione. Laicus adire potest Iudicem Secularem, & implorare eius officium pro defensione, & restitutione possessionis per viam extraiudicialem. Qui Iudex citationem facit per edictum, vt quicumque sua putauerit interesse, infrà talem terminum compareat visurus iuramenta testium, & allegaturus quidquid dicere, & allegare voluerit, quare ille spoliatus restitui non debeat, & sic informatione capta de iuribus spoliati summariè, & per viam extraiudicialem: si postea apparuerit bonum ius spoliati, pronunciat qualiter fuit indebite spoliatus, & illum restituit in sua pristina possessione, vt habetur. *in dict. constitutione*. Neque dici potest, quod Clericus trahitur ad forum Sæculare indirectè contra Iura Canonica, & Pontificias constitutiones. Nam respondetur, quod quando citantur omnes per edictum si sua putauerint interesse, Clericus comparendo, efficitur Actor, qui sequitur forum Rei, & non comparet vt Reus, & sic sua comparitio est voluntaria, non necessaria, iuxta tradita per Bal. *in l. testamenta omnia*, vbi Alex. *in fin.* & Castr. *C. de testam.* Afflict. *dec. 2. & 24.* Luc. de Pen. *in l. si coloni col. antepen. & pen. C. de agricol. & censit. lib. 11* vbi plenè tractant materiam dictorum trium capitolorum. Idem Marant. *loc. cit. n. vlt.* Quomodo autem eludi possit præfata cautela citationis per edictum, vide Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. numer. 226. & seqq.*

32 Noto quintò, quod ad hoc, vt remedia possessoria recuperandæ proficua sint, quando intentatur spolium, duo extrema regulariter probanda sunt, quorum primum est antiquior spoliati possessio. Secundum verò est recẽtior possessio spoliantis. *cap. cum ad sedem*, & ibi Abb. *n. 17 de restit. spoliat.* Menoch. *de recuper. in prælud. num. 21. & d. remed. 15. q. 31. à num. 483. cum plurib. seqq.* Salust. Tiber. *in Prax. lib. 2. cap. 10. num. 1.* Afflict. *1. decis. 317. num. 2.* Mantic. *decis. 26. num. 1.* Seraphin. *decis. 1055. nu. 2.* Duran. *decis. 7. num. 1. & 6. & decis. 89. nu. 1. et 208. num. 1. p. 2. et decis. 251. num. 4. p. 6. et decis. 113. num. 5. et seqq. et decis. 163. num. 3. et 186. num. 1. et 191. num. 1. et 294. num. 1. p. 7. recent.* Antiquior tamen possessio dicitur, si probetur per spoliatum, quod possidebat tempore, quo fuit spoliatus. Abb. *vbi supra*. Bart. *in l. siuè possideres. num 6. C. de probat.* Salust. Tiber. *loc. præcit. n. 2.* vbi de communi, *et cap. 8. num. 13.* Mantic. *decis. 181 nu. 2.* Rot. *decis. 729. nu. 1. p. 2. recentior.* Probatis autem supradictis duobus extremis, quia remanet probatum spolium re ipsa. *l. si colon. C. de agricol. et censit. lib. 11.* Bald. *in l. 3. n. 15. C. si à non compet. Iudic.* Alex. *cons. 6. n. 6. l. 3.* & Afflict. *vbi supra* sine difficultate practicatur in Rota Romana, vt concedatur reintegratio possessionis, vt testatur Mantic. *decis. 194. n. 1.* Rot. *decis. 189. n. 1. p. 1. et decis. 58. n. 1. p. 4. et 213. nu. 9. p. 7. rec.* Gregor. *decis. 485. n. 2.* Buratt. *decis. 736. nu. 4.* Duran. *decis. 255. num. 1.*

33 Probatur autem dicta duo extrema pluribus modis, sed diuersimodè; nam primum extremum, hoc est antiquior possessio spoliati plenam, & concludentem requirit probationem, & ita censuit Rot. *decis. 165. n. 5. p. 2. diuers.* vbi de communi, & *decis. 139. num. 4. p. 6. et decis. 187. num. 9. p. 7. recentior.* Beltramin. *ad Gregor. decis. 423. litt. A.* vbi alias decisiones cumulat. Seraphin. *decis. 31. num. 1.* Buratt. *decis. 136. num. 19.* & ibi Ferentill. *n. 34.* Secundum verò extremum, hoc est recentior spoliantis possessio leuiores admittit probationes. Rot. *decis. 8. de rest. spol. in nou. et decis. 113 num. 7. et 229. num. 5. p. 7. recent.* Gregor. *decis. 105. n. 2.* Duc. *decis. 7. n. 2. et decis. 37. n. 3.*

34 Primum igitur extremum probatur decem modis. Et *Primo* per instrumentum adeptæ possessionis, dum possessio vacans exhibebat. Salust. Tiber *in prax. d. l. 2. cap. 10. nu. 3.* Coccin. *decis. 418 n. 1.* Cæs. de Gras. *decis. 42. n. 1. de rest. spoliat.* Rot. *decis. 117. n. 1. par 1. recent.* *Secundò* per instrumentum venditioniscum clausula constituti, & precarij. Dur. *decis. 89. num. 1.* Rot. *decis. 251. n 2. p. 6. recent.* *Tertiò* probatur per testes deponentes de actibus possessorijs. Seraph. *decis. 1200. nu. 1.* Dur *decis. 17. nu. 2.* Rot. *decis. 186. n. 3. par. 7. recent.* *Quartò* per confessionem partis. Dec. *cons. 125. nu. 3. vers. de possessione*. Dur. *decis. 113. n. 1.* Rot. *decis. 19. de rest. spoliat. de nou. et decis. 229. n. 2. p. 7. recent.* *Quintò* per confessionem expressam emanatam in commissione, *iuxta l. cum precum C. de liber. caus.* Necnon per tacitam emanatam ex illius productione coram Iudice, *iuxta cap. cum olim de cens.* Gregor. *decis. 116. num. 2.* *Sextò* probatur per executionem & adiudicationem bonorum, de quibus fuit quis spoliatus. Duran. *decis. 37. n. 1. et d. decis. 113. nu. 1.* *Septimò* per mandatum subhastationis, & deliberationis factæ contra spoliatum Rot. *decis. 229. nu. 1. p. 7. recent.* *Octauo* probatur per relationem Nuncijs, seù Cursoris, aut alterius Curiæ ministri,

qui credendum est in dubijs. *l. fin.* & ibi Castr. *nu. 6. vers. in dubio*, & Dec. 17. *C. de edict. Diu. Adr. toll.* Menoch. *de adipisc. cond. remed.* 4. *num.* 324. *vers. ceterum est casus*, Buratt. *decis.* 364. *numer.* 1. *Nono* per locationem factam à spoliato spolianti Greg. *d. decis.* 516. *num.* 3. siuè per instrumentum, siuè per priuatam scripturam, vel per solutionem affictus; *iuxta tradita in l. quamuis. §. si conductor. ff. de acquir. possess.* Bart. *in l. qui vniuersas §. quod per colonum num.* 1. *ff. eod. tit.* Seraphin. *d. decis.* 1200. *num.* 1. Caualer. *decis.* 7. *num.* 1. *Decimò* probatur per actum executionis alicuius mandati, & apprensionis possessionis vigore illius nomine spoliantis; vel per instrumentum recognitionis erga spoliantem factæ. Vel per alias legitimas probationes. Greg. *decis.* 105. *num.* 1.

35 Secundum verò extremum, idest recentior spoliantis possessio probatur etiam pluribus modis. Et *Primo* per instrumentum adeptæ possessionis. Gregor. *decis.* 500. *nu.* 3. *Secundo* per Testes; vel per alias scripturas, vel alias probationes, de quibus Duran. *d. decis.* 113. *nu.* 2. *Tertiò* per commissionem. Duran. *decis.* 89. *num.* 2. *Quartò* per confessionem spoliantis. Cæsar de Graff. *d. decis.* 42. *nu.* 2. *de restit. spol. Quintò* per litis sustentationem, cum alijs adminiculis Salust. Tiber. *d. cap.* 10. *nu.* 5. Coccin. *decis.* 312. *num.* 1. Verall. *decis.* 363. *part.* 2. Gregor. *decis.* 105. *nu.* 3. & 209. *nu.* 1. & 262. *nu.* 3. & 484. *nu.* 1. Bur. *decis.* 453. *n.* 1. Rot. *decis.* 113. *nu.* 7. & 191. *nu.* 9. & 229. *nu.* 4. *p.* 7. *recent. Sextò* etiam ex sola litis sustentatione sine adminiculis probatur aliquando secundum extremum, *l. qui se liti. ff. de petit. hæred.* & *l. si se non obtulet. ff. de re iudic.* Salust. Tiber. *vbi sup. d. cap.* 10. *nu.* . Caualer. *dec.* . *n.* 7. Verall. *loc. cit.* Rot. *decis.* 119. *n.* 5. *p.* 1. & *decis.* 251. *n.* 3. *p.* 6. *recent.*

36 Duo tamen hic notanda veniunt. Primum, quod probatio plena, & concludens, quæ regulariter requiritur in primo extremo, non procedit in spolio antiquo, in quo leuiores probationes sufficiunt, quo ad primum extremum. Put. *dec.* 74. *l.* 1 *in correct.* Seraphin. *decis.* 763. *num.* 8. Rot. *decis.* 191. *num.* 1. *par.* 7. *recent.* Et ideò etiam præsumptiuæ probationes sufficiunt Put. *decis. de restit. spol.* & *decis.* 75. *l.* 2 *in correct.* Rot. *decis.* 394. *nu.* 2. *p.* 1. & 191. *n.* 4. *p.* 7. *recent.* Necnon Testes de auditu, & de publica voce, ac fama Put. *decis.* 72. *l.* 1. Ant. August. *de vtroque extrem. nu.* 4. Ferentill. *ad Buratt. dec.* 136. *nu.* 35. Beltr. *ad Greg. dec.* 423. *litt. A.* Rot. *dec.* 142. *n.* 2. *p.* 4. *diuers.*

37 Secundum est, quod in Beneficialibus spolium probandum est, non solum per dicta duo extrema: verum etiam per titulum, saltem coloratum, ne detur vitiosus ingressus. Rot. *decis.* 2. *n.* 1. & 126. *n.* 3. *de restit. spoliat. in nou.* & *decis.* 10. *eod. tit. in antiq.* Aegid. *dec.* 49. Put. *decis.* 186. *lib.* 1. Buratt. *decis.* 33. *n.* 3. Coccin. *dec.* 312. *n.* 2. & 361. *n.* 1.

38 Idem dicendum est, quando quis spoliatus fuit iudicialiter, hoc est à Iudice, qui per sententiam nullam possessione priuauit; nam tunc tale spolium probandum est, non solum per dicta duo extrema; verum etiam, quod Iudex nulliter processerit. Abb. *in c. conquerente, n.* 8. *de restit. spoliat.* Felin. *in c. dilectus, el* 1. *nu.* 1. *vers. fallit secundo de rescript.* Rot. *decis.* 301. *nu.* 2. *p.* 4. & 406. *nu.* 1. *p.* 4. *recent.* Iudex enim quando nulliter procedit; spoliator dicitur; & sic spoliatus possessione per Iudicem nulliter procedentem restituendus est Bart. *in l. iustè possidet. ff. de acquir. poss.* Verall. *decis.* 186. *p.* 3. Rot. *decis.* 365. *n.* 1. *p.* 1. & 169. *n.* 2. *p.* 4. *recent.* Nulliter autem procedere dicitur, quando non ritè, nec rectè procedit *c. conquerente de rest. spoliat.* Boer. *decis.* 238. *nu.* 4. Caualer. *decis.* 328. *n.* 1. A fortiori dicitur spoliator, si nulliter, & iniustè simul procederet, Seraphin. *decis.* 777. *nu.* 1. Rot. *dec.* 308. *n.* 2. *p.* 3. *recent.*

39 Et ratio est, quia Iudex nulliter, vel iniustè procedens, dicitur procedere vti priuatus, non vt Iudex Card. *in Clement.* 1. *§. fin. nu.* 10. *de celebr. miss.* Rot. *decis.* 182. *nu.* 1. *p.* 3. & 278. *nu.* 23. *p.* 5. *recent.* Et vbi idest instantia partis, ipsa dicitur spoliasse, non Iudex. Caualer. *decis.* 539. *n.* 9. Ideo taliter spoliatus à Iudice, nulliter scilicet, vel iniustè procedente; est omnino ante omnia restituendus, velut si spoliatus fuisset à quolibet alio priuato. Crauet. *consil.* 124. *num.* 4. Rot. *decis.* 282. *nu.* 1. & 668. *n.* 1. *p.* 3. & 113. *num.* 10. *par.* 7. *recent.* Nullitas tamen, ad effectum, vt Iudex spoliasse dicatur, esse debet euidens, aliàs non daretur restitutio. Abb. *in cap. cum causa, num.* 4. *vers. sequitur de offic. delegat.* Caualer. *dec.* 597. *nu.* 1. Rot. *d. decis.* 668. *num.* 1. Mantic. *decis.* 44. *num.* 5. Sic quoque iniustitia debet esse clara, & notoria. *Rot. dec.* 365. *nu.* 1. & 674. *nu.* 3. *in fin. p.* 1. & 646. *nu.* 1. *p.* 2. & *decis.* 668. *n.* 1. *p.* 3. & *decis.* 55. *nu.* 8. *p.* 5. *recent.* Seraph. *decis.* 867. *nu.* 1. Caualer. *decis.* 597. *nu.* 1. Et insuper nullitas, vel iniustitia notoria deduci, & probari debet ex eisdem actis, non verò ex nouiter deductis. Felin. *in dict. c. dilectus el* 1. *n.* 1. *de rescript.* Pontan. *de spol. l.* 3. *n.* 107. Gratian. *discept. forens.* 724. *n.* 12. Mantic. *decis.* 44. *in fin.* Duran. *dec.* 454. *n.* 6.

40 Noto sextò, quod spoliatus regulariter est in primis & ante omnia restituendus, *c. nullus* 2. *qu.* 2. *c. reintegranda* 3. *qu.* 1. *c. in litteris*, & *c. conquerente de restit. spol. cap. licet Episcopus, de præbend. in* 6. *libr.* 1. *ff. de vi, & vi armat. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi publ.* & *l. si colonus. C. de agricol. & censit. libr.* 11. Gabr. *de rest. spoliat. concl.* 1. *num.* 1. & *seq.* Rot. *decis.* 85. *num.* 7. *part.* 2. & *dec.* 182. *nu.* 1. *par.* 3. *recent.* & *dec.* 356. *nu.* 4. *p.* 3. *lib.* 3. *diuers.* Mantic. *dec.* 118. *n.* 13.

Quod ampliatur etiam si spoliatus non possidebat bona fide, quia in spolio habetur solùm consideratio, an quis sine iusta causa ceciderit à possessione; non verò an possessio fuerit cum bona, vel mala fide, Gabr. *cons.* 36. *n.* 6. *l.* 1. Rot. *decis.* 244. *n.* 2. *p.* *diuers.*

Ampliatur secundò, etiam si spoliatur Prædo fuerit, *c. in litteris de restit. spol. l.* 1. *§. si prædo*, & *l. bona fides, §. incurrit ff. depositi l. colonus*, & *l. cum fundum ff. de vi, & vi armat.* Abb. *in c.* 2. *n.* 13. *de ordin. cognit.* Vel fur, qui rem, de qua spoliatur, furatus fuerit. Bart. *in l. itaque Fullo ff. de furt.* Abb. *in d. c. in litteris nu.* 8. *de restit. spoliat.* Gabr. *de rest. spol. conclus.* 1. *n.* 4. & *seqq.*

Ampliatur tertiò, etiam si quis spoliatus fuerit per Iudicem non rectè procedentem, vel iuris ordine non seruato *dict. c. conquerente de rest. spoliat. c. in insinuatione de procur. Lenemueris.* & ibi Bart. & Alij, *vnde vi* Abb. *in c. dilectus el* 1. *nu.* 4. *vers. item nota.* & ibi Felin. *n.* 1. *vers. fallit primo de rescript.* Dec. *in l. fin. nu.* 35. *vers. sed hoc dictum C. de edict. Diu. Adr. toll.* Caual. *decis.* 539. *nu.* 1. vbi Alios cumulat.

41 Quæ supra firmata conclusio limitatur pluribus modis. Et Primo, quando possessorium habet mixturam cum petitorio *lib.* 2. *§. quadam ff. de interdict.* Alex. *in l. naturaliter § nihil commune nu.* 19. *ff. de acqu. poss.* Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 146. *lim.* 22. Bur. *decis.* 146. *nu.* 1. Rot. *decis.* 768. *nu.* 11. *vers. vel saltem part.* 2. *recent. Secundò* limitatur, quando quis culpa, vel factu suo ceciderit à possessione *c. sæpè de restit. spoliat.* vbi Rip. *nu.* 27. Gabr. *de restit. spol. conclus.* 5. *num.* 34. Put. *decis.* 277. *nu.* 1. *lib.* 1. Rot. *decis.* 132. *nu.* 1. *p.* 1. *diuers.* & *decis.* 169. *num.* 6. *p.* 1. & 18. *nu.* 2. *p.* 1. & 190. *nu.* 1. *p.* 4. & 265. *nu.* 2. *p.* 4. *rec.* Etiam si metu censurarum quis à possessione ceciderit sua culpa Mantic. *decis.* 312. *num.* 1. Quod tamen non procedit quando clare non constat de facto, vel culpa sua, Rot. *decis.* 423. *num.* 2. *par.* 1. *rec.* Vel quando quis facto suo cecidit à possessione, sed sub aliqua conditione non adhuc impleta. Achill. *decis.* 10. *nu.* 1. & 4. *de rest. spol.* Buratt. *decis.* 736. *num.* 5. Rot. *decis.* 471. *n.* 1. & *seqq. p.* 1. *diuers. Tertiò* limitatur, quando notorie constat de dominio spoliantis; & de nullo iure spoliati in petitorio, quia tunc spoliatus non est restituendus, *cap. ad decimas*, vbi Gloss. *in verb. præsumitur de rest. spoliat. in* 6. quam in hoc omnes scribentes sequuntur, Gabr. *d. conclus.* 1. *n.* 58. & 84. Bur. *decis.* 848. *nu.* 12. Rot. *decis.* 200. *n.* 1. *in fin. p.* 1. *diuers.* & *decis.* 9. *nu.* 4. *p.* 2. & 126. *n.* 3. *p.* 3. *rec.*

42 Noto septimò ex supradictis, quod spolians audiri non debet, nisi ante omnia spolium purgauerit. Coccin. *decis.* 423. *n.* 4. & 496. *n.* 1. etiam si in petitorio constet de bono Iure. Idem *decis.* 398. *num.* 1. Purgari autem debet spolium, non solum per restitutionem bonorum: verum etiam per restitutionem fructuum, expensarum, damnorum, & interesse, quæ spoliatus passus fuit occasione spolij, Rip. *in d. l. naturaliter §. nihil commune n.* 50. *ff. de acqu. poss.* Crauett. *cons.* 140. *n.* 3. Ferentill. *ad Buratt. dec.* 449. *n.* 8. Verall. *dec.* 171. *n.* 1. *p.* 3. Rot. *dec.* 373. *nu.* 1. & 4. *p.* 3. *diuers. lib.* 3. Quod est adeo verum, vt nisi spoliator purgauerit spolium vsque ad minimum quadrantem in omnibus prædictis non diceretur purgasse spolium, & sic audiendus non esset. Crauett. *vbi sup.* Tiraq. *de retract. commune. §.* 4. *glos.* 6. *n.* 23. Coccin. *decis.* 311. *n.* 4. Rot. *dec.* 334. *n.* 1. *p.* 1. & *dec.* 173. *n.* 1. *p.* 3. *lib.* 3. *diuers.* & *dec.* 433. *n.* 2. *p.* 2. & 363. *n.* 4. *p.* 3. *recent.* cum alijs cumulatis per Ferentill. *ad Buratt. dec.* 436. *sub n.* 8. & *seqq.* Neque prætextu exceptionum retardari potest purgatio spolij; nisi fuerint claræ, notoriæ & concludentes, Bart. *in l. cum h. §. si debitor. n.* 4. *in fin. ff. de condict. indeb.* Gabr. *d. concl.* 1. *nu.* 45. Seraph. *dec.* 804. *nu.* 1. cum alijs per Fer. *ad Bur. adductis dec.* 848. *n.* 15.

43 Purgatum verò dicitur spoliũ, si possessio realiter translata fuerit ad spoliatum, & tunc neq; sufficeret dicta translatio possessionis, nisi reuera possessio penes spoliatum remaneat; & ita

& ita tenet Rota Romana, vt testatur Caualer. decis. 308. na. 1. vers. quoad prædia, Ferentill. d. dec. 848. n. 14. Quod si possessio restitui non potest, quia fortè res restituenda perempta est, vel aliqua ratione haberi nequit, restituendum erit iustum illius pretium, ad effectum purgandi spolium, Seraphin. dec. 1168. n. 8. Duran. dec. 7. n. 7. & 47. num. 1 Rot. in Perusian spolij 12. Iunij. 1610. §. quamcam autem eorum D. Pamphilio, postea Innocentio X. quia spoliatus restitui debet in pristinum eo meliori modo, quo fieri potest. Menoch. cons. 758 na. vlt. Duran. d. dec. 48. an. 5. Verall. dec. 171. p. 3. Vnde nisi spoliatus restituatur totaliter, etiam quoad fructus, & expensas, non diceretur purgatum spolium, ita tenet Rota Moderna, vt testatur Verall. dec. 150. n. 5. & seqq. p. 1. Buratt. dec. 356. n. 6. Coccin. dec. 371. n. 1. Seraph. dec. 1176. n. 2. vbi alias decisiones recenset, & cumulat, prout facit etiam Beltram ad Gregor. dec. 503. n. 6. Rot. dec. 269. n. 1. in fin. p. 1. recent. quamuis Rota antiqua admitteret aliquando solutionem, vel oblationem fructuum liquidorum cum deposito vnius Iulii, facta obligatione de soluendo residuum, quoad illiquidos post liquidationem, ad effectum procedendi ad vlteriora, vt traditur per Mohed. dec. 17. de rest. spol. Caualer. dec. 308. n. 2. Seraph. dec. 655. n. 2.

44 Noto octauò, quod quamuis in materia spolii, non attenta anteriori possessione alterius, semper purgandum erit vltimum spolium at in c. fin. d. ord. cognit. l. 3. §. cum igitur. l. qui possessionem, & l. cum fundum. ff. de vi, et vi armat. et l. si quis fundum. C. ad leg. Iul. de vi pub. Rot. dec. 27. in fin. de app. in nou. et 301. n. 6. p. 3. recent. Seraph. dec. 96. n. 1.

45 Hoc tamen non procedit, quando secundum spolium factum fuit incontinenti post primum, vt si quis aliquem spoliauerit, & ista statim spoliantem respoliauit nam tunc illud secundum spolium purgandum non erit, quia vim vi repellendo spoliauit spoliantem c. olim de restit. spol. l. 3. §. cum igitur et l. qui possessionem. ff. de vi, et vi armat. et l. 1. C. vnde vi. Menoch. de recuperand. poss. remed. 1. qu. 14. num. 384. Gabr. de restit. spol. d. concl. 1. lim. 30. n. 169. Fastol. de spol. caus. 1. dub. 4. n. 1. Beltram. ad Gregor. dec. 485. n. 14. in fin. Et est communis Doctorum opinio, vt testatur Abb. cons. 62. l. 2. & Lancell. de attent. p. 2. ampl. 1. n. 9. Vnde patet, quod potest quis possessionem rei suæ breuiori via recupare, si statim hoc spoliatus fuerit, spoliantem respoliauerit; & hoc erit optimum remedium, & certiùs, ac securius omnibus supra relatis. Fallit tamen hoc, quando non incontinenti spoliantē respoliaret, sed hoc faceret post recursum factum ad Iudicem, apud quem institisset pro recuperatione via iudiciali authoritate publica, quia tunc censetur renunciasse dicto beneficio recuperandi authoritate priuata, nisi reseruasset sibi talem facultatem. Et hoc procedit ex ratione ex litis pendentiæ, qua stante nihil est innouandum. Natta. cons. 410. n. 24. l. 2. Lancell. vbi sup. n. 11. aliàs esset spolium grauius primo, & sic tanquam attentatum lite pendente reuocari deberet, vt post alios, quos allegat, notat Menoc. d. remed. n. 386.

46 Secundò non procedit, quando primum spolium fuit violentum; secundum vero simplex, nam tunc primum est ante omnia purgandum. Castr. cons. 400. n. 4. vers. tertiò similiter. l. 1. Rot. d. decis. 27. in fin. de app. in noa. Beltramin. ad Greg. decis. 485. n. 14. vers. hoc non procedit. Coccin. decis. 97 num. 4. Tertiò non procedit in spolio attentato, quod est ante omnia purgandum quamuis sit primum. Rip. in d. l. naturaliter §. nihil commune na. 68. ff. de acquir. poss. Dec. cons. 200. n. 5. Coccin. vbi proximè, & decis. 130. num. 7. Rot. in Cortonen. Bonorum 19. Dec. 2486. & 7. Martij 1587. coram D. Card. Plattæ impress. apud Marchesan. de commiss. rest. in integ. par. 2. cap. 3. fol. 207. Menoch. d. rem. 1. n. 383.

47 Noto nonò, quod actio spolii ad recuperandam possessionem pluribus competit. Et Primò possidenti rem immobilem naturaliter, & ciuiliter, si ex eius possessione per vim deiectus fuit, l. 1. pracit. §. hoc interdictum, et §. deijcitur. ff. de vi, & vi armat. Secundò possidenti naturaliter tantum. l. naturaliter in princ. ff. de acqu. poss. d. §. deijcitur, & l. 3. § si autem, & §. vsu fruct, & §. item si non vsusfructus, & §. qui vsusfructus. ff. de vi & vi armat. Tertiò datur possidenti ciuiliter tantum d. l. 1. §. deijcitur. & §. sed autem corpore. ff. eod. tit. de vi, et vi arm. Imò etiam si deiectus fuisset à possessione per violentiam abusiuā, hoc est si quis clam, vel occultè fundum alterius ingrederetur, & ille suspicians posse repelli, non auderet ad suam possessionem accedere, nam tunc quia amisit possessionem. l. clam possidere §. fin. cum. l. seq. ff. de acqu. poss. Pap. in Prax. d. form. libell. in caus. spol. poss. §. 1. num. 11. in fin. competeret illi actio spolii Glos. Bart. & Alii in d. l. 1. §. sed autem sup. verb. possessione, ff. de vi et vi arm. Marant. in spec. aur. par. 4. dist. 7. numer. 31. Quartò datur hæredi, & singulari successori ipsius spoliati, quando ex persona defuncti ageret, d. l. 1. hoc interdictum in fin. ff. de vi, et vi arm. Glos. in c. cum ad sedem verb. interdictam de rest. spol. Gregor. decis. 542. n. 2. & ibi Beltramin. n. 9. Rot. decis. 917. p. 3. l. 2. diuers. et decis. 307. n. 3 p. 1. et 476. n. 2. p. 2. et 717. num. 1. p. 3. recent. Et ratio est, quia actio spolii est in rem scripta. Soccin in l. rem quæ nobis num. 10. ff. de acqu. possess. Seraph. decis. 1262. num. 1. Rot. decis. præcit. 476 num. 2. Secus ageret ex propria persona, et ipse numquam possessionem habuit. Natt. cons. 430. n. 4. Ferentill. ad Buratt. dec. 271. n. 9 vers. item declaratur. Neque competeret, si spolium commissum fuisset post mortem testatoris. Gabr. de restit. spol. conclus. 5. n. 20. Beltramin. ad Gregor. vbi supra d. n. 9. Ferentill. ad Buratt. decis. 171. n. 9.

48 Noto decimò, quod hæc actio spolii non solum datur supradictis contra spoliantem ipsum: verum etiam contra eius hæredem. d. l. 1. §. fin. l. 3. §. vlt. & l. si plures. ff. de vi, & vi armat. Menoch. de recuper. d. rem. 1. num. 157. Durao decis. 7. numer. 13. Gregor. decis. 542. n. 4. Rot. d. decis. 717. n. 1. p. 3. recent. Necnon contra singulares successores, tamquam possessores rei vitiosæ, cum, vt dictum est, sit actio in rem scripta, quæ transit cum onere vulgat. verb. non quia successores. Put. decis. 29. de rest. spol. et decis. 172. n. 1. et seqq. l. 2. in correct. Seraphin. decis. 1262. num. 2 Imò etiam contra quoscumque successores, ad quos res ipsa vitio spolii affecta peruenerit. Seraphin. vbi proximè num. 1. Etiam si iusto titulo, & bona fide possideant, vel causam habeant ab Authore non vitioso. Gabr. consil. 36. num. 3. l. 1. vbi de magis communi testatur. Marescott. variar. resol. l. 1. ca. 59. n. 10. Beltram. ad Greg. d. dec. 542. n. 12. vbi Alios cumulat, & ita seruat Rota.

49 Noto vndecimò super celebri illa quæstione, an spolii actio, & sic remedium can. reintegranda 3. quæst. 1. sit imprescriptibile, quod quamuis olim Doctores, & Rota antiqua in ea fuerint sententia, vt actio spolii imprescriptibilis esset: cum tamen tempore Eminentissimi Cardinalis Seraphini orta fuisset quæstio prædicta, ex quo quidam celebris Iure consultus in Archigymnasio Sapientiæ lector impugnauerit talem sententiam, fuit causa specialiter commissa Rotæ per Summum Pontificem, quę in abstracto, præter solitum, causam cognouit, partibus realiter non extantibus, nisi fictè, & sic recedendo ab antiquis decisionibus alias factis, fuit per Dominos de Rota conclusum, opinionem Doctorum asserentium spolii actionē præscribi spatio 30. vel 40. ann. sicut cęteræ actiones, iuxt. l. sicut. et l. omnes C. de prescr. 30. vel. 40. ann esse æquiorem, ac veriorem & dignam Sanctissimi Domini Papæ approbatione. ita Rot. apud Seraph dec. 1360. n. 3. 9. et 10. quæ est etiam impressa penes Fenzon ad statut. vrbis lib. 1. ca. 160. pag. 117. in nouiss. impress. 1665. eadem Rot. dec. 97. num 1. p. 1. et dec. 150. n. 4. p. 3. recent. Doctores autem, quos sequuta fuit Rota, sunt Gabr. de rest spol. dict. conclus. 5. num. 64. Contard. in d. l. vnic. C si de moment. possess. §. 24. limit. 2. n. 26. cum trib. Pootan. de spol. l. 3. c. 2. num 91. Decian. consil. 63. n. a l. 5. Crot. cons. 47 nu. 29. lib. 1. & Honded. cons. 82. n. 49. Hanc etiam sententiam sequutus fuit Menoch. d. tract. de recuper. poss. rem. 15. n. 418.

Quæ conclusio, et decisio Sacræ Rotæ limitatur in spoliatore violento, et doloso, nam talis etiam si per mille annos possideret, nunquam præscriberet; et sic semper ei obstaret exceptio spolii, si diuturna præscriptione se tueri voluerit, vbi de violentia constaret, cum tali casu non præscribatur actio spolii Rot. apud Seraphin. dict. decis. 1360. num. 2. et vlt. per tex. in cap. fin. de præscript. Contard. vbi sup. num. 34.

50 Quæri solet hic à Doctoribus, an in Iudicio possessorio spolij possit spoliatus simul cumulare plura remedia ex supra enunciatis, & illis permixtim agere, vel potius teneatur exprimere, quod remedium intentare voluerit.

Quidam respondent posse spoliatum generaliter, & confusè omnia remedia possessoria cumulare, & libellus, seù petitio sic generaliter intenta sufficeret, ad effectum obtinendi reintegrationem possessionis, ita Innoc. in c. sæpè de restit. spol. circ. fin. & in c. conquerente de offic. ordinar. Dec. cons. 57. col. 1. Afflict. decis. 117. in princ. Peregrin. decis. Putan. 97. numero 7. Alij verò negatiuam sententiam sequuntur, & dicunt debere spoliatum exprimere quod maluerit ex ipsis remedijs possessoriis, quia sententia lata in vno parit exceptionem rei iudicatæ in aliis,

ideo fieri non debere cumulatio, ita post Din. *in c. nullus pluribus. de regul. iur. in 6.* tenet Mussuer. *in add. ad Pract. Papiens. form. libell. in caus. spol. poss. in fine §. 1. verb. ius suum*, Papiens. vero *ibid. num. 11.* dicit consultius esse, ad euitandam omnem cauillationem exprimere conditionem ex *d. c. redintegranda 3. qu. 1.* vel ex *l. si colon. C. de agric. & cens. l. 11.* vel ex aliis legibus iure canonico, aut ex officio iudicis & non laudat, quod intentetur interdictum vnde vi, propter difficultatem probationis. Ego verò censeo, quod hodie talis altercatio Doctorum frustatoria sit, cum in libello non exprimatur expressè remedium, quod quis intentare prætendat, sed tantum petit possessionem sibi restitui, & in fine libelli apponit clausulas salutares, per quas censetur libellans exprimere remedium, vel actionem magis vtilem.

51 Hac occasione pulcriùs insurgit dubium, an cumulari possit Iudicium possessorium, & petitorium simul? Et Negatiuè respondeo, cum Iudicium possessorium in hoc sit priuilegiatum, ne cumulari possit petitorium cum possessorio. Rip. *in d. l. naturaliter §. nihil commune n. 165. ff. de acqu. r. poss.* Caual. *decis. 507. nu. 2.* Bur. *decis. 33. nu. 1. & 2.* Rot. *decis. 542. nu. 1. & decis. 690. nu. 2. par. 2. recent.*

52 Præterea quæri potest, an petens reintegrari censendus sit spoliatus? Ad quod respondeo cum Bald. *in l. 3. nu. 12. C. vti possid.* quod talis simpliciter petens reintegrari, non dicitur habuisse se pro spoliato, cum ciuilem possessionem animo retineat, & sic reintegratio petita intelligi debet, quoad naturalem possessionem, ita etiam tenet Castr. *cons. 234. nu. 1. vers. sed debemus d. verba lib. 2.* & Burat. *decis. 614. nu. 11.* Beltram. *ad Gregor. decis. 555. nu. 11.* vbi alios cumulat. Vnde si quis ita verba in sua petitione reintegrationis adaptauerit, vt haberi non possit pro spoliato, ex quo possessionem non amittit, Seraph. *decis. 1386. n. 2.* datur ei manutentio Seraphin. *decis. 1089. n. 3.* Gregor. *dec. 46. n. 9. & 307. nu. 6.* Secus si dixerit se spoliatum fuisse, quia iam fatetur se non possidere, & sic non competeret manutentio: Rot. *decis. 599. nu. 4. p. 1. recent.* Sed reintegratio per viam spolij, in quo concludere debet, se ad possessionem à qua deiectus est, reintegrari. Soccin. *in l. rem quæ nobis nu. 14. vers. secundò dubitatur. ff. de acquir. poss.* Alex. *cons. 117. num. 1. lib. 2.* Rot. *decis. 150. nu. 7. p. 1. recent.* In dubio autem præsumi non debet, quod quis habuerit se pro spoliato, ideo si pars aduersa contrarium diceret, probare deberet, Gregor. *decis. 107. nu. 10.* Ferentill. *ad Burat. decis. 342. n. 5.* cum habere se pro spoliato ab animo pendeat. *l. 3. § in amittenda. ff. de acquir. poss.* Gregor. *decis. 268. num. 6. & d. decis. 307. nu. 9.*

53 Noto duodecimò, quod etiam in hoc Iudicio possessorio spolij, quod summarium est, requiritur figura iudicij quæ consistit in porrectione libelli partis citatione, & litis contestatione, alij verò actus Iudiciarij non sunt de forma substantiali, ideo si omittantur, non vitiatur processus, aut sententia, Bart. communiter receptus *in l. prolatam C. de sent.* Peregrin. *var. iur. lib. 1. cap. consultationibus num. 28. in fine de offic. deleg.* Et ratio est, quia figura iudicij necessaria est, non solum in Iudiciis realibus & personalibus ordinariis verum etiam in iudiciis possessoriis, & summariis. *l. properandum* vbi DD. communiter *C. de iudic.* Bart. *in d. l. naturaliter §. nihil commune nu. 34. ff. de acquir. poss.* Abb. *in c. accedens il 1. nu. 20. vt lit. non contest.* Peregrin. *vbi sup. n. 30.* Quod autem figura Iudicij in Remediis possessoriis requiratur, probatur ex pluribus iuribus, pro vt in possessoriis adipiscendæ. *ex text. l. interdictis ff. de interdict. in l. fin. ff. quor. leg. & in lib. 1. ff. de Salu.* In possessoriis retinendæ probatur, *in lib. 1. §. annum. ff. de itiner. in l. 1. ff. vtrobi, & in §. hodie Instit. de interdict.* In possessionis recuperandæ probatur, *in c. consultationibus de offic. deleg. in d. c. accedens il 1. vt lit. non contest. & in l. fin. C. si per vim vel alio mod.*

54 Noto decimotertiò, quod regulariter in hoc Iudicio possessorio recuperandæ non datur appellatio ab eius sententia; Glos. *in l. vni. verb. momento C. si de moment. possession.* & ibi Bartol. *nu. 1.* & Gontard. *num. 34. in ampliat.* Scaccia *de app. qu. 17. limit. 6. membr. 6. n. 1* vbi de communi testatur. Marant. *in specul. aur. p. 6. art. 2. limit. 16. num. 194.* Salust. Tiber. *in Prax. lib. 2. cap. 8. num. 17.*

Limitatur tamen, quando sententia est nulla, vel notoriè iniusta, quia tunc datur appellatio. Put. *dec. 4. de Aegidian.* Marches. *de commiss. appell. in Saluzan p. 1. c. 2. n. 75 fol. 1001.* Coccin. *dec. 417. n. 1. & 5. & 446. n. 4.*

Limitatur secundò, quando sententia lata in hoc possessorio reintegrandæ contineret mixturam petitorij, nam tunc daretur appellatio. Pontan. *de spol. l. 4. c. 3. n. 45.* Marches. *vbi sup. n. 70.* Scaccia *de app. d. q. 17. limit. 6. memb. 6. n. 63. & seq.*

Limitatur tertiò respectu fructuum, expensarum, & interesse pro quibus datur appellatio. Et ita seruatur in Praxi, nam sententia lata super spolio statim executioni mandatur quoad possessionem, sed non quoad fructus, expensas, & interesse, iuxta doctr. Bart. *in l. creditur. §. cessus n. 4. ff. de app.* Salust. Tiber. *vbi sup.* Ast ict. *dec. 77. n. 8* vbi in fine dicit, quod [illegible] procedit, quando fructus essent pendentes tempore executionis sententiæ, nam tunc etiam in illis non datetur appellatio, quia tali casu dicuntur pars fundi. *l. fructus pendentes. ff. de rei vind.* Idem tradit Salust. Tiber. *d. n. 17.* vbi etiam inquit, quod si in causa Reus appellauerit, Iudex dare deberet Refutatorios, quoad possessionem; quoad verò ad fructus, expensas, & interesse terminus iuris.

Limitatur quartò, quando sententia lata est contra Actorem spoliatum, non contra Reum spoliantem, nam tunc Actor attento Iure communi appellare potest. Scacc. *vbi supra n. 76.* Quæ tamen limitatio locum non habet in Terris Ecclesiæ, in quibus attenditur constitutio Aegidiana, per quam prohibetur appellatio, tam Reo, quam Actori in mero Possessorio iudicio. Pontan. *vbi sup. d. c. 3. n. 55.* Scac. *d. q. 17. lim. 6. memb. 6. n. 77.* Sal. Tib. *d. c. 8. n. 22.*

Limitatur quintò, quando intentatur remedium. *d. c. redintegranda 3. q. 1.* nam in eo datur appellatio. Menoch. *de recuper. rem. 15. n. 140. & seqq.* Scacc. *loc. præcit. n. 71. & seq.* Quod non procedit in Terris Ecclesiæ per constitutionem Aegid. Contard. *in d. l. vnic. limit. 4. n. 12. C. si de momentan. possess.*

55 Vnum tamen in hac materia omittendum non esse censeo, quod scilicet Aduocati, & Procuratores non parum aduertere debent, an partes, quas defendunt, foueat bonum Ius in proprietate, quando intentant remedia possessoria, quia ista non sunt in conscientia tuta, nisi possessor bonum habeat ius in proprietate. Vnde secus faciendo, mortaliter peccarent, & restitutioni damnorum, expensarum, & interesse obnoxij remanerent, non solum partes ipsæ principales remedia prædicta intentantes; verum etiam Aduocati, Procuratores, & reliqui in causa patrocinantes, ita Guttier. *cons. 6. n. 11.* Gonz. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 15. §. 1. n. 90.* & ibid. Gomez qui citat Sarmient. & Alios quos sequitur Pax. Iordan. *d. tom. 3. elucubr. diu. l. 4. tit. 12. n. 56.*

Et hæc pauca in Iudiciis possessoriis, præsertim in amplissima spolij materia prælibasse sufficiat. Reliqua si fusiùs quis videre cupiat, Doctores adeat, qui de eo integra volumina ediderе, signanter Gabriel. *de restit. spol.* Pontan. *de spol. & Menoch. de recuper. possess.* cum nostri non sit instituti in omnibus materiis plenarios compilare tractatus; sed aliqua tantùm in Praxi frequentiùs occurrentia, ad ipsamque congruentia, vel vtilia, vel necessaria breuiter attingere, perfunctoriè obseruare, & concludenter annotare. Quæ pro istius secundæ partis nostræ Practicæ complemento, & ornatu dicta sint; Ad laudem, & gloriam Omnipotentis DEI, Sacratissimæ Virginis MARIÆ, Amen.

FINIS SECVNDAE PARTIS.

PARS TERTIA

In qua traditur methodus procedendi in causis Ciuilibus, quæ in vtroque foro, Ecclesiastico scilicet, & Sæculari in Secunda instantia per appellationis gradum actitantur; ad formam similiter Iuris communis; Necnon Municipalis Regni Neapolitani.

Cum obseruationibus Sacrorum Canonum, Legum, & Doctorum, Formulas insuper ad huiusmodi iudicium necessarias plene continens.

Iudicibus, Aduocatis, & Causidicis omnibus, etiam Laicis perutilis, ac necessaria.

SECTIO PRIMA

DE APPELLATIONE.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio est species Defensionis, ideo nulli negatur.*
2 *Appellatio, quid sit?*
3 *Appellatio, & prouocatio confundantur inter se.*
4 *Appellatio datur de minori Iudice ad maiorem gradatim.*
5 *Appellari potest ad Papam immediatè omisso medio.*
6 *Item ad legatum à latere.*
7 *Item in Regno ad Sacrum Regium Consilium, vel Magnam Curiam Vicariæ.*
8 *Non appellatur tamen omissis medijs, quando de hoc opponitur.*
9 *Declaratur conclusio in appellatione Sacri Regij Consilij.*
10 *Appellatio datur à grauamine illato, & inferendo.*
11 *Appellationis species tres.*
12 *Appellatio à Diffinitiuam fit post sententiam, aliàs est nulla.*
13 *Casus in quibus appellari potest ante sententiam, quibusdam tamen seruatis.*
14 *Post sententiam appellari potest sine expressione grauaminis à quocumque, & in omnibus causis.*
Appellatio est defensionis species, & ideo nulli neganda.
15 *Casus sexaginta sex, in quibus appellari non potest.*
16 *Appellatio ab interloquutoria tripliciter procedit.*
17 *In Curijs Ecclesiasticis, quod appellationem quod Ius attendatur.*
18 *Appellatio à comminata tortura statim ligat Iudicis manus.*
19 *In appellatione ab interloquutoria causa grauaminis iusta esse debet, alias punitur tamquam friuolè appellans.*
20 *Causa tamen grauaminis coram quo Iudice probetur.*
21 *Appellatio ab Interloquutoria fieri debet in scriptis, & cum expressione grauaminis.*
22 *Limitatur in causis summarijs.*
23 *Interloquutoria vim diffinitiuæ habens equiparatur diffinitiuæ sententiæ.*
24 *Appellatio in scriptis, Quomodo facienda.*
25 *In Interloquutoria quare causa grauaminis exprimatur.*
26 *Causa grauaminis in interloquutoria debet esse grauis.*
27 *Grauamen irreparabile, quibus in casibus dicatur irrogari in interloquutoria.*
28 *A reiectione appellationis ab interloquutoria, est iterum appellandum, alias rectè proceditur.*
29 *Appellans à certo grauamine superadit etiam ab alijs grauaminibus, & quare.*
30 *Appellatio extraiudicialis, quid operetur.*
31 *Appellatio à sententia arbitri, & arbitratoris, an detur.*
Emologata quando dicatur sententia Arbitri.
32 *Emologatio, quando locum non habet.*
33 *Iuramentum in compromisso, quid operetur.*
Iuramentum reddit contractum Ecclesiasticum.
34 *Appellatio datur de Iure Regni à sententia, seu laudo arbitri.*
35 *Ad quem appelletur à sententia arbitri.*
36 *A laudo iniquo appellari potest, non obstante pacto.*
37 *Appellatio datur ab electione, & quando.*
38 *Electio triplex est, quoad effectum, vt ab ea appellari possit.*
39 *Ab electionibus Ciuitatum appellatur ad immediatos Iudices superiores ipsarum.*
40 *Attentatorum requisita, quæ?*
41 *Conseruatoria in Regno, quæ, & an dici possint appellationes extraiudiciales.*
42 *Appellatio respectu Iudicis, quæ?*
43 *Consilij Neapolitani priuilegia plura in appellatione.*
44 *Appellatio respectu modi, quando dicatur.*
45 *Appellatio respectu personarum, & rerum quod sit.*
Nullitas sententiæ quæ sit.
46 *Sententia nulla, dicitur etiam iniusta.*
47 *Nullitas, in quo differat ab iniustitia.*
48 *Nullitas dupliciter consideratur.*
49 *Iniustitia notoria reddit sententiam nullam.*
50 *Limitatur duobus modis.*
51 *Declaratur conclusio.*
52 *Nullum simile est idem.*
53 *Nullitas triplex est insanabilis, nimirum ex defectu iurisdictionis citationis, & mandati,*
54 *Sanatur tamen defectus de consensu partium.*
55 *Limitatur autem si Iudex prorogatus, talis non sit.*
56 *Defectus citationis sanatur per comparitionem citati.*
57 *Defectus mandati sanatur Iuris præsumptionibus.*
58 *Nullitas intra quod tempus allegari possit.*
59 *Exceptiones sunt perpetuæ, & non præscribuntur.*
60 *Actus ipso iure nullus, neque præscribitur.*
61 *Neque, quando agitur de periculo Animæ.*
62 *Neque, quando aliter disponitur per statutum.*
63 *Neque, quando defectus esset ex iurisdictione, vel mandato.*
64 *Nullitas deduci potest duobus modis, & quomodo.*
65 *Nullitas, & iniustitia simul proposita, an simul expedienda per Iudicem.*
66 *Sententia nulla confirmata in appellatione, quando valida.*

67 In-

67 *Instantia nullitatis, an sit eadem cum instantia appellationis.*
68 *Instantia nullitatis est perpetua de Iure Canonico.*
69 *Tempus appellationis, quale?*
70 *Tempus decem dierum ad appellandum in quibus procedat.*
71 *Tempus prædictum currit à die scientiæ.*
72 *Neque currit legitime impedito.*
73 *Neque currit in grauamine habente tractum successiuum.*
74 *Appellatio intra decem dies interponenda, tam statim quam ex interuallo.*
75 *Tempus decem dierum, quando incipiat currere.*
76 *Appellari potest, etiam die feriata.*
77 *Tempus appellationis, an sit continuum, vel vtile?*
78 *Dies appellationis an currat cum termino decem dierum.*
79 *Tempus continuum, & vtile, quale?*
80 *Appellatio post decem dies quibus in casibus admittatur.*
81 *Appellatio alieno nomine ratificari debet infra decem dies.*
82 *Appellatio tacita per aditionem Iudicis ad quem, valet.*
83 *Appellatio interponenda est coram Iudice, non coram Notario, seù Actuario causa Requisita appellatione, quæ?*
84 *Fallit tamen in quibusdam casibus.*
85 *Appellari potest in omni loco.*
86 *Appellatio à diffinitiua, si fiat statim, sufficit viua voce, si ex interuallo, debet esse in scriptis.*
87 *Appellatio ab interlocutoria semper in scriptis facienda.*
88 *In scriptis fieri, quando dicatur appellatio.*
89 *Appellatio viua voce cum reseruatione in scriptis, an curat statim, quoad prosequendum.*
90 *Appellatio continere debet nomen appellantis, & appellati.*
91 *Apostoli petendi sunt in ipsa appellatione.*
Apostoli, quomodo petantur?
92 *Apostoli, quid sint in materia appellationis?*
93 *Apostoli prædicti, vnde dicti?*
94 *Apostoli semper peti debent in appellatione.*
95 *Apostoli dimissorij, qui.*
96 *Apostoli reuerentiales, qui.*
97 *Apostoli conuentionales, qui.*
98 *Apostoli refutatorij, qui.*
99 *Apostoli testimoniales, qui.*
100 *Terminus Iuris, quis sit?*
101 *Apostoli petendi infra terminum Iuris.*
102 *Apostoli sunt petendi & repetendi.*
103 *Terminus Iuris quando incipiat currere appellanti.*
104 *Terminus Iuris de Iure Regni Neap. est 50. dierum.*
105 *Terminus Iuris breuiari potest per Iudicem.*
106 *Apostoli, cuius expensis dandi sint.*
107 *Communis obseruantia attendenda est.*
108 *Iudex non respondens de Apostolis, puniri potest.*
109 *Tenetur enim respondere, etiam in dubio validitatis appellationis.*
110 *Iudex non respondens de Apostolis iurisdictionem amittit.*
111 *Appellatione pendente nihil est per Iudicem faciendum.*
112 *Iudex non deferens appellationi, qua pœna plectendus.*
Appellans temerè quomodo puniatur?
113 *Appellationis in scriptis forma à sententia diffinitiua &c.*
114 *Appellationis forma ab interlocutoria.*
115 *Appellationis forma à grauamine.*
116 *Terminus Iuris Decretum.*
117 *Apostolorum Reuerentialium concessionis forma.*
118 *Apostolorum Testimonialium concessionis forma.*
119 *Apostolorum Dimissoriorum forma.*
120 *Apostolorum Refutatoriorum forma.*
121 *Appellationis admissio cum clausulis quibusdam.*
122 *Practica Decretorum diuersa est pro diuersitate Curiarum.*
123 *Litterarum Refutatoriorum forma Iudicis à quo, ad iudicem ad quem.*
124 *Litterarum aliorum Apostolorum forma.*

1 IN hac Tertia parte nostræ Practicæ agemus de ordine iudiciario in gradu appellationis, nam postquam Iudex sententiam protulerit, cum semper sit contra vnam ex partibus litigantibus; Ipsa, contra quam fertur, appellare solet ad Iudicem superiorem, præsupponendo, quod fuerit grauata, adhoc vt ex illo prætenso grauamine subleuetur, quia verò regulariter appellatio omnibus est concedenda, exceptis quibusdam casibus de quibus infrà cum sit defensionis species competens oppressis contra iniustitiam, & iniquitatem Iudicis, *c. cum speciali. §. porrò de appellat.* Oldrad. *cons. 255. nu. 5. vers. præterea*, & sit remedium institutum ad præsidium innocentiæ. *cap. omnis oppressus, & cap. ideo. 2. qu. 6. cap. vt debitus, & cap. cum speciali §. porrò de appellat, & l. 1. ff eod. tit*, etiam de Iure naturali, Ioan. Andr. *in cap. fin. numero 13. de appellat. in 6.* Alex. *cons. 113. incip. Viso themate. numero 1. lib. 5.* Scaccia *in tract. d. appellat. q. 16. num. 3.* Propterea nemini est deneganda, etiam si diabolus esset in iudicio. *cap. cum inter §. porrò de except.* Parif. *cons 28. numero 11. lib. 4.* Rot. *decis. 16. numero 3. de dol. & contum. in nou.* nam teste Bald. *in l. vnic. numero 6. vers. & nota. C. si de moment. poss. fuer. appellat.* contra venenum primi Iudicis datur Theriaca appellationis. Quamuis multotiès contrarium succedat, ob malorum Ministrorum malitiam, & iniquitatem, ita vt primus Iudex inferior iustam, legitimamque sententiam proferat; Iudex verò superior secundæ instantiæ, qui huiusmodi sententiam canonicè, & rectè latam iustitiæ zelo motus confirmare, & canonizare deberet, propria passione ductus, vel interesse allectus temerè, & absque vlla ratione potiùs reuocare, & magno cum scandalo euertere non vereatur. Hinc fit vt appellatio, quæ sanctissimè introducta fuit pro præsidio iustitiæ, & confugio innocentiæ, ac veritatis, euadat Asylum iniustitiæ, & fomentum iniquitatis, ac mendacij: qua propter declamari posset: *Ob tempora, ob mores?* Vnde meritò per supremum omnium Iudicem Deum, ille talis, qui iniustitiam committendo, ad penas temporales aliquem iniustè damnauit, iustitiam recipiendo, ad æternas pœnas iustè damnetur.

Cum igitur appellationis materia sit, ne dum de per se vastissima, sed etiam valdè necessaria, operæ pretium esse duxi quædam pauca, iuxta nostrum institutum, breuiter adnotare, ad Praxim tantum congruentia, & relictis quæstionibus ac disputationibus his, qui de illa integros libros, & magna volumina ediderunt, magis vtilia hoc loco cumulare; & quæ in Iure Pontificio, & Cæsareo, ac per Doctores passim posita inueniuntur, ex his deprompta huc afferre, & simul congerere, vt qui librorum copiam habere nequeunt, saltem quæ ad practicam conducunt, faciliùs habeant. Quare videndum est Primò, quid sit appellatio, Secundo quotuplex sit. Tertio quando fiat. Quomodo, seù qualiter fiat.

2 *Quoad primum*, notandum est, quod plures definitiones ponit Hostiens. *in sum. tit. de appellat. §. 1.* Vnam verò affert Gloss. *in cap. licet. 2. q. 6.* quæ est, vt appellatio, sit prouocatio iniquæ sententiæ quærelam continens. Tancred. autem *in rubr. de appell.* alio modo definiens, ait, quod appellatio, est sententiæ, vel grauaminis releuatio, a minore ad maiorem Iudicem facta, prætextu iniqui Iudicis, grauaminis, vel iniustæ sententiæ. Bart. tamen in *l. 1. ff. de appell.* Bald. *in rubr. C. eod. tit.* & Abb. *in rubric. extr. de appellation.* dicunt, quod appellatio, est prouocatio ad maiorem Iudicem, ratione grauaminis illati, vel inferendi, quam definitionem amplectitur Marant. *in specul. aur. Act. 2. vltima partis num. 1.* quæ quidem videtur in idem coincidere cum definitione desumpta, *ex, l. 1. §. si quis in appellatione ff de appellat.* Gloss. *in cap. 2. verb. officials de consuetud. in sexto*, per Rebuff. *in tract. de appellat. in præf. num. 2. fol. 898* vbi ait, quod appellatio nihil aliud est, quam à minori Iudice ad maiorem prouocatio: & testatur, quod huiusmodi definitio sit communiter ab omnibus recepta, quem sequitur Scaccia. *d. tract. de appellat. lib. 2. cap. 2. q. 1. art. 1. num. 1.* Vnde omissis alijs definitio Bartoli, & aliorum magis mihi placet, continet enim illud vocabulum: *prouocatio*, loco generis, quia prouocatio latius se habet,

bet, quam appellatio, si quidem prouocatio est omnis actus per quem imploratur officium, & auxilium Iudicis, vt ex Bart. *in l. si minoris col. 3. vers. tertiò modo loquitur ff. de administr. tut.* obseruat idem Maraut. *vbi sup. num. 2.* Et similiter continet appellationem, tam iudicialem, quam extraiudicialem, sed appellatio in proprio significatu continet tantummodo iudicialem. *cap. cum sit romana de appell.* vbi Abb *& in cap. fin. in 1. notab. de sequestr. poss. & fruct.* vbi etiam dicit, quod omnis appellatio potest dici prouocatio, sed non è contra, Idem dicit Felin. *in rubr. extr. de appell.*

3 Est tamen aduertendum, quod vt plurimum isti duo termini appellatio, & prouocatio confunduntur, & sic vnus pro alio ponitur. *vt probatur in l. tale pactum §. qui prouocauit ff. de pact. & in l. si apud, & l. si quis prouocatione C. de appell.*

4 Dicitur secundo loco in definitione: *Ad maiorem Iudicem*, quia appellatio fieri debet de minori Iudice ad maiorem, non è contra a maiori ad minorem, nec ad æqualem Gloss. *in capit. 2. de consuetud. in 6. per text. in cap. placuit, & cap. anteriorum §. adhoc & §. illo videlicet 2 quæst. 6. et capit. Metropolitanum 3. quæst. 7. cap. Romana §. debet de appell. in 6. lib. 1. §. si quis, et l. Imperatores ff. de appell. et l. præcipimus C. eod. tit.* de quo plenè Specul. *libr. 2. rubr. de appell. §. 4. per tot.* & Surd. *consil. 106. numer. 9. cum seqq. lib. 1.* Vnde conclusio elicitur, debere appellari a minori Iudice ad maiorem proximum immediatè, non per saltum ad superiorem, omisso medio, sed gradatim, *c. dilecto il 3. de appellation.*

5 Quæ conclusio limitatur primò in Papa, ad quem appellari potest, omissis medijs. *cap. ad romanam; cap. omnes Episcopi, cap. ideo, cap. quoties 2. qu. 6. cap si duobus, et cap. sollicitudinem. de appell. et c. vnicquam de prænul.* Ratio est, quia ipse est ordinarius ordinariorum *c. cuncta 9. qu. 3. et c. cum nobis olim de elect.* sublimitatur tamen, vt per Gloss. *in c. vt debitus verb. absque vers. sed ad quem de appellat.*

6 Limitatur secundò in Legato à latere, ad quem appellari potest, omissis medijs. *c. si Episcopus circ. fin. 2. quæst 6. cap. fin. 93. dist. cap. 1. 94. dist. cap. sanè de offic. deleg. cap. super litteris de rescrip. prop. fin. cap. 1. de offic. legat. et l. ita autem §. gessisse. ff. de administr. tutor.*

7 Limitatur tertiò de Iure Regni in Sacro Regio Consilio, & Magna Curia Vicariæ, nam ab omnibus Tribunalibus potest immediatè appellari ad ipsum Sacrum Consilium, vel Magnam Curiam. Afflict. *super constit. Regni incipient. cum nona. in 4. notab. numer. 6. et sup. constit. officiorum periculu numer. 13. & sup. constit. Appellationum tempora*, & sunt, *Ritus Magnæ Cur. Vic. 52. & 625.* vbi Carauit.

8 Hoc tamen intelligi debet, quando nihil opponitur de Iudice competenti, ad quem appellari debet gradatim, quia si opponatur, cum appellatio fieri debeat ad Iudicem immediatè proximum, tunc causa remittitur ad illum per Sacrum Consilium, & Magn. Curiam, vt obseruat Afflict. *in d. constit. Appellationum tempora*. Hinc fit, quod quando appellatur a sententia officialis alicuius Baronis Regni, appellatio defertur ad Iudicem secundarum causarum eiusdem Baronis, vt disponitur *in Regia Pragmat. septima in ord. sub. rubr. de offic. Sacr. Regij Consil.* in illis verbis. *Priuilegijs à Nobis Baronibus concessis confirmatis semper saluis.* Et a sententia Iudicis secundarum causarum appellatur ad Iudicem tertiæ instantiæ eiusdem Baronis, si habeat tale priuilegium, vt habet Princeps Bisiniani, & Alijs, alias appellatur ad Regiam Audientiam eiusdem Prouinciæ. Sic quoque à sententia officialis Regii in Terris Demanialibus, seù Regijs appellatur ad Præsidem Prouinciæ, hoc est ad Regiam Audientiam Prouinciæ, vel ad Magnam Curiam Vicariæ, aut ad Sacrum Consilium, ad arbitrium appellantis, *vt disponitur in Regia Pragmatic. quarta de offic. Sacri Regij Consilij.*

9 Similiter declaratur, quod supra dictum fuit, non posse appellari a pari ad parem, vt non procedat in Sacro Consilio, a cuius sententiis non appellatur ad Iudices superiores, (cum non habeat,) sed reclamatur ad Idem Sacrum Consilium, *per text. in Authent. quæ supplicatio C. de precib. Imperat. offerend.* Ipsum namque Sacrum Consilium Principem repræsentat, & tunc causa reclamationis per Præsidem Sacri Consilii committitur vni ex Consiliariis, eiusdem Rotæ, in qua fuit lata sententia, *vt habetur in dict. Pragmatic. 4.* & aduertit Afflict. *in decis. 231.*

10 Dicitur tandem in definitione; *ratione grauaminis illati, vel inferendi*, ad denotandum, quod non solum appellari potest a grauamine illato in præiudicium condemnati: verum etiam a grauamine futuro, veluti a comminata tortura, vel similii *iuxta text. in l. 2. ff. de appellat. recipiend. cap. 1. de dilation.* vbi Gloss. & notant DD. *in cap. vt debitus de appell. & Nos dicemus infra latè.*

11 *Quoad secundum*, quotuplex scilicet sit appellatio, notandum erit, quod regulariter reperiuntur a Iure tres species appellationis, quas ponit Bart. *in l. 1. post. num. quartum ff. de appellat.* Prima namque est illa, quæ interponitur a sententia diffinitiua, de qua habetur in Iure Canonico *2. q. 6. per tot. & extr. de appellat. & eod. tit. in 6. & tot. tit. ff. & C. de appellat.* Et de Iure Regni habetur *in d. constitut. Appellationum tempora*. Secunda est appellatio, quæ interponitur a sententia interloquutoria, *de qua habetur in l. 2. ff. de appellat. recipien.* Tertia est appellatio, quæ interponitur ab actibus extraiudicialibus, de qua inferius. Alij dicunt, quod appellatio generaliter sit duplex, nempe Iudicialis & extraiudicialibus. Franc. *in rubr. de appellat. num. 1 lib. 6.* Gregor. Tholos. *in tract. de appellat. lib. 1. cap. 11. num. 1.* Scaccia *eod. tract. lib. 3. cap. 2. q. 2. num. 32.* vbi *vers. et vers. seq.* ait, quod vtraque subdiuiditur in alias species, nam alia dicitur legitima, & alia friuola, alia Canonica, & alia Ciuilis, &c. Datur similiter alia diuisio, de qua etiam infra *num. 42.*

12 Appellatur itaque Primò a sententia diffinitiua, postquam Iudex illam protulerit, non ante quam proferat. *cap. vt debitus honor. de appellat. l. ante sententia C. quor. appellat. non recipi. & l. 2. C. de Episcopal. audient.* Alioquin si appelletur, antequam sententia diffinitiua prolata sit, appellatio est ipso Iure nulla, *vt in dict. iurib.* probatur & ibi DD. notant, & de iure Regni appellans ante latam sententiam, tamquam temerè appellans, condemnatur ad expensas per *duas Regias Pragmaticas*, Quarum vna incipit: *Temeritatem*; alia verò incipit, *qui in causa principali in tit. de expensis*, & tradit Afflict. *decis. 42.*

13 Dantur tamen multi casus, in quibus appellari potest, ante sententiam de Iure Canonico, dummodò adsit causa rationabilis, *vt habetur in d. cap. vt debitus de appellat.* secus de iure ciuili, *vt in cap. nonnulli 2. q. 6. et cap. super eo il 2. eod. tit. de appellat.*

Quorum Primus est, quando Iudex grauaret aliquem contra Ius scriptum, *vt in cap. de his adsin.* vbi Gloss. *in verb. auferre dist. 28.*

Secundus, est si negaret Iuris beneficium, *argum. c. pen. et fin. de secund. nupt.*

Tertius, est si Iudex negaret restitutionem spoliato, antequam de proprietate cognoscat. *vt 3. q. 2. per tot. et cap. ex conquestione de rest. spol.*

Quartus, est si negaret quartam productionem testium cum solemnitate legali, *vt in cap. significauerunt de testibus.* quæ autem sit solemnitas legalis, habetur *in cap. pen. eod. tit.*

Quintus est, si citaret ad locum suspectum *cap. ex parte il 1. de appell.*

Sextus est, si non admitteret excusationem, propter consanguinitatem. *c. postremo de appell.*

Septimus est, si non audiret Reum potentem declarari res petitas in libello actoris. *c. significantibus de appell. et c. significantib. de libell. oblat.*

Octauus casus est, si cogeret partes litigare coram se eis suspecto. *c. super quæstionum §. si verò duo. de offic. deleg.*

Nonus, si esset delegatus, & excederet fines mandati, *c. cum olim. de offic. deleg.*

Decimus, si esset exequutor, & modum excederet in exequendo, *cap. nonnulli. de appellat.* Idem dicitur, si sit suspectus, & excederet. *d. cap. nonnul.*

Vndecimus, si duo ex tribus Iudicibus delegatis, tertio irrequisito, causam subdelegarent, *cap. causam quæ de offic. delegat.*

Duodecimus est, si delegatus, inuito ordinario, vult minus idoneum instituere. *c. super eo de offic. deleg.*

Decimus tertius, si delegatus, cui commissa est causa, cum clausula, *appellatione remota*, committeret alteri vices suas. *d. c. super quæstionum. §. si verò duo de offic. deleg.*

Decimus quartus, si Iudex inciperet iudicium a termine peremptorio nimis breui. *c. 1. de dilation.*

Decimus quintus, si Iudex inferior cognoscere voluerit de causa ad superiorem delata, *cap. sollicitudinem de appellation.*

Decimus sextus, si tertia persona de cuius interesse non agitur, appellaret, & Iudex admitteret appellationem, a tali admissione datur appellatio. *c. super eo de offic. deleg.*

Decimus septimus, si non admitteret Iudex exceptionem super suggestione falsi. *c. super litteris de rescript.*

Decimus octauus generaliter est, quotiescumque Iudex legitimas exceptiones non admitteret. *cap. ex parte de offic. delegat.*

Decimusnonus est, in illis casibus expressis. *in cap. non solum. 2. qu. 6.*

Vigesimus, si non fieret editio actorum. *lib. 2. C. vt litt. pendent.*

Vigesimus primus, si Iudex mandaret solui pecuniam pupilli non expectatis tutoribus. *l. aut §. permittitur. ff. de minor.*

Vigesimus secundus est, in casu expresso *in l. si quis C de appellat.*

Tandem quotiescumque sententia, vel factum Iudicis contineret iniquitatem, vt si denegaret dilationem, vel non admitteret exceptionem, vel grauaret contra Ius, semper appellari potest, etiam ante sententiæ prolationem, vt in prædictis Iuribus habetur, & desumitur etiam ex *cap. si qui appellat. §. diffinitiua, cum seqq. 2. q. 6.* Ratio est, quia in his casibus, & similibus est causa rationabilis appellandi, vnde appellari poterit, etiam si causa commissa foerit appellatione remota, *vt in c. pastoralis, & d. cap. vt debitus de appell.*

Debet tamen appellans ante sententiam nonnulla obseruare per necesse, de quibus Speculat. *de appellat. §. 6. nu. 5.* nimirum vt proponat in appellatione causam grauaminis illati, vel comminati: Secundò, quod illa probetur. Tertiò, quod causa sit vera. Quarto, quod Iudex super ea, vel super exceptione proposita interloquatur. Quinto, vt appelletur intra decem dies, &c.

14 Post sententiam verò diffinitiuam regulariter appellari potest à quocumq; etiam, sine expressione causæ rationabilis, *arg. c. Romana §. cum autem. & c. cordi. §. his, qua de appellat. in sexto & l. & hoc, ff. pro soc.*

Et quidem in omni causa licitum erit appellare post sententiam latam. *vt in dicto cap. vt debitus, de appell. c. omnis oppressus 2. q. 6. & lib. 1. ff. de appell.* cum appellatio sit quædam defensio, quæ nemini deneganda est, *c. cum speciali. §. porro de appell. & d. lib. 1. in princ. ff. eod.* & notat Succin. *cons. 165. colum. 3. volum. 2.*

15 Dantur tamen multi casus, in quibus prohibita est appellatio, non obstante, quod sit de genere promissorum, & detur in omnibus causis regulariter vt diximus: *cap. omnis oppressus 2. quæst. 6. l. à Proconsulibus : & l. & in maioribus. C. de appellat.* Bart. *cons. 166 quæst. 1. lib. 1.* Specul. *libr. 2. de appellat. §. in quibus num. 1.* Scaccia *de appellat. quæst. 5. num. 1. & quæst. 16. num. 1. & 4.* multos enumerat Glos. *capit. non solum de appellation. in sexto, in verb. casibus.*

Quorum primus est, quando appellatio prohibita fuit per rescriptum Principis scilicet Papæ, Imperatoris, Regum, & Aliorum Principum non recognoscentium superiorem. *vt in cap. super eo. de appellat. cap pastoralis in princ. de offic. deleg. libr. 1. in fin. ff. à quib. appellar. non lic.* & tradit Andr. de Iern. *in c. Imperialem. §. præterea col. 6. in fin. de prohib. feud. alienation. per Federic.*

Quod tamen intelligi debet de friuola appellatione, alias clausula : *appellatione remota*, non impediret appellationem. *cap. super quæstionum de offic. deleg. c. vt debitus de appellat.* vbi Gloss. *in verb. absque rationabili :* & Specul. *l. 3. de appellat. §. 2. nu. 31. vers. quod verò, & n. 34.*

II. Est casus, quod non appellatur a Principe, scilicet a Papa, vel Imperatore. *vt in c. anteriorum. §. illo videlicet. 2. q. 6. c. sancta, & cap. per principalem. 9. q. 3.*

III. Est, ab Episcopo, in quem compromissum est, vel alio modo fuit eius iurisdictio prorogata, nam ab eo tantum non appellatur de iure ciuili. *c. quicumq; item. 11. qu. 1. lib. episcopale, & Auth. ibi posita. C. de episcop. aud.* secus de iure Canonico. *cap. omnis oppressus 2. quæst. 6.* Quod non procedit in alijs Iudicibus prorogatis vel datis de consensu partium, nam de iure ciuili etiam appellari potest. *Lex consensu in princ. ff. de appell.* Gloss *in cap. super quæstionum. §. verum ver. assensu de offic. delegat.*

IV. A sententia Præfecti Prætorio non datur appellatio, sed benè supplicatur ab ea *d. c. anteriorum, lib. 1. C. de sentent. præfect. Prat. lib. 1. ff. à quibus. appell. non lic. & l. præfecti ff. de minorib. & libro primo §. his cunabulis. ff. de offic. Præfect. Prat.*

V. Est. A sententia Senatus non datur appellatio, quando omnes simul illam proferunt. *iuxta text. in l. fin. C. de petit. hæred.* secus si separatim proferant, cum non habeant potestatem, quam habebant Senatores antiqui, qui erant centum numero *vt in d. l. final. cap. fundamenta de elect. in 6.*

VI. Neque in Vrbe appellatur a sententia Senatoris, & Collateralium Capitoli in causis a decem scutis infra.

VII. Neque in eadem Vrbe appellatur à sententia Vicarii in causis a quinque ducatis infra.

VIII. Est. A sententia Sacri Consilij Neapolitani non appellatur, sed tantum reclamatur ad idem sacrum Consilium *iuxta text. in Auth. qua supplicatio. C. de precib. Imper. offer.* Afflict. *dec. 231.* vbi ait, quod non retardatur executio præstita tamen cautione de restituendo in casu retractationis; æquiparatur enim sacrum Consilium Præfecto Prætorio, Franc. *decis. 148. num. 4.* Et fertur nomine Regiæ maiestatis. Afflict. *decis. 383. in fin.*

IX Similiter a Duce Venetiarum non appellatur. Cyn. *in l. fin. C. de bon. pet. & l. fin. C. de donat. int. vir. & uxor.* quia non recognoscit Superiorem.

X. A sententia lata in Curia Franciæ non appellatur, quia Rex ille in temporalibus superiorem non recognoscit. *c. per venerabilem qui filij sint legitimi.*

XI. Idem dici debet de omni alio Principe non recognoscente superiorem. *l. 1. ff. à quib. appell. non lic. & c. cuncta per mundum. 9. q. 3.* vbi loquitur de sententia Papæ.

XII. A iudice exequutore, quando mandat exequutioni sententiam, non appellatur, *c. si quis appellat. §. ab executore. 2. qu. 6. & l. ab exequutore. C. quor. appell. non recip.* nisi modum excedat in exequutione. Vel sit suspectus. *d. l. ab exequutore. & l. 2. & 3. C. si in caus. iudicati, & c. nouit de appell.* Vel nisi obijciatur, quod post sententiam fuit facta transactio. *arg. l. neque §. 1. ff. de in ius vocand.*

Vel si iniuriosè aliquid agat. *c. quia suspecti. 3. qu. 5. & l. si quis prouocatione C. de appell.*

Vel nisi sit petita restitutio in integrum. *l. fin. C. de integr. restit. postul. & l sicut C. de appell.*

Vel nisi dolosè aliquid agat. *l. 3. §. si executor ff. de neg. gest.*

Vel nisi is, contra quem lata est, iusta de causa absens fuerit. *c. cum Bertoldus. § postmodum de sent. & re iud. l. si prætor. § fin. ff. de iudic. alias est l. si per dolum.*

Vel nisi admiserit aliquam exceptionem de his, quæ post sententiam obijci possunt : de quibus *in c. quod ad consultationem de sentent. & re iudic.* vel de alijs, de quibus Specul. *lib. 2. de except. & replicat. §. 7. n. 14.*

Vel nisi appelletur ad finem cognoscendi de iniustitia sententiæ latæ, nam in hoc casu appellari potest. Capic. *decis. 1. num. 17.*

XIII. Est. A sententia Arbitri non appellatur. *l. diem proferre. §. stari ff. de recept. arbitr. & l. 1. C. eod. tit.* nisi sit delegatus. *c. catholicus § notandum, & c. à Iudicibus. 2. q. 6.* In Regno tamen appellatur indistinctè ab Arbitris. *per pragmat. incip. Et si aliqua sub tit. de arbitr.* de quo infra n. 31.

XIV. Est. A sententia excommunicationis, vel interdicti non appellatur, quoad effectum suspensiuum. *cap. pastoralis, & cap. ad hoc de appell.* quoverò ad deuolutiuum benè appellatur, *c. peruenit eod. tit. c. fin. de except. c. per tuas in princ. de sentent. excomm. & c. veneta in fin. 3 q. 9.*

XV. A sententia nulla non appellatur. *c. si, qui appellat. § diffinitiua. 2. q. 6.*

XVI A sententia maioris partis capituli non appellatur. *c. 1. de his, quæ fiunt à mai. par. c.*

XVII. A sententia, vt quis in sua Ecclesia resideat, non appellatur. *c. peruenit de appell.*

XVIII. A sententia, ad impediendam electionem, vel vtilitatem Ecclesiæ, non potest appellari, nisi iusta causa appellandi assignetur, *c. cum nobis olim. de elect. cap. 1. in princ. & c ex ore in fin. de his, quæ fiunt à maior. par. c. a.* quia non valet, quod perpetuo edicto conuenitur. *l. fin. ff. de appellat. recip. vel non.* secus si iusta causa assignata, & probata fuerit, *& c. 1. de his, quæ fiunt à mai. par. c. & c. constitutus de appell.*

XIX. Est, quod non datur appellatio, quando per partes fuit tacitè, vel expressè renunciatum. *c. sollicitudinem de appell. arg. c. 1. de pactis, & l. fin §. fin. C. de tempor. appell. & l. 1. §. si quis ff. à quib. appell. non lic. & l. si quis libellis C. de appell.*

XX. Est

XX. Est, In delictis notorijs non datur appellatio. *c. cum sit Romana in fin. cap. peruenit, cap. consuluit, il 1. & c. reprehensibiles, de appellat. cap. ex litteris in fin. de sponsal. cap. quam perniciosum de vsur. l. constitutiones. C. de appell. & lib. 2. C. quor. appell. non recip.* siuè sint notoria de iure, siuè de facto. *cap. cum speciali. §. porro de appellat.* Limitatur tamen generalis, conclusio, si in huiusmodi appellatione inferatur causa rationabilis; nam tunc admitteretur appellatio. Gloss. *in c. Romana §. si autem in vers. mandetur de appellat. in sexto.*

XXI. Est. A sententia illius causæ, in qua quis fuit contumax, non datur tali contumaci appellatio. *cap. si qui appellat. §. sunt etiam quorum. 2. q. 6. c. de illicita. 24. qu. 3. c. personas de appellat. l. properandum §. sin autem. C. de iudic.* Quod intelligendum est de vero contumace. *l. 1. C. quor. appellat. non recip. & l. ex consensu. § fin. ff. de appellat.* vbi Bart. declarat quis dicatur verus contumax, & plenè *in l. fin. ff. de in integr. restit.*

XXII. Nullus homicida, veneficus, adulter, vel qui manifestam violentiam committit: insignis latro, Incitator seditionis raptor virginis, argumentis superatus, testibus conuinctus, vel confessus non auditur appellans, sed statim sententia exequi debet. *d. c. si qui appell. §. nullus etiam 2. q. 6. d. l. constitutiones ff. de appell. & l. vnic. C. de raptor. virg. l. 2. C. quor. appell. non recip. & l. fin. §. iussus* vbi Gloss. *ff. de appell.* & hoc propter criminum immanitatem: & similiter quia faciunt notorium, in quo non appellatur, vt dictum est supra.

XXIII Est. A sententia, per quam quis condemnatur de crimine falsæ monetæ, neque datur appellatio, ob condemnationem. *l. 1. C. de fals. mon.*

XXIV. Neque datur appellatio à sententia criminis læsæ maiestatis. *d. l. constitutiones,* vbi Bart. *ff. de appellat. per l. quisquis C. Ad leg. Iul. maiest.*

XXV. Neque in crimine hæresis datur appellatio. *c. vt inquisitionis de hæretic. in sexto.*

Neque si relapsus Curiæ sæculari tradatur. *c. ad abolendam, §. illos quoque de hæret.*

XXVI. Neque in crimine simoniæ, quod æquiparatur criminni læsæ maiestatis, & hæresis. Gloss. *fin. in cap. de testib. in 6. &* Felin. *in cap. sicut il 1. per illum text. de simon.*

XXVII. Neque appellatur ab eo, qui fuerit condemnatus pro debito fiscali, & publico. *d. c. si qui appellat. §. quoties 2. qu. 6. l. abstinendum, & l. fi. C. quor. appell. non rec.*

XXVIII. Neque appellatur a sententia lata in causa decimarum. *capit. decimæ. 6. quæst. 1. cap. tua nobis in fin. de decim.* vbi Gloss.

XXIX. Neque appellatur a sententia in qua aliquis officialis condemnatur pro malè gestis in officio a suo Iudice; vt exequutor, seù delegatus, tabellio, Notarios, Cancellarius, Nuncius, & similes, *d. c. si, qui appellat. §. nulli quoque 2 qu. 6. & l. nulli C. quor. appell. non rec.*

XXX. Neque appellatur a sententia condemnationis in causa Syndicatus officialium, quoad effectum suspensiuum, causa retardandæ exequutionis; de quo in Regno *adest Regia pragmat. exordien. Regia dignitati.* Par. de Put. *in tract. de syndicatu. verb. appellatio. col. 8.*

XXXI. Neque appellatur a nominatione publici muneris, quod est vtilitate priuatum, vt in tutela, & cura. *l. 1. §. si quis ff. quand. appell. sit, & §. qui intrinsecus. Instit. de excusat. tutor.* poterit tamen nominatus ad tale munus cum iustam causam habet, se excusare intra quinquaginta dies; & tunc si excusatio non admitteretur, appellare poterit. *d. l. 1. §. si quis, & c. biduum in prin. 2. q. 6.* In muneribus verò, quæ sunt publica, & authoritate, & vtilitate, benè datur appellatio. *d. c. si qui appell. §. nominationes. 2. q. 6. & l. qui ad ciuilia, & l. nominationes C. de appell. & l. 2. C. de decur. l. 10.*

XXXII. Neque appellari potest, quando res, de qua agitur in sententia, dilationem non admittit. *l. fin. ff. de appellat. recip. vel non:* prout est, vt excommunicatus absoluatur. *c. qua fronte de appell. & c. Sacro de sent. excomm.*

Vel ne testamentum aperiatur; Vel ne heres in possessionem mittatur; Vel ne frumentum in subsidium militum transmittatur. Vel ne fiat id, quod per leges cautum inuenitur: Vel ne pignus a creditore vendatur: Vel ne cadauer sepeliatur. *cap. si qui appellat. §. si quis etiam 2. quæst. 6. cap. ex parte de sepultur. l. fin. ff. de appellat. recip. vel non, l. quisquis. C. quor. appellat. non recip. & l. fin. & Authent. item qui domum, & Auth. sed nec ante C. de sepulcr. violat.*

XXXIII. Neque appellatur a sententia correctionis morum, pro obseruantia disciplinæ regulis, puta quando superior regularis voluerit corrigere subditos, quia correctio tendit ad salutem animæ *cap. licet de offic. ordinar. cap. ad nostram, cu reprehensibiles in fin. & cap. cum speciali in fin. de appellat.* Nisi excedat modum incorrigendo, quia tunc datur appellatio, expressa causa grauaminis. *cap. de priore de appellat. c. super quæstionum de offic. deleg. cap. irrefragabili §. vt autem de offic. ordinar.* Gloss. *in d. cap. ad nostram de appellat.* Secus tamen in Clericis Sæcularibus, nam isti benè appellare possunt. Hostiens. *in cap. ad nostram,* & Speculat. *de appellat §. 2. num. 14. in fin.* maior enim est potestas superioris regularis in subditos regulares; quam Episcopi in Clericos Sæculares Abb. & Philip. *in d. capitul. ad nostram,* & Fel. *in capit. super litteris col. 11. vers. decima regula de rescr.*

XXXIV. Neque potest appellari tertiò in eadem causa, si alias bis fuerit appellatum *cap. sua Nobis de appellat.* non enim licet appellare in eadem causa, nisi bis, secus tamen super diuersis articulis eiusdem causæ, in quibus pluries appellari potest, sed bis pro singulis articulis. *c. directa de appellat. cap. si autem §. post secundam cum seqq. 2. qu. 5. l. vnic. C. ne vna, & ead. caus. lic. tert. prouoc.* Quod locum habet, tam in diffinitiua quam in interloquutoria. Item procedit in vna, eademque persona, non in diuersa, vnde si vna pars obtinuit pro se duas sententias in eadem causa, & aduersarius bis appellauit, postea occurrat habere sententiam contra poterit appellare semel, atque iterum, & sic erunt quatuor appellationes in vna causa, duæ ex vna parte, & duæ ex altera. Abb. *in d. cap. sua nobis, &* Philip. *in d. cap. directa col. 3. vers. secunda conclusio de appell.*

XXXV Est neque appellari potest, sine causa, post citationem factam. *cap. meminimus de appellat. cap. causam, quæ de offic. deleg.*

XXXVI. Neque valet appellatio generalis, respectu causæ. *cap. inter cætera, & cap. consuluit il 2. de appellat.* vt si quis dicat appello ab omni grauamine, quod posset mihi irrogari. *Clem. appellanti de appell.*

XXXVII. Neque appellatur in caussis minimis, & breuioribus de Iure ciuili, *arg. cap. anteriorum §. illud etiam vers. euenit vt super minimis 2. qu. 6. l. si quis assiem. ff. de dolo, & Authent. nisi breues C. de sentent. & interloc. omn. iudic.* Secus de Iure Canonico, *cap. de appellationibus 11 tit. de appellation.* vbi Abb. & Alij, *& l in maioribus C. eod. tit.*

XXXVIII. Est, quando excommunicatus absoluitur cum iuramento, ne similia iterum committat, & antequam Iudex Ecclesiasticus aliquid illi imponat faciendum, appellauerit, nam tunc huiusmodi appellatio, non admittitur. *c. quæstioni. & c. Sacro de sent. excomm.*

XXXIX. Casus est, quando Iudex reuocauerit grauamen, propter quod appellari poterat, nam tunc non admittenda erit appellatio. *c. cum cessante de appellat.* Debet tamen reuocatio grauaminis intimari appellanti, *cap. vlt. de dol. & contum. l. decreta ff. de re iud.*

XL. Est, quando appellatur ab eo, qui appellare prohibites est, puta cuius non interest, vel cui mandatum non est, & similes. *cap. non solent 2. quæst. 6. & capit. cum inter, & capit. sinnuimus de elect.*

XLI. Est, quando quis approbauit aliquem actum, & ipsum elegit, puta si debitor terminum ad soluendum cœperit, vel alium actum ad procedendum, vel acquieuerit in processu ad vlteriora. *cap. gratum. de offic. deleg. cap. quoad consultationem de sent. & re iudic. l. ad solutionem C. de re iudicat. l. ab eo C. quom. & quand. Iud. & l. fin. C. de temp. appell.*

XLII. Neque appellari potest in casibus, In quibus audientia denegatur, puta in insordescentia per annum in excommunicatione. *cap rursus in fin. 11. quæst. 3.* & in casu intrusionis. *vers. cap. in nomine Domini ante fin. 23. dist.* vbi Gloss. *in verb. audientia.* affert alios casus, in quibus audientia denegatur, vt in casu schismatis. *cap. non vos 23 qu 5.* Item cum quis recipit Ecclesiam de manu Laici. *c. si quis deinceps 16. q. 7.*

Item cum quis excommunicat suum maiorem. *cap. in tantum 21. dist.*

XLIII. Casus est, nam non datur appellatio ab illo actu, quem quis fecit, vel procurauerit fieri *l. generaliter §. 1. in fin. vers. quis enim C. de reb. credit. & iureiur.* Gloss. *in c. si. ver. à te vice fin de iureiur.* Vnde pars, quæ detulit iuramentum aliari parti, & iurauit, ac obtinuit, non poterit ille, qui detulit appellare.

XLIV. Est,

XLIV. Est, quod non potest ab eo appellari, qui obtinuit sententiam pro se, quia Iudex non adiudicauit sibi expensas, sed bene potest ex eo, quia adiudicauit insufficientes. *l. fin. C. quand. prouocat. non est necess.* quidquid in contrarium tradatur per Gloss. *in c. significauerunt. verb. absolut. de except.*

XLV. Est, quando quis agit hypothecaria ad auocandum pignus, nam tunc, si Iudex pronunciauerit, pignus debere restitui, non appellatur à tali sententia, quia est parui præiudicij, Abb. *in c. cum ad sedem col antepen. in fin. de rest. spol.*

XLVI. Est, quando agitur Saluiano interdicto, nam neque appellatur. Corneus *cons. 190. col. 2. vol. 4.* vid. Ias. *in §. item seruiana Inst. de action.* Et dix. sup. *p. 2. Sect. 4. Subsect. 3. Intersec. 17. n. 15. & Intersec. 20. n. 18.*

Et de iure Regni est expressè decisum, quod quando agitur vigore assistentiæ, quæ est idem virtualiter ac Saluianum non datur ab huiusmodi decreto appellatio, quia est decretum affirmatiuum, *vt habetur in Rit. Mag. Cur. Vic. 64. incip. item in causis duarum vnciarum, & in Regia Pragmat. quæ incipit. Magna Curia,* quoad effectum retardandæ exequutionis Afflict. *dec. 261.* vbi dicit procedere etiam in omnibus alijs decretis affirmatiuis, a quibus non appellatur, & declarat, quæ sint decreta affirmatiua, de nullitate tamen dici potest, ad effectum retardandæ exequutionis, *vt habetur in d. pragmat.*

XLVII. Neque datur appellatio, quando agitur actione ad exhibendum, si per sententiam quis fuit condemnatus, quia neque in possessorij datur, *vt cap. et si qui appellat. §. sunt etiam quorum. 2. qu. 6. & l. quisquis C. quor. app. non recip.* Speculat. *verò de sent. §. 2. vers. sed distingue sub num. 12.* hoc tenet, vbi erit in potestate condemnati rem exhibendi. *at l. 3. §. ibidem ff. ad exhib.* secus si non possit exhibere, nam tunc poterit appellare. *arg. dicti §. idem & §. si quis rem. ibid.*

XLVIII. Neque appellatur, quando agitur de momentanea possessione. *d. c. et si qui appellat. § de possessione etiam 2. q. 6. & l. 1. C. si de momen. poss. fue. appellat.* secundum Ius ciuile, sed de Iure Canonico appellari potest. *c. significauerunt de testib. & ca. ex conquistione de restit. spol.*

XLIX. Neque datur appellatio a sententia condemnationis super alimentis præstandis, secundum M. de Fan. quia non patitur dilationem. *l. fin. ff. de appellat. rec. vel non l. 2. ff. de re iudic. & l. eadem. ff. de fer. & cap. quæ fronte de appellat.* Alij dicunt, etiam a tali sententia posse appellari. *arg. l. & in maiorib. C. de appellat.* Specul. verò, *vbi sup. num. 11. vers. Tu dic* distinguit, si petantur alimenta officio Iudicis, non datur appellatio, quia summariè proceditur. *vt c. ex parte, c. pen. & c. fin. de accusat. c. vlt. §. fin. 17. q. vlt. l. si Iudex ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & l. si quis à liber. §. solent. ff. de liber. agn.* Si verò petantur iure ordinario, tunc appellari potest.

L. Est, quando causa finita fuit per iuramentum delatum, vel relatum, *l. generaliter §. sed iuramento C. de reb. cred.* vbi Bart. & Alij. Iason. *in l. admonendi col. 2. ff. de iureiuran.*

LI. Est, quando excommunicatus appellat in his, quę fiunt, extra iudicium nam tunc non potest appellare: potest tamen prosequi appellationem ante excommunicationem interpositam. *cap. cum inter de except.*

LII. Neque datur appellatio, post decemdium. *c. prat. anterior. & c. biduum 2. q. 6. c. cum dilecti in fin. de elect. c. quoad consultationem de sent. & re iudic.*

LIII. Neque datur appellatio, si grauamen non est illatum, vel comminatum de præsenti. *arg. c. consuluit 2. c. ex parte 1. c. vt debitus, cap. cum cessante, cap. dilecto §. fin. & c. ex parte 1. de appellat.*

LIV. Casus est, quando Iudex minatur alicui, quod illum lædet, nam tunc neque datur appellatio, quia est vanus metus, cum non sit grauamen præsens. *l. 1. & 2. & l. metum ff. quod met. caus.*

LV. Est, quando appellatio est friuola, nam tunc non admittitur. *c. cum appellationibus de appellat. in 6.* Imò de Iure Canonico friuolè appellans potest a Iudice a quo excommunicari, vt contumax. Abb. *in c. sollicitudinem notab. 1. de appellat.* vbi etiam tenet, quod potest mulctari, quidquid asserat Gloss. *in l. 1. §. fin. ff. à quib. appellar. non lic.* Quæ autem dicatur friuola appellatio, & de pœnis friuolè appellantium, vid. Marant. *in spec. aur. par. 6. vlt. partis num. 347.* vbi ex Gemin. *in d. cap. cum appellationibus col. 2. vers. quaro quid importet* dicit, illam esse friuolam, quæ sine legitima causa interponitur, vt si non sit grauamen,

LVI. Quando Iudex condemnaret aliquem de furto manifesto, tunc non datur appellatio: si fuit Conuictus. Andr. de Isern. *in vsib. feud. tit. quæ sint regalia vers. & bona col. 10.*

LVII. Neque appellatur, quando certa pœna irrogatur à lege pro aliquo delicto, & condemnatus appellat, quia est nimis magna illa pœna. Isern. *in constit. Regni incip. intentionis col. fin.* Quia tunc Iudex exequitur legem, quo casu non appellatur. *ca. consuluit el 3. de appell.*

Vnde colligitur, quod generaliter nunquam appellari potest à quocumque actu, qui fit, secundum leges, & Canones, *vt in d. c. consuluit facit l. prospexit ff. qui, & à quibus.*

LVIII. Est, neque appellatur in causis iuramenti in litem. Bart. *in l. in actionibus in fin. ff. de in lit. iuran.* vbi Alij, quod intelligitur de Iure Ciuili, secus de Iure Canonico per *capit. vt debitus de appellat.* per quod appellari potest ab omni grauamine.

LIX. Est, quando fit mandatum alicui, vt declaret, an scriptura sit sua, nam tunc non appellatur. Bald. *cons. 335. vol. 4.*

LX. Quando ordinarius delegat aliquam causam alicui, si postea talem delegationem reuocauerit, non potest à tali reuocatione appellari, quia dependet ex mero arbitrio delegantis *l. iudicium soluitur. ff. de iudic.* Bald *cons. 3. vol. 5.*

LXI. Neque appellatur, si aliqua causa commissa fuerit conscientiæ alicuius, qui iudicauit, secundum suam conscientiam, *vt in cap statutum §. assessorem de rescript. in 6.* Bald. *in l. 1. C. de reb. credit.* & late Fel. *in cap. super his col. 5. de accusat.*

LXII. Generaliter non appellatur in omnibus casibus, in quibus aliquid committitur à Superiore, vel ab ipsamet lege, ad arbitrium, & potestatem iudicis, non necessitate, vt scilicet possit aliquid facere, si voluerit, non tamen teneatur, *iuxta l. non quidquid. ff. de iudic.*

LXIII. Est, quod à sententia lata in iudicio sortis, puta quando fit aliqua diuisio bonorum per sortes, neque appellatur Bald. *in l. si in princ. C. commun. de legat.* Franch. *in rubr. de appell. col. 3.* & Corn. *in cons. 143. in fin. vol. 4.*

LXIV. Casus est, quod non appellatur regulariter de iure ciuili à sententia interloqutoria, *l. pen. C. quor. appell. non recip. & l. ante. ff. de appellat. recip. vel non* nisi in casibus *cap. non solent. §. ante sententiam 2. q. 6.* sed secundum ius Canonicum à quocumque grauamine appellari potest. *c. vt debitus c. cum cessante cap. super eo 2. de appellat. cap. cum dilectus in fin. de elect. & cap non ita 2 q. 6.*

Et est notandum hic, quod semper appellari potest ab interlocutoriis in omnibus casibus, in quibus non est permissum appellare a diffinitiua; etiam de iure Ciuili, & ratio est, quia earum grauamen reparari non potest per appellationem à diffinitiua, à qua non potest appellari, ita singulariter tenet Angel. *in cons. 4... & cons. 18...*

LXV. Casus est, quod à decretis, & sententiis Episcoporum, eorumque Vicariorum factis, occasione visitationis, quia agitur de correctione morum non datur appellatio. *cap. licet de offic. ordinar. cap. ad nostram cap. reprehensibilis in fin. & cap. cum speciali in fin. de appellat.* ita disponitur in Sacro Concilio Trident. *sess. 13. de reform. cap. 1. §. sed vers. in causis visitationis & session. 22. de refor. cap. 1. vers. nec appellatio & sess. 24. de reform cap. 10.*

LXVI. Casus est, quod à sententia lata in causa possessorii non datur appellatio, siue fuerit possessorium adipiscendæ, siuè recuperandæ. *l. 1. C. si de momentan. poss. fuer. appellat.* & ibi Gloss. *in princ.* & Bart. *ibid. & in l. 2. col. 2. vers. quaro quæ est ff. de appellat. recip. & not. in l. quisquis C. quor. appellat. non recip.* faciunt notata sup. *in cas. 46. & 48.* Et ratio est, quia sententia super possessorio paruum præiudicium infert, cum in petitorio reparari possit. Bart. *vbi supra.*

Quod quidem procedit de iure Ciuili, secus autem de iure Canonico, nam etiam in causis possessorii datur appellatio; *cap. significauerunt de testib. cap. ex conquestione de restit. spol.* Gloss. *in cap. cum ad sedem ver. interdictum in fin. eod. tit. de restit. spol.* sequitur Marant. *in spec. p. 6. art. 2. vlt. partis num. 306. cum plur. seqq.* in quibus limitat vndecim modis.

Supradictos, & alios casus, in quibus appellatio non admittitur ponunt, & examinant respectiuè, vltra præcitatos Doctores. Speculat. *lib. 2. de appellation. §. 2. per tot.* Rebuff. *super constit. in tract. de appellat. art. 7. glos. 2.* Card. Tusch. *practicar. conclus. tom. 1. à conclus. 401. vsque ad conclus. 402.* Vigel. *in method. Iuris Pontific. l. 2. cap. 18. de appellat. vers. secunda causa in*

qua,

qua. Suar. de Paz. *in Prax. tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 12. num.* 136. Vestr. *in Prax. lib. 7. cap. 3. num. 2. & seqq.* Marant. *vbi sup. à num.* 248. *vsque ad num.* 367. Muscatell. *in Prax. lib. 1. p. 7. glos. condemnando nu.* 40. *vers. sed quod de taxatione,* & Alij apud Scacc. *de appell. quaestion.* 16. *& qu.* 17. *per tot. vbi latissimè*.

Alios etiam casus recenset vsque ad numerum centum viginti Nicell. *de concord. Glossaram cap.* 6. & Alios refert Contard. *in l. vnic in* 5. *not ab. num.* 18. *& seqq. C. si de momentan. poss. fuer. appellat.* Nobis autem hos paucos tantum casus in Praxi plus occurrentes enunciasse sufficiat.

16 Nunc prosequendo ordinem propositum supra *in secundo nostro notabili. n.* 11. dico, quod secunda species appellationis est illa, quæ interponitur à sententia interloquutoria quę profertur super aliquo emergenti in causa, In qua quidem aliter proceditur, attento Iure Ciuili aliter attento Iure Canonico, & aliter attento Iure nouissimo Sacri Concilij Tridentini.

De Iure Ciuili antiquo non dabatur appellatio. *l.* 2. *ff. de appellat. recipiend.* postea cautum fuit vt appelletur ab interlocutoria, lata tamen post sententiam diffinitiuam. *l. ab exequutione C. quor. appellat. non recip.* Ante verò diffinitiuam appellari poterit, quando grauamen reparari non posset per sententiam difinitiuam, *l. ante sententia C. eod. tit. quor. appell. non rec.* Et dictum est supra.

De Iure Canonico appellari potest à quocumque grauamine illato, vel comminato per sententiam interlocutoriam. *c. super eo el* 2. *c. cum cessante de appell. cap. cum dilectus in fin. de elect. & cap. non ita* 2. *q.* 6. *& c. cordi de appell. in* 6. Etiam ante sententiam diffinitiuam, & post; dummodo appellans exprimat causam grauaminis. *c. ut debitus honor. de appell.*

De Iure verò Sacri Concilij Tridentini. *session.* 13. *de reformat. cap.* 1. *& sess.* 24. *de refor. cap.* 20. *vbi expresse* super hoc disponitur, appellatio non est admittenda, nisi a sententia diffinitiua, vel ab interloquutoria, quæ vim diffinitiuæ habeat, aut quæ contineat damnum irreparabile. Quæ autem interloquutoriæ habeant vim diffinitiuæ. diximus *sup. in praeced. part.* 2. *Sect.* 3. *subsect.* 1. *de sentent. num.* 16. Quæ vero contineant damnum irreparabile. *ibid. num.* 20.

17 Sed quæritur modo, quod nam ius attendi debeat in Curijs Ecclesiasticis? Respondetur, quod dispositio Sacri Concilij in ipsis seruari debet, & ita de facto seruatur, accedente etiam *Regula Cancellariæ* 37. *de non appellat. ante diffinitiu.* Quod procedit, etiam in Alijs Curijs, in quibus ius commune seruatur, nam per dictum Concilium Tridentinum fuit, quoad hoc, correctum ius Canonicum; in Tribunalibus verò Sæcularibus Regni Neapolitani seruatur dispositio Iuris Canonici, vt appellari possit à quocumque grauamine illato, vel comminato, vt obseruat Carauit. *in Ritu. Magnę Cur. Vicar.* 256. vbi etiam practicatur, quod quādo appellatur ab interloquutoria, exprimitur causa grauaminis, iuxta text. *dict. cap. vt debitus de appellat. & c. cordi. eod. tit. in* 6. *& Clement. appellanti de appellation.* nisi appelletur ab interloquutoria continente damnum irreparabile, vt si Iudex interloquatur detorquendo aliquem, aut de carcerando, nam tunc non erit necesse exprimere causam grauaminis, ad tradita per Bald. *in l. minorib. C. de his quib. vt indign.* quem sequuntur Præpos. & Phil. Franc. *in d. cap. vt debitus*.

18 Et est aduertendum, quod quando appellatur in Criminalibus, vel etiam in Ciuilibus in casibus permissis a comminata tortura, statim ligantur manus Iudicis, absque inhibitione superioris. Io. Ant. de Nigr. *super constit. Regni, incip. si iuste num.* 15. *&* 37. *& sup. capitul. Regni si cum scoleratis num.* 31. & Carauit. *sup. ritu* 259. *in fin.*

19 Similiter est aduertendum, quod in appellatione ab interloquutoria, causa grauaminis debet esse iusta, & rationabilis, alioquin diceretur appellatio friuola, & frustatoria, iuxta notata *sup. n.* 15. *cas.* 55. & in Regno in Curijs Sęcularibus friuole sic appellans mulctatur pęna pecuniaria, vt dispositum est per tres Regias Pragmaticas *sup. tit. de officio Sacri Regij Consilij*, quarum prima est 29. *in ordine, secunda incipit quod si super interloquutorij, tertia verò incipit. item si temere*, in quibus habetur, quod pro quolibet grauamine, quod non fuerit rationabiliter expressum, appellans soluere tenetur quindecim carolenos.

20 Sed quæritur, coram quo Iudice probanda erit causa grauaminis, quādo appellatur ab interloquutoria, vt supra, coram Iudice, a quo, an coram Iudice, ad quem?

Respondetur, debere illam probari coram Iudice, ad quem, secundum recentissimam practicam: debet tamen exprimi coram Iudice, à quo, *vt habetur in d. c. debitus honor. de appell.* ibi *coram eodem Iudice causa probabilis appellationis exposita*, & ibi Abb. *col.* 2. *ver. vlterius nota,* Bart. *in l. ait prator. ff. de minor.* Rota Roman. *dec.* 7. *in nouis. vbi latè*.

Quod quidem locum habet, etiam si causa grauaminis sic notoria, nam licet notorium releuet ab onere probandi: non tamen releuat ab onere proponendi. Gloss. *in Clement. appellanti verb. alias causas de appell.* & ibi Cardin. *q.* 5.

21 Et dicta causa grauaminis debet exprimi in ipsa appellatione: quæ fieri debet in scriptis, quando appellatur ab interloquutorijs, vel grauaminibus, *cap. cordi. de appellation. in* 6. *& alias Ego dixi* et not. Castr. *cons.* 270. *num.* 1. *vers. super secundo lib.* 1. Vestr. *in Prax. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 26. Rot. *decis.* 2. *nu.* 8. *p.* 2. *diuers.* Durau. *decis.* 217. *num.* 8. Capic. *dec.* 34. *num.* 10. Et hoc procedit, tam de Iure Ciuili, quam Canonico. Bart. Specul. et Alij apud Marant. *in spec p.* 6. *act.* 3. *ult. par. tis vers. & quandoque appellatur n.* 138. et ita seruari de consuetudine testatur Scacci. *de appell. q.* 2. *num.* 9. *&* 17.

Quod si prædictæ solemnitates seruatæ non fuerint in appellatione ab interloquutoria et similiter aliæ, de quibus *sup. p.* 2. *Sect.* 3. *Subsect.* 2. *num.* 91. sententia transit in rem iudicatam per lapsum decem dierum Angel. *cons.* 217. *col.* 3. et Soccin. *cons.* 45. *col.* 4. *uol.* 1.

22 Erit tamen notandum, quod in Curijs, in quibus causæ sunt summariæ, vt in Regno, vbi proceditur in eis de plano sine figura iudicij, vt sæpè dictum fuit *sup. p.* 2. non est necesse, vt in appellatione ab interloquutoria exprimatur causa grauaminis, et quod appellatio fiat in scriptis, si viua voce appelletur secundum Angel. *in cons.* 267. et Phil. Franc. *in d. c. ut debitus n.* 15. *de appell.* sed benè debet appellari intra decem dies, siuè viua voce, siuè in scriptis: et in curijs, in quibus ius commune seruatur etiam intra decem dies potest exprimi causa grauaminis coram Iudice à quo, licet in libello prius expressa non fuerit, vt notabiliter tradit Franc. *ubi sup. col.* 3. *& qu.* 15. Grauat. *ad Vestr. in Prax. d. l.* 7. *c.* 7. *n.* 45.

23 Illud autem, quod supra diximus, appellationem scilicet ab interloquutorijs debere fieri in scriptis, siuè appelletur incontinenti, siuè ex interuallo, *vt in cap. cordi de appell. in* 6. intelligendum est regulariter in interloquutorijs, quę non habent vim diffinitiuę, alias in habentibus vim diffinitiuę appellari potest viua voce, sicut à diffinitiua, quia illæ in omnibus æquiparantur. Franc. *in d. ca. vt debitus quaestion.* 7. *n.* 16. *in fin. de appellat.* Butr. *cons.* 6. *num.* 4. Roman. *cons.* 41. *in princ.* Scacci. *de appell. dict. q.* 4. *num.* 12.

24 Sed quæritur, quomodo intelligendum sit illud dictum, quod appellatio fieri debeat in scriptis.

Respondetur, quod in scriptis fieri dicitur, si detur libellus, siuè cedula appellationis, vt censuit Rot. *dec.* 2. *n.* 20. *p.* 2. *diuers.* et non est necesse, vt dicatur: *in his scriptis, &c.* sed sufficit, quod porrigatur scriptura appellationis. Rot. *ibid. n.* 19. et Scacc. *d. q.* 4. *n.* 5. *vers. non tamen,* et dicemus inferius *n.* 88.

25 Quæritur secundò. Quare in appellatione simplicis interloquutoriæ exprimi debeat causa grauaminis?

Respondetur debere exprimi dublici ratione. Primò, quia talis appellatio iustificari debet ex eisdem actis factis coram Iudice a quo; neque quoad hoc suffragatur dispositio *l. per hanc C. de tempor. appellation.* vt benè probatur *in d. clement. appellanti de appell.* et tradit Bart. *in l. ait prator. num.* 4. *ff. de minor.* Grauat. *ad Vestr. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 8. Marchesan. *de commiss. appell. ab interlocut. par.* 1. *§.* 1. *n.* 84. *fol.* 1208 *& n.* 141. *fol.* 1214. Rot. *dec.* 386. *num.* 1. *& seqq. p.* 3. *lib.* 3. *diuers.* Secundò, quia Iudex ante diffinitiuam non est functus officio suo, et ideo per appellationem fit quodammodo iniuria Iudici, cū derogetur suę iurisdictioni ordinariæ Salust. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *cap.* 29. *nu.* 3. et ob id inseri, et exprimi debet causa grauaminis, vt appareat, quod fuerit iustè appellatum ab iniuria, et grauamine illato, contra iuris dispositionem. Bart. *in d. l. ait prator. n.* 3. *ff. de minor.* Marchesan. *vbi sup. n.* 85. *& seqq. fol.* 1208.

26 Nota tamen, quod non omnis causa grauaminis admittenda erit; sed illa tantùm, quæ continet tale damnū, quod per diffinitiuam reparari non possit, alias non suffragaretur. Castrens. *cons.* 194. *in princ. viso puncto, & cons.* 236. *viso puncto in* 2. *vers. ad secundum l.* 2. Grauat. *ad Vestr. d. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 6. Scacc. *de appellat. quaestion.* 17. *lim.* 6. *memb.* 7. *num.* 40. *cum seqq.* Quod

procedit etiam de iure Concil. Trident. *sess. 24. de reform. c. 20. & per regul. Cancell. 37. de non appellat. ante diffinit.* Et in tali casu etiam de iure Ciuili admittenda venit appellatio, quamuis alias non permitteretur, ita Rot. *dec. 79. n. 1. in fin. p. 3. recent.*

27 Vnde infertur Primo, quod appellari potest a non admissione, seu reiectione alicuius exceptionis releuantis, ex qua resultaret grauamen irreparabile, deberet tamen probare exceptionem esse veram Marches. *loc. cit. de commiss. appellat. ab inter par. 1. §. 1. num. 142 fol. 1214.* & Scaccia. *de appellat. q. 31. num. 61. & seqq.*

Quod habet locum, etiam in reiectione tacita, nam adhuc appellatio datur ab vlteriori processu. Marchesan. *de commiss. appell. diuers. p. 1. §. 2. n. 20. fol. 1321.* Rot. *dec. 444. n. 5. p. 1. diuers.* Scaph. in. *decis. 383. n. 8. & seqq.*

Infertur secundò, quod etiam appellari potest a reiectione testium, vel probationum releuantium, siuè expressa siue tacita, quia similiter continet grauamen irreparabile. Grauat. *ad Vestr. d. lib. 3. c. 10. n. 6.* Marchesan. *de commiss. appell. ab interloc. d. p. 1. §. 1. n. 142. in fin. fol. 1214.* Scacci. *de appellat. d. q. 17. limit. 7. membr. 7. n. 45. & lim. 47. memb. 1. n. 139. & n. 141.* Rot. *d. dec. 79. n. 2. p. 3. rec.* Ottaic. *decis. 25. num. 14.*

Infertur tertiò, quod pariter, ob eamdem rationem, appellari potest a denegatione prorogationis termini dati ad subiiciendum se examini. Rot. *dict. dec. 79. num. 1.*

Infertur quartò, quod similiter appellari potest, ob grauamẽ irreparabile, quando fuit intentatum iudicium exequutiuum, vt vigore obligationis cameralis, & similium, & Iudex voluerit procedere via ordinaria. Marchesan. *de commiss. appell. ab oblig. cam. p. 1. §. 1. n. 80. fol. 699.*

Alias illationes grauaminum irreparabilium, ex quibus datur appellatio colligi possunt ex dictis supra *p. 2. Sect. 3. Subsect. 1. numer. 20.*

28 Praeterea aduertendum erit, quod a reiectione appellationis ab interloquutoria, iterum appellandum est, alias Iudex post illius reiectionem, à qua non fuit appellatum, poterit esse procedere ad prolationem diffinitiuæ. Marchesan. *de commiss. appell. ab interlocutor. d. p. 1. §. 1. n. 144. fol. 1214.* & ita seruatur in Praxi, vt iterum appelletur.

29 Nota tandem, quod quando appellatur à certo grauamine, superaddi solet ex abundanti, clausula generalis, nempe, *necnon ab aliis quibuscumque grauaminibus, &c.* quæ quidem nihil prorsus operatur, sed appellans videtur solum per grauamine expresso, & specificato appellare intendisse *cap. 1. & 2. de libell. oblation.* & non super aliis non specificatis. Rot. *decis. 2. de appellat. in nouiss.* Vestr. *in Prax. d. l. 3. cap. 10. num. 1. & seqq.* & ibi Grauat. *num. 9. litt. C.* Marchesan. *ubi proxim. num. 65. & seqq. fol. 120.*

30 Tertia vero species appellationis, vt proposuimus *sup. num. 11.* est illa, quæ interponitur ab actibus extraiudicialibus, *iuxta text. in cap. bonæ memoriæ de appellat.* vbi Franc. Abb. & Alii, *& in cap. cum sit romana, eod. tit.* Gloss. *in l. qui restituere ff. de rei vendic.*

Quæ appellatio, non solum datur à grauaminibus per Iudicem illatis, quamuis extraiudicialiter, verum etiam a parte faciente aliquod grauamen alteri parti collitiganti, secundum Franc. *in d. cap. bonæ memoriæ col. 6. in princ.* Operatur autem appellatio extraiudicialis, quæ fit a parte, in causis beneficialibus tantum, non in aliis vnum mirabilem effectum, nam habetur æque, ac citatio, & sic eum habeat vim citationis, tenetur pars appellata comparere coram Iudice ad quem, sine alia citatione, alias Iudex prædictus procedere potest contra illam in illa causa, tamquam in contumaciam.

Datur tamen dilatio triginta dierum ad iter arripiendum, a die interpositæ appellationis, Et postea datur alia dilatio, seu terminus post aduentum inhibitionis, quam expectatur appellatus per viginti alios dies, infra quos comparere tenetur, alias si non comparuerit, procedi potest in eius contumaciam, *vt probatur ex text. in cap. 1. de elect. in 6.* vbi Gloss. *in §. sed pars alia verb. infra mensem, & verb. absentia,* in aliis autem causis non operatur hunc effectum huiusmodi appellatio extraiudicialis, vt habeatur pro citatione interpretatiuè, vt tradit Abb. *in d. c. cum sit romana col. pen. de appell.* quem sequitur Marant. *in spec. 6. p. act. 2. ult. partes n. 279.* vbi ait esse menti tenendum. Alios effectus dictæ appellationis extraiudicialis, & in quo differat à iudiciali, tradunt plenè Abb. Franc. & Alii *in cap. bonæ memoriæ de appellat.* vbi etiam dicunt, quod in dicta appellatione requiritur, vt exprimatur causa, præsertim Abb. & Franc. *& in c. consuluit el 2. de appell.*

31 Sed quæritur hic an detur appellatio extraiudicialis, vel iudicialis a sententia Arbitrorum, & Arbitratorum?

Respondetur cum distinctione. Aut enim loquimur de iure communi: aut de iure Regni, de iure communi non datur appellatio a sententia Arbitri, nam illi standum erit, siue æqua sit, siue iniqua, *l. diem proferre §. stari ff. de recept. arbitr. & l. 1. C. eod. tit. & dix. sup. num. 15. cap. 13.* Et hoc metu pœnæ, quando fuit expressè cautum per partes mediante stipulatione cum appositione pœnæ, vbi verò in compromisso non fuit adiecta pœna, tunc agitur ad interesse, *vt habetur in d. l. diem proferre §. fin.* & notat Abb. *in cap. per tuas col. 2. vers. nota quod arbitrium de arbitr.* & Bald. *in l. 2. ff. eod. tit.* vbi assignat rationem, quare non appelletur, quia ex sententia arbitri non oritur actio, neque exceptio, sed solum illi paretur metu pœnæ, vnde cum non producat actionem, non erit necesse appellare; & hoc procedit in compromisso stipulatione vallato, in quo adiicitur pœna, si vero fiat pacto nudo, non agitur ad interesse de iure ciuili, secundum Bart. & Bald. *in d. l. diem proferre.* Sed de Iure Canonico bene agitur ad interesse, etiam ex pacto nudo Abb. *in d. c. per tuas col. 2. in fin.* Vnde seruatur hodie in Praxi, quod si compromissum fiat per partes simpliciter, sine stipulatione, sed nudo pacto, & sine pœna, si sententia arbitri fuerit expressè, vel tacitè emologata, producit actionem; censetur autem tacitè emologata, & approbata, quando partes tacent per decem dies, & non conqueruntur de sententia, etiam extraiudicialiter, tunc enim exequutioni mandatur elapsis decem diebus, & non potest amplius impugnari, *ad tex. in l. cum antea C. de arbitr.* & ibi Bald. & Alii, et not. Abb. *in d. c. per tuas col. 3.*

32 Si verò factum fuerit per stipulationem, et cum pœna adiectione, non habet locum emologatio, quia contra partem contrauenientem agitur ad pœnam, *d. l. C. de arbitr.* et vbi est stipulatio, sine pœna, agitur ad interesse, quod succedit loco pœnæ *per tex. in d. l. diem proferre §. fin.* vbi Bald. Quod tamen recipit declarationem, nisi in compromisso apposita fuerit clausula *Rata manente pacto*, quia tunc procedit emologatio, cum censeantur duo compromissa, vnum cum pœna, et aliud, sine pœna, et consequenter oritur actio, *per dict. l. cum antea.* vt tenet Gloss. et Bald. *in d. l. 2. ff. de arbitr.*

33 Idem dicitur, si in compromisso apponatur iuramentum, sine dicta clausula, quia habet vim dictæ clausulæ, Bart. et Alii *in l. si quis maior C. de transact.* et Alii penes Barbos. *in tract. de clausulis vsu frequentioribus clausul. 128. num. 3.* Neque obstat, quod per *Auth. decernimus. C. de arbitr.* sit prohibitum apponi iuramentum in compromissis, vnde cum sit Ius nouissimum, nihil tale iuramentum operaretur, quia esset appositum contra ius. Nam respondetur, quod de Iure Canonico aliter seruatur, et sic quando compromissum factum fuerit super re licita, et in eo interuenerit iuramentum, quia seruari potest sine interitu salutis æternæ, tale iuramentum valeret, et produceret omnes suos effectus *cap. 2.* vbi Abb. *col. 3. & in cap. cum tempore de arbitr.* quidquid dicat Bald. *in d. Auth. decernimus in fin.* vbi mordicus defendit, ex compromisso iurato nullam oriri actionem de Iure ciuili, ex eo, quia quod nullum est, nullum producit effectum *cap. illud de temporibus. l. si aut nullum C. de legit. hæred. l. non putauit. §. non quanis. ff. de bon. poss. contr. ab.* Ratio est, quia vbi agitur de iuramento, statur Iuri Canonico in vtroque foro, tam Sæculari, quam Ecclesiastico, vt tradit Abb. *in cap. 1. de non oper. noui & in c. cum contingat. de iureiur.* Vnde pro obseruantia iuramenti potest adiri Iudex Ecclesiasticus, vt inquit idem Abb. *in d. c. per tuas col. 4. de arbitr.* quamuis non possit agi in foro Sæculari per viam actionis *per d. Auth. decernimus*, cum actio prodicta sit de Iure Ciuili, *vt habetur Instit. de action. in princip.* et ibi Gloss. et DD.

34 In secundò vero casu de Iure Regni appellari potest a sententia, seu laudo lato ab arbitris, ad effectum, vt reuideatur, *ita disponitur in Regia Pragmat. quæ incip. & si aliqua partium in tit. de arbitr.* Quæ quidem pragmatica locum habet, non solum in arbitris Iuris electis inter consanguineos, verum etiam in Arbitris, in quos fuit factum compromissum per extraneos. Imò extenditur, etiam ad Arbitratores, qui dicuntur amicabiles compositores, nam appellatione Arbitrorum, veniunt quoque Arbitratores. Abb. *in c. Quintauallis n. 5. de iureiur.* et Bar. *in l. societatem §. arbitrorum ff. pro socio.*

35 Vnum tamen aduertendum erit, quod a laudo lato ab

Arbitris,

Arbitris, appellatur ad Iudicem loci, in quo fuit latum, qui quidem Iudex summariè procedere debet sine figura iudicij in reuisione ipsius laudi, sed auditis Arbitris. Ipsam autem causam reuisionis laudi, & compromissi expedire tenetur infra mensem, *vt colligitur ex dicta Pragm. & si aliqua partium.*

36 Sed quæri potest hoc loco, an possit à laudo appellari, si compromissum factum fuerit a partibus, penes acta Curiæ cum pacto iuramento firmato apposita etiam pœna, vt non liceat appellare, non obstante tali pacto.

Respondetur affirmatiuè, tum per paulo ante dicta, tum etiam, quia in compromisso continetur tacita conditio, si scilicet æque fuerit arbitratum. Bart. *in d. l. soc. et item §. arbitrorum.* Quapropter si appareat, quod laudum ab Arbitris latum contineat læsionem, vtique poterit ab illo appellari, non obstante quocumque pacto, & promissione facta penes acta Curiæ. ita tenet Io. Ang. Pitanell. *in addit. ad d. Prag. & si aliqua partium.*

37 Quæritur vlterius circa appellationem extraiudicialem, An appellari possit à Decretis, nominationibus, & electionibus vniuersitatum, & similium?

Respondetur affirmatiuè, regulariter loquendo *per text. in l. 1. § solent. ff. quand. appell. sit & l. 2. C. de decurion. lib. 10.*

Quæ quidem dispositio ampliatur etiam in omnibus conclusionibus, & nominationibus factis in sedilibus Ciuitatis Neapolis. Franch. *dec. 2. n. 8.*

Sed tamen hoc intelligi debet, quando ex nominatione, vel electione tribuitur electo aliquod ius, non autem quando ex ipsis non acquiritur ius, tunc enim appellari non potest, secundum tradita per Bart. *in d. l. 1. §. solent.*

38 Vnde notandum est pro pleniori declaratione, quod reperiuntur in Iure tres species nominationis, seù electionis, Prima est, quæ nullum tribuit ius, *vt in c. 1. & 4. dist. & cap. ex quo appell. §. nominationes 2. q. 6. cap. quod sicut de election. & l. nominationes C. de appellat.* & in tali casu non est licitum appellare, quia ex tali nominatione nullum ius acquiritur nominato.

Secunda dicitur nominatio, quæ tribuit ius nominato, sed non perfectum, quia confirmari debet a superiore, *vt in c. nihil est § cæterum de elect. & l. si ad scribatum C. de appell.* & tunc licitum erit appellare.

Tertia dicitur nominatio, quæ tribuit ius perfectum nominato, & a nullo est confirmanda, *vt in c. publicato de elect. & l. 2. & l. nominationum, & l. si quos C. de decurionibus. lib. 10.* & tunc similiter appellari poterit.

39 Est tamen aduertendum, quod in casibus, in quibus licitum erit appellare a prędictis nominationibus, seù electionibus Ciuitatum, vniuersitatum, & similium, appellari debet ad superiores immediatos ipsarum. Et sic ad Gubernatores, & officiales Ciuitatum, vt tradit Afflict. *in constitution. Regni exordium, ea, qua Rex. in 4. notab.* Carauit. *in rit. 49. num. 5* & Franc. *decis. 770. num. 8.* Solet etiam appellari in Regno Neapolitano à Prędides Prouinciarum. *per text. in d. lib. 1. §. solent ff. quand. appellat. sit*, a quibus inhibetur in forma, & si fuerit aliquid attentatum contra inhibitionem, reuocatur, per doctrinam Bartoli. *in l. fin. ff. de appellat. recip. num. 6.* quem sequitur Abb. *in d. cap. bonæ memoriæ. de appell. in secunda differentia inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem*, vbi allegat textum *in cap. cum Nobis de electione.*

40 Est autem notandum, quod in attentato, ad hoc vt reuocari possit, duo concurrere debent. Primum est, quod inhibitio sit transmissa. Secundum, quod appellatio interposita sit declarata iusta, secundum Soccin. *in cons. 45. n. 7. & 8. volum. 1.* & latiùs dicemus inferiùs *sect. 5. per tot.*

41 Tandem quæritur, an conseruatoria, quæ conceduntur in Regno (vt in propriis terminis Regnicolarum loquamur) virtute Capitulorum. *Ad Regale fastigium: Finis præcepti Charitas; & Omnis prædatio*, dici possunt appellationes extraiudiciales?

Respondetur affirmatiue, quia quando laicus spoliatus a Clerico sua possessione recurrit ad sacrum Consilium, vt conseruet illum in sua possessione, illaque sibi restituatur, agitur per viam extraiudicialis cognitionis. Afflict. *decis. 85.* & ideò bene dici possunt appellationes extraiudiciales, de quibus conseruatorijs, *habetur in Regia pragm. quæ est sub tit. de conseruatorijs non concedendis parte non citata*, & notat Afflict. *decis. 2. & 28.* Grammat. *decis. 78.* & Franch. *decis. 163. num. 19.* qui *nu. 20.* dicit, quod dicta conseruatoria conceduntur solum per sacrum Consilium, virtute concordatorum cum Summo Pontifice; non autem per officiales Baronum Regni, quia non habent huiusmodi authoritatem. Et tali casu sacrum Consilium facit citationem per edictum, vt quicumque sua putauerit interesse, compareat infra tot dies visurus iuramenta testium, & allegaturus quidquid dicere, & allegare voluerit, quare ille spoliatus restitui non debeat. Et sic capiet informationem de iuribus spoliati per quandam viam extraiudicialem, & summariam, & si appareat, illum fuisse indebitè spoliatum, restituetur in sua pristina possessione, *vt habetur in dd. cap. conseruator.* Neque obstat si dicatur, quod Clericus non potest trahi ad forum sæculare. Nam respondetur, quod quando citatur per edictum generale, si sua putauerit interesse, tunc si compareat coram Iudice sæculari, videtur comparere, vt Actor non vt Reus; cum comparitio sit voluntaria, non necessaria, iuxta tradita per Bald. *in l. testamenta omnia. C. de testam.* & ibi etiam Alex. & Castrens. Luc. de Penn. *in l. si colonus. col. antepen. & pen. C. de agricol. & censit. lib. 11.* & plenè etiam per Afflict. *d. decis. 2. & 24.* & alibi sup. dix.

42 Alia diuisio appellationum, vt præmissum fuit sup. *nu. 11.* est, quod alia fit respectu Iudicis proferentis sententiam. Alia quæ fit respectu modi, quo profertur sententia; vel respectu personarum, seù rerum in sententia contentarum.

Appellatio, quæ fit respectu Iudicis proferentis sententiam, dicitur, quando appellatur ab ipsomet Iudice sententiam proferente; cum regulariter appellari possit ab omnibus Iudicibus tam ordinarijs, quam delegatis. *cap. 2. & cap. ad Romanam. 2. qu. 6. & cap. cum sit Romana de appell.* Quibusdam tamen exceptis, vt à Papa, vel Imperatore, à quibus non appellatur *cap. anteriorum. §. ille 2. qu. 6. cap. cuncta, & cap. per principalem 9. quæst. 3.* Vel à delegato, quando in rescripto fuit remota appellatio, vt supra notauimus.

43 Vel a sententia sacri Consilij Neapolitani, a quo non appellatur, sed tantum reclamatur, ad idem Consilium, *iuxta text. in Auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imper. offer.* Afflict. *decis. 231.* cum repræsentet Præfectum Prætorium. Franc. *decis. 148. nu. 9.* similiter & ob aliam rationem, quia sententia sacri Consilij fertur nomine Regis; vt obseruat Afflict. *dec. 190. & 383.* Franc. *decis. 81. & habetur in Regia Pragmat. 5. sub tit. de off. Sac. Reg. Cons.* Item sententia prædicti sacri Consilij habet vim legis. Afflict. *decis. 169.* & Franch. *dec. 171.* ideo non appellatur, sed tantum reclamatur ad idem Consilium iuxta tradita per Bald. *in l. final. C. de legib.*

Neque obstat *text. in l. eos C. de appellat.* vbi habetur, quod appellatio interponenda est ad Iudices superiores. Nam respondetur, quod videtur correctus per *d. Reg. Pragm. 4. de offic. Sac. Reg. Cons.* per quam disponitur, vt porrigatur supplicatio reclamationis Præsidij eiusdem Consilij, per quem committitur causa alteri Consiliario eiusdem Rotæ. Et hoc est speciale priuilegium dicti Consilij; Quod in materia appellationis ab ipsius sententijs habet etiam alia priuilegia; prout est, quod licet appellatio interposita ab alijs sententijs Iudicum inferiorum suspendat exequutionem sententiæ. *l. 1. ff. nihil innou. appell. pendent.* tamen quando reclamatur a sententia sacri Consilij, executio non retardatur. Afflict. *dicta decis. 231.*

Aliud priuilegium est, quod sententia sacri Consilij potest executioni domandari armata manu *vt in d. Pragmat. 5. habetur.*

Item ab aliis sententijs debet appellari infra decem dies. *Auth. Hodie. C. de appellat.* sed a sententia sac. Consilij potest reclamari infra biennium, *vt in pract. Prag. 5.*

Aliud priuilegium est, quod ab aliis sententiis dici potest de nullitate, vsque ad 30. annos. *l. 1. §. si expressim ff. de appellat. &* Afflict. *in constit. Regni Vsurariorum, num. 18.* sed a sententiis latis in sacro Concilio non potest dici de nullitate, *vt cauetur in dicta Pragm. 5.*

Item executio sententiæ latæ a Iudice inferiori retardatur, propter petitam restitutionem in integrum. *c. pastoralis §. præterea, & § fin. de offic. deleg.* sed executio sententiæ sacri Consilij non impeditur ob dictam restitutionem petitam. Capyc. *dec. 53.* Afflict. *dec. 356.* & Franch. *dec. 86.*

Vltimum priuilegium est, quod licet regulariter in omnibus causis appellationis possit bis appellari ad superiores Iudices, *vt in l. 1. C. ne liceat tertiò prouocar.* tamen in causa reclamationis factæ in sacro Consilio, non potest iterum reclamari; sed postquam semel reclamatum fuerit, perpetuum silentium imponitur, *iuxt. text. in l. si quis C. de precib. Imper. offer.* Afflict. *in d. dec.* 231. &

231. & hæc circa appellationem, quæ fit respectu iudicis proferentis sententiam.

44 Appellatio verò, quæ fit respectu modi, quo profertur sententia, erit ista, quod scilicet, quando appellatur à sententia diffinitiua statim ligantur manus Iudicis, a quo est appellatum, *cap. non solum de appellation. in 6 l. appellatione. C. de appellation. & lib. 1. ff. nih. innou. appellat. pendent.* Si verò appelletur ab interlocutoria, non ligantur manus Iudicis, nisi in specie Iudici fuerit inhibitum ad se non intromittendum, *d. cap. non solum*. Est benè verum, quod si appellatur a sententia assistentiæ in Regno, non retardatur executio, sed mandatur executioni, præstita cautione de restituendo in casu retractationis; nisi fuerit dictum de nullitate sententiæ, quæ nullitas probanda erit ex eisdem actis; & tunc non mandatur exequutioni, *per Regiam Pragm.* quæ incipit: *Magna Curia Vicaria Rerum, in tit. de appell.*

45 Appellatio tandem respectu Personarum, vel Rerum in sententia contentarum, est, quando dicitur de nullitate ipsius sententiæ in appellatione, vt communiter fit, dicendo *prouocat, & appellat, & aquò principaliter de nullitate dicit, &c.* Nullitas autem est ius, seù commune auxilium ad actum irritandum competens Vantius. *de nullit. in tit. quid sit nullitas, num. 1. & seqq.* Scacci. *de appell. qu. 19. rem. 1. concl. 1. nu. 1.* Quando verò sententia sit nulla, & quomodo; dictum est sup. *p. 1. sect. 3. subsect. 1. de sent. à n. 49. cum plurib. seqq.*

46 Sed nota, quod quando sententia est nulla dicitur etiam iniusta, secundum Soccin. *cons. 255. n. 4. lib. 2.* Corn. *cons. 315. n. 4. l. 2.* Ratio est, quia omne nullum, dicitur etiam iniustum, vt inquit Iason. *in l. lecta. num. 16. vers. tertiò aduerte. ff. si cert. pet.* Couar. *in rubr. de testam. p. 1. num. 4* Corn. *d. nu. 4. in fin.* cum nulla sit maior iniustitia quam nullitas. Innoc. *in capit. dilecto de appellat.* Vant. *de nullitat. tit. quid sit nullitas, & vnde dicta numer. 20.* Scacc. *de appellat. quæst. 17. limitat. 19. num. 4. vers. sed actorea*, vbi ait, posse appellari à sententia nulla, sicut a sententia notoriè iniusta.

47 Differt tamen nullitas ab iniustitia, sicut species à genere. Imò sicut species a specie. Nam iniustitia dupliciter considerari potest: Vel largè & in genere sumpta; Vel strictè, propriè, & in specie. Priori modo comprehendit sub se omne, id quod non est rectè factum contra ius partis. ex quo resultat iniustitia in specie, & similiter omne, quod est contra ius, seu fit contra iuris solemnitatem, & sic non rectè factum, ex quo resultat nullitas; Secundò verò modo iniustitia sumpta non comprehendit sub se, nisi id quod est contra ius partis. Iason. *in d. l. lecta. num. 16. per tot. maximè in vers. tertiò aduerte. ff. si certat. petat.* sequitur Rot. *apud Marchesan. de commiss. appellat. in Curia. p. 1. decis. 1. nu. 1. & decis. 2. nu. 1. & seqq. fol. 220. & seq. sec. impress.*]

48 Vnde Alij iterum similiter considerant nullitatem etiam dupliciter; scilicet propriè, & simpliciter; ac minus propriè, & secundum quid. Nullitas priori modo sumpta, dicitur omne illud, quod est solum contra iuris solemnitatem. Secundo vero modo, idest minus propriè, & secundum quid, dicitur illud, quod principaliter est contra ius partis, & consequenter est etiam contra iuris solemnitatem; vt est nullitas proueniens ex iniustitia patente, quæ aliàs vocatur etiam nullitas per comparationem. Contard. *in l. vnic. limit. 9. num. 48. C. si de momentan. possess. fuer.* Et ex his patet, quare sententia nulla dicatur etiam iniusta.

49 Vnde infertur, quod iniustitia notoria, & euidens reddit sententiam nullam; & sic appellari potest. Felin. *in cap. inter cæteros nu. 10. de sent. & re iudic.* Contard. *in d. l. vnic. lim. 9. nu. 37. & seq.* Rol. *cons. 6. n. 38. l. 3.*

Infertur secundo, quod sententia probationibus carens, quæ non iustificatur ex actis, est notoriè iniusta, & sic etiam erit nulla Mantic. *decis 211. nu. 6.* Cæsar de Grass. *decis. 11. nu. 4. de re iudic.* Seraph. *decis. 965. nu. 10. & decis. 1261. nu. 5.* Buratt. *dec. 325. nu. 2.* Gregor. *decis. 209. n. 4. vers. tertia nullitat.* Caualer. *decis. 203. nu. 4.* & Gabriel. *commun. conclus. de sent. concl. 9. nu. 5. vbi de communi testatur.*

50 Limitatur tamen, quando iniustitia non esset ita notoria, vt aliquo prætextu velari possit, & sic iustificari ex alijs. Buratt. *decis. 251. n. 6.* Limitatur secundo, quando sententia iustificari posset ex alijs probationibus, & non agatur de illa exequenda, sed sostinenda. Put. *dec. 391. in correct.* Seraphin. *dec. 701. n. 3. & 734. n. 5.* & Buratt. *d. dec. 251. n. 10.*

Vnde, si agatur de exequutione sententiæ, iustificari debet ex eisdem actis. Seraphin. *decis. 179. num. 5.* Buratt. *decis 584. num. 6.* Rot. *decis. 336. nu. 2. p. 1. diuers.* Vel de exequutione mandati executiui, quod similiter iustificari debet ex eisdem actis, *mxt. l. illicitas § veritas. ff. de offic. præsid.* Rot. post Zacch. *de obligat. camerал. decis. 136. nu. 8.* & post Cenc. *de censib. decis. 255. num. 6.* Vel si agatur de sententia excommunicationis, quæ pariter iustificari debet ex eisdem actis. Seraphin. *d. decis 701. num. 3.* Buratt. *decis. 760. num. 1.* & ratio est quia ad effectum exequutionis non potest intrare regula, *l. per hanc. C. de tempor. appell.* Vbi habetur, posse non deducta deduci & non probata probari, nam si mandatum, seu sententia esset notorie iniusta ex eisdem actis, remaneret necessario etiam nulla, vt supra dictum fuit, & sic iustificari debet omninò ex eisdem actis *DD. cit.*

51 Est autem aduertendum, quod tunc demum sententia, quæ non iustificatur ex eisdem actis, vti notorie iniusta, est etiã nulla, quando se refert expressis verbis & per modum causæ dispositiuæ ad acta talia, secus, secundum magis communem opinionem, de qua Alex. *in l. Præses 27. nu. 2. ff. de re iudic.* Afflict. *decis. 28. numer. 8.* & ita obseruat. Rota Romana Put. *decis. 401. in princ. l. 1.* Coccin. *dec 78 nu. 5.* Rot. *decis. 178. nu. 1. p. 2. recent.* cum aliis apud Buratt. *d. dec. 251. n. 13.*

52 Et nota, quod cum nullum simile sit idem *c. capitulum de rescr. l. ad similitudinem C. de Episc. & Cler.* Gloss. *in l. quod Neratius,* & ibi Bart. *ff. deposit.* Ideo licet iniustitia notoriæ æquiparetur nullitati, & dispositum in vna censeatur etiam dispositum in alia, vt tradunt. Menoch. *consil. 212. num 83. libr. 3.* Natt. *cons. 217. nu 3.* Mantic. *decis. 3 num.* .. Gregor. *decis. 209. numer. 4. & 330. nu. 4.* Rot. *d. decis. 170 num. 2. par. 2. recent.* tamen sententia iniusta non est propriè, & simpliciter nulla, sed bene minus propriè, & secundum quid Contard. *in d. l. vnic. lim. 7 numer. 46. C. si de mom. poss. fuer.* Vel per comparationem. Afflict. *d. decis. 28. num. 9.*

53 Rursus est notandum, quod licet regulariter omnes nullitates processus sanentur in Romana Curia per viam rescripti, vt tradit Vant. *de nullit. sub tit. quib. mod. sanent. null. reparet. numer. 125.* in omnes, præter tres infrascriptas fuerunt, sublatæ ex reformatione Pij IV. & tandem per Clement. VIII. *const. 18. incip. hominum dispendijs*, in qua disponitur, quod in statu Ecclesiastico non attendantur in Iudicijs nullitates, nisi tres, scilicet ex defectu iurisdictionis, citationis, & mandati, & ad ipsas tres tantum restringitur commissio. Marchesan. *de commiss. appellat. in Curia p. 1. cap. 3. nu. 20. fol 195.* tamen dictæ tres nullitates sunt aliàs insanabiles Idem Marchesan. *de commiss. nullitat. sanat. p. 3. § 3. nu. 30. fol. 62.* prout de singulis censuit pluries Rota Romana. Nam de nullitate, ex defectu citationis in specie tradit *in decis. 272. num. 1 2. & 3. & decis. 312. numer 2. & 4. part. 4. recent.* Gregor. *decis. 416. num. 2.* Caualer. *decis. 35. numer. 1. & 396. num. 6.*

De nullitate ex defectu iurisdictionis. Ead. Rot. *d. decis. 272. num. 3. & 6. par. 4. & decis. 91. num. 2. par. 6. recent.* Caualer. *decis. 40. nu. 1. & seq. & decis 63. nu. 2 & decis. 396. nu. 3.* Burrat. *decis. 324. nu. 9.* De nullitate verò mandati Eadem Rot. *d. decis. 272. numer. 4. & 6. & d. decis. 312. num 2. & seq. part. 4. recent.* Caualer. *d. decis. 396. nu. 2. & 6.* Et has tantum tres nullitates attendit Sacra Rota, *vt in decis. 333. n. 2. p. 4. recent.* quæ per signaturam iustitiæ numquam sanantur. Marchesan. *de commiss. nullit. sanat. par. 3. d § 3. num. 31. fol. 62.* Beltram. *ad Gregor. dec. 189. n. 8.* vbi etiam ait, quod aliquando ex rationabili causa scribit cum clausula. *arbitrio Rotæ, seu Iudic.*

Imò neque dictæ tres nullitates sanantur per clausulam, *Arbitrio, &c.* prout de nullitate, defectu citationis tradit. Rot. *d. decis. 272. n. 1. & decis. 312. nu. 4. p. 4. rec.* Caual *decis. 53. n. 1. & dec. 396. n. 1. & 6.* Greg. *dec. 416. n. 2.*

De nullitate, defectu iurisdictionis Ead. Rot. *d. decis. 172. n. 5.* Caualer. *decis. 40. nu. 2. & decis 53. nu. 1.* Buratt. *decis. 324. nu. 8.* Et de nullitate, defectu mandati. Ead. Rot. *d. decis. 272. nu. 6. & decis. 312. nu. 2. part. 4. rec.* Caualer. *d. decis. 396. n. 6.* Buratt. *d. dec. 324. num 8.*

Sed hoc intelligi debet, quando dictæ nullitates sunt claræ. Rot. *decis. 619. nu. 1. p. 3. recent.* secus si sunt turbidæ, vel non sunt totales, quia tunc sanantur ex dicta clausula: *Arbitrio, &c.* Rot. *dec. 680. n. 4. p. 2. & dec. 395. nu. 1. p. 5. recent.* Vestr. *in Prax. lib. 5. c. 13. n. 1 & l. 7. c. 1. n. 6.*

54 Sanantur nihilominus aliquando huiusmodi nullitates diuersis modis, nam defectus iurisdictionis sanatur per pro-

roga-

rogationem illius de partium consensu, *iuxt. text. in l. 1. C. de iurisdict. omn. iudic.* Vestr. *d. l. 5. c. 13. n. 4.* Coccin. *decis. 136. nu. 3.* Burat. *dec. 371. nu. 6. & decis. 825. nu. 5. in fin.*

55 Quod limitatur, si nullam habeat quis iurisdictionem, quia tunc prorogari non potest, *l. privatorum C. de iurisdict. omn. iudic.* Iason *in l. si per errorem nu. 1. ff. eod. tit.* Bald. *in l. generaliter n. 2. C. de Episc. & Cler.* Marant. *in spec. aur. p. 4. dist. 12. n. 18.* quia non entis nullæ sunt qualitates, *l. eius qui in provincia ff. si cert. petat.* vnde quod non est, prorogari nunimè valet. Aegidius. *decis. 25. incip. licet consensus.*

Limitatur etiam in causa appellationis, in qua non habet locum prorogatio iurisdictionis, quia appellatio fieri debet gradatim, vnde non potest fieri ad Iudicem alias incompetentem, etiam de consensu partium. Speculat. *in tit. de appell. §. nunc tractemus. vers. quod si de facto.* Felin. *in c. P. & G. col. 4. vers. item nota de offic. deleg.* Marant. *loc. citat. num. 22.* qui plures alias limitationes affert.

56 Defectus citationis sanatur per comparitionem citati, vel eius legitimi Procuratoris, quia comparitio citati, est finis, ac scopus citationis. Gregor. *decis. 27. nu. 3.* & in Beltram. *num. 9.* vbi latè, *& dec. 94. numer. 6.* Ferentill. *ad Buratt. dec. 727. num. 8.*

57 Defectus vero mandati sanatur iuris præsumptionibus, & coniecturis. Caualer. *decis. 182. nu. 7. in fin.* Gregor. *decis. 44. n. 1.* prout ex solutione facta procuratorio nomine, cum nemo præsumatur velle iactare suum Rot. *decis. 1. de caus. poss. & propr.* Gregor. *decis. 111. num. 5. & decis. 275. num. 1.* vbi Beltram. *nu. 19.* Vel ex productione iurium. Roman. *cons. 446. n. 10. & seqq.* Put. *decis. 214. l. 2.* Cassadnr. *decis. 3. nu. 5. de procurat.* Duran. *decis. 6. nu. 24.* Quod tamen non procedit in persona domestica, quæ præsumitur iura surripuisse. Roman. *d. cons. 446. n. 3.* Gregor. *dec. 44. prae. n. 4.* & ibi Beltramin. *sub n. 10.* Sanatur etiam aliquando defectus mandati per ratificationem. Rot. *decis. 39.* & ibi Papaz. *n. 2. de proc. in nov.*

Similiter sanatur ex obseruantia diuturna, quia quando actus gestus procuratorio nomine diu obseruatur, præsumitur mandatum. Rot. *in Comitatis Castelli Bonorum 8. Nouembris 1589. coram Card. Pamphilio senior.*

Item ex præsentia, scientia, vel patientia, quod quis suo nomine litem prosequatur. Gregor. *d. decis. 44. nu. 2.* & ibi Beltram. *num. 9.*

58 Insuper est notandum, quod potest dici de nullitate vsque ad triginta annos, sed non vltra Vant. *de nullit. sub tit. quot. & infra quod tempus nu. 8. vers. si vero.* Sccac. *de appellat. qu. 19. rem. 1. conclus. 7. nu. 1.* Vestr. *in Prax. lib. 8. c. 1. nu. 10.* & ibi Grauat. *nu. 30.* Marant. *in spec. aur. p. 6. vlt. partis act. 1 vers. & demum fortius sententia n. 154.* Rot. *decis. 156. n. 8. decis. 512. n. 4. p. 2. recent.* Coccin. *decis. 337. nu. 21. & 399. nu. 3.* cum omnis actio dicto tempore præter. batur. *c. vigilanti, & c. si delegati de præscript.* Rot. *240. num. 17. par. 6. recent.*

59 Quod tamen limitatur multis modis, & Primo, quando nullitas deducitur per viam exceptionis, quia omnes exceptiones sunt perpetuæ nam ea, quæ sunt tempotalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum *l. pure. §. 5. ff. de dol. except.* Vant. Scacc. Vestr. & Grauat. *locis citat.* Rot. *decis. 240. nu. 18. & seqq. 5. recent.*

60 Limitatur secundò, quando actus est ipse iure nullus, quia tunc etiam perpetuo potest de nullitate dici, *l. quæ ab initio ff. de regul. iur.* Vant. *d. nu. 8.* Scacci. *d. conclus. 7. nu. 3.* Vestr. *dicto c. 1. nu. 30.*

61 Limitatur tertio, quando agitur de periculo animæ, quia tunc dici pariter potest de nullitate in perpetuum. Vant. *ib.* Scacci. *d. conclus. 7 n. 2.* Grauat. ad Vestr. *l. 8. c. 1. n. 30.*

62 Limitatur quartò, quando per statutum, vel per consuetudinem aliter disponeretur. Scacci. *vbi sup. rem. 1. concl. 7. num. 5.*

63 Limitatur quinto, quando nullitas proueniret ex defectu iurisdictionis, vel mandati, quia tunc vsque ad mille annos de nullitate dici potest. Vant. *vbi sup. d. nu. 8.* Scacc. *d. qu. 19. rem. 1. concl. 17. n. 7. vers. confirmatur.*

64 Et est aduertendum, quod nullitas deduci potest in iudicio duobus modis, Primo principaliter, & de per se. Secundo accessoriè, seù incidenter. Vant. *de nullit. quot. & quib. mod. null. sub num. 1.* Scaccia *de appellat. q. citat. 19. rem. 1. conclus. 1. n.* Vestr. *in Prax. l. 8. d. c. 1. nu. 2.* Principaliter iterum duobus alijs modis deducitur, scilicet principaliter de per se, vt quando petitur sententiam nullam declarari; & æquè principaliter expressim vna cum appellatione, vt quando quis dicit sententiam nullam, & si qua est, appellat. Scacci. *d. quæst. 19. remed. 1. concl. 3. numer. 3. & seq.* Incidenter verò nullitas deduci potest quatuor modis, secundum eundem Scacc. *ibid. d. rem. 1. numer. 11. & 18. cum seqq.*

Primo, in ipsamet appellatione, quia ipsa tacitè continet in se, etiam causam nullitatis.

Secundo, quando coram eodem Iudice petitur iterum pronunciari, ex quo prima sententia est nulla.

Tertio, quando opponitur, excipiendo contra petitam executionem sententiæ.

Quarto, quando agitur de nullitate notoria.

65 Sed quæritur, an quando fuit proposita, & deducta nullitas, & iniustitia sententia simul, possit Iudex super vtraque in simul ad vlteriora procedere?

Respondetur affirmatiue, nisi dicens de nullitate petat, vt prius cognoscat de illa, & postea de iustitia causæ principalis; nam tunc debet prius de illa cognoscere; secus si pars non opponat. Vant. *de nullit. nu. 15. vers. intellige.* Rot. *decis. 45. nu. 1. part. 1. recent.* Coccin. *decis. 206. nu. 1. & seqq.* aliàs si Iudex procederet ad vlteriora super negotio principali, non cognito prius de nullitate, non obstante protestatione, & petitione partis, processus esset nullius. Cæsar. de Grass. *decis. 11. numer. 3. de re iudic.* Put. *decis. 72. libr. 3.* Rot. apud Marchesi. *de commiss. nullit. sanat. part. 3. §. 2. decis. 12. numer. 5. fol. 49. sec. nou. impress.* deberet tamen appellari ab vlteriori processu, secundum Vant. *vbi sup. num. 16.*

66 Quod si pars appellans non opponat de nullitate, & sententia fuerit confirmata, non poterit amplius de nullitate illius allegari, si sententiam confirmatoria fecit transitum in rem iudicatam; aliàs secus. Rot. *dec. 512. nu. 2. p. 2. recent.* Parte autem opponente non potest sententia notoriè iniusta, & nulla confirmari. Caualer. *decis. 203. n. 7.*

67 Quæritur secundo, an instantia nullitatis in iudicio deductæ sit eadem cum instantia appellationis?

Respondetur quod si nullitas deducta fuit incidenter, & accessoriè ad appellationem, per viam tamen actionis, tunc est eadē cum instantia appellationis, vnde deserta causa seu instantia appellationis, deseritur etiam instantia nullitatis: Franc *in cap. dilecto col. 5. vers. tertio modo de appellat.* Vant. *de null. tit. quot, & intra quod tempus. num. 8. vers. quidquid tamen.* Scacc. *de appellat. qu. 15. nu. 101. & nu. 262. vers. secus. & qu. 17. lim. 2. num. 131. vers. & adeo* Couar. *pract. quæst. cap. 4. nu. 7. vers. quid si deserta sit.* efficitur autem deserta per viam actionis spatio 30. annorum, iuxta superius dicta, Franc. *d. c. dilecto qu. 58.* Buratt. *decis. 163. num. 1.* vbi Ferentill. *lit. A.* alias decisiones cumulat, & idem facit ipsemet Buratt. *dec. 283. nu. 9.*

68 Quando nullitas fuerit in iudicio deducta de per se principaliter, vel æque principaliter, instantia ipsius de iure ciuili est triennalis, sicut aliæ instantiæ, *iuxt. l. properandum. C. de iudic.* vt obseruat Scacc. *de appell. qu. 5. nu. 261.* Marchesi. *de commiss. null. sanat. par. 3. §. 4. numer. 80. fol. 148.* Vestr. *in Prax. d. lib. 8. capit. 1. numer. 10.*

De iure tamen Canonico erit perpetua, sicut sunt perpetuæ aliæ instantiæ, *ad tex. in c. venerabilis, & c. fin. de iudic.* vbi Abb. & DD. Gloss. & Alij. *in d. l. properandum in verb. triennij in fid.* Alex. *cons. 23. col. 1. vol. 3.* Marchesi. & Vestr. *loc. sup. cit.*

69 *Quoad tertium principale*, quando scilicet appellari debeat, est notandum, quod antiquitus de Iure Digestorum, & Codicis tempus ad appellandum erat breuissimum, nam in causa propria dabatur biduum, & aliena triduum, *vt in l. 1. §. biduum, & §. dies, & §. in propria. ff. quand. appell. sit. & in l. eos §. fin. autem. C. de appell.* Hodie verò de iure Canonico, & Authenticorum conceditur tempus decem dierum cuilibet appellare volenti à sententijs, siue grauaminibus, *c. anteriorum. 2. q. 6. c. cum dilecti. §. si verò in fin. de elect. c. significauerunt §. mandamus de restit. c. quoad consultationem. §. taliter de sentent. & re iudic. & Auth. Hodie. C. de appell.* & ita practicati tradunt Scaccia *de appellat. lib. 3. c. 2. qu. 12. num. 2.* vbi latè Lancellot. *de attentat. appell. penden. cap. 12. lim. 50. nu. 37. & seqq.* Vestr. *in Prax. l. 7. cap. 3. nu. 19. vers. Hodie vero.* Marant *in spec aur. in 3. p. 6. partis act. 2. n. 213.* Salust. Tiber. *in Prax. l. 2. c. 25. nu. 1.* & Alij, & de Regnicolis. Afflict. *in constit. appellationum tempora in quarto notab.* Vnde qui non appellat statim post sententiam, vel quando grauamen infertur, appellare potest infra decem dies; non vltra.

70 Quod quidem procedit, siue appelletur a sententia diffinitiua, *vt in d. cap. anterioram, & in d. cap. quoad consultationem, & in d. libr 1. §. biduum* siuè ab interloquutoria, *vt in d. cap. cum dilecti in fin.* & Gloss. *in c. cum cessante de appell.* siue a quocumque grauamine, & actu extraiudiciali, a quibus etiam appellandum erit infra decem dies, *vt in cap. concertationi de appellationib. in 6. & in d. lib. 1. § solent. & in §. à sententijs ff. quand. appell. sit.* Et hoc extenditur etiam ad alios interesse prætendentes, & volentes inhærere appellationi interpositæ, nam talis adhæsio fieri debet pariter infra decem dies, vt obseruat Franc. *dec. 257. num. 3. & 4.*

71 Declaratur tamen prædicta conclusio, vt tunc demum teneatur quis appellare infra decem dies, a die latæ sententiæ, quando notitiam habuit fuisse contra se latam sententiam, vel fuit præsens prolationi ipsius, vel fuit personaliter citatus, alias si ignorauit, non currit tempus prædictum, nam etiam post annum datur appellatio, currit tamen tempus a die scientiæ, *vt in dict. c. concertationi de appell. in 6.* Glos. & Bart. *in d. Auth. hodie C. de appellat.* Gloss. *in c. ab eod. tit. in 6. & habetur in d. lib. 1. §. dies ff. quand. appellat. sit.* Scacci. *d. quæst. 12. num. 8. vers. primus casus*, Vestr. *d. l. 7. c. 4. nu. 28. in princ. & vers. & in istis terminis.* Rot. *dec. 758. nu. 3. p. 3. diuers. l. 3.*

72 Declaratur secundò, quando quis iusto impedimento detentus appellare non potuit infra decem dies, nam tunc dictum tempus ei currere non debet. Iustum autem impedimentum esset, si non posset haberi copia Iudicis, coram quo appellaretur. *dict. l. 1. § dies*, vbi Bart. *ff. quando appell. sit.*

73 Declaratur tertiò, quando grauamen illatum haberet tractum successiuum, vt si grauamen non remoueretur, nam tunc durante grauamine, semper appellari potest etiam post 10. dies, quia quamdiu non redocat Iudex, vel alius grauamen; tandiù grauat, & appellari potest. *arg. c. fin. in fin. vers. qui autem de pænit. dist. 7.* Bald. *in lib. 2. col. 2. in fin. vers. secundo quæro C. de epysc. audient.* Io. Andr. *in c. dilectus 2. de rescr.* Speculator. *de appell. §. 5. num. 6.* Par. de Put. *in tr. de syndicat. vers. appellatio col. 2.* vbi ponit exemplum in eo, qui detinetur in Carcere, qui semper grauatur, donec excarceretur. Quod tamen subdeclaratur, dummodo carceratio sequuta non fuerit per sententiam, quia tunc debet appellare intra decem dies, alias non auditur vltra dictum tempus. Franc. *in c. super eo 2. col. 1. & c. ex parte 1. col. 2. de appell.* Alex. *in l. infitiando § infans in addit. ad Bart. ff. de furt. & in lib. 1. §. 1. ff de fer.*

74 Potest autem interponi appellatio, aut statim quandocumque grauamen infertur; vel inferri putatur per quemcumque iudicialem processum, *vt in c. ex parte M. & c. dilecti de appell.* Vel per interlocutoriam, *vt d. c. dilectis & ca. cum cessante eod. tit.* Vel per diffinitiuam, *c. oblate eod. tit. & ca. Raynutius & c. Raynaldus de testam.* aut post ex interuallo, dummodo fiat intra decem dies, non vltra, *vt in d. c. anteriorum 2. qu. 6. c. dilecti de elect. c. significauerunt de testib. & c. bona de confirm. vtil. vel inut. c. quoad consultationem de sent. & re iud. & in Authentico de appell. & intra quæ temp. in princ.*

75 Incipit autem currere tempus decem dierum a die latæ, & lectæ sententiæ, vel à die intimationis illius, *vt colligunt ex præallegatis, signanter ex c. quod consultationem & leg. eos C. de appellat.* & notat noster Vrsill. ad Afflict. *in decis. 344.* Caple. *decis. 139. in prima cas.* vbi etiam ait, intimationem posse fieri personaliter, & domi. Quod procedit etiam vbi non potest appellari, sed tantum supplicari, *vt in §. aliud collat. 9. Auth. vt sponsal. larg.*

76 Et potest appellari quocumque tempore etiam in die feriata in honorem Dei, vel Sanctorum. Bart. *in d. lib. 1. §. dies ff. quand. appell. sit.* Bald *in l. 1 per illum tex. C. de fer.* Gloss. *in c. appellationi vers. sublata de appell. in 6.* Felin. *in col. 5. de fer.* Card. *in Clem. 2. §. simpliciter in 2. q. de appell.*

77 Sed quæritur, an dictum tempus decem dierum ad appellandum concessum sit continuum, & currat de momento ad momentum, itaut includat etiam diem intimationis sententiæ, an sit vtile?

Respondetur, cum Speculat. *de appell. d. §. 5. nu. 3. vers. sed numquid*, quem sequitur Marant. *in spec. d. 3. p. 6. partis act. 2. num. 215. vers. ex hoc ergo*, quod est vtile in principio, cum non incipiat currere ignoranti, nisi a tempore scientiæ, neque impedito, *vt sup. diximus.* Sed in sui progressu, est continuum, post scientiam *vt in l. ab C. quom. & quand. iudic. l. cum sex. ff. de edilit. edict. & est text. singular. in c. biduum 2. qu. 6. & text. in præcit. lib. 1. §. dies*, & ibi Bart. vbi ait, quod melius facit impeditus appellare, si protestatur, maximè quando stat per Iudicem, quin appelletur.

Glosa *vero in Clem. sicut appellantem. vers. à die de appellation.* tenet currere simpliciter de momento ad momentum, & sic esse continuum, non vtile, sequitur Glos. *secunda in constit. Regni appellationum tempora*, & ibi Afflict. *in quarto notab. n. 8. & in constit. specialem quoddam*, At prima opinio videtur mihi verior, & tenenda.

78 Sed numquid dies, in quo appellatur, computanda sit in numero decem dierum?

Respondetur affirmatiuè, quia vt dictum est, post scientiam, tempus est continuum, & currit de momento ad momentum. *arg. lib. 3. §. minorem. ff. de minor. & libr. 1. in princ. ff. de diu. temp. præscr. & d. c. biduum vers. si aduersus 2. quæst. 6. & in c. anteriorum vers. à recitatione sententiæ ead. caus. & quæst. & c. quisquis 4. qu. 5. & Auth. hodie C. de appellat.* & notat Specul. *d. §. 5. num. 3. vers. Tu dicas.*

79 Continuum autem tempus dicitur illud, quod continuè currit, tam quoad initium, quam quoad finem, vt est tempus quatuor annorum concessum ad petendam restitutionem in integrum *l. fin. C. de tempor. in integr. restit.* Vtile verò est illud, quod tantum currit vtiliter, quando quis non ignorat actum factum in sui præiudicium; vel est legitimè impeditus, vt supra dictum est.

80 Quæritur secundò. An Dominus principalis admittatur ad appellandum, post decem dies, si procurator, absente domino, non appellauerit infra dictum tempus decem dierum.

Respondetur negatiuè, *secundum text. in d. lib. 1. §. si aduersus ff. quand. appell. sit.*

Limitatur tamen Primo, quando procurator fraudolenter & illudendo prætermittit appellare, nam tunc dominus admittendus erit ad appellandum.

Limitatur secundo, quando ex actis apparet, quod procurator potuit appellare, & non appellauit.

Limitatur tertio, quando procurator fuit impeditus appellare, prout si tempore latæ sententiæ erat absens. ita Bart. *in d. § si aduersus*, quem sequitur Afflict. *in d. dec. 344.*

81 Quæritur tertiò, an si quis appellauerit alieno nomine, sine mandato, debeat illam appellationem ratificari facere a domino litis, intra decem dies?

Respondetur affirmatiuè, & illi decem dies computantur à die, quo sciuit fuisse contra se latam sententiam, alias elapsis dictis decem diebus non valeret ratificatio, & sententia transiret in rem iudicatam, quia ratificatio fieri debet infra tempus habile, *l. bonorum ff. rem ratam. haber. d. c. anteriorum 2. quæst. 6.* Speculat. *de appell. § 1 numer 7.* Corn. *cons. 192. colum. 2. litt. A. vol. 3.* Et licet Speculator ibi dicat, ratificationem fieri debere infra decem dies a tempore, quo sciuit appellatum fuisse suo nominè; tamen veritas est, quod fieri debeat ratificatio infra decem dies a tempore, quo sciuit, sententiam fuisse latam. *per text. in d. Auth. hodie C. de appell.* quia ex illo tempore incipiunt currere ad appellandum, ergo pariter ad ratificandum. *DD. ibi.*

82 Quæritur quartò, quid iuris, quando victus in iudicio non appellauit expressè infra decem dies coram Iudice a quo. Neque coram Iudice ad quem, ab illo tamen obtinuit litteras inhibitoriales in forma, quas post decem dies præsentauit Iudici, a quo fuit lata sententia, numquid iste dicatur appellasse; & num acta facta per Iudicem a quo ante quam illi præsentarentur litteræ inhibitoriales, valeant?

Respondetur, quod appellatio censetur tacitè interposita per aditionem Iudicis ad quem, & acta facta antequam præsentaretur inhibitio, valent. Glos. *in cap. suggestum de appellat.* quam sequitur Lapus *in allegation. 39.* contrarium tamen tenet Dec. *in d. cap. suggestum nu. 4.* & Socein. *in cons. 45. vol. 1.* quod scilicet appellatio non censeatur interposita per dictas litteras inhibitoriales. *per text. in ca. ut debitus honor. de appellat.* vbi habetur, appellationem fieri debere coram Iudice a quo profertur sententiam, sed victus in casu nostro non appellauit coram Iudice a quo infra decem dies; ergo non præsumitur appellasse, & consequenter acta facta a Iudice ante præsentationem litterarum inhibitorialium tenent. Possunt tamen istæ duæ sententiæ contrariæ cum distinctione, ita conciliari. Aut enim quæstio est, quoad effectũ suspensiuũ iurisdictionis; Aut quoad validitatem

tem appellationis Priori casu per dictas litteras obtentas à Iudice ad quem non infirmantur acta gesta à Iudice, à quo *per text. singul. in d. l. 1. §. si quis ff. quand. appelland. sit canonizatum in c. biduum §. si quis 2. q. 6.* & ita locum habet secunda sententia Decij, & Soccini. Secundo vero casu appellatio substinetur, esto quod non appellauerit coram Iudice a quo, & ratio est, quia ex quo impetrauit litteras inhibitoriales à Iudice, ad quem, tacitè præsumitur appellasse, & ita procedit prima opinio Glossæ, & Lapi, quia per arreptionem itineris ad superiorem, præsumitur animus appellandi *cap. dilecti el 2. de appell.* & Nos diximus *sup. p. 1. Sect. 3. Subsect. 1. n. 19.*

83 *Quoad quartum principale*, Quomodo scilicet seu qualiter fiat, est notandum, quod appellatio plura requisita habere debet. Et sic Primò interponenda est coram iudice, a quo fertur sententia *c. biduum 2. qu. 6. cap. ne debitus honor. de app & l. 1. § dies ff. quand. app. sit.* & not. Scacc. *de app. q. 4. art. 9. nu. 38. & q. 9. n. 1.* Rot. *decis 369. n. 3. & decis. 594 n. 2. p. 2. & decis. 722. n. 2. p. 3. recent.* vbi habetur, non sufficere appellare coram Notario causæ, & Caualer. *dec. 495 n. 2.* vbi alias decisiones cumulat, & Ferentill. ad Burat. *dec. 202. n. 5.*

84 Declaratur tamen, vt hoc locum non habet, quando non potest haberi copia Iudicis, eiusque præsentia, quia fortè est absens, vel ob aliam causam, nam tali casu sufficit appellare coram Notario causæ. ita Bald. *in Authent. Quæ supplicatio. numer. 1. C. de precib. Imperat. offer. & in l. apertissimi. col. 1. C. de iudic. & l. 2. C. de his, qui per met. iudic. non appellant.* vbi ait, quod si ob metum, vel absentiam Iudicis non potest adiri Iudex, appellari potest coram honestis viris, vel potest adiri Iudex, ad quem, & coram eo appellationem porrigere, vt etiam inquit Gloss. *in clement. 1. vers. maiori. de appellat. & plenè* Soccin. *in cons. 55. col. 1. vol. 1.* Grau ad Vestr. *in Prax. l. 7. c. 3. nu. 58. vers. cæterum & post alios*, Rot. *dec. 594. n. 3. p. 2. recent.* & Ferentill. ad Burat. *d. dec. 202. n. 4.* latè Scaccia. *ubi sup. signanter d. q. 6. n. 40.*

85 Et potest præsentari appellatio in omni loco, ad effectum, ne transeat in rem iudicatam. Cardin. *in Clem. 1. §. similiter in 2. q. in fin. de app.* Et in omni tempore, etiam die feriata in honorem Dei, quia non est actus iudicialis appellatio. Cardin. ibid. & Bart. *in d. l. 1. §. dies. ff. quand. appell. sit* et dictum est *sup. num. 76.*

86 Debet secundò appellatio fieri in scriptis a sententia diffinitiua si non fiat incontinenti post latã sententiam, sed ex interuallo; nam si fiat illicò post sententiam, apud acta, sufficit si appelletur viua voce. *c. fin. vers litigatoribus. 2. qu. 6.* quod sumptum fuit *ex l. litigatoribus. C. de appell. d. l. 1. §. dies, & si quis ff. quan. appell. sit. et l. 2. in fin. cum l. seq. ff. de appell.* Speculat. *de appellat. §. 6. in princ.* Scacc. *de appellat. q. 4. n. 15.* Marant. *in spec. d. p. 3. sextæ partis n. 136.* Vestr. *in Prax. l. 7. c. 3. n. 28.* & ibi Grauat. *n. 60.* dicunt, quod debet tunc viua voce appellans dicere *appello*; vel *submitto me protectioni, et tuitioni talis Iudicis*; Incontinenti verò dicitur, si fiat Iudice adhuc pro Tribunali sedente: alias si ad extraneos actus diuerterit, dicitur fieri ex interuallo, et sic oporteret, vt fieret in scriptis à diffinitiua. Speculator *dicto §. 6. in princ.* et ibi Ioan. And. *in verb. diuerterit*, Bart. Franc. et Alii apud Marant. *ubi supra n. 137.* vbi concordat opiniones contrarias DD. super hoc.

67 Ab interlocutoria verò non potest appellari viua voce, sed semper necessaria erit scriptura appellationis. *c. cordi de appellat. in 6.* siuè appelletur statim, siuè ex interuallo: aliàs non valeret appellatio, vt *in d. c. cordi*, Specul. *loc. præcit.* Bart. *in ub. cius. ff. de appellat. recip.* Franc. *in c. ut debitus, colum. 7. vers. secundò quæritur de appell.* Roman. *consil. 301.*

88 In scriptis autem fieri dicitur, si porrigatur libellus appellatorius, de quo infrà, alias si appellans dictaret, et Notarius scriberet, non diceretur appellatio in scriptis, et sententia post decem dies transiret in rem iudicatam. Franc. *ubi sup. vers. quarto quæritur* quam refert, et sequitur Marant. *loc. cit. n. 139.* Quando verò interlocutoria habet vim diffinitiuæ, potest appellari viua voce incontinenti, sicut a diffinitiua. Franc. *ind. cap. ut debitus. col. 8. vers. septimò quæritur.* Roman. *consil. 41. in princ.* Neque est necesse exprimere causam grauaminis, quando habet vim diffinitiuæ. Bald. *in l. minoribus. C. de his quib. ut indign. col. 2.* Abbat. *in cap. peruenis. col. 2. de appell.* Sed bene requiritur, vt exprimatur causa grauaminis in appellatione a simplici interlocutoria, quæ non habeat vim diffinitiuæ, *ut in d. c. cordi nobis de app. in 6.* et notat Marant. *ubi sup. num. 254. in 2. differ. inter appell. à diffinitiua, et interlocutoria*, vbi Alios congerit.

89 Sed quæritur, an, quando quis appellauit viua voce, cum protestatione, & reseruatione appellandi in scriptis; tempus prosequendi appellationem incipiat currere a prima appellatione viua voce incontinenti emissa, an a secunda in scriptis interposita?

Respondetur, quod in ista quæstione sunt diuersæ opiniones DD. Bart. enim in *l. cum procurator §. si dominus num. 4. ff. de nou. oper. nunc.* quem sequitur Bald. *in l. appellatione n. 6. C. de appell. & expressius in cons. 430. n. 4. l. 3.* & Abb. *in c. dilecto nu. 12. de appell.* & Alij tenent, quod incipit currere a prima, viua voce interposita, quia valida est, & iurisdictionem Iudicis a quo suspendit, ac ad Iudicem ad quem deuoluit; & secunda in scriptis redacta retrotrahitur ad primam. Idem tenent Addent. *ad Dec. in cap. bonæ memoriæ num. 68. in verb. sed Bartol. litt. B. de appell.* vbi de communi testantur, sequitur Roman. *d. cons. 41. n. 4. & seq.* & ibi Mandos. *in addit. in verb. dicendum sub. litt. C.* vbi latè, & Marant. *d. par. 4. sextæ partis act. 2. n. 144.* & Grauat. ad Vestr. *d. l. 7. c. 3. n. 62.*

Contrarium verò, scilicet quod tempus prosequendi appellationem incipiat currere a secunda sententia in scriptis facta, tenent Iason *in alleg. l. cum procurator §. si dominus n. 13.* & ibi Alex. *n. 18. & seq.* vbi dicit esse communem, *& cons. 64. n. 5. lib. 6.* vbi de veriori & magis communi, Dec. *in d. c. bonæ memoriæ n. 68. de appell.* vbi de communi Canonistarum sententia, sequitur Salicet. *in l. si quis libellos n. 3. et seq. C. de appell.*

Alij autem medium tenentes, quærunt concordare dictas sententias de directo contrarias: & distinguẽdo, asserunt, quod aut prima appellatio est valida, & tunc secunda trahitur ad primam, & sic procedit prima sententia Bartoli, & sequacium; aut prima appellatio est inualida, vel interposita ab interlocutoria, quæ est facienda semper in scriptis, & tunc locum habet secunda sententia Iasonis, Alexandri, & Aliorum. ita tradit. Mandos. ad Roman. *in d. cons. 41. sub litt.* & colligitur ex Marant. *ubi supra* Capic. *decis. 34. num. 10.* Mihi tamen placet magis opinio Bartoli, Marantæ, & Aliorum, quam sequitur etiam Rodolphin. *in Prax par. 1. c. 13. nu. 148.* qui *n. 153.* refert cautelam Cæpollæ *cautel. 193. nu. 2.* & Baldi *in l. eos. §. Apostolos vers. quæro, numquid C. de appell.* & Decij *in d. c. bonæ memoriæ num. 72. de appel.* vt scilicet Iudex statim admittat primam appellationem, respondendo de Apostolis admissorijs, & sic abdicata se iurisdictionem, quæ deuoluitur ad Iudicem superiorem ad quem; vnde per dictam admissionem non tenetur deferre secundæ appellationi, & sic tempus prosequẽdi computabitur a prima appellatione. Et hanc sententiam tenuit Rota vt testatur Bisignet *decis. 23. n. 4. de appel.* quamuis ipse contrariam opinionem sequi videatur.

90 Tertiò debet appellatio continere nomen appellantis, appellati, & substantiam sententiæ, a qua appellatur. *l. 1. § fin. ff. de appellat.* vbi Bart. & DD. Specul. *de appell. §. 6. num. 4.* vbi ait, quod si non exprimatur nomen Aduersarij, non nocet *per l. 3. in princ. ff. eod.*

Nomen autem Iudicis, ad quem appellatur conueniens est vt apponatur. Sed omittatur appellando simpliciter, & generaliter, vt si dicatur: *Appello*, vel: *Appello ad Iudicem competentem*, adhuc valet appellatio, *per tex. in l. 2. ff de appell.* ita Bart. *in l. 1. supra cit. §. si quis. vers. quæro quid si aliquis ff eod.* & Bald. *in l. apertissimi col. 1. C. de iudic.* & communiter Canonistæ. Abbas tamen *in c. inter cætera de appel.* & Franc. *in ca. dilecti el 3. q. 16. eod. tit.* Limitant de iure Canonico, aliter seruandum, licet de iure ciuili procedat sententia Bartoli, & Baldi.

91 Quartò debent Petri Apostoli in ipsa appellatione, alias nõ valeret appellatio facta sine ipsorum petitione, vt probatur ex *text. in c. cordi. de appell. in 6. cap. biduum, et cap. post appellationem 2. qu. 6. et ex text. in l. eos. §. Apostolos*, & ibi Bart. & Alij *et l. quoniam. la. 1. C. de appell. et not.* Innoc. *in c. d. appell.* quia est de forma appellationis, vt petantur, prout in dictis iuribus: Qui Apostoli petendi sunt instanter, instantius, & instantissimè, ac sæplus: sufficit tamen, quod vnico contextu, & eodem tempore petantur sæpius in vno, & eodem libello appellatorio, *ut ex text. in clement. quamuis, de appell. et c. ab eo, et c. ut super. de appell. in 6.* vid. DD. infra *n. 101.*

92 Sed quæritur, quid sint Apostoli in materia appellationis?

Respondetur, quod Apostoli sunt litteræ Dimissoriales, seù missiuæ, quibus Iudex a quo testatur superiori, seu Iudici ad quem, de appellatione a sua sententia interposita, & quomodo appel-

appellans fuerit ab eius iurisdictione dimissus, conceduntur autem appellanti, vt possit cum illis se præsentare Iudici ad quem, & ei fidem facere de appellatione. Et solent regulariter continere quis, à quo, contra quem, ad quem, super quo, & quare appellat: & an Is, à quo appellatur, deferat, vel non, & quare sic, vel non deferat; Vel an appellantem diminat, vel nõ probatur, *in c. post appellationem. 2. qu. 6. quod est l. vnic. ff. de libellis dimissorijs, & cap. cordi. de appell. in 6. & lib. sciendum ff. de appellat. recip. vel non; & lib. 1. §. fin. ff. de appell. & lib. dimissoria ff. de verb. signific.* notant. Specul. *lib. 4. tit. de Apostolis, seu libellis dimissorijs. §. 3. in princ. & num.* 10. Abb. *in Practic. c.* 14. Scaccia *de appell. q.* 13 *n.* 1. Ghisiler. *de Iudic. Regular. c.* 15. *n.* 4. *& seqq.* Vestr. *l.* 7. *Prax. c.* 3. *n.* 32. & ibi Grauat. *n.* 66. Non enim sunt Apostoli Petrus, Paulus, Ioãnes, Andreas, &c. vt inquit Gloss. *in d. c. cordi verb. petat. Apostolos. de appell. in 6.*

93 Dicuntur autem Apostoli a verbo Greco *Epi*, quod est supra, & *stolen*, quod est missio: latinè verò significantur litteræ missæ ad superiorem; vt desumitur ex Specul. *vbi supra à* Cardin. *in clement. quamuis in princ. q. 1. de appell.* Glos *tamen in d. c. cordi eod. tit. in 6. in verb. petat. Apostolos*, ait, quod dicuntur ab *Apo*: quod est *de*, & *stolon* quod est *missio*; quasi dimissio, quam facit vnus Iudex ad alium.

94 Qui sunt petendi quotiescumque appellatur, etiam si fiat appellatio extraiudicialiter, ita Specul. *in d. §. 1. n. 2.* Glos. *in c. vt super. vers. ille Iudex de appell. in 6.* quamuis Glos. *in d. c. cordi. ver. vel extra* teneat, quo non sunt petendi: sed tutius est vt petantur, vt inquit Franc. *in c. bone. col. 6. in fin. vers. sexto requiritur. de appellat. et ibid.* Abb. *col. 2. differ. 4. et 5.*

95 Sunt autem Apostoli in multiplici differentia; nam Alij dicuntur Dimissorii; Alij Reuerentiales, Alii Conuentionales: Alij Refutatorii: Alij Testimoniales.

Dimissorii sunt, quãdo Iudex appellationem admittit, & illi defert, dimittendo appellantem a sua iurisdictione Iudici ad quem; nam tunc illæ litteræ Iudicis a quo dicuntur Apostoli dimissorii, de quibus habetur sermo *in c. ab eo. 2. qu. 6. et c. ab eo. de appell. in 6. et l. 1. ff de libell. dimissor.* & notat Specul. *d. lib. 4. tit. de Apostolo. §. 3. n. 1.* Scacc. *d. q. 13. n.* 10. March. *de commiss. p. 2. tit. de Apostolor. petit. et concess. n. 56. fol. 7.* Et isti sunt, qui plus practicantur in partibus.

96 Reuerentiales dicuntur litteræ Iudicis, a quo, quas dat appellanti, ob reuerentiam Iudicis ad quem, admittendo appellationem ob reuerentiam, quæ alias non erat admittenda, de quibus habetur *in dict. c. cordi de appell. in 6. et in l. eos §. super. his C. de appell.* Cardin. *in c. vt debitus col. 21. in fin. de appellat.* Abb. *in c. bona col. 2. vers. quinta differentia eod. tit.*

Isti autem in Curia dari solent, vel simpliciter, vel cum verbo *in forma, etc.* & est magna differentia inter illos, nam si dantur simpliciter, appellans habet annũ ad prosequendam appellationem, sed quando cum verbo *in forma, etc.* censetur Iudicem præfixisse eo ipso terminum decem dierum ad causam appellationis committendam, a die interpositę appellationis. Scaccia *de appell. q. 14. n. 4. et seqq.* Ridolph. *in Prax. p. 1. d. c. 13. num.* 159. *et seqq. et* 169. *et seq.*

97 Conuentionales dicuntur Apostoli, quando partes conueniunt inter se super admissione appellationis, Iudice tacente vel refutante; quod raro accidit. *c. sæpè & c. oblata de appellat.* Speculat. *d. §. 3. n. 1.* Scacci. *cit. q. 13. n. 3. & seqq.* Vestr. *d. l. 7. c. 3. n. 32. vers. alij denique conuentionales.*

98 Refutatorii dicuntur, quando Iudex à quo appellationem non admittit, & de illis *habetur in leg. quoniam, & l. seq. & l. fin. §. in refutatorijs C. de appell.*

Debet tamen Iudex in hoc casu dicere causam, quare appellationem non admittit, & illam refutat. *c. vt debitus de appell. c. cordi eod. tit. in 6 et l. pen. et vlt. ff. de appell. non recip.* Speculat. *d. l. 4. tit. de Apostol. §. 3. incip. sequitur num.* 6. vbi ponit formas dictorum, & aliorum Apostolorũ, & quomodo, & quibus clausulis sint concipiendi. Vestr. *d. c. 3. nu.* 32. & ibi Grauat. *n.* 66. Et in tali casu Iudex a quo potest ad vlteriora procedere, cum per talem appellationem, & huiusmodi Apostolorum concessionem non sibi ligantur manus. *DD. cit.* & appellans habet annum, et ex causa biennium, ad prosequendam appellationem, et per viam restitutionis in integrum triennium. Scacci. *de appell. quæst. 17. n. 1.*

99 Testimoniales Apostoli dicuntur, quando Iudex, vel alius in ipsius absentia, testatur de appellatione interposita coram se, vel Notario, aut honestis viris, *tex. c. bidanum 2. q. 6. c. pastoralis an fin. de offic. ord. & c. vlt. de appell.* & not. Speculat. *vbi sup. n. 1. in med. & n.* 11. & latè Scacci. *de appell. d. q. 13. nu.* 6. Et quamuis propriè isti dentur, quando quis appellat in absentia Iudicis coram honestis viris, secundum iura præcitata, cum protestationes, quod si posset habere præsentiam Iudicis, libenter coram eo appellaret, & peteret Apostolos, prout in libello, quem præ manibus habet, propterea instanter rogat Notarium, vt de sua diligentia fidem faciat & de Apostolis respondeat, & tunc Notarius conficiendo de prædictis publicum instrumentum, dare debet testimoniales, vt tradit Vestr. *d. l. 7. c. 3. n.* 32. & latius Scacci. *d. q. 14. n. 7. & seqq.* Dantur tamen aliquando, etiam à Iudice, quando interponitur appellatio coram eo, & non vult appellationem admittere, vel denegare, sed stat in dubio. Et tunc si interim procedit ad vlteriora, & appellatio erat admittenda, causantur attentata. Mantic. *decis. 121. n. 1.* quia regulatur responsio a iure, vnde si de iure erat admittenda, censetur admissa, & si de iure non erat admittenda, censentur dati refutatorij, ita seruari in Curia testatur Vestr. Scaccl. *loc. cit.* & signanter Ridolphin. *n.* 166. Est notandum, quod de omnib. supradictis speciebus Apostolorum, tres tantum practicantur in Curiis maiori cum frequentia, videlicet Apostoli Dimissorii, Refutatorii, & Reuerentiales, alii verò, vel rarò, vel in quibusdam particularibus tantùm.

100 Accidit aliquando, quod Iudex dubitat, an appellatio si admittenda, vel non, vt dictum est, & tunc dari solet terminus iuris, qui est vnius mensis, in quem Iudex deliberare debet de quibus Apostolis respondere voluerit, qui terminus datur etiam parti ad petendum Apostolos, & redeundum pro illis. *cap. ab eo de appell. in 6. & l. iudicibus C. de appellat.* & not. Speculat *d. tit. de Apostol. §. n. 13. & dux. sup. p. 2. Sect. 3. subsect 2. num.* 87.

101 Aliàs si appellans non petierit Apostolos intra terminum prædictũ, censetur appellationi renunciasse, & appellatio efficitur deserta, *vt in cap. ab eo, & Clem. quamuis de appell.* Et non sufficit simpliciter petere, sed debet petere instantius, & instantissimè, ac pluries: potest tamen fieri semel vnico contextu in eodem libello, *vt in d. Clem. quamuis*, & ibi Gloss. & Speculat. *ib. n. 12. & 14.* Scaccia *de appell. d. q. 13. n. 25. & seqq.* Vestr. *in Prax d. l. 7. c. 3. n.* 35. & ibi Grauat. *n.* 64 Rota. apud Buratt. *decis.* 556. *num. 2. & sup. dictum est.*

Quando verò stat per Iudicem, quin dentur Apostoli, debet pars protestari infra dictum tempus, ne censeatur appellationis renunciare, *vt in d. Clem. quamuis*, & Gloss. *in l. 1. ff. de libell. dimissor.* & ratio, quare censetur renunciasse, si non petat infra dictum tempus Apostolos, est quia ipsi sunt pars appellationis, vt censuit Rot. *dec. 50. n. 3. de appell. in nouis.* Scaccia *de appell. d. qu. 13. n.* 21. Marchesan. *de commiss. p. 2. tit. de Apost. petit. n. 34. fol.* 5. Imò si non petantur Apostoli, appellatio non valeret, cum ipsorum petitio sit de eius substantia: *vt dux. sup. n.* 91. et not. Grauat. ad Vestr. *d. l. 7. cap. 3. num.* 93. Beltram. ad Greg. *decis.* 573. *nu.* 14. Ferentill. ad Buratt. *decis.* 556. *n.* 13.

102 Est autem vnum notandum, quod si pars non petierit Apostolos, & Iudex illos dederit, non obstante quod non petieret, tunc appellatio non remanet deserta, ex quo non petierit Scaccia. *d. qu. 13. num.* 28. Rot. *in Pisana legati* 19. *Februarij* 1590. *coram D. Bubalo.*

Et si non petantur in ipso libello appellationis, nihil refert, dummodo petantur infra triginta dies. Speculat. *d. §. 3. num.* 15. Granat. ad Vestr. *d. l. 3. cap. 3. nu.* 53. Scacc. *d. qu. 13. num.* 28. *& seqq.* Est benè verum, quod non sufficit petere, sed necesse est redire pro illis infra dictum tempus, alias censeretur appellationi renunciasse, *d. cap. ab eo de appellat. in 6. & d. Clement. quamuis §. similiter de appell.* et ita tenet Rot. apud Buratt. *d. decis.* 556. *numer. 1. &* 823. *numer.* 1. Gregor. *decis.* 573. *numer.* 1. et ibi Beltram. *num.* 12.

Quando vero Iudex dedit terminum iuris, sufficit redire pro Apostolis in fine termini, sed si dederit cum clausula, *& interim, &c.* vt fit in Romana Curia, tunc poterit appellans redire pro illis quandocumque iuxta Felin. *in c. personas n. 2. vers. & si dicatur. de appell.* Vestr. *d. l. 7 c. 3. n.* 34.

103 Sed quæritur; quando incipiat currere tempus triginta dierum concessum appellanti a iure ad petendum Apostolos, numquid a die latæ sententiæ, an à die interpositæ appellationis.

Respondetur, quod hodie de communi stylo, et consuetudine omnium Curiarum tempus triginta dierum currit a die interpositæ

terpositæ appellationis, tam Iudici ad deliberatè respondendũ de illis, quam parti appellanti ad petendum, ita obseruat Rot. *vt habetur decis. 5. de appellat. in nouis* Scaccia. *de appellat. d. qu. 13. numer. 83. & 84. vers. Praxis tamen*, vbi de communi testatur, & Marchesan. *de commiss. dict. par. 2. tit. de Apost. petit. num. 26.* & Marant. *in spec. aur. d. par. 3. sextę partis act. 2. num. 220. in fin.* quam sententiam prius tenuerat Hostiens. *in cap. 1. de appell. in 6.* quidquid dicat Cardin. *in Clem. quamuis de appell. in princ. 4. q.* vbi tenet, tempus currere a die latæ sententiæ per *l. Iudicibus. C. de appellat.* & sequuntur Alij, de quibus Idem Cardin. *in cap. vt debitus col. 22. de appellat.* & Rot. *decis. 26. de appellat. in nouis.* nam si vera esset istorum opinio sequeretur absurdum, quod si prolatio sententiæ non deuenerit ad notitiam partis, contra quam fuit lata sententia, adhuc curreret tempus ignoranti, & sic appellatio efficeretur deserta, & non posset pars amplius petere Apostolos, quamuis alias posset appellare, cum tempus ad appellandum currat à die scientiæ, vt supra dictum est *numer. 71.* ex traditis per text. *in cap. concertationi de appellation. in 6.* & per Gloss. & Bart. *in Authent. hodie C. de app.* Quod quidem nullo modo est admittendum, ideo, à prima sententia Rotæ non erit recedendum, quæ est Gloss. *in d. cap. ab eo de appellat. in 6.* & Gemin. *ibid.* Et hoc de Iure communi.

104 De Iure vero Regni Neapolitani, vbi *per constitut. incip. appellation. tempora*, appellanti conceditur tempus quinquaginta dierum ad prosequendam appellationem coram Iudice ad quem, post appellationis interpositionem, tempus petendi Apostolos erit 30. dierum, & sic illi 30. dies Iuris communis includuntur dictis quinquaginta, vnde cum pars possit illos petere infra 50. dies, & præsentare se postea cum illis, & processu coram Iudice ad quem, videtur quoad hoc correcta *lex. prædicta Iudicibus C. de appellat. vt probatur in Regia Pragmat. 23. exordien. appellationum tempora, & in Rit. Magnę Cur. Vicar. 189. exordien. item statuit ipsa Curia, quod quando*, & notat. Ang. *in d. constit. appellationum tempora in princ.* & Glos. *ibid.* & Andr. de Isern. *in capitul. si autem vol. 2. in fin. quo tempor. mil.* Et ita seruatur in Curiis Sæcularibus eiusdem Regni. In Curiis autem Ecclesiasticis, vbi seruatur Ius Canonicum, practicari debet dispositio. *dict. c. ab eo de appell. in 6. & d. Clement. quamuis de appell.*

105 Non est tamen ommittendum hic aduertere, quod prędictum tempus 30. dierum de Iure Canonico concessum ad Apostolos petendum, tunc procedit, quando Iudex non statuerit breuiorem dilationem, aliàs si non petierit intra terminum præfixum, & appellans, non fuerit protestatus de breuitate termini, appellatio remanet deserta, post lapsum termini præfixi etiam ante tempus 30. dierum, & ratio est, quia Iudex à quo potest breuiorem terminum statuere *iuxta text. in d. Clement. quamuis de appellat.* & ibi Gloss. Card. & DD.

106 Sed quæritur, cuius expensis præstandi erunt Apostoli, numquid expensis ipsius Iudicis, an partis illos petentis?

Respondetur, quod licet textus *in dict. Clement. quamuis §. similiter in ver. oblatos*, videbatur innuere, vt dari debeant expensis Iudicis, quia vtitur verbo *offerre*, quod importat, vt Iudex suis expensis tradere debeat, *iuxta c. offeratur. 3. qu. 3.* vbi actor tenetur offerre reo libellum, & suis expensis tradere tamen communis obseruantia est, vt dari debeant expensis appellantis, ita tenet Gloss. *in Clement. quamuis dict. verb. oblatos de appellat.* & ibid. Cardin. *in §. verum not. 3. & §. similiter quæst. 5.*

107 Communis enim obseruantia est attendenda, quia est optima legum interpres *cap. cum dilectus. de consuetud.* maximè quando ita seruatur in Romana Curia; quia quod Romæ fit spectandum est. *cap. 1. 2. & 4. dist. 12. & l. sed licet. ff. de offic. præsid.*

108 Quæritur secundo, an Iudex à quo puniri possit, quando appellans petierit Apostolos, & ille non responderet super eis?

Respondetur affirmatiuè, quia tenetur de iure. *c. cordi. de appellat. in 6. & argu. cap. post appellationem, 2. quæst. 6. in fin. cap. quod recipitur. 24. quæst. 2. & cap. in his de verbor. signific.* Ad arbitrium tamen superioris, quia non est pœna determinata in iure, nisi quod non valet processus ab eo factus. *cap. vt super de appell. in 6.* & consequenter priuaretur iurisdictione, quoad illam causam. Sicque pœnam luet, iuxta contumaciam, ad arbitrium. *c. de causis de offic. deleg. §. 1. l. 1. de iur. deliber.*

109 Imò quando petuntur Apostoli, tenetur respondere de illis, etiam si esset dubium, an appellatio esset, vel non esset admittenda. Scaccia *de appell. d. qu. 13 num. 160. vers. ex hoc*, Vestr. *in prax. l. 7. c. vlt. n. 1.* Marchesan. *de commiss. p. 2. de Apostol. petit. n. 43. fol. 6.*

Vnde si non responderet, non teneretur appellans redire pro illis, iuxta superiùs tradita, quia censeretur illos denegasse. Vestr. *d. libr. 7. cap. 3. numer. 34. & 36.* Scacc. *d. quæst. 13. art. 6. num. 56.*

110 Et tali casu careret iurisdictione, & proinde si procederet ad vlteriora, essent nulla omnia acta per ipsum gesta. *Clement. prœallegat. Quamuis. §. quod si Iudex de appell. & d. c. ab eo de appell. in 6.* Specul. *de Apostol. d. §. 2. numer. 15. vers. item nota* Grauat. *ad Vestr. d. c. 3. n. 70.* Scacc. *d. q. 13. nu. 11.* Rot. *dec. 57. alias 406. in 2. dub. sub n. 3 de appell. in nouis.* Capell *Tolos. decis. 322.* Marches. *vbi sup. n. 63. fol. 8.*

Quod tamen limitatur, quando Apostoli non fuerunt petiti in appellatione ab interlocutoria *cap. 2. de dol. & contum. in 6.* Capell. Tolos. *d. dec. 322. in fin.*

Secundo limitatur, quãdo appellatio ab interlocutoria esset nulla ob formam iuris non seruatam, vt si fuit appellatum oretenus, sine scriptis, in casibus non permissis. Aufer. *ad Capel. Tholos. vbi sup.* Grauat. *ad Vestr. d. n. 70. in fin.* Marchesan. *d. num. 63 vers. si vero.*

Tertio limitatur, quando dedit refutatorios *c. vt super. prœs vbi Glos. vlt. de appell. in sexto.* Grauat. *vbi sup.* Cassador. *dec. 6. n. 2. de appell.* Bellamer. *decis. 151. vers. sed constat.*

111 Acta autem facta a Iudice a quo, pendente termino Iuris, siuè sit datus secundum formam iuris, siuè ab ipso, sunt inualida, quando fuit appellatum a diffinitiua. *cap. non solum in princ. de appell. in 6.* Franc. *in cap. vt super de appell.* quia dilatione pendente officium Iudicis conquiescere debet. *vt desumitur ex d. cap. ab eo de appellat. in 6. & l. Iudicibus C. de appellat.* & aduertit Scaccia *de appellat. d. quæstion. 13. numer. 76.* vbi ponit regulam generalem, *& num. 61. vers. prima opinio.* si verò fuit appellatum ab Interlocutoria, vel a grauamine, & tunc aut per Iudicem ad quem, fuit illi inhibitum, & similiter sunt nulla, *vt in d. cap. non solum*, & Franc. *in d. cap. vt super numer. 4.* Aut non fuit inhibitum, & tunc aut appellatio valet, aut non; si valet sunt nulla. Franc. *ibid. versic. sed si consideretur.* si non valet appellatio, & acta valent. Bisignett. *decis. 18. numer. 4.* Alias distinctiones vide apud Franc. *vbi supra*, & Lancellott. *de Attentat.* quem refert Scaccia. *de appell. d. q. 13. n. 75. & seqq.* vbi affert sex opiniones Doctorum super hac conclusione.

112 Quæritur tertiò, qua pœna puniri debeat Iudex, a quo, si non deferat appellationi legitimè interpositæ, & non pareat inhibitioni Iudicis ad quem?

Respondetur, quod de Iure Ciuili punitur in 30. ponderibus auri, tam ipse Iudex, quam eius officiales *l. quoniam Iudices, & leg. Iudicibus C. de appellation.* De Iure verò Canonico est remittendus ad sedem Apostolicam pœnam recepturus, iuxta grauitatem culpæ, *capit. prioeo, & capit. seq. quen. vor. de appellat.*

Et tunc nullum præiudicium patietur appellans, si non admittatur per Iudicem eius appellatio legitimè interposita *cap. sopo de appellat* Sicut è contrario non nocebit Iudici, quoad pœnam incurrendam si non recipiat appellationem, quando talis est, quod Iudex eam recipere nõ debeat, cum temere appellans, secundum Ius Canonicum puniri debeat à Iudice ad quem, ad solutionem expensarum, & remittitur Iudici a quo appellauit, *vt in cap. vt debitus in fin. de appellat.* quæ pœna expensarum olim erat in triplum, *vt in cap. libellum 3. quæst. 3.* vel forte in quadruplum, *vt in capit. omni modo 2. qu. 6.* Hodie autem est in simplum, *vt in l. non ignoret, & l. terminato C. de fruct. & lit. expens.* Et secundum ius ciuile temerè appellans est puniendus in quinquaginta libris argenti, vel efficitur infamis. *vt in l. ab exequatione. §. fin. C. quor. appellat. non recipi. & l. à Proconsulibus in fin. C. de appell.*

Vnum hic valde singulare omittẽdum non est, quod si quis legitime, & iuridice condemnatus appellauerit ad effectum differendæ exequutionis, mortaliter peccat, ac parti ad interesse reficiendum tenetur, Ita ex Diu. Tho *2. 2. quæst. 69. art. 3.* tenent Nauarr. *in Manual. capit. 25. §. derest. numer. 37.* Ludouic. Beia. *in resolut. cas. conscient. cas. 64.* Foller. *in Pract. crimi Canon. par. 2. capit. 31. num. 5.* Et ratio est, quia non solum

grauem

grauem iniuriam infert Iudici, qui legitimè processit, impediendo eius officium; veruem etiam parti, perturbando eius iustitiam. vid. Sanchez. *de matrim. l. 10. disp. 8. n. 14.* vbi latè, et Alios cumulat.

PRAX. PROCESSVS.

---

113 Deueniendo nunc ad Practicam formandi processum super quibusdam eorum, quæ vsque modo diximus, secundum nostrum institutum, notandum erit, quod quotiescumque alter ex litigantibus, siuè Actor, siuè Reus decretum, seù sententiam diffinitiuam contra se à Iudice, coram, quo lis agitatur, reportauerit, siuè aliud grauamen per diffinitiuam irreparabile illatum fuerit; poterit per remedium appellationis habere recursum ad Iudicem superiorem pro reuisione sententiæ, et iurium, quæ prætendit habere, ob quæ sentit se læsum, et grauatum. Interponitur autem appellatio coram Iudice à quo, vt supra dictum est, infra decem dies computandos a die latæ sententiæ, Vel si non fuit personaliter citatus à die habitæ notitiæ, et similiter si fuit impeditus, appellatio verò fieri potest viua voce, si fiat in continenti, Iudice adhuc pro tribunali sedente, et in scriptis mediante libello, siuè cedula, secundum stylum Curiarum, et morem Regionum. Libellus autem potest formari infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma Appellationis inscriptis.

In tali Curia N. et coram eius Domino N. Iudice, siue, etc. comparet N. de N. dicens se habuisse notitiam cuiusdam assertæ diffinitiuæ sententiæ, seù decreti diffinitiui, aut illius vim habentis per D. N. Iudicem lati, seù facti, vt dicitur, ad assertum fauorem, et pro N. de N. contra ipsum comparentem, de, et super solutione ducatorum cętum octuaginta, cum interesse liquidando, etc. *Vel* pro quam, seù quod fuit condemnatus ad relaxandam domum N. vna fructibus, etc. (*Vel aliam rem controuersam, secundum facti contingentiam.*) rebusque aliis, etc. à qua quidem sententia, seù decreto sentiens se læsum, et grauatum, (cum reuerentia,) et in futurum magis lędi, et grauari timens, etc. et à toto processu desuper fabricato ad Sanctissimum Dominum nostrum N. Papam N. eiusdem Sanctam Sedem Apostolicam (*si appelletur immediatè ad Sanctam Sedem, aliàs dicatur, ad N. Iudicem N. etc.*) in his scriptis prouocat, appellat, et æquè principaliter de nullitate dicit, vt eius indemnitati prouideri possit. Proinde intendens dictam appellationis causam prosequi, petit semel, bis, tertiò, sæpè sæpius, sæpissimè, instanter, instantius, et instantissimè sibi de Apostolis responderi. Et quatenus hæc appellatio non admitteretur, quod non credit, ab illius non admissione, et à toto prætenso vlteriori processu, iterum prouocat, et appellat toties, etc. ita vt sit vltimus in appellando, et Apostolos petendo, protestans, appellationem suam vltimo loco remanere debere, etc. et per se non stare, etc. et interim, etc. sub tutela, etc. illa pendente nihil innouari, alias de nullitate, et attentatis dicit, et protestatur, ac de omnibus aliis licitè protestandis, etc. non solum vt supra, sed et omni alio meliori modo, etc. offerens se, etc. et ita, etc.

114 Si verò appellatio interponenda sit a sententia, seù decreto interloquutorio vim diffinitiuæ non habente, necesse est appellare Inscriptis, siuè in continenti, siuè infra decem dies appelletur, et insuper debet exponi, et declarari causa grauaminis, quod fieri non debet in appellatione a diffinitiua, vel ab interloquutoriæ vim diffinitiuæ habente, et tali casu fit infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma Appellationis ab interlocutaria.

In Curia N. etc. comparendo N. de N. dicit quod in lite, et causa, quam habet cum N. de N. de, et super, etc. fuerunt per ipsum comparentem, et per N. eius procuratorem eius nomine pluries oppositę exceptiones litis finitę, vel transactionis, vel compensationis, etc. (*vel alia secundum facti contingentiam*) contra dictum N. de N. aduersarium, et quamuis non potuisset procedi ad vlteriora, nihilominus quia ad vlteriora procedi mandauit, illis, et quibuscumque aliis non obstantibus, Ideirco sentiens se enormiter læsum, et grauatum in reiectione dictarum exceptionum, et timens magis lædi in posterum a prouincia de procedendo ad vlteriora, stante reiectione dictarum exceptionum, quæ vti releuantes processum impediunt, et omninò discuti debent, aliisque grauaminibus, et toto vlteriori processu, in his scriptis ad Sanctissimum Dominum, etc. (*vt sup.*) prouocat, appellat, et æquè principaliter de nullitate dicit. Petens instanter, instantius, et instantissimè Apostolos, ac de eis sibi responderi, et quatenus, etc. à non admissione, et à toto prætenso vlteriori processu, iterum, et toties, quoties opus fuerit, prouocat, et appellat, et sibi de Apostolis responderi petit, itaut appellatio eius vltimo loco remaneat, de quo, etc. et pendente, etc. nihil innouari, alias protestatur de nullitate, et attentatis, non solum præmisso, sed omni alio meliori modo etc.

Simili modo formari poterit appellatio à quocumque alia interlocutoria, dummodo exprimatur causa, ob quam appellatur, vt si appelletur ab admissione articulorum impertinentium, dici poterit.

Licet Articuli pro parte N. de N. aduersarii exhibiti non essent admittenda per dominatione Vestram illustrissimam (*siuè &c.*) cùm sint impertinentes, et irreleuantes, tamen quia fuerunt admissi, sentiens se læsum, et grauatum, ratione dictæ irreleuantiæ, et ob id timens in posterum magis lædi, et grauari, à dicta admissione, aliisque grauaminib. illatis, ac toto vlteriori processu in his scriptis ad Sanctissimum Dominum nostrum, *&c. vt sup. & sic de singulis.*

115 Quod si appellari contingerit ab aliquo grauamine, poterit appellatio tali, vel simili modo, vt sequitur formari, videlicet.

Forma Appellationis à grauamine.

In Curia, (*&c. vt sup.*) et dicit, quod quamuis Dominatio Vestra Reuerendissima debuisset admittere Articulos pro parte ipsius comparentis exhibitos contra N. de N. aduersarium, et concedere superseßoriam, ex quo obtulit se probaturum in prompto solutionem prætensarum pecuniarum (*Vel si grauamen sit aliud, aliud exprimatur, secundum facti contingentiam,*) tamen quia hæc omnia denegauit, et alias pluries ipsum comparentem multipliciter grauauit, propterea sentiens se læsum, et timens in posterum magis lædi, à prædictis omnibus grauaminibus, totoque vlteriori processu in his scriptis prouocat, appellat, et æquè principaliter de nullitate dicit ad Santissimum Dominum nostrum, etc. *vt sup. n. 113.*

116 Qua appellatione exhibita fit præsentatio per Notarium, siuè Actuarium causæ more solito, et deinde fit decretum, vel concedendo terminum iuris, si causa sit appellabilis, vel Apostolos Reuerentiales, aut Testimoniales, vel si causa non sit appellabilis Refutatorios: Termini autem iuris decretum esse poterit tenoris sequentis, vel similis, videl.

Forma Decreti termini Iuris.

Et per Dominum N. visa appellatione, etc. fuit prouisum, quod detur, prout datur, terminus iuris ad finem, etc. et interim, etc. et ita per hoc suum, etc.

Vel alio modo sub alia forma.

Qui Perillustris, et Reuerendissimus Dominus Generalis Vicarius N. visa, etc. terminum iuris concessit ad finem, etc. interim, etc. omni modo, etc.

117 Si verò dare voluerit Iudex Apostolos Reuerentiales, (seù vt Alii dicunt Reuerendas) fieri potest infrascriptum, vel simile decretum, videl.

Forma

Forma Decreti quando dantur Reuerentiales.

Et per Reuerendissimum Dominum Generalem Vicariũ N. visa appellatione per N. de N. interposita, aduersus sententiam per ipsum latam de,& super tali re,&c.ad fauorem N. de N. contra ipsum N. de N. appellantem, ob celsitudinem, & reuerentiam superioris prædicti nominati, fuit prouisum, & decretum, fore, & esse dandos Apostolos reuerentiales in forma, prout præsenti decreto dantur, & conceduntur, & ita hoc suum,&c.

Vel sub alia forma, videlicet.

Qui, &c. Visa appellatione per N. de N. interposita aduersus sententiam per ipsum latam de & super, &c. ad fauorem N. de N. contra dictum N. de N. appellantem, ob celsitudinem superioris nominati dedit Reuerentiales in forma, &c. omni modo,&c.

118 Quando dare voluerit Apostolos testimoniales, vti poterit infrascripto, vel simili decreto, videl.

Forma Decreti quando Iudex dat testimoniales.

Qui,&c. fidem, ac testimonium prohibet fuisset per N. de N. à sententia sub die tali.... in causa N. cum N. occasione tali.... & alias, vt in actis, &c. lata, coram se viua voce, vel, in scriptis appellatum, vnde &c. omni modo,&c.

119 Quando verò Iudex dat dimissorios, interloqui solet infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma Decreti quando dantur Apostoli dimissorij.

Qui, &c. Appellationem a sententia per ipsum lata die tali... ad fauorem N. de N. contra N. de N. de, & super petitione summæ pecuniarum tot.... vel restitutione fundi N. & alias prout in Actis, &c. admisit si, & inquantum, omni modo, &c.

120 Quod si appellatio non erit admittenda, quia fortè causa non est appellabilis, tunc concedere poterit Iudex Apostolos Refutatorios: debet tamen allegare causam, quare non defert appellationi; & decretum fieri potest sub infrascripta, vel simili forma, videlicet.

Forma Decreti quando dantur Apostolis Refutatorij.

Qui, etc. appellationem interpositam per N. de N. contra N. de N. aduersus sententiam per ipsum latam sub die tali..... in fauorem appellati contra appellantem, occasione, de qua in Actis, etc. Non admisit, nisi si et in quantum, etc. (*Vel poterit dici;*) Refutatorios dedit in forma, etc. omni modo, etc.

121 Aliquando admittitur appellatio cum clausula; *sine præiudicio legitimæ executionis*. Vel: *Parito iudicato*. Vel: *ad effectum deuolutiuum tantum*. Et tunc Iudex poterit suam exequi sententiam, et ad vlteriora procedere vsque ad expensarum solutionem; ante tamen, quam Iudex superior inhibeat, quia post inhibitionem, est omninò ei abstinendum à quibuscumque actibus, aliàs puniri posset, et gesta per ipsum reuocantur, vt nulla, et attentata; quia etiam si de viribus inhibitionis dubitari possit, semper ipsa timenda est, siuè iusta, siuè iniusta fuerit.

122 Et est aduertendum, quod practica Decretorum supra posita non est perpetua, et inuariabiliter obseruanda, quia alibi vno modo, et alibi aliter practicatur. In quibusdam enim Curijs fiunt decreta supra notat: In quibusdam vero alijs scribitur per Actuarium, seù Notarium causæ in libello appellationis tali modo, videlicet.

Die tali... mensis... anni... præsentata fuit per N. de N comparentem, et appellantem, petentem, etc. vnde, etc.

Per quem Reuerendissimum Dominum prouisum, quod detur, terminus iuris, et interim, etc. ad finem, et ita &c. hoc suum, &c. datum, vt supra, &c. N. Vicarius gener. N. Actuar.

Vel

Quod dentur Apostoli Reuerentiales in forma,&c.& ita &c.

Vel

Quod dentur Apostoli testimoniales in forma, &c.& ita etc.

Vel

Quod dentur Apostoli Dimissorij in forma, etc. et ita, etc.

Vel

Quod dentur Apostoli Refutatorij in forma, etc, et ita, etc.

Alibi verò fit, vt sequitur.

Reuerendiss. D. Generalis Vicarius N. prouidit, et decreuit, quod concedatur, prout conceditur terminus Iuris ad consultè respondendum, etc. et interim, etc. et ita, etc.

Vel

Quod dentur, prout dantur Apostoli Reuerentiales, vel Testimoniales, vel Dimissorij, vel Refutatorij in forma, etc. et ita per hoc suum, etc.

In quibusdam verò Alijs Curijs aliter seruatur, iuxta stylum Romanæ Curiæ, nam quando Iudex dat terminum iuris, vel Apostolos quoscumque, adnotatur, et scribitur à Notario causæ in Actis, vt sequitur videlicet.

Cui Dominus dedit terminum iuris, et interim, etc. omni modo, etc.

Vel

Cui D dedit Reuerentiales in forma, etc. omni, etc.

Vel

Cui D. dedit Testimonials in forma, etc. omni, etc.

Vel

Cui D. dedit Dimissorios in forma, etc. omni, etc.

Vel

Cui D. dedit Refutatorios in forma, etc. omni, etc.

123 Et sic de singulis, Aliæ Curiæ alio forsan modo obseruant; solet tamen Iudex à quo, quando acta, et processum transmittit Iudici superiori ad quem, scribere vel familiariter sub solita forma; vel iudicialiter, vt infra, videl.

Forma litterarum, quando dantur Refutatorij.

Abbas N. de N. V. I. D. Prothonotarius Apost. ac Illustriss. et Reuerendiss. D. N. Episcopi N. in spiritualibus, et temporalibus Vicarius, et officialis Gener. etc.

Vniuersis, et singulis præsentes nostras litteras inspecturis, pariterque lecturis notum facimus, atque testamur; et præsertim Illustriss. et Reuerendiss. D. N. Archiepiscopo N. qualiter procedentes iure ordinario in causa coram Nobis inter N. de N. et N. de N. vertente super tali re, et aliàs prout in Actis, fuit seruatis seruãdis per Nos interpositum decretum interlocutorium, per quod fuit dictũ, exceptionẽ transactionis pro parte N. oppositam esse reseruandam ad merita causę, et interim fore, et esse procedendum ad vlteriora, quo quidem decreto dictus N. sentiens se grauatum, appellauit ad Illustriss et Reuerendiss. dominationem Vestram. Verum, Illustriss. et Reuerendissime Domine Peritorum Iure consultorum communicato Consilio huiusmodi appellationi non duxi, (*ex tali causa & exprimatur*) aliquatenus deferendum, eo quod in appellatione asseruit, quod eius exceptionẽ admittere nolui, et iurisdictionis sibi copiam facere denegaui, quod quidem falsum est, cum et exceptionem ad probãdum admiserim, et iurisdictionis copiã sibi facere obtulerim. Has igitur litteras sibi concedendas duxi meo sigillo obsignatas, quibus notifico dominationi Vestræ Illustriss ac Reuerendiss. causam appellationis, et meæ refutationis. In quorum fidem, etc. Datum, etc. die, etc.

N. Vicarius Gener.

Locus † sigilli.

N. Notarius, etc.

124 Idem

124 Idem seruari potest in aliis Apostolis concedendis mutatis mutandis, vt si dati fuerint Reuerentiales, dici poterit.

Verum, Illustriss. Domine, habito Iurisperitorum consilio huic appellationis non esse deferendum ex tali causa aliquatenus duxi, nec illum ab obseruatione et examine mei iudicii dimittendum; ob vestram tamen reuerentiam eidem præcipi, vt à receptione præsentium, vsque ad finem mensis currentis cum his litteris vestro se conspectui representet. In cuius rei testimonium præsentes litteras manu nostra signatas, et per infrascriptum Curiæ nostræ Episcopalis Notarium, subscriptas, sigilloque nostro munitas fieri iussimus. Datum, etc. Et similiter fieri potest dantur Apostoli Dimissorii, vel Testimoniales mutatis mutandis.

In quibusdam vero aliis Tribunalib. sequens adhibetur forma; si appelletur immediatè ad Summum Pontificem, videl.

Sanctissimo in Christo Patri, et D. Domino N. Sacrosanctæ Romanæ, et Vniuersalis Ecclesiæ Summo Pontifici; N. de N. Vicarius Generalis Episcopi N. deuotus, fidelis, ac obediens post pedum deosculationem.

Nouerit Sanctitas Vestra, quod cũ in causa, quæ inter N. de N. Actorem ex vna, & N. de N. reum conuentum ex altera partibus, de, & super tali, vel tali re, &c. coram me in iudicio vertebatur, sententiam pro prædicto N. de N. Actore contra præfatum N. de N. Reum conuentum tulissem deffinitiuam, ab huiusmodi sententia Idem N. de N. ad Sanctitatem Vestram, Sedemq; Apostolicam appellauit. Idcirco ipsum N. de N. appellantem à meo iudicio dimitto, & ad Sanctitatem Vestram his litteris in testimonium præmissorum sigillo nostro munitis præsentandum dirigo. In quorum fidem, &c. Datum, &c.

Vel alio modo, videlicet.

Santissimo in Christo, &c. *vt supra.*

Nouerit Sanctitas Vestra, quod cum in causa tali inter N. et N. coram me in hoc Tribunali N. vertẽte, diffinitiuam tulissẽ sententiam; & Idem N. ab huiusmodi sententia ad Sanctitatem Vestram, Sedemque Apostolicam appellauerit; Ideo ipsum N. è meo iudicio dimitto, et ad Sanctitatem Vestram his litteris commitatum remitto. In quorum, &c. Datum, etc.

Quod concederentur Apostoli Refutatorii vti potest Infrascripta.

Forma Apostolorum Refutatoriorum.

N. de N. Vicarius N. &c. Tibi N. de N. salutem. Quoniam à definitiua sententia, quæ per Nos, nostramque Curiam prolata fuit, in causa inter te, & N. de N. prout in actis, appellasti; Cum autem friuolè, ac temerè nobis visum fuit appellatum fuisse; Propterea appellationi tuæ non duximus deferendum; sed solum pro apostolis refutatoriis respondendum. Quos concedimus, &c. In quorum fidem, &c.

Vel alio modo videl.

Quoniam, quam tù à nostra diffinitiua sentenția aggressus fuisti, appellatio friuola Nobis temerèque suscepta visa fuit; eidem propterea nequaquam detulimus; hoc tibi dumtaxat responsum pro apostolis refutatoriis concedentes. In quorum fidem, &c.

Vel alio modo, videl.

Sanctissimo in Christo, &c. *vt supra.*

Nouerit Sanctitas Vestra, quod cum in causa, quæ inter N. de N. Actorem ex vna parte, et N. de N. Reum conuentum ex altera super petitione talis rei, et alias vt in actis, in hac Curia vertebatur, diffinitiuam pro prędicto N. de N. Actore protulissem sententiam: ab huiusmodi sententia N. de N. præfatus Reus conuentus ad Sanctitatem Vestram, Sanctamque Apostolicam Sedem appellauit. Cum verò huiusmodi appellatio friuola sit, ac frustratoria, temerè quippe, et nulla ratione interposita, atque adeo illi meritò deferendum non sit; Nec ego propterea detuli, sed hoc tantummodò Refutatorios Apostolos eidem sum impertitus. In quorum fidem, etc.

Si vero dantur Apostoli Reuerentiales, poterit fieri infrascripta.

Forma Apostolorum Reuerentialium.

N. de N. Vicarius Generalis N. &c. siuè N. de N. Iudex &c. Tibi N. de N. Quamuis appellatio tua friuola Nobis, temerèque suscepta visa fuerit, ob nostram tamen in Apostolicam Sedem, ad quam appellasti, reuerentiam, ac venerationem, illi duximus deferendum, vt re ipsa detulimus. Nos tibi proinde Reuerentiales Apostolos concedentes. In quorum fidem, &c.

Quando autem accidit casus, vt pars contra quam fuit appellatum consentit, vt Iudex à quo deferat appellationi per partem aduersam interpositæ, quamuis friuola fuerit, tunc erit, vt sequitur.

Forma Apostolorum Conuentionalium.

N. de N. Vicarius, &c. *vt supra.* Tibi N. &c. Cum in causa; quæ coram Nobis inter N. de N. Actorem ex vna, & N. de N. Reum conuentum ex alia partibus vertebatur, de, & super tali re, &c. & alias vt in actis, &c. diffinitiuam pro prędicto N. Reo conuento contra præfatum N. de N. Actorem protulissemus sententiam; ad Apostolicam Sedem Idem N. de N. Actor appellauit; Nobisque præfatæ appellationi, vt potè friuolè, temerèque susceptæ non deferentibus, prædictus N. de N. Reus conuentus eam censuit admittendam, vt de facto admisit: Cum que à Nobis debita cum instantia Apostolos petijsset: Hos conuentionales eidem fuimus impertiti. In quorum, etc.

Quod si dandi essent Apostoli Testimoniales à Notario siuè ab Alio honesto viro, coram quo appellatum fuit infrascripta erit.

Forma Apostolorum Testimonialium.

N. de N. Notarius, etc. *Vel* N. de N. V. I. D. &c. Tenore præsentiũ omnibus, & singulis has nostras litteras inspecturis, pariterque lecturis fidem facimus, & attestamur. N. de N. Reum conuentum legitimè appellasse à quadam sententia contra ipsum ad fauorem N. de N. Actoris latam à Reuerendiss. D. N. Vicario N. sub die.. mensis.. præsentis anni... & nunc coram Nobis, alijsq; testibus infrascriptis iterum appellare tempore, loco que congruo intra tempus à iure statutum necnon non semel tantùm, sed iterùm, ac tertio, ab eodem præfato Domino Gener. Vic. N. humiliter, instanterq; petijsse, vt Apostoli sibi ad appellationem tum prosequendam, concederentur; qui tamen à prædicto D. Reuerendiss. Vicario Generali eidem N. de N. appellanti fuere denegati. Vnde in horum omnium fidem has ei testimoniales litteras, cum testium infrascriptorum subscriptione signoque solito munitas impertiui. In quorum, &c. Datum N. die.. mensis.. anni.. N. de N. &c.

Vbi verò occurit, vt Vicarius, siue alius Iudex Apostolos non denegauerit expressè, neque de illis aliquo modo responderit; sed solùm artificiosè, ac malitiosè procrastinauerit, vt fortasse tempus à iure statutum transiret, dici poterit, post verbum concederentur, inclusiuè: Qui tamen à prædicto Reuerendiss. D. Vicario Generali N. siue ab N. &c. procrastinante, ac quotidie differente, eidem N. de N. appellanti concessi non fuere, differendo, & protrahendo de die in diem; quæ quidem dilatio, cum callida, & malitiosa eidem appellanti, & Nobis visa fuerit: ne iustitia iniquè impediatur, has præfato appellanti testimoniales litteras cum testibus infrascriptis impertiui. In quorum fidem, &c. Datum, &c.

Quando autem eueniret casus, vt Aliquis appellaret à sententia contra se lata, intra legitima tempora à iure præscripta in *c. anteriorum.* 2. *q.* 6. hoc est infra dies decem, sed Vicarius, siue alius Iudex ægrè ferret, quod ab eo eiusque sententia appellauerit; & proinde minatus fuerit velle appellantem carcerare, vel aliquid aliud malum facere; & ob id appellans perterritus appellationem legitimè interpositam prosequi non est ausus, ac proinde Apostolos ab eo petere non potuit: tunc appellatur coram honestis viris, *iux. c. fin. de appell.* & fieri poterunt sub alia infrascripta, vel simili.

Forma

Forma Testimonialium cum causa prædicta.

N. de N. Notarius; &c. *vt suprà*. Vigore præsentium omnibus ac singulis fidem facimus, & attestamur, quod cum N. de N. die... mensis... ann.... appellauit ad Sanctam Sedem Apostolicam à quadam sententia contra ipsum ad Perillustri, & Reuerendiss. D. Vicario Generali. N. lata; Idem Reuerendissimus Dominus Vicarius tali appellatione se prægrauatum ostendit. Quare minitando, prædicto N. de N. apdellanti dixit, quod suam exequeretur sententiam, non obstante tali appellatione, & si eum amplius de huiusmodi appellatione loquentem audiret, carceribus præciperet mancipandum. Quapropter à prędicto Reuerendissimo Domino Vicario Apostolos petere nequaquam ausus est idem N. de N. sed tamen nobis coram testibus infrascriptis instanter, instantiùs, & instantissimè, non semel tantum, ac bis, & ter, imò quater, & pluries intra tempus à iure præfixum, vt sibi ijdem Apostoli concederentur, supplicauit. Cum verò quas idem Dominus Vicarius minatur pęnas, exequi soleat: ac iusta petentibus non sit denegandus assensus; & vnius cuiusque sin partes efficere, ne iustitia impediatur; omnibusque tandem proximi cura sit à legis Authore demandata, prædicto N. de N. hos testimoniales Apostolos libenti animo concessimus. In quorum fidem, &c. Datum, &c.

Notandum est hic, quod omnes supra notatæ formulæ deseruire poterunt, etiam in causis criminalibus, quando appellatur à sententiis in huiusmodi Iudiciis latis, paucis tamen verbis mutatis, vel additis, iuxta factorum diuersitatem. Quod remittitur peritiæ, & prudentiæ Iudicis, & practicæ Notarii, seù Actuarij.

SECTIO II.

De Effectibus Appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Primus effectus appellationis est, vt ea pendente nihil innouari debeat.*
2 *Alter effectus est, quod vim sententiæ suspendit.*
3 *Alter est, quod reducit causam ad terminos litis contestatæ.*
4 *Alter est, quod ligat manus Iudicis, à quo.*
5 *Alter est, vt gesta medio tempore, sint nulla.*
6 *Casus, in quibus non obstante appellatione Iudex à quo procedere potest.*
7 *Excommunicatio non suspenditur per appellationem.*
8 *Fructus sequestrantur, non obstante appellatione.*
9 *Legatum non suspenditur per appellationem.*
10 *Sententia fauore animarum, neque suspenditur per appellationem.*
11 *Appellatio ab eo, quod quis facere tenetur: non ligat Iudicem, ut procedat.*
12 *Præceptum Iudicis non suspenditur per appellationem.*
13 *Carceratus appellans non statim liberatur.*
14 *Notarius delinquens punitur, non obstante appellatione.*
15 *Possessio turbata restituitur, non obstante appellatione.*
16 *Absolutio ab excommunicatione non suspenditur per appellationem.*
17 *Appellans cogitur prosequi appellationem.*
18 *Sententia exequi potest, non obstante appellatione, nisi prosequatur appellatio intra terminum præfixum.*
19 *Ignorantia appellationis quod operetur.*
20 *Casus de Iure Regni, in quibus proceditur non obstante appellatione.*
Taxatio expensarum non suspenditur per appellationem.
21 *Sententia Sacri Regij Consilij neque suspenditur per reclamationem.*
22 *Assistentia sententiæ, neque impeditur per appellationem.*
23 *Sententia confirmata à Magna Curia Vicaria neque suspenduntur per appellationem.*
24 *Decreta affirmatiua Magnæ Curiæ Vicariæ, neque.*
25 *Sententia minimæ quantitatis, neque suspenditur.*
26 *Sententia Sacri Consilij, à qua fuit reclamatum, neque; Prax. Vicar. Caroli Pellegr. Par. I I.*
27 *Sententia syndicatorum neque suspenditur.*
28 *Sententia Rationalium Vniuersitatis neque.*
29 *Sententia Delegati Principis supremi neque.*
30 *Innouatio, appellatione pendente tripliciter fit.*
31 *Accessiones circa sententiam, quæ?*
32 *Prosequutio actorum qualiter fiat, appellatione pendente.*
33 *Innouatio appellatione pendente multipliciter contingit.*
34 *Innouatio respectu partium, quæ?*
35 *Sententia iniudicatum transacta, an exequi possit sine citatione partis.*
36 *Citatio partis in exequutione sententiæ, quando non requiratur.*

1 EFfectus, qui nascuntur ex appellatione iustè, & legitimè interposita plures sunt; quorum præcipuus est, vt Iudex a quo fuit appellatum, pendente appellatione, non possit aliquod innouare, sed omnia remanere debent in eodem statu, in quo erant tempore appellationis emissæ, *vt habetur in c. appell. 2. q. 5. c bonæ, &c. secundò requiris de appell. l. vnic. ff. nihil innouand. appell. pendent. & l. 3. C. de appell.* alias omnia innouata reuocantur, tanquam attentata, de quibus dicemus *infra Sect. 5. per tot.*

2 Secundus est, quod suspendit vires, & virtutem sententiæ diffinitiuæ, inspecto futuro euentu; si vero inspiciatur præsens status, extinguit vires, & præsumptiones eiusdem. Gloss. *in l. fin. ad Turpillian.* quam sequuntur Bart. Bald & Angel. *in l. tale pactum §. qui prouocauit. ff. de pactis.* & ex nostris Regnicolis Afflict. *in constitution. Regni incip. Appellationum tempora, & in decis. 178. n. 5. & decis. 267. n. 3.* Capic *decis. 232. n. 8.* & Franc. *decis. 370. num. 14.*

3 Tertius est, quod appellatio a diffinitiua reducit causam ad terminos litis contestatæ *l. ita demum C. de procurator.* Capic. *decis. 28 n. 6.* & Fran *d. decis. 270. nu. 17.*

4 Quartus effectus est quod ligat manus Iudicis, à quo fuit appellatum, vt non possit se amplius intromittere in causa. *l. à sententia C. de appell. &c. non solum de appell. in 6.*

5 Quintus est, quod non solum, sine Inhibitione suspendit iurisdictionem Iudicis, qui sententiam tulit, sed etiam si aliquid egerit intra decem dies, qui dantur ad appellandum, annullantur, *d. c. non solum de appell. in 6.* tamquam attentata, vt dicemus Inferius.

6 Sunt tamen multi casus, in quibus Iudex à quo est appellatum, non obstante appellatione interposita, potest aliquid innouare, & agere. Quorum quidam sunt de Iure communi, & quidam de Iure Regni. De Iure communi: Primus est, vt in omnibus casibus, in quibus regulariter non admittitur appellatio, Iudex possit procedere, & agere quod superest agendum, post sententiam, non obstante appellatione casus autem in quibus appellatio non admittitur, ponuntur per Gloss. *vlt. in cap. locet 2. q. 6.* & Nos enunciati fuerunt, *sup. hac ead. par. 3. Sect. 1. num. 15.*

7 Secundus casus est, in sententia excommunicationis, nam si excommunicatus appellauerit ab ea, non obstante appellatione, adhuc poterit Iudex illum denunciare *c. pastoralis §. verum de appell.* ex ratione, quam addux. *sup. p. 1. Sect. 3. Subsect. 1. n. 27. & 28.*

8 Tertius est, quando agitur de restitutione fructuum in sententia, & est suspitio, quod Reus illos dilapidare possit; nam in tali casu non obstante appellatione fructus sequestrari poterunt. *capitol. quoties 2. quæstion. 6. capitol. fin. de caus. possession. & fruct. l. Imperatores. §. fin. ff. de appellat. & l. ab exequutore C. quor. appellat. non recip.* & notat Afflict. *decis.* 188. *& 189.*

9 Quartus est, quando sumus in sententia lata contra hæredem conuictum super legato, nam tunc si appellat, non defertur appellationi; Imò tenetur cauere de illo restituendo. *l. postquam §. imperator. ff. vt legat. vel fideicomm. nom. caut.*

10 Quintus est, quando agitur de periculo animarum, & in fauorem matrimonij. *c. 2. de matrim. contra interdict. Eccles. contract.*

11 Sextus est, quando Episcopus præcipit alicui de sua Diœcesi, vt faciat aliquid, ad quod de Iure communi tenetur, ille verò dicit, se non teneri, quia habet priuilegium, vel ob aliam causam: nam tunc si appellauerit, adhuc poterit Episcopus illum excommunicare, dummodo reuera ad id teneatur. *iuxta tradit. in c. significauit. de censib.*

12 Septimus est, quando fit præceptum debitori confesso, vt soluat, nam a tali præcepto non datur appellatio, sic non obstante appellatione cogitur per iudicem soluere. *l. si debitori. ff. de iudic.*

13 Octauus est, quando quis condemnatur de aliquo crimine, & appellat ad superiorem, nam adhuc detineri potest, & debet in carceribus, si fideiussores habere non possit, donec Iudex ad quem, aliter prouideat, *arg. c. ergata. 2. q. 6. & l. eos, qui §. super his C. de appell.*

14 Nonus est, quando sumus in delinquente notorio, nam tunc non obstante appellatione potest Iudex, à quo, illum punire. *capit. propositi in fin. de appellat. capitul. Tua de cohabit. cler. & mul.*

15 Decimus est, quando agitur de reformatione turbatæ possessionis, nam tunc non obstante appellatione, adhuc Iudex poterit possessionem turbatam restituere, & reformare, si in re de qua lis vertitur, appellans turbetur. *cap. cum teneamur. de appell.*

16 Vndecimus est, quando Iudex Ecclesiasticus intromittit se iurisdictioni in absoluendo aliquem ab excommunicatione per ipsum lata, si cautionem recipit nomine Ecclesiæ, etiam si appellatum fuerit, & appellationi interpositæ detulerit *cap. qua fronte de appell.* vbi Gloss. & DD.

17 Duodecimus est, quod non obstante appellatione potest cogere appellantem vt suam appellationem prosequatur, & ad hoc præfigere ille terminum *c. consuluit. 1. in fin. & cap. reprehensibilis §. 1. de appell. c. cum sit eod. tit.*

18 Decimustertius est, quod si præfixerit terminum ad prosequendam appellationem, & nihilominus appellans intra illum terminum non prosequitur; tunc Iudex poterit suam sententiam exequi, & in causa procedere ad vlteriora necessaria. *cap. cum sit. Romana §. 1. c. ad hæc 2. & c. ad aures de appellat. vid. c. personas eod. tit.*

Quod tamen limitatur, quando appellans fuit legitimè impeditus, & iusta de causa prosequi non potuit. *c. ex ratione de appell.* vbi Gloss. *in verb. impotentiam.* ponit multos casus impedimentis.

19 Decimusquartus casus est, quando Iudex ignorat, appellationem fuisse interpositam, quia fortè fuit appellatum coram. Notario causæ, ipso absente, vel si fuerit appellatum ad Papam, Iudice adhuc ignorante. *ca. si duobus de appellation.* Nam tali casu, non obstante appellatione, poterit in causa procedere.

De Iure verò Regni Neapolitani sunt multi Alij casus, in quibus non obstante appellatione interposita potest Iudex à quo aliquid agere.

20 Quorum primus est, quando in sententia taxauit expensas, ad quarum solutionem condemnauit partem Victam, tunc enim exequi poterit sententiam, quoad taxationem expensarum, non obstante, quod sit appellatum à tali taxatione; Ratio est, quia quando Iudex procedit taxatione expensarum, non dicitur innouare, sed tantum pronunciata declarare. Carauit. *super Rit. Magna Cur. Vic.* 298. *num.* 24. maximè si in sententia fuit reseruata taxatio expensarum Curiæ, & Iudicis, vt fieri solet. Idem Carauit, *sup. rit.* 310.

21 Secundus est casus, quando sumus in sententia Sacri Consilij, à qua, vt dictum fuit supra, reclamatur nō appellatur; nam pendente reclamatione, sententia mandatur exequutioni, præstita tamen cautione de restituendo in casu retractationis Afflict. *decis.* 314. & Franc. *decis.* 135. & 93. Ratio est, ne ordinationes & decreta tanti Tribunalis, reddantur irrita, & inania *vt habetur in Pragmat.* 5. *de offic. Sac. Reg. Consil.* Quod non procedit, quando executio sententiæ dicti Sacri Consilij esset irretractabilis, & irreuocabilis, nam tunc retardaretur ipsius de exequutio Franc. *in decis.* 39.

22 Tertius est casus in sententia lata soper iudicio assistentiæ, nam tunc, non obstante appellatione interposita: Iudex liquidaris bonis super quibus præstanda erit assistentia, & præstita cautione de restituendo in casu retractationis, suam sententiam super assistentia latam exequi poterit, *vt habetur in Regia Pragmat. quæ incip. Magna Curia Vicariæ Ritum sub rubr. de appellat.* & tradit Afflict. *decis.* 251. 287. & 288 & Franc. *in decis.* 86. 120. & 136. vbi latè agitur de viribus, & forma seruanda in sententia assistentiæ.

23 Quartus est, quando agitur de duabus sententiis conformibus per quoscumque Iudices latis, quæ sint infra summam 25. vnciarum, ambæ fuerunt confirmatæ à Magna Curia, nam tali casu exequutioni demandari poterunt, non obstante appellatione interposita ad Sacrum Consilium, *vt disponitur per Regiam Pragmatic. 3. sub tit. de offic. Sacri Reg. Consil.* Et idem dicendum est, quando sententiæ essent latæ, vna à Iudice ordinario, & altera ab Arbitrio, in quem fuit per partes factum compromissum.

Similiter idem seruatur in duabus sententiis conformiter latis à Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & sunt infra dictam summam 25. vnciarum, nam exequutioni mandatur, non obstante appellatione ad Sacrum Consilium interposita, *vt habetur in Reg. Pragmat. exordien. Hoc autem §. sin autem de offic. Sacr. Reg. Consil.* & per Afflict. *decis.* 28. 39. & 47.

24 Quintus est in quolibet decreto affirmatiuo lato a Magna Curia Vicariæ, nam non obstante appellatione, mandatur exequutioni, quia à decretis affirmatiuis Magnæ Curiæ non datur appellatio ad Sacrum Consilium Afflict. *decis. allegat.* 261. vbi etiam declarat, quæ decreta dicantur affirmatiua.

25 Sextus est in sententia lata infra duos vncias, à qua non datur appellatio, & proinde non retardatur exequutio. *per Rit. Magn. Cur. Vic.* 257.

26 Septimus est in sententia Sacri Consilij, quando fuit semel reclamatum prima vice, nam quando in causa reclamationis fuit confirmata sententia eiusdem Sacri Consilii, si iterum reclametur, non obstante tali reclamatione exequutioni mandatur sententia, quia non potest bis reclamari, sed est perpetuum silentium imponendum Franc. *decis.* 153. *per text. in l. his qui aduersus C. de precib. imper offer.*

27 Octauus est in sententia lata per syndicatores contra officialem syndicatum, nam tunc executioni mandatur, præstita cautione de restituendo in casu retractationis, non obstante appellatione, *vt in Regia Pragmat. incip. Regia Dignitas sub tit. de syndicat. officialium.*

28 Nonus casus est, quando sumus in sententiis latis per Rationales deputatos ad videnda computa alicuius Vniuersitatis, quæ elegit syndicum, vel alium officialem circa administrationem bonorum ipsius Vniuersitatis, nam sententiæ, seu significatoriæ, vt ibi dicitur, latæ per Rationales prædictos poterunt exequutioni mandari, præstita tamen cautione de restituendo in casu retractationis, non obstante appellatione interposita, & ratio est, quia tales sententiæ, seu significatoriæ habent exequutionem paratam. Franc. *decis.* 147.

29 Vltimus est, quando Rex catholicus, vel eius Prorex committeret aliquam causam alicui particulari iurisperito, cum clausula, vt procedat nomine Regio; tunc enim sententia ab huiusmodi Doctores lata poterit exequutioni demandari, non obstante appellatione, præstita similiter cautione de restituendo in casu retractationis, vt supra Capic. *decis* 111.

30 Sed aduertendum erit. Primò circa innouationem actorum, appellatione pendente, quod tribus modis poterit Iudex aliquid facere, & innouare, appellatione pendente. Primò circa exequutionem sententiæ. Secundo circa accessiones, quæ fiunt in sententia. Et tertiò circa prosequutionem processus, & actorum factorum in causa principali pro iustificatione appellationis.

Quoad primum Iudex poterit innouare mandando exequutioni sententiam in casibus supra relatis, tam de Iure communi, quam de Iure Regni; circa verò reliqua appellatio ipsa valet, & in omnibus aliis effectibus appellationis procedit, vt tradit Afflict. *in decis.* 261. Franc. *decis.* 120. & Carauit. *in rit. Magna Cur. Vic.* 257. *n.* 2.

31 *Quoad secundum* circa accessiones, quæ quidem sunt, fructus, expensæ & interesse, de quibus loquitur Bald. *in l.* 1. *C. de fructib. & lit. expens. & l. vn. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest.* est notandum, quod duobus modis poterit Iudex innouare. Primò prouidendo circa sequestrationem fructuum, ne fructus dilapidentur, vt dictum est *sup. n.* 8. *& habetur in auth. ib. all.* & per Affl. *decis.* 185. Secundo liquidando illos, maximè quando in sententia, liquidationem faciendam expressit, *vt sup. dictum fuit n.* 20. de taxatione expensarum. Et ratio est eadem, quæ ibidem, quia scilicet, quando Iudex appellatione pendente liquidat fructus, vel expensas, aut interesse, nihil innouare dicitur sed tantum pronunciata declarare videtur. *l. hæredes palam. §. si quis. ff. de testam.* de quo egit etiam Affl. *decis.* 15.

32 *Quoad tertium*, nimirum prosequutionem processus, & acto-

& actorem in causa principali factorum pro iustificatione appellationis est notãdum, quod regulariter quidquid Iudex facere potest, pendente lite, ante sententiam, poterit etiam facere, pendente appellatione, post sententiam *per text. in l. post quam §. Imperator ff. vt legat. & fideicom. nom. caueat*, sequitur Franc. *in decis. 370. n. 15.*

33 Aduertendum est secundò, quod prædicta innouatio, appellatione pendente, potest dupliciter contingere. Primo respectu Iudicis: Et secundò respectu partis. Respectu Iudicis etiam bifariam Primò quoad Iudicem, a quo; Et secundo quoad Iudicem, ad quem.

Respectu Iudicis, à quo, fit innouatio, quando Iudex post appellationem a sententia diffinitiua, vel interloquutoria, ipsa appellatione pendente, aliquid agit, quæ innouatio sustinetur, antequam ei fuerit inhibitum per Iudicem ad quem, post inhibitionem verò sibi factam, nihil prorsus innouare potest, quia per appellationem sunt ligatæ manus Iudicis. *cap. non solum de appellation. in 6. & l. 1. ff. nihil. innou. appellat. pend.* & ibi Gloss. & Bart. vbi idem firmant vt scilicet non solum non possit aliquid innouare appellatione pendente, sed etiam infra decem dies post sententiam ad appellandum concessos, & plenè notat Franch. *in cap. consuluit il 2. & cap. bona de appellat.* vbi Abb. Felin. & Alii. Quod quidem a fortiori procedit, si fuerit facta inhibitio Iudici a quo per Iudicem ad quem, vt amplius non se intromittat in causa; prout obseruat Carauit. *in Rit. Magna Cur. Vic. 258.*

Respectu verò Iudicis, ad quem appellatum est, fit innouatio, quando ipse prouisionem aliquem facit circa sequestrationem fructuum, de quorum dilapidatione timetur, *vt per l. Imperatores § fin. ff. de appell.* notat Salice *in l. 3 C. eod.*

34 Innouatio autem respectu partis, etiam dupliciter fieri potest, nimirum respectu partis appellantis, & respectu partis appellatæ. Respectu partis appellantis, fit, quando ipsa post interpositam appellationem facit aliquem actum contrarium appellationi, & talis innouatio est prohibita, vt tradit Innoc. *in c. bone de appellat.* & Abb. *in c. dilecta de except.*

Respectu verò partis appellatæ innouatio fit, quando ipsa resisteret appellationi, dicendo, non posse, nec debere appellari & hæc innouatio est [illegible] prohibita. Anton. de Butr. *in d. cap. dilecta de except.* sequitur Io. Anton. de Nigris *super cap. Regni, quod incip. subditorum n. 111. limit. 19.*

35 Aduertendum est tertio pro complemento huiusmodi materię de effectibus appellationis, quod, vt alias supra dictum est, quando non appellatur a sententia infra decem dies, ipsa transit in rem iudicatam, dictis decem diebus transactis, hoc est recipit authoritatem, & vires rei iudicatæ, vt scilicet sententia possit exequutioni demandari. *iuxta tex. in cap. quod consultationem de senten. & re iudic. cum similibus.* Etiam parte non citata, vt practicatur in Regno. *per Rit. Magna Cur. Vic. 188.* vbi habetur, quod ideo hoc fit, quia huiusmodi sententia, quæ fecit transitum in rem iudicatam, assimilatur obligationi stipulatæ penes acta Curiæ, sed talis obligatio mandatur exequutioni absque citatione, ergo similiter sententia in rem iudicatam transacta exequi poterit parte non citata, sed tamen duo concurrere debent, vt hoc locum habeat. Primum est, vt Iudex, qui tulit sententiam, quæ transitum fecit in iudicatum, viuat, ac etiam viuat victus, contra quem fuit lata sententia; alioquin si Iudex, aut victus esset mortuus, tunc contra successorem victi non poterit exequutioni mandari, ipso non citato. ita notabiliter tradit Affl ict. *in constit. Regni incip. dilationes. num. 38.*

36 Secundum, quod concurrere debet, est, vt sententia transacta sit in rem iudicatam de recenti, nam si fecisset transitum, ante multos annos, & sic sententia esset antiqua, tunc neque mandari poterit exequutioni, parte non citata. Andr de Isern. *in d. constit. dilationes.* Quando autem sententia transitum faciat in rem iudicatam, & in quibus casibus non transeat, *diximus sup. par. 2. Sect. 4. Subsect. 2. à n. 53. cum plurib. seqq.* Nec non quando transeat, & exequutioni mandari possit ex alio capite, quia scilicet non obstante, quod fuit appellatum à sententia, non fuit appellatio prosequuta, dicemus *infr. Sect. seq. à n. 23. cum seqq.*

Praxis, ac forma prædictorum non habetur h. c. quia necessaria non existimatur cum quilibet ex se illam habere poterit ex dictis & notatis in superioribus obseruationibus.

SECTIO III.

De tempore concesso appellanti ad prosequendam appellationem.

SVMMARIVM.

1. *Tempus prosequendi appellationem est vnius anni, & ex causa biennij.*
2. *Ex iustissima tamen causa est triennij.*
3. *Tempus prædictum per Iudicem breuiari potest.*
4. *Tempus prædictum, quando incipiat currere.*
5. *Impeditus prosequi, protestari debet super impedimento.*
6. *Iustè impeditus pluribus modis dicitur.*
   Infirmitas, Paupertas, Captiuitas, Tempestas, & similia dicuntur iusta impedimenta.
7. *Impedimentum qualiter probetur.*
8. *Impedimentum est probandum, aliàs elapso anno sententia exequi potest.*
9. *Ita seruandum magis consentaneum est.*
10. *Fatale, vnde dicatur.*
11. *Practica Regni Neapolitani; quoad tempus prosequendi appellationem.*
12. *Persona priuilegiata habent quadriennium ex causa impedimenti ad prosequendam appellationem.*
13. *Tempus ad prosequendam non procedit in interlocutoria.*
14. *Princeps sæcularis iurisdictione caret super Ecclesiasticos.*
15. *Causa appellationis in Regno, quomodo absistitur.*
16. *Practica Regni, quoad personas appellantes.*
17. *Appellans in Regno, quid facere teneatur.*
18. *Tempus prosequendi, quantum duret.*
19. *Terminus solitus à Iudice dari appellanti ad prosequendum.*
20. *Terminus prorogari potest per partes ipsas, sicut per Iudicem.*
21. *Terminus decem dierum per partes prorogari minimè potest, sicut ad prosequendum.*
22. *Appellatus in Regno potest prosequi appellationem post lapsum 50. dierum, appellans negligens fuerit.*
23. *Appellatio, quot modis efficiatur deserta.*
24. *Sententia exequi potest, si appellatio effecta fuerit deserta.*
25. *Iudex à quo sententiam suam desertam declarat, quando appellatio non fuit introducta.*
26. *Desertio appellationis, si declaretur per sententiam, appellationem habet, & suspenditur executio.*
27. *Deserta appellatio in dubio non declaratur talis.*
   Citatio partis, an requiratur in declaratione desertionis appellationis.

1 Tempus de iure communi præscriptum ad prosequendam appellationem, quando quis a sententia contra se lata appellauit intra decem dies, est vnius anni regulariter, intra quem comparere debet coram Iudice ad quem, & instare pro expeditione causæ appellationis, & iste annus dicitur primum fatale. Et quando appellans fuerit legitimè impeditus, ex iusta causa, habet alium annum; & sic secundum fatale, *vt habetur in cap. ei, qui appellat. in princ. 2. quæst. 6. cap. cum sit romana, cap. ex ratione, & cap. constitutus de appellat. Clement. sicut eod. tit. de appellat. & Auth. ei, qui appellat. C. de temporib. appellat.* vbi DD. *communiter*, & Prat. *ad Musatell. q. 2. Glos. fiuendum, & Glos. fatale.*

2 Quod si etiam in secundo anno fuerit legitimè impeditus, datur ei tertius annus, ex iustissima tamen causa, & per viam restitutionis in integrum, vt probatur *in d. cap. ex ratione de app.* Primus autem, & secundus annus dantur ipso iure, non per restitutionem in integrum, vt tertius. Innoc. Abb. & DD. *in d. ca. ex ratione.* Gloss. Bart. & Alij *in d. Auth. ei, qui appellat.* Quæ tamen conclusio declaratur per Abb. *in d. cap. ex ratione col. 4.* vt procedat, quando appellans in toto secundo anno fuisset impeditus, alias conceditur illi restitutio solum in eo tempore, quo fuit impeditus, non totus annus. vide latè congesta per Prat. *vbi sup. in Glos. secundum fatale.*

3 Est tamen aduertendum, quod dictum tempus potest ex causa breuiari, & moderari per Iudicem a quo, & tunc elapso termino à Iudice dato firma remanet sententia, quia appellatio tunc dicitur deserta, & exequutioni mandari potest. *cap. cum*

sit romana, cap. personas cap. oblata cap. reprehensibilis, &c. supra de appell vbi Glo. & communiter DD. Et de iure Regni Neapolitani probatur *in constit.* incipient. *appellationum tempora vers. caeterum*. Quod locum habet, tam in sententia diffinitiua, quam in interlocutoria, *vt in d. c. cum sit romana in princ.* & similiter in appellatione extraiudiciali, *vt in c. constitutus de app. & d. Clem. sicut eod. tit.* de quo etiam infr. n. 18.

4 Sed quaeritur, quando nam incipiat currere primū fatale?

Respondetur, quod incipit currere à die interpositae appellationis, *vt probatur in tex. d. Clem sicut & notat.* Abb. *in d. c. ex ratione notab.* 1. Muscatell *d. p. 2. Glos. finiendam n. 3.*

5 Vnde si appellans impeditus fuerit appellationem prosequi infra primum fatale, adhoc, vt gaudeat secundo fatali, sine contradictione, cautela traditur, vt protestetur de impedimento, tam si proueniat ex facto Iudicis, quam ex alia causa ex parte ipsius appellantis, ita Franch. *in d cap. ex ratione col. 4. in fin. & col. seq. vers. sed dubitatur adhuc*, & ibid. Cardin. *in 4. col.* cum quaestio sit inter Doctores, nam Alex. *in cons. 19. col. 2. vol. 1.* Bald. *in d. c. ex ratione in fin.* & DD. communiter *in l. properandam. §. sin autem vtraque C. de iud.* asserunt, quod si fiat per Iudicem, quominus prosequi possit debet pluries protestari & si impediretur a[b] alia causa, & non facto Iudicis, secundum illos, nō requiritur protestatio, sed sufficit, quod postea probetur iustum impedimentum; Alij verò aliter distinguunt, ideo ad euitandas disputationes, consulerem, vt semper protestetur de impedimento iuxta doctrinam Franc. & Card. *in d. c. ex ratione.*

6 Quaeritur secundò, quando nam quis dicatur iuste impeditus, ita vt primum fatale ei non currat?

Respondetur, quod supposito impedimento ex parte appellantis, cum possit etiam impedimentum prouenire ex facto Iudicis, vt dixi; ex consensu appellati; & ex facto tertij, dici potest iuste pedítus pluribus modis.

Primò, si fuit infirmus aliqua graui infirmitate, ob quam prosequi non potuit, *cap. placuit 18. dist. & cap. si agrotus 5. qu. 3.* nam aegritudo partis, vel Iudicis prorogat diem *l. quaesitum. ff. de re iudic.*

Secundò si fuit impeditus ob paupertatem, quia paupertas excusat Bald. *in l. 2. §. si quis q. vlt. ff. si quis caut.* Mathesil. *in suis notab.* vlt sequitur Franc. Cre. *notab. 121. incip. statute cauetur.*

Tertio, si ipse appellans, vel ipsius procurator in itinere capiatur à Turcis, vel alijs hostibus *c. pen. de pign. & l. cum à matribus C. qui pet. tut. vel curat.*

Quartò, si fuit impeditus, ob tempestatem, vel aliam iustam causam, *vt in c. placuit. 18. dist. d. c. si agrotans c. cum dilecti de dol. & contum. & c. pen. de solut.*

Quintò. si vocetur à Principe, ob propria negotia peragenda, *vt c. si Episcopus 18. dist.*

Sextò, si occupatus existat ob vrgentiora negotia *l. contumacia ff. de re iud.*

Septimò, si tempore prosequendae appellationis partes de communi consensu compromiserunt causam ad Arbitros. *Cl. Quamdiu de appell. l. 1. & Auth. si tamen C. de tempor. appell. & collat. 8. §. 1. Auth. de appell.* An autem extra hunc casum possint partes de communi consensu prorogare terminum fatalium, habetur infra n. 20.

Octauò, si causa prorogetur ex pacto partium, vt si concorditer contraxerint, ne curreret terminus iuris, idest fatalia ad prosequendam appellationem, quod procedit tam in termino iuris, quam hominis *Clem. quamdiu de app.* vbi limitatur, nisi periculum immineat ex dilatione; ibid. Gloss. *in verb. imminere.* de quo infra, cum sit magna inter DD. altercatio super hoc.

Nonò, si causa referenda sit in consiliario Principis, & Consiliarii non possunt adesse ob alia negotia, nam tunc tempus non currit appellanti, quia fiat per Iudicem, non per ipsum *cap. anteriorum. §. adhoc §. ludunum, & §. si forte 2. q. 9. cap. ex insinuatione de appell.* facit tex. & Gloss. *in c. supra eod. tit.*

Decimò, si forte vnus, vel duo menses primi anni fuerint feriati, ex quo iudex ius dicere non potuit, vel alio modo idem Iudex fuerit iustè impeditus *l. si feriatis ff. de arbitr.* tali enim casu supplebitur illi tantundem temporis de anno sequenti. *ad tradit in l. fin. ff. de minor. l. aut praetor. vers. si conditionalis. ff. de his quae in fraud. credit. & l. quo tempore. C. de testam. milit.* Requiritur tamen vt tunc agat pro restitutione temporis, ante quam labatur annus, quia sic videtur moram purgare. *cap. ex, qui appellat § appellat. 2. q. 6.* Secus si aspectauerit vsque in finem, quia tunc non potest mora purgari *l. si stichum §. 1. ff. de verb. oblig. & l. illud. ff. de peric. & commod. rei vendit.*

Vndecimò, si appellans non potuit habere Iudicis copiam, ad quem appellauit, vel quia non vult procedere, vel quia non potest Iudex *vt in §. hoc quoque Aut. vt sponsal. largit.* & tunc expedit, vt protestetur appellans, *iuxta c. de app.* & notant communiter DD. *in d. c. ex ratione de app. & in d. Aut. ei qui app. C. de temp. appellat. & dictum est supra.*

Duodecimo, iustum impedimentum dicitur, si aduersarius habuit dilationem à Iudice, vel ob infirmitatem, vel ob aliam causam, imo etiam si sine causa illam habuit, quia quomodocumque Iudex ius non reddat, tempus fatalium non currit appellanti. *c. pen. de iud. & l. sed & si, vsque ad §. quod vero, ff. ex quib. caus. maior.*

Decimotertiò est etiam iustum impedimentum, si testes examinandi in causa appellationis impediti fuerint, itaut non possint venire ad testimonium perhibendum, vel si sine appellantis culpa non possint haberi instrumenta, & aliae scripturae necessariae ad prosequutionem appellationis, Vel si dolo alicuius impediatur prosequi, quia tunc succurretur ei per viam restitutionis in integrum. *c. ex litteris de integr. restit. c. pastoralis §. fin. de offic. ordinar.*

7 Est tamen aduertendum, quod in supradictis impedimentis, semper necesse erit docere & probare appellantem voluisse agere, sed ex aliqua causa non potuisse *vt in d. c. pastoralis & d. l. sed & si §. si serig. ff. ex quib. caus. mai. & l. vt pastoralis C. de anna except.* Quod si non potuerit habere testes, qui impedimentum probent, stabitur iuramento eiusdem appellantis, inspecta tamen qualitate personae, & causae. *cap. fin. de bus quae vi metusue caus. fiunt. & l. fere oportet. §. sufficit. ff. de excus. tutor.* Guid. Pap. *in sua quaestion. q. 205. quae incip. in causa appellationis, vbi laid*

8 Successiuè quaeritur, an elapso primo anno possit Iudex statim exequi suam sententiam, tamquam appellatione deserta, si illi non consfet de impedimento?

Respondetur negatiuè cum Bart. *in d. Auth. ei qui appellat. C. de tempor. appell. in fin. & in l. 1. in fin. ff. nih. innou. appell. pend.* Bald. *in l. eos in princ. col. 2. vers. sciat tamen C. de app.* Franc. *in d. c. ex ratione col 24. vers. secundo quaeritur eod. tit.* & communiter DD. & ratio est, quia sententiae non confirmantur ex lapsu primi anni, nisi etiam labatur secundus annus, *vt expresse probatur in tex. d. Auth. ei qui appell.*

Est bene verum, quod contrarium habetur *in Clement. sicut de appell.* nam ibi dicit textus. quod per lapsum primi anni: appellatio dicitur deserta, cessante iusto impedimento, vnde quando non constaret de impedimento, non opus esset expectare alium annum idem habetur *vol. fin. § illud C. de tempor. appellat.* simile probatur *in capite cum sit romana de appellat.* vbi appellanti datur annus ad prosequēdam appellationem, sed ex iusta causa impedimenti biennium, ergo vbi non apparet iusta causa impedimenti, Iudex poterit exequi sententiam, elapso anno, & ista sententiam tenet, Butr. & Imol. *in d. c. ex ratione de appellat.* & Angel *in cons. 316.* vbi ait opinionem istam esse veram tanquam Euangelium, sequitur Marant. *in spec. 3. p. sexta partis numer. 231. post. princ. vers. & licet ista opinio, & numero 233. vers. & sic per istas rationes* vbi n. *seq.* limitat, quod non possit iudex exequi sententiam, nisi pars citetur ante quam illam exequatur ad dicendum causam, quare exequutioni man. dari non debeat nam posset pars citata docere, de impedimento, & tunc daretur secundus annus, vnde concludit, quod si non doceret de impedimento, possit exequi sententiam Iudex, absque eo quod expectet, vt labatur alius annus. idem tenet Abb. *in d. c. ex ratione col. fin. de app.*

9 Et ista videtur mihi magis vera opinio, tùm quia fortioribus nititur rationibus, quam sine scrupulo amplectendā existimo, tum etiam quia frustra primus annus diceretur primum fatale, & secundus secundū fatale, *vt habetur in text. l. 2. in C. de tempor. app.* vbi Gloss & DD. si non extinguerentur vires appellationis per lapsum ipsius, quando appellans non esset iuste impeditus, maximè quia. *text. in d. l. 2.* loquitur in numero plurali, vnde ita cessante impedimento per lapsum primi fatalis, extinguuntur vires appellationis per lapsum secundi, vel tertij.

10 Dicitur autem iste annus fatale à facto, idest morte, nam sicut mors extinguit hominem, ita lapsu dicti temporis extinguit appellationem, vt inquit Abb. *in d. c. ex ratione col. 3. post. n. 8. de appell.* Gloss. *in d. l. 2. in princ.* & Bald. *in l fin. in princ. 2. col. vers. modo restat. C. de temp. appell.*

11 Sed est aduertendum, quod ea, quæ supra dicta sunt, procedunt de iure communi: De iure verò Regni Neapolitani aliter disponitur, nam appellans post interpositam appellationem in 10. dies, tenetur prosequi appellationem intra quinquaginta dies, petendo Apostolos à Iudice, à quo, & litteras Inhibitoriales a Iudice, ad quem est appellatum, per quas inhibetur Iudici a quo, vt in causa amplius non se intromittat, & copiam Actorum transmittat ad ipsum Iudicem ad quem faciendo etiam citari partem, *vt probatur in Constitut. Regni incip. Appellationum tempora*; & ibi latè Andr. de Isernia, & Alij DD. Regnicolæ: alioquin si appellans non prosequeretur appellationem infra dictos 50. dies, appellatio efficeretur deserta, & sic sententia transiret in rem iudicatam, *vt in d. Constitut. Appellationum tempora*, ad tradita eorum, quæ supra notauimus de iure communi. Quæ quidem constitutio non corrigit in commune, quoad fatalia, sed tantum concedit dictos 50. dies ad prosequendum, cum alias de iure communi dentur 30. dies, vt alias dictum est, vbi de Apostolis sermo fuit: Vnde isti quinquaginta dies includuntur in primo fatali, quod currit secundum formam iuris communis, incipiendo à die interpositæ appellationis, & ita hodie seruatur, licet Afflict. *in d. constit. Appellationum tempora* dicat, quod fatale, incipiat post lapsum dictorum 50. dierum; & dicti quinquaginta dies currunt a die interpositæ appellationis de momento ad momentum. Glos. 2. *in dicta constitut. Appellationum tempora*. Quod quidem locum non habet, quando appellans habuit aliquod legitimum impedimentum, propter quod non potuit prosequi appellationem intra 50. dies, quia tunc conceduntur illi alij 50. *vt in d. constitut. appellationum* habentur, *ad text. in cap. fin. de appellat.* faciunt ad hoc tradita per Afflict. *in decis. 29. & 50.* Impedimentum etiam potest prouenire ex parte Iudicis: & pariter ex causa Actuarij, qui non dedit copiam Actorum. & tunc neque currit appellanti tempus prædictum 50. dierum, quia per illum non stat, quin prosequatur, vt per Afflict. *traditur in d. decis. 50. & 79.* Vnde ad talem effectum practicatur, vt appellans petat instanter, instantius, & instantissimè Apostolos, necnon copiam, Actorum respectiuè, offerendo paginam, & pecuniam. Quæ instantia operatur, quod cum per ipsum appellantem non stat, quo minus acta sibi consignentur, ad finem præsentandi illa Iudici ad quem intra 50. dies, vt illi non imputetur ad negligentiam.

12 Est insuper aduertendum in hoc, quod terminus prædictus 50. dierum non currit Personis habentibus restitutionem in integrum, vt sunt pupilli, minores, viduæ, Ecclesiæ, Vniuersitas, & Aliæ, quas enumerat Afflict. *in decis. 210.* et Nos egimus *sup. par. 2. sect. 2. subsect. 11. à n. 10. cum plurib. seqq.* nam si prædictæ personæ appellauerint infra decem dies, & appellationem non fuerint prosequutæ infra 50. dies: tunc per restitutionem integrum poterunt restitui ad tempus prosequendi infra quadriennium, vt refert Afflict. sic decisum in sacro Consilio Neapol. *dec. 175.* & Franch. *dec. 473.*

13 Sed quæritur, an dictum tempus quinquaginta dierum procedat, tam in appellatione à sententia diffinitiua, quam ab interlocutoria?

Respondetur negatiuè, procedit enim dicta constitutio: *appellationum tempora*, solum in appellatione a diffinitiua, & non ab interlocutoria, vt habetur in illis verbis: *Per quas diffinitiua sententia suspenduntur, &c.* Vnde dispositio dictæ conclusionis non extenditur ad interlocutorias, quia si Rex voluisset, vtique declarasset. Et ratio esse potest quia interlocutoriæ non suspenduntur per appellationem. *iuxt. text. in c. non solum de appell. in 6.* & Bar. *in l. 3. ff. de appellat. recip.* & consequenter in his statur dispositioni iuris cōmunis, vt scilicet peti debeant Apostoli infra 30. dies, & prosequutio appellationis fiat per annum, vel ex causa per biennium, *iuxta tradit. in c. cum sit Romana de appell. & Authent. ei, qui appellat. C. de temporib. appellat. & supra dictum est in princ.* Nota tamen, quod quando appellatur a sententia interlocutoria habent vim diffinitiuæ, procederet dispositio *dicta constitutionis appellationum tempora*. nam tunc appellatio suspenderet sententiam, & sic haberet locum, sicut in diffinitiua ex identitate rationis. ita Afflict. *in d. constitut. appellationum tempora colum. 7. in final. vers. sed hic quæro.* Muscatell. Prat. & Marant. *loc. præcit.*

14 At verò prætereundum non est circa dispositionem dictæ Constitutionis *appellationum tempora*, quod illa non habet locum, nisi in Curijs sæcularibus Regni prædicti, quia Rex, qui illam constituit, habet tantum iurisdictionem in personas sæcularium: In Curijs verò Ecclesiasticis procedit dispositio iuris communis, & Sacrorum Canonum, per quam conceduntur triginta dies ad petendum Apostolos, & annus ad prosequendam appellationem, & ex causa, *vt diximus* biennium; *cap. ab eo de appell. in 6. c. ex ratione extr. eod. Clem. sicut, & Clem. quamuis. de appell. l. 1. ff. de libell. dimissor. & l. ois. §. fin. C. de appellat.* & Ratio est, quia Princeps sæcularis non potest legem imponere Ecclesiæ, & Ecclesiasticis personis, vt tradunt Abb. Felin. & Alij *in c. Ecclesia S. Mariæ de constitutionib.*

15 Quæritur præterea, an in causa appellationis, secundum ius Regni, requiratur libellus, & litis contestatio?

Respondetur negatiuè sed ipsa causa incipit ab apertura processus, vt disponitur *in Rit. Magnæ Curiæ Vicariæ 52. incipien. Item in eisdem Curijs, & in Rit. 127. incip. Item in Curia ipsa, & in Rit. 141. incip. Item quod causa, & in Rit. 155. incip. Item in appellationum causis.*

16 Hinc est, quod appellans intra decem dies, debet postea infra 50. dies a die interpositæ appellationis, vt diximus, duo copulatiuè agere. Primum est, vt præsentet appellationem, & copiam processus Iudici ad quem est appellatum. Secundum est, quod debet instare coram eodem pro intimationis partis appellatæ, vt fiat apertura processus. Vnde si hæc duo non obseruauerit, appellatio efficeretur deserta, vt obseruat Afflict. *in d. constitut. appellationum tempora. notab. 10. 11. & 12.* & ita practicatur in Curijs sæcularib. eiusdem Regni, & in quibusdam etiam Ecclesiasticis, quæ obseruant stylum Curiarum sæcularium, sed malè faciunt.

17 Successiuè quæritur, quidnam agere teneatur appellans, postquam intra dictos 50. dies processum Iudicis, à quo, præsentauerit Iudici ad quem, & partem aduersam citare fecerit.

Respondetur, debere prosequi appellationem, illamque finire intra annum, sicut quilibet alius tenetur de iure communi: & si fuerit impeditus in primo fatali, seù anno, conceditur illi secundus annus protestatione tamen trina præmissa; & si neque in isto secundo anno, seù fatali finire potuit appellationem, quia forte fuit pariter impeditus, tunc probato impedimento legitimo, tertium datur fatale, in quo finire debet, aliàs eo elapso appellatio efficitur omninò deserta, *vt habetur in c. ei, qui appellat. quæst. 6. cap. ex ratione de appellat. clement. sicut eod. tit. & Auth. ei qui appell. C. de tempor. appell.* Et ista fatalia seruantur, iuxta ius commune, post dictos 50. dies in omnibus Tribunalibus, & Curiis sæcularibus Regni: *per Regiam Pragmat. 54. sub. tit. de offic. Sac. Reg. Consil.* quidquid dicat Afflict. *in decis. 78.* quod in causa reclamationis in sacro Consilio nō attenduntur fatalia: nam hodie *per d. Pragmat. 54.* conceduntur. vt declarat Grammatic. *dec. 13. in fin.* de quo etiam *infr. n. 22.* clariùs.

18 Vnde ex dictis colligitur, quod tam de Iure communi, quam de Iure Regni, terminus ad prosequendam appellationem, est vnius anni, & stante impedimento, datur secundus annus, & si impedimentum adhuc durauerit, conceditur tertius annus, & non vltra. Hęc tamen iuris dispositio procedit, quando Iudex, a quo, ex iusta causam breuiorem terminum non constituerit ad prosequendum, quod facere potest *cap. cum sit Romana, c. Personas, cap. oblata, c. ad aures, cap. reprehensibilis, & cap. sæpè de appellat. vbi DD. clem. quamuis, eod. tit.* & tunc eo elapso, appellatio remanet deserta, & sententia executioni mandari potest, vt probatur in dictis iuribus, præsertim, *in cap. cum sit Romana, vers. quod si is, & cap. ad hoc, & cap. ad aures de appell. vide cap. ex ratione, eod. & ibi Glos. primam, & in d. cap. personas in verb. sententiæ.* & latè Phil. Franc. *in d. cap. personales. col. 2.* vbi ponit nouem causas, ob quas potest Iudex terminum prædictum breuiare, & dare, & de iure Regni cautum est, *in d. constit. appellationum tempora, vers. sperans*, vbi Isern. & Afflict.

19 Regulariter autem Iudex a quo de iure communi ex causa poterit plures terminos dare appellanti: ad hoc vt appellationem prosequatur, ne lites immortales fiant, & iudicium elusorium reddatur.

Quorum Primus est ad iter arripiendum ad Iudicem appellationis. *c. personas 2. de appell.*

Secundus est ad se præsentandum coram Iudice, ad quem *d. c. personas. eod. tit.*

Tertius est ad se præsentandum cum Apostolis. *l. prefer. C. de appell.* vbi Bald.

Quartus est ad recipiendum Apostolos petitos, quo termino elapso, si non recepit, appellatio dicitur deserta. *clement. quamuis. de appellat.*

Quintus est terminus ad prosequendam appellationé, de quo dictum est per iura allegata *n. praecd.* & habetur etiam in *c. cum causa, & seru. & te iudic.* quidquid dicat Bartol. *in d. l. praesci.* in hoc communiter ab omnibus reprobatus, dum asserit, non posse Iudicem à quo praefigere terminum appellanti, cum iste sit praescriptus à iure.

Sextus est terminus ad se praesentandum, & redeundum cum literis inhibitorialibus Iudicis ad quem, saltem fide fuisse se praesentatum, quia aliàs esset imponere legem superiori, vt daret ad libitum inferioris dictas literas, quod fieri non potest. *c. ex insinuatione. de appell.* vbi Abb. & DD. de quibus latè per Fran. *in d. c. Personas, de appell.*

20 Procedit secundò terminus predictorum annorum seu fatalium, secundum iura praeallegata, ad prosequendum appellationem, modo, quod dictum est, nisi de communi consensu partium fuisset prorogatus, quia tali casu non currunt tempora fatalium, & sic terminus esse poterit vltra duos annos, prout ipsis partibus placuerit, nam quando concorditer procedunt, possunt terminum praedictum & prorogare, & breuiare. Bald. *in l. fin. col. 2.* & ibi etiam Bart. *C. de tempor. appell.* Alex. *in l. properandum. C. de iudic. & in Addit. ad Bart. in Auth. ei, qui appell. C. de temp. appell.* vbi etiam Cyn. Phil. Franc. *in c. ex ratione col. 5. in fin. vers. sed dubitatio est. de appellat.* & ibi Felin. *colum. 2.* Facit text. *in l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de edil. edict.* vbi partes de communi consensu prorogare possunt tempus redhibitoriae, quod similiter legale est: ergo & illud fatalium, quod etiam est legale. vide Carol. Antonell. *in tract. de tempor. legal.* vbi multa contingit.

Secundò facit text. *in l. fin. C. de temp. appellat.* vbi habetur, posse partes pacisci, quod nullum fatale curruat in appellatione.

Tertiò facit textus *in cap. in causis. de offic. deleg.* vbi terminus in rescripto datus de communi partium consensu prorogari potest.

Quartò facit text. *in Clementin. quamdiu. de appellat. & Auth. si tamen. C. de temp. appell.* vbi habetur, quod non currit tempus fatalium, quando partes de communi consensu compromissum fecerint.

Quamuis contrarium teneat Alij, dicendo, quod tacitè prorogari potest per partes, non autem expressè, quod mihi non placet, nam si permittitur in tacita, quare non in expressa prorogatione? hanc negatiuam tenuit Ludouic. Roman. *in l. 2. ff. de re iudic.* Abb. *in d. c. ex ratione col. 3 de appell. &* Car. Alex *ib. c. l. 15. nu. 14.* Idem dicit Bart. sibi contrarius *in Aut. si tamen C. de temp. app.* & Alij: sed prima opinio est magis recepta.

21 Sed quaeritur, an partes de communi consensu possint prorogare tempus decem dierum datum ad appellandum, sicut possunt tempus ad prosequendam appellationem?

Respondetur negatiuè, neque tacitè, neque expressè, neque per viam compromissi. Glos. *in Auth. offeratur. verb. viginti. C. de lit. contest.* Bald. *in Aut. praeterea, qui app. col. fin. vers. quaeritur numquid, & in Auth. hodie col. 3. vers. quaero quid si est appellatum. C. de appellation.* Franc. *in d. c. ex ration. col. 5. vers. tertio quaerunt de appel.* Cardin. *in Clementin. quamdiu, qu. 5. de appell.* Felin. *in cap. pen. col. 5. in fin. vers. secunda declaratio, de iudic.* Alb. *in cons. 77. col. 2. vol. 2.* & Alij Qui omnes communiter dicunt huiusmodi tempus decem dierum datum ad appellandum non posse neque per Iudicem prorogari, neque breuiari sicut potest tempus fatalium datum ad prosequendam appellationem, vt diximus,

22 Non est autem omittendum hîc vnum notabile pro Regnicolis nimirum, quod si appellans qui infra decem dies legitimè appellauit & infra 50. praesentauit processum in Iudicio ad quem, non prosequitur causam appellationis infra mensem post praesentatum processum: potest appellatus comparere coram Iudice ad quem, & prosequi appellationem, elapso dicto mense, non expectato anno, vel biennio: ita cautum inuenitur. *in Rit. Magnae Cur. Vicar. 9. exceduntur. Item si appellans,* quod est menti tenendum, quia multi non aduertunt, per ea, quae sup. diximus, *numer. 17. & seqq.* cum contrarium seruetur de iure communi, nam si appellans non prosequitur causam appellationis, non potest post aliquot menses primi anni, appellatus prosequi, quia semper appellans potest se illi opponere, dicendo, se velle gaudere beneficio legis sibi concesso, vsque ad finem anni, iuxta *in d. Auth. ei, qui appellat. C. de temp. appellat.* Quo tempore elapso appellatio dicitur deserta, *vt habetur in ead. Auth. ei qui app. canoniz. ata in c. ei, qui app. 2. q. 6. in ca. ex ratione de appell. & in clement. sicut eod. tit.*

23 Sed quaeritur, quot modis & in quibus casibus appellatio efficiatur deserta?

Respondetur, pluribus modis appellationem fieri desertam. Quorum principalis est, quando non fuit appellatio interposita intra decem dies, *vt sup. dictum est, hac ead. par. 3. sect. 1. num. 69 vbi latè.*

Secundus modus est, quando appellans intra dictum tempus non fuit postea prosequutus appellationem, petendo Apostolos, intra triginta dies, *iuxta text. in c. ab eo de appellat. in 6. clement. quamuis, eod. tit. & dix. etiam d. sect. 1. nu. 100. cum plurib. seqq.* & infra annum prosequendo, cessante impedimento, vel intra biennium cum impedimento *ad notat. sup. hac ead. sect. à n. 1. cum seqq.* & de iure Regni, si non fuit prosequutus infra quinquaginta dies, *iuxta praecitat. constit. Appellationum tempora* de quo etiam *sup. à n. 11. cum seqq.*

Tertius modus est quando appellans non procurauit pro viribus, vt causa appellationis finiatur intra tempora fatalium, *iuxt. tex. in c. ex ratione de appell. clement. sicut eod. tit. l. fin. §. illud. C. de tempor. appell.* de quo similiter dictum est *in princ. praesentis section. per plures numeros.*

Quartus est, quando Iudex statuit terminum appellanti ad recipiendum Apostolos pro tali die, si non comparet illa die, appellatio dicitur deserta, etiam si Iudex non venerit eadem die, quia in consideratione habetur à lege negligentia appellantis, non praesentia Iudicis, ita Cardinal. *in Clemint. quamuis §. fin. in 1. qu. de appellat.* vnde si ipse comparet, debet se protestari, quod per ipsum non stat.

Quintus modus, sed casus, in quo appellatio efficitur deserta, est, quando Iudex à quo statuit breuiorem terminum ad prosequendam appellationem, quod facere potest, *vt dictum est sup. num. 3,* quia tunc si intra dictum terminum non fuit prosequutus, appellatio remanet deserta, *vt in cap. cum sit roman. vers. quod si. de appell. cum alijs notatis. sup. num. 18.* Et in Regno cum possit Iudex breuiare, non prorogare terminum, *vt in d. constit. appellationum tempora, vers. caeterum,* elapsis 50. dicbus remanet appellatio deserta, vt notat Afflict. *ib. col. 2.* per ea, quae tradit Cardinal. *de iure communi in clement. constitutionem §. insuper. in q. 1. de elect.*

Quod tamen non procedit in personis, quae habent restitutionem in integrum, vt alias supra dictum est, quia non obstante lapsu temporis, siue iuris, siue Iudicis possunt infra quadriennium prosequi per viam restitutionis in integrum, *vt habetur in clement. 1. de restitut. in integr.* & tradit Afflict. *in decis. 175.*

Neque procedit, quando per appellationem non stetit, quin prosequeretur, quia forte ille fecit suas diligentias, sed iudex appellationis, vel alter eius officialis noluerunt, vel potuerunt expedire literas, & alia facere infra terminum; quia tunc prosequi potest, non obstante impedimento. Afflict. *decis. 7.*

Neque procedit in causis Beneficialibus, in quibus per Iudicem breuiari minimè potest terminus iuris, nisi vtraque parte volente & sic de facto Iudex breuiauerit, per lapsum dicti termini sic breuiati, appellatio non dicitur deserta, nisi lapsus fuerit totus terminus iuris, vt singulariter tradit Franch. *in c. cum sit in fin. colum. & in cap. constitutus 2. colum. 1. de appellation.*

Sextus est, quando appellans non petiit Apostolos de iure communi infra 30. dies, nam tunc obstante quod legitimè infra decem dies appellauerit, adhuc appellatio remanet deserta, ob non petitionem Apostolorum, *vt in c. ab eo. de app. in 6. clement. quamuis. eod. tit. per l. Iudicibus C. eod. & l. unic. ff. de libell. dimiss.* vbi Bart. Ludouic. Roman. *cons. 2.*

De iure verò Regni in Curijs saecularibus sufficit, quod petantur, & praesententur Iudici ad quem, intra 50. dies datos ad prosequendam appellationem, vt obseruant Isern. *in d. constit. appellationum tempora, & ib.* Afflict. *in 7. colum. in princ.* aliàs post lapsum dictorum 50. dierum appellatio censetur deserta, vt aliàs dictum est, *per d. constitutionem appellationum tempora, vers. caetera.* Ex qua colligit Iserna, quod appellans debet infra dictos 50. dies, plures actus copulatiuè facere, scilicet petere Apostolos, & illos recipere à Iudice à quo: deinde praesentare

eosdem Iudici ad quem, vna cum processu: & postea debet citari facere aduersarium ad prosequendum coram eodem Iudice ad quem; & tandem ab eo licentiatus recedere potest; alio, quin quolibet ex dictis deficiente, appellatio censetur deserta, & idem firmat Afflict. *ibidem notab.* 10.

Septimus modus est quando appellans fecit diligentias, vt prosequeretur, sed per Iudicem stetit, quominus finiret, quia fortè erat absens, & de hoc fuerit protestatus; nam si post reditum Iudicis non institerit cum magna importunitate, non proderit illi protestatio, nisi pro tempore, quo per ipsum non stetit, & sic postea non prosequendo, efficeretur deserta appellatio. *ita tradit*, Alex. *conf.* 19. *col.* 2. *&* 3. *vol.* 1. Castrens. *in conf.* 135. *vol.* 2. & Corn. *conf.* 44. *col.* 3 *vol.* 2.

Octauus est, quando appellans, post interpositam appellationem legitimè, infra decem dies, accipit terminum iuris ad soluendum debitum, pro quo fuit per sententiam condemnatus; quia tunc per acceptionem termini ad soluendum, videtur renunciasse appellationi, & acquieuisse sententiæ, & sic appellatio dicitur deserta. *text. de hoc est singularis in l. ad solutionem C. de re iud.* quem pulchrè exornat Bald. & notat ibidem, Ludou. Roman. *conf.* 19. *in fin.*

Nonus est quando appellans, post appellationem legitimè interpositam, facit actum aliquem contrarium appellationi, coram Iudice à quo: vt si litigaret adhuc coram eodem æque ac si non appellauisset, quia tunc tacitè videtur renunciasse appellationi; *cap. sollicitudinem. de appellat.* Abb. *in cap. gratum. de offic. delegat. col.* 2. *& in cap. quæstioni. eod. tit. & in cap. cum venissent de eo qui mitt. in poss.* late Franch. *in d. cap. sollicitudinem col.* 4. *&* 5. & Rot. *decis.* 475. *in nouis. quæ incip. si ille, qui à sententia.*

Decimus est, quando quis appellauit ab interloquutoria, & per Iudicem non fuit admissa appellatio, & ab ista non admissione, seu reiectione appellationis non appellauit iterum, tunc enim quia non appellauit à non admissione, censetur deserta appellatio. Cardin. *in clement.* 1. *col.* 4. *vers. & ex hac Glosa de dol. & contum.* Innoc. *in cap. pastoralis col.* 1. *in glos. ver. suspendatur de offic. deleg.* Matthesil. *in suis notabil. notab.* aa. & per Nos dictum fuit alias supra.

Vndecimus est, quando appellans post interpositionem legitimè appellationis, ea pendente innouat, & attentat aliquid, quod præiudicat aduersario, vt si illum spoliauerit possessione rei controuersæ; vel alienauerit in eius præiudicium, vel aliquid aliud fecerit, quod vergit in damnum aduersarii; nam tunc videtur eo ipso appellationi renunciare: & ratio est clara, quia ipsemet non defert appellationi à se interpositæ; cum isti actus sint contra appellationem; & proinde censetur illam deserere, & nolle amplius prosequi, dum facit actum contrarium. *vt probatur in tex. cap. an sit de appell.* & notat Bald. *in cap. ex parte A. col. pen. vers. item scias de test.* Abb. *in alio cap. ex parte* 8. *col.* 2. *vers. pro declaratione de rescript.* Angel. *in l. fin. C. de tempor. appell.* Matthes. *in notabilib. notab.* 27.

De reliquis modis, quibus efficitur deserta appellatio vid. DD. cit. præsertim Carauit. *in Rit. Magn. Cur. Vic.* 254.

24 Quando autem appellatio efficitur deserta aliquo ex modis prædictis, vel alias quomodocumq; fiat, potest Iudex, à quo, sententiam a se latam, non obstante appellatione interposita, executioni demandare *cap. ei qui appellat.* 2 *q.* 6. *cap. constitutus de appellat. & Auth. ei, qui appellat. post C. de tempor. appel. lat. eam similib.* Solet tamen Iudex, ad quem, in tali casu desertioni appellationis, interloqui, appellationem esse desertam, & scribere Iudici, a quo est appellatum, vt suam sententiam, iuxta eiusdem seriem, continentiam, & tenorem executioni mandet, vt obseruat Afflict. *in d. constit. appellationum temporis*, & Carauit *in Rit. M. C. V.* 6.

25 Quod quidem locum habet, quando causa appellationis iam erat introducta coram Iudice ad quem, alias poterit Iudex a quo declarare appellationem esse desertam, vt optimè distinguit Franc. *in d. cap. ex ratione col.* 9. *in fin. vers. circa septimum de appell.* Felin. *in cap. ex parte* 2. *col.* 6. *in fin. de rescr.* Marant. *in spec.* 3. *p. sexta partis princ. act.* 1. *num.* 200.

26 Melius est, quod Iudex a quo abstineat à tali pronunciatione desertionis appellationis, sed vbi desertio est clara, suam exequatur sententiam, quia a Decreto, seù sententia, per quam pronunciatur, appellationem esse desertam, datur appellatio, & sic ligarentur ipsius manus. Ita notabiliter tradit Franc. *in d. cap. ex ratione col. antepen. in fin. & col. pen.* Bald. *conf.* 390. *vol.* 3. & Angel. *consil.* 140. Vnde ex hoc inoleuit practica in Regno, quod quando appellatio est deserta, quæ prius introducta erat coram Iudice, ad quem, tunc pars appellata adire solet eumdem Iudicem, & instare, vt rescribat Iudici a quo, vt exequutioni mandet suam sententiam, & ille constito sibi de desertione rescribit Iudici à quo, vt sententiam suam exequatur, sine decreto, quod appellatio sit deserta, sed in illis literis dicit sibi liquere, appellationem esse desertam, quibus litteris acceptis Iudex a quo statim suam exequitur sententiam, vt testatur Andr. de Isern. *in d. constit. appellationum temporis col.* 3. & Afflict. *ibid. col.* 5. *in princ.*

27 Quando autem fit decretum, quod appellatio est deserta per Iudicem ad quem, non requiritur citatio partis, secundum Franc. *in cap. sæpè col.* 7. *de appell.* & in Regno obseruatur, quod quando fit tale decretum, non legitur, *vt in Rit. Magn. Cur. Vicar.* 229. *incip. item seruat ipsa curia sub rubr. de appell.* de quo dix. *in præced. Sect. num.* 35. Regulariter tamen non debet Iudex pronunciare appellationem esse desertam in dubio, ne peremptum remanet ius litiganti. Iason. Castrens. & Alex. *in l.* 1 *ff. si quis caut.* Dec. *in l. quoties nihil ff. de reg. iur.* Felin. *in cap. significauerunt col.* 1. *de test.*

Praxis verò ac forma declarandi appellationem desertam, non ponitur hic, ex quo collocata iam fuit supra *in Pract. ciuil. p.* 2. *Sect.* 3 *Subsect.* 1 *n.* 75. Ideo, qui illam videre cupit, ad præcitatum recurrat locum, nam occasione agendi de exequutione sententiæ, ibi locare conueniens visum fuit.

SECTIO. IV.

De modo procedendi causa Appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Practica, quæ seruatur in causa appellationis.*
2 *Terminus ad non posita ponendum, & non probata probandum, vnde originem habeat.*
3 *Testes noui, & veteres producuntur in secunda instantia, dummodo examinentur super nouis articulis.*
4 *Exceptiones, quæ opponuntur in secunda instantia.*
5 *Terminus prædictus ad non posita, &c. omitti potest.*
6 *Terminus præfatus, quare ita dicatur.*
7 *Testes in secunda instantia examinantur, sicut in prima.*
8 *Actus ordinatorij seruandi in iudicio appellationis.*
9 *Similitudines inter primam, & secundam instantiam.*
10 *Differentia inter primam, & secundam instantiam.*
11 *Appellatio fit à minori ad maiorem Iudicem.*
12 *Terminus ad probandum non datur in secunda instantia, sed eius loco datur alius similis.*
13 *Exceptiones peremptoriæ tantum opponuntur in secunda Instantia.*
14 *In causa appellationis reficiuntur expensæ.*
15 *In secunda instantia terminus ad non posita ponendum est communis.*
16 *In secunda instantia producuntur noui articuli, etiam post publicationem.*
17 *Sententia appellationis, quid continere debeat.*
18 *Sententia appellationis qualiter formetur.*

1 QVando appellatio, ob aliquam causam, seù modum, *vt Sectione præcedenti dictum est*, non efficitur deserta, tunc per Iudicem, ad quem proceditur ad expeditionem causæ. Practica autem, quia vti solet, erit ista, videlicet. Primò expediri mandat citationem, qua notificatur parti appellatæ, quod intendit procedere ad expeditionem causæ appellationis interpositæ per N. de N. suum aduersarium, & proinde accedat ad videndum aperiri processum sibi transmissum a Iudice, a quo, quæ citatio solet esse communis vtrique parti, qua exequuta, & facta apertura processus, & actum in prima instantia factorum, procedit ad vlteriora, nempe ad dationem termini ad non posita ponendum, & probata probandum. Tertiò ad publicationem. Quartò ad conclusionem. Quintò ad citationem ad dicendum, & allegandum, & ad audiendam sententiam. Postremò ad sententiam, iuxta Praxim obseruari solitam in prima Instantia, *de qua dictum est sup. part.* 1. *præsertim Sect.* 3. *per tot.* De quibus aliqua percurrere non erit inutile.

2 Quoad terminum ad non posita ponendum, et non probata

bata probandum, quatuor notanda veniunt. Primum est, vnde iste terminus originem babeat; Secundum est, an pars appellata possit opponere aliquas exceptiones, antequam detur, ad impediendum, ne amplius detur talis terminus. Tertium est, an possit omitti iste terminus de communi consensu vtriusque partis, vel ab altera partium, sine nullitate processus. Quartum est, quare dicatur terminus ad non posita ponendum, & non probata probandum.

Est igitur notandum circa primum, quod iste terminus originem trahit, & de iure Canonico, & de iure Ciuili, & de iure Regni. De Iure Canonico, quia sumptus est *ex cap. fraternitatis de testib.* De iure Ciuili, quia sumptus est *ex l. per hanc C. de tempor. appellation.* Et de iure Regni sumptus est *ex constitution. Regni incip. Iurisperitorum altercationes.*

3 In quibus iuribus cauetur, vt in causa appellationis possint produci testes, iam noui, quam veteres in prima instantia, examinati, dummodo super nouis capitulis examinentur, quæ non fuerunt probata coram Iudice a quo, vid Gloss. *in d. c. fraternitatis verb. nouis. & DD. ibid. & sup. d. l. per hanc.*

4 Notandum est circa secundum, posse partem appellatam opponere omnes exceptiones, tam dilatorias, quam peremptorias, quæ non fuerunt oppositæ in causa principali coram Iudice a quo, *vt in d. l. per hanc vers. vel exceptionib. C. de tempor. appell.* Potest tamen regulariter pars appellata quatuor exceptiones opponere, ad finem impediendi dationem termini prædicti.

Prima exceptio est declinatoria fori, & incompetentiæ Iudicis, ad quem, nam si quis appellauit ad Iudicem incompetentem, appellatio admitti non debet, quia semper appellandum est ad Iudicem competentem Bart. *in l. 1 §. si quis ff. de appellat. & l. qui Romæ §. fets. ff. de verb. oblig. & Dec. in cap. 2. notab. 4. de appell.*

Secunda est exceptio legitimationis personæ, opponendo, quod in causa principali coram Iudice à quo in prima instantia actum fuit cum Procuratore non habente mandatum. Gloss. *in l. ita demum C. de procurator. per text. in l. licet, C. eod. tit.*

Tertia exceptio, quæ opponi potest, est quod appellans post interpositam appellationem spoliauit partem appellatam possessione, de qua controuertitur quia tunc videtur renunciatum appellationi. *cap. in sit 3 & cap. constitutus de appell. cap. ex parte S. de rescrip. & cap. bona de elect.* & ibi Gloss. & DD. præsertim Dec. *in d. cap. ex parte S. num. 6.* Et idem dicendum venit, si fecerit aliquem alium actum contrarium appellationi, *vt dix. sup. Sect. praced. numer. 23. vers. nonus est*, ob eamdem rationem.

Quarta exceptio est, quod appellans nihil probauit in causa principali, & proinde condemnatus fuit ad soluendas expensas ipsi parti appellatæ, nam in tali casu admitti non debet appellans ad terminum prædictum, nisi prius soluat expensas parti appellatæ, non solum de Iure communi, verum etiam de Iure Regni, *vt habetur in Regia Pragmat. incip. Qui in principali causa sub rubric. de expensis soluend. per appellantes,*

5 Notandum est circa tertium, quod terminus iste ad non posita ponendum, & non probata probandum omitti potest ab vtraq; parte, sine nullitate processus. Bald. *in l. vnic. in fin. C. ne liceat tertiò prouocar.* Quinimò potest omitti in Regno, etiam vna tantum parte præsente, & altera contumaciter absente, *vt habetur in Rit. Magnæ Curiæ Vicar 253, cum seq* & hoc in fauorem appellationis toleratur, *iuxt. text. in l. fi. §. illud. C. de tempor. appellat.*

6 Tandem notandum est circa quartum, quod terminus iste ad non posita ponendum, et non probata probandum, ideo dicitur sic, quia totum illud, quod non est positum, & probatum in prima instantia coram Iudice, à quo; potest poni, et probari in secunda instantia coram Iudice, ad quem, secus si fuit positum, & probatum in prima instantia, *vt probatur in d. l. per hanc C. de tempor. appell.* & de iure Regni *habetur in Constitut. incip. Iurisperitorum altercationes*: quia tunc non potest poni, & probari in secunda instantia, vt tradit Gloss. *in d. cap. fraternitatis verb. nouis. de testibus*, & DD. ibid.

7 Ex dictis sequitur, quod factis probationibus, & examinatis testibus super nouis articulis, & capitulis, quæ esse debent omninò diuersa à primis positis, & probatis in prima instantia: Super quibus testes examinandi sunt medio iuramento, vt in prima instantia fieri solet, de veritate dicenda. *iux. tex. in c. hortamur. 3. q. 9. & in §. 1. Authent. de testib.* sine intermixtione falsitatis. *ad text. in c. nullum 2. q. 4. & c. quia 3. qu. 9.* Et quod pro vtraque parte veritate, quam sciunt, dicent, *iuxt. cap. non sanè 14. q. 5.* siuè interrogati siuè non *arg. cap. cum dilectus 1. de accusat.* Et tandem quod nulla passione, puta amore, vel odio, timore, vel pretio, aut alio commodo testimonium dicent *iuxta cap. quatuor, & cap. licet 2. §. testes de testib.* proceditur ad terminum publicationis in causa ipsa appellationis, vt factum fuit in prima instantia coram Iudice à quo.

8 Deinde datur terminus ad reprobandum, seù repulsandum testes: necnon terminus ad repulsam repulsæ, vt fieri solet in prima instantia, vt testatur Afflict. *in decis. 266.* Successiuè vbi opus fuerit, datur terminus ad præsentandum scripturas, & illas impugnandum.

Postea fit conclusio in causa, & sic datur terminus conclusionis, vt etiam fieri solet in causis primæ instantiæ.

Quo facto datur terminus vtrique parti ad allegandum, & dicendum in iure, & in facto; & expeditur citatio ad audiendam sententiam diffinitiuam. Et aliquando datur alius terminus ad percunctandum acta: qui terminus dicitur refugium Procuratorum, vt hoc modo dilatent causas maximè, quando malum fouent Ius, quem tamen Iudex denegare non debet, quando ob iustam causam petitur, ne præbeat ansam querelis.

Quibus omnibus peractis deuenitur ad prolationem sententiæ diffinitiuè, pronunciando, fuisse benè appellatum, & malè iudicatum.

A qua sententia appellari potest ad alium Superiorem infra decem dies solitos à iure regulariter ad appellandum concessos, qui quidem currere incipiunt à die intimationis sententiæ, *iuxta textum in Auth. Hodie C. de appellation.* vel a die scientiæ, iuxta tradita in superioribus de sententia *in prima instantia p. 1. sect. 3.*

Iterum postea succedit terminus prosequendi appellationem, primò petédo Apostolos de Iure communi intra 30. dies, & de Iure Regni intra 50. secundò infra annum ad finiendam causam appellationis, legitimo impedimento cessante. & infra biennium cum tali impedimento: & infra alium annum per viam restitutionis in integrum, si etiam in secundo anno, seu fatali appellans fuerit impeditus: de quibus diximus sup. *in præced. sect. per tot.* de terminis autem, qui dantur in causa appellationis agit Bart. *in l. fures §. sed si furtiff. de his, qui notant. infam.*

9 Hinc colligi potest, quod inter primam, & secundam instantiam dantur aliquæ similitudines, & concordantiæ.

Quarum Prima est, quod sicut in prima instantia fiunt probationes, & examinantur testes, ac præsentantur scripturæ, sic eodem modo fit in secunda instantia super nouis articulis.

Secunda similitudo, est in termino publicationis, nam quemadmodum factis probationibus in prima instantia fit publicatio in causa: sic proceditur in secunda instantia.

Tertia conuenientia, & similitudo est in repulsa testium, quæ sicut datur in causa principali; ita conceditur in causa appellationis, vt probatur *in dicta decis.* Afflict. 266.

Quarta similitudo; est in aliis terminis, & actibus, nam sicut In prima instantia post repulsam, & repulsam repulsæ fit conclusio: datur terminus ad allegandum, fit citatio ad sententiam & alia, id genus; ita in secunda instantia, vt paulo ante dictum est.

Quinta concordantia, seù similitudo, est in modo procedendi, nam si in prima instantia, causa fuit summaria: erit quoque summaria in secunda instantia, vt tradit Franch *in decis. 520.*

Sexta conuenientia, & similitudo est, quod fideiussiones præstitæ in prima instantia, perseuerant in suo robore, & durant, ac habent effectum, etiam in secunda instantia, præsertim fideiussio de iudicato soluendo, Idem de Franch. *in decis. 208. & 320.*

10 Est tamen aduertendum, quod sicut in multis prima, & secunda instantia conueniunt inter se, vt visum est: sic in multis aliis longe differunt.

Prima igitur differentia constituitur, respectu Tribunalis, nam diuersum est Tribunali Iudicis, à quo appellatum fuit, à Tribunali Iudicis, ad quem est appellatum. Gloss. *in cap. 2. de consuetud in 6.* & maximè respectu maioritas, & superioritatis Iudicis, ad quem; quoad Iudicem, à quo. *cap. anteriorum. §. de illo. 2. quæst. 6. & l. 1. §. si quis ante. & l. Imperatores ff. de appellat.* Quod tamen limitatur in illis Tribunalibus, in quibus non

non appellatur, sed tantum reclamatur, seù supplicatur per viam reuisiones sententiæ, vt fit in Tribunali Sacri Concilij Neapolitani, in quo à sententijs latis à Dominis Consiliarijs ali-cuius Rotę eiusdem Consilij reclamatur ad idem Sacrum Cõsilium, & tunc Præses eiusdem eligit aliquem Consiliarium eiusdem Aulæ, mutato Iudice causæ, & ille nouiter electus in eadem Aula cognoscit de causa reclamationis, vt obseruat Afflict. *in decis.* 231. *& alibi supra dictum est*.

11 Secunda differentia est, respectu Iudicis, quia appellatio interponitur à Iudice minori ad Iudicem maiorem. *cap. dilecti, cap. prior. & cap. Romana de appell. &c. si quis putauerit, cap. placuit, & d. cap. anteriorum §. Ad hoc & §. illo videlicet. 2. qu 6. ca. Metropolitanum. 2. quest. 7. & l. præcipimus. C. de appellat. & l. 1. §. si quis, & l. Imperatores. ff. eod. tit. de appellat. & Gloss. in ca. non putamus de consuetud. in 6.* Ratio est, quia nullo modo conuenit, vt idem Iudex, qui protulit sententiam, reuideat eamdem à se latam, per viam appellationis, cum semper confirmaret, quod semel prius factum fuisset & sic pars grauata nunquam releuaretur a grauamine, *vt in dictis iuribus probatur*. Imò neque valeret consuetudo, vt appellari possit ad eundem Iudicem; *d. c. non putamus*: vbi Gloss. & DD. Vnde cum semel Iudex protulerit sententiam, qu cessare debet eius iurisdictio, quia functus est officio suo, *l. Iudex postea quam ff. de reiudic.* nisi partes acquieuerit suæ sententiæ, nam tunc partes illius suot in illa exequenda, iuxta eius tenorem, quia fortè non appellarunt intra tempus a Iure concessum. *ca. quisquis 2. qu. 6. c. si quis contra de for. compet. l. à Diuo Pio in princ. & §. sententiam ff. de re iudic. l. pen. C de arbitr. & l. properandum §. sin autem tam. C. de iudic.*

12 Tertia differentia est respectu ordinis Iudiciarij quia in causa principali procedi nõ potest absque dilatione termini probatorij, & est petendus a Iudice. *l. 1. C. de dilation.* & in Regno Neapolitano, etiam quod non detur, censetur ipso iure tributus *per Reg. pragmat incip. post prædictas 7. sub. rubr. de dilation. in caus. dand.* & ratio est, quia stat loco litis contestationis, quæ est fundamentum iudicij. *cap. vnic.* vbi Bald. *de lit. contest.* sed in causa appellationis procedi potest, sine termini datione; sed eius loco datur alius terminus, qui licet sit idem in substantia, vocatur tamen terminus ad non posita ponendum, & non probata probandum, propter priuilegium appellationis *l. fin. §. illud C. de tempor appellat. & habetur in constitution. Regni incip. Iurisperitorum altercationes, & in constitut. Hac lege: & in Rit. Magna Cur. Vicar. 251.*

13 Quarta differentia est, respectu modi procedendi in opponendis exceptionibus: quia in causa principali opponi possunt exceptiones, tam dilatoriæ, quam peremptoriæ. In causa verò appellationis regulariter opponuntur solùm exceptiones peremptoriæ: *vt notatur* per Capic. *in dec.* 28. & Franch. *in dec.* 370 *n.* 17. *& 18.* Regula tamen generalis, vt non possint opponi exceptiones dilatoriæ in causa appellationis, limitatur in dilatorijs, quæ respiciunt retroactum nullum processum, quia istæ opponi possunt, *vt notatur in l. ita demum C. de procurator* per Gloss. *in verb. agitur*, puta si procurator erat falsus. *vt habetur in l. licet C. eod. tit. de proc. & argum. l. 2. C. de eo qui pro tutore negot. gess.* & similes.

14 Quinta differentia est, respectu refectionis expensarum, quia in causa principali datur terminus in causa, non refectis expensis parti appellatæ: quando nihil probauit in causa principali, *vt habetur in pragmat. incip. Qui in causa principali. sub rubr. de expensis soluend. per appellat.*

15 Sexta differentia est, respectu probationum: nam in causa principali datur terminus ad probandum incumbẽtia vtrique parti communis. *l. petenda. C. de in integr. restit.* & ibi Bald. Fel. *inc. prudentiam col. 1. de mat. petit.* & in Regno est *Rit. Magn. Cur. Vicar.* 210. *incip. Item seruat ipsa curia in fin. & constitutio incip. Item legitimè contestata* de quo dictum est sup. *par. 2. sect. 2. subs. 3.* Sed in causa appellationis datur solummodò terminus ad non posita ponendum, & non probata probandum super nouis capitulis, & articulis tantum, quamuis detur vtrique parti. *l. per hanc. C. de temp. appell.*

16 Septima differentia est, respectu productionis articulorum, & testium: nam in causa principali, post datum terminum in causa, post productos articulos, & post publicationẽ factam in causa non possunt produci noui articuli, nec noui testes, propter metum subornationis de iure Regni, *vt in pragmat. quamdiu solent sub rubr. de testib. qui de nouo superuenisse allegantur; & in alia pragm. contigit sæpè sub rubr. de capitulis & posit impertin. in repuls. non ponend. & in constit. Iurisperitorum altercationes.* Capic. *in decis. 81. numer.* 8. In causa verò appellationi post publicationem product possunt noui articuli, & noui testes ad fauorem appellantis, *iux. tent. in c. fraternitatis de testib. & l. fin. §. illud C. de appell.*

17 Vltima differentia est, respectu modi proferendæ sententiæ, nam in causa principali debet Iudex sententiam proferre, cum condemnatione, vel absolutione. *c. illa de accusat.* vbi Gloss. *vlt. & l. 1. C. de iudic.* vel alio verbo vti debet, quod æquipolleat condemnationi, vel absolutioni. *c. his de verb. signif. & l. 1. ff. de re iudic. & dix. sup p. 2. Sect. 3. Subsect. 1. n. 1. circ. fin.* Sed in causa appellationis debet aliter pronunciare scilicet fuisse bene appellatum, & malè iudicatum, vel malè appellatum, & benè iudicatum, & sic sententia appellationis continet iustitiam, vel iniustitiam sententiæ causæ principalis, non condemnationem, aut absolutionem: nisi implicitè per viam approbationis vel reprobationis primæ sententiæ, quæ talia continet. Gloss. *magn. in l. eos C. de appell.*

PRAXIS PROCESSVS.

---

18 Sententia autem in causa appellationis solet incipi, sub hac sequenti, vel simili forma verborum, videl.

Forma Sententia in secunda instantia.

In Dei nomine Amen. Nos Abbas N V. I. D Prothonotarius Apostolicus, ac Illustrissimi & Reuerendissimi Domini N. Archiepiscopi N in spiritualibus, & temporalibus Vicarius, & Officialis, Generalis, &c. in causa in hac Archiepiscopali curia per viam appellationis in secunda instantia vertente inter N. de N. Actorem ex vna, & N. de N. Reum conuentum Diœcesis N. huius nostrę Metropolitanę Ecclesiæ Suffraganeæ partibus ex altera, de, & super solutione scutorum tot.... vel relaxatione fundi N. siti in loco N. iuxta &c. & alias prout in Act. s. &c. Visis appellatione legitimè interposita, Inhibitione per Nos, & Nostrã Curiam emanatæ. Apertura processus, & Actorum Nobis trãsmissorum, Termino ad non posita ponendum, & non probata probandum, probationibus hinc inde deductis, terminis alijs de Iure, & consuetudine concessis, citationibus ad allegandum & ad sententiam, & omnibus actis, partibusque pluries plenariæ auditis cum suis procuratoribus, & aduocatis, Visis videndis, & consideratis de Iure considerandis; Per hanc nostram, quam in his scriptis de Iurisperitorum consilio fer mus diffinitiuam sententiam Christi nomine repetito Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes dicimus, decernimus, & diffinitiuè pronunciamus, fuisse bene appellatum per dictum N. de N. & malè iudicatum per D. Vicarium Generalem Curiæ Episcopalis N. *Vel*, fuisse bene iudicatum, & malè appellatum, *prout facti contingentia requirit*, proinde dictum appellantem ab impetitis per dictum de N. absoluimus, & liberamus, *vel si bene iudicatum pronunciatur, & male appellatum, dicatur*, proinde sententiam per D Vicarium Generalem Curiæ Episcopalis N. approbamus, & cõfirmamus, ac executioni mandandam fore, & esse declaramus, & ita dicimus, decernimus, & diffinitiuè pronunciamus, & sententiamus, non solum isto, sed omni meliori modo, &c.

Ita pronunciaui Ego N. Vicarius Generalis Metropolitanæ Curiæ N.

Lecta, lata, &c. prout in sententijs latis in prima instantia, de quibus egimus sup. *part. 2. Sect. 3. cap. 1. à num. 74. cum plurib. seqq.*

SECTIO V.

De Innouatis, seù Attentatis appellatione Pendente.

SVMMARIVM.

1 *Ius respicit, quod sæpè, non quod raro fit.*
2 *Attentata quid sint.*

3 *Atten-*

3 *Attentata reuocanda sunt ante omnia acta.*
4 *Casus, in quibus attentata non reuocantur.*
Et primò in omnibus causis, in quibus non datur appellatio.
5 *Neque reuocantur, si ex reuocatione sequeretur praiudicium Ecclesia.*
6 *Neque, si proueniret scandalum in Populo.*
7 *Neque, si appellatio est deserta, & constet in Actis.*
8 *Neque, si facta fuerunt in interloquutoria.*
9 *Neque, si non sint omnino clara, sed turbida.*
10 *Neque, si petens reuocationem nullum habeat ius.*
11 *Neque, si dependeant à causa principalis cognitione.*
12 *Attentata, à quo Iudice reuocanda sint.*
13 *Attentare non dicitur quis aliquid agens vigore litterarum Apostolicarum.*
14 *Attentata, quomodo reuocentur.*
15 *Attentata reuocantur iudicio ordinario.*
16 *Et similiter summariè.*
17 *In reuocatione attentatorum, quæ probari debeant.*
18 *Etiam à tertio causam habente à parte.*
19 *Causam habere ab aliquo quando dicatur.*
20 *Beneficia successionem non admittunt.*
21 *Citatio partis requiritur in reuocatione attentatorum, prout in reliquis.*
22 *Citatio illegitimè exequuta, habetur pro non facta.*
23 *Reuocatio attentatorum quid requirat.*
24 *In reuocatione attentatorum differentia constituitur inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem.*
25 *Reuocatio prædicta procedit in appellatione legitima tantum.*
26 *Attentatorum reuocatio vsque ad quod tempus peti possit.*
27 *Modus petendi reuocationem prædictam.*
28 *Attentata quomodo purgentur.*
29 *Purgata dicuntur attentata, si facta fuerit diligentia pro ipsis purgandis.*
30 *Purgatio attentatorum integraliter fieri debet.*
31 *Appellatio à sententia reuocationis attentatorum, an detur.*
32 *Appellatio datur à recusatione Iudicis nolentis reuocare attentata.*
33 *Attentatorum reuocatio defensionis species.*
34 *Alienatio Rei litigiosæ attentata dicitur.*
35 *Sententia super reuocatione attentatorum.*
36 *Exequutionis sententiæ attentatorum mandatum, sub qua forma verborum concipiatur.*
37 *Instrumentum executionis factæ qualiter formetur.*

1 PRima facie videtur extra ordinem fuisse positum hunc tractatum de attentatis in fine iudicij appellationis cum potius fuisset collocandus statim post sententiam, vel saltem in principio huius tertiæ partis. Ratio tamen, quæ me ad hoc faciendum impulit, fuit, quia non semper occurrit, quod pars, siuè Iudex aliquid innouet, seu attentet post interpositam appellationem à sententia, quam ipse tulit, & propterea, quod potest esse, & abesse, pro accidente habetur. *l. pro voluntarijs ff. de impens. in reb. dotalib. fact.* Vnde cum iura regulariter se adaptent magis his, quæ accidere solent frequenter, quam his, quæ raro, *l. nam ad ea ff. de legib.* Ideo posui hic huiusmodi tractatum, quasi extra ordinem materiæ; eo quod raro accidit attentata fieri. Verum quia, & ipsa accidentia plurimum conferunt ad rerum cognitionem, *l. 1. & l. quod si nolit. §. qui mancipia ff. de ædilit. edict.* propterea nolui omittere, sed tamen quasi separatim adnectere. Quare plura à nobis percurrenda erunt, iuxta nostrum institutum; Et primò, quid sint Attentata. Secundò, à quo Iudice reuocanda sint. Tertiò, qua via reuocanda sint. Quartò, quid requiratur in ipsorum reuocatione. Quintò, vsque ad quod tempus peti possit reuocatio attentatorum. Sextò, qualiter peti debeat. Septimò, quomodo purgari possint attentata. Octauò, an detur appellatio à reuocatione attentatorum.

2 *Quoad primum* est notandum, quod Attentata sunt omnia acta, quæ sine rationabili causa fiunt, lite, appellatione, aut his æquipollente, pendente, a Iudice, seu à Parte, aut ab habente causam ab eis, in contemptum iurisdictionis, & præiudicium Partis, officio eius citius est læsa maiestas, in primis, & ante omnia reuocanda, ita describit Lancellott. *in tract. de attentat. in præfat. numer. 4. & seqq.* & ferè omnes scribentes *in capit. non solum de appellation. in 6. per illum text.* vbi de his agitur.

3 Ex qua descriptione, seù definitione colligi potest, quod appellatione, aut lite pendente nihil est innouandum in spretū Iudicis, aut in præiudicium partis, sine iusta causa, alias quidquid innouatum fuerit, est nullum, & attentatum, & ideo est omninò reuocandum, & in pristinum statum ante omnia reducendum; siuè ante, siuè post Inhibitionem, aut quouis alio modo gestum fuerit *d. cap. non solum*, vbi Gloss. & DD. *de appellat. in 6.* Lancellot. *vbi sup. numer. 33. & de priuileg. attentator. part. 3. cap. 3. num. 153. & seqq.* Scacc. *de appellat. qu. 3. num. 47. & seq.* & Rot. *decis. 235. nu. 1. p. 1. & decis. 735. num. 2. p. 2. & decis. 251. nu. 1. par. 3. recentior.*

4 Limitatur tamen conclusio in pluribus casibus, quos supra ducentos congerit, & refert Lancellot. *d. tract. de attentat. p. 3. de priuil. attentat. cap. 30. num. 178. cum seqq.* Et primò, ne sicco vestigio prætereamus, non reuocantur, ante omnia, attentata, in omnibus casibus, in quibus non datur appellatio, *vt habetur in d. cap. non solum.* vbi Gloss. *in verb. casibus*, multos enumerat casus in quibus prohibita est appellatio, & nos de his egimus, *sup. hac ead. par. 3. sect. 3. num. 15. vbi latè.* Et ratio est, quia cum in dictis casibus, si appelletur, non erit appellationi deferendum; contra ius videretur, quod per appellationem impeditetur executio sententiæ, vel alterius actus consecutiui sententiæ.

Idem dicendum venit in omnibus casibus, in quibus, Iudex non obstante appellatione potest aliquid agere, *de quibus diximus sup. hac ead. p. 3. Sect. 2. à n. 6. cum seqq.*

5 Limitatur secundo, quando ex reuocatione attentatorum diminueretur diuinus cultus, vel aliquod aliud damnum proueniret alicui. Ecclesiæ. Gloss. *in cap. peruenit 2. verb. assignes de appellat.* Beltramin. ad Greg. *decis. 463. nu. 12.* Rot. *dec. 251. nu. 1. in fin. p. 3. recent.*

6 Limitatur tertiò, quando ex reuocatione attentatorum sequeretur aliquod scandalum in Populo. Beltramin. ad Greg. *decis. 276. num. 9.* Rot. *decis. 22. num. 4. & decis. 657. num. 2. p. 3. recentior.*

7 Limitatur quartò, quando appellatio est deserta, & de desertione notoriè constat in actis, quia tunc attentata; post decem dies ad appellandum datos, non reuocantur. Lancellot. *de attent. appell. pend. p. 2. c. 12. amp. 1. n. 1. et n. 8. & 20* Marescot. *variar. res. lib. 1. 2. c. 121. n. 63.*

8 Limitatur quintò, quando agitur de attentatis factis post appellationem in interloquutoria interpositam, quia tunc nō reuocantur ante omnes alios actus, nisi prius fuerit pronūciatum benè appellatum *d. capit. non solum de appellat. in 6.* Oldrad. *cons. 39 num. 10. vers. præterea.* Frideric. de Senis *consil. 198. num. 4. vers. de secundo.* Vel nisi saltem fuerit prius iustificata causa appellationis, *d. c. non solum,* Scacc. *de appell. q. 3. n. 47. & q. 17. limit. 47. membr. 1. num. 28.* qui tamen restringit in multis casibus. *d. membr. 1. num. 37.*

9 Limitatur sextò quando attentata non sunt omninò clara, sed aliquo modo turbida, seù controuersa, quia tunc non reuocantur ante omnia. Rot. apud Marchesan. *de commission. nullit. sanat. par. 4. decis. 1. nu. 2. fol. 170. & in Conchen. Cappellaniæ 3. April. 1615. coram D. Verospio.* Secus si essent clara, quia tunc reuocanda sunt. Rot. *decis. 735. n. 2. p. 2. & decis. 769. n. 2. p. 2. & decis. 123. n. 1. p. 5. recent.*

10 Limitatur septimò, quando notoriè constat, quod petens reuocationem attentatorum nullum ius habet. Rot. *decis. 7. vt lit. pend. in antiqu. & in d. Conchen. Capellaniæ & decis. 251. n. 1. p. 3. rec.* Marescot. *vbi sup. num. 58. & seqq.* Buratt. *dec. 177. n. 4. & decis. 212. num. 12.*

11 Limitatur octauò, quando attentata dependent à cognitione causæ principalis, Capic. *decis. 72.* Beltramin. ad Greg. *decis. 283. num. 8. in fin. & decis. 463. num. 12.* Rota *decis. 251. n. 1. p. 3. recent.* Duran. *decis. 313. num. 11. & seqq.* vbi tamen ait, hoc procedere, quando attentata sunt turbida, secus si clara; nam tunc non dependent à cognitione negotij principalis; alias limitationes vid. apud Lancellot. *d. p. 3. de priu. attent. c. 30. à n. 178.* cum nobis hastenus octo limitationes in praxi frequentius occurrentes retulisse sufficiat.

12 *Quoad secundum* est notandum, quod Innouata, seù attentata facta, appellatione, seù lite pendente, reuocanda sunt regulariter ab eo Iudice, cuius maiestas læsa fuit Burat. *decis. 72. num. 5. & decis. 77. num. 2.* Gregor. *decis. 486. num. 6.* Rot. *decis. 303. num. 4. par. 3. recent.* Quod potest facere etiam ex officio,

Gregor.

Gregor. *decis.* 91. *num.* 8. *& decis.* 305. *nu.* 1. Burat. *decis.* 186. *n.* 5. Caualer. *decis.* 175. *num.* 3.

Limitatur tamen, vt non possit Iudex ex officio reuocare attentata, cum hoc sit remedium extraordinarium, quando pro reuocatione ipsorum agi potest via ordinaria. Rot. *dec.* 357. *n.* 2. *p.* 3. *rec.* Greg. *decis.* 503. *n.* 3. *& seqq.*

13 Sed quæritur, an dicatur quis attentare, quando aliquid agit cum litteris Apostolicis.

Respondetur cum distinctione. Aut enim in litteris facta fuit mentio de lite, & tunc non dicitur attentare, quia litteræ Apostolicæ non possunt dici attentatæ. Gregor. *decis.* 2. *num.* 1. nam Papa non attentat, quia est supra ius. *clement.* 1. *in fin. vers. salua tamen vt lite pendent. c. proposuisti de concess. preb.* Rot *decis.* 25. *num.* 4. *de rescri. in nou.* Greg *decis.* 2 *num.* 2. & ibi Beltram *num.* 15.

Aut vero in eis non est facta mentio de lite, & tunc dicitur attentare, quia licet litteræ Apostolicæ dici non possint attentatæ attamen non excusant ab attentatis, quando in eis non fuit expressè, & specificè facta mentio de lite. Gregor. *decis.* 305. *n.* 5. Imò etiam, quod si facta mentio de lite, quæ probatur per clausulam opponi solitam, scilicet *cuius litis statum &c.* quæ habet virtutem præseruandi gratiam obtentam a subreptionem, & attentatis, vt notat Beltram. ad Greg. *d. dec.* 2. *n.* 16. *& seq.* & Caual. *dec.* 186. *n.* 3. adhuc potest esse, quod possessio capta, vigore litterarum Apostolicarum; sit attentata Greg. *dec.* 19. Beltramin. ad Greg. *d. dec.* 2. *n.* 15. *&* 16. vbi alias decisiones cumulat.

14 *Quoad tertium* est notandum, quod dupliciter via reuocari possunt attentata: Primò principaliter implorando officium Iudicis, ad quem est appellatum, vt reuocet gesta per Iudicem à quo; Et secundo accessoriè prosequendo appellationem, vt declarat Cardinal, *in c. dilecti il 3 col.* 1. *de appellat* & sequitur Anton. de Nigr. *in c. Regni incip. subditorum n.* 117.

14 Quando autem petitur restitutio spoliatorum per viam attentati, & sic per implorationem offici, Iudicis ordinarij. intentando actionem, cum agatur via ordinaria, requiritur ordo iudiciarius, scilicet libellus, litis contestatio, & alij termini substantiales. Franch. *in cap. bona col.* 4. *vers. primò quia de appellat.* Imol. *in d. cap. ex parte* 2. *num.* 11. *de rescript.* Lapus *alleg.* 66. *num.* 1 *vers. primò quia* Cardinal. *cons.* 12 *num.* 2. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit.* 47 *membr.* 1. *num.* 173. vbi etiam ait; quod à iudicio attentatorum datur appellatio.

16 Præterea potest procedi ad reuocationem attentatorum ex puro, & mero officio Iudicis incidēter, summariè, sine libello litis contestatione, &c. & tunc non requiritur aliquis ordo iudiciarius. Gloss. 1. *in Clement. fin. vt lit pendent.* Abb. *in d. c. bona num.* 16. *vers. magna est differentia, & num.* 17. & ibid. etiam Franc. *d. col.* 4. *vers. primo quia de appell.* Imol. *vbi sup.* Lap. Cardinal. & Scacc. *locis praecit.* Aeg d. *decis.* 101. *& decis.* 148. *& decis.* 194. & Rot. *decis.* 1. *de offic. Iudic. in antiqu. & decis.* 1. *de restit. spol. in nouis.* Et tunc neque termini substantiales sunt seruando de stylo Rotæ seruari soliti, *vt habetur in practicabil. Rota sub tit. de termin. v/u & qualit. num.* 8. Mandol. *de commiss. sup attent. form.* 14. *in uerb. causam, & causas uers. adde etiam*, Salust. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 8. vbi ait quod in his plus attenditur contemptus iudicis, quam læsio ioris, & ita practicatur in Rota, vt Ead. Rot. *dec.* 78. *de appellat. in antiqu. alias est* 765.

17 Est tamen aduertendum, quod qui petit reuocari attentata, probare debet possedisse, rem de qua agitur, de tempore motæ litis, & insuper quod ad præsens Aduersarius illam occupat, & detinet, Imol. *in d. cap. ex parte num.* 11. *de rescr.* Card. *d. consil.* 10. *num.* 2.

18 Etiam si sit tertius, dummodo habeat causam à parte, nam licet tertius, qui non est in lite, non attentet. *cap romana §. in alium de appellat. in* 6. Maresc. *var. resol. lib.* 2. *cap* 121. *num.* 60. *& seq.* Caualer. *decis* 186. *num.* 4. Gregor. *decis.* 14. *num.* 6. non tamen hoc locum habet, si tertius habeat causam a parte, quæ est in lite. Affl. *decis.* 354. *num.* 21. Gregor. *d. decis.* 14. *num* 6. Quod procedit, etiam si possideat cum titulo, & bona fide, Burat. *dec.* 406. *num.* 2.

19 Causam autem, a Parte habere dicitur in Beneficialibus, qui possidet Beneficium per viam resignationis ad eius fauorem factæ, aut per viam permutationis, siue alterius similis modi. *c.* 2. *ut lit. pendent. in* 6. Rot. *decis.* 3. *ut lit. pend. in antiq. & dec* 3. *eod. tit. in nou. & decis.* 1147. *p.* 3. *lib.* 5. *diuers & decis.* 705. *n.* 3. *p.* 1. *rec.* Beltram. ad Greg. *dec.* 14. *n.* 7.

Secus si fuit prouisus per obitum, aut per cessionem, vel resignationem liberam non in fauorem; aut per resignationē ad fauorem, sed alterius, qui non erat in lite; aut per priuationem, vel alium similem modum, qui non trahat causam ab eo, qui erat in lite, quia tunc habet nouum ius a Papa, non ab alio. Roman. *cons.* 374. *n.* 5. *vers. sed Prælato* Rot. *dec.* 705. *n.* 1. *p.* 1. *recent.*

20 Ratio est, quia in Beneficijs non datur successio. *cap. ad extirpandas, & cap. ex transmissa de filijs presbyter.* Put *decis.* 33. *num.* 3. *lib.* 1. Rot. *decis.* 13. *in fin. de proc. in nou.* propterea non potest huiusmodi exceptio opponi, quod attentauerit. Lancellot. *de attentat. p.* 1 *cap.* 3. *nu.* 4 *& seqq.* Put. *decis* 74. *n.* 3. *& n.* 9. *lib.* 2. Achill. *dec.* 28. *de appell.* Seraphin. *dec.* 182. *num.* 1. Caualer. *decis.* 186. *n.* 2. Rot. *decis.* 705. *n.* 1. *p.* 1. *rec.*

21 Semper tamen in reuocatione attentatorum requiritur aliqua causæ cognitio, & præsertim citatio partis. Franc. *in d. c. bonæ memoria col.* 4. *&* 5. *de appell.* vbi agit de multis priuilegiis attentatorum. Idem dicit de citatione Dec. *cons.* 10. quia citatio requiritur in quibuscumque actibus. *l. de unoquoque ff. de re iudic. l. nam ita Diuus ff. de adoption.* Gabr. *de citation. conclus.* 1. Tiraquel. *in tract. res inter alios acta per tot.* Et defectus citationis facit nullitatem insanabilem Vantius *de nullit. defect. citation. n.* 9 Rot. *dec.* 312. *n.* 2. *p.* 4. *rec.* Caualer. *dec.* 396. *n.* 6.

22 Et quando citatio est nulla, & illegitima, vt sit facta domi alicuius, qui ibi non habitat. *l.* 1. *§. nomen. ff. de liber. agnosc.* Vant. *ibid. n.* 11 Fenzon. *ad statut. Vrbis lib* 1. *cap.* 51. *n.* 21. habetur æquè ac si facta non esset *l.* 1. *§. pen. ff quod cuiusque uniuers. nom. l. quoties ff. qui satisd. cogant. cap.* 2. *de translat. Prælat. clement.* 1. *de summon. Eccles.* Vant. *de nullit. tit. quot. & infra quod. n.* 16. *& num.* 27. *& seqq.*

Quæ nullitas, parte opponente, in primis & ante omnia est reuocanda. Vant. *de nullit. tit. quot. & quib. mod num.* 14. *& seq.* Coccin. *dec.* 206. *n.* 1. Cæl. de Grais *decis.* 9. *n.* 8. *de caus. poss. & propr.* Rot. *decis.* 46 *p.* 1. *recentior.*

23 *Quoad quartum*, quid scilicet requiratur in attentatorum reuocatione, notandum est, quod in hoc distingui debet inter Iudicem à quo; & Iudicem, ad quem; ac partem appellantem. Si loquamur respectu Iudicis, a quo, requiritur Primò, vt sit ab eodem Iudice sententiatum, & iudicatum. Secundò, de eadem re; Et tertiò, inter easdem partes, prout de primo est Glos. *in d. cap. non solum uer. ante omnia de appell. in* 6. & Glo. & DD. *in l.* 2. *C. de petit. hæredit.* & Glos. *in cap. venerabilibus de sent. excom. in* 6. De secundò scilicet de eadem re, traditur per Abb. *in cap quia frustra de usur.* & Ioann. Anton. de Nigr. *in d. cap. Regni subditorum limit.* 18. Et de tertio scilicet inter easdem personas litigantes, est Glos. *in l. creditor. ff. mandat.* Si verò loquamur respectu Iudicis, ad quem est appellatum, requiritur, vt sit facta inhibitio Iudicis à quo est appellatum, vt se non intromittat amplius in causa, ita Butr. & Imol. *in cap. fin. de appell.* quos sequitur Anton. de Nigris *ubi sup. num.* 110. & Carauit. *super Rit. Magnæ Cur. Vicar.* 298. vbi tradit formam inhibitionis faciendæ. Quinimò ait Imol. *in d. cap. fin. col. fin.* Butr. & Franc. *ibid. col. antepen. uers. ultim. quæritur*, quod ad hoc, vt attentata reuocentur, requiritur ex necessitate, vt appellatio sit intimata Iudici, & Partis alias semper possunt in causa procedere, donec, & quousq; habuerint notitiam illius. Ista autem intimatio appellationis Iudici, & Parti necessaria erit, quando appellatio est Iudicialis; non si sit Extraiudicialis; nam in appellatione extraiudiciali reuocantur attentata, etiam si non fuerit intimata, secundum Franch. *in d. c. bonæ memoriæ. col.* 13. *uers. nona conclusio de appell.*

24 Datur etiam alia differentia inter appellationem Iudicialem, & extraiudicialem in materia attentatorum, nam in appellatione iudiciali reuocantur omnia attentata, etiam quæ non sunt de directo contra appellationem sed in extraiudiciali illa solum reuocantur, quæ sunt contra appellationem & non alia, ita notabiliter tradit Franc. *in c.* 1. *notab. ult. de appell.*

25 Et demum si loquamur, respectu Partis appellantis, requiritur, vt appellauerit à sententia intra decem dies. Glos. *in d. c. non solum uer. extra decendium de appellat. in* 6. Idem de Nigr. *in d. c. Regni subditorum n.* 111. *in* 2. *limitat.*

26 *Quoad quintum*, est notandum, quod reuocatio attentatorum peti potest vsque ad conclusionem in causa, et non vltra, post conclusum enim in causa appellationis agi non potest amplius de reuocatione prædicta. Franc. *in cap. dilecti.* 3 *col.* 2. *de appellat.* vbi ponit aliquas limitationes, in quibus attentata non reuocantur.

Quod

Quod procedit, siue appellatum fuerit à sententia diffinitiua, siuè ab interloquutoria, siuè ab actibus extraiudicialibus, etiam post conclusionem non datur reuocatio attentatorũ, prout sic fuit decisum in Sacro Consilio Neapolit. testatur Afflict. *in decis.* 352.

27 *Quoad sextum*, est notandum, quod modus petendi reuocationem Attentatorum talis est; videlicet quod Pars appellans compareat coram Iudice ad quem, post interpositam appellationem, & petat vt in primis, & ante omnia reuocet attentata per Iudicem à quo, aut per Partem; & hoc facere debet statim, secundum Decium *in c. consuluit. 2. nu. 5. de appell.* sed tamen, istud *statim* Decij, intelligi debet, secundum, quod præced. numero dictum est, scilicet vsque ad conclusionem in causa appellationis.

28 *Quoad septimum*, est notandum; quod Attentata purgari debent in eo Tribunali, cuius maiestas læsa fuit, nisi causa sit alibi per speciale rescriptum commissa, super attentatis. Greg. *decis.* 486. *n.* 4. Buratt. *decis.* 72. *n.* 5.

Et purgantur per legitimam cessionem attentatis factam, quę esse debet ita perfecta, vt nullum interesse sentiat amplius, qui attentata passus fuit; nec attentans sentiat amplius aliquod commodum ex attentatis ipsius. Buratt. *decis.* 116. *n.* 3. Caualer. *decis.* 138. *n.* 1. Greg. *d. dec.* 486. *n.* 3 *&* 17. vbi *n.* 4 & Ferentill. *ad Buratt. d. dec.* 126. *n.* 9. asserunt cessionem debere esse puram, non conditionalem, aliàs non releuaret.

29 Pro purgatis autem habeantur attentata, si facta fuerit omnis possibilis diligentia pro illis purgandis. Crescent. *decis.* 1. *de sequestr. poss. & fruct.* Beltramin. *ad Gregor. decis.* 503. *n.* 6. Ferentill. *ad Buratt. dec.* 508. *n.* 3. Duran. *dec.* 166. *n.* 10. vbi ait, quod huiusmodi diligentia iuramento probari potest.

30 Necesse est tamen, quod purgatio attentatorum fiat integraliter, & omnimodè, vsque ad obolum. Bald. *in c. conquerente. de restit. spoliat.* & ita seruat Rota in talibus iudicijs priuilegiatis, vt latè tradit Beltram *ad Gregor. in dict. decis.* 503. *n.* 6. Quod est contra opinionem Angel. *in l.* 4. *§. ait prætor. ff. de re iudic.* vbi tenet, sufficere pro illorum purgatione, si fiat depositum vnius Iulij cum oblatione soluendi residuum, quando facta fuerit liquidatio. Cuius tamen opinio procedere potest, quoad damna & interesse, de quibus benè constare non potest; & similiter quoad expensas extraiudiciales factas ab eo, qui attentata passus est, nam istæ, cum ab attentante sciri non possint, sufficit depositum vnius Iulii, cum oblatione soluendi residuum, facta liquidatione, etiam in materia priuilegiata. Ro. *dec.* 357. *n.* 1. *p.* 3. *rec.* Greg. *d. dec.* 503. *n.* 1. & ibi Beltram. *dicto n.* 6.

31 *Quoad octauum*, est notandum, quod in hoc dubio, an detur appellatio à reuocatione attentatorum, sunt duæ opiniones: Prima affirmatiua, quam sequitur Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 7 *memb.* 1. *n.* 72. *& seq.* vbi de communi testatur. Lancellot. *de attent. p.* 3 *c.* 28. *num* 44. *&* 90. Rot. *decis.* 2 *de re iudic. in nou.* in qua supponitur appellatio, dum commemorantur tres sententiæ conformes in causa attentatorum latæ Idem tenet Contard. *in l. unic. tit. de Aegid. quæstion.* 7. *C. si de momentan. poss. fuer. appellat. fol.* 643.

Secunda verò sententia Doctorum est negatiua, quod scilicet non detur appellatio à sententia lata super reuocatione attentatorum. Idem Contard. *ubi sup. parum sibi constans sub num.* 130. *in ampliat.* & Idem Lancellot. *d. cap.* 8 *à n.* 45. *usque ad nu.* 99. vbi hanc opinionem negatiuam veriorem tenet, sed ipse nihilominus, licet secundum per sexdecim fundamenta comprobet, respondendo etiam contrarijs, primam opinionem sequitur *n.* 9. quam tamen limitat tribus modis *à n.* 99. *usque ad n.* 134. Primò, in spoli o attentato Secundo, in attentatis appellatione pendente. Et tertiò, in attentatis pendente aliqua lite, in qua appellatio esset prohibita.

Possunt tamen istæ contrariæ opiniones conciliari ex Praxi Romanæ Curię, distinguẽdo tali pacto Aut enim agitur principaliter pro reuocatione attentatorum per viam actionis vel via ordinaria non priuilegiata, secundum Lancellott. *de attent. cap.* 21. *n.* 23 & dictum est sup. *n.* 15. & tunc, quia sententia est diffinitiua, secundum eumdem Lancellot. *ubi sup. d. c.* 28. *nu.* 39. vel habet vim diffinitiuę. Idem *ibid. n.* 36 & Caualer. *dec.* 376. *n.* 4. non est dubium, quod detur appellatio, & sic saluatur prima opinio affirmatiua.

Aut verò agitur pro reuocatione attentatorum summariè via priuilegiata officii Iudicis, vel alias incidenter via priuilegiata, *iuxta tradita sup. n.* 16. & decretum est interloquutorium, secundum Lancellot. *d. c.* 28. *nu.* 36. & tunc, si decretum est validum, non datur appellatio, & sic saluatur secũda opinio negatiua, & maximè si validitas, & iustitia est clara. secus est, si dubitetur de validitate, & iustitia decreti & clarè appareret; nam tunc datur appellatio ad vtrumque effectum iuxta DD. in prima sententia affirmatiua allegatos.

32 Quod si quis petieret à Iudice, vt reuocaret attentata, vel sequestrum attentatum & Iudex recusauerit reuocare, tunc sine dubio datur appellatio. Marchesan. *de commiss. sup. attent. p.* 2. *§.* 2. *n.* 95. *fol.* 52 similiter datur appellatio, si Iudex pronunciauerit, attentata non esse reuocanda. Lancellot. *de attentat. c.* 28. *n.* 41. *&* 42. *&* 88. *& seqq.*

33 Est autem aduertendum, quod potest quis agere pro reuocatione attentatorum, etiam quod sit excommunicatus, & tunc contra illum opponi non potest exceptio excommunicationis, quia remedium attentatorum est priuilegiatum, et est species defensionis, ita tenet Dec. *cons.* 200. *col. fin. n.* 2.

Neque opponi potest exceptio proprietatis. Cardin. *in c. bonæ memoriæ col.* 3. *vers. nota ex textu.* ibi *proprietatis de appellat.* vbi etiam in verbo. *tempore, &c.* ait, quod ille, qui attentauit, tenetur ad restitutionem fructuum medio tempore perceptorum, a die interpositæ appellationis.

De multis alijs priuilegijs attentatorum agit Franch. *plenè in d. c. bonæ memoriæ col.* 4. *&* 5. *de appell.*

34 Sed quæritur, an dicatur attentata alienatio, inuestitura, cessio, aut concessio bonorum per aliquam partem litigãtium facta, non solum appellatione pendente. verum etiam lite pendente?

Respondetur affirmatiuè, quia censetur facta in præiudiciũ alterius partis, vnde est nulla, & attentata, vt tenet Gabr. *de iudic. conclus.* 4. *num.* 1. *&* 24 vbi plures Alios allegat. Idem ait Castrens. *consil.* 72. *incip. in causa num.* 1. *& seqq. lib.* 2. Felin. *in cons.* 32. *num.* 13. Menoch. *cons.* 1 *num.* 190 & Alij, quos refert, & sequitur Lancellot. *de attentat. lit. pendent. p.* 2. *c.* 4. *limit.* 20. *n.* 21. *& seq.*

De reliquis, quæ dici possent in hac vastissima materia Attentatorum, videatur prædictus Lancellotus, qui plena manu integrum volumen edidit super illis. & ex professo materiam examinauit. Et ex nostris Regnicolis videri potest Io. Anton. de Nigris, *sup. alleg. capitul. Regni incipient. subditorum à num.* 92. *vsque ad n.* 127. & Alij, &c.

PRAXIS PROCESSVS.

35 Quando autem casus occurret, quod Iudex reuocare teneretur Attentata, facto Iudicio, vel ordinario, vel summario, vt dictum est supra concipere poterit sententiam infrascripta, vel simili verborum forma, videlicet.

Forma sententiæ Reuocationis Attentatorum.

In Christi nomine Amen. Nos Abbas N. V. I. D. Prothonotarius Apostolicus (si talis sit) ac Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini N. Archiepiscopi N. in spiritualibus & temporalibus Vicarius, & Officialis Generalis. &c. In causa; & causis, quę in hac Archiepiscopali Curia N. coram Nobis in secunda; seù veriori versę fuerunt & vertuntur instantia inter N. de N. Actorem ex vna. & N. de N. Reum conuentum ex altera partibus diœcesis N. Nostræ suffraganeæ, de, & super dimissione, et relaxatione, ac reintegratione possessionis territorij, seù fundi vulgo dicti N. siti in loco N. iuxta bona N. N. et N. de N. et alios si qui sint, fines, etc. lite, (*seù appellatione,*) pendente, occupatæ rebusque aliis, prout in Actis, etc. Visis probationibus factis per d. N. de N. super occupatione possessionis prędictæ per præfatum N. de N. facta, citationibus factis, et omnibus actis; ac visis videndis, et consideratis de Iure considerandis; Christi nomine repetito, Pro tribunali sedentes, et solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Iurisperitorum consilio in his scriptis ferimus; Dicimus, pronunciamus, decernimus, et declaramus, possessionem prędicti Territorij, seù fundi N. eiusque iurium, et pertinentiarum, etc. per d. N. de N. post inhibitionem, de qua in actis, legitimè præsentatam, ac lite pendente apprehensam, et occupatam,

fuisse,

fuisse, & esse nullam, & attentata n. & ideo reuocandam cum omnibus inde sequutis prout reuocamus dictumque N. de N. Actorem fore, & esse ad possessionem d. Territorij, seu fundi reintegrandum, ac restituendum, & omnia in pristinum statum reponenda, prout erant ante huiusmodi attentata, & in. h tionem: prout restituimus, reponimus, & reintegramus, amoto d. N. de N. aduersario, & quocumq; alio ill cito Detentore: mandatumque de restituendo, & aliud necessarium, & opportunum decernimus, & relaxamus, dictumque N. de N. in fructibus à die præfatę occupationis perceptis, & vsque in diem actualis dimissionis percipiendis & in expensis condemnamus; quorum fructuum liquidationem, & expensarum taxationem Nobis, vel cui de iure in posterum reseruamus: & Ita dicimus, pronunciamus, sententiamus & declaramus, non solum præmisso, sed etiam omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciaui Ego N. de N. Vicar. Gener.

Lecta, lata, &c. prout habetur in sententiis. *par. 2. sect. 3. subsect. 1. à n. 74. cum seqq.*

Aliam formam sententiæ super Attentatis vid. sup. *p. 2. sect. 3. subsect. 1. inter foc. unic. n. 8.*

Post prædictam sententiam expectandum est tempus solitum decem dierum ad appellandum concessum adhoc, vt si condemnatus ad dimissionem possessionis fundi occupati appellare voluerit, possit suam appellationem more solito interponere.

36 Quod si ab huiusmodi sententia non appellauerit, vel esto, quod appellauerit, appellationem non fuit prosequutus tunc facta citatione, iuxta communem practicam, ad docendum de prosequutione appellationis, & ad dicendum causam quare sententia executioni demandari non debeat, iuxta doctrinam Bartoli, & Aliorum quos allegauim. *sup. p. 2. sect. 3. subsect. 1. n. 79* & nihil releuans docto, expeditur mandatum pro executione sententiæ, quod potest infrascripta, vel simili forma verborum concipi, videl.

Forma mandati pro exequutione sententiæ Attentatorum.

De mandato Perillustris, & Reuerendiss. D. N. Vicarii Generalis N. et ad Instantiam N. principalis tenore præsentium.

Mandatur Vobis exequutoribus, sub exequutoribus et Alijs, ad quos spectat, quatenus statim Visis, & receptis præsentibus sub 500. ducatorum auri & alijsque pænis, &c. debeatis, & quilibet vestrum debeat N. de N. ex aduerso principalem ob attentata occupatione et detentione territorij, seu fundi N. de N. de quo agitur amouisse, & abstulisse, dictumque N. de N. Actorem & omnia in pristinum statum, in quo erant ante huiusmodi attentata, restituisse, reposuisse, & reintegrasse, amoto quocumque illicito detentore, aliaque desuper necessaria, & opportuna fecisse; In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Nec non auferatis de bonis, de domo, vel aliunde dicti N. de N. bona valoris iuliorum, (seu carolenorum, &c.) tot....pro expensis præsentis mandati, quæ oblata deponatis, ad effectum, etc. quia d. N. de N. aduersario citato in vim sententię desuper lata Reuerendiss. Dominus ita mandauit. Datum N. hac die.. mensis... Anni... N. Notarius, &c. Locus † Sigilli N. Vicarius Generalis, &c.

37 Quod mandatum consignatur Nunciis, seu Cursoribus aut tenentibus Curiæ, & ipsi illius vigore procedunt ad exequutionem, & ad omnem alium actum necessarium, & opportunum, amouendo detentorem à possessione, & illam tradendo alteri parti, & omnia alia faciendo, iuxta formam mandati, de quibus omnibus Notarius seu Actuarius causæ publicum conficere debet instrumentum, secundum formulam a nobis supra pro exemplo positam. *d. par. 2 Sect. 2. Subsect. 11. num. 105.* mutatis tamen verbis *assecurationis* in verba *restitutionis, & reintegrationis*, & omissis quibusdam alis, iuxta formam præfati mandati; pro maiori tamen facilitate Iuuenum melius erit subnectere per extensum, vt infra, videl.

Forma Instrumenti conficiendi per Notarium super exequutione facta, virtute mandati, & sententia, &c.

N. de N. Exequutor Curiæ N. mihi cognitus. &c. cui est directum mandatum de reintegrando ad possessionem vnius territorij, seu fundi N. siti in loco N. iuxta bona N. & N. & alios si qui, &c. ad instantiam N. de N. contra N. de N. per Acta mei, &c. per Reuerendiss. Dominum N. sub die ... seruatis seruandis in vim sententiæ decretum, et relaxatum prout in actis, ad quæ, &c. Quod quidem mandatum præmanibus habens mihi tradit præsenti instrumento inferendum tenoris sequentis videlicet: Demandato, etc. (*Et inseratur totus tenor mandati.*) Vigore cuius mandati supradictum N. de N. à possessione, seu detentatione, & occupatione dicti territorii, seù fundi amouendo, eiiciendo, et auferendo, præfatumq; N. de N. Actorem ad possessionem eiusdem fundi reponendo, restituendo, et reintegrando, et omnia in pristinum statum, in quo erant ante huiusmodi attentata pari modo reponendo et restituendo, et eumdem N. de N. in realem, corporalem, et actualem eiusdem fundi induxit, reposuit, et reintegrauit, etc. Qui quidem N. de N. sic inductus, restitutus, et reintegratus, dicti fundi realem, corporalem, et actualem possessionem accepit, et adeptus fuit, et in signum veræ, realis, corporalis, et actualis possessionis per eum captæ deambulauit, glebas terræ in manibus accipiendo, arborum ramos incidendo, portas domus eiusdem fundi, ac fenestras aperiendo, et claudendo, et alia necessaria, et opportuna faciendo, ac in similibus fieri solita non omittendo, etc. Protestans dictus N. quod per eius discessum, aut recessum à dicto territorio, seù fundo, non intendit illius possessionem, acceptam et acquisitam dimittere, aut relaxare sed illam animo, et corpore continuare, non solum, vt supra, sed omni alio meliori modo, etc. Actum etc. pręsentibus, etc. testibus ad præmissa, etc. vocatis, habitis, atque rogatis, etc.

Cum verò procedendum erit ad taxationem expensarum, poterit adhiberi forma prescripta sup. *ead. p. 2. Sect. 3. Subsect. 1. n. 82.* Et similiter in liquidatione fructuum, prout habetur *ib. n. 83. & seqq.* Et si deueniendum erit ad pignorum, venditionem, et subhastationem, procedi poterit, iuxta praxim similiter sup. traditam, *d. p. 3. Sect. 3 Subsect. 2. n. 74. cum seqq.*

Et sic ex dictis remanet expedita tertia pars nostræ Practicę vtriusque fori, Ecclesiastici, et Sæcularis; ad Laudem, et Gloriam Sanctissimæ, et Indiuiduæ Trinitatis Gloriosissime semper Virginis Deiparæ MARIÆ, ac totius Cælestis Curiæ. Amen.

FINIS TERTIAE PARTIS.

PARS QVARTA

IN QVA HABETVR PRACTICA CRIMINALIS Super modo procedendi in causis Criminum.

Nedum Vicarijs: verum etiam Iudicibus Laicis, ac Regularium Superioribus, & Causidicis omnibus perutilis, ac necessaria.

Cum Actorum Formulis, & obseruationibus Sacrorum Canonum, Legum, & Doctorum, eodem, quo superius, ordine disposita.

IDEA, ET MEDVLLA

Totius Practicæ Criminalis,

Vtriusque Fori Hac Quarta Parte comprehensa.

EPISCOPI, eorumq; Vicarij, iudices omnes, & Regularium Superiores tenentur corrigere Clericorum, & Aliorum Subditorum excessus, alias rationem reddere debent Deo de peccatis illorum, & delictis ab illis perpetratis, vt *habetur in Præmissis.*

Possunt autem procedere contra illos, vel ad denunciationem, de qua infrà *sect. 1.*

Vel per Inquisitionem, vt in *sect. 2.*

Vel per viam Accusationis, prout habetur in *sect. 3.*

Datur etiam alius modus procedendi per viam exceptionis. *vt in ead. sect. 3. n. 74.*

Et similiter procedendi per confessionem, *de qua ibidem num. 83.*

Formatur deinde processus informationis pro Curiæ instructione, *vt habetur ib. n. 88.*

Deinde examinantur testes ad delicti probationem & Fisci intentionis corroborationem *de quib. in sect. 4. per tot.*

Et si testes citati ad testimonium veritatis ferendum, renitentes fuerint, compelluntur. *Sect. 5. per tot.*

Informatione itaque captis, & habitis indicijs contra delinquentem; citari debet ad comparendum, & informandam Curiam. *de qua habetur in sect. 6.*

Qui si non obediet declaratur contumax, & vt talis reputandus erit, per accusationem contumaciarum, *de quibus in sect. 7.*

Et carceratur, si haberi possit, siuè post contumaciam, siuè ante, si præcesserint inditia; alias deueniri non potest ad carcerationem, *de qua in sect. 8.*

Post Carcerationem Delinquentis proceditur ad illius examen. *de quo habetur in sect.* .

Tunc absolutis omnibus necessarijs post examen prædictum, fit publicatio processus, & dantur ipsi Reo Defensiones ad se exonerandum, *de quibus agitur in sect. 10.*

Et si in termino defensionum noluit habere testes pro repetitis, ad processus legitimationem, fieri debet testium Repetitio, *de qua habetur in sect. 11.*

Qua perfecta fit publicatio processus defensiui *de qua in sect. 12.*

Deinde concedi solet Repulsa Testium, quando ex defensionibus factis non remanserunt omninò eneruata inditia contra Reum existentia; *de qua habetur in sect. 13.*

Quod si adhuc inditia illæsa perseuerant, quia illa non euacuauit, pro pleniori probatione delicti deueniri solet ad ipsius rei torturam. *de qua in sect. 14.*

Et successiuè citatur reus ad sententiam, & ad allegandum In Iure, & in facto, cum Aduocatis, & Procuratoribus, *& de his nis habetur sect. 15.*

Absolutis omnibus ad Rei defensionem necessarijs, deueniri debet ad sententiæ condemnatoriæ prolationem, si Reus pœnam mereatur; *& de ea agitur sect. 16.*

Aliquando Reus, quia purgauit inditia contra se existentia ex defensionibus factis, venit liberandus, & sic ferri debet sententia absolutoria, *de qua habetur sect. 17.*

Supradictus ordo seruatur in Iudicijs Criminalibus, quando Reus delinquens est in fortijs Curiæ.

Sed si fuerit extra carceres, & absens per contumaciam, diuersimodè contra eum proceditur, vt deueniri possit contra eum ad sententiam in contumacia; Ideo posui particularem Practicam, *qua habetur in sect. 18.*

Quo casu formato processu, & lata sententia in contumacia; si Reus condemnatus deuenerit ad manus Iudicis, puniendus erit iuxta formam sententiæ. Quare traditur Practica procedendi contra talem condemnatum in contumacia, ad hoc vt deueniri possit ad executionem sententiæ condemnatoriæ in contumacia, *& hæc habentur in sectione 19. & vltim.*

Accedit vlteriùs sectio vnica de Rhetorica Aduocatis necessaria.

Præmissa quædam Proœmialia.

SVMMARIVM.

1. *Iudex in criminalibus debet rectius, quam in ciuilibus iudicare.*
2. *Anima nobilior corpore, & corpus nobilius rebus.*
3. *Iniustitia ex triplici capite procedit.*
   Ignorantia multorum malorum causa.
4. *Iudex Ecclesiasticus debet esse peritus.*
5. *Iudex male iudicans puniatur in vtroque foro, & sæculo.*
6. *Ignorantia exercere artis est prohibita de iure naturale, & humano.*
7. *Iudex ignarus grauiter peccat.*
8. *Episcoporum obligatio præcipua est iudicare subditos.*
   Vicarij similiter subditos iudicare debent.
9. *Correctio subditorum, quare facienda.*
10. *Publicè peccantes publicè corripiendi.*
11. *Iudicium criminale tripliciter incoatur de Iure Canonico.*

1 CVM mihi, Dei fauente gratia, primum iudicandi munus obtigisset ad Vicariatus officium assumpto,

illicò in mentem venit, quod Iustitiæ administratio sit res; nedum difficilis, sed etiam conscientiæ valde periculosa, nisi rectè fiat. Vnde & experientia probaui, quod ius dicere, & alios iudicare sit Ars artium & scientia Scientiarum. Quæ quantum ardua euadat, sapientes legislatores apertè demonstrare voluerunt in hoc, quod in eorum Codicibus ita legales materias disposuerunt, vt prius de Ciuilibus, posteà verò in Criminalibus sermonem habuerint, ad effectum, vt Iudices post longam, & diuturnam experientiam materiatum, tam Ciuilium, quam Canonicarum, paulatim instruerentur ad Criminales. Hinc factum est, vt illicò animum conuerterem ad tanti oneris obligationem, & quid mihi in tanto culmine constituto agendum esset, reflexos actus pluries facerem pro mei debiti partibus implendis, ac vt pro viribus illis in administranda Alijs Iustitia corresponderem, maximè in Criminalibus, nam licet Iudex multum laborare, & attendere debeat, vt in ciuilibus casus iustitiam omnibus rectè, ac æqua lance administret, & ius suum cuique tribuat. iuxta tradita *in l. iustitia ff. de iustit. & iur.* & ibi Gloss. & DD. *in § iuris praec. Instit. eod. tit.* Multò magis, ac fortiori vinculo hoc facere tenetur in administratione Iustitiæ in Criminalibus. *argum. tex. in Auth. multo magis C. de Sacrosanct. Eccles.* Et ratio est manifesta, nam si Iudex malè iudicauerit in Ciuilibus, damnum partibus illatum reparari poterit, vel per viam appellationis, *vt in cap. cum speciali §. porro de appell. cap. omnis oppressus, & cap. ideo 2. quæst. 6.* Vel per viam restitutionis in integrum. *vt in cap. si quem poenituerit in fin. 2. qu. 3. & l. quod si minor. § restitutio ff. de minor.* (quæ tamen in delicta locum non habet *l. vnic. C. si aduers. delict. & l. auxilium in princ. ff. de minorib.*) Vel per viam restitutionis in totidem bonis, prout quantitas damni ex postulauerit, vt tradit Rodriqu. *in tract. de ordine iudicial. c. 14. concl. 5.* At in Criminalibus, si Iudex rectum iudicium non fecerit, damnum ex eo proueniens est quodammodo irreparabile, vel saltem magna cum difficultate restituitur, cum non de malo circa bona fortunæ agatur, vt in Ciuilibus; sed de malo circa personam hominis, quæ est superioris ordinis, eiusque vitam, qua nihil est carius Vasqu. *controuersiar. Illustr. l. 1 c. 18. n. 9.*

2 Et sicut Anima est nobilior, ac præstantior corpore, & illi præfertur *c. schedula 38. dist.* ita corpus est nobilius reb. & illis præferri debet *l. in seruorum in fin. ff. de poen.* Quò igitur corpus præest rebus, eò Iudicium Criminale præeminet Ciuili, quia versatur circa bonum commune, & publicum, non circa particulare, & priuatum regulariter nam Reipublicæ interest delicta puniri *l. ita vulneratus circ. fin. ff. ad leg. Aquil.* vbi Glos. alia iura allegat. *& in l. in delict. §. si cum Dominus ff. de noxal.* habetur iniquum esse delicta impunita remanere, *& in l. locatio §. quod illicitè. in fin. ff. de publican. & vectig.* habetur, quod rigor publicæ disciplinæ postulat, vt delicta puniantur, eum Prouinciam malis hominib. purgare, vt in quiete permaneat, ad publicum bonum pertineat. *vt in l. congruit in princ. ff. de offic. Præsid. & in l. si operis C. de poenis.* habetur. *Non remittit poenam facilè, publ. interest, ne ad maleficia temerè quisq; prosil.*

3 Quia vero in re iam graui quilibet Iudex ex triplici capite iniustitiam committere potest, nimirum ex certa scientia, ex negligentia, & ex ignorantia legum, & Canonum, vt tradit Sanctus Anton. *p. 2 tit. 1. c. 19. §. 4. in princ.* ex quamuis ex duobus primis multa oriantur mala, longè maiora tamen sunt, quæ ex ignorantia Iuris proueniunt, quam Aristotel. *l. 3. Et hic c. 1.* vocat ignorantiam vniuersalis, & de ea, qualiter se habeat ad humanos actus, agit Diu. Thom. *in 1. 2. q. 6. art. 8.* Hinc *Leuitic. c. 5.* habetur. *Anima si peccauerit per ignorantiam, feceritque vnum ex his, quæ Domini lege prohibentur, &c.* Et *in psalm. David. 24.* habetur. *Delicta Iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Domine.* Et non solum ex Iudicis ignorantia proximo mala nascuntur, verum etiam ipsemet Iudex indoctus animam suam grauiter offendit, cum *in c. qui in 38. dist.* habetur, quod *ignorans ignorabitur*, debet enim scire, quod alij Iudices sciunt *argum. libr. 2. C. de haret.* maximè si ab alijs peritis erudiri potuit. *per tradita. in c. fin. 37. dist. l. regula ff. de iur. & fact. ignoran. & l. vtilo, §. fin. quis ord. in Bonor. poss. serm.*

4 Ideo, ne mihi a supremo omnium Iudice Deo dici posset illud Oseæ. *Quia tu scientiam repulisti & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi*, non immemor illius Axiomatis Ecclesiast. *cap. 5. Noli quærere fieri Iudex, nisi virtute valeas disrumpere iniquitates*, ne in die Iudicij rationem reddere tenerer de malè administrata iustitia, saltem ex vno de trib. capitib. supra enumeratis, nimirum ex ignorantia, & imperitia Sacrorum Canonum: & legum, accuratissimè studere decreui, atque huius scientiæ iudicandi scribentes percurrere incepi & cum plura notatu digna inuenissem, in priuatos Codices reportabam, quæ postea in ordine redacta cum quidam Amici vidissent, non solum approbauerunt, sed etiam enixè suaserunt, ac vnanimiter compulerunt, vt ad Aliorum vtilitatem in lucem ederem, prout ferè inuitus feci; & sic elucubrationes pro mea tantum commoditate congestas, vt illis satisfacerem; in Practicam Ciuilem, quam iam absolui, & Criminalem, quam modo aggredimur ordinatè disposui, & in hanc formam reduxi. Cuius quidem laboris non me poenitet, nam quamuis minimus omnium ille sit, ex eo tamen non paruam vtilitatem omnes recepturos spero, præsertim Ecclesiasticos superiores, saltem vt ab onere multos libros resoluendi, quos sepè non habere accidit, releuentur, & extemporaneam, ac præsentaneam quandam iudicialium materiarum, ac Doctorum de illis agentium præ manibus quodammodo habeant. Cum non me lateat, quosdam ad officia exercenda assumptos, & in iudicandi munus euectos fuisse Magnatum solum modò fauoribus: non Iurium, atque Canonum peritos, & ignaros ac proprijs meritis, sed penitus imperitos, & gnaros, ac meritis alienis, atque in Curiis, & Tribunalib. superiorib. nullam praxim habentes, ita inepte Iustitiam administrasse, vt nedum rediculi apud omnes effecti fuerint: verum etiam ex mala administratione multorum Criminum Rei effecti sint; nam non aduertentes quid agerent, numquam studere visi sunt, & cum ipsi nihil scirent, Notariis Curiæ aliquando, & aliquando Aliis minus se Imperitis fidentes in maximos errores inciderunt; Dedignantes ex fastu, imo potius prudentia, probos ac Doctos Viros in re tanti momenti cõsulere, Vnde tamquam si ad conniuia pergerent, semper læti (ne dicam ebrii,) velut iocando sententias proferebant, et sic cum ioco seria agerent, ioco etiam Animam et propriam, et Dignitatem amittebant, et Deum, ac Proximũ serio offendebant. Hoc solum scientes, quod quid agerent, num boni, nũ mali penitus ignorabant Scire tamẽ debuissent, quod non potest quis esse Iudex, maxime Ecclesiasticus, nisi qui sit Peritus, et notitiam habeat Sacrorum Canonum, *vt probatur in cap. ex litteris in fin. de consanguin. & affin. arg. cap. consideret de poen. dist. 5. et c. qui vult. ib. dist. 6.* Item et legum Ciuilium, *vt habetur. in §. quod vero tollat 6. Auth. de iudicijs*, Vel saltem qui mediocrem habeat scientiam. *cap. cum nobis olim. de elect.* et notat Gloss. *in cap 1. vers. scientia dist. 20.* Ratio autem non alia est, quam quia iudicare debent in Criminalibus, et arduis causis, *vt in praecit. Iurib. habetur.* Vnde Sanct. Thom. *in 1. 2. qu. 76. art. 2.* ait quod vnusquisque ea scire tenetur, sine quorum scientia non potest debitum actum rectè exercere. Idem firmat Sanct. Antonin. *p. 2. summ. tit. 3. cap. 6.* et Ioan. Azot. *in Institution. moral.* facit Iudicem indoctum Reum peccati mortalis, esto quod iniustitiam non committat, quia exponitur periculo illam committendi, nam qui amat periculum, peribit in illo *Eccles. c. 3.* Quod etiam innuere videtur Clemens Alexan. *in suo Pedagogo. l. 2 cap. 6.* ibi. *Tenebræ sunt ignoratio, per quam in peccata incidimus, circa veritatem allucinantes.* Et ex huiusmodi ignorantia excæcatus Iudex indoctus, dum verum a falso, et iustum ab iniusto discernere nescit, maledictionem Dei incurrit, quæ habetur Isaiæ. *cap. 5.* ibi. *Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, propterea captiuus est Populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eorum perierunt fame, & multitudo eius siti exaruit.* Ex dictis concludere necesse est, quod qui cognoscit, se non habere tantã scientiã, et legũ et Canonũ, et ingenium, atq; ad iura dicendum aptitudinẽ; neq; longam experientiã, vt possit rectè officia exercere, cum Iudex factus in suis manibus habeat bona, famam, et vitam proximi, et præsertim cum illis periculum damnationis animæ suæ, quod plus est, quam totus mundus; ne tam inconsiderate, et insulca audeat petere, et exercere officia, dicente Sancto Augustin. *de batism. contr. Donat. l. 2. quam diu non habemus perfectionem Angeli, non habeamus præsumptionem Diaboli, &* Pint. *in Ezech.* ait. *Redeamus ad nos ipsos. ponamus Nos ante Nos, & coram facie nostra gradiamur. Videamus opera nostra & Nos de nobis, ac si essemus Alij sententiam feramus.*

5 Alioquin, cum non inueniatur maior iniustitia, quam ignorantia Iudicis, vt inquit Terentius in illis versibus;

Homine Imperito numquam quidquam iniustius.
Qui nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.

& Diu. Augustin. ait, *ignorantia Iudicis maxima iniustitia est, & plerumque calamitas innocentis*, si iniustam sententiam ex ignorantia potulerit, non solum in hoc sæculo pœnas luet secundum leges humanas, & tenebitur in foro fori restituere parti læsæ omnia damna, expensas, & præiudicia, quæ sua causa patietur, & ad arbitrium Iudicis punietur *l. fin. C. de var. & extraordinar. cognit.* verum etiam in foro poli grauissimè peccabit. S. Thom. *in 2. 2. quæst.* 28. & ibi Caietan. Aragon. Salas, Bann. & Alij; & in alio sæculo perpetua supplicia sustinebit, ac æternis pœnis per supremum omnium iustum, & Doctum Iudicem Deum iusta, ac recta sententia condemnabitur, & merito, quia in culpa est homo indoctus officia assumere, cum nosse debeat, se insufficientem esse ad Alios iudicandum, & tamen inconsideratè, ineptè, & insidienter ne dum ambitiosè officia per se, & importunitate obtinuit, sed etiam malè iudicare præsumpsit, *capitul. si culpa. de iniur. & damn. dat.* vbi DD. communiter.

6 Lex namque, tam naturalis, quam humana prohibet, ne quis artem, quam ignorat, exerceat, *cap. non est sine culpa de regul. iur. in sexto.* Vnde colligitur ex S. Antonin. *d. p. 2. tit. 1. c. 19. §. 4. circa med.* regula, quod omnes, qui officia publica exercenda assument cum ignorantia tali, vt verisimile sit per eorum exercitium alijs notabile aliquod damnum euenturum in persona, vel in bonis, semper peccant mortaliter. *arg. d. cap. fin. de iniur. & damn. dat.* Quod quidem Nauar. *in comm. cap. inter verba 11. q. 3 conclus.* 18. non solum verum esse affirmat, cum ex talibus officiis malè administratis damnum sequatur, verum etiam cum nullo damno sequuto, ille deliberatè appetantur, aut assumantur: adeo quod absolui non debeant tales, nisi renunciauerint officia, aut propositum habuerint id faciendi, vt etiam tenet Autian. *Pap. VI. quodlib. 10. art. 3. litt. C. & H.* vbi latè, nam vt dictum est, qui amat periculum peribit in illo. Ecclesiast. *vers.* 27. facit *text. in c. non est 1. q. 1.*

7 Iudex igitur absque debita scientia officium illud exercens grauiter peccat, tum quia Deum, & Proximum offendit: tum quia seipsum probabili periculo peccandi exponit, cum, vt dictum est, ignoret ea, quæ scire tenetur. S. Th. 1. 2. *q.* 76. *art.* 2. Idem docet S. Antonin. *p. 3. tit. 9. c. 2. §. prim.* Caietan. *in summ. verb. Iudicis peccata.* Nauarr. *in Manual. c.* 24. *n.* 12. *& in c. si quando de rescr. except.* 12. *cum seqq.* & Alij.

8 Sed Episcopi, & consequenter ipsorum Vicarii, quorum vices gerunt, & Alij Superiores inter cæteras curum obligationes, & onera, de quibus D. Paul. 1. *ad Timoth. cap. 3. & 5. & ad Tit. cap.* 1. præcipuum munus habent iudicandi, & corrigendi Clericos & Alios subditos, vt idem Paul. *ibid.* clarè insinuat de Timotheo, & Tito, qui Episcopi erant, vbi habetur, peccantes coram omnibus arguendos esse.

9 Ipsi enim Episcopi, & superiores Clericorum, & aliorum vitia redarguere, ac delicta punire debent, ne cum Populos deliquentes increpare voluerint, obiiciatur eis, quod Clericos, & subditos habeant & permittant deteriores esse, vt ait S. Ambros. *in increpation. ad Populum, & est text. in c. quid autem 8. qu.* 1. & expressè cauetur *in cap. qualiter, & quando a §. ad corrigendos de accusation.* vbi habetur, quod tanto diligentius debet Prælatus ad excessus subditorum corrigendos assurgere, quanto damnabilius eorum offensas desereret incorrectas. Et Sacrum Concilium Tridentinum, *sess.* 24. *de reform. in proem.* districtè præcipit Episcopis, ne permittant Clericos criminosos esse, sed illos de vitiis redarguant, & seuerè puniant adhoc vt, & qui crimina committunt, condigna pœna illa inflicta corrigantur, iuxta illud Diui August. *in Psalm. 54. vers. 1. omnis malus, aut ideo viuit, vt corrigatur, &c.* & Alij, quod Diuinus amor à malo perpetrando non retrahit, saltem metu pœnæ temporalis à peccatis abstineant. *capitul. cum in cunctis §. Clerici de electione* ne facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi. *cap. est iniusta 23 quæstion. 4. & c. vt Clericorum §. 1. de vit. & honest. Cler.* vbi Gloss. *in verb. pœnis*, allegat. *l. vnic. C. de emendat. propinquor.* vbi habetur, quod quos lex ad vitæ decora domesticæ laudis exempla non reuocant, correctionis saltem medicina compellat. Quod si Prælati subditorum non corrigant excessus, rationem reddere tenentur, nam sanguis eorum de suis manibus requiretur. *vt in cap. irrefragabili de offic. ordinar. in princ.* & ibi Gloss. *in verb. metu pœnæ*, quia Prælatus non puniens delicta Deum ipsum immediate offendit *cap. si hi, qui 23. q. 4.* Imò punire differens prouocat Deum ad iram. *c. si ea, de quibus 23. q. 4.* punire enim delicta Iustitiæ zelo magna pietas est, & Sacrificium Deo gratum offerre dicitur, si pro Deo puniat. *capit. legi 23. qu.* 8. Ideo punienda sunt delinquentium delicta, etiam si eorum iniquitas bonis prosit. *cap. relegentes 23. quæst. 6.* & ibi Gloss. *in verb. bona.*

10 Non debet tamen in corrigendis subditorum excessibus Ecclesiasticus ordo confundi, *vt habetur in text. c. loco 35. q. 9.* & ideo ordinatè procedendum est, ita vt si quis secretum crimen commisit, secretè corrigatur, qui verò publice delinquit, publicè corripiatur, *vt in c. 1. de poenitent. & remission. c. si peccauerit 2. q. 1. & c. ego Berengarius de consecrat. dist. 2.*

11 His præmissis notandum est, quod Iudex Ecclesiasticus hoc est Episcopus, & consequenter eius Vicarius Generalis, & Alij superiores triplicem habent viam procedendi in criminibus, de Iure Canonico, nimirum per Denunciationem, per Inquisitionem, & per Accusationem, *vt probatur in d. c. qualiter, & quando a §. ad corrigendos de accusat. c. licet. Heli de Simon.* DD. communiter *in c. nouit. de iudic.* de quibus sigillatim quædam notabiliora persequemur vnde erit.

SECTIO PRIMA,

De Denunciatione,

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio quid sit ostenditur.*
2 *Denunciationis diuisio.*
   Euangelica denunciatio, quæ.
3 *Denunciatio Iudicialis duplex: Publica, & priuata.*
4 *Monitio non requiritur in iudiciali denunciatione publica.*
5 *Denunciatio iudicialis est similis accusationi.*
6 *Denunciatio iudicialis priuata, quæ sit.*
7 *Denunciatio Canonica, quæ; & quotuplex.*
8 *Denunciatio generalis Canonica, quæ?*
9 *Denunciatio Regularis, quæ?*
10 *Denunciationis iudicialis, & Euangelicæ differentia.*
11 *Denunciationis Euangelicæ, & Canonicæ differentia.*
12 *Denunciatio iudicialis ab accusatione in quo differat.*
13 *Denunciatio sine actione, quando fiat.*
   Iudex sæcularis denunciari potest Ecclesiasticæ.
14 *Denunciare quis possit, vel non.*
15 *Denunciatio Euangelica omnes obligat.*
16 *Laicus contra Clericum denunciare non potest.*
17 *Denunciatio tripliciter fit.*
18 *Fiscus Episcopalis in omni Curia esse debet.*
   Episcopus habere potest Fiscum; contra Baldum.
19 *Fiscus Episcopalis Curiæ officium quod sit ostenditur.*
   Fiscalia quæ sint?
20 *Fiscus est citandus in omnibus actis causæ Criminalis.*
   Remoueri non potest à Vicario.
   Qualitates requisitæ in Fisco Episcopali.
21 *Denuncians falsa punitur.*
22 *Denunciationis effectus quis?*
23 *Denunciatio sola ad inquirendum non sufficit.*
24 *Denunciationis Canonicæ effectus.*
25 *Denuncians ad quid teneatur?*
26 *Denunciatori quæ fides adhibenda sit.*
27 *Denunciationis conditiones, quæ.*
28 *Denunciatio quomodo fieri debeat.*
29 *Denunciatori quari debet, an velit accusare.*
30 *Delictorum diuisio duplex.*
   Delicta facti permanentis, quæ?
   Corpus delicti, quid sit.
31 *Delicta facti transeuntis, quæ?*
32 *Corpus delicti necessariò requiritur in Criminalibus.*
33 *Carcerari non potest delinquens, non constito prius de corpore delicti.*
34 *Carceratio, quæ indicia requirat?*
35 *Corpus delicti, quomodo probandum?*
36 *Circumstantia delictorum probanda in specie.*
37 *Cadauer occisi exhumari potest, vt recognoscatur per Iudicem laicum.*
38 *Cadauer, si non appareat, quomodo de corpore delicti probari debeat.*
39 *Corporis delicti probatio qualis in practica.*

40 Coiet

1 CIrca Denunciationem plura sunt à nobis examinanda, Primò, quid sit denunciatio. Secundò, quotuplex sit. Tertiò, quis possit, vel non possit denunciare. Quartò, quis sit eius effectus. Quintò, qualiter fiat denunciatio.

Quoad primum notandum, est quod denunciatio in genere sumpta, nihil aliud est, quam delatio, seù manifestatio facta per aliquem alicui superiori de crimine alicuius, vt colligitur *ex cap. si quid vero 36 dist. cap. Deus 2. qu. 1.* Hostiensis autem *in summ. tit. de denunciat.* ait, quod denunciatio est criminis alicuius apud Iudicem sine inscriptione legitimè facta delatio ad pœnitentiam peragendam, vel aliam pœnam legitimam imponendam, vel etiam ad vtrimque. Et sic Alii aliter describunt, & definiunt, vt videre est apud DD. communiter *in cap. nouit. de iudiciis & cap. si peccauerit. 2. quaestion. 1.* Soto. *in tract. de tegendo secret. membr. 2. quaestion. 5.* & Summistae. *in verb. denunciatio.*

2 *Quoad secundum* notandum est, quod dantur quatuor genera denunciationum, prout sunt Denunciatio Euangelica, Iudicialis, Canonica, & Regularis, quamuis Bonacin. *to. 2. de legib. circ. 8. Decal. praecept. disp. 10. q. 2. punct. 5. n. 2.* duo tantum genera denunciationis ponat: vnum denunciationi extraiudicialis, alterum iudicialis, afferens dicta quatur ad istam tantum duo reduci posse: sed reuera communis Doctorum sententia est, quod quatuor praedicta genera denunciationis dentur. Vnde communem sequendo, dico, quod *Euangelica*, est illa, quae fit praecedente correctione fraterna de recuperando fratre, antequam denuncietur Ecclesiae, de qua habetur Matth. 18. & Luc. 17. & ideo dicitur Euangelica, quia originem habet ex Euangelio, vt obseruat Abb. *in d. ca. nouit. col. 17. vers. vltimo de iud.* & probatur *in d. c. si peccauerit. 2. q. 1.* & de ista plenè agit Abb. *in d. cap. nouit. col. 11. cum seqq.* vbi etiam Felin. & Alii Bart. *in extrauagant. ad reprimendum. verb. per denunciationem*, & Bald. *in Auth. ad haec col. 2. in fin. C. de usur.*

Huiusmodi autem denunciationem Euangelicam praecedere debet secreta monitio, tam Iure naturali, quam Diuino à Christo Domino promulgato Matth. *dict. capit.* 18. & Luc 17. ita docent. S. Thom. *2. 2. quaest. 33. art. 7.* vbi Caietan. & Alii Syluest. *verb. denunciatio quaest. 4.* & Theologi. *communiter in 4. dist. 19.* Et ratio est, quia cum fiat in gratiam, seù bonum peccantis, seruandum est simul, quantum fieri potest, bonum conscientiae, & famae. *DD. cit.* sunt tamen multi casus, in quibus non requiritur monitio secreta praecedens, vt in correctione fraterna necesse est, quos notat Nauarr. *in Manual. cap. 18. num. 30. cum seqq.*

3 Secundum genus denunciationes est denunciatio *Iudicialis*, quae duplex est, alia publica, alia priuata. Publica est quando Iudex ex officio procedit ad puniendum aliquem Reum per denunciationem suorum officialium, ad publicam vtilitatem, *ut cap. Episcopus in Synodo 35. qu. 6. cap. Romana §. sane de cens. in 6. & l. ea quidem C. de accusat.* de qua latè Azor. *3. p. lib. 13. cap. 21.* Reginald. *to. 2. lib. 25. cap. 54.* Sayr. *in clau. Reg. lib. 12. c. 14. num. 11. cum seqq*

4 Et in ista non requiritur correctio, seù monitio praecedens, tum quia est actus iustitiae, & ex iustitia debitus, *ut dictis iurib. probatur*, prout requiratur in denunciatione, priuata, de qua infra. De iusta iudiciali denunciatione latè agit. Diu. Tho. *in 2. 2. q. 68. cum duab. seq.*

5 Tum quia ista denunciatio est similis accusationi, vt ait Andr. de Isern *in constitution. Regni, quae incip. litteras*, licet differat in eo, quod denunciator non tenetur regulariter se subscribere, nec facere partem in iudicio, sicut accusator, vt obseruat Salicet. *in d. l. ea quidem in princ. C. de accusat.* & Angel. *in tract. de malefic. in vers. Nec non ad denunciationem ubi plenè*, Vnde ad illam tenetur Episcopus inquirere. *arg. c. Mennam, & c. omnibus, &c. praecit. qualiter 2. §. pen. de accusat.* alias eo negligente poterit procedere ad inquisitionem Archiepiscopus *cap. cum simus & cap. seq. 9. q. 3.*

6 *Priuata* verò iudicialis denunciatio est, quando quis manifesta Iudici crimen alicuius pro priuato commodo, vt sibi resarciatur damnum receptum, & in pristinum statú restituatur, & de hac habetur *in cap. nouit. praecic. de iudic.* & ibi per Abb. *col. 17. vers. nunc condescendo* & loquitur Bart. *in d. extrauag. ad reprimendam ver. per denunciationem*, & Bald. *in Authent. ad haec C. de usur* & Speculat. *lib. 3 tit. de denunciation. §. 2. n. 12. vers. priuata verò* Et in hac requiritur de Iure Canonico trina monitio. *c. indignè 12. q. 2.* & similiter requiritur tela iudiciaria quae seruatur in accusatione, de qua inferius vt obseruat Foller. *in Prax. crim. can. p. 2. vers. denunciatione facta c. 1. n. 3. in fin.*

7 *Canonica* denunciatio est tertium genus denunciationis, sic dicta quia à Iure Canonico inuenta est, quae nihil aliud est, quam manifestatio criminum, non ad vindictam publicam, sicut iudicialis, sed ne committatur delictum ab aliquo in futurum, Vel etiam fit pro delicto commisso, ne vlterius committatur, quando est periculum recidiuandi. Et ista est pariter duplex. alia specialis; alia generalis. Specialis Canonica est illa, quae fit per eum, qui habet aliquod interesse super eo, quod denunciat; vt si sua intersit habere bonum Praelatum, vel bonum subditum, ad hoc vt remoueatur à beneficio, vel officio, si monitus non resipiscat, *ut in cap. filiis 16. q. ult. & cap. 1. de offic. custod. & cap. licet hely de simon.* & in ea requiritur trina monitio, vt inquit Speculat. *ubi sup. num. 14.* Et ad illam faciendam non admittitur, quia ab accusatione repellitur. *cap. cum oporteat. cap. cum dilectus de accusat. d. capit. licet hely, & capit. per tuas de simon. & cap. accusatio cum capit. seq. 2. q. 7.* & ratio est, quia haec denunciatio aequiparatur accusationi *cap. constitutus 2. § fin. de appellat.*

8 Generalis verò Canonica, dicitur quando agitur publicè de corrigendo peccato in iudicio Ecclesiastico, in quo non adest priuatum interesse: vel quando agitur de impediendo matrimonio in gradibus ab Ecclesia prohibitis: vel de ipso dissoluendo ob aliquod impedimentum, *ut in c. dissoluendum de desponsat. impuber. cap. cum inhibitio clandestin. despons. c. praeterea 2. de sponsal.* Et in ista non requiritur trina monitio, atque ad eam admittitur, etiam qui ab accusatione repellitur. *ut in dictis iuribus probatur.* Et insuper quando sic denuncians non vult prosequi denunciationem, tunc Iudex Ecclesiasticus ex officio tenetur procedere. *c. cum in tua de sponsal. c. ad nostram. 2. de iureiur. & cap. ob late § fin. de appell.*

9 Quartum Denunciationis genus est Denunciatio Regularis, sic dicta, quia obseruatur in Religionibus, secundum earum Regulas, & statuta, siuè fit iudicialis, propter proprium interesse, siue Canonica, propter bonum commune, *vt habetur in cap. ex parte Ada de testib. & in capitul. filiis, vel nepotibus 16. q. 7.* Et per istam potest denunciari etiam peccatum occultum, & aequiparatur accusationi, *cap. constitutus 2. §. fin. de appellat.*

Sed in ea non seruatur ordo Iuris: proceditur enim de plano, & simpliciter ad emendationem delinquentis, & ob bonum publicum Religionis, vt tradit Abb. *in dict. c. nouit de iudic.* Sot. *de tegend. secr. d. memb. 2. q. 5* Syluestr. *verb. inquisitio q. 10.*

10 Est tamen aduertendum dari differentiam inter dictas denunciationes, & similiter in aliquibus conuenire inter se.

Differunt autem Euangelica, & Iudicialis.

Primò ratione finis quia finis Euangelicæ est emandatio fratris, vt pœniteat; iudicialis verò est vindicta, seu bonum denunciantis, vt delinquens et satisfaciat.

Secundò Euangelica est actus charitatis, vt tradit D. n. Th. 2. 2. *quæstion 33.* iudicialis verò, seu accusatio est actus iustitiæ, & ex ea debitus, Idem Diu. Thom. 2. 2. *de iust. quæstion. 68. 69. & 70.*

Tertiò Euangelica requirit pro forma monitionem secretam præcedentem, sine strepitu iudicij. Iudicialis verò requirit scripturam, & formam iudicialem.

Quartò Ad Euangelicam tenentur omnes, etiam subditi, & inferiores, etiam infames, & excommunicati: ad iudicialem verò secus.

Quintò differunt ex parte termini, Euangelica enim cessat cum emendatione fratris: Iudicialis verò minimè.

11 Differt etiam Euangelica denunciatio a Canonica, nam Canonica tendit ad pœnitentiam peragendam, vel ad penam, siuè ad vtrumque simul, prout denunciator postulauerit. *c. cit. licet hely, c. per tuas de simon.* Euangelica verò secus. Conueniunt tamen istæ quia vtraque requirit monitionem præcedentem DD. *in d. c. nouit. de iudic.*

12 Differt similiter Denunciatio iudicialis ab accusatione in multis.

Et primò, quia qui iudicialiter Denunciat non intendit vindictam publicam, & punitionem denunciati ob publicum bonum; sed solum interesse proprium; Accusator verò petit vindictam publicam.

Secundò Denunciatur iudicialis non tenetur probare crimen denunciatum: Accusator verò tenetur.

Tertiò Denunciatus non punitor rigorosè tota pœna iuris. Accusatus verò secus. *arg. c. Inquisitionis de accus.*

Quartò Denunciatio iudicialis fit sine aliqua actione: Vnde post manifestationem criminis, Prælatus ex officio inquirere potest prout ei de iure videbitur: Accusatio verò fit cum actione: vnde Prælatus compellitur punire Reum.

13 Quare obseruat Sot *vbi sup. & l. 5. de iust. quæst. 6. art. 2.* quod in tribus casibus potest esse denunciatio, sine actione: Primò ratione personæ. Secundo ratione Iudicis. Et tertiò ratione criminis.

Ratione personæ, quando quis prohibetur agere in iudicio, vt seruus contra Dominum; nam iste potest denunciare eius sæuitiam, vt Iudex compellat dominum ex officio, vt mitius agat cum eo, aut vt vendat, *vt habetur in § sed & maior. Inst. de his, qui sunt sui vel alien. iur.* Et similiter Religiosi, qui non possunt agere contra superiore: possunt tamen denunciare illos secundum DD. *in c. Ius immanie, qui Cler. vel monach.*

Secundò ratione Iudicis, quando non seruat iustitiam, nam licet sit Sæcularis, potest quilibet illum denunciare Iudici Ecclesiastico, quia potest quemlibet à peccato corripere, Abb. *in c. cit. nouit. de iudic.* per illum textum, vbi Rex quidam denunciatus fuit Papæ, ob crimen in alium Regum commissum.

Tertiò ratione criminis, quod lege permissum est, vt est vsura, nam licet vsurarius de Iure Ciuili accusari non possit, potest tamen denunciari, vt Iudex Ecclesiasticus ex officio ad restitutionem illum admoneat.

14 *Quoad tertium* est notandum, quod regulariter denunciare potest iudicialiter quilibet, qui sit bonæ famæ, vitæ, & conditionis, & qui ex charitate mouetur ad denunciandum, non ex odio. *c. si peccauerit. 2. qu. 1. c. Episcopus 35. q. 6.* Non potest tamen criminosus, vel excommunicatus denunciari, *c. repellantur de accusat. & d. cap. qualiter 2. eod. tit. cap. præterea de testib. cog.* Repellitur etiam a denunciando, qui charitatiuè non facit quod debet. *c. necessaria 2. qu. 7. c. 2. de accusat. c. licet. hely. de simon. in princ. & l. denunciasse ff. de adulter.*

Potest nihilominus quis denunciare per Procuratorem. *argum. cap. cum inhærentes de præsumpt. vers. licet igitur, & c. ex parte A. de testib.*

15 Et Denunciationem Euangelicam quilibet potest facere, imò tenetur etiam si sit infamis. *d. c. si peccauerit 2. qu. 1. cap. in omnis de testib.* haberi enim debet ratio ad salutem tantum proximi, non ad qualitatem denunciantis, *arg. c. præterea de spons. cap. tua de cogn. spir. & cap. quemadmodum. §. fin. de iureiur.* Iudicialiter autem denunciare non admittitur infamis, nisi in causa propria. *d. cap. nouit. §. fi. ver. de plano. vbi glos. de iudic. & c. omnibus 4. q. 5.* & in casu dilapidationis bonorum Ecclesiæ, *vt in c. quapropter 2. q. 7.*

16 Et licet regulariter omnes qui possunt accusare, possunt etiam denunciare, secundum Batt. *in l. Diuus. ff. de custod. reor.* tamen Laicus non admittitur ad denunciandum contra Clericum iudicialiter, idest accusandum. *c. Laicus & c. seq. 2. q. 7.* Clerici sunt infensi Laicis, vt in dictis iuribus habetur.

17 Et tamen aduertendum hic, quod tripliciter potest quis denunciare. Primò quando denunciat Iudici crimen ad excitandum officium eius, & non vult suscipere in se onus probandi, vnde tali casu habita denunciatione proceditur ex officio, *vt in cap. cum I. & A.* vbi Abb. *col. 3. de iureiur. cap. cum oporteat. & cap. licet de accusat.* Secundo, quando denunciat crimen pro suo interesse, vel etiam Reipublicæ, & vult prosequi denunciam, & tunc tenetur omnia facere, quæ tenetur accusator. *l. 1. §. inducit. ff. ad Turpil.* Bald. *in l. per hanc col. 6. C. de temp. app.* Tertiò quando quis denunciat ex officio, & tunc ad nihil aliud tenetur, *vt probatur in cap. cum clamor. de testib. & cap. cum olim. de accusat.* Iudex autem in tali casu tenetur huiusmodi denunciantem non propalare, sed potius fingere se procedere ex mero officio. Alberic. *in l. ea quidem col. 9. C. qui accus. non poss. & ibid.* etiam Bald. vbi dat rationem, quia talis dicitur instigator, seù informator, vulgo *Spia*, & nullum habet ius circa inquisitionem causæ: vnde procedi potest ipso non citatio, vt dicit Præposit. *in c. de accus col. 58. 2. q. 8.*

18 Debet tamen in quolibet actu, qui postea fit contra Reum citari Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis, quem habere debet omnis Curia, vt tradit Cardin. *in cap. 2. §. 1. de hæret.* & Felin. *in cap. excommunicamus eod. tit. in princ.* neque in hoc est audiendus Baldus *in rubric. C. de priuil. fisc.* vbi ait, Episcopum propriè non habere Fiscum, vnde inferebat *in Aut. Damnatorum C. de bon. damnat.* quod Episc. condemnas subditum ad pœnam pecuniariam, non potest applicare Cameræ Episc. sed illam tenetur applicare Cameræ Apostolicæ. Contrarium enim seruatur vniuersaliter ab omnibus Episcopis, & pro hac opinione facit Glos. *singularis in cap. quia de conceff. preb. in §. sic tamen ver. preter eius in fin.* vbi Butr. & Imol. *col. 5. vers. nota bene* tenent, quod vbi de iure veniunt confiscanda bona, in Clerico confiscatio applicatur Cameræ Episc. ita etiam Oldr. *consil. 302. col. 2.* & latè Felin. *in c. ceterum n. 10. de offic. ordin.*

19 Fiscalis autem Curiæ Episcopalis officium est assistere Vicario Generali: instare pro iuribus Ecclesiæ, & agere, ac defendere fiscalia: sunt autem fiscalia ea in quibus agitur de publica pecunia, vel vindicta. Et tandem eius officium est idem ac Iudicis, & in eius locum succedit. Præposit. *in d. c. de accus. col. 36. in fin. 2. q. 8.*

Vnde infert Follet. *vbi sup. nu. 16. vers. infertur non in congruè*, quod cum possit facere quidquid potest Iudex in inquisitione, propterea potest petere, quod detur terminus ad probandum delictum, potest petere remissoriam, vbi de Iure concedi debet. Similiter potest petere citari, carcerari, torqueri: Nec non publicationem fieri: Inquisitos non audiri, repeti testes Ipsos testes per eos examinandos interogari; Reos non comparentes contumaces declarari, & tandem culpabiles condemnari. Potest similiter in omnibus cum iudice interuenire, & consilij gratia votum præstare; non tamen iudicare, vt aduertit Vestr. *in Pract. Canon. tit de procur. Fiscal.*

20 Est autem adeo necessarium in criminalibus, vt citetur in omnibus actis, quæ fiunt contra Reum Fiscalis Curiæ, vt si feratur sententia contra Reum, ipso non citato, sententia erit nulla *leg. 1. C. de sent. ad vers. fiscal. las.* Et non potest a Vicario remoueri ab officio, quando fuit positus, & electus ab Episcopo cum salario, quamuis alius promotor fiscalis assumptus per Iudicem in aliqua causa possit ad nutum remoueri. Host. *in d. c. cum clamor. de testib.* vbi etiam Alij communiter. Propterea debet eligi ad hoc officium Persona honestæ & bonæ vitæ, fidelis, & lealis: quæ debet iurare in principio officii de benè administrando, vt notat Angel. *in l. si vacantia C. de bon. vacant. lib. 10.* quem refert Præpos. *in d. c. de accusatione. 2. qu. 8. col. 65* & Bernard. Diaz. *in Prax. Crim. Can. vers. Ego cum presbyter in fin. & in ver. Promotor, seù fiscalis.*

21 Aduer-

21 Aduertere tandem debet quilibet denunciator, vt verum crimen denunciet, aliàs grauius punitur ille, qui per calumniam denunciat, quam ipse denunciatus; & tam si calumniatur in accusando, quam in denunciando, extraordinariè punitur, *vt habetur ins. 2. de calumniat.*

22 *Quoad quartum*, quis scilicet sit denunciationis effectus, est notandum, quod alius non est, nisi quod Superiores audito crimine denunciato, formare debent ex officio per se inquisitionem super fama & alijs coniecturis delicti, vel alteri committere, vt illam formet, *cap. Deus omnipotens. 2. qu. 1. & l. congruit. ff. de offic. presid.*

23 Sola autem denunciatio per se non est sufficiens ad causandam inquisitionem super veritate criminum, *l. verborum C. ex quibus caus. infam. irrog.* DD. *in cap. cum oporteat. de accusat.* nisi sint indicia sufficientia, vel fama, vel sint notoria semiplenè. Bald. *in l. ea quidem. col. 5. C. de accusat.* Vnde etiam si Summus Pontifex committeret alicui inquisitionem, non videtur velle Iuris ordinem, vt possit ad inquirendum procedi de veritate criminis, si inquisitus non sit diffamatus, *iuxta d. c. qualiter, & quando 2. de accus.* & Hostiens. *aut in c. qualiter. 1. vol. tit.* quod si Papa committeret inquiri, non præcedente infamia, rescriptum præsumeretur falsum. Hinc fit, quod non obstante denunciatione facta à pluribus, nisi adsit fama, vel alia indicia, non poterit Iudex iustè inquirere, *vt habetur in d. c. licet Hely. vers. nec vt praediximus de simon.*

24 Denunciationis verò Canonicæ effectus est correctio, *cap. super his 2. de accusat. & d. cap. licet Hely*: per quam correctionem denunciato pœnitentia iniungitur, & pœna imponitur, *cap. cum dilectus, de purgat. canon. & c. veritatis. de dol. & contum.*

25 Sed quæritur, an denuncians teneatur se obligare ad pœnam talionis, se subscribendo.

Respondetur negatiuè, cum Præposit. *in d. cap. de accusatione 2. qu. 8.* vbi ait de hoc esse casum. *in l. pract. cap. quidem. C. de accusat.* Idem sent. Bart. *in l. Diuus. vers. quare vtrum ille qui denunciat*, & ibi Salicet. *in vers. Ergo quaero an denuncians. ff. de custod. reor.* Neque obstare inquit *l. fin. C. de accusat.* quia ibi sermo est de accusatore, non denunciatore. Quod quidem ad mittendum cense Foller. *loc. cit. n. 38. in fin.* in denunciante ex officio, non verò in parte essentia denunciante, iuxta dictum *l. ea quidem.*

26 Quæritur secundo, an denunciatori adhibenda sit fides.

Respondetur cum distinctione, aut enim delictum denunciatum est graue, & non est ei credendum aut non graue, & tunc ei creditur. Bart. *loc. cit. vers. tertiò quaero quis sit effectus denunciationis*, si sit denunciator deputatus ad hoc, secus si non sit talis, sufficit tamen eius dictum ad inquirendum, non ad puniendum. Idem Bart. & Iacob. Butr. *in l. 1. C. de re iudic.* vbi ait sic esse intelligendam. *prac. l. Diuus. ff. de cust. reo.*

26 Est autem aduertendum, quod Iudex non debet esse nimis facilis in admittendis denunciationibus, sed considerare debet, quo zelo moueatur denuncians, cuius conditionis existat & quæ sit persona denunciata, quia Alex. de Ales. *p. 3. q. 42. memb. 5.* tradit plures conditiones debere habere bonam denunciationem, siue legitimam accusationem.

Primò requiritur discretio iudicij, vnde repelluntur ab ea, qui non sunt discretionis capaces.

Secundò requiritur zelus charitatis ad correctionem, iuxta illud *Leuit. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo.* Hinc fit, quod repellantur ab accusando odiosi, inimici, & suspecti.

Tertiò requiritur verbum veritatis, iuxta illud eiusdem. *Leuit. 19. Non facies calumniam*; calumnia enim est falsi criminis impositio: *cap. 2. de calumniator.* Vnde excluduntur ab accusando infideles, & detractores: Infideles quidem, propter peruersionem veritatis circa diuina. *c. si quis. 3. q. 4.* Detractores verò, propter peruersionem veritatis circa humana, *cap. detractores 3. qu. 4.*

28 *Quoad quintum*, qualiter scilicet fiat denunciatio, est notandum, quod denunciatio fieri potest viua voce Iudici, vel Actuario, seu Notario Curiæ, & in scriptis, quando fit per aliquem ad exonerationem seu conscientiæ: quando verò fit per partem interesse habentem, vel per officialem Curiæ ad id deputatum vel alium ministrum, semper fieri debet in scriptis, & tunc denuncians est interrogandus, sicut accusans, secundum communem practicam Curiarum, de contestibus, de loco, de tempore circa delictum, & de alijs circumstantijs prout facti qualitas requirit, & de stylo datur etiam iuramentum de veritate dicenda; quamuis de Iure deferri non debeat iuramentum huiusmodi officialibus Curiæ, qui ex officio denunciant, quia eorum denunciationibus creditur, eo quod in principio officij iurauerunt suum officium fideliter exequi. *argum. capit. nullus §. aliquando & libr. ea quidem C. de accusat.* Vnde ex eorum denunciationibus poterit deueniri ad denunciati condemnationem, nisi denunciatus suam defensionem probauerit. Speculat. *lib. 3. de accusat. §. 1. nu 33. prop. final. versic. adeo vt nisi denunciatus.*

29 Si verò denunciatio fiat per aliquem alium, debet ab eo quæri, an velit accusare, & si affirmatiuè responderit, scribatur libellus accusatoris, *iuxta l. libellorum. ff. de accusat. & latius dicem. infr. sect. 3. de accusat.* sin autem negatiuè responderit, & tantummodo denunciauerit ad correctionem denunciati, *iuxta cap. super his, & cap. qualiter 2. de accusat.* tunc Iudex procedet ex officio, secundum facti contingentiam, prout de Iure, & in huiusmodi denunciatione regulariter non requiritur libellus, quia de plano proceditur, *cap. nouit. in fin. de iudic.*

30 Et pro pleniori notitia notandum est, delicta esse in duplici differentia. Alia enim sunt quæ post se relinquunt vestigia quædam, quæ dicuntur facti permanentis, & alia quæ non relinquunt vestigia, quæ dicuntur facti transeuntis, de quibus Clarus. *in Pract. crimin. §. fin. qu. 4. vers. quando vero* Foller. *cad. Pract. tit. capiat. informationem* Farin. *var. quaestion. in Pract. crimin. tit. de inquisit.* & Alij. Dicta facti permanentis sunt Homicidium Incendium, Vulneratio, Percussio cum liuore, effractio domus, arcæ, & similia, in quibus remanent vestigia; & in istis non potest deueniri ad cognitionem, & definitione causæ, nisi constet de corpore delicti per euidentiam facti, aut per testes, aut alia indicia, quæ illud delictum, super quo proceditur, siue per denunciationem, siue per inquisitionem, aut quouis alio modo saltem in genere probent. Vnde ad effectum cognoscendi crimen de quo vestigium aliquod post se remanere solet, & quod commissum esse dicitur, requiritur vt prius Iudex certior reddatur de illius assentia, quæ à Doctoribus vocatur *Corpus delicti*, nam vt inquit Plato *in Theat. lib. 13. ibi. Ea Nos scire non possumus, quae essentiam non habent.* & Aristot. *lib. 6. metaphys. capit. 4. & in lib. 6. Et hic. cap. 5.* habetur, *Ipsum est, omnibus aliquo modo inuenitur, & ipsum sensibile, necessario sit oportet.* Quod etiam in Iure probatur, sed esto, quod leges, & DD. non extarent, quæ hoc præciperent, humanus discursus, & ratio naturalis insinuat, ac rerum ordo demonstrat, nam primum quærimus vtrum aliquid sit, postea vero quid sit. Et de hoc est optimus textus *in lib. 1. §. si sibi manus vers. item illud. ff. ad Syllanian.* vbi DD. communiter in illis verbis: *Illud sciendum est, nisi constet, aliquem fusse occisum, non haberi de familia quaestionem.* Idem probatur *in leb. necessarios §. non alias. ff. cod.* ib. *non alias bona publicantur quam si constabit esse occisum patrem familias. Idem in libr. vnde Nor atous §. fin. ff. ad leg. Acquil. libr. 1. §. si quis vltre ff. de quaestion. lib. Diuus Traianus. ff. de milit. testam. lib. si is, qui rem §. si Titium. ff. de furt. leg. si quis legatum §. veterum. ff. ad leg. Cornel. de fals. & l. eius qui debitorem vers. nec enim ff. de iur. fisc.* & latè Farinac. *parte. 1. de inquisition. qu. 1. num. 6.* vbi Alios de more congerit. Probatio autem corporis delicti, si sit facti permanentis fieri debet plenè, & liquidè maximè si sit facilis probationis; si verò sit facti transeuntis, de quo inferius, & difficilis probationis, fieri debet per indicia, & coniecturas, vt tradunt Clar. Foller. & Farinac. *locis citat.* & Mascard. *de probationib. concl. 830. num. 7. & seqq.* & Beccan. *cons. 70. num. 11. lib. 1.* & latè inferius Satis autem constabit de corpore delicti, cum visitatum fuerit cadauer occisi, corpus vulnerati, locus incensus, &c. annotando omnia reperta coram testibus, quod vulgò dicitur, *Visum, & repertum*; Et quando sit super vulneribus examinatur idem vulneratus; si super cadauere, vel loco incenso examinantur postea testes ibidem præsentes, vt infra videbimus; et hoc est sufficiens non solum ad procedendum: sed etiam ad condemnandum; functis postea alijs probationibus. Quod si non appareret de corpore occisi, quia forte cadauer combustum fuerit, vel ad mare, vel flumen proiectum, tunc constare faciat Iudex per alia indicia, puta per sanguinem repertum in loco, vbi fama

fama præcessit; fuisse aliquem occisum. Vel si reus captus pro illo homicidio ibi dixerit occidisse, & reperitur sanguis in eodem loco, vel alia signa quæ ipse dederit; vel propè mare, flumen, in quo dicitur cadauer proiectum, & sic de cæteris. DD. præcit.

31 Delicta verò facti transeuntis, sic dicta, quia non remanent vestigia, sunt stuprum sine fractura, quod est difficilis probationis, & cætera delicta, quæ facilem probationem non admittunt, & in istis Iudex constare faciet de corpore delicti per coniecturas similiter, & indicia, statim assumendo oppurtunas informationes contra delinquentem, quia in delictis facti transeuntis potest Iudex inquirere ex denunciatione, vel accusatione, vel fama publica, & habitis inditij procedere ad citationem, vel capturam rei, prout delicti qualitas postulauerit. Clar. *in Pract. crim. qu. 4. in princ. vers. scias*, Farinac. *vbi sup. de inquis. qu. 2. in princ. & nu. 2. & 3.* Megal. *in Prax. crim. cau. c. 1. num. 5.*

32 Est autem adeo verum, vt in quocumque delicto inprimis, & ante omnia constare debeat de illius corpore, quod dicitur delictum in genere, iuxta prænotata *in praced. num. 30.* & notant etiam Roland. *cons. 51. numer. 10. vol. 1.* Bursat. *cons. 265. num. 27. & cons. 101. num. 30. volum. 2.* Foller. *in Pract. crimin. for. facul. verb. capiat informationem numer. 3. 16. & 45.* & ibi latè Adden. Anton. Gabr. *conclus. 27. tit. de crimin.* Honded. *cons. 91. num. 10. & cons. 107. num. 6. vol. 1.* & Prat. *ad Muscatell. in Prax. crim. n. de cogn. delict. ad num. 4. & 5.* vt deuenire non possit Iudex ad aliquem actum, nisi de illo priùs constet, vt latè demonstrat Petr. Caball. *centur. 3. cas. 255. numer. 3.* Guazzin. *in tract. ad defens. def. 4. per plura capita* Maur. Burg. *de modo proced. ex abrupt. quæstion. 12. num. 3. & 16. cum seq* Fab. Turet. *cons. 9. num. 6.* Etiam si per statutum contrarium disponeretur. Ploc. *cons. 30. num. 2.* Ac etiam si per Principem supremum daretur alicui facultas procedendi nulla seruata solemnitate; nam adhuc teneretur constare facere de corpore delicti Bursat. *cons. 201. nu. 90. vol. 2.* quia litigatæ sunt manus Iudicis ad procedendum in causa, vsquequò non constet de corpore delicti. Scaccia *in tract. crimin. qu. 83. sub num. 6.* Farinac. *cons. 23. nu. 2.* & in Prax. *crimin. tit. de inquisit. q. 2. c. 2. n. 3. ampl. 2.* Baiard. *ad Clar. in Pract. crimin § fin. d. quæstion. 4. vers. 2. 3. & 4.* Bernardin. *ad Ambrosin. de mod. form. process. inform. l. 1. ca. 1. nu. 14. in fin.* Personal. *in tr. de synd. & tortur. q. 17. n. 27.*

33 Vnde nisi prius constiterit de delicto, & eius corpore, saltem per duos testes, omne, quod fit, & omnia acta dicuntur nulliter gesta; & processus compilatus nullius est roboris, ac momenti. Rain. *cons. 80. num. 3. lib. 4.* Honded. *d. cons. 107. num. 8.* Burg. *d. q. 12. num. 6.* Quinimò non posset Iudex deuenire, nedum ad torturam, sed nec ad capturam Rei. Anton. Gomez. *tit. de delict. c. 3. num. 6.* Boss. *eod. tit. num. 34.* Bursat. *d. cons. 166. num. 2.* Honded. *d. cons. 107. num. 7. vers. & si de corpore; & cons. 88. num. 9. & cons. 91. num. 10. vol. 2.* Farinac. *qu. 2. num. 2.* vbi de communi. Et in Regno Neapolitano Iudex deueniens ad capturam non constito prius de delicto, punitur vigore Regiæ pragmaticæ. vt tradit Grammat. *decis. 60. num. 19.* Carauit. *in Rit. Magna Cur. Vicar. 39. sub num. 10.* Baiard. *ad Clar. quæstion. 28. num. 16.* Fallit tamen, si imputatus de crimine esset suspectus de fuga; nam talis capi potest, & compelli ad cautionem præstandam de se præsentando. Clar. *d. q. 4. num. 3.* & ibi Baiard. Farinac. *in d. Prax. crimin. qu. 27. num. 125.* Fallit secundo in grauib. delictis, in quibus capi possunt de illis imputatis, etiam sine probatione delicti in generè, seù corporis delicti. Castrens. *cons. 328. num. 1. lib. 2.* Anton. Scapp. *in tract. de iure non scrip. lib. 5. cap. 43. num. 3.* Carrar. *in Prax. interrogand. Reor. lib. 2. cap. 5. num. 3. in fin.* Clar. *qu. 28. vers. secus autem*, qui omnes se fundat in doctrina Castrensis, *vbi supra*; contra quos tamen annis elapsis consuluit Eugenius *cons. 49. num. 14. & seqq.* Sed de consuetudine arbitrio Iudicis remittitur. Clar. *vbi proximè* Baiard. *ad Clar. q. 21. n. 99. circ. med.*

34 Ad effectum autem capturandi de aliquo crimine imputatum, leuiora sufficiunt indicia super corpore delicti, quam requiruntur ad condemnandum Clar. *d. qu. 4. vers. scias tamen. qu. 55. vers. quomodo autem, & qu. 64. vers. debet etiam, & qu. 66. circ. princ.* Eugen. *cons. 94. num. 25.* vbi dicit sufficere vnum iudicium. Vnde traditur regula in criminalibus, quod ad inquirendum, sufficit querela. Ad torturam requiruntur testes; Ad condemnandum verò constare debet de corpore delicti, quantum fieri potest. Caualc. *de Brach. Reg. p. 1. n. 193.*

35 Neque sufficit ad effectum probandi de corpore delicti, si tantum constet, aliquem fuisse occisum, vel vulneratum; vel si sit delictum commissum in rebus inanimatis, puta furtum in domo, vel aphoteca, aut in arca, vel aliquod aliud; si constet solùm, illud commisum fuisse; sed necessariò requiritur, vt probetur, quod illud fuit dolosè commisum, aliàs author illius puniri non poset pœna ordinaria, vt *colligitur ex d. l. 1. §. item illud. vers. scelere interemptum ff. ad Sillanian.* & tradunt DD. *in additionib.* ad Foller. *in d. Pract. crim. verb. capias informationem. num. 1. & seq.* latè Brun. à Sol. *in suo cons. unic. num. 23.* Rimin. iun. *cons. 758. numer. 1. vol. 7* Bois. *de delict. numer. 1. seqq.* Scaccia. *in tract. crim. quæstion. 83. numer. 6.* vbi latè prout facit Muscatell. *in Pract. crimin. de probat. delict. in proœm. numer. 57. & seqq.*

36 Imò, (quod plus est,) neque sufficeret ad effectum puniendi Reum delinquentem, si solùm constaret de delicto in genere; ac de identitate rei, super qua delictum commisum fuisse asseritur, vt inquit Abb. *in cap. cum Ioannes numer. 16. in fin de fid. instr.* Dec. *cons. 101. col. 2. vers. benè facit.* Mascard. *de probat. conclus. 497. num. 5. & seq.* Cranet. *cons. 244. num. 2.* Sed requiritur etiam, vt constet de qualitatibus, & circumstantijs delicti; vt tradit Ign. *in d. l. 1. §. item illud nu. 10.* & ibi Alij communiter Angel. *de malefic. in ver. item fama num. 108.* Bois. *de delict. num 24* Sim. de Petr. *cons. 50. num. 4.* Clar. *d. qu. 4. vers. quando vero.* Farinac. *in d. pract. crimin. qu. 2. num. 4.* Follet. Muscatel. & Alij. *locis præcit.* vbi tradunt, quod in Praxi seruatur, vt Notarius, quando per Iudicem fit *Visum, & repertum*, si fit super delicto facti permanentis, puta super cadauere occisi vel corpore vulnerati describere debeat minutissimè quot vulnera adsint, & in qua parte corporis habeantur, an punctim, vel cæsim; an sint mortalia, nec nè, cum quo armorum genere illata videantur. Et si corpus habeat percussiones, adnotari debent in qua parte corporis sint, quomodo sint, qualiter factæ sint; cum baculo ne? an cum alio instrumento ad offendendum aptu, an verò cum saxo & an fuerint periculosæ, & sic de reliquis circumstantijs. Super quibus omnibus examinandi sunt periti in primis: scilicet Medici, Chirurgi, Barbitonsores, & similes, quoad fieri potest, ad effectum cognoscendi vulnera, an esse potuerint mortalia, nec ne: & deinde Testes, qui de visu deponant super eisdem qualitatibus, & circumstantijs. Idem dicunt Blanc. in *Pract. crim. in princ. numer. 6.* Nuuell. *in ead. Pract. fol. 79. numer. 1.* latè Iodoch. *in ead. Pract. crimin. capit. 7. tit. de inspection. occisi num. 1. & seq.* Caualc. *de brach. Reg. parte 1. num. 185. & latius num. 190. & seq.* Peregrin. Iannin. *in tract. de captur. real. l. 1. c. 2. nu. 43. & seq.* Honded. *cons. 107. n. 10. vol. 1.* & latissime, Scaccia *in d. q. 83. n. 12. et seq.*

Aduertendum est hic, quod eadem diligentia adhiberi debet in describendis omnibus, & singulis circumstantiis, quando fit visum, & repertum rerum inanimatarum, ac adhibentur, quando fit in cadauere occisi, aut corpore alicuius vulnerati. Verbi gratia fuit factum furium alicuius domus, vel Apothecæ mercatoris cum fractione ostij, vel alio modu, tunc facta denunciatione, vel accusatione talis delicti, necesse est, quod Iudex visitet locum delicti vel saltem, eo impeditu, illum visitari per Notarium Curiæ mandet, vt supradictum est: & ibi coram testibus aunotanda sunt minutissimè Primò omne id quod effractum apparet. Secundò, an ex aliquo loco circumuicinu ad illum peruenire potuerit si non ad sit fractura ostij, vel muri. Tertiò, an pro transitu ad locum delicti, sit facta aliqua apertura alibi. Quartò, an fuerit inuenta scala, funis, vel aliud instrumentum aptum ad transeundum, ascendendum, descendendum, & similia: & tunc fieri debet diligens inquisitio, an recognosci possit, cuius fuerint. Et idem faciendum est, si pro transitum fluminis, aut alterius aquæ inuenti fuerint saxi, tabulæ barcæ, & similia. Quartò si fuerit terra alicuius viridarii, & per eam transiuerint fures, obseruandum erit, an vestigia appareant, & an fuerint alicuius pedis calceati, an verò discalceati, & cuius qualitatis. Tandem omissis aliis, quæ prudentiæ Iudicis, & Notarii remittuntur, ne dedignetur, anotari facere, etiam minimas res, & paruulas circumstantias, nam sæpissimè euenit, vt ex aliqua ipsarum minimarum rerum res magni momenti delectæ fuerint alias occultissimæ, sine qua numquam ad earum cognitionem deuentum fuisset. Marsil. *in Prax. crimin. §. principium numero 6. et in §. constante nu. 68. et in cons. 8. per tot.* Foller. *ubi sup. numero 17.* Cosp. *d. q. 3. capit. 42.*

37 Quod

37 Quod si cadauer occisi haberi non possit pro recognitione facienda, vt constare faciat Iudex, etiam Laicus de corpore delicti, quia fortè sepulturæ traditum fuerit, illud exhumari facere debet, habita prius licentia Episcopi loci (quam Episcopus, sicut eius Vicarius concedere potest: siue metu irregularitatis, adhoc vt Iudex Laicus, informationem capiat super delicto in genere, quamuis ex inde sequatur mors, vel mutilatio membri alicuius, vt traduot Genuens. *in Prax. Archiep. Neapol. cap. 35, in prim. simpress. alias 41. in secunda impress. num.* 10. Ricciusin *Prax. resolut. par. 1. resol.* 453, *in fin.* quos sequitur Bellet, *Disquisit. Clerical. p. 1. de disciplin. Cleric.* §. 5, *num.* 148.) ad effectum prædictum recognoscendi, & probationes faciendi super corpore delicti, ita docent Marant, *in Spec. aur. tit. de inquisition. n.* 18. Clar *in d. Pract. crimin. p.* 55. *vers. quomodo autem*, & Baiard. *ad eundem d. q.* 4. *n.* 3. *vbi Alios allegat*, late Scaccia *in d. c.* 83. *num.* 11. *circ. med. vers. vnde si vulneratas* & *nu.* 12. 13. 17. & 18. Par. de Put. *in tract. de syndicat. ver. confessio num.* 6. Cauale. *de brach. reg. d. par.* 1. *num.* 185. *in princ.* & *latiam. n.* 190 & 196. vbi ait debere describi locum, in quo maneret, & quomodo cadauer sepultum maneat, & omnes alias circumstantias. Iodoch *ubi sup.* Farinac. *in d. Prax. crim. q.* 2. *n.* 4. *cum seqq.* vbi Alios cumulat, & ita seruatur etiam in Alma Vrbe.

38 Si verò Episcopus, vel eius Vicarius licentiam exhumandi Iudici Laico impartiri noluerit, appellari poterit à tali recusatione ad Metropolitanum, *ut tenent DD.* præfectum Genuens. *ubi sup.* & tunc Iudex Laicus examinare debet plures, quam duos super morte illius. Scaccia. *d. cap.* 83. *num.* 13. *circ. med.* Et idem fieri debet, si de corpore mortuo apparere non possit aliquod vestigium, nam tunc examinandi sunt plures testes, qui deponant de fama, & voce publica, quod talis de tali interfectus sit & quod eius corpus numquam haberi potuit, quia forte combustum fuit, vel in flumen, aut mare proiectum, vel in Nemore, aut alio secreto loco sepultum, vt tradit Foller. *in d. Pract. crim. for. secular. p.* 1. *verb. praece. capias, informationem nu.* 15. & *seq.* & 1. *par. secunda partis nu.* 34. post Bald. *in l. dum probatio ff. de probat. in suis addition.* & in addit. ad Specul. *tit. de sent. col.* 18. *in fin.*

Et similiter examinandi sunt plures testes, si forte cadauer inuentum fuerit, sed eius vulnera aspici nequeunt, quia forte per tempus iam labefactatum est, qui deponat vidisse saltem tale cadauer, quod apparet fuisse N. de N. si verò ita sit, Doctor. *citat.*

39 In huiusmodi autem probationibus super corpore delicti communiter Criminalistis practicatur, vt examinentur testes, qui prius cognouerunt hominem illum, dum viueret, de cuius cadauere fit recognitio, quoad fieri potest, vt tradunt Mascard. *de probation. conclus.* 674. *num.* 20. & 21. *vol.* 2. Roland. *cons.* 51. *numer.* 10. & 15. *vol.* 1. Clar. *d. q.* 4. *vers.* 2. Follcr. *ubi sup. num.* 4. Scaccia. *ibid num.* 18. late Iannin. *de cstutien. veal. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 44. & *seqq.* Si verò interfectus non erat cognitus in eo loco, quia fortè erat aduena, satis est fieri recognitionem cadaueris, licet nomen ignoretur, & prius cognosceretur. Fla. min. Cartar. *in tract. capit. bannit. c.* 2. *n.* 4. Boss. *de delict. num.* 33. Clar. *d. q.* 4. *sub. vers.* 3. Cauale. *de brach. reg. d. p.* 1. *n.* 197. & in Alma Vrbe Romæ, prout etiam alibi, seruantur, vt cadauera occisorum, ad effectum vt recognoscantur, poni soleant in locis, & plateis publicis & hæc in delictis facti permanentis.

40 In delictis verò facti transeuntis, & difficilis probationis corpus illorum probari debet per coniecturas, & præsumptiones. Boss. *de delict. num.* 14. Clar. *quæst.* 2. *num.* 12. & *quæst.* 66. *in princ.* Antan. Gabr. *conclus.* 17. *num* 14. 7. dummodo sint valide, & à Iure approbatæ. Farinac. *ubi sup.* Follet *in d. ver. capias information. numer.* 78. *vers. fallit tamen* late Mascard. *de probat. conclus.* 497. *num.* 3. *lib.* 1. Plot. *cons.* 5c. *nu.* 22. & Bursat. *cons.* 166. *num.* 1. *vol.* 2.

41 Sed licet quis, an corpus delicti probatum dici possit per confessionem delinquentis?

Et Respondetur negatiue: quia cum ex confessione ipsius sequi deberet condemnatio: et partes Iudicis in confessis non sint, nisi in condemnando, *cap. per tuas. de probat.* & *l. cum te. C. eod. tit.* et nemo sit Dominus membrorum suorum. *l. liber homo ff. ad l. Aquil.* & *l. non tantum. ff. de pœn.* vtique talis confessio non sufficit, maxime quia in criminalibus ad effectum condemnandi, probationes debent esse concludentes, claræ, et plenissimæ, *cap. placuit.* §. *item in criminali.* 4. *q.* 3. *cap. in omni. de testib. l. sciant cuncti. C. de probat.* & *l. vbique. ff. de test.* Vnde non suppletur corpus delicti per ipsiusmet delinquentis confessionem, nisi aliter probetur. Clar. *d. quæst.* 4. *in princ. vers.* & *hoc adde.* & *vers. potest etiam circ. fin.* Boss. *in pract. crim. delict num.* 15. Mascard. *de probat. conclus.* 354. *num.* 3. *vol.* 1. Angel. *de malefic. in verb.* & *mistem calestem. nu.* 25. Guazzin. *in d. tract. ad defensam. Reor. lib.* 1. *de fens.* 4. *cap.* 3. *num.* 1. late Petr. Cabal. *in Pract. crimin. cas.* 180. *per tot.* & *centur.* 2. *cas.* 255. *numero* 1. & *seq.* Turret. *cons.* 9. *numer.* 13. Maur. Burg. *de modo procedendi ex abrupto qu.* 22. *numer.* 12. & Alii apud illos. Quod est adeo verum, vt nisi eius confessio aliis probationib. coadiuuetur, probando corpus delicti legitime per testes, absolui debeat. Clar. *quæst.* 54. *vers. potest. etiam circa fin.* Bursat. *cons.* 201. *num.* 32. *vol.* 2. Grammat. *late in cons.* 16. *num.* 3. *cons.* 36. *num.* 20. *et cons.* 60. *per tot.* & latissime Farinac. *d. q.* 2. *num.* 7. *vers. dicat quod spontanea*, vbi dicunt hoc procedere tamen confessione spontanea, quam facti in tormentis.

42 Est bene verum, quod hæc conclusio limitatur per Doctores in latronibus diffamatis, quod solita enim homicidia committunt prope flumina, vel litora Maris, & corpora occisorum in mare proiiciunt: nam tunc ex eorum confessione damnari possunt, etiam si aliter de delicto non constet, quia tali casu diffamatio habetur loco probationis. Gabr. *conclus.* 17. *num.* 12. *lib.* 7. Marsil. *in rubr. de probat. num.* 103. Follet. *in pract. crim. verb. et si non constrabantur num.* 34. Cassaneus *in consuetud. Burgund. rubr.* 1. §. 5. *num.* 40. Farinac. *d. qu.* 2. *num.* 11. In hoc autem articulo defendi potest reus diffama us, saltem vt, pœna ordinaria condemnari non possit, nisi alia adsint indicia, vt adoertit Guazzin. *ubi sup. numero* 10. *post Boss. de delict. d. numero* 15. *vers.* & *hoc opinio*, & Farinac. *ubi sup. numero* 11. *vers. certum hoc.*

43 Et non solum ex tali confessione delinquentis deueniri non potest ad condemnationem, nisi constet de tempore delicti, neque ad torturam, Farinac. *q.* 98. *num.* 2. vbi Alios allegat & Grammat. *dicto cons.* 60. *num.* 9. Baiard. ad Clar. *d. q.* 53. *n.* 15. etiam quod Iudex habet facultatem a Principe procedendi ex abrupto Bald. *in l. si quando C. vnde vi.* Brun. *de indic. par.* 9. 1. *partis numer.* 11. Caslon, *de torm. cap.* 2. Catald. *de sind. nu.* 56. latè Bursat. *cons.* 201. *num.* 89. *vol.* 2. Osasch. *decis.* 79. *num.* 4. Imò tortura non iustificabitur sine corpore delicti, illata etiam si postea legitimè probetur, quia iam fuit facta vbi ordine non seruato. Gloss. *in lib.* 1. *C. de quæstionib.* & *in lib.* 1. *in princ. ff. eod.* Marsil. *in l. pen. num.* 31. *ff. eod.* Clar. *quæst.* 64. *vers. dixi etiam circ. fin.* & ibi Baiard. *num.* 30. Boer. *decis.* 259. *numer.* 1. lib. 2. Potest tamen deueniri ad vlteriorem processum legitimè, quamuis actus torturæ de facto illatæ in casu non permisso vitietur Bald. *in l. milites.* & *in l.* 1. *C. de quæstionib.* Brun. *de indic. q.* 6. *p.* 2. *post num.* 28. *vers. plus vlera* Baiard. *ubi proxime d. num.* 3 de quo id. Maur. Burg. *de mod. proced ex abrupt. q.* 100. *num.* 160. & *seq.* vbi tenet, primam torturam iniuste illatam, operari saltem vt reus denuo possit iterum torqueri absque nouis indiciis,

44 Sed quæritur, an constare debeat de corpore delicti in crimine hæresis, ad hoc vt Reus condemnari valeat.

Respondetur negatiue, cum hoc delictum sola voluntate committatur, & ideo damnari potest Reus talis etiam nisi concurrentibus aliis indiciis, etiam quod de delicto non constet. Mascard. *de probat. conclus.* 356. *n.* 1. & *seq. l.* 2. Clar. *d. q.* 4. *vers. fouer tamen* & *q.* 55. *vers. quomodo autem*, latè Arnald. Albe. *de agnoscend. assert. Cathol. relig.* & *qu.* 25. *num.* 1. *cum seqq. in t. dub.* & Gondisalu. *in tract. de hæretic. sub. n.* 75.

Idem firmati debet de lamiarum crimine diffamatis, & inquisitis, qui damnari possunt ex sola eorum confessione, etiam si aliter de delicto non constiterit Arnal. Albe. *d. q.* 25. *dub.* 1. *nu.* 3. Ponzi *in tract. de lamys n.* 7. & *seq.* quod intelligendum est, si tantum dixerint se pertexisse ad ludos Dianæ, vt ipsi asserunt, secus si dixerint, se occidisse pueros per maleficia, quia tunc constare deberet de corpore delicti. Arnal. *ubi sup.* Farinac. *d. q.* 2 *n.* 26.

45 In crimine verò veneni alicui propinati, quod est vnum ex illis, quæ sunt difficilis probationis, cum occulte fiat corpus delicti constare debet per coniecturas præsumptiones, & signa. Alex. *consil.* 24. *vol.* 2. Barbat. *consil.* 23. Honded. *con. sil.* 138. *nu.* & *seq. vol.* 2. Grammat. *vol.* 3. *n.* 3. Afflict. *in constit. Regni incip. Mala noxia num.* 3. Foller. *in Pract. crim. for. sec. in verb. item quod fecerem venenatus. num.* 3. Baiard. *ad Clar. q.* 68. *num.* 128. Farinac. *in Prax. crim. qu.* 122. *num.* 53. & Muscatell. *in Pract. tit. de*

tit. de homicid. simplic. num. 12. *& seqq.* vbi late tradunt regulas cognoscendi signa veneni, quæ solent esse sequentia, videlicet vomitus statim post sumptionem alicuius cibi, vel potus: Mors sequuta post modicum temporis spatium: liuor, vel nigredo in facie, & toto corpore: spumæ ore fluentes. Capilli capitis, & barbæ hominis cadentes nimia facilitate. Si comburatur corpus, cor illæsum remanet a veneno præseruatum, & huiusmodi, de quibus latissime ex Galeno, Auicena, Matthiolo, aliis Medicis agit Follerius *in dicta Pract. crim. verb. capiat. informationem à num.* 24. *cum plurib. seqq.* in quibus diuidit tria genera venenorum, quædam enim originem habent a Plantis, quædam à Metallis & quædam Ab Animalibus, & ex singulis quibus diuersa syntogmata oriuntur, quæ ipse enumerat magna diligentia, & venena quam plura manifestat quem vide, & non pigebit.

Per basin autem prædictorum, de corpore delicti concludenter fieri debet ex Medicorum, & Peritorum depositionib. quod ille, qui mortuus asseritur, veneno decesserit, & ex illo ei propinato non ex alio, & si cognosci potuerit qualitas veneni, melius erit. Foller. & Muscatell. *vbi sup* Honded. *cons.* 8. *n.* 9. *vol.* 2. Decian. *in tract. crim. tom.* 2. *l.* 9. *c.* 25. *num.* 4. *in princ.* latè Scaccia *in tract. crim. d. c.* 83. *num.* 3. *vers. item si in aliquo & num.* 16. *l.* 1. *de indic.* & Caball. *in qu. crimin. cas.* 180. *nu.* 3. Boss *de delict. nu.* 4. Et nota quod quamuis ex attestatione medicorum, & peritorum probetur, aliquem esse veneno interemptum, vt tradit Boss. *tit. de delict. num.* 4. *&* 5. Foller. *in d. Pract. crim. for. facul. in verb. capiat. informat. nu.* 16. & latius *in verb. item quod forsan venenauit per tot. signanter numero* 14. *& verb. si consitebuntur nu.* 16. Muscatell. *in Pract. crim. tit. de homicid. simplic. numero* 12. *& seqq.* vbi docet quomodo probandum sit hoc crimen. Afflict. *in leg. constitut. Regni Neap. rubric.* 41. *in constitut. incip. malanoxia sub n.* 3. Caball. *vbi sup.* Farinac. *ibid. n.* 3. & Alii; non probarent tamen corpus delicti contra aliquem ad condemnandum, nisi periti dixerint, quod ex veneno ab eo propinatum, ille talis defunctus sit, vt singulariter docet Petr. Cab. *in tract. de omni gener. homicid. nu.* 627. *& d. cas.* 180. *nu.* 8. Grammat. *vot.* 30. *numer.* 29. *vers. suffragari* Clar. *d. q.* 4. *vers. hac autem* Farinac. *q.* 2. *n.* 34. Honded. *cons.* 88. *n.* 18. *vol.* 2. cum probatio veneni sit difficilissima, nam licet multa dentur signa, quibus cognosci possit venenum fuisse propinatum, de quibus dixi supra, & notant Farinac. *q.* 122. *nu.* 64. Foller. *d. verb. item quod forsan venenauit num.* 4. *cum seqq.* & latius *in d. verb. capiat. informationem n.* 35. *& seqq.* Muscatell. *vbi proximè nu.* 15. & Petr. Caball. *d. tract. de omn. gener. homic. n.* 236. omnia tamen possunt prouenire ex humoribus in corpore generatis, vt latè tradit Foller. *in Pract. pracit. verb. cap. informat. n.* 6. *&* 17. Honded. *d. cons.* 88. *nu.* 16. Farinac. *d. q.* 2. *n.* 34. *in princ.* Scacci. *d. q.* 83. *num.* 3. *vers. hoc tamen signum.* Ideo debet benè probari quod scilicet venenum fuit propinatum, & quod ex illo mors sequuta, alias etiā si Reus confessus fuerit venenum propinasse, adhuc condemnari non posset. Muscatell. *d. tit. de homic. simpl. n.* 27. *& seq.* Guazzin *d. defens.* 4. *c.* 5. *n.* 1. vbi alios modos defendendi ponit super hoc crimine.

46 Sed quæritur, quomodo probandum sit de corpore delict. in crimine stupri?

Respondetur cum distinctione, aut enim quæsitum est de stupro in muliere, aut in puero? Priori casu probandum est per inspectionē pudendarum partium per mulieres, & obstetrices prouidas, ac prudentes iuxta text. *in c. causam, & c. propositum de probation.* quæ referre debent cum iuramento, an reuerà virgo deflorata sit. Abb. *in cap. proposuisti n.* 3. *de probat.* Alberic. *in l.* 1. *§ ex rescripto nu.* 8. *ff. de ventr. inspiciend.* Foller. *in d. verb. capiat. informationem nu.* 13. Clar. *d. q.* 4. *n.* 5. *in fin.* & ibid. Baiard. *num.* 7. *circ. fin* Mascard. *de probat. conclus.* 1410. *n.* 16. *vol.* 3. latè Farinac. *de delict. carn. q.* 147. *num.* 130. Addentes *ad eundem in consil.* 23. *litt. A.* & Mar. Antonin. *variar. resolut. l.* 3. *resol.* 7. *per tot.* Quæ quidem mulieres, non solum videre debent pudenda, sed etiam manu tangere, ne decipiantur, *vt in d. c. causam verb. sæpè manu de probat.* Pacin. *de probation. l.* 2. *cap.* 2. *num.* 17. & ibi Addent. *litt. D.* & referre debent, puellam non esse, vel esse virginem, quia viderunt, & tetigerunt eam in locis pudendis, alias non deponerent de causa scientiæ. Abb. *vbi sup. n.* 2. Farinac. *d. q.* 147. *n.* 144. Et nisi deponant de visu, & tactu simul, non rectè deponerent. Aret. *cons.* 142. *in* 4. *dub. n.* 20. *vers. item si probatio sufficiens* Pacian. *d. c.* 2. *n.* 9. Et obstetrices cogi possunt per Iudicem ad visitandum, & deponendum super defloratione, Ioan. de Plat. *in l. patrimonium C. de muner. patrim. lib.* 10. Baiard. *ad Clar. d. q.* 4. *n.* 8. Et duæ vel tres obstetrices ad huiusmodi probationem sufficiunt. Gloss. *in c. nec aliqua verb. obstetricum* 27. *q.* 1. Pacian. *vbi sup. n.* 30. *& seqq.*

Sed quæri potest, an quomodo essent duæ obstetrices, quæ deponerent de stupro medio iuramento, & adessent duæ aliæ similiter deponentes cum iuramento, quod puella esset virgo, quibus credendum sit?

Respondetur, plus credendum his, quæ deponunt de virginitate, quam quæ de stupro; et ratio est, quia istæ habent assistentiam Iuris ex earum parte, nam quælibet mulier præsumitur virgo secundum Naturam, *arg. text. in cap. præterea in fin. de testib. & l. ob carmen. §. si testes ff. eod. tit.* Curt. Iun. *in tract. de testib. concl.* 19. *&* 32. Farinac. *d. tract. de delict. carn. d. q.* 137. *n.* 142. Pacian. *d. c.* 1. *n.* 12.

47 Non est tamen omittendum, quod in tali casu dubio, an puella esset deflorata, vel non, si maior peritia requireretur ad huiusmodi cognitionem, quam illa, quam habere demonstrant obstetrices, potest liberè tradi puella alicui perito viro, qui pudenda inspiciat, & referat secundum Aretin. *cons.* 142. *n.* 15. Cardinal. Tusch. *in litt. P. conclus.* 196. *nu.* 69. *& seq.* Pacian. *d. c. n.* 32. *&* 33. Decian *in d. c. proposuisti num.* 3. *de probat.* & Alii; qui licet sic simpliciter loquantur, ego tamen eorum dictum caute practicandum censerem, et nisi quando adesset grauis necessitas, et tunc coram aliis mulieribus, vel obstetricibus.

48 In secundò verò casu, quando agitur de stupro commisso in personam alicuius Pueri, constare debet de corpore delicti per depositionem Medicorum, et Chirurgorum, qui inspicere similiter debent anum pueri, et medio iuramento refferre. Mascard *de probat. concl.* 819. *n.* 5. *vol.* 2. Plot. *cons.* 132. *n.* 21. Foller. *in Prac. crim. for. fac. d. verb. capiat. informationem n.* 13. et ibi Addent. clar. *d. q.* 4. *n.* 3. *in fin* Farinac. *d. q. num.* 24. Scac. *in tract. crim. d. q.* 83. *n.* 3. *vers. item si in aux.* vbi aduertit, huiusmodi relationē fieri debere magna cum circumspectione, et prudentia, cum fractura ani euenire possit etiam ex alia causa, quam per coitum, vt ex inflammatione, ex Apostemate, et similibus. Et ita etiam defloratio virginis contingere potest alio modo, vt cum propriis digitis eiusdem puellæ ardore libidinis deuictæ, vel cum aliquo instrumento vitreo, vel simili inter ipsas puellas se ad inuicem delectando, qui quidem actus verè, ac propriè dicitur vitium sodomiticum, cum sit inter personas eiusdem speciei, vt ex Diu. August. *in sermon. de sodoma et Gomorr.* dicente actum sodomiticum a fœminis originem habuisse firmat Bona. *in qu. crimin. par.* 1. *verb. sodomia. fol.* 181. Hier. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 147. *circ. fin.* et ideo est actus punibilis. DD. etc.

49 Et nota, quod ad effectum probandi stuprum, non sufficeret confessio puellæ stupratæ asserentis se fuisse carnaliter cognitam ab aliquo, vt dicatur constare de corpore delicti, cum ei non credatur, non solum ad veram probationem, vt quis condemnari possit, vt ait Paris. *cons.* 54. *nu.* 50. *vol.* 4. Turret. *cons.* 44. *n.* 15. *vol.* 2. et Boer. *decis.* 299. *n.* 6. sed etiam neque ad faciendum indicium ad torturam Marsil. *cons.* 201. *num.* 33. Honded. *cons.* 100. *n.* 11. *vol.* 1. Bursat. *cons.* 69. *n.* 19 *vol.* 1. Mar. Antonin. *variar. resol. l.* 3. *res.* 7. *n.* 1. Bettazzol. *cons.* 3. *n.* 4. *vol.* 1. et Alij asserentes, quod si adhibēda esset fides puellis, quotidie pauperculæ dicerent se fuisse stupratas, vt dotem extorquerēt ab aliquo. Et multò minus creditur, si puella quærelasset aliquem de stupro. Honded. *d. cons.* 100. Grammat. *cons.* 45. *num.* 3. Guazzin *pracit. defens.* 4. *c.* 6. *n.* 15. et Alij apud illos.

Idem dicendum est ne puero asserente, se ab aliquo stupratum fuisse, nam talis assertio non probaret corpus delicti, nec ei credendum esset contra stuprantem. Honded. *ib. n.* 5. Grammat. *consil.* 56. *numero* 2. *vers. nec obstat.* Paris. *consil.* 163. *num.* 8. *vol.* 4. latè Farinac. *q.* 43. *n.* 89. *& seqq. & cons.* 80. *n.* 20. quidquid dicat Caball. *in q. crim. cas.* 84. *n.* 10. qui tamen intelligi potest, quod confessio pueri grauet indicia contra stuprantem constito legitime de corpore delicti per alios. De reliquis circa probationem corporis delicti in aliis criminibus, vide DD. præcitatos, præsertim Gauazzin. *d. defens. per tot.* Muscatell. *in Pract. crimin.* Foller. *ib.* et Farinac. *in Prax. crim.*

50 Ceterum non omittendum censeo in huiusmodi materia probationis de corpore delicti in genere, vnum valde singulare, quod de facto accidit mihi annis proxime elapsis, dum esse Vicarius, nimirum quod si occurrat casus, vt in Viso, et

Reperto,

Reperto, quod per Iudicem sit de cadauere alicuius hominis de recenti occisi, sanguis ex eius vulneribus, non verò ex naribus, vel ore profluat, tunc Iudex diligenter aduertere debeat, an ibi præsens adsit aliquis, de quo sit suspicio quod ipse occiderit, quia forsan cum occiso inimicitiam habebat, nam tali casu remoueri illum facere debeat, & si viderit sanguinem non amplius effluere, denuo eundem accedere propè cadauer mandet, & si eo præsente, iterum sanguis emanauerit, annotare faciat per Notarium totum hoc suis circumstantiis & statim examinet testes, qui ad hæc omnia præsentes fuerunt, & interim præfatum hominem de tali homicidio suspectum carceribus detrudi curet, atque contra illum processum formare incipiat, seruatis seruandis cum non paruum, & mediocre sit indicium, quod ipse eum occiderit; dummodò hæc experientia fiat infra 24. horas post occisionem, non ex maiori interuallo, & non sit homicida casualis, sed voluntarius, ita DD. tradunt, signanter Guglielm, Scribon. *de sagarum natura cap. vlt.* vbi hæc Formalia verba profert: *In hominum corporibus hoc contingere apparet, vt si interfecto aliquo, Reus homicidij ad cadauer illius adducatur, videlicet vt eum tangat, vel proxime ei assistet, sanguis ex illo cadauere effluat, iudicium rei vera cognoscenda, hoc fieri manifestissimum, vt multis in locis notissimum est, vt apertissimum mendacium sit id negare velle, &c.* quo in loco mentionem facit quorundam Carminum Lucretij scribentis sic,

Idque petit corpus mens vnde est saucia Amore
Namque homines plerumque cadunt in vlnus, & illam
Emicat in partem sanguis vnde icimur ictu,
Et si cominus est, hostem ruber occupat horror.

Eadem carmina adducit Martin. de Rio. *in Disputat. Magicar. lib. 1. capit. 3. quæst. 4. litt. C. vers. saxò cadauer. fol. mihi* 19. & Idem firmat Idem del Rio *in commem. in Octauam senecæ*, quæ est octaua Tragedia illius *vers.* 127, & Lennius. *libr. 2. de occult. natur. miracul. capitul.* 7. Langius *in suis epistolis epistol.* 40. Pictorius *analog.* 9. Gemma *libr. 1. de charactersimis capit.* 6. Simon. Maiol. *dierum canicular. colloqu.* 1. Anton. Maria Cospius *in tract. Iudic. crimin. part. 3. capit.* 30. & nouissimè Nicolius *in flosculis. verb. Homicidium num.* 1. Rationem adducunt præcitati Doctores, quare hoc eueniat, & dicunt ex pluribus causis hoc fieri posse. Alij enim miraculo tribunt, quamuis naturaliter etiam actio accidere possit, vt facit Scribonius *vbi suprà*, ibi: *sed magis, vt rectè arbitrandum est Dei iudicio arcano maleficium hominem tali signo, notaque peculiari, ac propria designare, ac prodere volentis id fieri confitendum est.* Alii, verò propter præcedentem contactum, sanguinem fundi asserunt. Alij hoc euenire dicunt casu fortuito, (sed malè.) Alii, quia cadauer occisi infectum remansit à spiritibus dolosi occisoris, quod locum non habet in occisore casuali, & Alii, (quod in idem coincidit) Antipathiæ illi referunt ex vehementi odio occisi in occisorem, quod latentem quandam qualitatem, & arcanam vim impresserit corpori cum cadauere permanentem ita tenent del Rio *vbi suprà* Lemn. *ibidem*, & Boer. *decis.* 166. Farinac. *in Prax crimin. quæst.* 52, Alii apud Illos; qui diuersos casus referunt, præsertim Farinac. *loc. cit.* Ego autem his minime obstantibus, si iterum Iudex essem, & huiusmodi casus occurreret, quamuis ad veritatem indagandam factis omnibus supra notatis diligentiis ad carcerationem talis indiciati procederem: non tamen ad eius torturam deuenirem nisi habitis prius aliis indiciis. Et si sanguis ex vulneribus occisi fluxerit ad alicuius aduentum, & ibi non fuit præsens Iudex ipse, aut aliter officialis Curiæ, non sit facilis adhoc credendum, quo casu concludenter factum per testes probari debet. Primò, quod cadauer erat frigidum. Secundò, quod sangnis ante aduentum illius non effluxerat, quia alias vidissent, prout viderunt effluere ad aduentum N. de N. Tertiò, an aliquis tunc tetigerit cadauer, Quartò, an ex vulneribus fluxerit, an verò ex ore, vel nasu. Quintò, an exeundo sangnis ebulliret. Sextò, an quando N. de N. discessit, statim sanguis fluere cessauerit. Septimò, an dictus N. de N. cum videret sanguinem, aliquid dixerit, colorem mutauerit, aut timorem, vel tremorem habuerit. Octauò, an statim discesserit. Tandem, an Alii factum aduerterint, & qui fuerint, & sic de reliquis diligentissime inquirendum est.

PRAXIS PROCESSVS.

---

51 Incipiendo nunc Praxim formandi processum criminalem, dico, quod quando Ministri Curiæ Denunciationem alicuius delicti faciunt, scribi in Actis solet subinfrascripta, vel simili.

Forma Denunciationis Ministri Curiæ.

D'e tali . . . mensis . . . Ann. . . &c.

Comparuit personaliter N. de N. publicus cursor, & solitus relator maleficiorum huius Curiæ N. qui ex debito sui officij retulit, prout infra videlicet. Signore, Io son venuto per far sapere à V. S. Reuerendissima, come questa mattina è stato ammazzato vn'huomo chiamato N. (*si sciant nomen*) d'vn'archibuggiata, cō alcune ferite in testa, & vn'altra nella mano destra, il quale adesso sta steso in terra nella strada detta N. auanti la casa N. hauendolo io con i proprii occhi visto, mētre passauo di là; è per quanto hò inteso dire, è stato ammazzato da N. Pertanto ne li faccio relatione, come son'obligato, acciò possa fare quanto bisognarà per debito di giustitia; & il tutto hò riferito a V. S. Reuerendiss. perche così richiede il mio officio, &c.

52 Si verò non sit officialis, qui denunciat, sed alius tertius, potest denunciatio fieri prout sequitur, vel huic similis, videlicet.

Forma Denunciationis Iudicialis cuiuslibet personæ particularis.

In Curia Episcopali N. & coram eius Reuerendissimo D. Generali Vicario, (*siue N. iudice, &c.*) comparet N de N & Iustitiæ zelo tāctus incitatus, ne delicta in publicum Reipublicæ Christianæ, ac ordini Clericali damnum remaneant impunita per denunciationis modum exponit, ac dicit bis præteritis diebus Clericū N. de N. huius Ciuitatis pluries ingressum fuisse in domum N. de N. publicę meretricis in via N. commorantis, cum qua, est publica vox, & fama totius viciniæ, quod præfatus N. multis ab hinc mensibus scandalosè versatur, & tandem die tali mensis talis, &c. dum quidam N. de N perrexisset ad domom eiusdem inhonestę mulieris, d. Clericus exiit de domo præd ctæ meretricis sine vestibus Clericalibus, & multis iniuriis priùs affectum dictum N. de N vt ipsum ab illa domo excluderet, tandem multa vulnera ei cum quodam prohibito pugione, vulgò *stilo* intulit eumdem penè mortuum relinquendo. Quapropter, ne ipse Clericus N de N. de sua iniquitate gloriari valeat, si ob huiusmodi excessum nullam pœnam patietur, cum pluriès prius comperens ipse eumdem monuisset, vt à tali scandalosa practica prædictæ mulieris abstineret, & facere noluit; tandem modo illum denunciat iudicialiter prędictæ Curiæ, ad finem eundem puniendi, vt ille condignè castigetur; & Alii a similibus committendis abstineant in futurum. Super quibus, &c. & ita, &c. isto, & omni alio, &c.

Vel alio modo, prout sequitur, videlicet.

Die, &c. Mens. &c. Ann. &c.

Spontè comparuit personaliter constitutus N de N coram Reuerendissimo D. N. Vicario Generali N. Nempe Notario, &c. ætatis suæ annorum tot... exercens officium N. vel artem N. in Ciuitate, seù loco N. in tali via, seù vicino, &c. prout dixit, *Vel si sit cognitus, dicat:* mihi benè cognitus, &c. qui non animo calumniandi, sed pro veritate tantùm, medio eius iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis manu [illegible] &c & exposuit, prout infra, videlicet. Signore deue sapere V. S. Reuerendiss. che io son venuto a questa Corte a denunciarli per sgrauio della mia coscienza come, &c. (& tunc scribatur totum factum, prout denunciauit, cum eisdem verbis, & ea lingua qua ipsemet loquitur quantum possibile erit, alias adhibeantur interpretes, vt fieri solet in testibus, iuxta Flam. Cartar. *in prax. crim. cap. 2. n. 52. & seq.* Et finita denunciatione, si non dixit de visu, vel auditu, neque nominauit testes, vel designaui tempus, aut locum; tunc interrogari debet de omnibus supra.

supradict s, ac de omnibus aliis qualitatibus, & circumstantiis necessarijs, quas ipse sciuerit, & si speciatim non nouerit; saltem designet eo modo, quo scit; circumscribendo testes per signa, per vestimenta, per staturam, per pilos, per membra, & similia. & scribatur totum id, quod respondet.)

Factis dictis Interrogatorijs dici debet per Iudicem, vel per Notarium: *Habes ne aliud dicere?* Non si dicat: *Non*: fiat ei alia Interrogatio, an ipse denuncians habeat aliquam inimicitiam vel causam odij cum persona denunciata; & tunc scribatur, quod ipse respondet.

Aliquando denuncians, vult addere aliquid aliud, & non recordatur, si dixerat prius, & sic petit sibi legi denunciationem, prout pluries accidit mihi in facto, dum essem Vicarius in Diæc. Mileten. & tali casu debet Vicarius, vel alius Iudex mandare Actuario, vt illam legat clara, & intelligibili voce; sed priùs scribere debet idem Actuarius hoc modo: *Quia facta denunciatione, eum peteret, vt melius recordaretur, sibi legi, iubente Reuerendiss. D. Vicario, vt legeretur; qua lecta, & per ipsum bene audita subiunxit;* Sig. &c. & scribatur totum id, quod dicit, præsertim si nominauerit testes, qui de crimine deponere possunt. Tandem completur sic: *Quibus habitis iniunctum illi fuit, vt propria manu se subscriberet, prout fecit, &c.*

Io N. ho denunciato come di sopra, &c.

Et si nesciat scribere, apponatur: *& cum, vt dixit, scribere nesciret, pro confirmatione supradictorum, fuit ei dictum, vt apponeret propria manu signum crucis, prout apposuit*: & dicatur † *signum crucis propria manus N. de N. scribere nescientis.*

Et si habeat manum tremulentam, potest ipse Notarius, seu Actuarius auxilium præstare. Et postea se subscribat Vicarius Generalis, et notarius, sic.

N. Vicarius Generalis, &c.

N. Notar. &c.

53 Habita denunciatione, si adsit fama publica, vel adsint alia indicia, vt supra dictum fuit, tenetur Iudex Ecclesiasticus ex officio procedere ad inquirendum de delicto, et facere processum, incipiendo tali modo, videlicet. In eadem denunciatione fit Decretum, quod capiatur informatio super crimine denunciato, vt infrà.

Forma Decreti pro capienda informatione.

Qui per illustris, & Reuerendiss. D. Vicarius Generalis N. mandauit super præmissis, & eorum singulis diligenter capi, & summi informationem necessarias, & opportunas, &c. vt iustitia suum sortiatur effectum, & nemo de sua iniquitate gloriari valeat, & citationes contra quoscumque relaxare decreuit, & ita, &c. omni modo, &c.

Vel alio modo, videlicet.

Et per Curiam Episcopalem N. eiusque Reuerendissimum, D. Generalem Vicarium Habitis prædictis fuit promissum, & decretum fore, & esse procedendum ad capiendam diligentem informationem super præmissis, prout diligenter capi mandatur ad finem, &c. & ita, &c. hoc suum, &c.

Vel alio modo, videlicet,

Die... Mens.... Ann... in loco N. &c.

Cum peruenisset ad nostras aures, non absque animi nostri maximo mærore, publica et à deferente fama, quod N. de N. fecerit, etc. dixerit, etc. (*& ponatur delictum prout facti contingentia postulauerit.*) & videntes maximam huiusmodi delicti causam in Reipublicæ perniciem, iacturam, atque damnum inferre; propterea volentes ex debito officij iuridicè super his informari, procedendum esse duximus ad testium examen, eosque citandos dato eis competenti termino ad comparendum & sese examini subijciendum, prout citari, & si recusauerint, ad Curiam trahi mandamus, et ita dicimus; decernimus, et declaramus isto, et omni alio meliori modo, etc.

53 In aliquibus autem Tribunalibus incipitur processus per Notarios, seù Actuarios alio modo, prout infra, quibus forma vtuntur tam Iudices ecclesiastici, quam sæculares, & Regularium Superiores per viam denunciationis procedentes, videlicet.

Forma initiandi Processum per denunciationem alio modo.

Die... Mens... Ann... Perillustris, & Reuerendiss. D. Abb. N. de N. V. I. D. Prothonot. Apost. & Illustrissime, ac Reuerendiss. D. Episcopi N. in spiritualibus, & temporalibus Vicarius, & officialis Generalis, &c. Vel si sit iudex sæcularis, dicatur: *Perillustris D. N. de N. Gubernator, vel Iudex, vel Potestas, vel Viceprinceps, &c. Comitatus N. vel Status N. &c.* Vel si sit Superior Regularis, dicatur: *Admodum Reuerendiss. D. N. de N. Abbas*, vel *Prior*, vel *Rector*, vel *Guardianus, &c. Monasterij*, vel *Conuentus Sancti N. de N. Terra, seù loci N. Religionis N. cum facta illi fuisset denunciatio ab N. de N. Terra N.* vel *eiusdem Religionis N. tenoris sequentis, videlicet.* Et inseratur totus Tenor denunciationis, quo finito subditur: *Ideoque, ne delicta remaneant impunita, Idem Reuerendiss. D. Vicarius*, vel *Abbas, Prior, Guardianus, &c. præcipit, ac mandat, vt citentur N. N. & N. in dicta denunciatione testes nominati, vt tale die compareant coram illo sub pœna excommunicationis*, vel *suspensionis*, si sint in sacris, *ad testimonium ferendum super nonnullis, prout in Actis sua Curia, &c. Quare, &c.* Et fit citatio de qua infrà *section.3. num.38.* Apud Regulares tamen seruatur citatio verbalis tantum cum agatur inter Religiosos eiusdem conuentus regulariter, qui vocantur ad se examinandum, & per Notarium, seù scribam assumptum de mandato superioris scribitur in Actis. *Frater*, vel *Pater N. Testis vocatus, &c. & præstito iuramento, &c.* iuxta examen aliorum testium sæcularium. Et propterea omissis verbis prædictis, *vt citentur testes, &c.* dicatur: *Ideoque ne delicta remaneant impunita, existimauit cum consilio, & voto Perillustris D. N. de N. V. I. D.* (quia semper Regulares, et Iudices, qui non sunt legum Doctores habere debent Assessorem Iuristam, vt alibi dicemus infra, vbi de Assessore *sect.16. num.21. & seqq.*) *procedendum esse ad examinationem testium, pro vt secunda vertatur contentorum in dicta denunciatione, & procedendum, prout de Iure erit faciendum, vocatis ad audiendum, præstitum dictæ N. de N. denunciato, & præstito illis iuramento de veritate dicenda, &c.* Et prosequitur ad informationem more solito, vt infrà dicetur.

55 Quod si Iudex fuerit aliquo modo impeditus, & non potuerit ex se informationem capere, vel causa, et processus faciendi sunt in loco distanti à Ciuitate, vel quia fortè est inimicus denunciato, et proinde suspectus, vel ex alia causa sibi bene visa, causam delegare debet alicui probo Viro vsque ad punitionem delinquentis inclusiuè; quæ delegatio fieri potest infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma delegationis causæ criminalis.

Nos Abbas *N.* de N. V. I. D. Prothonotarius Apostol. ac Illustrissimi, et Reuerendiss. D. Episcop. N. in spiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis, etc. *siuè* Nos Rector, *siuè* Abbas, *siuè* Guardianus, *siuè* Prior, etc. Monasterij, *seù* Conuentus Sancti *N.* loci N. etc. Cum iustis ex causis animum nostrum digne mouentibus non intendamus processum formare, et delictum ab N. de N. notatio perpetratum punire; de tua peritia, delgentia, et integritate confisi his nostris litteris manu nostra subscriptis, et nostro solito sigillo signatis, tibi facultatem concedimus, et authoritatem impartimur, ac indulgemus, vt necessariam informationem de tali delicto in hac inclusa denunciationem contenta capere valeas, testes, examinando, et omnia alia acta seruatis seruandis, prout de Iure, faciendo, quæ pro huius causæ expeditione necessaria, et opportuna fuerint vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè. Dantes, etc. Quia sic, etc. Datum in loco N. vel Palatio nostræ solitæ residentiæ, etc. die, etc. mensis, etc. anni, etc.

N. Vicarius Generalis, &c. vel N. *Rector, &c.*

N. *Notarius, vel Actuarius de mandato, &c.*

Et

Et si Delegatus non sit Iuris Doctor, dici debet in delegatione post verbum indulgemus, *vt nostras induas vices, & vna tecum N. de N. Assessore, vel vna cum Assessore tibi bene viso eligendo, necessaria informationem, &c. vt supra.*

Vel alio modo, videlicet.

Nos, &c. *vt supra*, Cum alijs negotijs, & diuersis arduis causis legitimè impediti, & multum occupati, huic integrè vacare non possimus, de tua peritia, diligentia, ac integritate confisi. His nostris litteris nostra manu subscriptis, nostroque solito sigillo munitis, & signatis tibi facultatem indulgemus, atque concedimus, vt nostras induas vices, cum tali... Assessore, *vel* vna cum Assessore a te eligendo informationem capias de tali delicto... à tali... commisso, prout. & in serta denunciatione, *vel si procedatur per viam accusationis* accusatione, quam tibi transmittimus, *vel si procedatur per viam inquisitionis verbum:* commisso *dicatur*; quod ad nostram notitiam per eius notoriam insinuationem peruenit; testes iuridice examines, audias audiendos, videas videnda, ac omnia alia acta in præmissis quomodolibet necessaria, & opportuna seruatis de Iure seruandis facias, & obserues: summariè tamen de plano, ac sola facti veritate inspecta Iustitiam facias; & procedas vsque ad sententiam diffinitiuam exclusiuè, & postea nobis, & nostræ Curiæ restegas, & acta omnia tradas, atque transmittas. Quoniam, &c. Dat... &c. Datum, &c. *prout sup.*

Deinde statim ac delegatus delegationem receperit citare faciat testes cum inserto tenore delegationis, & illam in principio processus apponat, & similiter eandem notificet ipsi Reo, eo modo, quo melius potuerit, & alia faciat, prout de more fieri solent in huiusmodi delegationibus, de quibus alibi diximus.

56 Quibus peractis aliquando, cum non semper causam committi contingat deueniendum est in primis, ante omnia ad probationem delicti in genere, seù corporis delicti & sic procedatur ad visitationem, seù accessum ad corpus delicti, adhoc vt de ipso constet in genere. Et in hoc maximè aduertere debet Iudex, quia si non constet de delicto in genere, & non verificetur corpus delicti per visum, & sensum corporalem: non intellectualiter; non poterit deuenire ad condemnationem, vt latè dictum est supra. Ideo huiusmodi recognitio corporis delicti fieri debet per ipsummet Iudicem: & si legitimè impeditus fuerit, mittat Alium Virum probum cum Promotore Fiscali, & Actuario, qui diligenter inspicere debent coram testib. qualificatis, & bonæ famæ adhibendo maximè peritum in arte circa illud delictum, vt si sit cadauer occisi, vel corpus vulnerati adhibeatur Chirurgus, & sic de reliquis, describendo diligentissimè quidquid viderint, iuxta communem doctrinam DD. *in prealleg. l. 1. §. item illud. ff. ad Senat. Consult. Sylan.*

Et Fieri solet sequens decretum, vel huic simile, videlic.

Forma Decreti pro faciendo Viso, et Reperto.

Die ... Mens. ... Ann. ... In loco N. Perillustris, & Reuerendissimus Dominus Vicarius Generalis N. Visa denunciatione facta in hac Curia per N. de N. super occisione talis de tali, vel super vulneribus illatis N. de N. vel *super* tali, vel tali delicto, etc. et si fuerint examinati testes super fama publica dicatur. *Examinatis testibus super famam de delicto N. consideratis omnibus in ea contentis, ne tam graue, & atrox damnum publici, seù, & ne delictum lateat, & ne delinquens remaneat impunitus, sed condignis, & debitis de Iure pœnis afficiatur mandauit, quatenus de corpore delicti constet in Actis locum visitari, ipsumque corpus affectum cerni, et bene uideri, vt exinde diligentius capi possit informatio, prout iuris est, et ita, &c. Hoc suum, &c. omni, &c. N. Vicarius Generalis, &c. N. Notarius, &c.*

57 Quo facto, et in Actis redacto fit accessus ad locum, in quo corpus delicti reperitur, et fit visitatio tali, vel simili modo, videl.

Forma Visitationis cadaueris vulgo dicta Visum, & Repertum.

Die... Mens... Ann... In loco N. Accessum fuit per Perillustrem, & Reuerendiss. D. Vicar. Generalem N. Meq; infrascriptum Notarium, seu Actuarium, cum Domino N. Promotore Fiscali Episcopalis Curiæ N. & N N. & N. testibus, &c. ad locum N. (*& describatur locus iuxta denunciationem habitam, & in ea designatus, postea sequitur*) ibiq; præsentib. Nobis, & supradictis, Visum, & repertum fuit per me infrascriptum Notarium cadauer cuiusdam hominis masculi iustæ staturæ, sine barba, ætatis annorum 18. in circa, indutum infrascriptis vestimentis, videlicet: Vn cappello di feltro bianco alla francese, &c. vn gippone, e calzoni di panno di spagna di color cremisino con trene d'argento, con vn colletto di pelle di tante, calzette di seta di color crimisino scuro, e ligaccie simili con merletto d'argento, e scarpe di vacchetta di fiandra incerate con settucie di seta rosse, &c. Iacens humi in loco N. prædicto, vulneratum ictu Archibusij cum trib. vulnerib. pallæ, vno in pectore, vno in ventre, & altero in brachio sinistro, quæ videbantur facta cum dicto ictu, & trib. alijs vulnerib. in capite à parte dextera, quæ videbãtur facta cum gladio cæsim. Deinde in saccculis calligatum, quib. indutum erat, fuerunt reperta infrascripta bona, videlicet. Vn fazzuletto di tela biãca, vna tabbacchiera d'argento, vn officio della Santiss. Verg. con coperta di sigri nera con fibiette d'argento, vna corona del Rosario di ãbra negra di 5. poste, sei dobbie di spagna, e giolij ... di moneta d'argento con vna lettera co'l soprascritto Al sign N. de N. &c. intus vero incipiebat sic... et finiebat sic... quæ bona prædicta penes me recepi, animo consignandi, etc. *vel* fuerunt cõsignata N. de N. loco depositi, etc. et hæc omnia vidi, et annotaui, vt supra pro veritate, præsentib. supradictis DD. Vicario, Promotore fiscali, et N. N. et N. testib. etc.

58 *Si vero fiat visitatio alicuius vulnerati, adhiberi poterit infrascripta, vel similis forma, videl.*

Forma Visitationis Vulnerati.

Die... Mens... Ann... etc. Visitatus fuit per me Notarium infrascriptum demãdato Perillustriss. et Reuerendiss. Domini Vicarij Generalis Curiæ Episcopalis N. *vel* Præsente, etc. Assistentib. Domino N. Promotore Fiscali, N. de N. chirurgo, N. de N. Barbitonsore, et N. N. et N. Dominus N. talis iacens in lecto suæ solitæ habitationis positæ in loco; seu vicinio N. vulneratus quinq; vulnerib. duob. scilicet in capite supra auriculam dexteram, duob. in brachio dextro, et vno in eadem manu, cum maxima sãguinis effusione; quæ vulnera videbãtur facta pugione, *vel* ense, cæsim, quæ quidem erant longitudinis ferè mædii palmi, quæ ego, etc. *Quod si vulnera erant medicata, describantur meliori modo, quo potest. & tunc dicatur.* Quæ vulnera ob medicamenta videre non potui, quæ ego, etc.

Qui vulneratus delato sibi iuramento veritatis dicendæ, prout iurauit, tactis, etc. fuit Interrogatus quomodo reperiatur sic vulneratus, et à quanto tempore citra, et à quo. Respondit; signore Hier sera verso l'hora dell'Aoemaria, mentre mi ritirauo à casa secondo il solito, fui assaltato da N. et N. auanti la casa del tale in mezo la strada publica, e senza dirmi cos'alcuna mi diedero due bote in testa con le spade nude, et all'hora Hauendo io gridato Aiuto Aiuto, Corte Corte, che son'assassinato dalli Tali, corsero li Signori N. N. et N. e li detti tali mi diero tre altre botte mentre fuggiuo, che sono quelle del braccio, e della mano dritta, e si posero a fuggire, credendo d'hauermi finito d'ammazzare, essẽdo cascato in terra stordito delle ferite, et così li suddetti N. N. et N. con altri mi leuorno da terra, e mi portorno a casa al meglio che poterno; per tanto faccio Instanza, che li detti Tali siano castigati secondo le leggi, e la giustitia commanda, esponendo querela di questo, ed'ogni altro miglior modo, etc.

59 Est autem aduertendum, quod ordo prædictus deseruire poterit in casibus similibus, puta in delicto libelli famosi, Iniurijs realibus, furti bonorum, etc. prout forma tradita in visitatione cadaueris similiter deseruire poterit in visitatione loci incendiati, carceris effracti, domus distobatæ, etc. omnia minutim, specificè, et particulariter annotando, mutatis tamen mutandis. Et deinde examinari debent, vel testes, nominati,

vel Alij, qui fuerunt ad actum visitationis specialiter, adhibiti super recognitione corporis delicti in genere Clar. *dict. §. fin. qu. 4. & q. 20 & q. 25.* infrascripto vel simili modo, videl.

Forma examinis testium pro recognitione delicti in genere.

Die prædicta, ibidem, & coram eodem, &c. N. de N. ætatis annorum &c. examinatus fuit statim & in continenti, qui delato sibi iuramento veritatis dicendæ, prout tactis iurauit, &c. deposuit ut sequitur, videlicet. (vulgari, & Italica lingua, si sit Italus: Hispanica, si sit Hispanus: Gallica, si Gallus, quantum fieri poterit, adhibeantur Interpretes, cum Alij testes haberi non possunt.)

Io vedo, e conosco benissimo questo corpo morto, che stà steso qui in terra nel luogo N. quale mentre viueua, si chiamaua N. & era figliolo di N. della Terra N. ch'è ferito nel petto, nel ventre, nel braccio sinistro, che pare essere stato per archibugiata, e tre altre ferite in testa dalla parte destra, che parono di cortellate, e per quanto si vede giudico fermamente, che sia morto per due ferite, e vedo che sia vestito, &c. (& ponantur vestes) *e vedo ancora le robbe, &c.* (& ponantur bona, vt supra.)

Interrogatus, an sciat, vel saltem dici audiuerit quis nam occiderit dictum N. qua de causa, & occasione, & quando.

Respondit: *Sig. io non sò; si bene ho inteso dire da N. che l'occisore sia stato N. de N. per causa, &c. & è successo questa mattina verso le 16. hore per quel che lo sentito dire, &c.*

Interrogatus, an dici audiuerit, quod d. N. occidit dictum N. solus, vel associatus, à quo, vel à quibus.

Respondit: *Ho inteso dire, &c.* (Vel si nesciat, dicatur:) *Non hò altro nè ho inteso altro.* (Vel dicitur aliquid aliud, secundum facti contingentia.)

Tunc Dominus, &c. Examen, &c. Animo tamen, &c.

Tali, vel simili modo examinantur alij testes. Et sic seruari potest in alijs casibus, & in recognitione vulnerati, mutatis mutandis, quod remittitur arbitrio Periti Iudicis, & Notarij. Si cadauer erat nudum, dici poterit esse nudum, &c. cum omnibus alijs qualitatibus, quia circumstantiæ prædictæ maximè iuuant ad formandam postea particularem Inquisitionem contra Reum, et ad detegenda alia indicia. Angel. *de malefic. in verb. fama publica* Boss. *de delict. n. 24. c.* Clar. *in d. § fin quæst. 4. vers. quando verò,* et Alij.

69 Est aduertendum, quod tam in delictis facti permanentis, quam facti transeuntis per supradicta non ligantur manus iudicis, quin habita notitia delicti possit ad sui libitum per examinationem testium, vel per alia media inuestigare de delicto, delinquente, etiam præpostero ordine, prius inquirendo delinquentem per viam generalis inquisitionis, deinde delictum. Quinimò poterit statim ex iusta causa, quæ eius animum moueat, ad capturam deuenire contra suspectos, vel illos cogere ad idoneè cauendum de se repræsentando ad omnem Curiæ requisitionem, licet de delicto sibi non constaret, dummodo ad specialem inquisitionem non procedat, et illum Reum non constituat. Neque interroget prius quam constet de corpore delicti. Clar. *ubi sup. qu. 5. in princ. & qu. 14. vers. sed hic incidenter.*

Item aduertat iudex, an factum ipsi denunciatum, sit dubium: vtrum casu, vel naturaliter euenerit; aut dolo, vel scelere sit commissum, et tunc assumat informationes cum Peritis, vt veritatem inueniat. Quibus captis, vbi scelus non adesse constiterit, sileat: è contra verò vbi resultauerint indicia, ad vlteriora procedat. Clar. *d. §. fin. q. 4. vers. hoc autem circa fin.*

Et similiter aduertat, quando vulneratus non vult propalare delinquentes excusando se, vt communiter fieri solet, et dicendo se non cognouisse, nam non statim erit ei credendum, et tunc omnem diligentiam adhibeat ad discooperiendum etiam ipso inuito. Cl. *d. q. 5. in princ.* Et si coniecturam habeat, quod hoc faciat quia ex se vindictam sumere voluerit, tali casu vel mandet ad carcerem duci, vel si qualitas personæ, aut vulnerum grauitas id non permittant, sequestret illum in domo cum custodia, vel cum cautione idonea de non discedendo, et de habendo illam domum pro secura carcere. Hercul. *de cautione de non offend. c. 3. n. 11.*

SECTIO II.

De Inquisitione.

SVMMARIVM.

Casus:

Casus, in quibus inquiri potest de Iure ciuili.
44 *Fama publica a fide dignis oriri debet.*
45 *Inquisitio specialis fieri potest in quibusdam casibus, etiam non praecedente infamia.*
Casus in quibus specialiter inquiritur sine fama procedente.
Confessio propria est optima probatio.
Inquisitio generalis est praeparatoria ad specialem.
46 *Requisitum inquisitionis substantiale est, ut sit bene formata.*
47 *Crimen laesae Maiestatis non requirit solemnitates.*
48 *Crimen constare debet saltem in genere inquisitionis.*
49 *Infamia, seu fama delicti debet esse vehemens.*
50 *Fama, seu infamia delicti constare debet in actis.*
51 *Crimen commissum per dolum, vel latam culpam inquiri potest; non vero per accidens, vel leuissimam culpam.*
52 *Circumstantia delicti apponenda in Inquisitione.*
53 *Citari debet pars offensa, quando fit inquisitio, an velit accusare.*
Accusatio cessare facit inquisitionem.
54 *Citandi sunt etiam proximiores offensi.*
Remedium ordinarium facit cessare extraordinarium.
Terminus accusandi; quando dandus?
55 *Accusatio coram uno Iudice impedit inquisitionem coram alio.*
56 *Inquisitio permissa per statutum dicitur remedium ordinarium; & similiter de Iure Canonico.*
Accusatio superueniens in quibus casibus non faciat cessare inquisitionem.
57 *Condemnatus, vel punitus, aut absolutus semel de aliquo delicto, non potest iterum de eodem accusari, vel puniri.*
58 *Absolutus semel, sed non per sententiam diffinitiuam, potest iterum accusari.*
Casus, in quibus semel absolutus de delicto, potest iterum accusari.
59 *Absolutus de delicto per conclusionem, potest accusari. Conclusio quomodo cognoscantur, remissiuè.*
60 *Accusatio unius non impedit accusationem alterius.*
61 *Transactio in criminalibus parit lis inter partes.*
62 *Effectus Inquisitionis, qui sint?*
Delicta enormia puniuntur poena ordinaria.
63 *Practica procedendi in inquisitione.*
64 *Repetitio testium necessaria est, ut probent; & qualiter fieri debeat.*
65 *Inquisitionis Iudicium est summarium.*
66 *Conclusio in causa claudit os Iudici, & parti, & sic post illam non fiunt probationes.*
67 *Copia Capitulorum an danda sit Reo de necessitate.*
68 *Ordo Iuris duplex, de substantia, & de congruo.*
69 *Defensio est de Iure naturali.*
Defensio Rei spectat ad Iudicem, si Alius non sit, qui defendat.
70 *Exceptiones quando impediant inquisitionem.*
71 *Inquisitionis differentia, quae sit? nam aliud est procedere per viam Inquisitionis; aliud vero transmittere Reo inquisitionem.*
72 *Inquisitionis generalis edictum qualiter formandum.*
73 *Inquisitionis specialis edicti forma.*
74 *Initium processum qualiter inchoandum.*
75 *Inquisitionis generalis, quoad delicta, & quoad Personas, forma.*
76 *Forma Inquisitionis specialis, quoad Personas, & delicta.*
77 *Clausula Inquisitionis, quae necessario sunt inferenda.*
78 *Stylus Curiae in criminalibus habetur pro lege.*
Citatio contra solitum stylum est nulla etiam in ciuilibus.
79 *Forma breuior Inquisitionis, in leuibus delictis.*
80 *Citatio Inquisiti cum inserto tenore Inquisitionis.*
81 *Relatio Cursoris est de substantia citationis, & processus Quomodo fieri debeat cum iuramento.*
82 *Forma Relationis.*
83 *Forma citationis sine inserto tenore.*
84 *Ordo Inquisitionis non semper idem.*

1 Absolutis magis necessari ad primum modum, & viam procedendi in Iudiciis criminalibus, scilicet per denunciationem, sequitur videre de secundo, & sic de Inquisitione. In qua de more plura à Nobis examinanda erunt, Primò, Quid sit Inquisitio. Secundò, quotuplex. Tertiò, quomodo, & in quib. delictis faciẽda sit. Quartò, quae requirantur ad Inquisitionis validitatem. Quintò, quis sit eius effectus.

Quoad primum, est notandum, quod Inquisitio nihil aliud est, quam diligentia quaedam facta per Iudicem ad inuestigandum aliquem delinquentem ad publicam vtilitatem ex mero officio procedentem, praecedente tamen fama, vel indiciis, vt possit deuenire ad condemnationem criminis commissi. *ut colligitur ex c. Inquisitionis, & c. qualiter, & quando 2. accus. & c. licet Heli de simon.* vbi de communiter.

Alii autem aliter describẽdo, seu definiendo, asserunt quod Inquisitio, est inuestigatio criminis, vel occulti peccatoris, quae fit à Praelato, vel Iudice; de qua Summistae *in verb. Inquisitio.* DD. *in d. c. qualiter, & quando.* S. Antonin. *3. p. tit. 9. cap. 7.* Nauarr. *in c. inter verba 11. quaest. 3. conclus. 6. corollar. 61. & seq. & in rubr. de iudic. notab 20. & Manual. c. 18. nu 38.* Sot. *de iust. l. 6. qu. 6. art. 2. & in tract. de tegend. secret. memb. 2. qu. 6.* Bonac. *tom. 2. de legib. cure 8. Decal. prac. disput. 10. qu. 2. punct. 5. num. 7. & seqq.* & Alii infra citandi.

2 Differunt autem à denunciatione & accusatione; nam Inquisitio siue delicti, siue delinquentis fit ex officio, & ad solos Praelatos, & Iudices pertinet, & praecedere debet regulariter infamia, aut clamorosa insinuatio, si sit particularis inquisitio. *c. super his, & d. c. qualiter 2. de accus.* Accusatio solis subditis, & in ea requiritur subscriptio, *ut in d. c. super his, & c. per scripta, §. libellorum 6. q. 8.* Denunciatio verò omnib. conuenit ex charitate Euangelica, et praecedere debet charitatiua monitio, *ut in c. si peccauerit. 2. q. 1. & dixi sup. sect. proced. n. 2.*

Hinc est, quod dando Inquisitio fit per Iudicem ex officio, generaliter inquirendo super criminalibus, nõ requiritur praeuia infamia, clamorosa insinuatio accusatio, vel denunciatio. Tum quia, non expedit pro publico bono, tum quia conuenit delicta puniri, quod fieri non posset, si in generali inquisitione requireretur infamia, accusatio, aut denunciatio. ita contra Alciat. *in c. 1. de offic. ordin. n. 5. tenens.* Reginald. *l. 25. n. 647.* Valentia *in 2. 2. disp. 5. c. 14.* Sayr. *in Clau. Reg. l. 12. c. 10. n. 15. vers. prima propositio.* Sot. *l. 5 de iust. q. 6. art. 2. concl. 5.* Nauarr. *in Manual. c. 18. n. 38.* Moln. *tom. 4. tract. 3. disp 47.* Less. *de iust. l. 2. c. 29. dub. 13.* Filliuc. *tr. 40. c. 6. q. 9. n. 181.* Bon. *ubi sup.* & alij apud illos per textum *in d. c. 1. de offic. ordin. & c. 1. de censib.*

3 *Quoad secundum*, est notandum, quod Canonistae *in d. c. qualiter, & quando 2. de accus.* plures Inquisitionis species constituunt, Theologi verò duas tantum admittunt; vel ad summum tres. Ad quas reliquae omnes reduci possunt. Vna dicitur Inquisitio Generalis omninò; Alia specialis omnino. Tertia vero mixta partim generalis, & partim specialis.

Generalis omnino est illa, quam Praelati faciunt, quando visitant suam Dioecesim; *de qua in c. placuit 10. q. 1. & c. 1. Romana. § sanè. & § seq. de censib. in 6.* Vel Iudices, & Principes, quando visitant suas Iurisdictiones, & inquirunt, an sint homines facinorosi in eis. *de qua in l. congruit ff. de offic. praesid.* Vel Superiores Regulares, quando visitant Religionem. Qui solent ponere edicta, generalia, vt qui nouerit aliqua crimina, deferat illa ad Superiorem, non nominando personas, aut crimina in particulari, sed tantum in genere inquirunt, an quis aliquod crimẽ commiserit in illa Dioecesi, Ciuitate, aut Conuentu.

Potest autem esse Generalis 4 modis.

Primò, quoad Personas, & quoad delicta vt mox iam dictum est.

Secundò, potest esse generalis, quod Personas, sed specialis, quoad delicta, vt cum Iudex inquirit contra occisores Titii, de qua habetur *in l. mandatis. ff. de condition. ob turp. caus.*

Tertiò, esse potest generalis, quoad delicta, sed specialis, quoad personas, vt si Praelatus inquirat, contra personas ex fletis in Ecclesia, ad inuestigandum quis eorum crimen commiserit. *de qua in c. inquisit. de accus.*

Quartò, esse potest generalis, quoad personas de necessitate, vt si inquiratur super proditione, aut maleficio Ciuitatis, *de qua habetur in l. 1. C. de monopol.*

4 *Inquisitio specialis* omnino, est, quando inquiritur in particulari, tam quoad Personas, quam quoad delicta, specificando certam Personam, & certum crimen, prout An Titius tale homicidium commiserit: *de qua habetur in l. ea quidem. C. de accusat.*

5 *Inquisitio* vero *mixta*, idem partim generalis & partim specialis, est quando exprimitur delictum in particulari, sed persona non specificatur, faciendo solum inquisitionem in cõmuni, vt accidit quando inuenitur cadauer alicuius occisi, &

inuestigatur generaliter quis occiderit. Vel si exprimatur certa Persona, sed non crimen, vt puta, an Titius sit homo criminosus.

6 *Quoad tertium*, quomodoscilicet, & in quibus delictis facienda sit Inquisitio, est notandum, quod aliter proceditur de Iure Canonico, & aliter de Iure Ciuili, de Iure enim Canonico inquisitio fieri potest in omni crimine, tam si sit generalis, quam specialis, sed cum aliqua differentia, nam generalis fieri potest, sine diffamatione, seù infamia procedente, vt supra diximus *num. 2.* specialis verò inquisitio fieri nequit, nisi præcedente infamia. *vt habetur in cap. Deus omnipotens. 2. quæst. 1. cap. licet Hely. de simon. cap. cum oporteat. dict. cap. Inquisitionis, & capit. qualiter. 2. de accus.* vbi Summus Pontifex hoc comprobat ex diuersis Sacræ scripturæ locis, prout *ex Genes. capit. 4.* vbi habetur, quod Dominus noluit condemnare Cain, antequam vox sanguinis fratris sui Abel clamaret ad eum de terra. Item *ex Genes. cap. 18.* vbi habetur quod noluit Dominus destruere Sodomam, & Gomorram propter eorum nefanda peccata, nisi postquam clamor eorum, hoc est infamia delicti ascenderat à Cœlum: Vnde postea dixit Deus: *Descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint.* & Idem probatur ex illo *Lucæ 16.* vbi habetur, quod postquam villicus diffamatus fuit apud Dominum de iniqua villicatione, tunc dominus vocauit eum, & dixit: *quid est hoc, quod audio de te? redde rationem villicationis tuæ, &c.* Ex quibus, & aliis Sacræ scripturæ locis probatur non licere iudicibus procedere per specialem inquisitionem, nisi procedat infamia, aut clamorosa insinuatio, & notatur per DD. citand. in fra. nu. 18.

De Iure verò Ciuili regulariter fieri non potest inquisitio, nisi in quibusdam casibus, vt dicit Gloss. *in l. 2. §. si publico. ff. ad legem Iuliam de adulter.* vbi Bart. Angel. & DD. communiter. Clar. *in Pract. crimin. qu. 5. vers. quæro.* S. Antonin *p. 3. tit. 9. c. 7. §. 2.* Specul. *l. 3. de inquisit. §. 2. n. 1. cum seqq.* Nicolaus de Natta *in sua disputatione*, sed tantum casus ponit, quos enumerat Bart. *vbi sup.*

Quorum Primus est ad denunciam officialis adhoc deputati. *l. Diuus ff. de custod. Reor.*

Secundus est in falso teste ob incidentem cognitionem præcedentem. *l. nullam C. de testib. & l. vbi C. de fals.*

Tertius est propter præcedentem generalem inquisitionem, quia alias frustra fieret generalis, nisi fieri postea posset specialis. *l. congruit ff. de offic. præsid.*

Quartus est, quando maleficium coram iudice committitur, vt producendo falsam scripturam, vel similem. *l. iubemus C. de probat.* vel vtitur falsis testibus in iudicio. *d. l. nullam. C. de testib.*

Quintus est, propter atrocitatem criminis, & iniuriam, factam Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis. *l. si quis in hoc genus C. de Episc. & Cler.* quæ est cannonizata *in cap. in promis 2. q. 1.*

Sextus est, propter criminis notorietatem. *l. ea quidem C. de probat.*

Alijtamen alios ponunt, & sic sequendo præsumpto ordinem, dico quod.

Septimus est, quando inuenitur dominum occisus, & Ignoratur a quo de familia. *l. 1. §. occisorum, & §. si quis mota. ff. ad Sen. consult. Syllan.*

Octauus est, quando accusator pecunia corruptus accusationem non prosequitur. *l. abolitio C. de abolit.*

Nonus est, quando ex officio Iudex inquiritur contra sacrilegos, latrones, plagiarios, fures, & receptatores eorum. *l. congruit & l. 3. ff. de offic. præsid. iuxta c. 1. de offic. ordinar.*

Decimus est, in crimine suspecti tutoris. *l. 4. §. præterea. ff. de suspect. tutor.*

Vndecimus est, quando hæres subtraxit aliquid de hæreditate in fraudem creditorum. *l. scimus §. licentia C. de iur. delib.*

Duodecimus est, in crimine lenocinij. *d. l. 2. §. si public. ff. ad leg. Iul. de adulter.*

Decimustertius est, in casu naufragii nauis. *l. quoties C. de naufrag. l. 11.*

Decimusquartus est, quando quis confitetur socios habuisse tales in committendo delicto, quia socios criminis non creditur contra Alios & sic Iudex inquiret. *l. fin. C. de accusat. c. 1. ap. de confess.* ad inueniendum socios criminis. *libr. 1. §. si quis vltro ff. de quæst.*

Decimus quintus est in crimine hæresis, Apostasiæ, *l. Apostatarum C. de apostat. l. nemo C. de iudeis.*

Decimussextus est, crimine læsæ maiestatis. *l. 2. & 3. C. ad leg. Iul. Maiest.*

Decimusseptimus est, in crimine calumniæ. *l. 1. C. de calumniat. l. 1. §. 1. ff. ad Turpill.*

Decimusoctauus est, in casibus, in quibus quis condemnari potest sine accusatore, qui notantur *in d. l. 2. §. si publico. ff. ad leg. Iul. de adult. & c. vnic. ut Ecclesiast. benefic. & c. de manifesta. 2. quæstion. 1.*

Decimusnonus est, quando inquiritur de iuribus Principis. *lib. 1. & l. pen. C. de bon. vac. l. 10.*

Est bene verum, quod de consuetudine Iudices Sæculares inquisitionem faciunt regulariter de omni delicto, nisi per statutum particulare loci eis prohibeatur, suffulti authoritate. *d. l. congruit, de offic. præsid. & §. habemus autem Auth. de col. & l. 3. de arbitr. & lib. 1. circ. princ. C. de custod. & exhib. reor.* vt aduertit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. *in d. l. 3. de inquisit. §. 2. vers. quando autem in princ.* Gandin. *de malefic. tit. quomod. cogn. de malefic. per inquis. post num. 3. vers. sed hodie*, & Al [illegible] apud Clar. *ibid. q. 3. vers. & consequenter ibi: sed certè & d. quæst. 5 vers. quæro* sed tenetur de Iure communi non possent inquisitionem facere, nisi in præfatis casib. vt tradit Io. Andr. *vbi sup. §. 2. lit. B.* Et hæc quo ad Iudices sæculares de Iure Ciuili.

Iudex autem Ecclesiasticus potest, vt supra diximus, specialem inquisitionem facere in omni crimine, dummodo præcedat infamatio, *d. c. inquisitionis, & c. qualiter 2. de accus.* Sed ad inquisitionem generalem deuenire potest absque præcedenti diffamatione, *vt habetur in c. placuit 10. qu. 3. & c. Romana §. sed deos. sib. in 6. & latius dicemus infra.*

In aliis verò potest ad specialem inquisitionem deuenire, post denunciationem lib. 1. Clam. *c. ad nostram 3. de iureiur.* & in notoriis criminibus, etiam sine denunciatione. *d. cap. ad nostram c. euidentia de accusat. c. de manifesta 11. qu. 1.* Innoc. *in c. vestra de cohabit. cler. & mulier* & in quibusdam aliis, etiam sine infamatione, de quib. [illegible] *an. 4.*

7 Sed quæritur, an testes interrogati super aliquo crimine, si non præcedat infamatio, quod aliquis illud commisserit, teneantur respondere?

Respondeo [illegible], quod in hoc dubio Doctores sunt valdè discordes: ideo præmitti debet, quod omnis inquisitio ob duplicem finem fit: nimirum vel ad damnum, aut errorem euitandum; vel ad pœnam infligendam, & ad punitionem delinquentis: quo casu pœna, aut est priuatiua, vt si inquiratur contra beneficiatum, vt priuari possit beneficio, siue contra aliquem administrationem habentem, vt possit priuari officio: Aut est positiua secundum DD. puta ad puniendum posttinè delinquentem, carcerandum, torquendum, &c. Primò casu inquiritur ad damnum, vel errorem vitandum, quando inuestigatur de meritis personæ, adhoc vt illi conferatur beneficium, aut officium ne assumatur ad illud aliquis indignus: Aut vtrum inter Seium, & Bertham contrahere volentes, sit aliquod impedimentum matrimonii contrahendi.

Et in hoc respondetur Primò communem Doctorum sententiam esse, quantum ad inquisitionem ad damnum euitandum, quod licet nulla omninò præcedat infamia, testes a Iudice competenti requisiti, tenen. ut iuridicè manifestare delicta, quæ verò, & certò sciunt, etiam si secreto requirantur. Quæ obligatio procedit similiter circa subditum Reum in causa propria ita vt si a suo Iudice interrogetur, teneatur se prodere, & manifestare defectus ita Michael Salon. 2. 2. q. 68. *art. 1. controu. 4.* Et maximè tenetur principalis, quando postulat spontè officium, aut dignitatem, si interrogetur, etiam si defectus sint occulti: Ratio est, quia Iudex, vel Prælatus tenetur ex iustitia conferre illud officium, aut beneficium digno, & non indigno, & consequenter cum possit inquirere, an dignus sit, *vt habetur in cap. cum in cunctis, cap. cum dilectus, & c. nihil est de elect.* & aliter scire non possit, nisi per testes, aut per confessionem ipsius postulantis: potest vtique eos Interrogare, & ipsi tenentur respondere Confirmatur, nam eo ipso, quod quis postulat officium, vel beneficium, offert se voluntariè huic incommodo, & videtur cedere iuri suo, & consentire, vt Iudex suum exequatur officium.

Secus est, si quis non postulauerit, sed potius Iudex, aut Prælatus illi offerat officium, aut beneficium, quia tunc non tenetur manifestare defectus, retinet enim ius, ne de occultis infametur, cui non renunciat, nisi quando spontè, & voluntariè postulat.

postulat. Quod intelligendum est de illis defectibus, qui sunt ordinati ad illud officium, aut beneficium exercendum, non de alijs.

8 Quantum verò ad aliam inquisitionem, scilicet ad inferendam pœnam, antequam vera responsio tradatur, declaranda, & præmittenda sunt quædam, quæ non solum deseruient ad resolutionem præsentis dubij, verum etiam ad intelligentiam aliorum in præsenti Praxi agendorum, vt est infamia, seù clamorosa insinuatio, indicium & probatio semiplena. Circa primum est notandum, quod infamia seù clamorosa insinuatio, seù infamatio differunt inter se secundum Aliquos, nam *Infamia* est, quando Viri probi iudicialiter testantur esse talem rumorem, & famam de tali crimine. *Clamorosa verò insinuatio* est vox totius populi, vel publicus rumor, inter multos, de tali crimine, extra iudicium. ita Hostiensis, & Antonin. *in c. Inquisitionis, & cap. qualiter, & quando 2. de accusat.* Salon. 2. 2. q. *69. art. 2. controu. 1* Martin. Nauar. *in c. inter verba 11. qu. 3. concl. 6. corollar. 63. num. 697.* Alij verò nullam faciunt differentiam inter ista, sed pro vno & eodem illa sumunt. ita Abb. & Anan. *in d. ca. Inquisitionis, & cap. qualiter 2.* Sotus. *in relect. de tegend. secret. membr. 2. q. 5. dub 3. & l. 5. de iust. q. 6 art. 2. concl. 6.* & Petr. Nauarr. *l. 2. de restit. c. 4. p. 2. dub. 3. n. 153.*

9 Quidquid tamen sit de hoc, obseruandum censeo, iuxta doctrinam Soti, *vbi sup. dicta conclus. 6. propè fin. &* Caietan. *2. 2. q. 69. art. 1.* quod duo præcipua requiruntur ad infamiam; (prout importat diffamationem commissis criminis, non verò iniuriam) *Primum* est, frequens opinio, & vox bonorum hominum. *Secundum* est, vt sit de tali crimine. Vnde per primum patet, quod clamor, & opinio malorum, & hominum infimæ conditionis, non inducit legitimam infamiam. Per secundum verò apparet, quod clamor, & vox de alijs criminibus, neque infamiam legitimam constituit, quia inquisitio regulariter fieri non potest, nisi de illo crimine, de quo quis diffamatus est. *dict. cap. qualiter 2. de accusat. & cap. licet Hely de simon.*

10 Et ex dictis meritò desumi potest definitiò ipsius infamiæ, quod scilicet sit frequens vox bonorum, & proborum virorum, quę hominem de tali crimine rationabiliter suspectum reddit. Vnde Vicarius, vel Alius Iudex cōsiderare debet nimis diligenter, quando inquisitionem facit, an infamia habuerit principium a personis fide dignis, vel a maleuolis, aut emulis alicuius quia de ista nulla est habenda ratio. *vt habetur in c. cum iuuentute, de purgat. Canonic.* vbi Abb. & Alii.

11 Quis autem numerus hominum inducat infamiam, non concordant inter se Doctores. Quidam enim Canonistæ. *in cap. Inquisitionis de accusat.* asserunt, decem hominem requiri ad faciendam infamiam. Theologi vero dicunt in Iure nihil esse cautum super tali numero denario, nam *in c. Inquisitionis §. tertia dubitationis, & §. quasi vsti*, solum habetur, non sufficere duos, aut tres testes, etiam si cum iuramento dicant adesse famam publicam talis delicti a tali homine commissi. Ita Sotus *dict. l. 5. de iust. & de tegend. secret. vbi sup.* Salon. 2. 2. q. *99. art. 2. controu. 1.* vbi tenent dictum numerum relinqui in arbitrio Iudicis, qui prudenter considerare debet circumstantias loci, temporis, personarum, & similium quia in populo magno, decem pauci sunt & nemo reputari debet infamatus per dicta paucorum, nisi eius opinio apud bonos & graues læsa existat & ista sententia reputatur verior. Neque est omittendum, quod ad infamiam, non requiruntur testes oculati, seù de visu, sed sufficit, si audiuerint a fide dignis, vel habuerint indicia, & coniecturas sufficientes.

12 Circa secundum scilicet *Indicium*, est notandum, quod indicia propriè sumpta, sunt circūstantiæ, & signa, ex quibus prudenter, & rationabiliter solet quis de actionibus, & operibus aliorum indicare. Sed quia Sanct. Tho. 2. 2. *qu. 69. art. 2.* Caietan. & Salon. *ib.* Sot. *lib. 5. de iust. qu. 6. art. 2.* Greg. de Valentia *tom. 3. disp. 5. q. 13. punct. 2.* & Alii aduertunt, quod hęc indicia, non qualiacumque esse debent, sed perfecta, ex quibus vehemens suspitio oritur, & certitudo quędam moralis coniecturandi. Ideo obseruare oportet tres iudiciorum gradus.

13 Aliqua enim indicia sunt leuia: alia grauia; alia grauissima. *Leuia* sunt, quando quis videt hominem actionem aliquam facientem, quæ est differens ad bonum, & ad malum, vt si videat hominem loquente cum fœmina in publica via, & iudicet malum; cum potius iudicare deberet alloquutionem ad bonum finem, iuxta illud Apostoli 1. Corinth 4. *Nolite ante tempus iudicare.* *Grauia* sunt, quando consideratis circumstantiis loci, personarum, vel temporis, deducitur probabile indicium super aliqua actione, quam quis videt; vt si homo malæ vitæ alloquatur soles cum fœmina sola in loco suspecto, & hora insolita. *arg. c. presbyter 2 q. 4. & c. primo semper 2. q. 1.* *Grauissima.* quando quis ex actione, quam videt. potest moraliter coniecturare, & iudicare, quod res ita si habeat, prout si videat aliquem hominem nudum iacentem in lecto cum muliere nuda: rectè iudicare potest concubuisse; vel si quis aufugiat euaginato gladio, et sanguine asperso, iuxta locum, in quo est occisus, maximè si sit inimicus, nam rectè iudicabitur, quod ipse occiderit, iuxta text. *in c. dixit dominus 32. q. 1.*

Huiusmodi autem indicia dicuntur etiam indubitata, quia ita animum iudicantis vrgent, vt vix ad credendum contrarium persuaderi valeat; neque eius intellectus in oppositum iudicium verti possit. Marsil. *in rubr. C. de probat. numer. 160.* Magon. *decis. Lucens 39. num 13. in fin* Caball. *cas. 288. nu. 10.* Farinac. *cons 70. num. 2.* Quæ indicia sufficiunt ad torturam, et aliquando ad condemnationem. Et de istis indiciis plura traduntur exempla per Doctores; Quorum primum est, si Dominus loquatur ad aures famuli, qui illicò occidit inimicum Domini sui; tunc rectè iudicari potest, quod ille occiderit de mandato Domini, vnde Dominus non solum ex tali indicio torqueri: verum & condemnari potest. Rimin. Iun. *consil. 88. n. 21. vol. 1.* Decian. *respons. 65. nu. 1. vol. 3.* Mascard. *de probat. conclus. 80. num 3. & concl. 497. num. 17.* Clar. *qu. 89. num. 7.* & ibi Baiard. *numn. 23.* Crauett. *cons. 35. num. 4. & seqq.* quamuis Honded. *cons. 87.* teneat tale indicium sufficere solum ad torquendum, non autem ad condemnandum reum: cuius sententiæ magis adhæreo, cum possit esse, quod allocutio secreta facta fuerit, ob aliam causam, quam ob homicidium, nisi ex verbis præcedentibus aliud præsumi possit. Secundum est, quando quis insequutus est aliquem fugientem, qui postea videtur vulneratus, quia tunc indubitatum resultat indicium, quod ipse vulnerauit, Angel. *de malefic. in verb. & fama publica sub. nu. 18.* Brun. *de indic. par. 1. quæst. 9. numer. 6.* Caball. *loc. cit. numer. 9.* Lepid. *decis 149. per tot.* Tertium exemplum ponitur, quando quis repertus fuit occisus in aliquo loco; in quo visus fuit homo, qui erat illi inimicus, & quod gladium, vel aliud armorum genus deferebat, quo ille occisus est, quod statim aufugit, & quod illico de homicidio infamatus fuit, nam his quatuor concurrentibus indubitatum, & grauissimum indicium oritur contra talem, qui ex ipso condemnari potest Blanc. *de indic. numer 12.* Surd. *consil. 132. numer. 94. vol. 1.* Natt. *cons. 35. numer. 4. in fin* Guid. de Suz. *de indic. numer. 100.* & ibid. Bologet. Quartum est, quando quis egrederetur de aliqua domo vnicum tantum ostium habente, & visus fuit in facie pallidus, cum ense euaginato, & sanguine asperso in manu, trepidans, ac fugiens, & statim post illius exitum repertus fuit ibi homo de recenti occisus: Caball. *d. cas. 288 n. 9.* vbi Alios adducit. Guid. de Suz. *de tortur. numer. 99.* et ibid. Bologner. Clar. *qu. 11. vers. si aliquis* vbi Baiard. *laid*, Nouell. *in Pract. fol. mihi 44. nu. 8.* Surd. *consil. 132. nu. 90. vol. 1.* Magon. *decis. 39. nu. 12.* Quintum ponitur exemplum, quando duo rixari videntur cum gladijs, rixa vero finita vnus vulneratus apparet, nam tunc indubitatum resultat indicium, etiam ad condemnandū sufficiens, quod à Conrixante percussus fuerit. Marsil *singular. 268. & in d. rubr C. de probat. num 249.* Farinac. *cons. 31 num. 8.* Bursat. *cons. 430. n. 1. in fin. vol. 4.* Baiard. *ad Clar. q. 96. n. 21.* Lepid. *d. dec. 149. n. 1.* Magon. *vbi sup. n. 11.* Caball. *ib. n. 8.* Gratian. *cons. 47. n. 3. vol. 3.* Surd. *vbi sup. n. 94.*

14 Est autem notandum, quod indicia plura esse debent, quia regulariter ad condemnandum vnicum non sufficit. Menoch. *de præsumpt. l. 1. q 40. n. 10.* Farinac. *in Pract. crim. qu. 86. n. 93.* Est benè verum, quod in materia indiciorum plurimum valet arbitrium Iudicis, qui considerabit qualitatem personarum, locorum, temporum delictorum, et similium, et sic vnū stare poterit loco primum, attentis circumstantiis. ita communiter DD. quos refert Angel. *de malefic. in verb. fama publica num. 9.* sequitur Clar. *in Pract. crimin. §. fin. qu. 20. circ. princ. & q. 64. vers. hoc autem* Caualcan *de Brach. Reg. p. 3. n. 73.* Menoch. *de arbitrar. cas. 370. n. 3. l. 2.* Casson. *in Pract. tit. de tortur. num. 6.* Battandier. *in Prax. crim. regul. 29. n. 9.* omnes tamen concludunt, quod Iudicis arbitrium regulari debet à Iure, prout Ego latrius alibi dixi sup.

15 Circa tertium est notandum, quod *semiplena probatio* est dictum vnius testis oculati, & iurati; qui dicitur omni exceptione maior; nam regulariter videos crimen committi, puta homicidium, furtum, aut aliud simile, est testis oculatus, & omni exceptione maior, nisi aliquam habeat exceptionem. Idem dici potest de teste deponente de auditu, quando crimen spectat ad sensum auditus, prout si quis testatur se audiuisse Titium hæc, vel illa loquentem; talis enim testis facit semiplenam probationem. *l. Theopompus ff. de dot. præl. l. 3. § fin ff. quemadm. testam. aper. & l. si duo ff. de iureiur.*

Ista autem semiplena probatio non est sufficiens ad aliquem condemnandum, quia non dicitur vera probatio illa, quæ ex dicto vnius testis resultat, Bald. *in l. fin. C. de probat.* Marsil. *singul. 431. & singul. 112.* cum omni lege prohibitum sit, vt venios testimonio credatur. *cap. admonere 33. qu. 1.* & communiter dicitur dictum vnius, dictum nullius, vt habetur in iuribus infra citandis. *Sect. 4. nu. 38.* & probant. Rimin. Iun. *conf. 344. num. 47. & 448. num. 1.* Surd. *conf. 128. n. 19. vol. 1.* Odd. *conf. 13. n. 2.* Aut Gabr. *concl. 1. de testib.* Iodoch. *in Pract. crim. c. 10. n. 5.* Magon. *decis. Lucens. 57. n. 6. & decis. 75. n. 4.*

Quod procedit etiam si vnicus testis esset omni exceptione maior: imò etiam si aliqua dignitate præfulgeat. *cap. si testes § iurisiurandi vers. vnius 4. qu. 3.* Marsil. *in Pract. crim. § diligenter num. 131.* Clar. *in ead. Pract. qu. 13. vers. dixi etiam & vers. sed quid* vbi loquitur de Papa, & Imperatore, & ibi Baiard. *num. 24.* Decian. *respons. 93. num. 23. vol. 2.* qui loquitur in Episcopo, & cardin. & Rim. Iun. *d. conf. 344. num. 47. & conf. 554. nu. 40. & conf. 571. num. 25.*

Quæ conclusio est adeo vera, vt neque Summus Pontifex, vel Imperator de Iure statuere possit, quod vnus testis plenè probet, prout tenet post Alios, quos allegant Decian. *d. respons. 93. num. 27.* & Baiard. *dict. qu. 53. nu. 45. in fin.* Neque per statutum alicui loci hoc induci potest. Angel *de malefic. verb. & fuma publica nu. 47.* Roman. *singul. 715.* Bald. & Plot. *conf. 5. tom. 2. crimin.* Decian. *vbi sup. n. 26.* Bertaz. *conf. 261. n. 46.* & latè Caball. *cas. 2 0. n. 125.*

Nota tamen, quod si testis vnicus adminicularetur cum alis præsumptionibus, & indicijs, sufficeret ad condemnandum, vt probat Decian. *d. resp. 63. nu. 8.* Crauett. *conf. 36. n. 6.* maximè si delictum probari non posset, nisi per illum testem Bertaz. qui Alios citat. *in conf. 106. nu. 9.* Gabr. *de testib. conclus. 1.* vbi alias ampliationes ponit Corrad. *in sua Pract. c. dicta testium num. 5.* vbi 35. casus refert, in quibus vnico testi plenè creditur. Farinac. *qu. 62.* & latè Caualcan. *in Pract. de testib. par. 3. n. 19. 64. 135. & 177.* post Speculator. *in l. 1. de teste § 11. à num. 8. vsque ad 13.* vbi triginta casus enumerat, in quibus dicto vnius testis fides adhibetur.

16 Duo verò testes integras conditiones habentes plenam faciunt probationem. *cap. si testes § item vbi numerum*, & ibi Gloss. *in verb. duo 4. quæst. 3. c. in omni de testib. lib. in omni ff. de testib. & l. Theopompus. ff. de dot. præleg. & facit lex. vbi numerus C. de testib.* vbi habetur quod quando non est præfixus numerus testium duo sufficiunt ad probandum plene. vid Speculator. *l. 2. de probation. § 3. numer. 28.* vbi ponit sex genera semiplenę probationis. Quod autem duo testes plene probent etiã in criminalibus, tradunt Marsil. *singul. 47.* Gomez *de delict. cap. 12. num. 9.* vbi de communi. Mascard. *de probation. conclus. 467. num. 7.* Decian. *respons. 48. num. 38. & resp. 59. num. 1. vol. 3* vbi ait, multo fortius esse si plures fuerint, Farinac. *qu. 63. num. 232. & seqq.* Caualc. *in pract. de testib. p. 2. n. 1. cum seqq.* vbi recenset alios casus, in quibus maior numerus testium requiritur. Sed regulariter duo sufficiunt, quia in ore duorum, vel trium stat omne verbum. *d. cap. in omni de testib.* Clar. *q. 66. vers. pen. in fin.* Suar. *recept. sentent. in verb. testes duo. n. 121.*

Isti tamen duo testes esse debent omni exceptione maiores in criminalibus, ita vt contra eos, & eorum dicta nihil opponi possit, Gomez. *vbi sup. num. 11.* Mascard. de probat. *conclus. 297. numer. 9. & cas. 160. num. 6.* Merend. *tom. crim. conf. 86. num. 24.* Asynius *eod. tom. cas. 109. num. 12* Farinac. *conf. 1. numer. 17.* Simon. de Pret. *conf. 188. num. 13.* Caualc. *loc. cit. par. 1. nu. 94.* vbi dicit, quod in genere testes omni exceptione maior dicitur Masculus, liber, sanus mente, non vilis, nõ minor vigintiquinque annis, non delinquens, non habens interesse in causa, vir probus, & christianus. Sed quis est hic & laudibus eum, qui tot qualitates copulatiue in se habeat? vide Villagut. *in pract. crim. lib. 8. tit. de testib. cap. 4. conclus. 1.* vbi ait, paria esse dicere testem esse omni exceptione maiorem, ac idoneum, seù legitimum, exceptis quibusdam casibus. Quod si duo testes non essent omni exceptione maiores, semiplenam probationem aliquando faciunt ad torquendum, non ad condemnandum. Baiard. *ad Clar. qu. 22. num. 10. & seqq. & qu. 69 num. 5.* Quia regulariter duę semiplenę probationes in criminalibus non sufficiunt ad condemnandum. Clar. *qu. 63. vers. pen.* & ibi Addens Caualc. *de test. dict. p. 3. n. 99.*

17 Debet tamen testis esse iuratus ad hoc, vt ei adhibeatur fides, alias sine iuramento nullam vim habet in iudicio, & eius testimonium non valet. *c. præcit. si testes. § item iurisiurandi. hortamur. 3. qu. 6.* etiam si sit Religiosus, *cap. tuis, & c. nuper, de testib.*

Et debet esse iuridicè vocatus, non vltroneus. Caietan. & Valent *vbi sup.* alias redditur suspectus de falso Bossius, *de tortur. testium numer. 9.* Et sic prædictis requisitis concurrentibus vnius testis probationem semiplenam facit: Alioquin vnico testi non creditur. Imò neque causa ciuilis dicto vnius terminari poterit. *c. licet vniuersis in fin. ante § 1. de testib.* etiam si Præiudicialis dignitate præfulgeat. *c. licet ex quadam. eod. tit.* quia vox vnius vox nullius. *c. si testes. § iurisiurandi 4. qu 3. & l. iurisiurando C. de testib. & argum. l. 1. § item Cornelius, & l vnicepen. de quæstion.* cum dictum vnius, nec iustificet, nec condemnet. *c. admonere. 33. q. 1.* vt dictum est supra, nisi in casibus, de quibus DD. allegati *in præced. n. 15. in fin.*

18 His ita prænotatis, respondendum erit, ad secundam partem dubij propositi, scilicet, an testes teneãtur respondere, quã in Iudex procedit per Inquisitionem, non præcedentibus indicijs, vel fama, seu clamorosa insinuatione, seu infamia, & dico, quod quando fit inquisitio specialis ad inferendam pœnam delicti, debet omnino præcedere infamia, seu clamorosa insinuatio: sicut admonitio fraterna procedere debet denunciationem euangelicam; & hoc expresse colligitur. *ex capit. qualiter & quando 2. ca. cum oporteat. ca. Inquisitionis. de accusation. ca. licet Hely de simon. & cap. Deus omnipotens. 2 quæst. 1.* & tradunt Sotus. *de iustit. l. 5. quæstion. 6. art. 5. conclus. 3. & de tegend. secret. quæst. 6. membr. 2. conclus. 1.* Valent. *tom. 3. disp. 5. q. 14. punct. 1.* Salon. Arregon. & Bannes. *2. 2. q. 69. art. 2. comer. 6.* Angel. *verb. inquisitio. § 1.* Syluest. *eod verb. qu. 4. vers primùm.* Nauar. *in manual. cu. 25. nu. 30. vers. vigesimo [illegible]* verbo 11. *qu. 3. conclus. 5. corollar. 48. nu. 579.* & Alij. Quibus deficientibus non tenentur testes respondere, quia tunc Iudex non procederet iuridicè.

19 Et ratio est, quia Iudex non potest contra aliquem procedere ad condemnationem, nisi adsit accusator. *cap. in omni, 2. qu. 1. cap. si quis potestatem 33. qu. 4. & cap. 1. de accusat.* & docet S. Thom. *2. 2. q. 67. art. 3.* & S. Antonin. *1. p. tit. 9. c. 8. in princ.* Sed quando iudex procedit per Inquisitionem, nullus est accusator formalis: ergo debet esse saltem virtualis, prout est infamia seu clamorosa insinuatio. Et ex hoc infertur, quod etiam si Iudex sciat crimen alicuius subditi, & etiam sciat posse haberi tres, vel quatuor testes, qui sunt socij criminis, ad huc non potest procedere ad puniendum, via Inquisitionis particularis ex officio, sine præcedenti infamia de delicto, vel sine accusatore. *vt in d. c. Inquisitionis. § tertię dubitationis. de accus. expressè habetur, & in d. ca. qualiter. 2. ex authoritate Genes. 4. & 18. & Lucę 16.*

20 Vnde Doctores communiter concludunt, quod ad Inquisitionem particularem faciendam contra aliquem, requiritur ex necessitate, vt præcedant indicia: leuia tamen sufficiunt ad assumendas informationes de delicto, quia semper ex illis oritur apud multos infamatio, vt tradit Bos. *in tit. de inquisit. nu. 8.* quem refert. Clar. *in Pract. crim. § fin. q. 20. vers. ad inquirendum igitur.* Ad citandum vero reum pro delicto, debent omnino præcedere indicia legitima, & sic grauia, vt tradit Fulgos. *conf. 175. post num. 1. & Clar. vbi sup vers. ad formandam.* Ad torturam, quæ indicia requirantur, dicemus infra. *sect. 14. num. 13.*

21 Ad condemnandum vero requiruntur indicia grauissima. Angel. *in lib. fin. in princ. ff. quod met. caus.* Blanc. *de indicijs num. 292.* vbi de communi testatur, sequitur Nouell. *in pract. crim. fol. 51. numer 6.* vbi allegat Angel. *in loc. cit.* pro contraria sententia, tenet, quod dicta indicia sufficiunt ad torturam, sed non ad condemnationẽ: quæ opinio mihi magis placet, quia in criminalibus ad condemnandum aliquẽ probationes debent esse luce meridiana clariores. *l. sciant cuncti* vbi DD.

communiter *C. de probat.* canonizsta. *in cap. sciant cuncti. 2. qu. ole.* Boss. *in tit. de commisis. nu.* 9. Mascard. *de probat. conclus.* 4. *0. num.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 279. *in princ. lib.* 2. Cuzzin. *defens.* 33. *cap.* 14. *num.* 1 Bertazzol. *cons.* 251. *numer.* 2. Clar. *ubi sup. p.* 96. *vers. debent autem.* Qui quidem Clar. *qu.* 21. *vers. si aliquis*, videtur firmare, quo in materia condemnationis per indicia multum praeualet arbitrium Iudicis; & refert sed dicta in *q.* 20. *praced. vers. scias tamen*, vbi refert plures sententias Doctorum, circa hoc, & tandem concludit, quod in Senatu Mediolanensi, & in sacro Consilio Neapolitano teste Grammatic. *dec.* 42. seruatur, quod ex indicijs & praesumptionibus grauissimis proceditur ad condemnationem, non in poenam ordinariam delicti, sed bene in poenam extraordinariam.

22 Ad capiendum autem, & incarcerandum reum tantummodò, non tamen ad ipsum examinandum super delicto, ita vt eius nomen recipiatur inter reos, sufficiunt leuia indicia, existente tamen iusta causa, ne scilicet reus aufugiat, antequam capiatur informatio, & examinentur testes. ita tenet Blanc *de indicijs num.* 6. vbi de communi testatur. Angel. *de malefic. in verb. Index i commisit quod Caius numer.* 4. Boss. *in tit. de captura numer* 3. & Clar. *d § fin. quaestion.* 20. *post princ.* ibi *leuia sufficiunt ad capturam*, *& lac. us quaest.* 28. *vers. scias autem*, ibi *Et ideo dico, quod index*, vbi allegat multos DD. quorum sententia communiter seruatur, quod Iudex habita aliquali informatione potest deuenire ad capturam Rei. Quae quidem respiciunt Inquisitionem particularem.

23 Quo verò ad Inquisitionem generalem, est aduertendum, quod si illa fiat omninò generaliter, fieri iuridicè, & legitimè potest a quocumque Iuridice, absque praeuia infamia, seu clamorosa insinuatione, vel indicijs praecedentibus, vel sine denunciatore, aut accusatore aliquo. *ut colligitur ex cap.* 1. *de offic. ordin. cap. cum olim. de accusation. & capitol. Romana de censib. in* 6. *et l. congruit. ff. de offic. Praesid.* & tradunt communiter DD. Salon 2. 2. *qu.* 69. *art.* 2. *controu.* 5. Arragon. 2. 2. *q.* 67. *art.* 2. Valentia *tom.* 3. *disput.* 5. *q.* 14. *pun.* 1. Sot *de iust. lib.* 5. *qu* 6. *art.* 2. *concl.* 5. *et in tract. de tegendo secret. memb.* 2. *q.* 6. *concl.* 2. Angel. *verb. Inquisitio.* §. 1. Tabien. *eod. verb. num.* 1. Syluest. *eod. verb. q.* 4. *vers. tertium.* Nauar. *in Manual. c.* 18. *num.* 38. *vers. vigesimo primo*, *et c. inter verba* 11 *qu.* 3. *conclus.* 6. *coroll.* 62. *n.* 645. & Alii.

Et Ratio est, quia ista generalis Inquisitio non fit ad petitionem partis, sed ex mero iudicis officio, & ex debito, quo tenetur bono communi prospicere, & consequenter castigare delinquentes, & Rempublicam malis hominibus purgare.

24 Obserua tamen, quod in hac generali Inquisitione, quam facit Praelatus, puta in visitatione, non tenentur subditi manifestare, nisi delicta, de quibus Authores laborant infamia de tali delicto, non verò quae sunt occulta. vt praefati DD. tradunt. *ex cap. qualiter* 1. *de accusat.* Et ratio est, quia subditi tunc tenentur respondere, quando Iudex est legitimus. In occultis verò non est superior, nisi Deus, & ideo non tenentur in illis respondere, *ut in d. cap. qualiter.* 1. etiam si interrogentur cum iuramento, vel sub poena excommunicationis. Quod tene menti, quia multi hoc falluntur. Limitatur tamen in delictis occultis, contra Fidem, quae manifestenda sunt, etiam si delinquens nulla laboret infamia, & hoc pro bono communi religionis Christianae, & bono priuato ipsius delinquentis.

Item, etiam si sciant sub sigillo naturali secreti, vel sub iuramento. Castro Palaus. *tract.* 4. *disp.* 9. *pun.* 10. *num.* 5. quem refert, & sequitur Dian. *par.* 1. *tr.* 4. *res.* 24. *& par.* 4. *tract.* 5. *resolut.* 32. contra Fagundez. *de praecept. Eccles. prae.* 2. *libr.* 4. *capitol.* 3. *numero* 33.

Et idem dicendum est de delictis in damnum Reipublicae vergentibus, quia adhuc tenentur reuelare. DD. cit.

25 Sed quaeritur, an superiores in suis edictis, quando procedunt per inquisitionem generalem, teneantur exprimere, quod de illis tantum criminibus inquirunt, quae laborant aliqua infamia, extra casus in damnum fidei, & Reipublicae vergentibus?

Respondetur in hoc esse duas Doctorum sententias. Prima et Caietani. *tom.* 2. *tr.* 31. *in respons.* 5. *ad prim. m.*, Bann. 2. 2. *qu.* 70. *art.* 1. *dub.* 2. *ad secundum*. Et Aliorum negatiuam partem tenentium, qui mandatum superioris intelligi debet, iuxta ordinem Iuris Diuini, & naturalis, ex quibus desumitur non inquirere velle de occultis, quorum nulla est diffamatio, cum iure naturae, & diuino talia reuelare nefas est.

Secunda verò sententia est Soti. *de tegend. secret. memb.* 2. *qu.* 6. *concl.* 2. Nauar *eod. cap. inter verba.* 11. *q.* 3. *concl.* 6. *coroll.* 62. *num.* 548. *& in comment. in rubr. de iudic. numer.* 60. affirmatiuam tenentium partem, idest quod Praelati, & superiores teneantur ad id exprimendum: quia aliàs essent in causa, quod subditi simplices reuelarent, quae non deberent; quod Superiores praecauere tenentur, quantum possunt. Istas autem sententias conciliat. Mich. Salon. 2. 2. *q.* 69. *artic.* 2. *contr.* 5. *in fin* & Petr. Nauarr. *lib.* 2. *de restitut. cap.* 4. *p.* 2. *dub.* 2. *nu.* 154. dicunt enim primam sententiam Caietani, & Aliorum esse veram, quando fit visitatio in locis, in quibus sunt homines docti, qui haec sciunt, & alios docere possunt. Secundam verò sententiam habere locum, quando fit visitatio in locis, in quibus non sunt homines periti, sed simplices.

26 Est autem aduertendum, quod in huiusmodi Inquisitione generali non fit citatio particularis personae: neque per eam tantum potest aliquis condemnari, quia non est contradictor, sed haec generalis Inquisitio operatur, vt possit deueniri ad specialem, & sic est praeparatoria, ad tradit. per DD. *in cap. placuit.* 10. *quaestion.* 1. *per illum text. & cap. Romana § sanè. & §. seq. de censib. in* 6. & notat. Speculat. *lib.* 3. *de inquisit.* §. 2 *nu.* 9. Cum verò post generalem Inquisitionem peruenitur ad specialem, tunc citari potest delinquens, & testes repetuntur citata parte, & seruatis seruandis, vt inferius dicemus, proceditur ad condemnationem Bald. *in cap.* 1. §. *iniuria col.* 5. *vers. pone quod de pac. iuram. firm. in vsib. feud.* Felin. *in c. inquisitionis col.* 4. *de accusat.* Marant. *in specul. aur. p.* 6. *in princ. ver. & peruenitur aliquando per viam inquisit. n.* 7 *circ. med.*

27 Nota tamen, quod in Curijs saecularibus Regni Neapolitani seruatur, quod facta inquisitione generali, capitur informatio particularis de crimine, & si reperiatur quis infamatus, formantur contra eum capitula specialis Inquisitionis, de quibus infrà, quae capitula eliciuntur ab ipsa informatione capta, & datur eorum copia Inquisitio, vt possit super ilis facere suas defensiones: & si petierit copiam repertorum, non dantur, quia in capitulis continentur omnia reperta contra ipsum. ita Paris de Puteo. *in tract. Syndicat. verb. Inquisitio col.* 3. *vers. & aduerte.* Vnde patet, quod non seruatur *capitulum Regni*, quod incipit *Subiungendo*; in quo habetur, quod si aliquis in Inquisitione generali reperiatur conuictus de crimine capitali per quatuor testes, quos repulsare non potest, data ei prius copia repertorum, cum nominibus et cognominibus testium, et eorum dictis admittitur ad defensiones summariè et condemnatur; sed vt dictum est istud capitulum non seruatur, cum sit nimis rigorosum, et proinde practicatur, vt datis capitulis fabricetur processus ordinarius, et super illis fiat litis contestatio, (quae a Criminalistis dicitur receptio nominis delinquentis inter reos, de quo inferius) et facta publicatione, datur terminus, et disputatur super indicijs, *vt probatur in cap. qualiter* 2. *de accusat.* et tradit Angel. *de malefic. in verb. fama publica col.* 5. *in fin. vers. item aduertas* et est doctrina eiusdem conformis *in l.* 1. *ff. de quaestion.* quem sequitur Bruń. *in tract. de indicijs, et tortura col.* 3. vbi ait, non esse per Iudice dandam Reo copiam eorum, quae sunt in processu informatiuo, quia non dicuntur indicia, nisi postquam repetita fuerint reo citato; et ita seruatur post factam publicationem.

28 Illa autem practica, vt dentur capitula loco repertorum, quae seruatur in Regno in Curiis saecularibus, non habet locum in Curijs Ecclesiasticis, et in aliis, in quibus seruatur Ius Canonicum, nam in illis dari debet omninò copia repertorum cum nominibus, et cognominibus testium, et eorum dicta, vt possit Reus se defendere; nec sufficit dari vnum, scilicet capitula, vel reperta; sed vtrumque stari debet; vt expressè cauetur. *in d. cap. qualiter*, *& quando* 2. §. *debet. de accusat.*

29 Sed quaeritur, an in Inquisitione sit necessaria litis contestatio?

Respondetur negatiuè, *per text. in capitol. cum olim de testib.* et tradit. Speculat. *vbi sup.* §. 3. *numer.* 4. Angel. *in l. si vacantia C. de bon. vacant.* vbi ait, quod ideo non fit, quia non est persona, cum qua possit lis contestari, cum fama, quae stat loco accusatoris, sit quid incorporale. sequitur Foller. *in Prax. Canonic. prat. c.* 6 *vers. ante inquisitione formata n.* 42.

Quod si esset aliquis Promotor, tunc contestari debet lis cum eo. *capitol. cum dilectus de purgat. Canon. cap. cum I. et A. de sent. et re iudic.* et ibi Glos. notat tamen Praeposit. *in capit.*
accusa-

accusatione 2. qu. 8. col. 17. quod talis Promotor adhoc, vt cum eo lis contestetur, debet esse spontaneus, non datus à Iudice: alias secus, nam quod faceret Promotor à Iudice electus, videtur facere ipse Iudex. *capitol. 2. qui apostolica in fin. de presbyt. in 6* quod procedit etiam præsente 1., vt tenet Abb. *in cap. veritatis, per illum text. de dol. & cont.* vbi Gloss. *in verb. probatam.*

30 Et ratio est, quia litis contestatio fit per responsionem Rei ad libellum, *cap. vnic. de lit. contest.* vnde cum inquisitus respondet inquisitioni, prout respondere tenetur, *cap. cum dilectis de accusat.* licet non resultet formalis litis contestatio, quia non est pars contraria, tamen respondendo inquisitioni, videtur contestari, ita Abb & Follet. *loc. cit.*

Sunt tamen DD. in hoc multum contrarii, nam Abb. *in cap. cum dilectus num. 3. de purg. Canon.* tenet, litis contestationem in criminalibus, tunc necessariam esse, quando proceditur ad instantiam partis, secus si procedatur ex mero officio: Marian. *verò in capit. qualiter, & quando 2. numero 222. de accusat.* tenet, illam necessariam esse, & dicit de communi DD. sententia. Blancus autem *in Pract. crim. fol. 6. numer. 36. in fin.* dicit, quod hodie de consuetudine in criminalibus lis non contestatur. Clarus tandem *in Pract. crim. § fin. qu. 45. in princ.* vtitur optima distinctione dicens, quod aut Reus est contumax, & tunc, quia habetur pro confesso, proceditur cum eo vsque ad condemnationem: Aut est præsens in iudicio, & examinantur super delicto, & tunc per responsionem ipsius, quam facit, inquisitioni vel accusationi, respondendo ad interrogationem Iudicis, inducitur litis contestatio, etiam si procedatur ad instantiam partis, quæ sit absens. Et ita seruatur in practica, iuxta doctrinam Bart. *in l. Is, qui reus numer. 4. ff. de publ. iudic.* quem refert Aretin. *consil. 58. numer. 7.* & Apostil. ad Angel. *de malefic. in verb. hæc est quædam inquisitio sub. numer. 67.* sed vide Farinac. *in Prax. de inquisitione q. 10. num. 55. fol. mihi 119.* vbi latè Alios congerit, & sequere quam sententiam malueris ex dictis. Reliqua supple infr. *sect. 9. n. 55.*

31 At est notandum, quod quomodocumque fiat litis contestatio per inquisitum, vel accusatum, siuè sit præsens in iudicio per eius responsionem, vt dictum est, quam facit Iudici, tam si confiteatur delictum, quam si neget: siuè procedatur contra ipsum absentem in casibus à Iure permissis, in quibus pro parte rei proponuntur exceptiones, merita causæ concernentes, semper dicitur *nomen eius receptum inter Reos*, ita Bald. *in l. 1. post num. 3. & in l. si negantia C. qui accus. non poss.* vid. Ioann. Andr. *ad Speculator. l. 1. de accusatore n. 2. ; littera O.* Caualc. *de testib. p. 5. n. 200.*

In primo enim casu, statim facta responsione, quæ induxit litis contestationem, dicitur *nomen receptum inter Reos*: In secundò verò statim oppositis exceptionibus, & reus est contumax in primò termino contumacæ, dicitur eius nomen receptum inter Reos, quia contumax habetur pro confesso per statuta Italiæ, quæ quidem valent vt inquit Bald. *in annot. ad Speculat. lib. 2. de feud. ante fin. vers. sed in Italia*, cum alias de Iure communi in criminalibus ex contumacia nemo habeatur pro confesso, *vt in l. 1. ff. de requirend. reis*. Si verò opponantur exceptiones dilatoriæ, seù declinatoriæ, tunc quando Iudex declarat super illis, vel reijciendo eas expressè, vel tacitè quando ipsi non obstantibus procedit ad vlteriora, quia tunc videtur fieri litis contestationem, tunc pariter dicitur nomen illius imputati de crimine receptum inter Reus, & non ante. Bart. *in d. l. Is qui reos n. 3. ff. de publ. iudic.* Alex. *in l. cum mulier. n. 6. ff. sol. matrim.* vbi dicit communem; Ang. *de malef. verb. ad querelam n. 61.* Cardin. *in c. de accus. col. 2. vers. mod. 2 q. 8.* & ita seruatur in Practica.

32 Quantum verò ad ea, quæ respiciunt inquisitionem mixtam, est notandum, quod non potest ex primi Persona in particulari, crimen verò in generali: tunc enim non potest inquiri, quin præcedat, infamia, & aliter faciendo Iudex iniquè ageret, quia non potest contra aliquem inquirere super delictis in communi, si aliqua infamia non laboret, etiam si delictum esset notorium: dummodo delinquens sit occultus nulla laboret infamia de illo delicto: prout si inueniatur cadauer occisi in aliquo loco, nam tunc non licet Iudici inquirere, quod Titius occiderit, si nulla sit infamia, quod ipse occiderit. Caietan. 2. 2 *q. 69. art. 1. & 2.* & ibid. Salon. *controu. 7.* Arragon. *ibid. dub. 2.* & ibid. Bann. *dub. 1.* Valentia *tom. 3. disp. 5. qu. 14. punct. 1.* quod probatur ex Sacris litteris *locis præcit. vt Genes. 4.* vbi Dominus non procedit contra Cain, nisi infamia præcedente: ibi: *Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me.* Genes. 18. in facto sodomorum, ibi: *Clamor sodomorum ascendit ad me; descendam, & videbo. &c.* & Lucæ 16. de Vilico habetur *quid est quod audio de te, &c.*

Idem probatur ex Iure Canonico, *vt in cap. inquisitionis, & cap. cum oporteat. & in cap. qualiter, & quando 2. de accusation.* Ex quibus patet, quod tam de Iure Diuino, quam Canonico non licet inquirere contra aliquem in particulari, quamuis crimen sit notorium, nisi adsit infamia personæ.

33 Sed quid dicendum, quando crimen est notorium, auctor verò illius omninò occultus, & nulla prorsus adest infamia de illo?

In huiusmodi casu respondetur absolutè, non licere Iudici specialem inquisitionem facere, contra particularem personam infamia non laborantem, per Iura prædicta, quia requiritur infamia cum occulta non subsint iudicio publico. ita Caietan. *ubi sup. art. 2.* Paludan. *4. dist. 19. qu. 4. ante fin.* Sot. *l. 5. de iust. quæstion. 6. ar 2. conclus. 1. & tegend. secret. membr. 2. quæst. 6. dub. 4. post conclus. 2.*

Vnde praxis est, quod in huiusmodi casibus regulariter inquisitio fiat in genere, interrogando homines, an sciant quis illac transierit, qua hora occisus sit, quibus armis, &c. & si ex tali inquisitione generali habeantur indicia alicuius personæ particularis, tunc deueniri potest ad inquisitionem specialem, vt docet Sot. *de teg. membr. 2. q. 6. concl. 1. dub. 4.*

Quia talis inquisitio generalis permittitur pro bono publico, ne delicta remaneant impunita. *cap. cum sit § fin. de appell. capit. nostra de coh. abit. Cleric. & mul. & capitol. Romana §. notorio de consib. in 6.* sicut etiam permittebatur in lege Veteri. *Deuteronom. 21.* & ita docet Innoc. *in cap. bona memoriæ 1. verb. testes numero 4.* & ibi etiam Abb. *de elect.* & Imol. ibid. Bartol. *in l. 2. §. si publico numero 17. ff. ad legat. Iul. de adulter. & clarius in l. fin. ff. de quæst.* fauet Gloss. *in cap. quidam verb. publicè 4. quæst. 1.* Nauarr. *in cap. inter verba 11. qu. conclus. 6. corollar. 50 num. 575. & seqq.* Tabien. *verb. inquisitio §. 2.* Angel. *in verb. denunciatio §. ult. ant. fin.* & Alii.

34 *Quoad quartum*, quæ scilicet requirantur ad validitatem inquisitionis, est notandum, quod plura sunt.

Quorum primum est, ex parte Iudicis, quod scilicet Iudex inquirens sit competens, alias non tenet inquisitio, Angel. *in l. si vacantia C. de bon. vacant lib. 10,* nam in causis meri imperij, vt sunt criminales, solus ille, qui habet merum imperium principaliter, potest inquirere de Iure ciuili, *l. tubero ff. de iurisd. omn. iudic.* incidenter verò Iudex ciuilium causarum. *l. nullum C. de testib.* vt si testis deponant falsum, & coram eo in causa ciuili, vt dicit Gloss. *in d. l. nullum*, quæ tamen non est sequenda in eo, quod dicit de Clerico deponentes falsum coram Iudice Laico, quod possit ab eodem puniri, cum hodie de Iure Canonico, & de Iure nouissimo Codicis contrarium seruetur, *capitol. si diligenti de for. compet. & Auth. statuimus C. de Episc. & Cler.*

35 Vnde quia hodie Episcopi, & consequenter eorum Vicarii Generales in causis criminalibus inquirere possunt, quia habent merum imperium in suis Diæcesibus. *cap. conquestus in princ. de for. compet. cap si quis Episcopus 2. quæstion. 7. cap. de persona 11. q. 1. cap. perlectis 25. dist.* Et in causis sanguinis, si habeant iurisdictionem temporalem, possunt vices suas committere alteri. *iuxta l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.* quia in illis, ne irregularitatem incurrant, interesse non possunt. *cap. Clericis, & capit. sententiam ne Cleric. vel monach. cap. ex litteris de excess. prælat.*

36 Sed quæritur, quæ dicantur meri imperii de Iure Canonico?

Respondetur plura esse: Et primò Clericorum depositio; vel eorum perpetua suspensio, *cap. delatori 5. quæst. 5. cap. at si Cleric. de iudic. vt Clericorum §. si quis de vit. & honest. Cler. & c. latores de Cler. excom. min.*

Secundò excommunicatio, *cap. pastoralis de offic. iud.* & ibi Gloss. *in verb. animaduertere c. quod sedem eod. tit.*

Tertiò purgationis indictio. *2. q. 5. per tot.*

Quartò Dispensatio. *c. ut constitueretur. 50. dist.*

Quintò solemnis pœnitentiæ impositio. *c. in capite 50. dist. & ac eodem tibus de excess prælat.*

Sextò Ecclesiarum erectio. *cap. nemo Ecclesiam, de consecr. dist. 1. & c. Ecclesias eod.*

Septimò Virginum consecratio, *cap. deuotis 20. q. 1. cap. quod sicut de elect.*

Octauò Clericorum ordinatio, *cap. inter corporalia de translat. Episc. & d. cap quod sicut de elect.*

Nonò Chrismatis confectio *d. cap. quod sicut, & cap. inter corporalia.*

Decimò Ecclesiæ consecratæ reconciliatio. *cap. aquam de consecrat. Eccles. vel altar.*

37 De Iure verò ciuili merum Imperium est quædam summa potestas, per quam ea, quæ sunt iurisdictionis maximæ explicantur; & dicitur merum, quasi separatum a cognitione pecuniaria. *l. imperium. ff. de iurisd. omn. iud.* Speculat. *lib. 1. de iurisd. omn. iudic. §. 1. numer. 10. vers. est autem merum imperium.*

Et secundum Ius ciuile ad merum imperium pertinent plura.

Primò, animaduertere in facinorosos homines. *vt in d. l. imperium habetur.*

Secundò, delinquentes carcerare. *arg. c. audient. Auth. de defens. ciui.*

Tertiò, transigere super alimentis *l. 1. ff. de reb. cor. qui sub tutor. vel curat. sunt & l. cum hi. ff. de transact.*

Quartò, iubere cauere prætoria stipulatione, & in possessionem mitti re ipsa *l. iubere ff. de iurisd. omn. iudic.*

Quintò imponere pœnam capitis, *vt in d. l. imperium.*

Sextò, imponere pœnam mutilationis membri, quæ quandoque fit, *vt in Auth. ubi postea. C. de seru. fugit.* videtur quod sit merij imperij, *per cap. vulgaris de panit. dist. 1.* quia membrum est pars corporis, et ideo multo magis spectat ad corpus, quam pars tritici ad aceruum ipsius, aut pars vini ad dolium, vt ibi. *§ ad hoc prohibemus Authent. de collat.*

Idem dicendum de pœna relegationis, vel alia pena graui, quia minores Iudices ad maiores remittunt, *vt in l. 3. ff. de offic. præf. verb. l. si quid forte de offic. proconf. & d. §. audient. collat. 3. Auth. de defens. ciuit.* vbi DD. idem tenet de pœna fustigationis, quod sit meri imperij; cæteræ verò pœnæ graues sunt mixti imperij, et leuea sunt simplicis iurisdictionis.

38 Mixtum autem imperium de Iure ciuili est illud, cui non solum idest merum, sed etiam iurisdictio, *vt in l. imperium ff. de iurisd. omn. iud. probatur.* Et sic illa iurisdictio habet mixtum imperium quæ cognoscere potest.

Primò, causas existentes infra merum imperium, seù animaduersionem capitis, *vt in d. l. imperium, & l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iur.*

Secundò, cognoscere de ingenuitate, vel libertinitate, aut seruitute spectat ad mixtum imperium. *l. placet. § fin. ver. deinde C. de pedan. iudic. l. non distinguemus §. liberalis. ff. de arbitr. vid. l pen. C. ubi caus. stat agi oportet.*

Item omnia ea, quæ respiciunt partim pecuniarium commodum, et partim merum imperium, sunt mixti imperii. *vt in d. l. iubere ff. de iurisd. omn. iud.*

39 De Iure verò Canonico mixti imperii esse dicitur suspensio perpetua extra depositionem, Admonitiones, Inquisitiones Clericorum institutiones, etc. *c. nullus 16. q. ult.* Item visitationes, correctiones, et huiusmodi *cap. conquerente de offic. ordin.*

40 Vnum tamen nota, quod quidam DD. asserunt, solummodo Papam, vel Imperatorem habere merum imperium, à quibus non appellatur. *vt in cap. cuncta dist. 1. cap. ipsi, & cap. pater 9. qu. 3. & l. 1. ff. à quib. app. non lic.* Alij verò, a quibus appellatur dicunt habere mixtum. *cap. decreto 2. q. 6. cap. frater noster 16. q. 1.*

41 Episcopi tamen habent sine dubio merum imperium, respectu subditorum suorum: sicut Papa respectu omnium inferiorum sibi. *capit. vnic. §. per frontis de sacr. vnct. capit. de his, & c. seq. de consecrat. dist. 5. c. accusatio 2. qu. 7. & cap. si Episcopus 58. dist.* An autem, quæ sunt meri, vel mixti imperii delegari possint, vel non, vide ciuilistas, qui in hac materia iurisdictionis integra volumina ediderunt, cum sit nimis durum restringere tam vastam materiam in parua conclusione, ideo Canonistæ ad ipsos recurrant, cum casus occurrit; præsertim ad Bartol. et Bald. *in rubr. ff. de iurisd. omn. Iudic.* Speculat. *l. 1. eod. tit. per tot.* et ibi Addent. et alios Pro nunc hæc pauca sufficiant, quę non parum deseruient ad propositum nostrum Modo reuertamur ad secundum substantiale inquisitionis.

42 *Secundum* itaque requisitum de validitate inquisitionis est ex parte inquisiti, vt scilicet sit de iurisdictione Iudicis inquirentis, quoad faciendum iustum iudicium; alias non posset contra ipsum fieri inquisitio. iuxta tradita *in c. si diligenti de for. compet.* vbi Hosti. & DD. *& in Auth. statuimus C. de Episc. & Cler. & sup. tantum.*

43 *Tertium* est, ex parte materiæ, de qua inquiritur, nam non in omni crimine inquiri potest in specie, nisi in his, in quibus præcessit infamia, vt supra dixim. de Iure Canonico, sed de Iure ciuili, non nisi in quibusdam casibus, quos notaui *suprà num. 6.*

44 *Quartum* est, ex parte causæ incitantis inquisitionem, prout est fama publica, seù infamatio, seù clamorosa insinuatio, quia debet procedere a Viris honestis, & fide dignis, non à maleuolis, & quod tanta sit, vt scandalum generet, alias nihil operatur idest vt sæpè, & sæpius præcesserit. *vbi habetur in c. prat. qualiter, & quando 2. de accusat.* vbi Abb *col. pen.* & Aretin. *in 6. notab. & est text. in cap. cum oportet, & cap. cum in iuuentute de præsumpt.* latè Felin. *in r. licet de accus.* & Bal. *in l. sancimus col. fin ff. de iudic.* Cephal. *cons. 250. l. 15.* Clar. *in pract. crim. q. 6. vers. amplius etiam.*

45 Quod tamen fallit in multis casibus, in quibus non obstante, quod non sit infamia, adhuc inquiri poterit.

Quorum primus est, quando fit inquisitio præsente parte, & non opponente se infamatum non esse vel diffamationem præcissiue non legitimè. *c. 2. de accus. in sexto.* & notat Cæph. *in cons. 65.* vbi dat cautelam pro Reis, vt semper faciant protestationem contra Inquisitionem.

Secundus casus est, quando inquiritur contra Superiorem Regularem ad ipsum remouendum ab officio, nam tunc non requiritur tanta diffamatio. *c. qualiter 1. de accus.*

Tertius est, quando inquiritur generaliter, vt supra dictum est, nam tunc non requiritur infamatio, vt notat Abb. *in cap. 1. col. 2 in glos. 1. de offic. ordinar.* Et de Iure Regni Neapolit. cautum est *per c.* quod incipit: *Generalis: & per constitut.* incip. *Inquisitiones.* vt possint officiales sæculares generaliter inquirere, sine fama præcedente.

Quartus est, quando inquisitio fit contra aliquem, qui crimen confessus est *arg. capit. 1. de confess. in 6.* quia tunc non requiritur alia infamatio, nam nulla maior probatio quam proprij oris confessio *c. per tuas de probat. c. si cautio de fid. instr. & l. cum te. C. de probat.*

Quintus casus est, quando fit inquisitio contra officiales in syndicatu, quia tunc etiam non præcedente fama potest inquiri specialiter, & generaliter. *arg. cap. 1. de offic. ordinar.* S. Antonin. *3. par. tit. 9. cap. 7. §. 3. vers. & per hoc patet, quod syndicatores.* Paris de Puteo *in tract. syndicat. c. 11. in fin. ver. procedatur autem in syndicatu.*

Sextus est, quando præcessit Inquisitio generalis, quæ est præparatoria ad specialem, sine alia infamia, quia alias frustra fieret, si perueniri non posset ad specialem. Bald. *in l. iubemus col. 2. vers. & est secundum. C. de probat. & in l. obseruare. § proficisci. q. c. in 6. ff. de offic. proconf. & in l. congruit, ubi etiam* Bart. *ff. de offic. Præsid.* Felin. *in r. Inquisitionis col. 3. de accus.*

Septimus est, quando inquiritur per denunciationem publici officialis ad hoc deputati *cap. fin. de offic. custod.* & ita tenet Hostiens. *in summ. verb. inquisitio.*

Octauus est, quando Iudex inquirit ex mero officio, & non ad instigationem alterius. *vt in d. capit. 1. de offic. ordinar.* S. Antonin. *vbi sup. vers. item fallit cum Iudex,* vbi dat cautelam Iudicibus, vt quando formant inquisitiones, vtantur verbis huiusmodi *Hæc est inquisitio quam facit talis N. contra talem N. ex suo mero officio,* quia sic peti non potest ab ei copia diffamationis.

Nonus est, quando Iudex inquirit ex necessitate sui officii, quia forte si non inquirat de tali crimine, adest flagitium in illo loco, vt ipse puniatur, nam tunc sine diffamatione inquirere potest. S. Antonin. *loc. cit. vers. in criminali verò,* Angel. *in tract. de malefic. in 3. car. vers quintò fallit.*

Decimus est, quando fit inquisitio in casu, vbi vertitur animæ periculum, ad correctionem, non ad punitionem, nam tunc sine diffamatione præcedente procedi potest, *iuxta c. placuit. 30. qu. 1. c. Romana. §. sanè de censib. in 6. arg. c. sicut olim de accus.* Speculat. *l. 3. de Inquisit. §. 2. n. 6. & §. 3. nu. 4.* vbi alios casus congerit, in quibus sine diffamatione inquiri potest. *& probatur ex c. ad nostram 2. de iureiuran. c. cum vobis, & ibi Glos. de elect.* Abb. *in r. 1. col. 2. in glos. 1. de offic. ordin. & in c. 1. in fin. de postulat. prælator.* Bald. *in cons. 220. in princ. vol. 4.*

46 Quin-

45 *Quintum* requisitum ad validitatem Inquisitionis, est ex parte formæ, vt scilicet sit aptè concepta, & debitam formam habeat, alias deueniri non potest ad condemnationem, *vt desumitur ex cap. Inquisitionis, cap. qualiter, & cap. cum oporteat, de accus.* de formis autem dicemus infra in singulis inquisitionibus. Vnde de forma substantiali requiritur, vt in inquisitione apponatur locus & tempus delicti, aliæ verò solemnitates, *l. libellorum ff. de accusat.* cum sint minus substantiales, omitti possunt in inquisitione, non tamen in accusatione, ita Gloss. ibid. & S. Antonin. *loc. cit. vers. debet ergo in inquisitione* Angel. verò *in cons. 178. & cons. 297. col. 1. & de malefic. in 2. car. vers. quarto principaliter* tenet quod excepta inscriptione, omnes aliæ solemnitates, *dicta l. libellorum* requiruntur in inquisitione, ita dicit etiam Bart. *in lib. 2 § si publico vers. quero verum. ff. de adulter.* Bald. *in cons. 490. in 3. vol. & cons. 428. in princ. in 5. vol.* Abb. *in cap. fin. col. pen. de purg. canon.* Felin. *in cit. capit. qualiter 2. §. debet col. pen.* & ibid. Anan. *col. 2. in fin. de accusat.*

47 Quod tamen limitatur secundum Angel. *in §. fin. Authent quomod. oporteat. Episc.* in crimine læsæ Maiestatis Diuinæ, & sic in crimine hæresis, & blasphemiæ, quia tunc valet inquisitio, sine solemnitatibus *dicta l. libellorum*; de quibus agemus *in sect. seq.*

Idem dicendum erit de crimine læsæ maiestatis humanæ, in quo proceditur summariè, sine prædictis solemnitatibus, *vt habetur in extrauag. Imperial. ad reprimendam (condita sub Henric. septimo) sub tit. quomodo in læsæ maiest. crimine procedatur posita in Auth. col. 11. tit. 1.* & ibi Bartol. Et adducunt Addent. ad Angel. *de malef. d. vers. §. in principaliter.*

48 *Sextum* requisitum est, quod constet saltem in genere, illud delictum, super quo fit inquisitio, fuisse commissum, sed ignoratur a quo. Bart. *in l. fi. col. 1. ff. de quæstion. & in lib. 1. §. item illud. ff. ad syllan.* Angel. *ibid. vers. fama publica col. 21. vers. Duodecimo*, & latè Par. de Put. *in d. tract. de syndicat. vers. confessio*, vbi ait, quod etiam si quis confiteatur, se occidisse hominem, & sepelisse in aliquo loco, adhuc debet Iudex, vt constet de delicto, accedere ad locum, & exhumari facere corpus, & videre an sit occisum, & si vulnera sint recentia, & sic de singulis, vel saltem reperiantur ossa, si factum est antiquum, iuxta tradita per Bald. *lib. in l. si quis testibus in fin. C. de testib.* & Bart. *vbi sup.* Vnde attentus esse debet Iudex in hoc, vt nunquam deueniat ad inquisitionem specialem contra aliquem, nisi plenè constet de corpore delicti, & quod realiter fuit commissum, aliàs procedendo, etiam si reus confiteretur se commisisse delictum, non solum non posset illum condemnare ad pœnam ordinariam, sed nec etiam posset torquere ita Angel. & alij vbi sup.

46 *Septimum* requisitum Inquisitionis est, quod delinquens, contra quem inquiritur per publicam famam præcedentem, sit valdè infamatus de illo crimine, ita vt infamia sit vehemens contra eum & talis, quæ generet scandalum in populo, si non fieret inquisitio per iudicem, vt tradit Bart. *in lib. congruit ff. de offic. præs. vbi* Angel. *de malef. car. 2. vers. quarto principaliter* Gandin. *in eod. tract. de malef. tit. quom. de malef. cogn. per inquis. col. 2.* Dec. *in cons. 175. col. 2. vers. secundo principaliter, & cons. 189. col. fin. vers. non ommitto.* Et benè probatur. *in tex. cit. cap. qualiter. 2. de accusation. & cap. licet. Holy. de Simon.*

50 Est tamen notandum, quod dicta fama probanda est in Actis, quia nisi ex eis appareat probata, non crederetur Iudici asserenti de fama in inquisitione, quæ impugnari poterit, nisi de ea constiterit. Fulgo. *in cons. 108. & 136.* Decius *in dict. cons. 175. col. 2.* De Alijs modis quibus impugnari potest inquisitio, vide Speculator, *d. l. 3. de accus. §. 1. in ver. 1. cum seqq.* Ego autem constituo regulam generalem, vt impugnari possit deficientibus requisitis prædictis, & hic, de quibus mox dicemus, vel aliquo ipsorum, maximè de substantialibus.

51 *Octauum* requisitum est, quod delictum, de quo fit inquisitio, sit commissum per dolum, vel latam culpam, non verò per accidens, vel per leuem, aut leuissimam culpam, quia tunc inquiri non poterit. Bald. *in l. data opera col. 3. C. qui accusar. non poss.* vbi multipliciter declarat; quando autem delictum dicatur commissum per culpam leuem, vel leuissimam, vel per dolum, vide plenè notata per DD. apud Matant. *in Spec. aur. p. 4. dist. 1. à n. 75 cum plurib. seqq.*

52 *Nonum* requisitum est, vt apponantur in inquisitione omnes circumstantiæ delicti speciei, nimirum in quo loco loci, quo die mensis, & anni, & qua hora diei, item qualitas delicti, quibus armis, vel instrumentis fuit commissum, cum qua persona, contra quem, &c. alioquin non valeret inquisitio, ex eo; quia non posset Reus se defendere circumstantiis deficientibus Abb. *in cap. fin. col. pen. de purg. canon.*

Et ideo specialis inquisitio corrueret, si fierent capitula generalia, videlicet, quod N. inquisitus solitus est committere homicidia, furta, blasphemias, & huiusmodi, quia ex tali generalitate tolleretur reo remedium defensionis; quapropter facienda sunt capitula in specie, nimirum quod N. commisit tale homicidium in personam talis in tali loco, tali die, mense, anno, &c. Vel tale furtum pecuniæ in tanta quantitate, vel bonorum talium, contra talem in tali loco, &c. Regnante, vel Dominante N. &c. alias diceretur incerta, obscura, & vaga inquisitio, & sic per partem impugnari poterit, maximè per dicta sup. *in quinto requis. numer. 49. & probatur in l. prim. edictum. in princ. ff. de in or* & tradit Bartol. *in d. extrauag. ad reprimendum verb. per inquisitione.* Bald. *in cons. 259. col. 1. vol. 1.* & Angel. *in l. si vacantium C. de bon. vacantib. lib. 10. & de malef. latissimè.*

53 *Decimum* requisitum est, vt Iudex formando inquisitionem, ante omnia citari faciat partem offensam ad declarandum an voluerit accusare, quia si adsit accusatio, cessat inquisitio; accusatio enim est remedium ordinarium, & inquisitio extraordinarium, *vt probatur in cap. qualiter contra de probat.* de Iure ciuili, sed de Iure Canonico est remedium ordinarium, vt infernis dicemus, sic succederet regula, quod vbi datur remedium ordinarium, non conceditur extraordinarium. *l quadam in princ. ibi quod id consequi. ff. de exhib. l. vno casu 17. ff. de minor. & l. in prouinciale ff. de nou. oper. nunciat.* Et tunc facta declaratione partis offensæ quod noluerit accusare, procedi poterit ad inquirendum.

54 Debet similiter, vt rectius agat Iudex, citari facere consanguineos proximiores offensi, qui habent ius secundum leges prosequendi suam, vel suorum iniuriam, ad tradita per Gloss. *in capit. presbyter si à plebe 2. qu. 5. in verb. suspendantur vers. notandum ergo,* & Bald. *in l. senatus col 1. C. qui accus. non poss.* Speculat. *d. lib 3. de inquisition. § 3. num. 20. in princ.* Cæpoll. *in tract. de cautelis caut. 24 exordientes fecias.*

Et ista citatio operabitur, quod si post terminum præfixum comparuerit quis ad accusandum, non admittetur, regulariter loquendo, nisi cum causa, alias, si illa prius non fieret, & superuenerit accusator cessaret inquisitio, quia remedium ordinarium, prout est accusatio, facit cessare extraordinarium; prout est inquisitio, *iuxta notata in iuribus num. praced. allegat.* & notat. Cardin. *in Clem. sæpè §. fin. qu. 3. de verb. signif.* Quæ regula quando procedat, & quid agendum, si accusator appareret post probationes in inquisitione receptas, vid. Bart. *in l. 3. §. fin. ff. de adulter.* Bald. & Ann. *in d. cap. qualiter 2. de accus. & in capit. licet eod. tit.* & ibi etiam Felin. *in fin.* Angel. *de malefic. in ver. hæc est quadam inquisitio col. 30. vers. quæro, an inquisitus.*

De Iure autem Canonico Iudex Ecclesiasticus iustum terminum accusare volentibus, dabit, quando non extat aliquis instigator, seù accusator, cum quod procedi possit, quia tunc si Clericus infamatus est de aliquo crimine, statuet illum personis offensis, & omnibus accusare volentibus, secus quando extat accusator, vel instigator cum quo proceditur. ita Gloss. *in cap. inter de purgat. canon. verb constitutus,* & ibi Abb. qui aliter distinguit. Et in primo casu, si aliquis comparuerit ad faciendum partem in iudicio, debet audiri, *cap. omnibus 2. q. 3. & cap. 1. decimaquinta q. 5.*

55 Sed quæritur, an si quis accusationem porrexit coram alio Iudice, impedimentum præstet inquisitioni iam captæ ab alio?

Respondetur affirmatiuè: ita Bald. *in l. ab quidem in fin. C. de accus.* Bart. & Alex. *in d. l. 3. §. fin ff. de adulter.*

56 Est benè verum, quod quando Inquisitio permittitur fieri specialiter de Iure, vel per statutum, tunc non est remedium extraordinarium, sed ordinarium, & consequenter non cessaret per superuenientem accusationem. Bart. *in d. extrauag. Ad reprimendam, vers. denunciatorem post princ.* Angel. *loc. prox. cit.* quia vnum remedium ordinarium non facit cessare aliud æquè ordinarium. Bart *in d. l. 3. § fin. col. 2. ff. de adult.* Vnde sequitur, quod in omnibus casibus, in quibus potest

test inquiri de iure communi, quos notant Gloss. & DD. *in l.2. §. si publico ver. sine accusatore. ff. ad leg. Iuliam. de adult.* & S. Antonin. & Speculat. *in loc. alleg. sup. num. 6.* Accusatio superueniens non facit cessare inquisitionem. Sunt, & Alij casus, in quibus non cessat inquisitio per accusationem superuenientem, quorum.

Primus est, quando accusatio fieret coram alio Iudice malitiosè ad impediendam inquisitionem alterius iudicis. Bald. & Angel. *in l. si seruus. §. 2. ff. de legat. 1.* Bart. Alex. & Alij *in l. si vero. ff. qui satisdar. cogant*

Secundus casus est, quando præcessit interrogatio Iudicis, an offensus voluerit accusare ante inquisitionem, & ille negatiuè respondit, nam tunc cæpta inquisitionem, non potest amplius accusare. Bald. *in l. accusationem, per illum tex. col. 1. C. qui accus. non poss.* Alex. in addit. ad Bar. *in d. l. 5. §. fin. ff. de adulter. sinè ad leg. Iul. de adult.* Addent. ad Angel. *de malef. ver. Hæc est quædam inquisitio col. 10. in addit. incip. ordinarium.*

Tertius casus est, quando nihil oppinitur, dum fit inquisitio, nam tunc etiam per superuenientiam accusationis, adhuc valeret inquisitio. Bal. *in l. 1. in fin. C. de furtis:*

Quartus casus est; quando accusatio est suspecta de collusione inter accusatorem amicum delinquentis, & ipsum delinquentem, quia tunc neque cessat Inquisitio per accusationem prædictam Io. Andr. *in addit. ad Specul. at de inquisit. §. 3 num. 20. in fin. litt. R.* Abb. *in c. de his. col. fin. de accus.* vbi docet quomodo probetur collusio.

Quintus casus est, quando ille, qui accusare vult, dedit causam inquisitioni, vt si ad eius instantiam fuit facta, nam tunc non admittitur ad accusandum, quia videtur elegisse primam viam inquisitionis. Bar. *in d. l. 2. § fin. ff. ad l. Iul. de adult.* & Bald. *in l. ea quidem col. fin. vers. Tu dic. C. de accus.*

Sextus est, quando qui mudò vult accusare, priùs denunciauit, ob eandem rationem, quia videtur elegisse illam viam, & sic non cessaret inquisitio prius cæpta per talem accusationem. Specul. *de inquisit. ... col. 34 nu. 6.*

Septimus est, quādo fuerunt receptæ probationes per viam Inquisitionis, nam tunc licet superueniat accusatio legitima, probationes tamen prius factæ remanent in suo robore. Ioan. Andr. *in addit. ad spec. loc. sup. cit.* Gandin. *de malefic. tit. quom. de malef. cognosc. per inquis. col. pen. in fin.*

Vltimus casus est, quando Inquisitio fit per Iudicem Ecclesiasticum, quia de Iure Canonico, secundum sacros Canones, ipsa est remedium ordinarium. *d. capit. super his, & capit. qualiter. 2. §. ad corrigendos de accusat.* & consequenter non cessaret per accusationem superuenientem. Præpos. *in capit. de accusatione. col. 43. 2. qu. 8.* quia Iudex Ecclesiasticus procedere potest ad inquisitionem. etiam non monita parte offensa, an voluerit accusare. ita Cardin. *in clementin. sæpè § fin. in 3. quæst. de verb. signific. & in d. qualiter. 2. de accusat. & ibid. etiam* Anan.

57 *Vndecimum* requisitum ad validitatem Inquisitionis est, vt ille, contra quem inquiritur, non fuerit aliàs de eodem crimine accusatus, vel inquisitus, & ab eo legitimè absolutus, nam tunc non poterit super eodem fieri noua inquisitio, *vt probatur in capit. de his, de accusat.* vbi DD. communiter, & præsertim Abb. *& in cap. fin. de collus. deteg.* & est etiam *text. in l. pen. §. fin. ff. naut. caupon. & stabular. & l si cui §. idem. & l. Senatus ff. de accusat.* vbi Bart. Alex. *in cons. 2. col. pen. vol. 1.* Ludouic. Roman. *consil. 243.* Cæpoll. *consil. 66.* Specul. *seq. num. citandi.*

Idem dicendum erit: si aliàs fuisset condemnatus & punitus, nam neque poterit amplius inquiri, nec accusari de eodem delicto. Alex. *cons. 11. col. pen. vol. 1. per text in l. sepulchri 1. ff. de sepulc. viol.*

58 Quod tamen fallit in multis casibus? Quorum.

Primus est, quando sententia absolutoria non fuit diffinitiua, sed solum ab obseruatione iudicij, nam tunc poterit iterum inquiri, & accusari, cum talis sententia non pariat exceptionem rei iudicatæ. Abb. *in c. de his. col. 1. de accusation. per leg. libellorum. ff. de accus.* Felin. *in d. cap. de his. col. 1.* vbi dicit, quod de Iure Canonico etiam absolutus ab obseruatione Iudicii non potest iterum accusari ab eodem Accusatore; & idem videtur dicere Speculat. *libr. 3. tit. de abolit. & purg. §. 1. num. 6.* per iura, quæ ibi allegat, & latiùs dicem. infr. *sect. 17. num. 8. cum seq.*

59 Secundus est casus, quando sententia absolutoria lata fuisset per collusionem, & præuaricationem, quia tunc poterit iterum fieri Inquisitio *c. fin. de collusion. deteg.* vbi Abb. & Anan. *l. 3. ff. de præuaric. l. si quis homicidij. C. de accusat.* Ioan. Andr. *in d. addit. Speculat. de inquisit. § 3 num. 20. in fin. litt. R. circ. med.* & Abb. *in d. cap. de his de accusat.* vbi vt dictum est, dat regulas cognoscendi collusionem.

60 Tertius est, quando quis accusaretur ab alio, quam ab eodem, qui primò accusauit, vel inquiri fecit: nam tunc poterit iterum inquisitio fieri, maximè si iste tertius ignoret primam accusationem ab alio factam: secus tamen est, si sciuisset, quia tunc obstaret, etiam illi, exceptio rei iudicatæ. *l. si cui. § eisdem,* & ibi Bart. *ff. de accusat.* Abb. *in d. cap. de his, col. fin. eod. tit.* Roman. *cons. 213.* & Alex. *cons. præsit. col. penult. vol. 1.* vbi tradit, quomodo probanda sit ignorantia, vel scientia.

61 Quartus est, quando quis fuit absolutus per transactionem initam cum parte, & non per sententiam, quia tunc alter tertius poterit inquiri facere, vel accusare: licet secus ipse transigens, nisi quando transactio non valebat. ita Felin. *in d. c. de his. col. 1. vers. secundò limita, & ibid.* Abb. & Alii. *de accusat.* vnde colligitur, quod transactio in criminalibus parit ius, quoad transigentes tantum. Bald *in l. transigere, in 4. & 5. opposit. C. de transact.* non quoad omnes alios sicut sententia; ideò alius accusare poterit. *l. qui cætum §. qui vacantem ff. ad leg. Cornel. de vi publ.* & Iudex inquirere. *capit. 1. de collus. deteg.* vbi Abb. *col. fin.* Alex. *in d. l. transigere col. 1.* & ibi Iason. *col. 2. in princ.* & ibi Bartol. *col. 1. in fin. & col. 2. in 4. oppos.* vbi ait. quod effectus transactionis in criminalibus hic est, nam in casibus, in quibus transactio est permissa, illi facit ius, quoad omnes, quantum ad processum, & instantiam cæptam, etiam quoad Iudicem, vnde tertius accusator non poterit illum processum prosequi, neque Iudex ex illo condemnare, sed ille remanet in totum extinctus per transactionem; ideò fieri debet nouus processus; secus verò in casibus non permissis a Iure transactionem fieri, nam tunc proceditur per eumdem processum: *vt habetur in lib. 2 C. de abolit.* Casus verò permissi, & prohibiti transactionem fieri in criminalibus ponuntur. *in d. l. transigere. C. transact.*

62 *Quoad quintum* principale, quis scilicet sit effectus Inquisitionis, erit notandum, quod nihil aliud est, quam correctio & punitio inquisiti: vnde quando inquisitio facta est contra aliquem, qui habet beneficium, vel officium, & remanet conuictus de crimine, super quo inquisitio facta est, punitio illius est, vt remoueatur a beneficio, vel officio, seù administratione, prout habetur *Luc. 16.* de villico diffamato, quod dissipasset, &c. ibi: *Iam non poteris amplius villicare, &c. & c. qualiter, & quando 2. de accus.* Si verò non habuerit Beneficium, vel officium, pœna erit arbitraria, secundum qualitatem Personæ, circumstantiam delicti, loci, temporis, & simil. *c. inquisitionis. in fin. de accusat.* Quod fallit in criminibus enormibus, in quibus pœna erit ordinaria priuationis Beneficii, officii, & Dignitatis, prout in crimine simoniæ, & similibus. *d. c. inquisitionis, de accusat.* Quæ autem delicta dicantur enormia, quæ leuia, dicemus. *in seq. sect. n. 53. cum seq.*

63 Prænotatis itaque supradictis, deueniendum erit, secundum nostrum solitum institutum ad Practicum modum procedendi in Curia: Ideo obseruare necesse est Primò quod cum proceditur per inquisitionem, iudicium erit huiusmodi: videlicet. Capitur prius informatio, & examinatur reus, si captus fuerit, & formantur capitula ex omnibus repertis, formatisque capitulis, quæ sunt, tamquam articuli in ciuilibus: illa producuntur per Promotorem Fiscalem Curiæ, & citatur Reus ad videndum præsentationem illorum, & ad dicendum contra illa, secundum stylum Romanæ Curiæ; in aliquibus tamen Curiis Ecclesiasticis, præsertim Regni Neapolitani, Solum citatur Reus ad recipiendum copiam capitulorum, & in multis aliis non citatur, sed quando Reus est præsens, statim interrogatur super ipsis capitulis, quæ continere debent omnes circumstantias criminis; vt supra dictum est, & omnia crimina. quæ Iudex per Inquisitionem probare intendebat. Dataque Reo copia capitulorum, & indiciorum, si voluerit aliquid opponere contra ipsa capitula, audietur, & dabitur competens terminus, si vero nihil dixerit, interrogari debet super vnoquoque capitulo, & eius responsio describenda erit per Notarium, seù Actuarium causæ in calce vniuscuiusque capituli: & per illam responsionem, siuè affirmatiuam, siuè negatiuam, fit litis contestatio, cuiusquæ vim habet huiusmodi

actus

actus responsionis. Et tunc si confessus fuerit, concessa ei copia capitulorum, & responsionum suarum, vt possit formare suas defensiones, & exceptiones, datur illi terminus ad se defendendum, qui terminus est communis, etiam Curiæ inquirenti: si verò negauerit, dabitur terminus Promotori Fiscali ad plenius probandum illa capitula, & examinantur testes citato inquisito, & similiter dabitur terminus eidem inquisito ad faciendas suas defensiones, qui debet esse competens, attenta distantia loci, & qualitate criminis.

64 Iste autem terminus ad probandum, & defendendum est communis, vt diximus, & intra illum inquisitus opponet exceptiones, & faciet suas defensiones: Pro parte verò Fiscalis infra eundem terminum procurabit fieri per Iudicem repetitionem testium, citato inquisito, quia alias non facerent indicium, iuxta doctrinam Bart. *in lib. fin. in fin. ff. de quæstion.* Testes enim recepti in processu informatiuo ante litis contestationem, cum faciant tantum indicium, non probant, vt communiter tenent omnes Criminalistæ, ideo adhoc vt probent, examinari debent post litis contestationem, & in mol citato reo ad videndum illos repeti, alias deueniri non poterit ad condemnationem, imo neque ad torturam. Boss. *de indicijs num. 128. & de lit. contest. per tot.* Grammat. *cons. crim. 15. nu. 1. & 2.* Clar. *in Pract. crim. §. fin. qu. 45. vers. caterum si Reus,* vbi etiam dicit debere examinari cum iuramento æquè, ac si numquam fuissent examinati, secus tamen est, quando Iudex in termino defensionis dixerit *; habeatis prius testibus pro ratis, & rectè receptis, & legitimè examinatis, &c.* & ipse inquisitus declarauerit illos habere pro repetitis, tunc enim prob rent contra illum, etiam si repetiti non fuerint. Chartar. *in Pract. interrogand. Reo. lib. 3. capit. 3. annot. 64. cum seqq.* & latius suo loco dicemus infrà.

65 Est secundò obseruandum, quod iudicium inquisitionis est summarium, & propterea de stylo Rom. Curiæ, & Aliarum Curiarum Ecclesiasticarum, Regni præsertim, dantur quatuor termini *Primus* scilicet promotori fiscali ad articulandum, siue ad dandum capitula, post quam Reus examinatus fuerit; *Secundus* datur Reo ad dicendum contra articulos, seu capitula, & tunc si petierit copiam, danda erit, & in eo termino opponet omnes exceptiones, quas voluerit, & faciet suas defensiones, & econtra fiscalis promotor probabit capitula, si opus fuerit, & citato reo repeti faciet testes pro informatione Curiæ examinatos, Quo facto fit publicatio; postea datur *Tertius* terminus, tam Reo, quam Promotori ad producendū omnia; & tunc producūtur instrumentis ab vtraque parte, vel ab altera tantum, dabitur *Quartus* terminus ad dicendum contra iura producta, & isti termini sunt substantiales in Vrbe, & in multis alijs Curijs Ecclesiasticis. Reliqui verò actus fieri solent de stylo Curiarum; Vnde post prædictos causa bene instructa dicitur, & censetur conclusum in causa, quoad partem inquisitam, si proceditur per inquisitionem, vbi non fit alia conclusio.

66 Et ex tunc post terminum ad producendum omnia, vt dictum est, qui datur medio tempore post publicationē, ante verò conclusionem, non fiunt aliæ probationes; quia conclusio in causa claudit eos Iudic. & partis. *cum dilectus de fide instr.* Glos. *in clem. sæpè ver. interrogentur de verb. signif.* Innocent. *in c. postulasti de caus. poss. & propr.* Præpos *in c. de accus. 2. qu. 8. col. 45.* quo facto citabitur Reus ad sententiam, quæ tandem profertur in termino, & sic finitur iudicium inquisitionis.

67 Obseruandum est tertio, quod est valde controuersum inter Doctores, an danda sit copia capitulorum Reo de necessitate, nec ne ita vt si non detur, processus sit nullus nam Abb. *in c. qualiter & quando 2. n. 10. notab. 3. de accusat.* tenet quod processus non erit nullus, si ipse reus non petierit *per text. in c. h. de accusat. n. 6.* vb. habetur, quod si reus confessus fuerit crimē, de quo facta fuit inquisit o, non potest allegare nullitatem, ex eo, qui non fuerunt illi data capitula; Archidiacon. verò & Alij, quos citat & sequitur Geminian. *in d. c. 1. de accus. n. 6.* alio modo distinguendo asserunt, quod in iudicijs.

68 Datur duplex ordo Iuris; Vnius est de substantiā iudiciorum, vt scilicet citatio, induciæ post citationem, litis contestatio testium receptio, sententiæ scripto, &c. & iste, si omittatur, vitiat processum. *vt habetur in c. ap. si qui appellat. §. diffinitiua 2. qu. 6.* & notat Gloss. *in cap. 1. 2. qu. 1. ver. quod autem,* vbi etiam notat ordinem diuersorum iudiciorum: Alius verò est ordo congruitatis, non de substantia, vt scilicet sententia non feratur sub conditione, & non prius pronuncietur de possessione, quam de proprietate, & similia, & iste si omittatur, non vitiat iudicium, & sententiam, *c. biduum 2. qu. 6. & l. 1. C. de appellat.* Vnde dicunt ipsi, quod si datio capitulorum, seu exhibitio petitur à Reo, tali casu fit de necessitate Iuris, & sic si ô exhibeatur, resultat nullitas; si verò non petierit, & tacuerit de non datione, tunc exhibitione tunc efficitur de congruitate, & consequenter non resultaret nullitas processus Franc. *an. c.* Io. Mon. & Alii *in praallog. c. 1. de accus. n. 6.* tenent quod quando ordo iuris est de substantia, à parte peteatur cap tula, tunc poterit appellari, si non concedantur, sed processus non redditur nullus, sine appellatione Marsil. verò *in suo Pract. crym. §. nunc videndum* distinguit inter inquisitum Minum, si simplicem, vel rusticum, & inquisitum sagacem, doctum, vel peritum nam primo casu dicit haberi dari, etiam non petendo; secundò verò casu secus, quidquid tamen sit de veritate, sententiatum, tutior pars erit eligenda, maxime per Iudicem Ecclesiasticum, qui debet potius superabundare in æquitate, quam deficere in iustitiæ administratione, & ideo sine petitione per Reum capitula, sine non petantur tot us erit illi concedere, vt possit suas defensiones proponere, quod deducitur ex tex. *in d. cap. qualiter 2. de accus. §. debet;* ibi; *& exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum*, Idem firmare videtur Conrard *de offic. pæn. in tit. de negat. crim. numer. 6. fol. mihi 498.* Ancharan. *cons. 316. num. 1.* vid. Clar. *in Pract. crim. §. fin. qu. 49. vers. sed numquid* vbi Alios congerit; ac etiam ait, copiam esse dandam expensis ipsius inquisiti, non Curiæ, Idem firmiter tenet Foller. *in Pract. crim. canon. cap. 6. num. 47. vers. fin.* retractans se ab eo, quod aliter dixerat *in Pract. crimin. fer. ssetu[illegible]*

69 Et ratio est, quia defensio est Iure naturali. *l. ut vim. ff. de iust. & iur.* & etiam diabolo non est deneganda, si in iudicio adesset. *arg. c. Clementinœ de except.* & ideo cum se defendere nequeat, nisi exhibeantur capitula, necesse erit illi dare. Accedit, quod quando reus non potest se defendere per se ipsum vel per alium, defendi debet ab ipso Iudice. *ut probatur in l. & si non defendatur. ff. de ppo.* ergo in casu nostro, siuè petierit, siuè non debet Iudex illi dare capitula inquisitionis: vt se defendere valeat.

70 Sed quæritur, an impediri possit inquisitio, ita vt ad vlteriora procedi non possit, si opponatur aliqua exceptio, quod procedi non possit?

Respondetur, quod si exceptio opposita contra inquisitionem, fit Iudicis incompetentiæ, vt que illam impedire regulariter potest, per tradita. *in cap. cum speciali & capit. qualiter 2. in princ. capit. super his. e locet in fin. de accusat. ac Denunciat. poenas 2. qu. 1. & c. ieget 3. qu 6.* & ita tenet Specul. *lib. 3. de inquisit. §. 1. num. 1.* qui postea *n. 24.* quoad exceptiones in genere tenet esse illas probandas, antequam ad vlteriora procedatur, per tex. *in cap. exceptionem de except. & cap. in præsentia de sent. excom.* Abbas tamen *in dict. cap. exceptionem* facit quandam distinctionem inter exceptiones dilatorias, & peremptorias, sed de his suo loco dicemus.

Sunt tamen quædam del cta mixti fori, in quibus datur præuentio inter Iudicem Ecclesiasticum, & Secularem, de quibus latè dicem. *infra tom. 2. p. 5. in Prax. 10. §. 3. à nu. 192. verf. et igitur cum plur. seqq* ideo ad ibi dicta me remitto.

71 Obseruandum est quartò, quod hic Nos loquimur de inquisitione, quæ est actus, per quem Iudex procedere solet contra aliquem virtute sui officij; non autem de inquisitione, quæ transmittitur Reo contumaci, quia hæc est potius citatio, quamuis communiter dicatur inquisitio, vt optimè aduertit Signorol. *in cons. 245. dub. 1. num. 5.* quem refert Clar. *in Pract. crim. q. 3. vers. & aduerte* de qua Nos agemus inferius *sect. 18. per tot.* et formulas quasdam subiungemus hic *n. 75. cum seq.*

Vnde procedere per via inquisitionis, non est transmittere Reo inquisitionem, sed formare processum Informatiuum contra Reum, citatio verò, quę postea transmittitur Reo absenti, vel contumaci cum termino ad comparendum cum serie delicti, & aliis circumstantiis, de quibus nos dicemus *à sect. 18.* & mox apparebit ex formulis subiungendis. communiter dicitur etiam inquisitio, quæ quidem transmitti solet non solum Reo absenti, vel contumaci, contra quem proceditur per viam inquisitionis, & ex officio: verum etiam si per viam accusationis. Quod tene menti, quia multi in hoc falluntur, credentes, quod procedere per inquisitionem, & idem

idem cum inquisitione, quæ transmittitur Reo absenti, vel contumaci in vim citationis ad comparendum, de qua Angel. latè *in tract. de malefic. per tot.* & Clar. *in pract. crimin. qu. 31. vers. quæro numquid, & vers. seq. & q. 28. vers. sitas autem*, et Alii, quos referam *d. sect. 18.*

PRAXIS PROCESSVS.

72 Iactis his fundamentis deueniendo ad praxim formandi processum criminalem, notandum est, quod quando Superior Ecclesiasticus siuè sit Episcopus, siuè Prælatus Regularis, qui voluerit procedere per viam inquisitionis generalis ad tradita per text. et DD. *in c. 1. §. sanè de censib. in sexto*, vti poterit infrascripta, vel simili.

Forma edicti Inquisitionis generalis siuè in Visitatione, siuè extra fiat Inquisitio.

N. de N. Episcopus N. siuè N. de N. superior Conuentus N. siuè N. Vicar. gener. &c.

In nomine Domini Amen.

Cum peruenissemus in Terram N. nostræ Diœcesis, *Vel* in Conuentu N. nostri ordinis officium nostrum exequi volentes, vt è nostra Diœcesi, *Vel* Religione vitia, et peccata, quod fieri potest, expurgentur, & delinquentes saltem metu pœnarum a criminib. committendis abstineant, & iam commissa, ob aliorum exemplum, & iustitiam seruandam, conuenientibus pœnis puniantur, per præsens edictum affigendum ad valuas maioris Eccles. d. Terræ, vel Conuentus, &c. in virtute S. obedientiæ præcipimus vt omnes, & singuli, qui de Iure possunt, debent, seruatis seruandis, Ecclesiasticorum delicta manifestare Nobis debeant, omni meliori modo. Ad finem, &c. Et ita, &c. Datum in Terra N. in domibus nostræ residentiæ die... mens... ann...

N. Episcopus N. N. Notar. &c.

73 Quo facto, si aliquis comparuerit ex se ad manifestandum aliquod crimen, illum benignè audiat Episcopus: alias vocatis aliquibus Ecclesiasticis personis secretè inquirere debet in genere priùs de Diuino cultu, et de statu Ecclesiasticorum; deinde an in illa Terra, seu loco sit Aliquis Ecclesiasticus, qui crimen aliquod commiserit. Et cum ita generaliter interrogando, aliquod delictum commissum fuisse reperiat, et audiat: tunc interrogare poterit, an ipse sciat quis illud commiserit: & ille talis, qui sic secretè interrogatur, dixerit se nescire: interrogetur iterum in genere, an sciat saltem aliquem de tali delicto infamatum esse, et illo respondente negatiuè; denuo interrogetur, an sciat, quis potuerit omnia scire. Et ita procedere poterit cum aliis. Habitis autem infamia delicto, vel indiciis sufficientibus ad inquisitionem specialem, fieri poterit sub infrascripta, vel simili.

Forma edicti Inquisitionis specialis, iuxta præfata.

Hæc est quædam Inquisitio, quæ fit, & fieri Intenditur per Illustrissimum, et Reuerendissimum D. N. de N. Episcopum N. in, de, et super eo, quod ad aures ipsius peruenit in Inquisitione generali in qua inquirens, de delictis in genere, audiuit in tali vicinia Terræ N. esse publicam vocem, et famam ibidem commissum fuisse homicidium in personam N. de N. siue furtum, &c. ab N. de N. Et volens dictus D. Illustriss. Episcopus, siue dictus D. Vicarius, siue N. &c. ad cognitionem veritatis deuanire, & cognoscere omnia, et singula à tali delicto emergentia, dependentia, contingentia, ac illi annexa, & connexa, vt delinquentem pro sui pœna, et Aliorum exemplo punire valeat. Ideo ne delicta impunita remaneat, contra dictum N. de N. formiter prout de iure seruatis seruandis procedere mandauit. Quoniam, &c. Et ita, etc. omni, &c.

N. Notarius Curiæ, &c.

Quod si ex inquisitione generali non resultauerit infamia delinquentis, sed aliqua indicia, ponantur illa eodem modo, quo fuerint habita, & tunc loco verborum: in tali vicinia Terræ N. esse publicam vocem, et famam, et *dici debet v. g.* Et de tali delicto ex eadem generali inquisitione graue indicium resultat contra dictum N. de N. ex eo, quod eodem tempore, quo prædictum homicidium fuit perpetratum, ipsemet N. de N. visus fuit in eodem loco in manibus habens gladium euaginatum sanguine cruentatum, vna cum veste, et manibus similiter sanguine madefactis, in facie pallidus, et fugam arripiens; *vel huiusmodi, prout veritas fuerit habita; & postea dici poterit.* Et volens, &c.

Quando verò ex generali Inquisitione non resultarent, nec Infamia, nec indicia; Sed semiplena tantum haberetur probatio, quia fortè vnicus testis omni exceptione maior deponeret, se propriis oculis vidisse N. de N. occidisse N. de N. gladio multis vulneribus inflictis, tam punctim, quam cæsim, & etiam vidisse eumdem ex illis vulneribus illicò mortuum fuisse; tali casu loco prædictorum verborum, dici debet: *& de tali homicidio, & de eadem generali Inquisitione oritur semiplena probatio contra N. de N. ex eo, quod testis vnus omni exceptione maior testatur vidisse propriis oculis prædictum N. de N. percutere gladio talem occisum, & illum ex tali percussione, & vulneribus mortuum esse. Et volens, &c.* vt supra.

74 Quod si contra aliquem præcesserit infamia, vel clamorosa insinuatio, quod aliquod delictum commiserit, absq; eo, quod in generali Inquisitione de illo indicium, vel infamia, aut semiplena probatio habita sit; sed extra actum generalis Inquisitionis; tunc incipi potest processus, sub sequenti, vel simili.

Forma initiandi processum à Notario causa, quando per viam Inquisitionis proceditur.

Cum ad aures Illustrifs. & Reuerendiss. Domini Episcopi N. *siuè* Perillustris, ac Reuerendiss. D. Vicarii Generalis N. *siuè* Admod. Reu. Patris Guardiani, seù Rectoris Conuentus Sancti N. loci N. *siuè* Prouincialis dicti ordinis N. &c. peruenerit fama deferente, clamorosaque insinuatione præcedente, quod N. de N. homicidium commiserit in personam miserabilis quondam N. de N. *vel* quod furtum fecerit in domo N. de N. *& sic de reliquis*, Vt publico bono consuleret, & officij sui munere fungatur, inquisitionem super huiusmodi, ac super annexis, & connexis, emergentibus, & dipendentibus instituere & formare decreuit, atque curauit; *& si Iudex Regularis fuerit, qui indiget Assessore, addatur;* (vna cum D. N. de N. Assessore electo,) ad effectum, vt cognita veritate in Aliorum exemplo, & ne delicta remaneant impunita, delinquentem punire valeant. Actaque hæc incipiunt in Palatio Episcopali N. *siuè* in ædibus N. de N. loci N. *siuè* in Monasterio, vel Conuentu S. N. loci N. die.... Mensis... Ann....

N. Notarius, seù Actuarius Assumptus, &c.

75 In Aliquibus verò Tribunalibus Processus per viam Inquisitionis inchoari solet, prout sequitur, videl.

Forma Inquisitionis generalis, quoad Personas; specialis verò quoad delictum.

Hæc est Inquisitio, quæ fit, et fieri intenditur per Dominum N. Iudicem, etc. ex officio, arbitrio, et balia, contra omnes, & singulos illos, qui de tali tempore, et ra. in tali loco, et cap. Titium occiderunt, vel occidentibus auxilium consilium, aut fauorem præstiterunt, et cap. super quibus omnib. et singulis, connexis, ac dependentibus ab eisdem, & penitus extraneis dictus Dominus N. Iudex inquirit, & procedere intendit, ac condemnare, et punire repertos culpabiles, secundum formam Iuris, et c. Die tali, et c. inchoata, & formata fuit, et c. N. Iudex, et c. locus † sigilli, N. Notarius, et c.

76 Forma Inquisitionis specialis, quoad Personas & quoad delicta ad formam monitorii Romanæ Curiæ.

Hæc est quædam inquisitio, seù titulus inquisitionis, quæ fit, et fieri intenditur per Dominum N. Iudicem N. et cap. ex mero officio, auctoritate, potestate, arbitrio, atque balia, ad denunciam N. *vel* ad querelam N. & ad instantiam Domini

Promotoris Fiscalis contra, & aduersus N. de N. de loco N. territorii N. incolam Ciuitatis, seù Terræ N. homicidam, in, de, & super eo, quod fama publica præcedente, & clamorosa insinuatione sic referente non quidem à maleuolis, & suspectis sed potius ab honestis, & veridicis hominib. & personis nō semel tantum, sed sæpè, & sæpius ad aures, & notitiam dicti Domini Iudicis, etiam per modum Notorii, auditu, relatuque peruenit, quod cum alias de anno.. mens.. N. de N. reperiretur in loco N. occasione, &c. nulla legitima saltem causa subsistente aggressus fuit, &c. eundem N. de N. in loco N. propè dictum N. & animo diabolico ductus scienter, dolosè, & appensatè illum occidit ictu scopoli, & cum esset ibi humo postratus multa vulnera illi dedit in capite, & in brachio dextero, ex quibus vulneribus illinc ad tres horas mortuus est, & deinde illius cadauer Ecclesiasticæ Sepulturæ traditum fuit in Ecclesia S. N. dicti loci N. dictus verò N. de N. post dictum delictum perpetratum dedit se in fugam, rebusque aliis, &c. & prædicta omnia facta, & perpetrata fuerunt per præfatum N. de N. animo, & intentione, loco, & tempore, quibus supra, pœnas propterea legum, Sacrorum Canonum, & Apostolicarum Summorum Pontificum constitutionum, ac statutorum temerè, & damnabiliter incurrendo, &c. & prout latius, &c. super quibus omnibus, & singulis, &c. omni, &c. Die tali Mensis ..ann... Inchoata facta, & formata fuit, &c.

N. Iudex &c. N. Notarius, &c.

77 Notandum est secundò, quod constituto prius de corpore delicti, vt dictum est, capitur informatio examinando testes, vt infrà adnotabimus *sect. seq. in fin.* & postea, si reus carcerat. non potuerit, quia fortè aufugit, formatur citatio quædam, quæ communiter dicitur Inquisitio, quæ formari debet iuxta proprium Tribunalium, & locorum stylum, quia diuersimodè fit, (secundum verò stylum Romanæ Curiæ fit monitorium, vt dicemus infra *sect. 8. an. 5.*) cuius tenor inseritur in citatione ad se excusandum de delictis in dicta Inquisitione seu monitorio intentatis, vt docet Clar. *in pract. crim. §. fin. qu. 31. vers. quare aumquid.* & ad ipsum Reum transmittitur, vt ait Vitalin *in tract. de malef. in rub. de citat. num. 11. 22. & 26.* cum termino competenti ad comparendum *aux. c. olim, & c. fin. de recept.* Fuller. *in Prax. for. secul. in ver. vel eos verbaliter citari facias, num. 22.* & dicta Inquisitio scribitur in actis, & debet continere nomen, & officium Iudicis, vt sciat Reus; coram quo comparere debeat ad se defendendum Angel. *in tract. de malef. in princ.* Clar. *vbi sup. vers. Per Dominum* & Foller. *ibid. nu. 4.* Nomen Inquisiti, terminum peremptorium. Foller. *vbi sup. nu 5. 22. & 40.* Vital n. *ibid. nu. 11.* Pænam, nisi comparuerit personaliter. Foller. *ibid. nu. 8.* ad se excusandum de delictis. Clar. *d. q. 31. vers. quare modo* tempus commissi delicti, Clar. *ibid. vers. quod de anno*, de Aliis clausulis agit. Idem Clar. *d. qu. 31. in vers. quare qua sit forma cum pluribus seqq.* de clausula, *super quibus, &c.* agit Papiens. *in form. inquisit. & glos. super quibus, & ibi Add. lit. A.* Farinac. *qu. 1. pract. crim. nu. 30. et seqq.* & Clar. *loc. cit. vers. super quibus.* Debet etiam citatio personaliter exequi, si fieri potest: alias fiat domi solitæ habitationis. Chartar. *in pract. de execut. sent. c. fin. nu. 182.* Foller. *vbi sup nu. 28.* Clar. *d. qu. 31. vers. sed numquid.*

78 Qualiter autem fit citatio intimanda, attenditur stylus Curiæ, vel statutum loci, Clar. *ibid. vers. actum est*, de styli obseruantia, vide Mascard. *de probat. concl. 1339.* Qui in criminalibus pro lege seruari debet. Afflict. *decis. 301 nu. 5* Menoch. *de præsumption lib 2 præs. 2. col. penult.* & Caualcan. *in Indic: suar. decis. verb. stylus.*

Et ratio est, quia stylus Curiæ semper est attendendus, vt habetur *in l. labeo. ff. de sup. leg. ibi. more agentium sequi*, vbi Gloss. exponit verbum: *Agentium*, idest secundum morem in similibus obtentum ab Agentibus. Et etiam textus *in l. 3. § fin. ff. de testib.* in illis verbis *diligenter indicantis est explorare quæ consuetudo in ea Prouincia, in qua iudicat, fuerit, nam si probabitur, &c.* vbi Gloss. *in d. verb. sæpè* ergo est faciendum, quod sæpè factum est. *l. certe C. locat l. an in totum C. de adi. plu. l. 3. C. quæ sit long. consuet. l. d. l. generer. C. de aquaduct et vsu aquæ. l. 1 § tel. sine herede § pen ff. de admin. tutor.*

Quod procedit, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, ita vt si per Iudicem in citationibus non attenderetur stylus Curiæ, vbi ius dicit, citationes non arclarent citatum, si facta esset contra solitam formam illius Curiæ, & sic excusaretur citatus non comparendo, Vant. *in tract. de nullitatib. tit. de nullit. ex defect. citation. n. 74. & seq.* & Gratiol. Vbert. *in tract. de citationib. tom. c. 7. n. 304.*

Nam si citatio fieret secundum nouam, & insolitam practicam contra antiquam, & consuetam formam, qua vsa semper fuit Curia, non teneretur citatus comparere Alciat. *de præsumpt. regul. 2. nu. 4. in addit.* vbi allegat Felin. Ripam. & alios in locis ibidem adductis. Marsil. *in suis singularib. singul. 118. incip. stylus Curiæ.*

Quinimò nulla est citatio facta contra stylum Principis loci. Roland. *cons. 39. n. 2. lib. 1.* Natt. *consil. 594. l. 1.* post Angel. *in l. fin. C. de Canon. largitionib. lib. 10.* & Felin. *in c. cum iam quæ il 2. nu. 11. de testib.* Vbert. *loc. cit.*

Et (quod magis est) si quis in citatione apponeret clausulas insolitas, puniri posset de falso *per text in c. porrecta §. cum igitur de confirmat. vtil. vel inutil.* in illis verbis: *mandamus quatenus illos, qui tales litteras exhibuerint, in quibus prorogatus vel administrationis, tamquam religiosi confirmantur, eosdem pœnas, tamquam falsificatis actores* & aduertit Petr. Gerard. *singular. 77. incip. clausula insolita n. 4.* ita sunt etiam tradita per Dec. *in cap. ex parte nu. 6. vers. nota tertiò. de rescript.* vbi ait, quod adhuc rescriptum Principis præsumitur falsum, si a communi stylo deuiet. sicut, & Litteræ Apostolicæ contra stylum, habentur pro falsis, vt habetur *in cap. quam graue de crim. fals.* vbi Summus Pontifex Innocentius III Antinacensi, Episcopo dat regulam cognoscendi Literas Apostolicas veras a falsis, & falsas a veris, quæ quidem dignoscuntur, si eis non adhibeatur solitus stylus, vt si alicui Episcopo dirigerentur, & diceretur, *dilecto filio*, cui de stylo dicitur: *Venerabilis fratri*, vel si Litteræ directæ fuerint alicui Vicario Generali, & diceretur, *Venerabilis fratri*, cui de stylo dici solet *dilecto filio*, & sic de reliquis, *vt in eod. cap.*

79 Solet aliquando fieri alio modo Inquisitio in delictis leuibus, videl.

Forma Inquisitionis breuior in delictis leuioribus.

Inquiratur ex officio Curiæ, nec non ad querelam, seù ad denunciam N. & ad instantiam N. Promotoris Fiscalis, contra & aduersus N. in, de, & super eo, quod de præsenti anno, &c. (*& inseratur series facti, vt suprà, demonstratum est pro exemplo*) rebusque aliis, &c. & prædicta omnia, &c. super quibus, &c. Die.. mens.. ann.. Inchoata, facta, & formata fuit N. Iudex, &c. N. Notarius, &c.

80 Citatio autem cum inserto tenore Inquisitionis fieri solet in quibusdam Curiis, vt tradit Chart. *de exec. sent. cap. 8. n. 386. & seq.* In aliis verò non inseritur inquisitio in citatione, Iacet Chart. *num. 388.* Sed an vnica citatio sufficiat peremptoria, an verò requirantur plures, vid. Clar. *in d. § fin. Pract. crim. qu. 31. vers. quaero modo.* Tenor verò citationis solet esse, vt sequitur, vel huic similis.

Forma Citationis Inquisiti cum inserto tenore Inquisitionis.

Die.. Mens.. Ann.. De Mandato Domini N. Iudicis, seù Gubernatoris N. Instante Domino Promotore Fiscali; Citetur N. de N. ex aduerso principalis, quatenus infra triduum proximum, coram præfato Domino Iudice compareat, ad respondendum inquisitionis contra eum formatæ, in, de, & super eo, quod cum alias de anno &c. *& sequitur tota series inquisitionis, de qua supra nu. 73. vsque ibi*; Super quibus, etc. *& sequere vsque ad finem. Deinde concludo:* Alioquin, etc. In quorum, &c. Datum, &c. Die, mense, et anno quibus supra, &c.

N. Iudex, etc. N. Notar. &c.

81 Deinde fit relatio Nuncii, seù Cursoris, quod citauit Inquisitum, vel personaliter, vel domi, et debet fieri in calce ipsius citationis, quæ in Actis est scribenda seriatim, quia est de substantia citationis. Bald. et Salicet. *in l. fin. C. de fer.* Foller. *in Practic. crimin. vers. fiat relatio nuncii.* Quæ relatio est adeò de substantia processus, vt fieri nequeat in die feriato ad honorem Dei. Bart. *in l. si fimen §. Iulianus col. 4 ff. de damn. inf.* Glos. *in l. pen. ff ad Trebell.* Alex. *in lib. 1. §. nunciatio col. 7. ff. de nou. oper. nunc.* Bal. *in l. Iudices in vlt. notab. ff. de fid. instr.* Hinc est quod si non reperiatur descripta relatio per Actuarium in actis, citatio

nihil

nihil valeret, imò nec sententia, neque potest aliquis contumax dici Paul. de Castr. *cons.* 81. *col* 4. *vol.* 3. Bart. *in l. hac autem.* §. 1. *per illam tex. ff. ex quib. caus. in possess. eat.* Sufficit tamen si fiat per Nuncium Notario Actorum tantum, sine præsentia Iudicis Bart. *in d. l. si finita.* §. *Iulianus col.* 3. *vers. iuxta prædicta quare*; & ibi Alexand. ac Sinol. Salicet. *in l. eo* §. *super. C. appellat. & in Authent. qua supplicatio. C. de præcib. Imper. offer.* Et de Iure Regni Neapolitani cautum reperitur *in Regia Pragmat.* 2. quæ incipit: *Quilibet*, quod relatio tria extrema continere debet, nimirum quod fiat de commissione iudicis præcedente, de citatione effectiua, & de descriptione in actis, vt constet. Debet autem fieri relatio cum iuramento, & tunc statur dicto Cursoris, an citauerit de persona, vel in domo. Bellamer *dec.* 319. *& dec.* 100. Et tamen aduertendum, quod si Iudex mandauerit citari reum personaliter, & si haberi non possit, domi, & Cursor relationem fecerit, se citasse domi, & non asserat fecisse diligentiam de habenda persona, citatio esset nulla, & non poterit Iudex ad vlteriorem actum validè procedere in vim dictæ citationis. Alex. *cons.* 137. *incip. In causa & lite. col.* 3 *ver. præterea, lib.* 2. Abb. *cons.* 84. Idem esset, si referret simpliciter, se fecisse, prout in mandatis, nam tamquam obscura, neque valeret. Alex *cons.* 2. *col.* 1 *lib.* 3.

82 Solet autem Relatio fieri hoc, vel simili modo, videlicet.

Forma Relationis.

Die... mens... ann... N. de N. ordinarius Cursor, seù Nuncius nostræ Curiæ N. retulit mihi infrascripto Notario, cum iuramentum se hodie prędicta die citasse N. de N. personaliter repertum, cui dimisit copiam citationis, modo, & forma prout habuit in commissis, &c. Et in fidem, etc. die quo supra, etc. N. Notarius, etc.

Vel alio modo.

Die, etc. exequuta fuit per N. publicum Nuncium, siue Cursorem, seù Baliuum, vel Mandatarium Curiæ, (*cum executores Curiarum diuersis nominibus appellari soleant; secundum propria regionis morem*) domi dimissa copia, vel: ad valuas Curiæ affixa copia, vel ad locum N. dimissa copia, prout retulit, etc.

N. Notarius, etc.

83 Vbi verò citatur inquisitus absque inserto tenore inquisitionis, citatio fieri potest hoc, vel simili modo, vid.

Forma citationis sine insertione Inquisitionis.

Die... Mens... Ann... De mandato Domini N. iudicis N. siuè, etc. instante Domino Promotore Fiscali citetur N. de N. ex aduerso principalis, quatenus infra Triduum compareat personaliter ad respondendum inquisitioni contra ipsum formatæ tenoris, prout in ea, ad quam, etc. in quorum, etc. Datum, etc.

N. Iudex, etc. N. Notarius, etc.

In Curijs Secularibus quarundam Prouinciarum, in quibus proceditur ad banniendum Reum, fiunt plures citationes de quibus vid. infr. *sect.* 18. *n.* 5.

84 Et tamen aduertendum, quod ordo supra positus cum formulis inquisitionum in quibusdam in Curijs Ecclesiasticis non seruatur eodem modo, sed diuersimodè, secundum proprium stylum, & morem regionis. Vnde sicut in Curijs Secularibus post contumaciam Inquisiti, proceditur ad banniendum illum, si non compareat infra terminum assignatum, quia si compareat, bannum resoluitur in vim simplicis citationis Scacc. *c.* 87. *n.* 38. Franc. *q. crim.* 1 1. *n.* 101. sit in Curijs Ecclesiasticis procedi solet ad sententiam excommunicationis, cuius formam, & iudicium videre poteris infr. *tom.* 2 *p.* 5. *prax.* 7. §. 2. *per tot.* Quomodo autem capiatur informatio, seù formetur processus informatiuus in inquisitione, *vide in sect. seq. in fin.* vbi de accusatione agemus.

Aliquando verò contra Reum contumacem sic citatum, vt supradictum est, si intra terminum præfixum ad comparendum, nihil pro eius parte reuelans deductum fuerit, quod ab onere comparendi excusaret, procedi solet in aliquibus Curiis ad sententiæ condemnatoriæ prolationem, secundum delicti de quo inquiritur, qualitatem; seruatis terminis solitis, de quibus *infr. sect.* 18. At verò in huiusmodi materia seruandus est stylus propriæ Curiæ, in qua ius dicitur, à quo non est recedendum, vt pluries diximus. Reliqua latius inferius dicemus super Practica procedendi in contumaciam. *sect.* 18. *per tot.* ibi vide, ne error inducatur.

SECTIO III.

De Accusatione.

SVMMARIVM.

1 *Accusationis definitio.*
2 *Accusationis requisita, quæ?*
3 *Libellus an requiratur in accusatione.*
4 *Iudicia criminalia ordinatur sicut ciuilia.*
5 *Annus commissi criminis exprimi debet in Accusatione.*
6 *Mensis in accusatione exprimendus.*
Dies patrati criminis est etiam exprimenda in accusatione.
7 *Locus certus, in quo delictum commissum est, etiam debet in accusatione.*
8 *Subscriptio in accusatione, an necessaria sit, et qualis.*
9 *Pœna talionis non est amplius in vsu.*
10 *Iuramentum calumniæ in accusatione, an seruetur.*
11 *Accusatio per Procuratorem quando fieri possit.*
12 *Accusatio omnibus permissa, nisi expressè prohibeatur.*
13 *Concessum intelligitur, quod non est à Iure prohibitum.*
14 *Pupillus, vel impubes accusare non potest.*
15 *Filius familias quando accusare possit.*
16 *Seruus accusare non potest Dominum.*
17 *Libertus neque potest accusare Dominum.*
18 *Mulier neque accusare potest, nisi in quibusdam casibus.*
19 *Officiales maiores neque accusantur, durante officio; secus in officialibus minoribus.*
20 *Clericus, neque accusare potest in criminalibus pœnam sanguinis ingerentibus, nisi cum protestatione, alias efficitur irregularis.*
21 *Milites, an possint accusare.*
22 *Laicus Clericum accusare nequit, nisi in aliquibus casibus.*
23 *Inimicus neque potest accusare inimicum.*
24 *Inimicitia capitalis esse debet; Quæ autem sit, arbitrio Iudicis remittitur.*
25 *Pauper neque potest accusare; & quis dicatur pauper.*
26 *Frater fratrem accusare nequit capitaliter.*
27 *Infamis accusare neque potest; imò neque alium infamem, vt aum. [illegible]*
28 *Suam, vel suorum iniuriam prosequi, quando quis dicatur.*
Suorum appellatione, qui nam veniant.
29 *Criminosus neque valet accusare.*
30 *Accusatus, pendente accusatione, accusatorem accusare non potest.*
31 *Excommunicatus neque accusare valet.*
32 *Hæreticus, Schismaticus, Paganus, vel Iudæus neque.*
33 *Absens præsentem accusare nequit.*
34 *Procurator, vel Tutor, aut Alius alieno nomine neque potest nisi sit illustris Persona.*
35 *Concussor neque potest.*
36 *Calumniator neque.*
37 *Desistens ab accusatione sine abolitione, neque potest.*
38 *Leno neque potest accusare de adulterio vxoris.*
39 *Vilis persona neque accusat.*
40 *Transigens, vel paciscens de non accusando, neque potest accusare.*
41 *Transactio de crimine fieri non potest de Iure Canonico.*
Crimen quodcumque est publicum de Iure Canonico.
42 *Pactum de non accusando non tenet.*
43 *Irregularis accusare non potest Sacerdotem.*
44 *Prohibiti accusare de Iure Ciuili, prohibentur etiam de Iure Canonico.*
45 *Repulsus à testimonio ferendo, repellitur etiam ab accusando.*

46 *Litigiosus, vel male conuersans, aut malè viuens similiter repelluntur.*
47 *Alienigena accusare non potest.*
48 *Conspiratores neque possunt.*
49 *Detractores, neque accusare valent. Sicut neque.*
Incestuosi, neque malæ opinionis homo. Neque Concubinarius publicus. Neque Histrio.
50 *Crimen antiquum post 20. annos accusari nequit.*
51 *Mortuus accusari nequit, nisi hæreticus fuerit, vel læsæ maiestatis crimen commiserit.*
52 *Prohibiti accusare permittuntur in multis casibus.*
Casus, in quibus permittitur accusatio etiam prohibitis.
53 *Nemo condemnari potest sine accusatore regulariter,*
54 *Casus, in quibus sine accusatore proceditur.*
55 *Criminum diuisio, & de quibus accusare possit Crimina publica quæ.*
56 *Pœna ordinaria criminum, an minui possit per Iudicem Primum delictum mitiùs punitur.*
57 *Delicta, seu crimina priuata; quæ?*
58 *Notorium crimen quod? & quotuplex.*
Factum quotuplex?
Notoria crimina non requirunt accusatorem, vel denunciatorem.
59 *Manifestum crimen, quod?*
60 *Fama, quæ?*
61 *Vox, seu Rumor, quis?*
62 *Opinio communis, quæ?*
63 *Occultum crimen, quod? & quotuplex.*
Secretum, quando dicatur.
64 *Leuia delicta, quæ?*
65 *Grauia, seu atrocia delicta, quæ?*
66 *Fornicatio in Clericis est graue delictum.*
67 *Atrocissima delicta, quæ?*
Depositio Clericorum per quæ delicta fiat.
Casus pro quibus imponitur pœna depositionis.
Filia spiritualis, quæ? remissiue.
68 *Incorrigibilis quando dicatur Clericus.*
69 *Depositio non fit, nisi specialiter caueatur in Iure Canonico.*
70 *Crimina depositione digna, quæ?*
71 *Crimina merè ecclesiastica, quæ?*
72 *Crimina merè sæcularia, quæ?*
Crimina communia, seu mixti fori; quæ.
73 *Crimina nominata, quæ? & quæ innominata.*
74 *Clericus accusare potest laicum in foro laicali cum protestatione.*
Protestatione præmissa potest Clericus accusare in causa sanguinis.
75 *Clericus Clericum; imò Superiorem accusare potest.*
76 *Tempus accusationis quantum duret de Iure Canonico.*
77 *Exceptionis remedio aliquando crimina prosequuntur in iudicio tripliciter.*
Crimina per viam exceptionis opposita, quomodo puniantur.
Testis, cui obijcitur crimen, quam pœnam sustinebit.
78 *Exceptio criminis opposita contra electum ad Beneficia quid operetur?*
79 *Exceptio criminis ciuiliter opposita, quid operetur?*
Testis, cui opponitur crimen repellitur, sed non punitur.
80 *Probationes factæ in iudicio ciuili non faciunt fidem in criminali.*
81 *Exceptio criminis criminaliter oppositus, quid operetur.*
82 *Procurator non admittitur in criminalibus.*
83 *Criminalis causa, quando dicatur; & quando ciuilis.*
Ciuiliter agi etiam potest crimine.
84 *Criminalis, & ciuilis actio simul principaliter intentari non potest secus accessoriè.*
Criminale iudicium dignius ciuili.
85 *Iudicio criminali intentato non potest ciuile intentari.*
86 *Confessio criminis incidenter facta, quid operetur?*
87 *Captus in flagranti crimine Iudici est præsentandus.*
88 *Flagrantia criminis facit, vt quilibet eum delinquentem capere possit.*
89 *Clericus in flagranti crimine repertus capi potest, etiam à laicis, dummodo ad Iudicem Ecclesiasticum ducatur.*
90 *Ordo Iudiciarius non seruatur in causa flagrantia criminum.*
91 *Practica seruanda cum capto in flagranti, quæ?*
92 *Pœna delicti exequi potest contra ceperum in flagranti, sine sententia.*
93 *Notorium crimen committens, & inflagranti captus pari pœna puniuntur.*
94 *Capti in flagranti detineri non possunt vltra 20. horas.*
95 *Libelli Accusatorij forma; seu querela, vt alicubi dicitur.*
66 *Citationis testium forma in criminalibus.*
97 *Relationis Cursoris forma de executione citationis.*
98 *Examinis testium forma pro Curia informatione.*
99 *Præsentationis capti in flagranti forma.*

1 TErtius modus procedendi in causis criminalibus, est per viam accusationis, *vt dix. sup. in Præfat. præsentis pract. crimin. nu.* 11. Ideò de more plura erunt a Nobis examinanda pro pleniori materiæ notitia. Et Primò, quod sit Accusatio. Secundò, Quæ sint eius requisita. Tertiò, An quilibet accusare possit. Quartò, An sine Accusatore possit Iudex aliquem condemnare. Quintò, Quænam crimina accusari possint.

Quoad primum notandum est, quod accusatio est delatio alicuius criminis ad vindictam publicam, legitima interueniente subscriptione, ita communiter definitur per Doctores, vt restatur Felin. *in rubr. de accusat. n.* 3. quem refert, & sequitur. Gigas. *de crimin. læsæ maiest. fol.* 58. *q.* 1. *n.* 4. & Marian. *in d. rubr. de accusat. n.* 1. dicit etiam de communi. vide Decian. *in tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 1. *per tot.* Scacci. *eod. tr. c.* § 1. *n.* 1. *tit. de libell. accusat.* Baiard. *ad Clar. q.* 52. *n.* 5.

2 *Quoad secundum*, est notandum, quod plura sunt requisita, quæ accusatio habere debet, de Iure, & regulariter loquendo, quia hodie ex generali consuetudine sublatæ sunt ferè omnes solemnitates, & formæ accusationum, vt ait Clar. *in pract. crim.* § *fin. d. q.* 12. *vers. Item quæro ibi: sed hodie cum ex generali.* Hæc autem requisita ad septem substantialia reducuntur per Doctores, quæ sunt scriptura seu libellus accusatorius, Annus, Mensis, locus commissi delicti, Nomen Accusatoris, & Accusati; Iudicis: atque species commissi criminis, *vt ex textu in l. libellorum ff. de accusat.* probant, Gaudin. *in tra. malef. rubric. qualiter fiat accusatio n.* 3. Angel. *de malef. in ver. ad querelam Titij. n.* 55. Boss. *in pract. crim. tit. de accus. n.* 2. Marant *in spec. aur. part.* 6. *memb.* 4. *n.* 16. Clar. *in pract. crim.* § *fin d. q.* 12. *vers. præterea. & vers. Dixi etiam*, & ibi Baiard. Scacc. *l.* 1. *de iudic. c.* § 1. *n.* 1. & Alij. Nos verò de singulis aliqua percurremus ad quæ reducendo alia, omnia præstabimus.

Primum igitur requisitum est, quod accusatio fiat in scriptis *iux. tex. in d. l. libellorum. ff de accusat.* quia etiam in foro Canonico debet accusatio fieri cum eisdem feræ solemnitatibus, quibus fit in foro ciuili laicorum, mutatis tamen mutandis. Vnde sicut in foro laicorum dicitur *Regnante N Rege N* In foro Ecclesiastico dicitur: *sub Pontificatu N. Papa N. & sub administratione, & regimine N. Episcopi N. & sub Vicariatu* N cum nomine Accusatoris, & Accusati, & cum anno, mense, die, loco, &c. de quibus habetur *in c. per scripta* 2. *q.* 8. § *libellorum*, vbi Archidiac. & Alij.

3 Et sic patet; quod in accusatione criminali requiritur libellus, siue agatur de crimine ciuiliter, siue criminaliter, *vt in d. l. libellorum*, vbi de hoc, quæ est *cap. Accusatorum, cum seqq.* 1. *qu.* 8. *& cap. legum* 2. *quæst.* 1. *& não. super his de accusat. & l. fin. ff. de priu. delict. l. fin. C. de furt. & l.* 2. *&* 4. *C. qui accusar. non poss.*

Quod fallit in illis casibus, in quibus procedi potest sine accusatore, de quibus inferius, qui notantur. *in c. vnic. vt ecclesiast. benef.* Et in crimine abigeatus. *vt in l.* 1. *C. de abigeis.* in his enim non est necessarius libellus in scriptis. In alijs verò semper est necesse, vt accusatio fiat in scriptis, vt docet Bart. *in extrauagant. Ad reprimendum in verb. per inquisitionem n.* 33. & est communis sententia DD. vt testatur Cardin. *in cap. de accusatione col.* 6 *vers. puniuntur etiam* 2. *q.* 8.

4 Et ratio est, quia Iudicia criminalia regulantur ad instar ciuilium, quando aliter in Iure cautum non reperitur; vnde sicut in ciuilibus requiritur libellus. *vt in Auth. offeratur. C. de lit. contest.* quæ est *cap. si testes* § *offeratur.* 3. *q.* 3. *& cap.* 1. *&* 2 *de libell. oblat.* Ita & in criminalibus, vt tradit Specula. *lib.* 3. *de libell. conception.* § 9. *in princ.*

Et bene verum, quod hodie seruatur in practica ferè per totam Italiam, vt non accusatio solemnis, sed quærela exponatur per accusatorem verbaliter tantum, quæ redigitur in scriptis

scriptis

scriptis per Notarium, seù Actuarium Curiæ, iuxta sententiam Salicet *in l. pen. n. 7. de accus. Iur.* & hic non sit accusat solemnis per libellum, vt fieri solet ab antiquis, sed eius loco successit quærela. Clar. *vbi sup. q. 10. vers. sciat autem.*

5 *Secundum requisitum*, est tempus commissi criminis, ideo in accusatione exprimendus erit annus, *vt habetur in d. l. libellorum* canon *ita in c. fin. §. libellorum 2. quæstion. 8.* vbi etiam cauetur exprimi debere alia necessaria, ita Gandin. *vbi sup. n. 6.* quem refert Angel. *ibid. num. 3.* Clar. *loc. cit. & qu. 31. vers. quod de anno*, vbi de commun. Farinac. *qu. 1. num. 12.* Carauit. *sup. rit. Magna Cur. Vicar. 20. numer. 4.* Et hoc locum habet, etiam in iudicio inquisitionis, vel denonciationis Clar. *vbi sup.* & Scacc. *in d. c. 51. nu. 20* latè Mising. *centur. 1. obseruat. 32. & 33.* Imò etiam in crimine falsi exprimi debet tempus certum commissi criminis, secundum Boss. *in tit. de inquisit. num. 9.* quem sequitur Scarlat. *to. 1. cons. crim. cons. 118. n. 2.* Farin. *controuers. tur. c. 14. in fin. libr. 9.* quamuis Alij contrarium teneant contra Boss. vbi supra. vt sunt Menoch. *cons. 100. num. 81. & seq lib. 1.* Cæphal. *cons. 304. numer. 114. libr. 3.* Rim. Iun. *cons. 18. num. 7. vol. 1. vbi de commun.* Farinac. *d. qu. 1. num. 13. in fin.* & Alij relati per Fach. *d. c. 14. in princ.*

In leuibus tamen criminalibus, & in delictis successiuis non est necessariò exprimendus annus, & mensis, vt tenuit Rot. Roman. *decis. 431. num. 2. part. 1. diuers.* & Scacc. *d. cap. 51. num. 3. & num. 4.* vbi etiam dicit, annum desumendum esse non à die commissi criminis, sed à die Natiuitatis Domini nostri Saluatoris.

6 *Tertium requisitum*, est vt exprimi debeat mensis, quo commissum fuit delictum, *d. l. libellorum, & d. c. fin. §. libellorum*, Farinac. *d. q. 1 n. 12.* vbi concordantes allegat Scacc. *d. c. 51. nu. 13.* vbi dicit hoc difficultatem non habere, & Vulpell. *respons. 14. numer. 13* & talis specificatio mensis in accusatione est adeo necessaria, vt si ipsius demonstratio falsa fuerit, processus vitiaretur, cum mensis sit de substantia, & forma iudicii accusationis, vt post Baldum & Alios, quos allegat, firmat Baiard. *ad Clar. q. 66 num. 22.*

Sed numquid dies patrati criminis exprimenda sit in accusatione? Respondetur in hoc discordare Doctores. Alij enim asserunt, diem certam exprimendam esse, vt sunt Boss. *in tit. de inquisit. nu. 91. in fin.* Marcard. *de probat. conclus. 28. num. 5. vol. 1.* Grat. *cons. 59. num. 13. vol. 2.* Farinac. *cons. 85. n. 59.* & latè Ioan. Bott. *cons. 2. nu. 3. & seqq.* Alij verò negatiuam sententiam tuentur, simpliciter asserando, quod dies non sit necessaria, & eorum sententia corroboratur ex tex. *dict. libr. libellorum* in illis verbis: *Nec autem diem, nec horam inuenit, &c.* ita Ant. Gomez. *in tract. de delic. tit. qualiter formetur accusatio numer. 4. in fin.* Gig. *de crimin. læs. maiest. tit. qualiter in crimin. læsæ maiest. proced. libr.* Farinac. *d. quæstion. 1. numer. 18. vbi de commun.* Mysinger. *centur. 2. obseruat. 40.* Alij autem tenent tunc solum exprimendum esse diem, quando Accusatus petierit, vt Accusator exprimat diem certum, quia fortè defendere se voluerit, probando negatiuam coarctatam loco, & tempore, quod scilicet eo die erat in alio loco distanti ab illo, in quo commissum fuit delictum, alias non Bart. *in l. Is qui Reus num. 10. ff. de public. iud. & in d. l. libellorum in princ. numer. 13. & in l. in bitraria §. si quis Ephesi num. 6. ff. de eo, quod cert. loc.* & ibid. Iat. *post numer. 1.* sequitur Boss. *de inquis. num. 92.* Clar. *d. qu. 12. vers. dixi etiam* Simanc. *de heretic. c. 4. n. 4.* latè Scacc. *d. c. 51 n. 4* Vio. *commun. opin. in verb. Accusator, vel Fiscus.* Sed horum opinio ab Aliquibus refellitur, asserentes, quod etiam si petatur à parte, vt exprimatur dies neque tenetur Accusator illam exprimere. Mysinger. *d. obseruat. 40.* Maraot. *in Specul. aur. par. 4. dist. 16. num. 44.* Gomez. *tit. de delict. cap. 11. nu. 4. vers. sed his non obstantibus vid.* Vulpell. *respons. 14. num. 5. vers. quidquid sit in die* Signorol *cons. 244. nu. 2.* Merend. *cons. 88. nu. 3. tom. 2. crim.* Quorum tamen opiniones de directo contrarias concordare conatur Farinac. *d. q. n. 20.* dicens, quod opinio negatiua procedit, quando Reus petit expressionem diei calumniosè, puta quando talis expressio ei non prodest, quia iam se defendere potest sine dies expressione; opinio vero affirmatiua procedit quando sine tali expressione non potest se defendere, vt si voluerit testes de falso conuincere, probando negatiuam, vel aliam similem defensionem faciendo. Sed cum sit impossibile, quod expressio diei non possit Reo prodesse, ideo Iudicis arbitrio remittendum esse censent. Boss. *vbi sup. num. 92.* Farinac. *d. q. 1 num. 24.* Plot. *cons. 60. num. 17.* Simanch. *de catholic. instit. tit. 4. num. 10.*

Scacc. *d. capit. 51. numer. 35. in fin.* Rot. Roman. *decis. p. rit. 4. nu. 3. p. 1. diuers.* quidquid in contrarium asserat. Thom. Triuultian. *decis. 20. nu. 2. & seq. lib. 2.* Alij tradunt, quod si dies, vel hora est de substantia delicti, vt in deambulatione nocturna, quæ prohibita est sine lumine post sonum Campanæ, vt in quibusdam locis fit, tunc exprimi debet hora diei certa, alias non Bart. *in d. l. libellorum numer. 12.* Angel. *de malef. in verb. de anno praesenti nu. 5.* Gomez. *de delict. d. cap. 11. nu. 4.* latè Farinac. *d. qu. 1. num. 19.* Scacc. *d. cap. 51 nu 36 in fin* Alii tandem asserunt, quod solemnitates *dictæ legis libellorum* non seruantur de consuetudine, & propterea si expresse non fuerint, adhuc accusatio sustinetur. Decian. *respons. 124. numer. 29. cum seqq. vol. 3. vbi latè.* Veritas tamen est, quod si per partem opponatur, tunc exprimi debeat dies, ad effectum vt possit se melius defendere DD. communiter, vt testatur Gomez. *d. cap. 11. sub. nu. 4. vers. iuxta quod* & ita resolutum fuit per bon. mem. Clement. VIII. *in plena signatura gratiæ de anno 1595. in causa Gudem. conuersorum per Acta Belgy* Marcard. *de probat. conclus. 18. numero 4. vol. 1.* Clar. *vbi sup. d. quæst. 12 vers. dixi etiam vbi de communi*, et ibi latè Baiard. Bertaxx. *cons. 307. num. 2. l. 2.* Farinac *d. qu. 1. n. 20.* vbi Alios cumulat, & dicit in iudicando, et consulendo non esse ab hac opinione recedendum. Viu. *com. opin. 29. num. 3. l. 1.* Vestr. *in Prax. tit. de respons. Rei ad positiones actoris col. 2.* Bott. *cons. 2. num. 2. et seqq.*

7 *Quartum requisitum* de Iure est, vt in accusatione exprimatur locus, in quo crimen commissum fuit, *iuxta text. in d. l. libellorum ff. de accusat. & d. cap. fin. §. libellorum 2. qu. 8.* Plot. *d. cons. 60. nu. 3. & 6.* Decian. *respons. 18. nu. 74. vers. quinto respondeo l. 1.* Clar. *d. quæst. 12 vers. dixi etiam* Mysinger. *centur 2. obseruat. 32.* Farinac. *cons. 86. n. 58. & d. qu. 1. n. 12.* alioquin accusatio sine loci expressione redderetur nulla. Alex. *in l. edita n. 13. C. de edend.* et ibi etiam Dec. *nu. 34.* Rip. *n. 26.* et Curt. Iun. *n. 83.* Villalob. *in l. commun. opin. litt. A. post. num. 13.* et Alij, quos allegat Farinac. *d. nu. 12.* Et Ratio est, quia Reus accusatus non potest se benè defendere, si locus non exprimatur, cum non possit negatiuam coarctatam loco, et tempore probare, neque testes de falso redarguere, et alias probationes ad sui defensionem facere. Qui locus describendus est per confines, et cohærentias, puta in platea N. terræ N. ante domum N vel in territorio N. iuxta viam etc. Angel. *de malef. ver. in Platea com. mun.* Clar. *vbi sup vers. est autem.* Ioan. Bott *cons. 2 num. 4.* vbi Alios allegat, quod procedit etiam in crimine falsi. Boss. *de inquisit. n. 90.* Scarlatin. *cons. 118. n. 2. & seqq. tom. 1. crim.* Baiard. *ad Clar. d. qu. 12. num. 4.* quamuis in contrarium sentiant quam plures Alij, vt testatur Farinac. *d. q. 1. n. 13.* Vnde in re tam graui ad effugiendas Doctorum disputationes, melius erit exprimere locum tempus, et omnes alias circumstantias; et si delictum commissum fuerit de mandato alterius, exprimatur etiam tempus mandati, vltra tempus delicti commissi. Montkell. *in Pract. crim. reg. 7 num. 69.* Farinac. *d. q. 1. n. 14. et numero 15.* vbi dicit de communi, hoc faciendum, etiam parte non opponente, & idem firmat Mysing. *dict. obseruat. 32. num. 1.* Menoch. *de recuper. poss. rem. 1. num. 473. & cons. 100. num. 86. l. 1.* Quod secundum Aliquos est adeo verum, vt si non probetur per accusatorem locus delicti, Reus accusatus absolui debeat. Boss. *d. num. 90.* Clar. *vbi sup. & qu. 31. vers. quod de anno*, et ita censuit Rota lucensis, vt testatur Magon. *decis. 54. num 16.* vbi declarauit fuisse bene appellatum, et malè iudicatum, ob non expressionem loci delicti. Plot. *consil. 52. num. 14.* Rim. Iun. *cons. 723. num. 86. vol. 6.*

8 *Quintum requisitum* est, quod accusator, secundum Ius Canonicum, se subscribat, obligando se ad pœnam talionis, hoc est ad patiendum eamdem pœnam, qua puniendus esset accusatus, si delictum, de quo accusat, Probauerit; et similiter promittat se perseueraturum vsque ad finem causæ. *vt habetur in d. c. fin. vnc. p. per scriptu §. libellorum 2. quæst. 8. et in c. super his, de accusat.* Et ita seruatur etiam hodie in Curiis Ecclesiasticis, saltem quoad subscriptionem, si non quoad pœnam talionis, vt aduertit Card. *in 1. libellorum in fin.* Præposit. *in d. cap. de accusat. 6. quæst. 8. col. 4. & 5.* Subscriptio, seù vt alij dicunt, inscriptio talis vel similis esse debet; *Ego N. Accusator profiteor me detulisse talem Reum talis criminis, prout in libello et me velle prosequi vsque ad finem causæ; & ille subire pœnam talionis;* quod est conforme. *text. in sup. quisquis 2. quæst. 8. & cap. licet de accusat.*

Quod si omittatur talis pœna talionis, non per hoc fiet

nullitas processus, quia simplex subscriptio operabitur, vt accusatore teneatur subire eamdem pœnam, si non probauerit, delictum fuisse ab accusato perpetratum. *per cap. qui non probauit. 2. qu. 3.* DD. communiter. *in c. super his de accus.* Gloss. *in l. 2. verb. periculi C. de fid. instrum.* Salicet. *in l. qui crimen, C. de his qui accusar. non poss.* & Præposit. *ubi sup.* quos refert & sequitur Foller. *in Pract. crim. can. p. 2. cap. 4. n. 50.* vbi tamen ait, se numquam vidisse fieri dictam inscriptionem, seù subscriptionem, sicut et ego testor, neque illam vidisse fieri in tot Curijs Ecclesiasticis, in quibus fui Vicarius Apostolicus, et Generalis, prout etiam non seruari tempore suo ait Speculat. *l. 3. de accusation. §. 1. n. 3* Imò licet de Iure communi in foro Sæculari huiusmodi subscriptio facienda esset, *iuxta d. l. libellorum, ff. de accus. & in l. 3. C. qui accusar. non poss.* et tenent communiter DD. vt testatur Marian *in d. cap. super. his num. 19. de accusat.* Bertrand. *cons. 267. in princ. l. 4.* Hodie tamen de consuetudine, neque in foro Sæculari obseruatur, vt fiat talis subscriptio obligando se ad pœnam talionis, vt inquit Speculat. *ubi sup. num. 4. in fin.* Menoch. *de arbitrar. l. 2. cas. 322. num. 3.* Scaccia *d. cap. 51. num. 13* Foller. *in Pract. crim. fol. 136. post num. 3.* Gandio. *de malefic. rubr. qui accusare poss. num. 38.* Bois. *in tit. de inquisit. post num. 14.* Clar. *in § fin. d. quest. 12. vers. caeterum hodie.* Caball. *in q. crim. cas. 166. num. 2.* Grammatic. *sup constit. Regni fol. 61. numer. 11.* Afflict. *in constit. Regni incip. pessimam numer. 8. l. 1.* Catauit. *in Rit. Magna Curia Vicaria. 20. nu. 1.*

Et benè verum, quod in aliquibus Curijs Ecclesiasticis cautum est per particulares constitutione synodales, vt accusatores debeant se subscribere, et obligare se ad probandum crimen sub certa pœna, vt est in Archiepiscopali Curia Neapolitana *constitut. synodalis 55. in ordine*

9 At verò, quamuis pœna talionis hodie non seruetur, quia recessit ab Aula de consuetudine, introducta tamen est loco illius pœna arbitraria Iudici, vt tradunt Blanc. *in Pract. crim. fol. 15. post. num. 14.* Menoch. *de arbitr. d. cas. 322. num. 3. & seqq.* Villagut. *in Pract. crim. l. 1. cap. 6 conclus. 1. circa princ.* Clar. *ubi sup. quest. 13. vers. caeterum, & qu 71. vers. sed quaero* Pegna. *in director. inquisitor. par. 3. comment. 14. §. his posit.* Afflict. *ubi sup. & rubr. 12. numer. 16. & rubric. 51. §. præsenti in princ. & l. 2. earumdem constit. Regni rubr. 13. num. 7.* Catauit. *d. rit. 20. & rit. 199. nu. 2.* Et ratio quare forsan non seruatur, est, vel quia ob dictam pœnam talionis nemo reperietur, qui accusaret, & sic delicta remanerent impunita, vt inquit Afflict. *in constit. Regni incip. præsenti lege num. 1.* Gaill. *in pract. obseruat. lib. de pace publ. l. 1. cap 9. nu. 8. vers. fin.* Scacc. *d. cap. 51. n. 12.* Gomez. *de delict. d. c. 11, n. 13.* vel forsan ex auaritia Iudicium, aut Actuariorum, qui Cancellarias tenent titulo oneroso affictus, vt inquit Scacc. *in d. cap. 51. n. 15. in fin. & n. 30.* cum aliàs de Iure talis subscriptio ad pœnam talionis requireretur, imò esset necessaria. Duen. *reg. 27.* Gom *d. c. 11. n. 3* Cabal. *in qu. crim. cas. 166. nu. 1.* Pegn. *ubi sup. d. n. 14. in princ.* et Scacc. *ib. n. 7.*

10 *Sextum* requisitum est quod Accusator iuret, se accusationem proposuisse pro iure suo tantum, non verò animo calumniandi. Bart. *in l. 1. qui reum. ff de publ. iudic.* August. ad Angel. *de malefic. in verb. ad querelam post num. 4. & Apostill. ad eund. in verb. hae est quædam inquisitio post. numer. 68. vers. sexto quaero* Idem dicit Alber. *in d. l. libellorum in princ. nu. 11. ff. de accus.* Curt. Senior. *de iuram. calum. in princ. n. 2.* vbi de communi testatur, Præposit. *in d. cap. de accus. 2. q. 8. col. 3.* & Alii licet Foller. *in Pract. crim. canon. cap. 4. n. 51.* dicat se neq; hoc vidisse seruari, nisi petente aduersario, quem refert, & sequitur Clar. *in Pract. crim. d. § fin q. 18. vers. decio etiam.*

11 *Septimum* requisitum est, quod accusatio proponatur per præsentes, non per absentes, puta per procuratorem. *cap. qui accusare cap. absente, & cap. absens 3. qu. 9.* quia nomine alieno accusare, multa inconuenientia pareret, ideo de Iure non permittendum, vt latè tradunt Mar. Soccin. *in cap. veniens nu. 154. cum seq. de accusat.* Iason. *in l. post dotem nu. 70. ff. solut. matrim.* Gomez. *de inquis. c. 12. num. 12.* vbi de communi Sagacc. *in tract. crim. cap. 101. n. 44. vers de iure,* & latissimè Addent. ad Farinac. *cons. 55. lit. A.* & ibidem Farinac. *in pract. crim. q. 99. nu. 3. & seq.* Decian. *in tr. crim. tom. 1. l. 3. cap. 36. nu. 1. & seqq.* vbi ampliationes, & limitationes adducunt.

Sed de consuetudine quisque potest per procuratorem, non solum accusare, verum etiam prosequi accusationem. Gaill. *de pac. publ. l. 1. c. 10. post. numer. 7.* Clar. *qu. 32. num. 3. & nu. 22.* Scacc. *in tr. crim. cap. 101. n. 4. vers. de consuetud.* Far. *q. 12. sub nu. 33.* & latè Addentes *ad eumdem in cons. 55. litt. A. vers. sed quid sit de iure.* Carauit. *in Rit. 108. n. 3. in fin.* & ita seruatur in hac Alma Vrbe regulariter, & in Regno Neapolitano procedit etiam in muliere coniugata. Baiard. *ad Clar. d. q. 14. n. 44.*

Si verò ageretur de crimine iniuriarum ciuiliter, quælibet persona poterit per procuratorem agere. Præposit. *in d. c. absens § nisi.* Nam regulariter accusatio offerri deberet præsente Reo. *c. Charta 3 q. 9.* quia numquam contra accusatum absentem ad pœnam proceditur *c. in primis in princ. 2 q. 1. c. 1. vbi Gloss. 3. q. 9. c. in nomine domini & c. de caetero de testib.*

Sunt etiam alia decem requisita in accusatione de Iure, nimirum Regnatio Papæ, Imperatoris, Regis, Indictio oblatio libelli, subscriptio, conclusio, iuramentum, & alia, de quib. plenè agit Scac. *in d. tr. crim. c. 51 n. 5. cum plurib. seq.* post DD. quos ibidem allegat; sed non omnia seruantur.

12 *Quoad certum*, an scilicet quilibet accusare possit, notandum erit, quod licet hoc dubium examinare, spectet potius ad Ciuilistas, quam Canonistas, tamen pro habenda pleniori notitia Sac. Canonum, & legum ad perfectam iustitiæ administrationem, magis necessaria congerere conabor. Dico igitur, quod regula generalis constituitur, quemlibet accusare posse, nisi expressè a Iure prohibeatur. *l. qui accusare. ff. de accus.* Facit, *text. in c. ejiciens 87. dist. & §. 1. in fin. Instit. de oblig. quæ ex quas delict. nasc.* quia cum accusatio sit edictum prohibitorium, vt ait Speculator. *l. 1. de accusatore in princ.* (licet Clarus *in d. §. fin. quæstion. 14. in princ.* dicat, esse potius edictum permissorium, quis omnib. permissum est accusare, qui expressè prohibiti non reperiuntur,) succedit communis regola, scilicet.

13 Omne id, quod non est à Iure prohibitum, intelligitur esse concessum. *c. inter corporalia §. sed neq;* vbi Gloss. *in verb. non inuenitur de translat. Episc. l. ab ea parte ff. de probat. cum similib.* Et similiter facit, quod cognito vno de contrarijs, cognoscitur, & reliquum. *lib. 1. verb. intelligemur. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. l. si inter me, & te. §. fin. ibi: tuam non esse. ff. de except. rei iudic.* & vtrobiq; Gloss. Vnde cognitis his, qui accusare prohibentur, cognoscuntur illi, quib. permittitur, Qui autem accusare nequeunt multi sunt; Alij quidem propter defectum ætatis, vt pupillus, vel minor; Alij propter defectum status, vt filius familias, vel seruus; Alij propter sexus imbecillitatem, vt mulier; Alii propter eminentiam dignitatis, vt officiales, magistratus, & similes, Alii propter status excellentiam, vt Clericus, vel similes; Alii propter reuerentiam, vt Laicus, erga Clericum, vassallus erga Principem, filius erga patrem, libertus, aut seruus erga Dominum, &c. Alii propter defectum fidei, vt inimicus, vel pauper, quibus non facilè creditur; Alii propter amorem, vt frater erga fratrem, maritus erga vxorem, &c. contra, quia obligantur ad se motuò amandum. Alii tandem propter infamiam personæ, vt infamis, criminosus, excommunicatus, & similes. Et Alii ob alias causas, quæ enumerantur *in c. prohibentur 2. q. 1. & in l. qui accusare. ff. de accusation.* de quibus omnibus videndum erit per quæ Iura prohibitum sit accusare sigillatim.

14 Et Primò pupillus, vel impubes repellitur ab accusando. *per d. text. in c. prohibentur 2. q. 2. c. si testes §. item 4. q. 2. & d. l. qui accusare. ff. de accus. l. quod infans. ff. de rei vendic. & l. 1. C. de fal. mo.* Limitatur autem, vt possit accusare, si suam, vel suorum prosequatur iniuriam. *l. 2 § pupillus. ff. de accus.* vbi DD. cum auctoritate tamen tutoris, seù curatoris.

Limitatur secundò in crimine læsæ maiestatis, etiam cum tutoris auctoritate. *l. clarum C. de auctor. Pra.*

15 Secundò filiusfamilias, sine consensu patris non potest accusare. Gloss. *magna in l. fin. §. necessitatem verb. imponendam C. de bon. quæ liber.* Cardin. tamen contrarium tenet *in c. de accusat. col. 9. vers. item secundum 2. quæst. 8.* quod quidem de consuetudine procedit, vt dicit Card. sequitur Bart. *in l. inter liberos §. 1. ff. ad leg. Iul. de adult.* Vnde sequitur à fortiori, posse filium illegitimum accusare de morte patris Bald. *in lib. 1. nu. 10. C. qui accus. non poss.* vbi idem firmat de filio spirituali de iniuria facta patri spirituali. Filius autem spurius, adulterinus, vel incestuosus non admittitur ad accusandum de morte patris, quia cum à lege reprobentur, pro filiis non reputantur. ita communiter DD. apud Felin. *in cap. nonnulli §. sunt & alij numer. 58. de rescr.* Plaza *lib. 1. delictorum capit. 4. numer. 26. in fin. & num. seq.*

16 Tertiò seruus non potest accusare dominum, sicut nec vassallus, nec libertus, nec filius patrem, nec beneficiatus

agere

agere contra Ecclesiam, &c. *cap. accusatores, cap. similiter, cum duob. seqq. 3. q. 5. c. primus enim 3. q. 1. & l. liberti. §. liberti. ff. de accus. l. nunquam, l. pen. l. fin. C. qui accus. non poss.*

27 Quartò neque libertus, *vt in dd. iurib.* & expressius *in c. liberti 11. qu. 2. c. de famulis de serv. non ordinan. & c. fin. de postul.* & ratio est, quia persona patroni debet illi Sancta videri, sicut & filio persona patris. *l. honori. ff. de obsiq. & ali. patr. praest. l. si manumisser. C. de obseq. pat. praest.* De serui verò ratio est, quia non habet personam standi in iudicio, cum pro mortuo habeatur. *l. qui testamento §. seruus. ff. qui test. am. fac. poss. & l. seruitutem. ff. de re iudic.*

18 Quintò mulier accusare non potest *c. prohibentur 2. qu. 1. c. de crimine 15. q. 3. c. mulieres de iudic. in 6. l. qui accusare ff. de accus. & l. de crimine C. qui accus. non poss.* Potest tamen in multis casibus; Quorum.

Primus est, quando suam, vel suorum prosequitur iniuriam, prout possunt etiam Alij, qui prohibiti sunt accusare, vt inferius dicemus.

Secundus est, casus in lege Cornelia testamentaria de falsis, & in testamento Falso liberti paterni, vel materni *l. 2. ff. de accusat. l. uxor. l. Senatus. l. non ignorat, & l. de crimine C. qui accus. non poss.*

Tertius est, casus in lege Iulia de annonis. *l. mulieri. ff. de accusat. l. fin. ff. ad leg. Iul. de annon. & cap. princ. prohibentur 2. quaest. 1.*

Quartus est, in lege Iulia maiestatis. *c. nullus 6. q. 1. l. in q. ff. de accus.*

Quintus est, in crimine suspecti tutoris. *l. 1. ff. de accus. Instit. de susp. tutor.*

Sextus est, in crimine sacrilegii. *c. de illa de diuort. c. sicut qui 17. qu. 4.*

19 Sextò officialis, magistratus, & Alij supremam administrationem habentes accusare non possunt. *l. qui accusare. ff. de accus. c. prohibentur 2. quaest. 1.* neque similiter accusari. *l. hos accusare. ff. de accus. l. nec magistratus ff. de iniur.* nisi deponant officium, *vt in dd. iurib.* officiales tamen minores, & accusare, & accusari possunt, etiam non deposito officio, prout etiam agere, & conueniri valent. *l. quemadmodum §. si magistratus. ff. ad leg. Aquil. d. l. nec magistratus l. si filius. ff. de iudic. l. factum. ff. de reg. iur.*

20 Septimò Clericus accusare non potest in criminibus pœnam sanguinis ingerentibus, quia efficeretur irregularis. *c. 2. & ca. postulasti de homicid. cap. clericis, & c. sententiam sanguinis Ne cleric. vel monach.* Est benè verùm, quod si præmittat protestationem, quod non intendit querelam proponere ad vindictam sanguinis, vtique poterit accusare. *cap. Prælatis*, vbi Abb. Franch. & Alii *de homicid. in 6.* sine metu irregularitatis, etiamsi certò sciret, quod Iudex Sæcularis pœna mortis accusatum puniturus esset, ita communiter DD. quos plena manu congerit Sayr. *de censur. l. 6. c. 18. n. 2.* & Genuens. *in Prax. Archiepisc. Neapol. c. 35. nu. 4. & seqq.* & de huiusmodi protestatione vide latè congesta per Couarru. *in clement. si furiosi p. 2. §. 5. de homicid. in 6.* Nauarr. *in c. inter verba 11. qu. 3. corollar. 57. & in Manual. c. 27. nu. 226. & cons. 3. de iniur. & damn. dat.* Lopez. *ad Diaz. in Prax. crimin. canon. cap. 99.* & latius Farinac. *in fragment. criminalis. C.* Quidquid dicat Didac. *in repetit. clement. si furiosus de homicid. fol. 314. vers. decimotertio his omnibus de quo latiùs infr. nu. 74.* an autem cum prædicta protestatione possit esse testis *dicam infr. fol. 4. nu. 32.*

21 Octauò miles accusare non potest de iure communi. *cap. prohibentur 2. quaest. 1. l. qui accusare de accusat.* nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam. *l. non prohibentur, & l. si crimen C. de accusat.* Vel nisi in crimine læsæ maiestatis. *l. nullus. ff. ad leg. Iul. maiest. qua est 6. quaest. 1. per tot.* Vel nisi pro annona fraudanda. *l. mulierem. ff. de accus.* Sed hoc hodie non seruatur, cum milites nostri temporis, vt aduertit Speculat. *lib. 1. de procuratore §. 1. num. 21.* vid. Nouell. *in tract. ad defensum fol. 73. numer. 32.*

22 Nono Laicus Clericum accusare non potest criminaliter. *cap. 1. 2. 3. & 5. 2. qu. 7. c. cum P. de accus. & c. de cætero de testib.* nisi suam, vel suorum prosequatur iniuriam Gloss. *in cap. 1. vers. quod verò in summa 2. qu. 7. cap. omnibus 4. quaest. 6. et d. cap. de cætero*, & ratio est, quia præsumitur, ex odio, quod contra Clericum habet, accusare *c. laicos, et c. laici 2. qu. 7.* item quia Laicus reuerentiam exhibere tenetur Clerico, tamquam Patri. *c. sacerdotes 2. q. 7.* de quo vid. Archid. *in cap. 1. 2. q. 7.* Abb. *in c. in summa eod. caus. & qu. &* Gloss. *ib.* Imo neque admittitur Laicus ad proponendum crimen contra Clericum, etiam ciuiliter. & est communis sententia DD. vt ait Felin. *in c. ex parte n. 6. & seq. de testib.*

Limitatur tamen conclusio prædicta in crimine, quod ius publicum respicit, vt si beneficiatus dilapidauerit bona Ecclesiæ quia tunc quilibet Laicus poterit accusare *arg. tex. illud 23. dist* & tradit Ferret. *consil. 183. num. 3.* vbi de communi testatur. & aliam limitationem affert, puta si suam, vel suorum iniuriam prosequatur. *post n. 4. vers. quinto corroboratur.*

Limitatur similiter si sit bonæ famæ, & conditionis, *c. clerici 2. qu. 7.* & zelo boni ducatur ad Clericum accusandum. *c. licet Hely de simon.* Clericus verò fuerit malæ suspectæ vitæ, quia tunc potest Laicus Clericum accusare. *cap. in primis 2. quaest. 1.*

Limitatur tertiò in crimine hæresis, simoniæ, & læsæ maiestatis *c. sanè 15. q. 3. c. tanta de simonia.*

Limitatur quartò in crimine sacrilegij. *c. si quis autem 17. q. 4.* vbi Doct.

23 Decimò inimicus accusare non potest inimicum suum *c. 2. 3. & 4.* vbi Gloss. *3. quaest. 5. & c. omnes eod. caus. & 9. cap. cum oporteat, cap. cum P. & cap. qualiter. 2. de accus.* Etiam si fuit aliquando, sed de præsenti non est *cap. 1. qu. 5. cap. qui crimen. 6. quaest. 1.*

Quod procedit etiam in eo, qui cum inimico cohabitat, vel de eius domo prodit. *c. 3. & c. accusatores 2. quaest. 5. c. repellantur de accus.* quia præsumitur etiam ille inimicus. *c. testes*, & ibi Gloss. *q. 2. c. si inimicus 93. dist. c. insinuante de offic. deleg. & liberti C. de in offic. testam.*

24 Inimicitia autem esse debet capitalis, non leuis, quia alias nullus admitteretur ad accusandum, cum quilibet ad subterfugiendum, diceret accusatorem esse inimicum, in fraudem legis. *c. Inquisitionis de accus. c. per tuas de simon.*

Ita communiter tenent. DD. vt dicit Berous in *cap. 1. de accus. nu. 47. & seq.* Angel. *de malefic. in ver. & ad querelam. post num. 47.* vbi Aposill. Quod etiam tenet Felin. *in c. cum oporteat. post n. 8. de accus.* in teste inimico capitaliter.

Quæ autem inimicitia dicatur capitalis, remittitur arbitrio Iudicis. Ioan. Andr. *in Glos. de cap. cum oporteat.* quem sequuntur communiter DD. vt ait Marsil. *in l. 1. §. præterea nu 53. ff. de qu.* & Felin. *in c. repellantur n. 3. de accus.*

25 Vndecimò repellitur ab accusando Pauper, quia lex non multum confidit in eo, cum propter necessitatem pecunia corrumpi facilè possit. *c. prohibentur, & cap. in primis. 2. quaest. 1.* & ille dicitur pauper, qui non habet in bonis quinquaginta aureos. *l. nonnulli. C. de accus.* vbi Glos. dicit, quod si talis pauper sit bonæ vitæ, de cuius fide dubitari non possit, benè poterit accusare, quam sequitur Berous. *in d. cap. 1. post num. 54. de accusat.* & Alij.

26 Duodecimo. Frater non potest fratrem, vel sororem criminaliter accusare de enormi crimine, aliàs pœna exilij puniendus erit. *l. si magnum, & l. si sororem. C. qui accus. non poss.* Fallit tamen in crimine læsæ maiestatis. *l. pen. C. eod. tit.* Item in crimine hæresis. *c. legis 23. q. 8. c. litteras de praescr.*

27 Decimotertiò, Infamis accusare prohibetur. *cap. querendum, & cap. si qui sunt. 2. quaest. 7. c. infames. et c. qui crimen. 6. qu. 1. cap. in primis circa fin. 2. quaest. 1. c. canonem, c. similiter. et c. seq. 3. quaest. 5. cap. pen. 3. quaest. 4. et l. qui de crimine. C. de accusat.* Et hæc conclusio procedit in omni genere infamiæ. Quod limitatur, si suam vel suorum prosequitur iniuriam. *c. omnibus. 4. quaest. vlt. cap. de cætero de testib.* & similiter in aliis casibus, in quibus possunt regulariter accusare omnes prohibiti, de quibus infra *num. 50.*

28 Sed quæritur hìc quando dicatur prosequi iniuriam suorum?

Respondetur, quod tunc est, quando prosequitur iniuriam eorum consanguineorum, qui pro eo testimonium dicere non possunt, qui secundum leges sunt vsque ad septimum gradum. *l. 3. & l. lege Iulia, ff. de testib. l. si fœmina pen. C. ad Senat. cons. Turp.* Hostiens. autem suos dicit eos, de quibus. *in lib. 1. & 2. circ. princ.* quem refert. Ioan. Andr. in Glos. *cap. de cætero. de testib.*

Sed qui veniant appellatione suorum, vide Rot. *decis. 460. de renunciat. in nouis.* & Barbos. *in tractat. de appellatiua verborum vtriusque Iuris significatione appellatio. 237. numer. 4.* vbi multos DD. congerit.

Et aduerte,

Et aduerte, quod neque admittitur infamis ad accusandum alium sine licet infamem *c. qui crimen. 6. qu. 1.* nisi prius ipsum tollat *c. multi de accus.*

Hæc tamen quæ dicta sunt de infami, duplicem sensum habere possunt; vel enim intelligitur de infami infamia iuris, vel de infami infamia facti. Iure vel de Iure Ciuili, vel Canonico; ideo distinctè loquendo, dico, quod infamis infamia iuris ab accusando repellitur, tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico *c. infam. 6. quæst. 1. l. qui accusare. C. de accus.* Infamis verò infamia facti repellitur de Iure Canonico, sed non de Iure Ciuili. DD. communiter apud Bertoum. *in d. capit. num. 43. de accusation.* Viuius *in l. commun. opinion. in verb. accusare non potest.*

Quis autem dicatur infamis infamia iuris, & quis infamia facti, dicemus latè infra *sect. seq. n. 14. cum seqq.*

29 Decimoquartò, criminosus repellitur ab accusando, vt si sit homicida, maleficus, fur, sacrilegus, raptor, adulter, incestuosus, periurus, raptor virginum, falsus testis, &c. *c. similiter 3. cap. confirmamus 3. qu. 5. cap. quisquis. 2. qu 8 & cap. si quis a vera cum seqq. 3. q. 4. cap. qui fine. & cap. postulasti. 5 qu. 7. cap. à Nobis de except.* Quod intelligi debet de criminoso, qui est alias de crimine accusatus, & nomen eius receptum fuit inter reos. Imol. *in l. is qui reus n. 17. ff. de public. iudic.* vbi dicit, posse accusare de maiori crimine, non de leui, etiam suum accusatorem, dummodo suam prosequatur iniuriam. Et idem dicit Marian. *in cap. 1. post nu 73 vers. aduerte etiam de mut. petit.* Imo etiam quod nunc non sit criminosus, sed tantum fuerit prius, neque poterit accusare, *c. qui crimen 6. qu 1.*

30 Decimoquintò, Accusatus de publico crimine, pendente accusatione reaccusare non potest accusatorem, nec alium. *cap. neganda. 3. q. 11. cap. 2. infra 4 q. 1 c fin. de testib. & l. is, qui reus ff. de public. iudic. & l neganda. C. qui accusar. non poss.* Soccin. *in cap. ex litteris nu. 54. in princ. de petition.* & ibi DD. communiter. Angel. *de malefic. in verb. & ad querelam Titij nu. 19* Nouell *in tract. ad defensam cap. 2. num. 23.* Decian. *in tract. crimin. tom. 1. l. 3. cap. 13. vers. quoad accusatus;* vbi ait, hoc haberi pro regula generali; & ratio huius ponitur, *in l. si quis Reus. ff. de public. iudic.* quia tunc accusatus non moueretur ad accusandum zelo iustitiæ, sed ad vindictam summendam. Neque debet alium inculpare, antequam se purget. Soccin. *vbi supra.* Baiard. *ad Clar. q. 10. n. 9. in fin.*

Quæ conclusio a fortiori procedit in paribus delictis, vt si coniux adultera accusare voluerit coniugem virum de simili crimine adulterij, nam tali casu repellitur *c. pen. & c. fin. de adulter.* quia tendunt ad eundem finem. *l si filium. C. de liberal. caus.* Din. *in c. in pari causa de regul. iur. in 6.* Marsil *in singul. 234.* Dec. *vbi suprà n. 1. in fin.*

Idem dicendum in delictis ad eundem finem tendentibus, quamuis sint specie diuersa, nam tunc neque admittitur accusatus ad accusandum; prout si maritus accusauerit vxorem de adulterio, vxor accusare non poterit ipsum de lenocinio. Decian. *loc. cit. nu. 2.* Vel si fracta sit pax inter duos facta cum appositione pœnæ, quando vterque pacem fregit, nam tunc non poterit vnus alterum accusare; cum licet sint facta diuersa, tendunt tamen ad eundem finem Bald. *in l. cum mulier. col. 2. vers. sextò opponitur ff. solut. matrim.* vbi in octaua oppositione ait, quod si quis clam & cum violentia ædificauerit in alterius præiudicium; & Alter clam, & violenter destruxerit, non poterit alterium accusare, quia licet facta diuersa sint, tendunt tamen ad eundem finem *l. si alius. §. est & alia, & l. si quis §. si ad ianuam, ff. quod vi, aut clam.* Decian. *vbi sup. num. 4. in fin.*

Et similiter eò fortius procedit conclusio, quando nomen Rei accusati receptum est inter Reos; nam tunc accusatorem accusare nequit, *per text. in d. l. si quis reus. ff. de public. iud. c.* Soccin. *in d. cap. ex litteris. num. 49 de mut. pet.* Bald. *in l. cum mulier opposit. 11. ff. solut. matr.* Decian. *loc. precit. num. 14.* Clar. *qu. 14. vers. tertius est casus. ibi: postquam autem.* Farinac. *qu. 12. num 23.* vbi de communi. Aduertunt tamen omnia, vt reaccusare possit, si nomen accusati non fuerit adhuc inter Reos receptum, ita tenet Marant. *in spec. aur. p. 4. dist. 6 n. 48.* Galganett. *in glos. ad statut. Vrbis l. 2. c. 27. n. 20.*

Fallit tamen prædicta conclusio si suam vel suorum prosequatur iniuriam, nam tunc poterit accusare quemcumque de quocumque crimine, siuè maiori, siuè minori; siuè eius nomen sit inter reos receptum; siuè non, *arg. l. Is, qui iudicio,* *ff. de accusat. vbi DD. & l. neganda. C. qui accusare non poss.* Speculat. *lib. 2. de accusat.* *§. 1. numer. 26. in fin.* Clar. Farinac. & Alij vbi sup.

Sed in Regno Neapolitano indistinctè in criminalibus sit ista reconuentio, idest quod accusatus possit suum accusatorem reaccusare, quia nullus admittitur ad accusandum, nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam. *Per Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ 14. incip. Item quod nullus laicus, & rit. 324.* qui est nouissimus, & aduertit Marant *in specul. aur. p. 4. dist. 6. nu. 57 & 64.* vide de Carau *super rit. 192.* & Grammat. *sup. constit. Regn. fol. 65. col. 3. in fin.* vbi multa practicabilia inuenies.

31 Decimosextò, Excommunicatos accusare non potest. *cap. nullus & cap. seq. 5. qu. 4. cap 1. & 2. quarta qu. 1. cap. exceptionem de except. & cap. cum delictus de accusat.* Quæ conclusio procedit, etiam de Iure ciuili. & ita tenent communiter DD vt dicit Plaza *l. 1. delictorum. c. 43. n. 10.*

32 Decimoseptimo prohibetur accusare hæreticus, schismaticus, paganus, vel iudæus, vel qui conuenticula cum illis facit, vel qui fidem simulat *c. 4. qu. 1. c. pagani 2. q. 7.* Nullus enim ex his accusare potest Christianum Catholicum, propter odium, quod habent in Religionem.

33 Decimooctauò absens accusare non potest præsentem; & è contra. *c. 1. & c. per scripturam 2. q. vlt. cap. in primis vers. quia igitur 2. q. 1. c. absens, & c. seq. 2. q. 8. c. à nobis qui matr. accus. poss. & l. absente C. de accus. & infer.*

34 Decimonono procurator alieno nomine accusare non potest, & idem dicitur de tutore, & curatore, & de omnibus alijs, qui alieno nomine accusare voluerint. *cap. super his in fin. de accus. c. tua de procurator. l. pen. §. ad crimen ff. de publ. & l. 2. C. qui accusar. non poss.* & dictum est suprà. Quod limitatur in personis illustribus, nam ipsæ possunt per procuratorem accusare, *l. pen. & in Auth. quod nunc C. de procur.*

35 Vigesimò concussor, idest recipiens pecuniam ab aliquo vt accuset alium, vel vt non accusaret, *cap. concussionis 1. q. 1. l generaliter, & l. veluti ff. de verb. oblig. l. eadem. § 1. ff. ad leg. Iul. repet.* Et talis accusator punitur pœna concussionis, *vt in d. cap. concussionis.* & pœna falsi. *l. 1. § 1. ff. ad leg. corn. de fals.* Item actione in factum de calumnia. *l. 1 ff. de calumn.* Item tenetur lege Rhemmia, *l. 1. ff. ad Turpillian.*

36 Vigesimoprimo calumniator repellitur ab accusando, *capit. similiter, & c. seq 3. quæstion. 5. & l. sicut. §. eisdem. ff. de accusat.*

Quod ampliatur etiam in eo, contra quem est suspicio calumniæ, vt qui suborn atus falsum testimonium tulit. *c. consanguineorum 3. q. 5. l. alij. ff de accus.*

Fallit tamen, quando suam, vel suorum prosequitur iniuriam, & in crimine læsæ maiestatis.

37 Vigesimosecundò repellitur etiam ille, qui alias accusauit, & destitit ab accusatione, sine abolitione. *c si quem § nouandum. vers. destitisse 2. quæst. 3. l. 2. ff. ad Turp. & l si ea C. qui accus. non poss.*

Fallit in crimine læsæ maiestatis, & si suam, vel suorum iniuriam prosequatur.

38 Vigesimotertiò leno accusare non potest de adulterio. *capitul. requisisti §. quod si 33. quæstion. & l. cum mulier. ff. sol. matrim.*

Quod limitatur, si, qui accusator, non est liber. *l. quoniam C. eod. tit.* Vel si nomen rei receptum fuerit inter reos, idest post litis contestationem. *l. 2. § 1. ff. eod. & d. l. cum mulier.* vel si est intra quinquennium commissi criminis, *l. sea C. de adult.*

39 Vigesimoquartò vilis persona neque potest accusare, *c. in primis 2. quæst. 1 c. cum in tua de sponsal. c. licet Hely, & c. seq. de simon.*

40 Vigesimoquintò transigens, vel paciscens de crimine priuato non accusando accusare non potest, quia transactio fieri permittitur etiam in crimine capitali, excepto crimine adulterii, de Iure ciuili loquendo, in alijs verò criminib. publicis, quæ pœnam sanguinis non ingerunt, non licet transigere, præterquam in crimine falsi. *cap. si quem §. præuaricator vers. in omnibus causis* vbi latè Gloss. *2. qu. 3. l. transigere C. de transact. l. querelam C. ad leg. cornel. de fals.*

41 De Iure vero Canonico in nullo crimine fieri potest transactio, quia secundum illud, nullum crimen ingerit pœnam sanguinis, *cap. his, à quibus 23. qu. 8.* Neque super priuato, quia secundum Canones omne crimen est publicum. Gloss *in dict. c. si quem ver. in omnibus & causis,* (vbi enumerantur vi-

giati

ginti species personarum infamiam,) *ver. fures 6.q 1. et in cap. 1. ver. gratiam vers. pro metu Iudic'e de collusion. detege.* & dicem infr. n. 57. ideo non fit transactio

42 Vnde si clericus pactus est non accusare Prælatum suum de aliquo crimine commisso, non valebit talem pactum. *cap. Eccl. 24. qu. 3.* & sic non obstante pacto, etiam intato poterit adhuc superiori releuare *. ca. quia plerique de offic. ordin. in 6.* non enim est obligatorium, quia turpe est, ne de crimine agatur etiam de iure ciuili. *l. si vnus §. illud & § pacta. ff. de pact. l. contractus ff. de iureiur.* & expressè habetur *in c. quemadmodum. §. illum autem de iureiur.*

43 Vigesimosextò Clericus accusare non potest Sacerdotem: si ipse sit irregularis fortasse, & ad Sacerdotium peruenire non poterit, *c. ipsi Apostoli c. testes, & c. Sacerdotes 2. q. 7. & per eos.* & multo minus Episcopum *cap. Clericos ead. caus. & q.* Neq; Monachi accusare possunt Sacerdotes. *c. placuit ead. caus. & qu.* Si verò non sit irregularis: vtique Clericus accusare poterit suum Episcopum. *cap. lator, & cap. metropolitanum 2. quæst. 7.* apud Summum Pontificem, alias multa inconuenientia succederent, si Episcopi accusari non possent, & sic patet, quod textus, *præcit. in c. ipsi Apostoli, cum seqq.* loquuntur de Clerico, irregulari tantum, non de alijs.

44 Vigesimo septimò accusare non potest de iure Canonico omnis homo, qui repellitur ab accusatione de iure Ciuili. *c. canonica, cum duob. seq q. 3. quæst. 5. cap. Nos sequentes, cum cap. seq. 6. q. 1.* in quibus iuribus declarantur, qui sint prohibiti, secundum leges.

45 Vigesimooctauo Ille, qui fuit repulsatus à testimonio ferendo in causa ciuili, ob aliquod crimen, neq; accusare permittitur, quamuis non sit infamis, *cap. prohibentur vers. propter suspicionem 2. qu. 1. c. 2. in fin. d. ordin. cogn. c. super eo de elect. c. testimonium de testib. c. 1 de calumn.* vbi Gloss.

46 Vigesimonono litigiosus, idest qui facilè litigat, vel qui est malæ conuersationis amicus, vel qui non est rectæ fidei, vel qui est vitæ accusabilis repellitur ab accusatione, *c. suspectos, c. canonica c. similiter, cum duob. c. seqq. 3. q. 5. & c. quærendum 2. qu. 7.*

47 Trigesimo, alienigena neque accusare permittitur. *d. c. canonica, c. accusares il primo 3. quæst. 5.* Item si accusatoris vita ignoratur. *d. c. canonica, c. quærendum. 2. q. 7.*

48 Trigesimo primo, conspiratores neq; possunt accusare. *c. conspiratores 3. q. 4. c. conspirationum, & c. coniurationum 11. qu. 2. cum dilectus de accus.*

49 Trigesimo secundo, detractores neq; admittuntur ad accusandum. *c. detractores 3. qu. 4.* Item neque qui conuicijs, vel insidijs studeot. *c. omnes 3. q. 6. & c. clericus 3. qu. 4.* Item neque incestuosi. *c. consanguineorum 2. q. 4.*

Item neque qui bonam opinionem non habent, vel temerè accusant, non pro Deo, sed odio, vel cupiditate. *c. si qui sunt, & c. seq. & c. clericos 2. q. 7.*

Item neque concubinarius publicus. *cap. cum dilectus præcit. de accus.*

Item neque qui omnes odio prosequitur. *cap. omnes in fin. 3. quæst. 5.*

Item neque histrio. *c. 1. 4. q. 1.*

Item neque qui prohibetur populari actione, & publica accusatione. *vt in c. memini 15. q. 3. l. populares, et l. mulieres. ff. de popular. action. l. 4. §. in qu. ff de accus. l. 1 l. de crimine, et l. fena. l. pen. et l. fin. C. qui accus. non poss.*

50 Item neque accusantes post lapsum 20. annorum à die commissi criminis. *cap. cum venerabilis prop fin. de except. & l. querelam in fin. C. de fals.* Quod limitatur in crimine suppositi partus, quod nullo tempore præscribitur. *cap. officij de pænit. & remiss. et l. qui falsum. ff. ad leg. corn. de fals.* Idem dicitur in crimine simili, quando mulier abegit, sed abiecit partum malis medicamentis, propter odium mariti. *l. Cicero. ff. de pæn. arg. c. consuluisti 2. qu. 5. c. solet, cum trib. c. seq. 32. qu. 2. et c. si aliquis de homicid. vid. infr. n. 76.*

51 Item neque admittitur accusator, quando qui accusatur, mortuus fuerit, quia crimine iam extinctum est, *cap. quorundam 23. dist. cap. peruenit, et c. causam 2. qui fil. sint legit. et tot. tit. C. si reus, vel accus. mort. fuer.* Quod limitatur in crimine hæresis. *cap. 1. §. fin. cap. sanè profertur. 24. quæst. 2. lib. 4. C. de heret.*

Limitatur secundo in crimine Apostasiæ, *l. apostatarum C. de apostat.*

Limitatur tertiò in crimine læsæ maiestatis, & repetundarum, ac seditionis ciuitatis *c. sunt plures §. verum 6. q. 1. l. ex iudiciorum. ff. de accus. l. quisquis. l. meminisse. et l. peculatus C. ad leg. Iul. maiest. et l. fin. ff. ad leg. Iul. peculat.*

Limitatur quartò, quando quis mortuus est in crimine notorio. *c. neq; 88. dist. c. placuit. 22. q. 5.*

52 Est tamen aduertendum, quod supra enumeratæ personæ & aliæ, quæ ab accusatione in certis casibus repelluntur: In quibusdam aliis casibus admittuntur. Quorum.

Primus est, quando suam, vel suorum prosequuntur iniuriam. *c. prohibentur 2. q. 1. omnibus 4. q. 3. c. de cætero de testib. et l. hi tamen omnes. ff. de accus.*

Secundus casus est, in crimine hæresis. *c. vergentis de hæret. et l. manichæos C. eod.*

Tertius est, in crimine læsæ maiestatis. *cap. si quis cum militibus 6 qu. 1. c. nullus 6. qu. 1. et c. licet. Hely. vers. alijs de simon. l. si. ff. ad leg. Iul. maiest. et §. 2. Instit. de publ. Iud. et in §. interdum de hæredit. quæ ab intest. defer.*

Quartus est, in crimine sacrilegii, *c. in primis §. persona presbiteri 2. qu. 1. c. si quis suadente §. quia autem 17. q. 4. l. si quis in hoc C. de episc. et cler.*

Quintus est, in crimine simoniæ. *cap. patet. 1. qu. vlt. d. cap. si quis cum militibus §. vlt. 6. qu. 1. c. sanè 15. qu. 5. d. c. licet Hely §. 1. ante fin. & cap. tanta de simon. l. si quamquam vers. cum sanè C. de episc. & cler.*

Sextus est, in crimine fraudatæ annonæ publicæ. *l fin. ff. ad leg. Iul. de annon. argum. cap. prohibentur vers. mulierem 2. quæst. 1.*

Septimus est, in crimine dilapidationis. *c. quia ca 3. quæst. 2. cap. propter 2. qu. 7. c. non liceat 12. qu. 2. c. si quis presbiterorum de reb. eccles. non alien. c. licet Hely vers. alijs de sim. & libr. 2. C. vbi de crim. agi oport.*

Sed nota, quod ab hac generali regula, vt in supradictis septem casibus admittantur ad accusandum omnes aliàs prohibiti de iure, excipiuntur inimici capitales, qui neque in istis casibus admittuntur. *cap. 1. 3. qu. 5. & cap. per tuas, & cap. licet de sim.*

93 *Quoad quartum principale*, an scilicet sine accusatore possit Iudex aliquem condemnare, notandum est, quod regulariter secundum Sacros Canones nemo condemnari potest, sine accusatore. Et similiter secundum ius ciuile, *vt in cap. de manifesta 2. quæst. 1. c. si quis potestatem 23. quæst 4. cap. 1. in princ. vt eccles. benef. & l. rescripto §. si quis accusatorem. ff. de muner. & honor.*

54 Dantur tamen quam plures casus, in quibus sine accusatore procedi potest de iure communi.

Quorum Primus est, quando falsa scriptura in iudicio præsentatur. *l. iubemus C. de prob.*

Secundus casus est, si testis procax fuerit, & vacillauerit in respondendo fraudulenter. *l. nullus C. de testib.*

Tertius est, si tutor suspectus fuerit. *c. quia ca 3. q. 2. & l. 3. §. præterea. ff. de susp. tutor.*

Quartus est, quando maritus accusauerit vxorem de adulterio, & ipsa replicauerit de lenocinio eiusdem. *l. 1. §. publico. ff. ad leg. Iul. de adult.*

Quintus, accusator reperiatur per calumniam accusare. *c. si quem pœnituerit. §. notandum 2. qu. 3. c. 1. et 2. de calum. et lib. 1. ff. ad Turpill.*

Sextus est, si Iudex cognouerit de crimine per modum inquisitionis. *c. qualiter, et quando 2. et cap. inquisitionis de accusat.*

Septimus casus est, si accusatus, & infamatus defecerit in purgatione. *c. de hoc de simon.*

Octauus est, quando crimen est notorium. *c. de manifesta 2. q. 1. et c. euidentia de accus.*

Nonus est, si quis corruperit testes aduersarii. *c. infames §. si quis autem 3. q. 7.*

Decimus casus est, in crimine hæresis, & Apostasiæ. *cap. excommunicamus §. adijcimus de hæretic. c. si. eod. tit. in 6. l. Apostatarum C. de apostat. et l. nullus C. ad leg. Iul. maiest.*

Vndecimus est, in crimine læsæ maiestatis, vt est conspiratio in Principem, traditio Ciuitatis, falsificatio monetæ, &c. Extrau. Henrici Imper. septimi, quæ incip. *Ad reprimendum sub titul. quom. in læs. mai. crim. proced. posita in Auth. post feud. l.* & ibi Bar. *in verb. inquisitionis.*

Duodecimus est, quando quis plublicè confessus est crimen

extra,

extraiudicium. *capit. 1. de accusatione in 6.*

Decimustertius est, quando agitur de impediendo, & cultando futuro malo, præsertim vbi adest periculum animarum *c. placuit 10. q. 1. c. romana § sane de cens. in 6. arg. c. sicut olim de accus.*

Decimusquartus est, quando proceditur ex mero officio, *c. 1. de offic. ordinar.*

Decimusquintus, si procedatur ad denunciationem officialis ad hoc deputati; quia tunc denunciator habetur loco accusatoris *c. fin. de offic. custod.*

Decimussextus, quando Iudex principaliter inquirit de vno crimine, & inuenit aliud particulare crimen incidenter. *l. 2. § si publico ff. ad leg. Iul. de adult. l. euitandi C. de condict. ob turp. caus. & l. pen. C. si advers. d.*

Decimusseptimus est, quando crimen committitur in conspectu Iudicis, & aliorum circumstantium, seu quando crimen detegitur in discursu processus, vt est calumniosa, & falsa accusatio. *cap. 1. de calumn.* vel falsum testimonium. *l. nullum C. de testib.* vel si pars vtatur falsis scripturis, *l. ubi-mus C. de probationib.*

Alios casus vid. *sup. in proced. sect. 2. de inquis. n. 45.*

55 *Quoad quæstam*, Quænam scilicet crimina accusari possint, notandum est, quod regulariter accusatio non habet locum, nisi crimen vt publicum, aut priuatum Vel quando agitur criminaliter ad pœnam corporalem, aut ad pœnam pecuniariam.

Sed quæritur, quot sint delictorum, seu criminum genera?

Respondetur, plura esse, nam alia sunt publica, & alia priuata. Secundo alia notoria, alia manifesta, & alia occulta. Tertio alia leuia, alia grauia, seu atrocia & alia atrocissima Quartò alia merè Ecclesiastica, alia merè Sæcularia, & alia communia, Quintò alia nominata, & alia innominata.

Crimina, seu delicta publica sunt illa de quibus accusare potest quilibet de Populo. *lib. 1. ff. de public. iudic. & Institut. eod. tit.* Quæ quidem alia sunt publica, & ordinaria, vt crimen læsæ maiestatis, hæresis, simoniæ, adulterij, homicidij, falsi, & huiusmodi: Alia verò publica, & extraordinaria, vt habetur, in lege Iulia repetundarum, in lege Iulia de plagiarijs, peculatus, ambitus, annonæ, vis publicæ, & huiusmodi, vt habetur. *in d. l. 1. ff. de public. iudic. l. lex Iulia § hodie ff. ad leg. Iul. repet. & l. fin. ff. ad leg. Fav. de plag.* & hæc est omnium DD. communis sententia, vt testatur Anton. Gomez. *c. 1. delictorum post nu. 1.* vbi etiam dicit, quòd omne delictum principaliter commissum in offensam Dei, censetur publicum, *quod & colligitur ex l. Manichæos C. de hæret.* vbi est blasphemia, contemptus Ecclesiarum, Sacrarum Imaginum, & similia.

Dicuntur autem ordinaria, quia certa pœna in eis posita est per leges ipsas. Extraordinaria verò, quia non est certa pœna statuta, sed arbitrio Iudicis imponitur, attentis circumstantiis delicti, & qualitatibus personarum. *vt desumitur ex cap. super his de accus. capit. de causis de offic. deleg. & libr. 1. ff. de effract. & expil.*

56 Vnde ordinariam pœnam non potest Iudex minuere, *cap. si quem §. notandum*, vbi Gloss. *verb. voluntate 2. quæst. 3. libr. 1. § 2. ff. ad Turpill.* nisi causa cognita, quia tunc augere, & minuere potest: augere quidem, quando delictum fuit commissum à multis: minuere verò, quando delinquens est persona honesta, & adhuc non deliquerat prius, sed illud est primum delictum *capit. latores de cleric. excom. cap. it. pro humani §. not tam. de homicid. cap. si, qui contra patrem 24. quæst. 1. cap. homo 40. dist. 1. si Possidonium l. & si fenerator C. ex quib. caus. infam. irrog. leg. quid ergo §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infam. l. in seruorum §. fin. & l. respiciendum. ff. de pœn. l. diuus ff. de custod. reor. l. bona fides. ff. depos. & lib. 1. C. ad leg. Iul. rep.* vide Gloss. *in cap. si vir. 27. dist.* Abb. *in capit. fin. col. vlt. de constit.* Ioan. de Turrecremat. *in cap. omnis qui iudicat. 45. dist.* & Card Zabarel. *in cap. 1. de const.* qui latè disputant quando Iudex possit pœnam minuere, vel augere.

57 Priuata verò delicta sunt illa, de quibus regulariter accusare, vel prosequi non possunt omnes de populo, sed eorum accusatio pertinet tantum ad partem læsam. *lib. 1. & 1. ff. de priuat. delict.* vt est crimen furti, iniuriarum. Abigeatus. & similium, *de quib. in l. fin. ff. de priuat. delict. & l. fin. ff. de furt.* Datur tamen differentia inter crimen publicum, & priuatum de Iure ciuili, quia condemnatus de crimine publico efficitur infamis, non autem condemnatus de crimine priuato. *l. infamem, ff. de public. iudic.* nisi in quibusdam casibus, vt ibi, de quo vid. Gomez. *in d. cap. 1 delictor num 6.* & Clar. *in Pract. crim. § fin. qu. 72. vers. Damnatus.* Sed de iure Canonico omnia crimina sunt publica, *vt dictum est sup. num. 41.* & communiter asserunt Canonistæ: Host. relat. ab Anan. *in c. Rainunus post num. 19. de maled.* & Bald. *in rubr. C. qui accus. non poss. n. 10. in fin.* ideo non habet locum supradicta differentia.

58 Secunda diuisio criminum est, quod alia sint notoria, alia manifesta, & alia occulta. Crimen notorium illud propriè dicitur, quod aliqua tergiuersatione celari non potest, vt si fiat coram populo, vel maiori parte ipsius *c. tua & c. vestra de cohabit. Cler.* Bald. *d. tamen in Auth. quod locum in fin. ver. decimo quæritur C. de collat.* ait, notorium dici crimen, quod fit coram decem testibus.

Est tamen aduertendum, quod notorium triplex est, vt inquit Gloss. *vnic. in c. manifesta 2. qu. 1.* nimirum notorium facti: notorium iuris, & notorium præsumptionis. Notorium facti est, quod non potest negari, quia omnibus patet, *vt in d. cap. tua, & c. vestra.* Factum autem aliud est permanens, aliud interpolatum, aliud statim transiens, in primo nullus ordo iuris requiritur, *vt in d. c. tua:* in secundo semiplena probatio exigitur. *c. cum in D. eccles. de vsur.* In tertio requiritur plena probatio, quia probabiliter negari potest. *cap. ex tenore. de sortileg.*

Notorium iuris est quando quis est condemnatus per Iudicem, vel ipse confessus est in iudicio.

Notorium verò præsumptum, est quando quis publicè habetur pro tali, puta pro filio alicuius. *vt in cap. Michael. & cap. quoniam de fil. presbyter, & latius infr. tom. 2. part. 5. prax. 17. numer. 16*

In notorijs autem criminibus non est necessaria accusatio, neque inquisitio aut denunciatio. *d. c. manifesta, c. de manifesta, & c. scelus 2. quæst. 1. c. euidentiam de accusation. d. cap. tua de cohab. cleric. & mul. capitul. bonæ, 1. § porrò. de elect. & l. ea quidem. C. de accus.*

59 Manifestum verò crimen est, quando publica vox, & fama est ex certa scientia, & à certis Authoribus proueniens, quod talis tale crimen commiserit, & per multos Authores probari potest vnde propriè dicitur manifestum, quod semper ex scientia, & ex certo Authore procedit, & probari potest. *l. heredes palam ff. de testam.*

Aliquando tamen ponitur manifestum pro notorio, sed impropriè, *vt in cap. olim, & c. ex parte. in fin. de verb. sign. cap. cum in D. eccles. de vsur.* aduertit Speculat. *lib. 3. de notor. crimin. § 5. nu. 1.*

60 Et nota hic, quod aliud est fama, aliud vox, seu rumor, & aliud communis opinio. Fama est illæsæ dignitatis status, vita, ac moribus comprobatus, & in nihilo diminutus, *vt per l. cognitionum §. existimatio. ff. de var. & extraord. cogn.* notat Gloss. *in cap. vestra. in verb. notorium de cohabit. cleric. & mulier. & in cap. infames. §. porro. verb. infamia 2. quæst 7.* Summist. *in verb. infamia, & Speculat. vbi sup. § 3. in princ.* Sed quia hæc definitio non comprehendit infamiam, seu diffamationem delicti, prout aliquando sumitur, *vt in d. capit. tua, & cap. vestra, de cohab. cler. & mul. cap. presbyter & cap. si mala fama 2. quæst. 5.* ideò alio modo describi potest, vt includatur vtraque acceptio, & bona, & mala, & sic quoad rem nostram attinet, dici potest, quod fama sit vehemens Vulgi, seu maioris partis eius, opinio rei, de qua quæritur, consentiens. *arg. dicti cap. presbyter si & cap. sicut 4 quæst. 3.* Quomodocumque autem sumatur fama, siuè pro bona, siuè pro mala, semper procedit, quandoque ex scientia: quandoque ex suspicione: quandoque ex certo; quandoque ex incerto Autore, *vt in cap. Sanctum est de consecr. dist. 4.* aduertit Gloss. *in d. cap. manifesta 2. quæstion. 1.* Speculator. *loc. citat. numer. 2.* Propriè tamen ex incerto Autore, & ex suspicione procedit, *vt in d. c. Sanctum est, & in cap. sunt nonnulli circ. fin. 45. dist.* Fama per se non probat, sicuti nec suspicio, *cap. nemini 2. quæstion. 1.* sed adiuncta cum vno teste idoneo plenè probat Gloss. *in cap. 1. ver. famam ne appellat. & in capitul. placuit. 1. verb. possessione 21. quæst. n. 3.* Bal. *in l. Gallus §. circa finem. ff. de liber. & posth.* Cæpoll. *cons. 7. post med. & cons. 18. circ. fin. vol. 1.* quod intelligi debet in ciuilibus, secus in criminalis. *cap. sciant 2. quæst. 8. cap. venions de testib. et l. fin. C. de probat.* Probatur autem fama per duos testes tantum. DD. apud Clar. *in § fin. Pract. crim. quæst. 6. vers. sciendum est autem, cum seqq.*

61 Vox,

61 Vox, seu rumor est particularis assertio ex incerto Authore, & sola suspicione proueniens, *ut in c. super eo. de eo qui cognou. consangu. uxor. suae, & c. Ossius, de elect.* vnde minus probat, quam fama: quia vox, seu rumor est inter paucos: fama verò inter multos, & publicè.

62 Communis autem opinio est credulitas Populi de rebus præteritis tantum, & quæ probari non possunt per testes de visu. *arg. c. humanae. 22. quaest. 5. & capit. veritatis de dol. & contum.* & vbi opinio est vehemens, æquiualet veritati, & certitudini. Bartol. & Barr. *in l. si quis extraneus, in fin. ff. de acqu. hered. l. Barbarius* vbi Gloss. & DD. *ff. de offic. praetor.* Differt autem communis opinio à notorio, & à fama; quia opinio est de præteritis, vt dictum est, et probari non potest de visu; notorium verò est de præsentibus vel de præteritis recentioribus, quæ facilè probari possunt per testes de visu, & duo sufficiunt, *cap. bonae memoriae. de elect. & l. si verò § qui pro rei. ff qui satisd. cog.* differt similiter communis opinio à fama, quia communis opinio facit ius. *c. infames §. verunt amen*, vbi Gloss. *in verb. dum putaretur 3. quaest. 7 d. l. Barbarius lib. 1. C. de testam. & l. si quis C. ad maced.* Sed fama non facit ius, quia tantum temporis statur ei, donec contrarium probetur. Spec. *loc. cit. §. 3. n. 4. in fin.*

63 Crimen verò occultum dicitur illud, quod nullo modo probari potest. *cap. ut nostrum ut ecclesiast. benefic. & cap. si peccauerit 2. quaest. 1.* Et tunc dicitur omninò occultum, quod soli Deo reseruatum est, quia ipse solus cognoscit occulta. *cap. consuluisti ver. spontanea 2. quaest. 5. & cap. si omnia 6. q. 1.* Huiusmodi occultum dicitur aliquando secretum, *ut in cap. eruberscant 32. dist. & d. cap. si peccauerit, & cap. cum nos de simon.* & aliquando dicitur latens, *c. Christiana 32. qu. 5.* In tali autem crimine non potest Iudex sententiam ferre, nisi præcedente infamatione, & habitis probationibus. *c. praeter si peccauerit. §. fin. & c. Deus omnipotens 2. q. 1.*

Est & alia species occulti, quod propriè dicitur plenè occultum, & est quando per paucos probari potest, puta per duos, vel tres, vel etiam quinque, dummodo probari possit, quia & secretum dicitur, quod fit in præsentia quinque hominum. *cap. quis aliquando §. item quomodo vers. non sunt hae de paenit. dist. 1.*

64 Tertia diuisio Criminum, seù delictorum est quod alia dicuntur leuia, alia grauia, seù atrocia, & alia atrociora, seù atrocissima.

Leuia delicta de Iure Canonico, illa dicuntur, in quibus nō interuenit dolus, vel si fit, est circa rem modicam, vel inter domesticos super re similiter modica, vnde quodlibet delictum commissum, ob imperitiam, regulariter loquendo, vel per culpam, siue dolo, dicitur leue, secundum Abb. *in c. sua discretioni n. 3. de paen. & probatur in l. leuia. ff. de accus. l. respiciendum. ff. de paen. & c. cum dilecti de accus.*

Alij verò asserunt, attento Iure Ciuili, leuia delicta dici, ad effectum ne torqueri quis possit, si trahat aliquem per capillos, proijciat in aliquem lapides, si arma non prohibita deferat, si ambulauerit de nocte sine lumine, si aliquem pugno percusserit, si rem paruæ quantitatis furatus fuerit, si furtum domesticum fecerit, si aliquem verbis iniuriosis affecerit; Et tandem si aliquod aliud delictum sine dolo commiserit. Brur. *de indic. part. 2. qu. 3.* Iodoch. *in Pract. crim. cap. 35. rubr. de criminos. tradend. contra num. 5.* latè Peguer. *decis. 16. per tot.* Casson. *in tract. de torment. cap. 8. num. 5.* & Farinac. *in pract. crimin. q. 42. num. 6.* Ego autem teneo in huiusmodi materia standum esse loci consuetudini, cum multa delicta, quæ in vno loco æstimantur leuia, in alio habeantur atrocissima, quod probatur secundum Angel. & Alexan. *in d. l. leuia. ff. de accusat.* nam Florentiæ percussio manu vacua facta, dicitur ibi leuis iniuria, quæ quidem alibi reputatur grauissima maximè si in personam grauem fiat, iuxta tradita per Bartol. *in l. non solum §. si mandato. ff. de iniur.*

Vnde, quando dicatur leue, vel graue delictum, videtur remitti arbitrio Iudicis, attentis qualitatibus Personarum, consuetudinibus locorum, & circumstantijs criminum, ita Alciat. *in capit. cum non ab homine potest numer. 28. de iudic.* vbi de communi testatur DD. sententia, quem refert, et sequitur Villalobos *in recollection. commun. opinion. litt. D. numer. 56.* Bartol. verò *in d. l. leuia circ. princ.* Soccin. *consil. 157. num. 4. l. 2.* Barbat. *cons. 48. lib. 2.* et Dec *cons. 65.* dicunt, delicta leuia, vel grauia dici ex qualitate pœnæ, quæ pro illis imponi debet, secundum leges, sed prima opinio mihi magis placet.

65 Grauia verò crimina, sed atrocia in Clericis, secundum Sacros Canones, sunt adulterium, homicidium, sacrilegium, falsum testimonium, & huiusmodi. *vt habetur in c. si Episcopis 50. dist. & cap. Apostolus 81. dist.* Cardin. *in clem. 1. de offic. ordin. in §. notab.* secundum verò ius ciuile graue delictum dicitur, quando fit violentia alicui cum armis Gloss. *in l. 3. ff. de vi, & vi, arm.* Alex. *in d. l. leuia. ff. de accus.*

Item omnis causa sufficiens ad exhæredandum, secundum Bart. *in l. solo C. de liber. caus.*

Item omne crimen, pro quo à lege, vel statuto venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, puta triremium in perpetuum. Clar. *in l. 5. §. vers. sunt etiam*, ibi: *Ego autem dico*.

66 Sed quæritur, an simplex fornicatio in Clericis sit graue delictum, an leue?

Respondetur, quod secundum Sacros Canones dicitur enorme, & graue delictum, *vt in d. cap. Apostolus 81. dist. expressè habetur arg. cap. vt leu. 27 quaest. 1. & capit. meretrices 33. quaest. 4.* contrarium tamen tenet Gloss. *in cap. lator. ver in corporali 2. qu. 7.* per iura quæ ibi allegat: sed Cardinal. *in clem. 1. prae. de offic. ordin. pu. 2. dicit*, quod dictum Glosæ procedit in simplici Clerico, non verò in constituto in sacris, in quo esset quidem fornicatio enorme delictum, vnde depositione dignum esset, sed de æquitate Canonica, si talis pœnituerit, non deponitur *cap. fraternitatis 34. dist.* quia pauci inueniuntur, sine tali peccato, vt dicit text. *in cap. quia sanctitas dist. 50.* & Gloss. *in capitol. Maximianus ver remouëantur 81. dist. & in cap. presbiter 82. dist. verb. presbyter, & in d. capit. lator*, Butr. Felin. & Abb. *in cap. at si Clerici de iudic. & in cap. vt Clericorum, de vit. & hon. cler. & in cap. sicut, & cap. fin. autem de cohab. cler. & mul.* vid. Alios apud Foller. *in c. crim canon. c. 19. n. 6.*

67 Atrocissima verò delicta, secundum Sacros canones, sunt hæresis, Apostasia, simonia, vsura, & similia. Et regulariter omnia illa, quæ sunt depositione digna, dicuntur atrocissima, prout sunt frequentatio in domibus mulierum, aut locutio secreta cum eisdem. *c. Clericus 81. dist.* nam Clericus talia perpetrans deponi debet, si tamen tertiò monitus non desistat, præcedente excommunicatione. *vt in c. Archidiaconum. 81. dist. cap. fortè. 18. q. 4.*

Secundò frequentans ludos, & ebrietates. *c. Episcopus. 35. dist.* vbi Archid. dicit esse deponendum talem Clericum, si ter monitus non desistat, *& c. nulli 44. dist.*

Tertiò, Clericus tabernas frequentans est similiter deponendus, vel mercimonia exercens. *cap. nulli praeter. 44. dist. & clem. 1. de vit. & honest. cler.*

Quartò, Clericus vsuras exercens, & huiusmodi committens. *cap. 1. & 2. et cap. si quis Clericorum 47. dist. et cap. si quis oblitus 14. q. 4.*

Quintò, Si fornicatus fuerit cum Moniali, vel incarcerata, vel filia spirituali. *cap. si quis Episcopus, et cap. si quis rapuerit 27. q. 1. et cap. si quis Sacerdotes, cap. omnes, et c. seq. 30. q. 1.* vbi etiam habetur, quæ dicatur filia spiritualis.

Sextò, adulterium committens, vel publicè incontinens similiter deponendus est. *c. qui semel. 50. dist. c. Maximianus c. si quis Clericus, cum duob. seqq. 81. dist.*

Septimò, qui sine examine ordines recipit. *c. si quis presbyter 24. dist. & c. si quis sine 71. dist.*

Octauo, Qui scienter criminosus ordinatur. *cap. aliquantos 51. dist. & c. tantis. 81. dist.*

Nono, Qui relicta propria Ecclesia ad aliam pinguiorem transit sine Superioris licentia. *c. si quis presbiter, c. si quis Episcopus, et cap. seq. 7. q. 1.*

Decimo, Deponendus est qui contra Superiores excommunicationis sententiam ferre præsumpserit. *capit. in canenum. 21. distinc.*

Vndecimo, Clericus Episcopo suo Insidias, contumelias, aut iniurias inferens deponi debet. *capitol. si quis Sacerdotum 11. quaest. 1.*

Duodecimo, Item qui coniurationes, vel conspirationes fecerit. *c. coniurationum, & c. seq. 11. q. 1.*

Decimotertiò, Similiter, qui publicè aliquod crimen fouet in vniuersalis Ecclesiæ scandalum. *c. fin. 2. qu. 1. c. scelus, & cap. Theuguldum. 2. q. 3.*

Decimoquarto, Qui pecunia aliquem in Ecclesia supplantauit. *c. praesentium, c. fallus, & c. seq. 7. q. 1.*

Decimo,

Decimoquinto, Qui iurisdict. aut officium exercuerit in alie. na Dioecesi, vel Paroch sine licētia proprij Domini. *c. nullū. 9. q. 2.*

Decimosextò, Qui similiter sine licentia Episcopi altare erigit in Ecclesia consecrata. *c. nullus presbyter. de consecr. dist.* 1.

Decimoseptimo, Clericus, vel etiam Episcopus confugiens ad Imperatoris iudicium, est etiam deponendus. *c. si quis presbyter. 11. q. 3. cap. si quis Episcopus* 23. *q.* 8.

Decimo octauo, Item qui vna cum Iudæis vsus fuerit balneis medicinis, & huiusmodi. *c. nullus eorum.* 18. *q.* 1.

Decimonono, Item Raptores Puerorum, & consentiens. *c. nec de puellis.* 36. *q.* 2.

Vigesimo, Item celebrans in locis priuatis, sine licentia Episcopi. *c. clericos de consecr. dist.* 1.

Vigesimo primo, similiter excommunicatus, vel interdictus celebrans, & monitus non desistens. *c. clerici*, vbi Gloss. *in verb. moniti de cler. excom. minist.* vel diuina officia in Ecclesia celebrans *c. latores eod. tit. c. si quis Episcopus* 11. *q.* 3.

Vigesimosecundo, Item Clericus notabiliter imperitus, & indoctus deponi debet *c. fin. de atat. & qual. ordin.* Gloss. *in c.* 1. *in verb. insufficientium de renunciat. in* 6.

Vigesimotertio, quicumq; Sacerdos mori permittens culpa sua parochianū suum, sine baptismo. *c. quicumque de consecr. dist* 4.

Vigesimoquarto, item recipiens Ecclesiam per manu laicorum *c. si quis deinceps* 16. *q.* 7.

Vigesimoquinto, Item alienans res Ecclesiæ indebitè, & sine necessitate. *c. si quis Episcopus* 10. *q.* 2. *c. Vlturano c. Abbatib. & c. Apostolicus* 12. *q.* 2. *& c. nullus* 17 *q.* 4.

Vigesimosexto, Similiter, qui accusatus de graui crimine, vendentè accusatione promouetur, *cap. Omnipotens de accusat.* Gloss. *in c. tanta Daniel. ver. obrepsit.* 81. *dist.*

Vigesimoseptimo, Item clericus adulator, & proditor deponi debet *c. clericus si primo* 46. *dist.*

Vigesio octauo, Item cler. maledicus *c. cler. maledicus* 46. *dist.*

Vigesimonono, Item clericus schismaticus deponendus est. *c. diliguntur* 23. *q.* 5. & si incorrigibilis fuerit curiæ sæculari traditur, *vt per text. in c. deliguntur* 23. *q.* 5. docet Gloss. *in cap. cum non ab homine de iudic.*

Trigesimo, Itē cler. sortilegus deponitur *c. admoneant* 26. *q.* 7.

Trigesimo primo, Item ob simoniæ crimen notoriū. *c. de hoc autem, & c. ex quo, iuncta.* Glos. *in verb. periculum ordinis de simon.*

Trigesimo secundo, Item ob concubinatum notorium, vel stuprum virginis, vel concubitum cum filia spirituali *cap. si quis Episcopus*, & ibi Gloss. *in ver. deponatur, cap. virginibus. cap. si monacharum.* 11 *c. si quis rapuerit* 27. *q.* 1. *& c. omnes, c. si quis Sacerdos & c. non debet.* 30. *q.* 1.

Trigesimo tertio, Item deponendi sunt Clerici periuri, homicidæ, furto graui maculati, aut alio magno crimine infecti. *cap. presbyter, & c. seq* 81. *dist. c. si Episcopus* 50. *dist.* & Glos. communiter recepta *in cap. Maximianus in ver. remoueantur, & in c. si quis Episcopus* 81. *dist.*

Vltimo (alijs omissis) Clerici deponi debent pro quolibet crimine, in quo incorrigibiles fuerint. ita nobiliter tradit Glos. *in c. Apostolus. ver. in damnatione* 71. *dist. arg. c. cum non ab homine*, vbi Abb. *n.* 38. *de iud.*

68 Sed quæritur quando Clericus dicatur incorrigibilis.

Respondetur incorrigibilem dici.

Primò si monitus, vt ab aliquo crimine desistat, iterum ad illud reuertatur & in eo perseuerauerit, vel in aliis æq; grauib.

Secundo, si assignatum locum pœnitentiæ deseruerit, & fugam arripuerit.

Tertiò, si ter monitus non desistat a criminibus præteritis, vel etiam a similibus.

Quarto, si per verba, vel facta ostendat, se non esse emendatum de delicto, vt si dicat se dolere. quod delictum non fuerit perfectiùs perpetratum, vel per alia signa idem possit colligi, vt notant Abb. *in c. cum non ab homine num.* 29. *et ib.* Dec. *colum. vlt de iudic.* Fel. *in cap. Rodulphus. col.* 25. *de rescr.* Diaz. *in Pract. crim. canon c.* 131. Sim. Maiol. *de irregular l.* 5. *c.* 26. *num.* 4. Clar. *in Pract. crim. l.* 5. *§ fin. q.* 16. *vers sed quaritur*, & Beller. *Disquisition. clerical p.* 2. *de pœn. Cleric §.* 26. *num.* 26.

69 Est tamen aduertendum, quod cum hodie non multum attendatur ad quosdam Canones antiquos, qui de facili imponebant pęnam depositionis, vt aduertit Abbas *in cap. pract. si clerici n.* 3 *de iudic.* ex quo nostri temporis ætas non patitur illius depositionis censuram, vt dicit textus. *in cap. fraterni. tatis.* 34. *dist.* ob nullum delictum deponendus est Clericus, nisi in iure specialiter exprimatur. ita Glos. *in cap.* 1. 81. *dist. & in summ.* 15. *qu.* 8. *verb. de vltima in fin.* In iure autem supranotata exprimuntur, quamuis Hostiens. *in summ. l.* 5. *tit. de accusat §. quis sit effectus vers. tradunt autem num.* 14. et summ. Astensis *p.* 2. *l.* 7. *tit.* 57. *art.* 6. quos sequitur Viuald. *in tr. de depos. & degr. n.* 11. enumerent 109. delicta depositione digna, sed aliqua sine textibus. Certum est tamen, quod vbi non est in iure expressum crimen, nullus est deponēdus, nisi illud maximum fuerit, vt desumitur *ex c. inuentum* 16. *q.* 7. vbi non priuatur quis beneficio, nisi ob maximum crimen. *& ex c. tua de pœnis*, vbi Clericus non deponitur, nisi pro latrocinijs, vel alijs magnis sceleribus; facit Gloss. *in c. fin. ver. supplicauit.* 1. *q.* 1.

70 Quæ autem sint crimina maxima, & depositione digna, arbitrio iudicis remittitur, cum certa regula tradi non possit. *arg. l. non possunt. ff. de legib. & consl.* ita Abb. *in pr. alleg. c. at si clerici numer.* 34. *&* 35. & ibi Dec. *de iud.* quos sequitur Diaz. *in Pract. crim. canon verb. deponit.* Vnde arbitrari debet, non secundum antiquos canones, quorum multi in desuetudinem abierunt, sed potius, secundum consuetudinem presentem. Gloss. *autem in l.* 1. *C. de requirend. reis, & l.* 1. *ff. eod. tit. & in l. nd ea, ff. de reg. iur.* dicit crimina atrociora vocari ea, quæ ex legib duodecim tabularum descendūt, & ob quæ pęna capitis imponitur: Sed nota, quod neq; ex huiusmodi criminib. atrocioribus, seù maximis statim Clericus deponendus est, sed esse debet incorregibilis. *arg. c. cum non ab homine*, & ibi Abb *n.* 28. *de iudic.* facit Glos *in c. Apostolos. ver. in damnatione* 81. *dist.* Sum. Astensis. *loc. cit.* Syluest. *in sum. verb. degradatio. q.* 4. Maiol. *l.* 5. *de irregulari. c.* 26. *n.* 4.

71 Quarta delictorum diuisio est, quod quędam sunt merè ecclesiastica, quædam merè sæcularia, & quædam communia.

Merè Ecclesiastica sunt illa, quæ per Iudices Ecclesiasticos solummodo cognoscuntur, etiam si à laicis commissa fuerint vt est crimen Hæresis. *c. ad abolendam, & c. excommunicamus de hæretic. c. vt inquisitiones §. prohibemus eod. tit. in* 6. Abb. *in d. capit. ad abolendum numer.* 17. *&* 12. *& in cap. cum sit numer.* 19. *de for. compet.* Clar. *in §. Hæresis. lib.* 5. *vers. Hoc crimen, & in §. fin. q.* 96. *vers. quare etiam*, vbi de communi. Director. Inquisitor. *p.* 2. *q* 46. *n.* 11. Bellett *Disquis. cleric. p.* 1. *de fauor. clericor. real. §.* 2. *nu.* 23. et Ego ipse infr. *tom.* 2. *p.* 5 *prax* 1. *num.* 62. *cum seqq. & prax.* 10. *num.* 190. Item crimen simoniæ est merè ecclesiasticum. Glos. *fin. in c. cum sit: de for. compet.* et Alij, quos ego allegabo infr. *ead. p.* 5. *Prax.* 10. *n.* 196. et similiter alia crimina, de quibus ego *ibid agam, n.* 3.

72 Merè sæcularia sunt illa crimina, quæ si a laicis commissa fuerint, a Iudice laico tantum cognoscuntur prout sunt homicidium, furtum, et huiusmodi.

Communia verò sunt illa crimina, de quibus cognoscere potest vterque Iudex, scilicet Ecclesiasticus, et sæcularis, si a laicis committantur, quia sunt mixti fori, prout est sortilegium, adulterium, incestus, concubinatus, vsura, blasphemia, et alia, de quibus latè agemus similiter *infr. d. to.* 2. *p.* 5. *d. prax.* 10. *à n.* 110. *vsq; ad n.* 187.

73 Vltima delictorum diuisio est, quod quædam dicuntur nominata; alia innominata. Nominata sunt quæ habent particulare, et proprium nomen a lege impositum, prout est homicidium, sortilegium, simonia, adulterium, et huiusmodi.

Innominata vero delicta sunt, quę non habent speciale nomen à Iure impositum, sed tantùmmodo nomen facti, vt est percutere aliquē, verberare, vulnerare, et similia. Dicuntur autem innominata, quia aliquando fieri possunt, sine pęna, aliquādo verò cum maleficio, quod pęnam meretur. Quod quidem nō est in criminib. nominatis, in quib. semper inest maleficium. Ita Bart. *in l. numquam plura n.* 3. *ff. de priuat. delict.* vbi notat effectum suprapositæ differentiæ, quem sequuntur communiter omnes DD. vt ait Blanc. *in Pract. crim. fol.* 52. *n.* 111.

74 Sed quæritur, an permittatur Clericis accusare laicos de delictis grauibus in foro laicali?

Respondetur cum distinctione: aut accusat ciuiliter suam, vel suorum prosequendo iniuriam, vel suæ Ecclesiæ, et tunc si pæna sanguinis non venit imponenda, licitè laicum accusare potest. *c. cum sit generale de for. compet. & c. Prælatis de homic. in* 6. Aut verò accusat, non prosequendo suam, vel suorum iniuriam, sed ad vindictam publicam, et tunc non potest, etiā si non veniret imponenda pæna sanguinis. *per c. Sacerdotes.* 2. *qu.* 7. quia accusatio dicitur esse illaudabilis intentionis. *cap. si quis Episcopus ead. caus. & quæstion.* ita tenet Abb. *in cap. cum*

P. Mar.

p. Mancenel'a de accuſ. Franc. *in d.c. Prælatis*, eſt etiam textus, & Gloſ. *notabilis in Clem. 1. ver. ſummi de homic.*

Eſt tamen notandum, quod hodie Clericus ſine irregularitatis metu poteſt laicum accuſare, ſi ſuam propriam proſequatur iniuriam, etiam de delicto, pro quo veniret imponenda pœna ſanguinis, dummodo præmittat proteſtationem, quod non intendit accuſare, vt pœna ſanguinis imponatur, ſed pro ſuo intereſſe, *vt habetur in d. cap. Prælatus de homicid. in 6.* & ſic ciuiliter, non criminaliter agendo. Gloſſ. *in c. laicos ver. laicos. 2. q. 7.* vbi etiam Monach. & Archid. *in cap. laicos 11. q. 7.* Alioquin criminaliter nullo modo accuſare poteſt. Idem Archidiac. *in cap. experientia, & cap. Clericum 11. qu. 1.* de quo etiam diximus ſupra *nu.* 20.

75 Alios verò Clericos quilibet Clericus accuſare poteſt, imò & ſuperiores, ſi bonæ famæ, ſit, vt habetur. *in cap. ex parte, cap. veniens, & cap. licet de accuſat.* ſi verò eſſet malæ famæ, non admittitur ad accuſandum ſuperiorem. *cap. cum dilectus eod. tit.* niſi in criminalibus exceptis. Accuſatio enim permiſſa eſt de iure Canonico, etiam illis, qui ob aliquam cauſam non poſſent, ſi ſuam, vel ſuorum proſequantur iniuriam. *cap. omnibus. 4. q. 6. & cap. cum dilectus de accuſat.* facit *tex. in l. his tamen omnes. ff. eod. tit.*

76 Quæritur ſecundò, an accuſans aliquem de delicto commiſſo ante annos viginti audiri debeat, & eius accuſatio recipienda ſit?

Reſpondetur, quod de Iure Canonico in cauſis matrimonialibus, & in aliis ſpiritualibus in quibus animæ periculum vertitur, accuſatio non reiicitur, etiam poſt annos 20. vſque ad centum annos, & vltra. Gloſſ. *in c. admonere te verb. pænitentia, circ. fin. 33. qu. 2.* Specul. *l. 2. de ſententia. §.). num. 9.* In aliis verò, vbi animæ periculum non eſt, diſtinguendum erit, aut enim agitur criminaliter, & tunc non eſt audiendus, niſi vſq; ad vigeſimum annum; *iuxta cap. cum venerabilis de except. & l. quærelam C. ad leg. Cornel. de falſ. & l. licet. C. de except.* Aut per accuſationem intendit agere ciuiliter per reſtitutionem in integrum actione in factum, & tunc auditur vſque ad 40. annum. Aut agere vult per viam exceptionis, & tunc perpetuò audiri poteſt. Specu. *vbi ſup. nu. 10.* & Abb. *in c. licet. de probat.* vbi etiam Felin. qui diuerſimodè in hoc diſtinguunt. De quo etiam aliquid tetigimus. *ſup. n. 50.*

77 Ex dictis colligi poteſt, quod vltra ſupranotatos modos procedendi in Iudiciis criminalibus, ſcilicet per Denunciationem, inquiſitionem, & Accuſationem, datur alius modus proſequendi crimina, ſcilicet per vim exceptionis; ſuper quo notandum eſt, antequam ad telam iudiciariam criminalem exordiendam proſequamur, quod quandoque crimina in Iudicio proponuntur in modum exceptionis, tam de Iure Canonico, quam de Iure Ciuili. Quod quidem contingere poteſt pluribus modis Primo, contra Accuſatorem. Secundo, contra Teſtes; & Tertio, contra promouendos ad Eccleſiaſtica beneficia, vel ad aliquod officium.

Contingit autem notificari crimen in Iudicio contra Accuſatorem, quando accuſatus opponit aliquam exceptionem, contra ipſum, dicendo repellendum eſſe ab Accuſatione, ob tale, vel tale crimen, *ut habetur in c. licet il 1. §. tales de ſimon.* & ibi Gloſſ. & DD. Et tunc excipitur contra Accuſatorem, ſine libello, aut ſubſcriptione, obligando ſe ad probandum crimen, & ſine metu alicuius pœnæ, ſi non probauerit opponens crimen oppoſitum. *per text. in c. ſi qui ſunt & c. quærendum. 2. qu. 7. & c. Iudices. 3. qu. 7.* & ſicut ipſe opponens, ſi non probauerit, non punitur; ita neque accuſatus, cui obiicitur crimen, ſi probetur: ſed ſolum repellitur ab accuſatione, & non efficitur infamis ob crimen oppoſitum, & probatum. Et quod dicitur de accuſatore, procedit etiam in teſte, contra quem aliquod crimen opponitur, nam ex crimine opoſito in modum exceptionis, etiam ſi probatum fuerit nullam pœnam patietur, ſed tantum à teſtimonio repelletur; neque per hoc efficeretur infamis. *cap. cum dilectus §. fin. de ordin. cognit. cap. ſuper eo de teſtib. capit. 1. de except. & l. Lucius. ff. de his, qui notant. infam.* Et ratio eſt, quia qui excipit, non accuſat, vt in dictis Iuribus habetur.

78 Quod ſi exceptio alicuius criminis opponatur tertiò modo contra promouendum ad Beneficia Eccleſiaſtica, ſeù ad officia, ad effectum, vt excludatur a promotione illius: tunc diſtinctio adhibenda eſt. Aut enim excipitur ante confirmationem electi, vel præſentati, aut prouiſi, & excipiens non tenetur ſeruare formam *legis libellorum. ff. de accuſat.* puta ſe ſubſcribere, & obligare ad pœnam probandi crimen quia tali caſu non deiicit, licet impediat: Aut excipit poſt confirmationem & tunc quamuis non teneatur inſcribere, & ſe obligare ad probandum, poteſt tamen cogi arbitrio Iudicis ad aliquam pœnam extraordinariam, ſi defecerit in probatione oppoſiti criminis: quia hoc caſu ille prouiſus, vel electus per probationem criminis omninò deiicitur, & repellitur ab officio, vel beneficio, vt probatur *in cap. ſuper his de accuſat. & c. cum de procurat.* vnde patet, quod hîc exceptio oppoſita habet vim accuſationis, ſecus in primo caſu, & ratio differentiæ eſt quia in primo caſu licitum eſt accuſato quocumque modo ſe defendere, cum prouocatus ſe vlciſcatur. *cap. ſi quis iratus. 2. qu. 3. l. quis tum maior. ff. de bon. l. l. ſi adulterium. §. Imperator. ff. ad l. Iul. de adult. & l. Gracchus C. eod. tit.* & ſic ſi defecerit in probatione, nullam patitur pœnam. In ſecundo verò caſu excipiens habetur pro accuſatore, vnde quamuis confirmatus officium vel Beneficium habitum non amittat, obſtat tamen exceptio oppoſita, etiam non probata, dignitatibus acquirendis. *arg. c. ſuper eo de elect. & cap prohibentur 2. q. 1.*

79 Eſt tamen notandum, quod in criminibus, & delictis proſequendis in modum exceptionis dupliciter proceditur, ſcilicet ciuiliter, & criminaliter. Ciuiliter fit, quando excipitur de crimine contra teſtem. vel contra inſtrumentum, ne adhibeatur eis fides, & tunc non poteſt Iudex punire teſtem de crimine oppoſito, etiam ſi probatum fuerit, vt habetur in iuribus allegatis *ſup. in fin. num. 77.* & notat Boſſius *in tit. quomodò procedatur per exceptiones num. 2.* vbi de communi teſtatur. Eſt benè verum, quod poterit poſtea Iudex inquiſitionem facere contra reum, vt dicit Iacob de Belu. *in Pract. crim. fol. 28. in rubr. de sanſ. crimin. num. 1. & 2.* & tunc ex noua inquiſitione, & proceſſu puniri poteſt delinquens. ita Bart. *in l. 2. § ſi publice n. 20. ff. ad leg. Iul. de adulter.*

80 Probationes autem factæ in iudicio ciuiliter agitato, nullam faciunt fidem in criminali, vt inquit Fellin. *in cap. at ſi Clerici nu. 26. de iudic.* Villalob. *in collect. commun. opin. litt. A. poſt num. 47.* Diaz. *regul. 10.* Faciunt tamen indicium ad inquirendum, licet non faciant probationem ad puniendum, Clar. *in Pract. crim. § fin. q. 54. verſ. item ſi producantur in fin.* vid. Abb. *in c. per inquiſitionem poſt. n. 12. de elect.*

81 Criminaliter verò proceditur via exceptionis, quando quis excipit contra teſtes, vel contra accuſatorem, ne recipiantur, & inſuper petit de crimine oppoſito puniri ſecundum leges; & tunc excipiens gerit vices accuſatoris. Vnde procedi poteſt contra illos. vſque ad condignam pœnam, æquè ac ſi fuiſſent accuſati. etiam ſi a principio cauſa fuiſſet ciuilis, & tunc obſeruanda eſt forma. *l. libellorum ff. de accuſat.* & ſic exprimendum eſt tempus, & locus commiſſi delicti in ipſa exceptione, & eſt communis DD. ſententia, de quo Soccin. *in l. 1. poſt n. 4. verſ. quarto infertur ff. de except.* Boer. *deciſ. 321.* Clar. *vbi ſup. q. 12. verſ. adde quod.*

82 Hinc eſt, quod ſicut in iudiciis criminalibus non poteſt quis audiri per procuratorem regulariter, maximè vbi agitur per accuſationem *l. pen. §. ad crimen ff. de public. iud.* vbi *communiter* DD. *& eſt text. in l. ſeruum quoque §. publicè. ff. de procur.* quod procedit tam in delictis publicis, quam priuatis. Bart. *in d. §. ad crimen* Boſſ. *in tit. an. in cauſis criminalibus poſt nu. 1. verſ. prima igitur*, Clar. *in d. § fin. qu. 32. verſ. & hæc concluſio*, Abb. *in cap. veniens de accuſat.* & Follet. *in Pract. crim. canon. capit. 9. num. 12.* Ita neque quando agitur per viam exceptionis criminaliter. Blanc. *in Pract. crim. fol. 25.* Clar. *d. qu. 32. verſ. Tu ſcis quod in cauſis.*

83 Quia cauſa criminalis dicitur, cum finis tendit ad vindictam publicam, vt delictum puniatur pœna debita. *text. eſt in c. per tuas il 1. §. tales*, vbi Gloſſ. *in verb. taliter de ſimon.* Abb. *in cap ſuper his de accuſat.* Federic. de Senis. *conſ. 23. alias 28.* & ſic iudicium criminale per viam exceptionis æquiparatur in totum iudicio criminali per viam accuſationis. Et licet Gloſſ. *in l. lex Cornelia in princ. ver. coram. ff. de iniur.* teneat, cauſam criminalem dici, quandocumque agitur de crimine, tamen hæc opinio communiter à Doctoribus non admittitur, cum de crimine, etiam ciuiliter agi poſſit pro intereſſe, vt ait Blanc. *in Pract. crim. fol. 61. num 158* Vnde neque ſequuntur Doctores aliam opinionem Gloſs. *in l. ſi qua per calumniam ver. auri C. de Epiſc. & Cleric.* aſſerentis, cauſam criminalem dici, quando imponitur pœnam corporalis pro crimine commiſſo.

Blanc. *vbi sup. vers. secunda opinio*. Neque opinio Abb. *in rubr. de iudic. nu. 5.* a Doctoribus admittitur, vbi tenet, quod quando agitur principaliter, vt quis pro delicto puniatur pœna ordinari, tunc causa dicatur criminalis, siuè pœna veniat applicanda Fisco, siuè parti; quando verò non agitur principaliter, vt puniatur pœna ordinaria, tunc semper dicitur ciuilis, quia contrarium probatur in multis iuribus, quæ allegat. Aretin. *in ead. rubr. de iudic. post num. 19.* & ibid. Dec. *lard*, & Marant. *in Specul. aur. d. §. t. num. 1. in fin.* Sed opinio magis communis est illa, quam tenet Gloss. *in lib. 3. in princ. ver. centum ff. de sep. viol.* vt scilicet quando agitur ad pœnam applicanda Fisco, tunc causa dicatur criminalis, quando verò agitur ad pœnam applicandam parti, tunc dicatur ciuilis, quam Gloss. sequitur Bart. *in ead. lib. 3.* Aretin. *in rubr. de iud. num. 19.* & ibid. Dec. *nu. 95. in prima lect. & numer. 51. in secunda lect.* Afflict. *sup. constit. Regn. part. 3. rubr. 32. §. varietate num. 9.* Clar. *in Pract. crim. §. fin. quæst. 1. vers. quarta igitur cate. med.* Marant. *loc. prox. cit. numer. 2.* & Alii apud illos.

84 Vnde ex dictis patet, quod ex eodem delicto regulariter oritur duplex actio, nimirum criminalis ad publicam vindictam, & ciuilis ad priuatum commodum, at verò non per hoc sequitur, posse vno, eodemque tempore vtramque actionem, criminalem scilicet, & ciuilem ab eodem ex eadem causa intentari, hoc enim prohibetur *in l. saterdam. ff. de publ. iud.* Quod quidem intelligendum est, si æquè principaliter in eodem libello hæc duo remedia intententur, quia tunc non posset cum causa criminalis sit maior, & dignior, quam causa ciuilis, & sic non possunt simul concurrere, & cumulari, DD. *in l. edita C. de edend.* Sed si intentetur principaliter iudicium criminale, & incidenter iudicium ciuile, petendo interesse, vel rem oblatam sibi restitui, tunc certè potest fieri, Bart. *in l. interdum §. qui furem nu. 5. ff. de furt.* quem sequuntur communiter DD. vt dicit Curt. Iun. *in d. l. edita nu. 198.* & ibid. Roman. *post n. 143. vers. non obstat. sua ratio.* Bald. *in l. nata opera nu. 6. in fin. C. qui accus. non poss.* Hieron. ad Angel. *de malefic. in verb. & ad querelam in vlt. apostill. col. 3. vers. secundo casu*, & Aretin. *in c. qualiter 2. § ad corrigendos nu. 139. de accus.*

85 Quod si quis post intentatum iudicium criminale per accusationem, voluerit intentare ciuile, ex diuersa causa, & penitus separata, tali casu non poterit, donec, & quousque terminetur causa criminalis, *text. test. in l. fin. C. de ord. cognit.* Bart. *in d. l. edita C. de edend.* Alex. *in l. reum criminis col. 1. vers. Bartolus autem C. de procur.*

Et hoc procedit etiam è conuerso in Reo accusato, nam pendente accusatione, siue iudicio criminali, neque ipse poterit conuenire ciuiliter suum, accusatorem ex alia causa penitus diuersa, & separata *vt colligitur ex d. l. fin. C. de ordin. cognit.* & communiter DD. tenent vt testatur Curt. Iun. *in d. l. edita num. 182. in fin.*

86 Vlterius notandum est, quod aliquando crimen deuenit ad Iudicis notitiam alio modo, quam per accusationem, inquisitionem, denunciationem, aut exceptionem; de quibus supra dictum est, scilicet per confessionem, quod quidem accidit, vel quando pars accusans, vel testis, inde deuenit confitetur se aliquod commisisse delictum, & tunc licet ex huiusmodi confessione puniri non possit; benè tamen Iudex poterit ex ea procedere ad inquirendum, & formare processum super illa confessione, & factis omnibus necessariis, & fieri solitis in causis criminalibus, deuenire poterit ad condemnationem. Bart. *in l. si confessus cire fin. ff. de custod. reor. & in l. 2. §. si publico ff. ad leg. Iul. de adult.* Bals. *in tit. quomodo procedatur per exception num. 4.* Afflict. *decis. 176.* & Foller. *in Pract. crim. sor. satul. verb. & si confitebuntur n. 31.*

87 Insuper notandum est, quod datur alius modus procedendi vltra supra enumeratos, & est, quando quis per ministros Curiæ vel per Alios, reperitur in flagranti crimine, hoc est in ipso actu delinquendi, puta quando actu occidit aliquem, vel furtum committit, vel arma prohibita defert, & huiusmodi, nulla præcedente Denunciatione, inquisitione iudicis, aut accusatione partis aduersæ, & capitur carceratus, ac Iudicis præsentatur, vt tradunt Marsil. *in l. omnes §. cognitionum ff. de quæstionib.* Angel. *de malefic. in verb. che mi hai adulterata la mia donna* Alex. *in consil. 275. incip. viso themate col. 2. l. 1.* Clar. *in Pract. crim. q. 8. in princ.* vbi latè Baiard. & Alij Addent Scacc. *in tract. crim. lib. 2. c. 78. nu. 4.* Caualc. *de brach. Reg. p. 1. nu. 215.* latè Farinac. *in pract. crim. vol. 1. de delict. & pen. qu. 21. nu. 153. cum seqq.* & Guaz. *in tract. ad defens. reor. defens. 5. cap. 8. nu. 1.* & Alii apud illos, & ex nostris Regnicolis Foller. *in d. pract. crim. for. facul. p. 1. secunda partis ver. item quod fuit captus in flagranti crim.* & ibi Add. Afflict. *in const. Regni incip. Inst. itiary non per kalendas not. ob. 4. & in constit. Humanitate nu. 27. l. 2.* Grammatic. *decis. 36. num. 5.* & Alij.

88 Quo casu possunt Reum in actu delinquendi carcerare; non solum satellites, & ministri Curiæ absque Iudicis mandato verum etiam omnes Alij, ad quos ex officio non pertinet *vt in lib. 4. ff. de furt. & in l. defens. C. de defens. Ciuit.* quia semper in tali casu dicuntur habere mandatum, *per text. in l. raptores C. de episc. & cler. & l. capite 5. ff. de adulter.* Granut. *theorem. 19. nu. 1.* Farinac. *d. qu. 21. num. 137.* quamuis regulariter nemo capi possit sine Iudicis mandato. *l. neminem, vbi DD. communiter C. de exhibend. reis.* Quæ conclusio, vt quilibet de populo capere possit delinquentem in flagranti crimine, locum habet, tam in crimine publico, quam priuato. Scacci. *d. c. 78 nu. 10. versic. videamus.* Farinac. *vbi sup. nu. 140.* Caualc. *de brac. Reg. dict. par. 1. nu. 225.* dummodo statim recto tramite ad Iudicem ducant.

89 Quinimo ampliatur, vt quamuis Iudex Laicus regulariter, nec alia persona priuata possit Clericum capere, & carcerare, absque licentia proprij Prælati, vt tradit Gloss. *in cap. cum non ab homine verb. deprehensus de iudic.* vbi DD. communiter, *& in cap. si vero de sent. excom.* si tamen repererit, illum in flagranti crimine carcerare possunt, sed ad suum competentem Iudicem Ecclesiasticum ducere tenentur, & tunc excommunicationem non incurrunt. *cap. vt famæ de sent. excom* vbi Gloss & DD. Gloss. *in d. verb. deprehensus* Abb. in *dict. cap. cum non ab homine nu. 15.* & ibid. Felin. Foller. *loc. cit. nu. 6.* Scacci. *ibid. nu. 5. vers. amplia istam.* Anton. Com. *de delict. cap. 9. n. 3* Farinac. *vbi sup. nu. 141. vbi de communi testatur.* Genuens. *in Prax. Arch. Neap. cap. 33. nu. 10.* Megal. *in Prax. crim. canon. cap. 12. n. 10. circ. med.*

90 Ampliatur tertiò, vt quamuis regulariter condemnari non possit Reus, nisi iuris ordine seruato factis legitimis probationibus, & dato termino ad se defendendum, *vt tradunt communiter DD. & nos dicemus inf. à*, contra repertum tamen in flagranti crimine procedi potest ex abrupto, & iuris ordine non seruato, vt in notoriis quia æquiparantur esse aliquem repertum in flagranti, & in notorio crimine. Felin. *in c. cum euidentia de accusat.* Mascard. *de probat. conclus. 1101. nu. 15. l. 2.* Foller. *vbi sup. nu. 1.* Baiard. *ad Clar. qu. 8. nu. 9.* latè Gramm. *d. decis. 36. nu. 35 46. & 80.* & Farinac *d. qu. 21. nu. 144.* Vnde inferunt DD. vt non requiratur, quod detur Reo copia repertorum, seu indiciorum. Gramm. *ibid. nu. 71.* Foller. *loc. cit. num. 8.* Baiard. *d. q. 8. nu. 9. in fin.* vbi etiam dicunt, neque requiri citationem ad sententiam. E. Clar. ac Alij apud illum *ibid. quæst. 8. in princ.* Caualcan. *de brach. reg. d. p. 1. nu. 329.* dicunt posse procedi sine querela alicuius. Quapropter testes alias idonei admittuntur contra reum in flagranti deprehensum, & censetur idonei, si per alios delictum probari non possit. & aliud contra eos non obstet, vt post Andr. de Isern. & Afflict. *in d. constit. Regni Humanitatee* dicit Foller. *vbi sup. numer. 7.* vbi tamen addit, Iudicem debere in hoc multum laborare, vt veritatem inueniat. Clarus autem. *d. qu. 8. vers. scias tamen* ait, quod non resultat plena probatio ex apprehensione in flagranti, sed ex ea oritur tantum indicium ad torquendum.

91 Hinc est, quod cauti Iudices, non statim ad sententiam condemnatoriam deueniunt; sed postquam talis reus in flagranti captus ad eorum manus deueniret, facta per Berruarios relatione in Actis curiæ, illicò cum constituunt, & si delictum confitetur, tali casu ad sententiam condemnatoriam deueniunt, etiam non datis defensionibus, iuxta doctrinam Bald. *in l. vt vim ff. de iust. & iur.* quem sequitur Foll. *loc. cit. nu. 12.* vbi dicit hoc procedere, si capiatur reus a Ministri Curiæ, non si ab Aliis, subdit tamen ille, quod tunc hoc dictum Baldi admitteret, quando terminus, ad se defendendum illi non competebat, vel si petitus non fuit, secus si petatur; eni sententiæ ad stipulatur Cla. *in d. qu. 8. vers. sed numquid vbi: Ego si reus:* siue rò negauerit, statim absque alio processu, & indiciis, ducunt eum ad torturam, præsertim, si delictum sit graue, facta prius confrontatione cum testibus, qui illum viderunt, vt in aliis causis fieri solet, (de qua nos infra dicemus,) & si in negatiua perseuerauerit facta publicatione in ipso processu, & dato termino ad se defendendum, condemnare poterūt, si nihil probauerint

uett ad se exculpandum. Afflict. *in d. const. Humanitates.* Foller. *ubi proximè* Scacc. *in d. c. 78. n. 9. & n. 16. ver. & ex his*, & Baiard. *ad Clar. d. q. 7. n. 1.*

92 Ampliatur quartò, vt contra repertum in flagranti crimine deueniri possit ad executionem pœnæ delicti commissi, sine vlla sententia. Gloss. *in l. ictus fustium. ff. de his qui notant infam.* Bois. *in tit. de denunciat. num.* 10. Grammat. *d. decis. num.* 43. Clar. *d. q. 8. vers. quaro.* vbi ait in Senatu Mediolanensi aliter seruari per Cullaterales in pœnis exequendis. Sed Vulpell. *respons. 137. numer.* 7. & Scacc. *in tract. crim. lib. 1. capit. 46. num.* 28. *& c. 78. sub num.* 16. asserunt, etiam in Vrbe seruari, vt exequatur pęna absque sententia; quamuis regulariter deueniri non debeat ad pœnarum exequutionem sine sententia. *l. 1. C. de execut. rei iudic.* Petr. Caball. *in quæst. crim. cas. 133. numer.* 8. Baiard. *ad Clar. quæst. 93. numer.* 8. Est benè verum, quod licet in tali casu non requiratur sententia, requiritur tamen aliquod Iudicis decretum, vt tradit Scacci. *d. c. 78. sub nu.* 16. post Farinac. *d. q. 21. n. 153. & n. 154.* vbi ait, quod ab illo decreto non datur appellatio, quoad effectum suspensiuum, ex Boer. *decis. 153. n. 5.* quem sequitur Baiard. *q. 71. n.* 11.

93 Ampliatur quintò, vt a fortiori, si capiatur in flagranti Reus delinquens coram Iudice sedente pro Tribunali puniri possit sine Iuris solemnitatibus, sine processu, & probatione, quia delictum dicitur notorium, secundum Glos. *in cap. Deus Omnipotens. §. quando autem 2. quæst.* 1. Capr. *in tit. de Notor. in 4. memb. nu. 27. & 55. & memb. 6. nu.* 1. Marcard. *de probat. conclus. 103. n. 16. & 19. l. 2.* Farinac. *d. q. 21. n. 158.* vbi de communi, qui postea *n. 159.* dicit, tutius esse, si Iudex statim illum examinet; & si confiteatur delictum, condemnabit eum sine alia probatione, aut solemnitate; Si verò negauerit, examinabit testes, quosdum illo confrontet, qui testificentur vidisse illum tale crimen committere coram Iudice sedente pro Tribunali, multis aliis astantibus, *iuxta text. in l. quoties. C. de dignit. l.* 12. & ibi Luc. de Penn. quem refert, & sequitur Paris de Put. *in tract. de syndicat. verb. notorium* Foller *in d. Pract. crimin. fer. fac. verb. item quod est notorius delinquens numerò* 17. Caualcan. *d. tract. de brach. reg. par. 1. num.* 204. Ego ipse *tom. 2. par. 5. prax. 17 per tot.* vbi traditur modus formandi processum, & sententiam in tali casu notorij iudicij, cum crimen commissum coram Iudice sedente pro Tribunali dicatur crimen notorium iudicij; *vt ibid. dicem.* Quod ampliatur etiam si iudex non sedeat pro Tribunali, sed aliquem alium actum Iustitiæ faciat, quo casu post examen Rei, et testium, vt supra, datur illis breuis terminus ad se defendendum, et condemnabitur, vt tenent. Par. de Put. Foller. Cauale et Alij *locis cit.* Secus si Iudex non sederet pro Tribunali, nec Iustitiæ actum faceret, nam tunc teneretur iudicare seruatis seruandis, secundum allegata, et probata, cum habeatur tamquam persona priuata, non vt Iudex, et sic non esset offensa maiestas Principis. Couarruu. *variar. resol. l. 1. cap. 1. sub nu.* 6. Clar. *qu. 8. vers sed pone.* Farinac. *d. q. 21. n.* 163. latè Scaccia *l. 1 tr. cr. cap. 80. n. 1. & 2.* vbi dicit, quod tali casu, neque potest Iudex illum torquere, sed tantum informationem contra eum capere.

94 Tandem nota hìc, quod rapti in flagranti crimine duci debent coram Iudice, eique presentari per capientes illos intra spatium temporis viginti horarum, *vt habetur in l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de adulter.* Glos *in d. capitel. cum non ab homine de iudic.* aliàs puniri possunt pœna priuati carceris. Modern. *in tract. de process. executiu. par. 1. cap. 1. num.* 98. Iodoch. *in Pract. crim. cap. 15. num.* 5. Scacc. *in d. cap. 78. num.* 6. Caualcan. *de brach. Reg. p. 2. num.* 9

PRAXIS PROCESSVS.

95 His positis deueniendum est ad modum practicum procedendi, secundum solitum nostrum institutum; & sic incipiemus ab accusationis, seu quærelæ libello, qui solet infrascripto, vel simili modo concipi, videl.

Forma libelli accusatorij, seù quærelæ, vt vulgo dicitur.

Die . . . Mensis . . . Ann. . .

In Episc. Curia N comparet personaliter N. de N. Terra, seù loci N. qui non animo calumniandi, &c. sed pro veritate tantum medio iuramento quarelanter expomt, qualiter Clericus N. de N. die tali . . . . mens . . . hora . . circiter in loco N. animo diabolico ductus aggressus fuit N. de N. proditoriè cum ense eguaginato, & eum eo dedit videm N. multa vulnera, ex quibus, statim post tres horas mortuus fuit; qui quidem aggressus in primo ictu ensis vociferando, petijt auxilium, ad cuius voces accurrerunt N. N. & N. ac Alij, qui bene viderunt prædictum N. occisorem fugientem cum ense euaginato, & sanguine cruentato. Proinde comparens ipse filius legitimus, & naturalis præfati N. occisi exponit quarelam criminalem contra dictum N Clericum, & petit ipsum puniri, prout sacri Canones requirunt, ne valeat sua iniquitate gloriari, si impunitus euaderet; & ita dicit, & fieri petit, non solum isto, sed omni alio modo meliori, &c.

Alibi verò fieri solet alio modo, nam Notarius, seu Cancellarius Curiæ scribit quærelam tali, vt sequitur modo, videlicet.

Forma quærelæ alio modo.

Die . . . mens . . . . ann . . . . Comparuit personaliter N. de N. de loco N. qui non animo calumnia, sed pro veritate tantum medio eius iuramento quarelanter exposuit, prout infra, videlicet. Deue sapere V. Sig. Reuerendiss. come, &c. Et exponitur tota series commissi criminis, secundum facti diuersitatem, cum suis qualitatibus. & circumstantiis, postea concluditur: *E mi son stati presenti li Tali N. N et N. e cosi dice, &c. omni &c. N de N. manu prop. &c.*

96 Post prædictam accusationem debet Iudex decernere, vt capiatur informatio, mediante decreto, iuxta formam traditam *sup. sect. 1. nu.* 53. Deinde procuret vt constet de corpore delicti, & sic fiat accessum ad locum, vbi cadauer occisi iacet, vel mandet fieri per Notarium cum Fisco, & testibus, qui visitent cadauer, & annotent omnia sigillatim, ne processus corruat, si non inueniatur delictum in genere, & talis accessus fieri solet similiter mediante decreto, quod etiam habes sup. *de Sect. 1. num.* 56. facto deinde viso, & reperto, *prout ibidem num.* 57. examinantur testes pro validitate recognitionis corporis delicti, cuius examinis forma habetur. *ib. numer.* 59. Quibus peractis proceditur ad examen testium nominatorum in accusatione, siuè in denunciatione, siuè inquisitione, diligenter illos interrogando super contentis in accusatione, (si per eam proceditur,) sed hoc fit præcedente citatione, adhoc, vt si accedere noluerint ad testimonium veritatis perhibendum, possit Iudex illos cogere, prout dicemus *infra. sect. seq.*

Citato autem solet concipi, prout sequitur, vel huic similis, videl.

Forma Citationis testium.

Die . . mens . . . ann . . . De mandato, &c.

Instante Domino Promotore Fiscali commissa fuerunt Citationes contra N. N. & N quatenus per totam diem Veneris qua erit dies septima præsentis mensis compareant, & quilibet ipsorum comparere debeat personaliter coram Reuerendissimo D. Generali Vicario, seu coram me Notario, &c. ad informandam Curiam super nonnullis, &c. sub pœna scutorum centum auri de camera pro quolibet. siue librarum centum cera alba laborata, pijs vsibus applicandorum in casu, etc. Aliàs, &c. et ita, ett omni, etc.

N. Notarius, etc.

Vel alio modo, prout alibi fieri solet.

Mandato Domini N. etc Citentur N. N et N. ad informandam Curiam statim vel pro die tali . . sub pœna mandatis exequenti etc Instante Fisco, etc.

N. Notarius, &c.

Vel alio modo, videl.

N. de N. Vicarius Generalis N. &c.

Vobis N N. & N. Tenore praesentium praecipimus, & expressè mandamus, quatenus statim visis, & receptis praesentibus, & postquam vigore praesentium fuerit requisitis, & quilibet vestrum fuerit requisitus sub poena scutorum Auri camerae Apostolicae etc... pijs vsibus applicandorum, &c. & in subsidium sub poena excommunicationis, &c. debeatis, & quilibet vestrum debeat coram Nobis, & nostra Curia comparuisse, & personaliter se praesentasse ad nos, & illam eamdem nostram Curiam informandam de nonnullis ad eam spectantibus, de quibus vos informatos esse nobis constat. Alioquin, &c. In quorum, &c.

Datum, &c. Die .. Mens. Ann...

N. Vicarius Generalis, &c.

N. Cancellarius, &c.

Siuè tandem alio modo, cum in hoc, sicut in caeteris, seruandus sit stylus propriae cuiusq; loci.

Ponatur Titulus, &c.

Per vnum ex seruientibus nostrae, vel quarumuis Curiarũ ad omnem instantiam, & requisitionem N. Promotoris Fiscalis citentur, moueantur, & requirantur infrascripti testes in calce praesentium nominandi, & cognominandi, quatenus sub poena librarum 50. cerae albae laboratae pijs vsibus applicãdarum, &c. pro quilibet, & in subsidium excommunicationis, &c. per totam crastinam diem, quae erit decima currentis mensis talis... praecisè & peremptoriè comparere habeant, & debeant personaliter coram Nobis, & nostra Curia ad se examinandum, examinique subiiciendum, ac eorum veritatis testimonium perhibendum super nonnullis rebus, & causis Curiam ipsam, et dictum D. Promotorem Fiscalem tangentibus; Alias, etc. Quoniam, etc. Datum, etc. Die, etc. mens. etc. ann etc.

N. Vicarius Generalis, etc.

N. Actuarius, &c.

97 Exequuta citatione per seruientem, seù cursorem fit relatiò more solito.

Forma relationis Cursoris.

Die... Mens... Ann... In loco N N. de N. publicus Seruiens, seù Cursor, siuè Nuncius Curiae Episcopalis N. retulit mihi infrascripto Notario, seù Actuario cum iuramento, &c se infrascriptas citationes personaliter praesentasse, & intimasse supradictis N. N. & N. ac omnia alia fecisse, prout habuit in mandatis, &c. Et in fidem, &c.

N. Notarius, seù Actuarius, &c.

98 Accedentibus autem testibus, examinatur quilibet separatim, & secreto, prout sequitur, vid.

Forma examinis testium pro Curiae Informatione.

Die, &c. Mens. &c. Ann. &c. in loco N. coram Perillustri, & Reuerendissimo Domino Vicario Generali N. &c.

Examinatus fuit per Reuerendiss. D. Generalem Vicarium, Meque, &c. Assistente quoque D. Promotore Fiscali eiusdem Episcopalis Curiae N. de N. loci N. aetatis suae annorum etc... vt dixit, & ex eius aspectu apparet, testis pro Curiae informatione receptus, & examinatus medio suo iuramento prout tactis scripturis, (si sit Laicus, si verò sit Clericus dicitur. *tacto pectore more Clericorum*) *iurauit, etc. citatus, vocatus ac examinatus super praesenti informatione toto facto, et causa, et quidquid inde sciret, etc. Et Primò interrogatus, etc.*

Vel incipitur alio modo secundum stylum Curiae videl. *N. de N. aetatis, etc. testis medio iuramento prout tactis, etc.* & sequitur vt supra.

Vel si fiat examen per Notarium, sine presentia Iudicis dicatur.

Die tali, etc. In loco N.

Examinatus fuit per me infrascriptum Notarium, siuè Actuarium, &c. de mandato Perillustris, & Reuerendissimi Domini Vicarij Generalis N. Assistente Domino Promotore Fiscali eiusdem Episcopalis Curiae N. de N. testis pro Curiae informatione receptus, & examinatus, qui delato sibi iuramento veritatis dicendae, prout tactis, &c. iurauit, ad opportunas Domini interrogationes deposuit prout infra. videlicet.

Interrogatus quomodo hoc accesserit spontè, *vel coactè*. vel. *Interrogatus vt dicat quomodo ad Curiam venerit*. vel *Interrogatus quomodo hic reperiatur, & à quanto tempore citra.*

Respondit: *Signore io son venuto quà, perche son stato citato hieri dal seruiente della corte, &c.* Et sic scribatur vulgari Idiomate totum id, quod testis responder per formalia verba, quantũ fieri potuerũ, tam si pro Fisco sint eius responsiones, quam si contra ipsum, alias peccatum mortale committetur *vt infr. sect. seq. demonstrabimus*, deinde prosequatur examen.

Interrogatus, an sciat, vel salem praesumere possit causam suae vocationis, et praesentis examinis.

Respondit. *Signore io non sò ne mi posso imaginare perche causa V. S. m'habbia fatto chiamare, ne perche mi voglia esaminare*. Vel si dicat causam scribatur quod dicit.

Interrogatus, an sciat commissum fuisse aliquod delictum ab aliquo, quod, à qua persona, quomodo, vbi, et quando,

Respondit. *Hò inteso dire publicamente, che sia stato ammazzato N. de N. da N con molte stoccate nel vicolo detto del N. e che sia successo questa mattina.*

Interrogatus, vt dicat à quo, seù a quibus dici publicè audiuerit, et quibus praesentibus.

Respondit, etc. et scribatur totum id quod dicit; deinde prosequentur alia Interrogatoria, secundum occurrentiam, tandem dicatur.

Interrogatus de contestibus,

Respondit. *queste cose possono sapere N. N. & N. &c.*

Interrogatus de causa scientiae, loco, & tempore.

Respondit, vt supra dixit, et deposuit, quia scit audiuit, vidit, interfuit, et cognouit per modum, vt supra, etc.

Et tunc concluditur examen, vt sequitur.

Tunc Dominus acceptatis, &c. examen dimisit & ipsum testem licentiauit; iniuncto sibi iuramento silentij (si necessarium, aut expediens videatur) *& vt se sua propria manu subscribat, prout iurauit, tactis, &c. & subscripsit, vt infra; videlicet.*

Io N. de N. hò detto per la verità, quanto di sopra.

Si verò scribere ignorauerit, dicitur; *Et vt signum crucis propria manu faceret, eo quo dixit se nescire scribere, prout iuxta illud propria manu designauit, vt infra. videlicet.* † *signum Crucis propria manu suprascripti N. scribere nescientis testis pro veritate deponentis, vt supra.*

N. Vicarius Generalis, etc.

N. Notarius, &c. seù Actuar. &c.

Postcà examinantur Alii testes supradicto, vel simili modo, quia interrogatoria non semper solent esse eadem, ex quo cũ testes diuersimodè respondeant, non potest certa regola tradi, sed ipsa variari oportet, prout facti contingentia postulauerit; quod remittitur arbitrio prudentis Iudicis, & Notarij, seù Actuarij; quia modus interrogandi testes, & reos assimilatur arti militari, in qua Dux exercitus instruit aliquando aciem in aliqua forma, habita consideratione ad numerum militum, ad situm loci, & temporis opportunitatem, & similia, opponendo dextrum cornu sui exercitus sinistro cornu exercitus Hostium; & similiter reliquas partes militum, tam peditum, quam equorum recto ordine; secundum praecepta artis militaris mirè disposuit, sed dato signo ad pugnam congressis hostibus ambo exercitus mutauerunt situm, & figuram vnde vterq; Dux compellitur exercitus ordinem iam sub certa forma instructum in aliam omninò diuersam mutare; & sic vbi prius exercitus, seu acies reperiebatur instructa sub forma lunari; nunc cogitur illam ordinare sub forma quadrata, vel simili: Ita quaque succedere solet Iudici in examine faciendo, nam Ipse credit interrogare testem, vel reum vno modo determinato, & tamen ex vnico verbo prolato a teste, vel a reo, cogitur ordinem praedeterminatum inuertere, prout illud verbum occasionem variandi Interrogatoria requirit. Et hoc pluries de facto accidit mihi, dum reos constituere, existente Vic. Gener. & Apostolico in diuersis Diœcesib. vt aliàs dixi.

Reliqua

Reliqua examinis testium materiam pro curiæ informatione supplentur vberius infrà *sect. sequent.*

99 Quando autem capitur Aliquis delinquens a Birruarijs, vel Aliis in flagranti crimine, vt dictum est suprà, tunc præsentari debet proprio Iudici infra 20 horas, & in actis curiæ per Notarium, seu Actuarium fit relatio, seu præsentatio ipsius, subscripta, vel simili.

Forma Præsentationis capti in flagranti.

Die... Mensis.. Anni... In Curia N. comparuit N. de N. Barigellus, siuè, &c. minister ad maleficos capiendos cum suis satellitibus, & sodalibus, & ipsi Curiæ præsentauit N. de N. Reum præsentem, audientem, & intelligentem, quem cum suis sodalibus, & alijs deprehendit occidisse N. de N. & ipsum in ipso actu homicidij, alio actu extraneo in medio non interueniente, cæpit in tali loco N. hodiè prædicto die de præsenti mense, &c. Regnantibus, &c. Dominante &c. Sub Præsulatu, &c. et captum in Nostris fortiis, reduxit, et asportauit, vt sic possit contra ipsum procedi, vt Iuris erit, etc. Vnde in fidem, etc. Datum, vt supra, etc.

N. de N. Notarius, &c.

Successiuè eodem tempore, post detrusionem Rei in carceribus examinetur formiter, vt supra, Barigellus, & sodales; ac Alij Testes, si haberi potuerint, qui crimen committi viderunt. Vel si placuerit Iudici, antequam Reum carceret, illos examinet in præsentia eiusdem Rei audientis, videntis, & intelligentis. Qui testes deponere debent si vidisse N. de N. occidisse N. de N. & captum fuisse per curiæ familiam in ipso actu homicidij, si ita si fuit, vel dum fugeret, &c. illicò, et nullo temporis interuallo interueniente sic captum, et carceratum fuisse ad curiam asportatum, et in eius fortijs redactum, præsentibus N de N. & N. de N. Quibus examinatis, statim examinandus erit Idem Reus sic in flagranti captus, more solito, cuius examinis forma habetur infr. *sect. 9. in princ. prax. prat.* vel alio modo prout facti qualitas expostulabit.

Nota tamen in Practica, quod quando talis Reus interrogatur super delicto, non debet interrogari negatiue, vt regulariter fieri solet, an scilicet fecerit tale delictum, sed affirmatiue, cur scilicet illud commiserit, obijciendo, & obiurgando illum, qui si confitebitur, condemnari poterit, vt dictum fuit suprà.

SECTIO IV.

De Testibus pro Curia informatione examinandis.

SVMMARIVM.

1 Testis pro Curia informatione, quando examinandus; & quomodo.
2 Testis, quid sit.
3 Testis citari debet, vt probet.
Testes Curiæ examinantur parte non citata.
Spontaneus Testis, quis dicatur.
4 Testes in Criminalibus omnes esse possunt, nisi expressè prohibeantur in Iure.
5 Testes non iurati nihil probant.
6 Testes quas conditiones habere debent.
7 Seruus, quando possit esse testis.
8 Pauper non est testis idoneus.
9 Minor testis esse non potest, quia non potest iurare, & sic non probaret.
10 Minor maior factus potest testificari, quæ vidit in minori ætate.
11 Mulier, quando possit esse testis.
Monialis, quando similiter potest.
Prægnantia, quomodo dignoscatur.
12 Infidelis contra fidelem non potest esse testis.
13 Infamis non admittitur in testem.
14 Infamia triplex est, iuris, facti; & Canonica.
15 Infamis, & infamatus, in quo differant.
16 Infames, quibus ex causis quis efficiatur.
Personæ infames ex facto proprio, quæ?
17 Infamis ex delicto alieno, qui?
18 Infamis ex officio, quis?
19 Infamia, quomodo tollatur.
20 Fures si repellantur à testimonio ferendo?
21 Inimici etiam repelluntur.
Inimicitia capitalis, quæ, & qui inimici.
22 Amicus similiter repellitur.
23 Parentes contra filios testes esse nequeunt.
Consanguinei ascendentes, & descendentes similiter.
24 Frater contra fratrem neque esse potest.
25 Domestici & familiares neque testes esse possunt.
26 Domestici, & familiares qui dicantur.
27 Socius in contractibus repellitur similiter à testimonio ferendo.
28 Socius criminis à fortiori repellitur.
Fallit tamen in multis casibus.
29 In causa propria nemo testificari potest.
Aduocatus, & Procuratores non sunt idonei testes in causis suorum Clientulorum.
30 Laicus contra Clericum, neque regulariter.
31 Clericus contra Laicum, neque potest.
32 Clericus testificans contra Laicum in foro sæculari efficitur irregularis, si reus moriatur, etiam si præmiserit protestationem.
33 Religiosi similiter testes esse nequeunt.
34 Religiosi dicuntur mortui mundo.
35 Aduocatus, Procurator, & Iudex testes esse non possunt.
36 Excommunicatus testis esse nequit.
Criminosus neque.
Peccans mortaliter neque, & n. seq.
37 Nemo sine crimine viuit.
38 Testes singulares, quando dicantur.
Testes singulares non probant.
39 Testes singulares circa Personam, qui?
40 Testes singulares circa locum, qui?
41 Item circa gradum.
42 Item circa tempus.
43 Testes eadem verba dicentes dicuntur suspecti.
44 Testis causam scientiæ non reddens, non probat.
Causa scientiæ testis, quando dicatur inepta.
45 Testis, quando dicatur causam scientiæ non reddere?
46 Testis de auditu, quando valeat.
47 Casus, in quibus testes de auditu probant.
48 Cæcus potest esse testis.
49 Testis de auditu non valet in his, quæ requirunt visum.
50 Surdus, quando possit esse testis.
51 Mutus aliquando testis esse valet, & quomodo.
52 Mutus delinquens, an puniri possit, & quomodo.
53 Testis de credulitate, quando probet.
54 Testes in criminalibus examinandi sunt per ipsummet Iudicem.
Testes potest prius per iudicem oretenus interrogari.
55 Mulieres, & honestæ Personæ examinandæ sunt in proprijs domibus, in casibus permissis.
56 Personæ egregiæ, quæ dicantur?
57 Egregiæ personæ, an eorum priuilegio renunciare possint?
58 Remissoria pro examinandi testibus in criminalibus regulariter non conceditur.
59 Remissoria prædicta quibus dirigenda.
60 Remissoria in multis casibus conceditur, vt si testes examinandi, habitarent extra Iudicis iurisdictionem.
61 Testes in dignitate constituti examinantur per alium de Iudicis commissione.
62 Examen testium impeditorum committitur.
63 Examen testium, quibus non est tutus accessus ad locum examinis, etiam committitur.
64 Remissoria prædicta concedi potest per Principem quandocunque illi placuerit.
65 Remissoria ad defensam concedi debet omninò; & in quacunque parte iudicij.
66 Remissoria, si non concedatur, an appellari possit.
67 Delegatus, an remissoriam recusare possit.
68 Remissoria, per quemcunque Iudicem concedi potest.
69 Remissoria plura continere debet requisita.
Citatio in remissoria concessione, qualis esse debeat.

70 *Iudex remissorialis, quid facere teneatur post acceptam Remissoriam à Iudice remittente.*
71 *Remissoria obtenta ab vna parte est communis vtrique.*
72 *Testium examen ad Curiæ informationem committitur Aduarie.*
73 *Testes in criminalibus examinari possunt in Ecclesia.*
Item iurare, & examinari possunt in diebus feriatis.
74 *Interrogatoria an dari possint per Reum, dum testes in criminalibus examinantur.*
Testes secretò examinari debent.
75 *Testes inhabiles quibus in casibus fiunt habiles ad testimonium ferendum.*
76 *Testes aliàs inhabiles probant ad defensionem Rei.*
77 *Testes diligenter examinandi in criminalibus.*
Testium dicta in scriptis redigenda, tam pro, quam contra Fiscum.
78 *Testes interrogandi super decem Prædicamentis Aristotelis.*
79 *Fama, quando probet.*
80 *Testes interrogandus est super quantitate continua, vel discreta.*
81 *Item super qualitate, & quomodo.*
82 *Item super relatione quæ est quartum prædicamentum.*
83 *Item super Actione quinto prædicamento.*
84 *Item super Passione sexto prædicamento.*
85 *Item super Tempore septimo prædicamento.*
86 *Item super Loco octauo prædicamento.*
Locus aggrauat delictum.
87 *Item super Positione nono prædicamento.*
88 *Item super Habitu decimo prædicamento.*
89 *Commissionis examinandi testium forma.*
90 *Ordo seruandus per Iudicem Remissorialem.*

1 TEstes pro Curiæ informatione ex communi practica omnium ferè Curiarum, tam sæcularium, quam Ecclesiasticarum, recipiuntur, & examinantur statim habita denunciatione, vel querela, non citata parte. Blanc. *in Pract. crim. num. 31.* Clar. *eod. pract. qu. 11. vers. item quæro & q. 45. vers. cæterum si eius* Honded. *d. cons. 101. n. 21. l. 1.* & in primis illi, qui per partem denunciantem, vel querelantem nominantur; & similiter si procedatur per viam Inquisitionis, & postea Aliis ad effectum habendi indicia contra delinquentem, vt tenent communiter DD. quos refert Clar. *in pract. crim. §. fin. qu. 7. vers. quare nunc*, quia non sufficit, quod constet tantum de corpore delicti, vt possit quis inter Reos poni ex commisso crimine, nisi prius fiant probationes per testes idoneos & diligenter examinentur pro Curiæ informatione, & indicia sint legitima. Fulgos. *cons. 175. post nu. 1.* compelluntur tamen ad testimonium ferendum per citationem regulariter, vt mox dicem. Pro pleniori vero notitia plura à Nobis seruato solito stylo, percurrenda erunt. Et Primò quod sit testis. Secundò, an sint recipiendi citato Reo. Tertiò, qui possint esse testes in criminalibus. Quartò, an testes discordes, & singulares probent. Quintò, an Iudex examinare debeat testes in criminalibus, per se, vel possit committere alteri. Sextò an dentur casus, in quibus testes inhabiles recipi possint. Vltimò, super quibus interrogandi sunt testes.

2 *Quoad primum* est notandum, quod testis nihil aliud est, quam veritatis adiutor, & opertorum detector, *vt ex l. etiì C. de testib. & l. consensu. §. fin. autem C. de repud.* definiuit Bagarot. *in tr. de testib. chart. 2. vers. quid si testis missum* Sed tamen non est bona definitio, seu vt melius dicam, descriptio, quia multi Alii, qui non sunt testes, veritatem adiuuant, & occulta detegunt. Verum quia nemo ex tot. Doctoribus, qui de testib. agunt, definitionem tradunt, nos quoque transeamus ad alia vtilia, non amplius definitioni immorando.

3 *Quoad secundum*, an scilicet recipi debeant citata parte seu Reo, notandum est, quod de iure communi recipiendi sunt parte citata, aliàs testes examinati Reo non citato, nullam contra eum fidem facerent, non solum quoad condemnationem: verum etiam neq; quoad torturam, & ita tenent communiter DD. vt testatur Ant. Guinesi. *in cap. 12. delicterum post numer. 18.* Blanc. *in pract. crim. fol. 5 num. 31.* Butr. *in capitol. qualiter. 2. §. debet post numer. 40 de accusat.* & ibi etiam Aretin. *numero 99.* Ladereh. *cons. 18. c. 3 n. 10. l. 1.* Nihilominus de consuetudine aliter seruatur, vt ait Blanc. *vbi sup.* Clarus. *quæstion. 2. vers.* *item quaro*, & Fosc. *in Pract. crim. canonic. capit. 8. num. 1. in fin.* Quæ consuetudo recipiendi tales ad informationem Curiæ, sine citatione partis delinquentis optima fuit introducta — ne si Iudex citaret Reum, ante testium examinationem, vel aufugeret, vel testes subornaret, ne veritatem detegerent, vt aduertit Salicet *in l. fin. C. de quæstion.* quem adhuc refert Grammat. *cons. 15. num 1 & 2.* Carar. *in Prax. de execut. sent. cap. fin. num. 75* vbi sic seruari in statu Ecclesiastico, & Cancellari. lacè Petr. Caball. *centur 2. cons. 110. n. 36. n e, tamen eum de generalis, & cons. 265. n. 3. cent. 3.* Clar. & Alijs *loc cit.*

Tales tamen testes antequam examinentur, citandi omnino sunt, vt accedant ad testimonium perhibendum, non obstante, quod recipiantur non citata parte, quia aliàs si se examini exponerent non citati, sed sponte, redderentur suspecti de falso, & nihil probarent, *vt habetur in cap. in nomine Domini de testib. & l. si quando C. eod. tit. l. presbyter. C. de episc. & cler.* Et de citatione constare debet in Actis Curiæ, ad effectum excludendi omnem suspicionem vitionem aliis, vt appareat, quod non sponte, sed coacti ad deponendum accesserint, vt per Bartol. & Alex. notaui supra *in Pract. ciuil. p. 2. Sect. 2. Subsect. 6. num. 1. cum seq. fin* vbi etiam *n. & seqq.* tradidi quod iure debent, & quomodo. Quod autem testis sponte deponens dicatur suspectus, non reuocatur in dubium, cum ferè omnes DD. hoc testentur per iura præcitata. Boss. *de tortur. test. nu.* Decian. *respons. 57. num. 5. vol. 2. & resp. 48. num. 19. & resp 69. num. 37. vol. 3.* Marsil. *singular. 140.* Mascard. *de probat. conclus. 17. num. 53. vol. 2.* Rimin. Iun. *cons. 524. num. 21 vol. 5.* Sim. de Pret. *consil. 15. num. 43.* Surd. *cons. 133. n. 3. vol. 1* Grauet. *cons. 2. n. 6.* Caball. *in qu. crim. cas. 247 num. 7. cent. 3.* Ghisler. *de indic. Regular. c. 17. num. 92.* Treuisan. *de mone proced. inter. Regular. cap 10. num. 10.* Spathar. *de modo corrigendi Regular. tract 7. cap. 7. numer. 5.* Laur. de Peyrin. *in formul. Prel. Regular. litter. T. cap. 3. numer. 4.*

Sponte verò deponere dicitur, quando quis vltrò se offert testimonium ferre, & Curiæ se præsentat, nulla præcedente citatione, vel requisitione sibi per Curiæ ministros facta. Decius *in d. resp. 46. n. 26. & seq.*

Censeretur etiam spontaneus testis, quando diceret aliquid quod ab Aliis verisimiliter scire non potuit, vt in casu, de quo Decian. *respons. 94. n. 125 vers. nec dicuntur, vol. 2.* Item quando super aliquo particulari deponeret sine Iudicis interrogatione. Decian. *d. resp 96. nu. 37.* Rimin. Iun. *cons. 723. nu. 43. vol. 6.* Et tunc redditur suspectus de falso, Idem Decian. *resp. 65. n. 4. & d. resp. 96. n. 16. vol. 3.* Rimin. Iun. *d. cons. 743. n. 23. l. 6.* Grauet. *d. cons. 21. n. 5.* Marf. *d. sing 140.*

Sponte etiam deponere dicitur, & consequenter suspectus, quando testis, & si citatus, & coactus ad deponendum, habere aliquod priuilegium, vel causam, ob quam compelli non potest, & tamen exceptionem non opposuit, quod compelli non poterat ad testificandum: Vel neque expectauit, vt contra se comminaretur aliqua pœna, sed statim post citationem se præsentauit ad deponendum. Bald. *in l. parentes sub num. 2. C. de testib.* Castrens. *in l. 1. in princ. ff. de indic.* quos sequitur Decian. *in d. respons. 48 num. 16. cum plurib. seqq.* vbi Alios cumulat Caball. *in d. cas. 247. nu. 8.* Quod adeo verum, vt quamuis Notarius apponeret in Actu depositionis illa verba: *Testis citatus, monitus, iuratus. &c.* adhuc diceretur sponte deposuisse, nisi de citatione & coactione legitima appareat. Decian *d. respons. 48. n. 3. vol. 3.* Vnde tales, vt probarent, essent torquendi, Mascard. *de probat. conclus. 1318 num. 63.* carol. de Grass. *de effect. cler. effect. 10. num. 9.*

Nota tamen, quod semper testes pro curiæ informatione examinati debent secretè, et sigillatim, itaut quilibet ignoret quid alteri interrogatum fuit, quomodocumque procedatur, siue per denunciationem, siue per Inquisitionem, siue per Accusationem, siue per alium modum; ad exemplum Danielis. *cap. 3.* Glos. *in cap. cum causam, verb. procuratores de test. & in cap. venerabiles vers. sigillatim. de test.* Iust. *in l. si quando C. de test.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum, vers. figura numer 15.* Baiard. *ad Clar. qu. 23. num. 2. & late* Farinac. *in Pract. crim. de test. fol 80 n. 94. & seqq. & cons. 5. n. 9.* et parte. lex Reo inquisito non citato, vt supra dictum est. Qui tamen etiam si pluries fuerint sic non citata parte examinati, nihil probarent ad condemnandum Reum, vt notatur per Salicet. *in l. fin. C. de quæst.* Alex. *cons. 179. in princ.* Marsil. *cons. 97. numer 6.* Rim.

6. Ruin. *cons.* 10. *num.* 9. *vol.* 5 Laderch. *d. cons.* 181. *num.* 6. *lib.* 1. vbi ait hoc verum esse, etiam si mille fuerint; & Grammat. *vot.* 3. *numer.* 7. quamuis regulariter tres testes sufficiant ad aliquid probandum, si contestes, & idonei fuerint. *cap. licet vniuersitas. de testib. cap. forus. vers. in omni quoque negotio*, vbi Gloss. *in verb. tres testes. de verb. significat.* Sufficiunt tamen tales testis pro Curiæ informatione examinari ad carcerandum, & constituendum Reum, & tunc si interrogatus ipse Reus confiteatur delictum, de quo imputatus est, ex tali confessione condemnari poterit, vt inquit Clar. *in Pract. crim. qu.* 65. *in princ.* & ibi Baiard. & Alii. Si verò negauerit, repeti, & examinari debent parte citata, vt tenet DD. communiter. Clarus. *qu.* 45. *vers. cæterum si reus.* quia ad condemnandum, probationes concludentissimæ esse debent, maximè in criminalibus, vt alibi inferius dicemus. Vnde non est in hoc admittendum dictum Laderch. *in dict. cons.* 181. *numer.* 7. quod testes pro Curiæ informatione examinati non citata parte sufficiant ad torturam, cum nullum producant indicium ad hunc effectum, nisi repetantur seruatis seruandis, & Iudex aliter procedendo, grauiter erraret, vt ait Clar. *d. qu.* 45. *vers. cæterum si reus*, ibi; *& valde grauiter*.

4 *Quoad tertium*, scilicet qui possint esse testes in criminalibus, est notandum, quod regulariter omnes admittuntur ad testimonium ferendum, nisi in Iure sit contrarium expressè prohibitum, per communem regulam text. *in l. inter corporalia. § sed neque* vbi Gloss. *in verb. non inuenitur. de translat. Episc. et l. ab ea parte. ff. de prob.* Vnde qui repellitur à testificando in causis ciuilibus; à fortiori repellendus est in criminalibus, in quibus probationes debent esse luce meridiana clariores. *l. sciant cuncti. C. de probation. et dix. sup. sect.* 1. *numer.* 21.

5 Quia verò testes in iudicio adhibentur ad effectum faciendi probationes, vt ex illis postea deueniri possit ad condemnationem, vel absolutionem, propterea cum testimonium ferunt, iurare debent tactis scripturis, alias sine iuramento legitimè præstito, eorum dictum est nullum, & non probant. *cap. hortamur 3. quæst. 9. cap. si testes §. item in iurisiurandi 4. qu. 2. et 3. et cap. quamquam 14. quæst. 2. cap. de parentela 35. qu. 5. cap. quoties, cap. nuper, et cap. tuis de testib. et l. iurisiurandi*, vbi DD. communiter, *& l. solam C. de testib.* Abb. *in capit. fraternitatis de testib.* Foller. *in Pract. crim. for. fol. par.* 2. *ver. cap. inform. num.* 33. Clar. *qu.* 21. *num.* 12. *et qu.* 53. *num.* 1. V.u. *com. opinion. opin.* 96. *nu.* 8. *vol.* 1. & Alij.

Quæ conclusio locum habet, etiam si testis esset Sacerdos, vel Religiosus, imò etiam si esset Episcopus, aut Cardinalis. Baiard. & Alij per ipsum relati *in addit. ad Clar. in §. falsum num.* 58. Mascard. *de probation. conclus.* 5. *num.* 78. *vers. nec Cardinalis, & conclus.* 270. *num.* 4. *libr.* 1. Bursat. *cons.* 166. *nu.* 11. *& cons.* 192. *num.* 28. *vol.* 2. Mysinger. *cent.* 3. *obseru.* 20 *& cent.* 4. *obseru* 77. Villagut. *in Pract. crim. libr.* 8. *tit. de testib c.* 7. *conclus.* 8. latè Decian. *resp.* 93. *vol.* 1. Et iuramentum præstari debet regulariter tactis corporaliter scripturis, vt tradit Scapp. *de iure non script. lib.* 3. *cap* 51. *num.* 18. *& seqq.* Staccia. *in tract crim. cap.* 10. *numer.* 115. & latissimè Farinac. *in Pract. crim. de testam. qu.* 74. *num.* 45. *& per tot.* vbi Alios cumulat, qui *num.* 64. dicit verum esse etiam si plures essent, & ego dixi supra *in Pract. civ. par.* 2. *Sect.* 2. *Subsect.* 5. *num.* 3. *& num.* 7. & 8. vbi dixi hoc limitari in Equitibus, & Sacerdotibus. Et tale iuramentum deferre debet testibus per ipsummet Iudicem ante examen. Cauale. *de brach. Reg. par.* 3. *num.* 55. Vestr. *in Pract. libr.* 6. *cap.* 2. *num.* 11. Quod in criminalibus deferri potest, etiam in diebus feriatis in honorem Dei. Cauale. *vbi sup.* Notarius autem sine Iudice, vel de eius mandato iuramentum deferre non debet. Vestr. *ibidem.* Vbi verò non appareret, an iuramentum delatum fuerit ante, vel post examen, præsumendum est pro validitate examinis, quod præcesserit illud. Mascard. *de probat. conclus.* 1362. *num.* 13 *lib.* 3. post Cyn. & Bald. *in l. cum in testamento §. hæc verba. ff. de hered. inst.* Crot. *in tract. de testib. n.* 232. Farinac. *d. q.* 74. *n.* 41.

Et nota, quod iuramentum, neque à Papa, vel Imperatore remmitti potest. Vnde facere non possunt, vt testes fidem faciant sine iuramento. Crot. *ibidem. num.* 226. vbi Monach. *in addit. litt. B.* Seysell. latè de hoc *in l. vt vim. in* 2. *lect. num.* 5. *ff. de instit. & iur.* Mascard. *de probat. conclus.* 5. *num.* 81. *lib.* 1. *& d. conclus.* 1362. *num.* 4. *lib.* 3. Cauale. *de testib. par.* 3. *num.* 44. Farinac. *d. qu.* 74. *num.* 59. & Alij apud Illos. Neque remitti potest per partes ipsas in criminalibus, quamuis in ciuilibus possit. Ægid. *in tract. de reprobat. test. num.* 11. *in fin.* Campeg. *de testib. reg.* 167. Mascard. *de probat. d. conclus.* 5. *nu.* 107. Farinac. *d. q.* 74. *nu.* 85. latè Caualcan. *vbi sup. nu.* 47. vbi DD. contrarium asserentibus respondet.

Et quamuis supra firmata conclusio, vt testis sine iuramento receptus nullam probationem faciat, vera sit, quoad condemnandum Reum: facit tamen aliqualem præsumptionem ad inquirendum, & informandum Iudicem super veritate facti, Rep. *in l. admonendi num.* 267. *ff. de iureiurand.* Decian. *respons.* 28. *num.* 10. *libr.* 3. Mascard. *d. conclus.* 5. *num* 24. *& conclus.* 270. *num.* 6. *& d. conclus.* 1362. *num.* 18. *libr.* 3. Grauat. *ad Vestr. in Prax. libr* 6. *capit.* 2. *num.* 40. Scias autem, quod iuramentum in dubio, an præstitum sit, non præsumitur, cum sit, de solemnitate extrinseca. Campeg. *d. tract. de testib. reg. pract.* 167. *in fin.* Mascard. *d. conclus.* 5. *numer.* 82. *&* 112. Granat. *d. numer.* 40. Bursat. *cons.* 192 *numer.* 35. *lib.* 2. etiam si Notarius scripserit in Actis *testis iuratus*, *&c.* nisi dixerit, *corporaliter tactis scripturis*, *&*. Campeg. & Mascard. *vbi proximè*, & ita censuit Rota Romana, *vt testatur* Caputaque *decis.* 123 alias *decis.* 5. *nu.* 1. *par.* 2. *& decis.* 246 alias 4. *par* 2. *& decis.* 285 alias 22 *par.* 3. *recent.* Sunt tamen Doctores, qui asserunt, sufficere, si Notarius dicat, testem iurasse, absque eo, quod dicat; *corporaliter tactis scripturis*. Alciat. *reg.* 1. *præsumpt.* 13. *num.* 4. Bursat. *consil.* 35. *num.* 14. *lib.* 1. Grauat. *vbi sup.* qui de communi testatur. Cæl. de Grass. *decis.* 82. alias 13. *num* 17 *&* 15. Tesaur. *decis.* 16. *num.* 18. *vers. alia ratione*, & Alij, quos allegat Farinac. *d. q.* 74. *nu.* 74. vbi etiam de communi.

Quorum sententia sustineri potest in examine antiquo. nam tunc si de iuramento non appareat per enunciatiuam Notarii, præsumitur, & dicta testium semiplenè probant; si verò dicatur: *testis iuratus tactis*, *&c.* plenam faciunt probationem. Crot. *de test. nu.* 239. *vers. fallit tamen*. Viu. *opin.* 93. *n.* 23. Mascard. *d. concl.* 5 *nu.* 83. Farinac. *vbi sup. n.* 76.

Tactus verò scripturarum, dum testis iurat, esse debet ad sancta Dei Euangelia regulariter, *vt habetur in d. cap. Hortamur* 3 *qu.* 9. Campeg. *de testib. reg.* 170. *fall.* 2. Lanfranc. *de testib. nu.* 6. Marches. *in tract. de commiss. p.* 1. *commis.* 1. Guazzin. *in tract. ad defens. reor. defens* 14. *c.* 6. *nu.* 1. Thesaur. *dec.* 47. *n.* 5. maximè in causis arduis, quia Sacer. liber. Euangeliorum magis terret iurantem.

De consuetudine tamen totius Italiæ sufficit, si testis iuret, tangendo quamcumque scripturam. Gloss. *in Clement. Porrò, de hæret.* quam sequuntur DD communiter, vt inquit Imol. *in cap. tuæ, num.* 4. *vers. communiter tamen*. Abb. *numer* 7. Aretin. *num.* 14. *vers. si tamen de testib.* Schench. *in tract. de testib. num.* 4. vbi testatur de consuetudine Cameræ Imperialis. Marchesan. *vbi sup. num.* 12 *&* 4. Viu. *opin* 432. *num.* 1. vbi de communi. Imò iurari potest per tactum cuiuscumque rei sacræ Aret. *vbi sup. num.* 12. Thesaur. *decis.* 47. *num.* 8. Farinac. *d. qu.* 74. *num.* 34. Ita etiam seruari apud Hispanos, testatur Caualli. *in tract. commun. contra commun. quæst.* 410. *in fin.* Vbi verò talis non viget consuetudo, iurari debet ad sancta Dei Euangelia, prout de iure communi cauetur. Abb. *in d. cap. tuis num.* 7. *vers. vbi consuetudo nihil*, & ibi Felin *num.* 5. *de testib.* idem Abb. *in cap. fraternitatis. num.* 3 & Felin. *num.* 12. *eod. tit.* Et quia manu tangi debet non cubitu, pede, ore, & similibus. Felin. *ibid.* & Thesaur. *d. decis* 47. *nu.* 16. Ideo manibus truncatus non potest esse testis in iudicio. DD. penes Farinac. *d. qu.* 74. *nu.* 20. *vers. vbi præterea*.

6 Vnde cum non omnes sciant iuramenti vires, non tam facilè quilibet admittendus est; nec è contra reiici: sed magna circumspectio adhibenda erit in recipiendis, aut repellendis testibus, quia cum ipsi non habeant certam, sed tantum probabilem veritatem in iudicio, totum id, quod prudenti iudicio repugnat, repugnat etiam huiusmodi probabilitati, & testem ipsum consequenter probabiliter suspectum reddit. Hinc est, quod regulariter omnes illi, qui non habent sequentes conditiones, seù qualitates, repelluntur à testimonio ferendo. Qualitates autem in Testibus requisitæ hoc distichon continentur, videl.

Conditio, Sexus, Aetas, discretio, Fama.
Et Fortuna, Fides in Testibus ista requires.

Conditiones verò supradictæ facilius discernuntur per quinque requisita in Personis, qui sunt *Fortuna Natura, Mores, Animus, & Status.*

Circa

Circa fortunam considerantur duæ ex prænotatis qualitatibus, nempe *conditio*, scilicet servitutis, & *fortuna* adversa, hoc est paupertas.

7 Hinc fit, quod servus regulariter repellitur a testimonio ferendo, *c. si testes §. item servus 4. quæst. 3. c. servus, §. testes de verbor. signif. l. quoniam liberi. C. de testib. & l. cum probatio ff. de probat.* quod intelligi debet durante servitute; sed in quibusdam casibus bene poterit esse testis, etiam durante servitute. Primò, quando per eum dicitur aliquid commodatum, vel depositum: vt in dictis iuribus habetur, præsertim in *§. item servus*. Secundò in crimine læsæ maiestatis. *c. Episcopus §. in criminali, 12. qu. 2.* nam tunc admittitur contra dominum testificari. Tertiò, in crimine fraudati census. *d. cap. Episcopus §. item fraudati census*. Quartò, in crimine adulterii *d. §. in criminali, & cap. quæstionem. 12. qu. 2.* Quintò, in crimine coitus Dominæ cum servo. *d. cap. Episcopus § si qua cum servo*. Sextò, quando aliter veritas haberi non potest. *d. cap. si testes 4. q. 3. §. item idonei. & §. item servus, & d. cap. quæstionem. §. in cæteris*, & Septimò, in causis ciuilibus ex defectu aliorum probationum. *eod. c. quæstionem. §. in pecuniariis. 12. qu. 2.*

8 Pauperes etiam non sunt idonei testes, quia contra ipsos grauis præsumptio est, vt veritatem non dicant, propter pecuniam. *cap. in primis, & cap. prohibentur*, & ibi Gloss. *in verb. paupertatem 2. qu. 1. & cap. si testes 1. item testium 4. quæst. 3.* si tamen bonæ famæ sint, admittuntur. *§. vlt. Inst. de susp. tutor.* vt etiam dicit Gloss. *in l. nonnulli. ff. de accusat.* in materia accusationis, a qua non repelluntur, si bonæ famæ sint, vt etiam dixi *sup. Sect. 3. nu. 25.*

9 *Circa Naturam*, scilicet testium, etiam duæ aliæ ex prænotatis qualitatibus considerantur, puta *ætas, & sexus*. Vnde minor quatuordecim annis non admittitur ad testimonium, ferendum, ob defectum ætatis. *cap. 1. & cap. si testes §. item lege Iulia de vi 4. quæst. 3. & §. testes. Instit. de testam.* vbi Gloss. & Doctores, quod intelligendum est in ciuilibus, sed in criminalibus non admittitur, nisi post vigesimum annum completum, *d. cap. si testes §. in testimonium, & l. testium ff. de testib.* Quando autem minor quindecim annis esse possit testis in causa criminali, vide Alexand. *consil. 63. & 98. l. 1. & cons. 163. lib. 2.* & ratio, quare minor repellitur a testimonio ferendo, est quia testis intantum valet, in quantum est iuratus *vt sup. diximus. num. 5.* Impubes vero iurare non potest. *cap. paruuli, & cap. pueri 22. qu. 5. l. qui iurasse. ff. de iureiur. & l. 3. ff. de in litem iuran.* nisi in casibus *l. fin. in fin. ff. de liber. caus.*

10 Factus tamen maior potest minor testificari de his, quæ vidit in minori ætate, si erat proximus pubertati, *cap. relato*, vbi Gloss. *in verb. si pueritia dist. 37.* nisi factum sit tale, quod requiratur ætas perfecta a principio Gloss. *in l. 3. §. lege Iulia. ff. de test. & l. ad testium §. 1. ff. eod.* Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. at. l. 1. de teste §. 1. n. 35. vers. omnes lict. V.*

11 Similiter Mulier, de Iure Canonico non potest regulariter esse testis in causis criminalibus criminaliter intentatis, secus in his quæ fuerunt ciuiliter intentatæ, & hoc propter sexus fragilitatem. *cap. ex eo 15. quæst. 3. cap. mulierem 33. quæst. 5.* Abb. *in cap. quoniam num. 2. de testib.* vbi de communi testatur. Dec. *in d. cap quoniam n. 20. & l fœmina nu. 34. ff de reg. iur.* Addent. ad Crot. *de testib. sub nu. 55.* Duegnas *reg. 315. in princ.* Blanc. *de indic. n. 351.* et Alii.

Limitatur tamen in criminalibus exceptis, nam in his admittitur ad testificandum *cap. servus in fin. de verb. signific.* Gloss. *in d. cap. quoniam verb. mulieres de testib.* & ibi Dec. *num. 8.*

Sed in criminalibus ciuiliter intentatis, vt si agatur de crimine ciuiliter ad interesse, & in ciuilibus simpliciter, ac in matrimonialibus spiritualibus, in denunciatione, inquisitione & huiusmodi, etiam de Iure Canonico admittitur. *dict. cap. quoniam cap. super eo l. secundo, & cap. tam literis de test. cap. super his, & cap. ad petitionem de accusat. & cap per tuas in fin. de simon.* Et regulariter in ciuilibus semper admittitur, nisi expressè prohibeatur, prout in testamentis, *vt in l. qui testamento §. mulier ff. de testam. & in §. testes instit. eod. tit. de testam.* & prout in criminal. *vt in iurib. supra allegat.*

De Iure autem ciuili benè potest mulier esse testis, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, *vt habetur in capit. 1. cum seqq. 15. quæst. 3. & l. ex eo ff. de testib. d. l. qui testamento §. mulier. & d. §. testes Inst. de testam.* Imò dicitur testis omni exceptione maior. Soccin. *consil. 54. num. 9. lib. 3* Abb. *in dict. cap. quoniam. num. 2.* vbi etiam Felin. *post num. 1. de testib.* & Dec. *num. 8.* Grat. *de testib. num. 57.* Rolend. *cons. 7. num. 12. & cons 24. nu. 13. l. 1.* Grammat. *cons. crim. 12. num. 17* Viu. *comm. opin fol. 281. vers. testis idonea.* Clar. *quæst. 24. vers. quæro igitur*, & Alii, *apud præcitatos.*

Sed qui iuris, si mulier sit prægnans, an possit esse testis? Et respondetur affirmatiuè, attento iure ciuili. Bart. *in l. 2. §. si vero ff. si quis caut.* Foller. *in tract. crim. for. sec. ver. cap. inferm. num. 40. vers. non cogitur.* Capell. Tholos. *quæst. 3. numer. 2.* Baiard. *ad Clar. quæst. 64. num. 75. vbi late, & quæst. 97. num. 5.* Nec est verum, quod communiter dicitur, mulierem prægnantem non posse cogi ad testimonium ferendum, quia iurare non potest, nam veritas est in contrarium, quoad testificandum; sed solummodò seruatur, vt compelli non possit ad accedendum ad Curiam pro testimonio ferendo, si adsit periculum abortus; nam ad ipsam mittendus est Notarius, vt examen recipiat. Quod locum habet etiam, si sit vilis persona, & prægnans ex alio, quam ex proprio Viro. Bart. *vbi sup. d. §. si verò* Bertach. *in repertor verb. mulier. prægnans.* Foller. Capell. Tholos. & Baiard. *loc. cit.* Anton. Gomez *cap. 13. num. 37. in fin.* Marsil. *in tit. de quæst. in princ. num. 20. in fin.* Farinac. *qu. 78. numer. 6.* & latè Petr. Caball. *in tract. crim. centur. 1. cas. 79. per tot.* & Franc. *dec. 181. p. 2.*

Prægnantia autem quomodo cognoscenda, & probanda, ac de ipsius signis, *vide infrà sect. 14. num. 26.* vbi plures DD. Medicus citaui: quibus adde Mascard. *de probat. conclus. 128. vol. 2.* Casson. *in tract. de torm. c. 10. num. 6.* Bertachin. *in verb fœmina 1.* Baiard. *vbi sup. n. 78.*

Dices, numquid Monialis possit esse testis aliquando?

Respondetur affirmatiuè, in delictis, quæ committuntur in eius monasterio, præsertim a Religiosis. Aretin. *in prax. crim. cap. 1. de sec. subst. iudic.* Aldret *de Disciplin. Regular. l. 2. cap. 3.* Lezan. *ca 1 p. q. regular. c. 27. nu. 15. in fin.* Thom. a Iesu *de Visitat. Regular. tr. 3. c. 11. n. 6.*

12 *Circa mores* Testium considerantur etiam duæ aliæ conditiones, scilicet *error fidei, & malitia famæ*. Vnde propter errorem fidei, non admittitur in testem infidelis contra fidelem, quia non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extat infidelis. *cap. alienum: cap. non potest, & cap. si hæreticus. 2. qu. 7. cap. ipsa pietas 23. qu. 4. et cap. 1. cap. Iudæi, & cap. licet de test.* Idem dicitur de Iudæis. *cap. Pagani. & cap. si Hæreticus. 2. qu. 7.* & in casibus in quibus Iudæi admittuntur, iurare debent non ad sancta Dei Euangelia, sed per Deum, per legem Moysis, & per alios, quos refert Marquard. *in tractat. de Iudæis p. 2. cap. 5. numer. 10. in fin.* vbi ait tunc iurare solum non per exhibitionem Sacræ Scripturæ, sed per tactum calami. Caualc. *de testib. par. 2. num. 52.* & Alii, apud Ipsos, vbi ponunt, qualiter iurent Indi, & Alii multi Populi Saraceni. Et idem de Hæreticis. *l. quoniam, & Auth. ibi posita C. de hæret. & d. cap. si hæreticus.*

13 Similiter, propter malitiam famæ, repellitur a testimonio ferendo, infamis. *cap. preterea §. 1. de testib. secund. cap. si testes §. lege Iulia de vi 4. qu. 3.* Imò neque si sit aliquo modo suspicio de fama, non admittitur in testem, *cap. testes 2. qu. 7. cap. 1. cap. denique de except.* præsertim in criminalibus. *cap. testimonium cap. licet ex quadam, & cap. ex parte A. de testib. cap. licet de probat cap. forus §. fin. de verb. signific.* Clar. *loc. cit. vers. item infamis*, & ita criminalibus, & in ciuilibus intelligunt aliquid de infami infamia iuris, sed in ciuilibus tantum, vel cum de crimine ciuiliter agitur, infamis infamia facti admittitur in testem, *vt habetur in d. cap. testimonium de testib. et l. 2. ff de obseq. à l. præst.*

14 Infamia autem alia est iuris, alia facti, *vt habetur in cap. infames §. porro, vbi Gloss. in verb. infamia 3. qu. 7.* & alia canonica.

Infamia iuris est, quando quis committit delictum, cui a iure imposita est infamia, & per sententiam condemnatur, aut ipse Reus confessus est in Iudicio illud crimen. *cap. qui in aliquo dist. 51.*

Infamia facti, est, cum quis committit delictum, vel factum ita manifestum, vt apud homines bonos, & graues reputetur infamis, *c. omnipotens de accus.*

Infamia vero Canonica incurritur ob quodcumque crimen mortale. *c. arg. omnes vero 6. quæst. 1. et cap. præceptum 22. q. 5.* cum secundum Sacros Canones omne crimen mortale infamet *vt in c. consuetudinis. qu. 5. et c. infames, et d. c. omnes 6. quæst. 1.*

Rursus

Rursus infamia Iuris, alia est Iuris Canonici, alia Iuris ciuilis, sed tamen vtrumque Ius concordant in eo, quod reddunt infamem opprobriosum, & vilem in opinione hominum, quamuis egerit pœnitentiam, quia numquam tollitur. *cap. Euthemium §. hinc colligitur 3. qu. 3. & cap. inter dilectos de excess. prælat.*

15 Est tamen notandum, quod aliud est, aliquem esse infamem; aliud vero esse infamatum; Infamis dicitur ille, qui confessus est in iudicio crimen infamans, vel de eo conuictus existit, vel à Iudice, tamquam infamis est punitus, vel crimen illud est notorium in Ciuitate, loco, collegio, aut vicinia. Infamatus verò dicitur, qui, licet publicè accusatus de crimine infami, nondum tamen est de illo conuictus, vel ipse confessus est crimen neque est notorium notorietate facti.

16 Quæ autem personæ sint infames *vide in d. c. constituimus 3. q. 5. cap. infames 7. q. 1. & l. 1. cum multis alijs seqq. ff. de his, qui notant infam.*

Efficiuntur tamen infames ex triplici capite in iure; Primò ex facto & delicto proprio: Secundò ex delicto, & infamia aliena, puta parentum: Tertiò absque delicto aliquando, sed ex officio, aut statu infami, & obligatione hominis.

Ex facto, & delicto proprio sunt infames omnes sequentes: nimirum operas suas locantes ad pugnandum cum bestijs in arena: Raptores Vsurarij: de furto conuicti: Malefici Venefici; sponte muliebria passi, & non per vim. Item Apostatæ a fidei: statuta Ecclesiastica contemnentes: Sacrilegi: Sepulcrorum violatores; Incestuosi: Homicidæ Periuri. Promissionem factam, vel fidem datam violantes: mendacium in iudicio iuramento confirmantes: Belli desertores: Adulteri: Hæretici; Fautores, Receptatores, & Defensores Hæreticorum: Credentes Hæreticis: Schismatici, Blasphemi: Simoniaci: Duellum offerentes, vel acceptantes; Crimina quæcumque committentes, quæ capitali pœna puniuntur: Notoria crimina admittentes depositione digna, & in eis existentes, vt colligi potest *ex cap. constituimus 3. q. 5. & cap. infames 3. q. 7. ex cap. infames, cap. Illi, cum alijs cap. 6. qu. 1.* Et similiter infames existunt ex facto proprio, qui ducont vxores viles, & abiectas, vel meretrices, eiectas, repudiatas, ioculatrices, saltatrices scenicas. *c. si quis viduam il secunda dist. 34.*

17 Infames secundo modo, scilicet ex delicto alieno, puta parentum, sunt filius, vel nepos per lineam masculinam Hæretici damnati, & in Hæresi morientis: aut de crimine læsæ Maiestatis damnati. Ex matre verò hæretica solus filius, non autem nepos contrahit infamiam iuris. *cap. si quis 6. quæst. 1. cap. statutum 2. de hæretic. in 6.* Idem dicendum est de filio meretricis, quamuis coniugatæ, dummodo meretricium sit publicum.

18 Infames tertiò modo ex officio, & obligatione, sunt serui, Curiæ seruientes aut artem aliquam, aut officium vile exercentes, vt sunt Histriones, Ioculatores, Nimi, Scenici, Macellarii, Tabernarii, Cauponarii, Aurigæ, Carnifices, Birruarii, exploratores, & similes, *cap. 1. & cap. 2. quarta q. 1. cap. pro dilectione de consecr. dist. 2. cap. fin. 51. dist. cap. 1. cum plurib. seqq. 54. dist. cap. 1. 55. dist. cap. infames 6. qu. 1. & l. 2. §. ait prætor. ff. de his qui not. infam.*

19 Infamia autem quæcumque tollitur. Primò per Baptismum. *Gloss. in cap. sine pænitentia verb. in baptismate de consecr. dist. 4. & ibid. DD. communiter.* Secundò tollitur per dispensationem Papæ, quoad impedimenta ex illa resultantia. *arg. cap. Euthemium §. hinc. colligitur 2. quæst. 3.* etiam si per Iudicem irrogata fuerit. Maiol. *lib. 3. cap. 1. num. 15.* Infamia verò Canonica, quæ, vt dictum est, incurritur per peccatum mortale, tollitur per cordis contritionem, & pœnitentiam, absque dispensatione. *cap. illi qui 6. qu. 1.* & Nauar. *in Manual. cap. 27. num. 204.* & Alij DD. communiter. Sed reuocemus sermonem ad alias qualitates testium relictas, occasione declarandi materiam infamiæ.

20 *Circa itaque Animum* duæ aliæ qualitates principaliter considerantur, *Intellectus*, videlicet, seù discretio, *& affectus*. Et ex hoc capite quatuor genera hominum excluduntur a testimonio ferendo, nimirum furiosi: Inimici: Domestici, ac familiares. & qualibet in propria causa.

Furiosi quidem repelluntur ex capite intellectus, seù discretionis, ob defectu scilicet, & alienationem rationis, ac iudicii. *arg. cap. infames §. tria 3. quæst. 7. & cap. iudicas 3. quæst. 9. l. qui furere. ff. de stat. homin. & l. cum furiosus, ff. de iudic.* Talis enim pro absentes habetur, quia non est compos mentis. *l. 1. §. furiosus ff. de acqu. poss. l. qui testamento §. furiosos ff. qui test. am. fac. poss. & l. ergo ff. ex quib. caus. maior.* Quod intelligitur de perpetuò amente, vt in prædictis iuribus probatur, secus si habeat lucida interualla. *l. qui testamento §. nec furiosus ff. de testam.*

21 Similiter repelluntur ex capite affectus inimici, propter inordinatam passionem. *cap. in primis vers. sed & de personis*, & ibi Gloss. *in verb. inimicitias. 2. quæst. 1. c. accusatores, & cap. accusatoribus 3. quæst. 5. cap. si testes vers. ideoque in persona 4. qu. 3. cap. quoties de testib. & l. si quis, cum Auth. ibi posita incip. si accusatur C. eod. tit.*

Idem probatur in multis alijs iuribus, quia inimicus præsumitur testimonium ferre ad vindictam, Ita Anania. Aretin. Abb. & Alii *in cap. cum oporteat de accusat.* & Alii apud Farinac. *de testib. qu. 53. num. 57.* sicut ob eamdem rationem repellitur ab accusando. *cap. cæpe lantur cap. meminimus, cap. cum oporteat de accus. c. licet, & cap. per tuas il 1. §. Hæc omnia* & ibi Gloss. *in verb. inimicitias de simo nia capite 1. & per tot. 4. quæst. 5.* Quod habet locum, etiam si de præsenti non est inimicus, sed fuit olim, nam adhuc repellitur quia præsumitur velle se vindicare *cap. 1. 2. & 3. tertia quæst. 5.* Felin. *in cap. cum oporteat. num. 10. & 12. de accus.* Clar. *vbi sup. vers. sed quia si sequuta sit.* Et similiter si quis cum inimico cohabitat: quia inimicus præsumitur. *vt in cap. repelluntur & cap. cum oporteat de accus. l. fin. ff. de testib. l. quoniam liberi in fin. C. de inof. testam. & l. qui bona §. qui damnum ff. de damn. infect.* faciunt tradita. *sup. Sect. 3. numer. 23.* Et nota, quod in criminalibus est adeo verum, quod inimicus repellatur a testificando, vt neque in criminibus exceptis admittatur, puta in crimine læsæ maiestatis si Hæresis, simoniæ, & huiusmodi, *vt habetur in text. cap. per tuas de simon.* quem DD. reputant in hoc singularem, vt ait Marsil. *in consil. 65. num. 20.*

Quod autem diximus, semper intelligendum est, si inimicitia sit capitalis, non si leuis *lib. 3. in fin. & l. seq. ff. de testib. lib. 1. §. si veras. ff. de quæstion. & §. si vero quis Authent. de testib.* & tenent communiter DD. inter quos Albert. *in Auth. si testis num. 3. C. de testib.* Gloss. *in d. cap. per tuas §. hæc omnia in verb. inimicitias capitales de simon.* Anan. *in cap. cum oporteat num 6.* Felin. *post num. 8.* Aretin. *num. 19.* & Alii *de accusat.* Adde Bald *in consil. 330 lib. 1.* vbi dicit, quod neque facit indicium ad torturam. Quis autem dicatur inimicus, statur arbitrio Iudicis. Gloss. *in d. cap. cum oporteat*, quam sequuntur communiter DD. vt dicit Marsil. *in l. 1. §. præterea num. 53. ff. de quæstion.* Et similiter quæ inimicitia dicatur capitalis, arbitrio iudicis remittitur. DD. communiter ita tenent, vt testatur Fel. *in cap. repelluntur nu 3. de accusat.* & Alii, quos citaui *sup. d. Sect. 3. de accus. nu. 24.* Adde Bald. *in d. cons. 330.*

21 Item ob eadem rationem inordinati affectus repellitur à testificando amicus, *cap. si testes in princ. verb. gratia suspicione, & in §. testium fides, ver. vel amicus eius sit 4. quæst. 3.* Intelligi tamen debet, si sit magna amicitia, non leuis *l. inter. ff. de verb. signific. arg. cap. 2. tertia quæstion. 5. cap. quoties*, & ibi Gloss. *in verb. amicitia de testib. & c. cæterum, c. cum inter, & c. seq. & c. fin. de testib. seq.* Bald. *cons. 25. & 26. & lib. 2.* vbi ait, arbitrio Iudicis remitti, quæ amicitia sit magna, & Roland. *cons. 420.* vbi ait allegant magnam amicitiam incumbere onus probandi.

22 Item pari ratione affectus inordinati, repellitur a testimonio ferendo Parens idest Pater, neque pro, neq; contra filium, etiam si vterque voluerit. *c. si testes § item in criminali ver. parentes, & § testes idoneus 4 q. 3. c. videtur quo minorum accus. poss. et l. parentes, C. de testib.*

Et ex hoc infertur, quod idem dicendum sit etiam de matre, quæ venit sub nomine parentis, *arg. l. patrono ff. de verb. signific.* Et similiter de Ascendentibus, vel Descendentibus in infinitum. *l. quique §. 1. ff. de minor. voc.* Verum, quia hæc, quæ diximus, procedunt in causis ciuilibus, à fortiori locum habent in criminalibus. Et multo minus, si testimonium ferre voluerit supradictæ personæ contra Accusatum à Filio. Et idem dicendum est de aliis consanguineis, vel Affinibus Accusatoris, quando contra Reum accusatum testificari voluerint, nam, semper repelluntur. *cap. absent il 2. tertia quæst. 8.* & Ratio, est quia iniuria facta consanguineo censetur communis esse aliis consanguineis. ita tenent communiter DD. vt testatur Aretin. *in cap. cum oporteat num. 11. de accusat.* Alber *de testib.*

de testib. p. 1. §. 1. num. 16. Corn. *cons. 172. litt. T. lib. 2.* vide Anton. Gomez. *in tit. de delict. cap. 12. num. 24.* Foller. *in Pract. crim. for. sec. verb. capiat. informat. num. 29.* la. è Farinac. *in qu. 78. à num. 72. cum plurib. seqq.* Ad defensam tamen ipsius Rei, consanguinei, & Affines aliquando admittuntur ad probandam eius innocentiam, vt idem de familiaribus, & domesticis tenet Specular. *lib. 3. de inquisition. §. 1. num. 22.* & est communis opinio, vt dicit Anton. Gomez *cap. 12. delictorum nu. 23.* Sed contra affines in criminalibus non admittuntur in testes vsque ad quartum gradum inclusiuè. Gom. *vbi sup. nu. 24. vers. quod est verum* Mascard. *de probat. concl. 74. in fin. vol. 1.*

24 Similiter ex eodem capite affectus repelluntur a testificando in criminalibus fratres, tam pro, quam contra alios fratres. *cap. si testes §. item lege Iulia 4. qu. 3.* Quod limitatur in crimine hæresis. *cap. litteras de præsumpt. ac cap. lege 23. quæst. 8.* Limitatur secundò, in causis ciuilibus, in quibus frater admittitur in testem, tam contra fratrem, quam pro eo, quia non inuenitur aliqua lege prohibitum, sicut in criminalibus. *libr. 1. ver. sed hi quibus ff. de testib.* Specul. *libr. 1. de teste §. 1. num. 8.* vbi limitat, nisi bona essent communia, quia tunc esset testis in causa propria, quod fieri non potest, vt inferius dicemus, *num. 29.*

25 Item ex eodem capite affectionis repelluntur Domestici, & familiares, vel de domo Actoris prouenientes, a testificando. *capit. 2. & 3. tertia q. quinta capit. 1. §. testes ver. etiam in iure 4. quæst. 4. cap. 1. §. 1. & 2. quæst. 2. cap. cum P. de accusat. capit. in litteris de testib. libr. 2. C. eod. tit. l. instrumenta C. de probation. l. pen. C. qui accusar. non poss. & in §. in testibus Institution. de testam.*

Fallit tamen conclusio in ciuilibus, si sint bonæ famæ, & honestæ vitæ, secundum Bald. *in d. lib. 2. C. de testib. & in consil. 206. lib. 2.* vbi alios ponit, quando testis domesticus, & familiaris admittatur, sequitur Roman, *consil. 420.* & Oldrad. *consil. 101.*

Fallit secundò, quando in aliquo actu Alij testes interuenire non poterunt, vt si quis reperiretur in Sylua, vel alio loco solitario, & infirmaretur, & aliquid disponeret coram domesticis suis tantum, nam tunc admitterentur ad testimonium ferendum, & eorum dictum probaret, vt tradit Schenck. *in tract. de testib. numer. 28. impress. inter tractat. Diuers. vol. 4. fol. 78.* Farinac. *de testib. qu. 55. num. 38.* vt simili in electione sepulturæ alicuius defuncti, quæ per alios probari nequit, nisi per Domesticos, tradit Marchett. *in Prax. Vic. Capitular p. 3. tit. 38. n. 197. in fin.*

26 Sed quæritur, quinam veniant appellatione domesticorum, & familiarium?

Respondetur venire seruos, libertos colonos, & adscriptios producentis. *l. fin. §. sed si seruus C. de his, qui ad eccles. confug. l. si libertus. ff. de furt. & l. pridem. C. de quæstionib.* Sed de consuetudine admittuntur colonus, & adscriptitius pro Domino, licet minor fides adhibeatur, quam alijs. *l. 3. in princ. ver. ideoque ff. de testib.*

Item domesticus dicitur mercenarius, seù cliens. *l. vespisciendam §. furta ff. de pan. & d. l. si libertus.* Quod intelligitur, secundum Aliquos, dum isti actu seruiunt per. *l. etiam & l. vit C. de testib.*

Tertiò domestici dicuntur omnes, qui sunt de familia producentis. *l. ædiles. § familia ff. de ædilit. edict.*

Quartò omnes, qui sunt in producentis potestate. *§. in testib. Instit. de testam.*

Quintò omnes propinqui. *l. vnic. C. de emend. seruor. & l. fin. in princ. C. de verbor. signific.*

Sextò omnes agnati, & cognati, *arg. l. vnic. C. de emend. propinqu.*

Septimò vxor dicitur domestica viri sui. *arg. l. sed & si §. proterea ff. si quis caut. l. interdum. ff. de iudic. l. 1. §. si vir. ff. ad syllan.* & de Iure Canonico. *arg. cap. fin. 32. qu. 6. & c. sicut hi §. necesse in princ. 47 dist.*

Octauò dicuntur domestici, & familares omnes, qui cum aliquo cohabitant. *cap. in litteris de testib. c. insinuante de offic. del. & c. repellantur de accus.*

Nonò vir, & vxor, dicuntur domestici ad inuicem. *argum. cap. fin. 32. qu. 6. cap. sicut hi. §. necesse in princ. 47. dist. l. sed & si §. proterea. ff. si quis caut. l. interdum. ff. de iudic. & libr. 1. § si vir. ff. ad syllan.*

Decimò Pater est domesticus filio, & filius patri. *§. sui autem Instit. de hæred. qualitat. & diff.* Vnde in criminalibus filius non potest esse testis contra patrem. *cap. si testes §. testis idoneus 4. quæstion. 3. & ibidem §. parentes, & l. parentes C. de testib.*

27 Item ex eadem rationis affectionis repellendus est a testificando socius alterius. *arg. l. cos iudicare §. fin ff. sol. matr. l. fin. C. de verb. signif. & l. 1. tatem aut. ff. de vsur.* Et cum hoc sit cit. positum ex societate contractuum in ciuilibus causis, a fortiori procedit in criminalib.

28 Maximè si sit socius criminis, qui regulariter nullam facit probationem, neque auditur contra alium socium criminis. *c. si testes §. liberi testes 4. quæst. 3. c. nemini 15. quæst. 3. cap. veniens 1. c. personas, & c. sicut de testib. capit. 1. de confess. l. quoniam C. de testib. & l. sicut C. de qu.* Nisi in crimine coniurationis pro eligendo alium Papam, ipso Papa superstite, nam tunc auditur. *cap. si quis Papa §. propter occultas,* vbi Gloss. *verb. perueniens 79. dist.*

Secundò fallit in crimine simoniæ. *cap. quamuis, & cap. licet Hely de sim. cap. sané 23. quæst. 3. & extrauag. mentatores de sim.*

Tertiò fallit in crimine læsæ maiestatis. *c. Nemini 15. qu. 3. & c. de probat.*

Quartò in crimine sacrilegii. *c. in primis 2 q. 1.*

Quinto in crimine hæresis. *c. litteras. de præsumpt.*

Sextò in crimine falsæ monetæ. *l. 1. C. de fals. mon. & l. diuus. ff. de cast. seor.*

Septimo in crimine Mathematici. *lib. fin. C. de malefic. & mathem.*

Octauò in crimine magni latrocinii. *l. prænacisiam. C. de ser.* in omnibus enim supradictis casibus socius criminis auditur contra alium, saltem quod præsumptionem, licet non quoad plenam probationem, de quo vid. Alex. *cons. 65. l. 2.* & la. è Clar. *in præsit. Pract. crim. §. fin. qu. 21. vers. veniam igitur,* vbi alios congerit, *& per tot.*

29 Item ex capite suprascripto, affectionis scilicet repellitur etiam a testificando in ciuilibus quilque in re sua, vel causa propria. *c. si testes §. item nullus. et §. item omnibus 4. qu. 3. cap. 1. 4. qu. 5. c. insuper de testib. l. omnib. C. eod. tit.* Quod habet locum, etiam si ius proprium alteri cesserit, sed rem non tradiderit, secus si possessionem illius illi dederit. Speculat. *l. 1. de teste §. 1. num. 89. vers. si domini actions.*

Idem dicendum est de Aduocatis, & Procuratoribus ex eodem capite affectionis; isti enim non sunt idonei testes in causis suorum clientum; ideo nec compelli possunt ad reuelandum secreta causæ proprii clientis. Petr. Surd. *cons. 328. num. 15. vol. 1.* Neuizan. *in silu. nuptial. l. 3. nu. 47.* Bertaz. *cons. 232. num. 31. vol. 2.* Decian. *respons. 91. nu. 121. vol. 2.* Quamuis Alij distinguant inter ea, quæ sciunt, vti Aduocati, vel Procuratores, & ea, quæ sciunt vt testes, nam in primo casu non compelluntur, in secundò verò casu sic, de quo vid. Costa. *d. remed. subsidiar. rem. 13. sub. n. 4. vers. nec Aduocatus.* & Petr. Caball. *in q. crim. centur. 2. cas. 159. n. 2.*

30 *Circa statum* tandem Personarum, etiam alia duo consideranda erunt, nimirum status earum, extra iudicium, & status earumdem in iudicio. Extra iudicem consideratur status laicorum, & clericorum. Vnde cum laici, vt plurimum, infesti sint clericis, ideo ipsi in criminalibus contra clericos testificari non possunt, sicut neque accusare. *cap. nullus laicus, c. laicos, cum cap. seq. et ferè per totam 2. qu. 7. et cap. veniens 1. de accus. vid quæ dix. sup. sect. 3. num. 22.* Est benè verum, quod hoc locum habere potest in criminalibus commissis in loco, vbi erant præsentes laici, & clerici simul, quo casu adhibendi sunt in testes clerici contra clericum delinquentem, non laici, ob dictam rationem; Sed si delictum a clerico patratum fuit in loco, vbi non erant, nisi laici: non solum possunt laici de eo testimonium ferre; verum etiam possunt clericum conuincere, ad effectum pœnam sustinendi per superiorem. ita Abb. *in cap. de cætero. de testib.* vbi idem firmat, quando delictum esset notorium, nam adhuc laici conuincunt clericum. Item admittuntur laici contra clericos ad probandam infamiam, & sunt idonei testes. Ioann. Andr. *in cap. cum litteris in vlt. col. de testib.* & ib. Anton.

Et quod dictum est supra de communi regula, quod laici contra clericos testificari non possunt, intelligendum est quoad plenam probationem faciendam, non quoad inditium, etiam quoad torturam, vt tenet idem Abb. *in præc. c. de cæt. de test.*

31 Idem

31 Idem dicendum est de clerico aduersus laicum, nam regulariter non admittitur. *capit. testimonium, & capit. nullus 11. quaest. 1.* intellige in criminalibus coram Iudice Saeculari, de quo vid. Alex. *consil. 64. vol. 1.* quia in aliis contrarium seruatur in practica de consuetudine ferè vniuersali curiarum.

32 Sed quaeritur, an clericus testificando in foro, saeculari contra aliquem laicum in causa criminali sanguinis, & praemissa protestatione, *de qua in capit. Praelatis de homic. in 6.* si sequatur mors rius, contra quem testificatus est, fiat irregularis sequuta morte?

Respondetur affirmatiuè, non obstante quod praemittat protestationem praedictam. ita Couarruu. *in clementin. si furiosus par. 2 §. 2. numer. 6. ver. decimotertiò de homicid.* Iclin. & Alii communiter *in cap. postulasti de homicid. arg. dicti cap. testimonium 11. qu. 1.* vbi expressè prohibetur testimonium clerici contra laicos, Ratio, autem est, quia in praedicto *capit. Praelatis de homic. in 6.* Solum permissum est clericis accusare, vel denunciare posse in causa propria, protestatione praemissa; sed nullo iure cautum reperitur, vt possit clericus contra laicum testimonium ferre in causa sanguinis, ergo irregularis efficitur, si testificetur, quantumuis protestationem permittat. ita DD. apud Sayr. *de censur. l. 9. c. 18. n. 10.* & Ratio rationis est, quia cum non sit ei permissum, nisi accusare, vel denunciare, remanet in dispositione iuris communis testimonium dicere, & sic irregularitatem contrahit, iuxta tradita *in cap. clericis, & c. sententiam sanguinis Ne cleric. vel monachi & d. c. Praelatis. de homic. in 6.*

Propterea testes clerici cogi non possunt in iudiciis poenam sanguinis ingerentibus, neque per Iudices Ecclesiasticos, ad testimonium ferendum, ob periculum irregularitatis incurrendae, maximè si in sacris fuerint constituti; Bellam. *in rubr. de testib. cogend. n. 3. & in c. 11. per tot.* Fuller. *in Pra. crim. canon. c. 8. verb. testib. dilig. exam. num. 14.* Alb. de Malet. *de testib. capit. 8. numer. 28.* latè Farinac. *in Pract. crim. quaest. 61. numer. 91.* vbi Alios cumulat, *& latiùs qu. 78. num. 159.* Genuensis *in Prax. Arch. Neap. c. 36. nu. 2 in fin.* vbi ponit casus, in quibus de licentia episcopi deponere possunt coram Iudice saeculari. Quod intelligendum est de testimonio ferendo contra Reum, secus ad eius fauorem, quia tunc esse possunt testes, & cogi non prohibentur, vt declarat Villagut *in Practic. criminal. l. 8. t. t. de testib. c. 3 concl. 4.*

Ampliatur dicta conclusio, quod clerici compelli non possint ad testificandum in causis sanguinum, vt etiam locum habeat, quando veritas alio modo per Alios haberi nequeat Bald. *in rubric. c. de testib. cogend. n. 3 in fin.* Alber. de Malet. *de testib. n. 37. vers. est notandum.*

Ampliatur secundò, etiam si Episcopus haberet iurisdictionem temporalem, nam neque compelli possunt ad testificandum in causa sanguinis Henr. Boic. *in c. delictorum num. 7. de testib. cogend.* & ibid. Bellam. *num. 18.* & Butr. *numer. 5.* Fuller. *loc. precit. n. 25.*

Ampliatur tertiò, etiam in laicis aspirantibus ad clericatum, vt compelli non possint ad testificandum in causa sanguinis. DD. *in d. c. delictorum.* praesertim Bellam. *numer. 18. 21. & 26. vers. sed quid de laicis.* Butr. *num. 3.* & Anchar. *num. 2.* Foller. *vbi sup. d. nu. 14* Quod tamen limitatur, quando aliter veritas haberi non potest. nam tunc compelli possunt tales laici. Farinac. *dict. quaest. 78. num. 202.* vbi latè concordantes adducit.

33 Ex supradicto capite status repellitur etiam à testificando monachus, Canonicus Regularis, vel quilibet alius Religiosus sub obedientia Superioris viuens; quia huiusmodi Personae sunt mortui mundo, & consequenter non possunt esse testes, sine licentia Superioris, cui subsunt. *arg. cap. monachi. 16. qu. 1. cap quid ergo 11. qu. 3. cap. super prudentia in fin. 14. q. 2. c. 2. de postul. c. non magno, ne cleric. vel monac. l. 3. §. in libello. ff. de re militar. & l. qui falsò in princ. ff. de testib.*

34 Et quod pro mortuis habeantur mundo, colligitur. *ex cap. placuit. 2. quaest. 7. & in alio cap. placuit. 16. qu. 1. l. Deo nobis. C. de episc. & cleric. & in §. illud, & §. si quis autem. Authentic. de monac.* licet aliquando se habeant pro viuis, vt in casu *cap. sicut ex litterarum. de homicid.* & in casu *cap. peruenit il 1. 18. qu. 2.* & in aliis, de quibus fari non licet.

35 Secundum verò quod consideratur circa statum, vt dictum est *sup. n. 30.* est status Personarum in Iudicio, vnde ex hoc capite non est idoneus testis; Primò Accusator. *cap. 1. quarta qu. 4. n. si in casu matrimonij. cap. 1. 35. qu. 6.* Secundò, Iudex, *d. cap. 1 quarta qu. 4.* quia non potest duas personas repraesentare, cum in omni iudicio quatuor personae distinctae requirantur, scilicet Iudex Accusator, Defensor, & Testis, *vt in dicto cap. 1. habetur,* & Nos alibi suprà fusiùs diximus. Tertiò, neque Aduocatus, aut Procurator, vel Assessor, vel Arbiter, vel Exequutor. *c. statuendum 2. qu. 6 c. Romana de test. in 6. cap. si testes §. testes quos 4. q. 3 c. dilecta & c. insuper. de test. l. fin. ff. eodem tit. l. 1. ff. de Assessor. l. ille à quo §. pen. ff. ad Trebel. l. ac in arbitris. §. fin autem C. de arbitr.*

36 Sunt & aliae Personae, quae a testimonio repelluntur, videlicet excommunicatus *argum. cap. conspiratores, & c. seq. 3. quaest. 5. cap. 1. quarta qu. 1. c. miramur 34. qu. 1 cap. veniens 2. in fin.* vbi Gloss *de testib. cap. excommunicamus. §. credentes. de haeretic. & l. pen. C. eod. tit.* & ratio est, quia non licet cum excommunicatis communicare, neque in minimis, vt in dictis iuribus habetur, praesertim *in d. cap. miramur*, vbi latè Gloss. *alia iura allegat, in ver. etiam.* si verò absolutus fuerit, admittitur ad testimonium ferendum; vt aduertit Glos. *in d. cap. veniens 2. in fin. & in cap. testimonium. de testib. & in summ. 3. quaest. 1.*

Secundò, remotus ab aliqua dignitate, propter aliquam turpitudinem, non est testis idoneus *c. infamis. §. ista. in princ. 3. q. 7. et l. 1. ff. de sena.*

Tertiò si fuerit corruptus, vel subornatus ad testimonium ferendum. *c. licet. de probat. l. nullum. C. de testib.*

Quartò Criminosus, scilicet, fur, raptor, adulter manifestus, & huiusmodi.

Et regulariter omnis, qui est in peccato mortali non est idoneus testis, regulariter loquendo. *c. si testes. 4. qu. 3. c. testes. 2. c. ex parte, et cap. super eo. de testib. et l. non potest. ff de fur.* Et ratio est, quia tales sunt infames infamia canonica. *c. illi qui, et c. omnes. 6. q. 1.*

37 Neque obstat si quis dicat, hoc non posse procedere de quolibet in mortali peccato constituto, quia sic nullus inueniretur testis, cum nullus sine crimine viuat *c. cum proden. §. 1. de renunc. c. nouit. §. non igitur de iudic. c. si enim. vers. conclusit. de paenit. dist. 2. et c. adhuc instant. dist. 3. de paen.*

Nam respondetur, quod verum est dictum quoad iuditium faciendum, non verò quoad probationem & ad poenam infligendam, vbi testes esse debent, non solum sine crimine, verum etiam sine suspicione criminis.

38 *Quoad quartum principale* an scilicet testes discordes, & singulares probent? est notandum, quod ad hoc vt testes non possint dici singulares, concordare debent in quinque circumstantijs, quae sequenti carmine continentur, videl.

Res, Persona locus, gradus, hae sunt concordia tempus.

Circa *Rem* infirmatur dictum testis, quando vnus testificatur de vna re, vel facto; alius verò de alio facto, quia tunc eorum testimonia sunt sibi contraria, cum vnus contradicat alteri, & sic neutri statur, quia quilibet est in suo dicto singularis. *cap. licet de probat. cap bona 2 et cap. cum dilecta: de elect.* Et regulariter vnico testi non creditur, & sic nulla causa terminari potest dicto vnius testis, quamuis legitimi. *cap. licet vniuersis in fin. de testib.* etiam si Praesidiali praefulgeat dignitate. *cap. licet ex quadam. de testib. cap. si testes. §. iusiurandi. 4. qu. 3. et l. iurisiurando. C. de testib* quia vox vnius, vox nullius, vt in praedictis iuribus, *et arg. l. 1. §. item Cornelius, et l. unicuique. ff. de qu.* & vnius testimonium, nec iustificat, nec condemnat *c. admonere. 33. quaest. 1.* Fallit tamen in quibusdam casibus, in quibus dictum vnius probat, vt aliàs dixi suprà *sect. 2. num. 17.* vide tradita suprà *sect. 1. n. 15.*

Idem est si testis solus sibi ipsi contrarius sit, vt si dicat duo contraria, vel varia: vel si dicat verum in vno, & falsum in alio, nam adhuc repellitur in totum, nec valet eius dictum. *d. cap. si testes §. qui falsa, vel varia. 4. qu. 3. cap. per tu. 3. q. 9 d. cap. licet. de probat. cap. sollicitudinem in fin. de appellat. leg. vbi duo ff. de regul. iur. l. molestis ff. de testib. et l. cum precum. C. de liberal. caus.*

Quod si plures testes diuerso modo idem factum narrent, sed concordant in substantia, creditur ei. *ad tradit. in cap. nihil de verb. signific. et c. periculosè. de paen. dist.* vbi vid. Glos. *vlt. in cap. 1. de arbitr. in 6.*

39 Circa *Personam* erunt discordes, & singulares testes, si vnus testificetur de vna persona, & alter de alia diuersa:

tunc

tunc neque probarent, quia eorum testimonia sunt similiter singularia. *s. Rodulphus. de rescript.* dicit tamen Hostiens. *ibid.* quod si ponerentur quædam qualitates per singulos, quæ concidererent, & conuenirent eidem Personæ, non noceret error in nomine.

40 Circa *locum* redditur similiter inefficax, & singularis estis, quando vnus testificatur de vno loco, & alter de alio, *vt habetur Daniel 13.* de accusatione facta Susannæ ab illis senibus, qui amore ipsius capti erant, nam cum a Daniele ambo separatim examinarentur, vnus dixit peccatum commisisse cũ Iuuene sub arbore schini: alter verò dixit sub Prino: ex quo falso testimonio occisi fuerunt a Populo: & probatur *in cap. cum causam. §. 1 de testib. cap. nihilominus. 3. quæstion. 9. facti. t. de parentela d. 2. 35. q. 6. & cap. licet 2. de testib.* vide Bald. *cons. 207. l. 4.* vbi tradit, quando testis repellendus sit ex diuersitate loci.

41 Circa *Gradum* redditur inualidus testis, quando agitur de causa gradus, puta consanguinitatis, vel affinitatis, & testes discordant in gradu. *vt in d. capitel. de parentela habetur.*

42 Circa *Tempus* pari modo redditur singularis testis, quando vnicus dicit testimonium de vno, & alter de alio tempore, discordando omninò inter se. *d. cap. testes. §. In testibus 2. 4. qu. 3. cap. præscripta. 2. qu. vlt. capit. nihilominus. prat. 3. qu. 9. d. cap. cum causam, & cap. ex tenore. de testib. c. cum Ioannes de fid. instrument. & l. prius. ff. ad Syllanian.* Secus tamen est, si vnius dictum virtualiter includatur in dicto alterius, vt si vnus dicat diem, alter horam eiusdem diei, sed factum est indubitabile, nam tunc dicuntur concordare, exemplo Euangelistarum testantium mortem Domini Nostri Iesu Christi; Diuus enim Marcus ait, mortuum fuisse hora tertia. *vt habetur cap. 15. numer. 25.* Sanctus autem Lucas, *cap. 23. numer. 44.* dicit fuisse circa horam sextam. Vnde Diu. Thom. *in 2. 2. qu. 70.* tradit regulam, vt tunc dicantur testes discordare, quando variant substantiam facti, puta in loco, in tempore, & in persona, quia tunc aufertur substantia, & efficacia testimonij; sed quando variant in aliquibus accidentibus, quæ non tangunt substantiam facti, puta quod tempus fuerit serenum, vel nebulosum; vel domus dealbata, picta, & huiusmodi, tunc non redditur inualidum testimonium,

43 Quinimò melius est, vt testes discordent in eorum dictis in quibusdam circumstantijs non pertinentibus ad substantiam facti; ne præsumi possit contra illos, quòd fuerint subornati, vt accidit quando idem dicunt in omnibus; vel si eisdem verba æqualiter proferunt; quia ex hoc redduntur suspecti. *c. si testes d. § ta testibus. 4. q. 3. l. testium § ideoque. ff. de testib. & l. qui sententiam C. de pæn.*

44 Debent tamen omnes reddere causam scientiæ per vnum ex quinque sensibus corporis. *cap. testes. 3. qu. 9. &* per alias supradictas circumstantias loci, temporis, Personæ, & huiusmodi sequentibus carminibus contentas, quos affert Gloss. *ind. cap. cum causam verb. tempore. de testib. & attestat.* nimirum.

Auditus, Visus, Persona, Scientia, Causa.
Fama, locus, tempus, ac certam, credulitasq;
Dum testes recipis Iudex hæc cuncta, notabis.

Causam autem scientiæ tenetur Iudex quærere a teste, qui si non reddiderit, non valebit eius dictum *d. c. si testes §. solam. 4. q. 3. c. si habes. 24. q. 3. d. c. cum causam de testib. in princ. & collat. 7. §. & licet dudum. Auth. de testibus.*

Quod si Iudex non quæsierit, & testis dixerit, se solum scire, & nihil aliud, valebit eius testimonium. *cap. sicut de re iudic. & l. de pupillo. §. qui nunciat. in fin. ff. de non. oper. nunciat.*

45 Sed quæritur, quando testis dicatur non reddere causam scientiæ?

Respondetur tunc dici, quando interrogatus a Iudice, non reddit causam eius dicti, quod testificatur, quomodo sciat. *sup. pract. si testes §. solam. 4. hoc videtur. 22. q. 5. d. §. & licet dudum. Auth. de testib. l. apocham. C. de fid. instrum. l. t. C. de apoch. publ. & l. si pariter ff. de liberal. caus.*

Vel reddit, sed minus sufficientem, & ineptam. *capit. præterea. de testib. arg. capit. 2. §. sed neque vers. sicut iuxta. de translat.*

46 Ad hoc autem, vt testis causam scientiæ rectè reddere possit, oportet, vt fuerit præsens his, super quibus deponit, & quod viderit ea, quæ fiebant. *cap. testes. 3. q. 9. l. testium. C. de testib. & l. per hanc. C. de erog. mil. ann. l. 12.* & quod intellexerit, aliàs non diceretur præsens fuisse. *l. coram ff. de verb. signif.*

Vnde testis de auditu regulariter valet, si fuit præsens, & audiuit vocem instantis, quem cognoscebat, licet non viderit. *c. si debitum. 3. qu. 9. c. de his, & c. qui recedunt. 26. q. 6 Aut. rogati. C. de testib.*

Non valeret tamen si diceret: audiui dici à Titio, quod ita erat factum. *c. in primis §. sed & de personis. 3. qu. 1. cap. licet ex quadam. de testib. & l. testium C. eod. tit.* & probatur *Esaia 54. in princ.* & colligitur ex Diu. Paul. *ad Romanos.* ibi: *Domine quis credet. auditui nostro?* nisi in casu. *capit. testes. §. de his. 3. quæst. 9. & cap. hoc. videtur. 22. qu. 5.* vbi Glos. *in verb. iudicamus.*

47 Sunt tamen multi casus, in quibus testes de auditu in Ciuilibus probant, quos refert Glos. *in d. cap. testes. verb. auditorum; &* Specul. *l. 1. de teste. § 1 n 54.*

48 Vnde infertur, quod cæcus potest esse testis, si priusquam cæcus esse fuisset, cognosceret personas, earumque voces; cum non inueniatur expressè in Iure prohibitus. *arg. cap. præterea de testib. & d. cap. testes 3. q. 9. & l. 2. in princ. ff. de testib.* vid. Alex. *in cons. 24. l. 2. & cons. 157. l. 4.* vbi latè, an cæci dictum probet.

49 Fallit tamen supra firmata conclusio, quod testis de auditu probet; quando ea, super quibus testificatur, requirunt testimonium de visu. *vt in d. c. testes 3. q. 9. relatum. 2. qu. 5. testium. C. de testib. §. si verò absunt Auth. de hæred. & falc. & § nulli Auth. de Sanctiss. Episc.*

50 Vnde surdus tunc non esset testis idoneus, quantumcunque esse oculatus. *§. testes. Instit. de testam.* In his verò, in quibus non requiritur sensus auditus, sed visus, bene poterit Surdaster testimonium ferre. Speculat. *l. 1. de teste. 7. numer. 16. in fin.*

51 Sed quid dicendum de muto, numquid testis esse possit?

Respondetur negatiuè, secundum regulam text. *d. §. testes. Instit. de testam. & l. mutus. C. qui testam. fac. poss.*

Fallit, si scribere sciat, exemplo Zachariæ, *vt habetur Luca capit. 1.* qui postulans pugillarem scripsit dicens: Ioannes est nomen eius; nam tunc testimonium inscriptis ferre poterit, vt tradit Marcard. *de probation. libr. 3. conclus. 1358. num. 26.*

Fallit secundò, si intelligi possit mediantibus signis, & nutibus, per quæ possit se declarare, *iuxta traditum in cap. cum apud in fin. & cap. tua de sponsalib.* vbi habetur, surdum & mutum a natiuitate posse matrimonium contrahere, exprimendo consensum per signa, de quo Decian. *in tract. crimin. § t. l. 3. cap. 11. numer. 17. in mentis vel corporis defectus*, & Sanchez. *de matrim. lib. 1. disp. 8. numer. 12.* Idem probatur *in l. discretis C. qui testam. fac. poss. & in l. natu. ff. de legatis 3.* vbi probatur, posse surdum, & mutum facere testamentum, & legare per signa, & nutus. Et est notandum, quod qui est surdus a natura, regulariter est etiam mutus. *d. l. discretis.* Debet tamen Notarius seu Actuarius scribens testimonium, intelligere signa, & nutus, vt aduertit Igenus *in l. 3. §. ignoscitur. num. 26. ff. ad Syllan.* Chartar. *de exequation. sent. cap. 2. numero 50.* alias adhiberi debet interpres, qui illa declaret. Ign. *ibid.* Quidquid dicant Aliqui DD. apud Chart. *d. c. 2. num. 47. vbi de communi*, asserentes in criminalibus huiusmodi testes non esse admittendos; quod quidem procedere poterit, vbi Alii testes haberi potuerint. De mutis, qui ex improuiso loqui sint, vide Textor. *in sua efflorosa tit. Mutus.*

Neque obstat text. *in c. testes & c. tharte 3. quæst. 9. relatum 5. qu. 2. c. à nobis. qui matrim. accus. poss. & cap. tua de cohabit. cleric. & mulier.* in quibus habetur, quod testimonium nequeat per scripturam proferri sed proprio ore proferendum est.

Nam respondetur, quod in dictis iuribus disponitur de his, qui loqui possunt, non de his, qui loquelam non habent, *vt probatur in t. tua de sponsal.* & patet ex eorumdem verbis.

52 Sed quæritur, an mutus Reus, si fateatur delictum per signa, possit puniri pœna ordinaria?

Respondetur affirmatiuè, si sit sanæ mentis, dummodo delictum probatum sit per testes Idoneos, & non per solam virtualem eius confessionem. Petr. a Plaz. *in epitom. delictor. cap. 32. num.*

22. num. 27. vers. proximè, Farinac. qu. 41. num. 88. vers. limita. 51. & num. 91. vbi ait, non posse torqueri, vt etiam tenet Sebast. Medic tract. de fortuit. casib. par. 2. q. 6. num. 58. & Chartar. de exequut. sentent. capt. bannit. cap. à num. 44. cum plurib. seqq. Tiraquel. de legib. connub. in verb. ex pressit. glos. 7. numer. 16. Hanc quæstionem tetigit Iason. in c. l. discretae numer. 10. C. quae testam fac. poss.

53 Ex dictis, quod testis reddere debet causam scientiæ per vnum ex sensibus corporis, infertur, quid dicendum de eo, qui deposuit de credulitate, non de scientia?

Respondetur, huiusmodi testimonium non valere, per text. in d. cap. testes 3. qu. 9. cap. relatum 3. qu. 2. & l. testium C. de testib. & ibid. Glofs.

In aliquibus tamen casibus admittitur testis deponens de credulitate, vt in capitol. de testibus, & capitol. quoties de purgat. canon. libr. 1. in princ. ff. de ventr. in spec. & in §. si verò ab,ens. Authent. de hered. & falsid. & in §. 1. Auth. de sanct. episc. & in tit. vo his qui obligatas se habere perhibens res minores, & notant Alex. consil. 3. 10. 18. & 72. libr. 4 vbi refert, quando probet. Angel. cons. 4. Abb. in cap. 1. vers. firmiter, & ibi Apostillant. de summ. Trin. & fid. cathol. & Lanttanc. in c. quoniam contra de probat. §. confessiones col. 7. & §. testium depositiones col. 3 vers. praterea.

54 Quoad quintum principale, an scilicet Iudex teneatur in criminalibus examinare testes per se ipsum, vel possit eorum examen alteri committere; notandum erit, quod regulariter, quando causa est criminalis, non potest receptio examinis testium alteri delegari, sed per ipsummet Iudicem fieri, arg. cap. illi, qui 5. quaestion. 5. & probatur ex clement. vnic. in princ. de offic. deleg. Auth. apud eloquentissimum C. de fid. instrum. & libr. 3. §. testes. ff. de testib. & tradit Gloss. in capitol. mulieres de iudic. in 6. & ibi latè Felin. Abb. in capitol. cum causam col. pen. de testib. Neque in hoc, secundum Glofs. in capitol. testes ver. sed praesentes 3. qu. 9. valeret consuetudo in contrarium, & ibid. etiam Gomes.

Et ratio est, quia Iudex ipse videre debet, quo vultu, quo colore, qua trepidatione deponant. iuxta text. in d. libr. 3. vers. tu magis scire potes. ff. de testib. Alber. in tract. de testib. capit. 7. num. 52. Scapp. de iure non scrip. lib. 3. cap. 51. num. 14. Causæ enim criminales arduæ sunt, & ideo testium examen in illis committi non debet Notariis Curiæ. Couarru. variar. resol. lib. 3. cap. 13. num. 10. Baiard. ad Clar. quaestion. 26. num. 13. vbi adducit Carauit. sup. rit. vlc. Magna Cur. Vic. asserentem non esse credendum Notariis, seù Actuariis, & dicentem: Est Actuarius, ergo latro, & ideo idem Carauit. sup. rit. 157 numer. 1. & 2. exclamat contra Iudices, qui committunt Actuariis examen testium, cum tota vis causæ consistat in probationibus per testes.

Et nota, quod potest Iudex, antequam formiter testes examinet, illos interrogare prius oretenus, & postea eorum dicta scribi mandare; si timeretur de subornatione, vt sic intelligat breuiter seriem facti, & vbi cognoscit veritatem non dicere, potest eos interrogare, à quo fuerint instructi, cum quibus allocuti fuerint; antequam accederent, & similia. Imò potest eos in verbis capere, quando est suspicio de subornatione, interrogando super circumstantiis impertinentibus, vt veritatem discooperiat, puta an tempus fuerit nebulosum, quibus vestibus, & cuius coloris indutus erat ille, de quo deponunt, & similia. ita tradunt. Alex. cons. 91. num. 7. Foller. in Pract. crim. for. secular. part. 1. verb. studeat se ornare. benè vivend. num. 30. Vrsill. ad Afflict. decis. 113. Scapp. de iure non script. libr. 5. cap. 82. num. 7. Scacc. in tract. crim. libr. 1. capit. 86. num. 15. in fin.

Fallit tamen supradicta conclusio, quod testium examen non sit Notariis committendum, quando testes examinandi, essent aliquo modo impediti, & non possent ad Curiam accedere, vel quando essent extra Prouinciam, nam tunc eorum examen committendum est alteri. Abb. & Felin. in d. cap. cum causam de testib. & in cap. si quis testium col. 1. eod. tit. vbi etiam Aretin. & Monac. vid. Hercu. Seuer. in tract. de remiss. capitol. 4. fol. 8. & Farinac. in Pract crimin. quaestion. 77. capitol. 3. nu. 175. vbi notat quando sit, vel non sit committendum examen Notariis.

55 Fallit secundò, quando examinandæ essent mulieres honestæ, Egregiæ personæ, vel Religiosæ in causis ciuilibus, quia tunc Iudex tenetur aliquem probum virum mittere ad examinandum, vt habetur in l. ad personas Egregias. ff. de iureiur. & in dict. cap. mulieres, & ibi Glofs. Gomes. Ancaran. & Alii. Clar. in Pract. crim. §. fin. q. 26. in princ. sequitur Alber. in d. capitol. cum causam col. fin. & d. capitol. si quis testib. in ult. notab. de testib. In criminalibus autem est solum de æquitate. Ideo nota, quod si Iudex nolluerit committere examen Personarum Egregiarum, potuerit illas compellere ad accendendum ad Curiam in causis criminalibus. Abb. in d. cap. si quis testium, & ibi etiam Felin. idem Abb. in cap. 1. in fin. per Glo. ibid. de testib. cogend.

Et ratio est, quia DD communiter concludunt, quod dispositio d. l. ad personas egregias, procedit solum in ciuilibus causis, non in criminalibus. Glof. in d. cap. testes 3. qu. 9. vt tradunt [illegible] numer 7. Canonistæ in capit. si quis testium. de testib. & [illegible] anter Hostiens [illegible] Boic. num. 5. Abb. nu. 9. notab. ult. & A[illegible] num. 2. Campeg. de testib. reg. 397. Viu. opin. 218. num. 9. C[illegible] 26. numer. 1. & ibidem Baiard num. 5. & 6. Boccac de rem[illegible] 1. cap. 2. nu. 2. Carauit. in Rit. 142. num 1. & rit. 157. num. 7. [illegible] nac. qu 78. num. 235. Quod tamen limitant in ciuilibus, [illegible] personæ prædictæ essent ex aliqua iusta causa impe[illegible], nam tunc tenetur Iudex accedere ad ipsas, vel mittere N[illegible], vt examinet. Viu. Clar. Carau. & Farinac. in pract. [illegible] Seuerol. de litter. remissor. c. 3. numer. 3. Vbi verò Iudex [illegible] fuerit authoritatis, vt ipsum non deceat personaliter accedere ad ipsos testes; et ipsi sint adeo impediti, vt ad illum venire nequeant; tunc etiam in causis criminalibus potest committere Notario, vt ad domus ipsorum accedat ad illos examinandum. August. ad Angel. de malefic. in verb. qui Iudex statuat terminum numer. 33. vers. item fallit, Abb. in d. cap. si quis testium num. 2. Felin. numer. 2. & Aret. numer. 2. de testib. Vestr. in Pract. lib. 6. capit. fin. numer. 1. & ibidem Grauat. numero 17. Seuerol. loc. cit. capit. 4. numero. 3 Farinac. ibid. num. 237.

56 Egregiæ verò personæ, quoad hoc dicuntur in primis Cardinales, Episcopi, Sacerdotes, Diaconi, Doctores tam Iuris ciuil., quam Canonici, licentiati, dummodò officium Procuratoris non exerceant, Milites, Mulieres Nobiles, & honestæ & Aliæ, de quibus respectiuè agunt Glofs. in d. l. ad personas egregias. ff de iureiur. vbi DD. communiter Dec. in cap. sedes num. 7. de rescript. Boccac. de remissorial. capitol. 2. numero 26. Baiard. in d. q. 26. Clar. num. 9. vbi Alios cumulat, prout facit Farinac. d. q. 78. ferè per tot. & late Menoch. de arbitrar. iudic. l. 2. cas. 70.

57 Quæ quidem personæ priuilegiatæ possunt aliquando non in perpetuum dicto eorum priuilegio renunciare, & ad Iudicem accedere, vt examinentur, quando illis placuerit. Roman. in d. l. ad personas, vbi Ias. numer. 1. & Alii adducti à Farinac. in d. q. 78. num 241. cum hoc priuilegium concessum sit Dignitati, non personæ, & ideo non possunt in perpetuum enunciare. Caball. in qu. crim. cas. 225. num. 22. centur. 3. Farinac. vbi sup. num. 241. & seq. Et ita seruari vidi passim in hac Alma Vrbe, vt Prælati, & aliæ personæ in Dignitate Constitutæ accederent ad domum Iudicis, vel Notarij pro testimonio ferendo. Scias tamen, quod quotiescumque occurrit, vt dictæ personæ egregiæ, & aliæ priuilegiatæ examinentur in propriis domibus, semper citanda erit pars aduersa ad videndum illas iurare in propriis domibus. Bald. in d. capit. si quis testium num. 6. Abb. num. 2. Felin. num. 5. de testib. Farinac. d. qu. 78. num. 244. Quod intellige, quando repetuntur in criminalibus, secus in primo examine ad Curiæ informationem, vbi recipi possunt etiam non citata parte, vt supra dictum fuit.

58 Fallit tertiò conclusio supra firmata, num. 54. quod testium examen non est alteri committendum in criminalibus, vt locum non habeat, quando agitur de leui crimine principaliter, quod leui etiam pæna plectendum venit, nam tunc concedi potest Remissoria pro receptione testium, ad effectum illos examinandi. arg. text. in §. & quoniam Auth. de testib. Castren. in l. Iudices col. 1. C. de fid. instr. Seuerol. de remissor. cap. 4 fol. 8.

Est autem notandum hic circa Remissoriam pro examinandis testibus in criminalibus; quod regula communis est, vt non concedatur, ex traditis in Auth. apud eloquentissimum C. de instrum. & ibi notat Bald. in summ. num. 1 & ita tenent communiter DD. vt testatur. Viu. in tract. commun. opin. 628. numer. 1. Ant. Gabr. de crimin. lib. 7. conclus. 25. numer. 1. & seqq.

& seqq. Clar. *in Pract. crimin. qu. 25. vers. sed quæro* vbi de commun., & ibidem Baiar. *n. & seqq.* vbi concordantes adducit. Bocacc. *de litt. remissor. cap. 2. nu. 5. & c. 3. n. 19. & seqq.* Scucrol. *in tract. de remissor. cap. 4. n. 1.* Farinac. *in Pracrim. q. 77. cap. 2. n. 7. & seq* vbi de magis communi Guazzin. *ad defensam. defens. 15. c. 1. n. 1.* Canale *decis. 90. num. 40. par 5.* Carauit. *in Rit. 167. num. 3.* & Alij apud illos.

Quod intelligendum est, si petatur Remissoria in criminalibus ad instantiam Fisci, vel instigatoris Fisco adhærentis, nam tali casu non est concedenda, vt præcitati Doctores asserunt, quamuis Carauit. *vbi sup. num. 1.* contrarium teneat, ex quo in Fisco cessat timor subornationis testium, quæ est ratio quare non concedatur, sed Farinac. *loc. cit. numer. 110.* quem sequitur Guazzin. *vbi sup.* ait, Carauitæ dictum procedere posse, si testes fuerint in aliena iurisdictione, ne delicta remanent impunita, secus si sint in iurisdictione propria, quia tunc testes vocati debent ad Curiam. At in hoc, credo seruandam esse loci consuetudinem & Curiæ stylum, iuxta tradit per Card. Tusch. *in litt. R. concl. 154. nu. 15.* & ita seruari vidi in Tribunali A. C. in quo semper dari solent litteræ remissoriales partibus pro assumendis indicijs, & de facto pluries ego recepi huiusmodi literas, & ad partes remisi.

59 Aduertant tamen Iudices, quando occurret casus concedend. Remissoriam pro testibus examinandis, vt numquam committant, & dirigant illam in Iudicibus, aut Personis per instigatores petitis, sed Episcopis, aut eorum Vicarijs non suspectis, aut alijs, de quibus infra *nu. 69 vers. octauò requiritur.* Imò præfigi debet aliquis terminus attenta locorum distantia, & negotiorum qualitate, de reportandis indicijs, seu examinibus intra talem terminum, de quo præstanda erit idonea cautio ne instigatores pecunias ab inquisitis extorqueant, ob timorem carcerum, & expensarum, & postea examen numquam remittunt ad Iudicem remittentem, & ita aduertit Boccac *d. tract. de litt. remissor. capit. 1. numer. 1.* & Alex. Siat *in Pract. crim. cap. 6. nu. 6.* Qui terminus currit à die præsentationis litterarum remissorialium; & in Practica seruatur, vt præfigatur etiam terminus, intra quem præsentari debeant Iudici remissoriali, quidquidem prorogari solent semel, & quoties opus fuerit, probando impedimenta. Boccac. *vbi sup. num 10.* Siat. *ibid.* Guaz. *loc. cit. numer. 15. vers. & regulariter.* Farinac. *d. quæst. 77. numer. 137. & seq.* & quando nullus datus fuit terminus, intelligitur præfixus prout de Iure habetur *in l. 1. C. de dilation.* qui est trium mensium, vt latè dixi supra *in pract. ciuil. p. 2. Sect. 2. Subsect. 7. numero 21. vers. casu verò.*

Quæ conclusio, vt in criminalibus non concedatur remissoria pro testibus examinandis, ampliatur, etiam allegaretur consuetudo in contrarium, vt post Gloss. & Felin. quos allegat tenet Scucrol. *in tract. de commission. cap. 4. n. 2.* Olasch. *cons. 64. n. 21.* vbi concordantes cumulat.

Ampliatur secundo, etiam si non ageretur de probando delicto principali, sed tantum de probandis adminiculis, nam adhuc concedi non debet Farin. *d. qu. 77. nu. 112.* & Guazzin. *vbi sup. n. 2.* vbi refellunt sententiam Viuij contrarium tenentis in *cor. opin. 623. n. 5 & seq.*

Et a fortiori procedit, quando testes essent aliquo modo suspecti, nam tunc nullo modo concedenda est. Mar. Anton. *variar. resol l. 3. resol. 25. numero 1. vers. tum quia testis* Capic. *decis. 90. n. 5.* Grammat. *consil 41. num. 12. & n. 18.* vbi idem firmat, quando locus esset suspectus.

Ampliatur tertiò, vt non concedatur, etiam si agatur de repetendis testibus contra Reum Milcus. *in Pract. crim. verb. reuocatur: num. 4. fol. mihi 82.* Clar. *quæst. 45. vers. cæterum circ. princip.* & Farinac. *d. q. 77. n. 75.* quidquid dicat Carauit. *d. rit. 157. nu. 21.* vbi dicit aliter seruari de consuetudine. Est berè verum, quod eius sententia sequi potest duobus concurrentibus. Primò, quando veritas alio modo haberi nequit; Et secundo, quando magna viget causa, vt tradit Clar. *ib.* Et in Tribunali A. C. pro repetendis testibus non conceduntur litteræ remissoriales, nisi sint testes, qui cogi minimè possunt ad Vrbem accedere, vt sunt laici, & commorantes extra statum Ecclesiasticum. Farinac. *vbi proximè.*

60 Conclusio autem supra firmata, vt in criminalibus remissoria pro testibus examinandis concedi nequeat, limitatur Primò, quando testes degerent extra Prouinciam, & in alterius iurisdictione, vel dominio; & compelli non possunt ad accedendum ad Curiam; nam tunc concedi debet, ne delicta remaneant in punita ex defectu probationum. Bald. *in d. Auth. apud eloquentissimum num. 1. & 2. C. de fid. instr.* vbi ita seruari testatur de consuetudine, prout sach. August. *ad Ang. de malefic. in verb. qui Iudex statuit terminum num. 34. & seqq* Felin. *in capitul. si quis testium de test.* Menoch. *de recuper. poss. remed. 1. numer. 302. & de arbitr. Iudic. cas. 250.* Gabr. *d. concl. 25. numer. 4.* Clar. *d. qu. 16. vers. sed quæro* Carau. *l. in rit. 157. numer 7.* & ita in Vrbe seruari testatur Scucrol. *de remissor d. cap. 4. nu. 8.* & Boccac. *de litt. remiss. d. cap. 2. n. 9.* ita etiam tenet Gaill. *obser. not. 96. num. 10. & 21.* Sim. de Pret. *cons. 14 n. 1. & seqq. vbi mag. communis* Farinac. *d. qu. 77. nu 92.* vbi Alius eumo. & B. intend. *decis. Bonon. 74. nu. 4.* vbi ait, debere dari Iudici aliquod lumen, quod sufficiat ad auferendam suspicionem casu oppositæ petitionis remissoriæ, prout etiam dici. Mar. Ant. *variar. resolut. d. lib. 3. resol. 25. numer. 7.* & latissimè Laderch. *Imol. cons. 14. & cons. 20. numer 1. & seqq* vbi de magis communi. Igitur, & iubet, æquius esse, vt testium examen ex ratione iurisdictionem committatur cum aliquo periculo falsitatis innocenti æ inquisiti, vt nocens absoluatur, quam ne committatur, vt innocens damnetur, & idem tradit Farinac. *vbi supra numer 93.*

61 Limitatur secundò, quando examinandi essent testes in Dignitate constituti, nam tali casu remissoria concedi debet, vt tradit Albert. *in d. Auth. apud eloquentissimum num. 2.* Bols. *in tit. de opposit. contra test. numer. 29.* Bertazzul. *consil. 136. n. 2. lib. 2.*

62 Limitatur tertiò, quando testes examinandi, essent senes, valetudinarij, vel alio iusto impedimento detenti, & impediti, ne ad Curiam accedere possint. Albert. *dict. nu. 2.* Bertazzul. *ibid. vers. & tanto magis* Farinac. *d. quæstion 77. numer. 100. & seq.*

63 Limitatur quartò, quando non esset testibus tutus accessus ad locum, in quo causa criminalis agitatur. Alber. *in dict. Auth. apud eloquentissimum 2. vers. item si iusto metu venire non auderent.* & ibi Aret. *vers sed quid si;* vbi loquitur, quando testes timerent represalias.

64 Limitatur quintò in Summo Pontifice, vel in alio Sæculari Principe supremo, nam illi indistinctè in criminalibus remissoriam concedunt, quandocumque illis placuerit. Alber. *vbi sup. num. 1.* Clar. *d. quæstion. 26. vers. sed quæro* Gabr. *d. conclus. 23. numer. 5. libr. 7.* Vestr. *in Prax. libr. 6. capitul. fin. numer. 1.* Carau. *d. rit. 157. numer. 8.* Card. Tusch. *litt R. d. concl. 154. num. 29.* Scucrol. *d. cap. 4 num. 10. & 11.* Farinac. *d. qu. 77. num. 12.*

65 Limitatur sextò ad defensam, quando Reus probare vellet negatiuam coarctatam loco, & tempore, quod scilicet non fuit in loco, nec in tempore commissi delicti, nam tunc denegari non debet remissoria; cum agatur de defensione Rei, quæ in Iure est fauorabilis, vt suo loco dicetur. ita Salycet. *in d. Auth. apud eloquentissimum numer 3.* Foller. *in Pr. cr. for. sent. ver. & facta litis contestat. numer. 7.* Gabr. *vbi sup. numer. 8.* Sim. de Pett *d. cons. 14 num. 9.* Bertazz *d. cons. 136. num. 2.* Quod procedit etiam si adesset timor subornationis testium Farinac. *d. q. 77. num. 104.* latè Mar. Anton *dict resol. 25. ferè per tot.* & latissime Laderch. *d cons. 202 per tot.* Signanter *circ fin.* ita etiam tradit Soccin. iun. *cons. 60. n. 7. vol. 2.* Brun. *cons. 74. nu. 4. p. 1.* & Card. Tusch. *vbi sup. n. 4.*

Quæ limitatio ampliatur, vt remissoria ad defensam concedi debeat, si petatur, in quacumque parte iudicij, quia testes ad defensam admittuntur vsque ad sententiam, vt inferius suo loco dicemus, & tradunt Marl *in Pract. §. sequens & consil. 49. & cons. 60.* Cæpoll. *cons. 41. & cons. 61.* Capic. *decis. 8.* Mar. Antonin. *d. resol. 25. n. 16.*

Ampliatur secundò, vt concedi debeat remissoria ad defensam pro reprobandis, & repulsandis testibus, vt tradit Guazz. *defens 28. c. 10. n. 5.*

66 Sed quæritur, an in casu, quo concedenda esset remissoria, & denegetur, appellari possit?

Respondetur affirmatiuè Decius *in c. ad hæc coll. 2. de app* Felin. *in c. exceptionem de except* Benintend. *d decis. 74. n. 1. circ. med.* Scucrol. *de remissor. c. 18. n. 3. in fin. & c 22 n. 3.* Farinac. *d. q. 77. n. 4.* Mar. Antonin. *d. resol. 25. n. 14.* vbi ait, secus esse, si appelletur a decreto concessæ remissoriæ in ciuilibus.

67 Quæritur secundò, vtrum Delegatus, cui committitur remissoria, possit illum recusare?

Respon-

Respondetur cum distinctione: Aut enim ille, cui dirigitur, est sub iurisdictione Iudicis delegantis: Aut non est eius subditus. In primo casu tenetur suscipere onus de necessitate, In secundo verò casu non tenetur acceptare, nisi sponte voluerit: quia tunc Iudex delegans hortatur tantum, non iubet, prout facit subdito. Farinac. *d.q.77 n.166.*

68 Quæritur tertio, an omnes Iudices concedere possint remissoriam tam ordinarij, quam delegati?

Respondetur affirmatiuè, etiam si sint delegati ab inferiore à Principe, nam omnes indistinctè illam concedunt, Seuerol. *de remiss.c.21 per tot.* Farinac. *d.q.77 n.49.* & Alij apud illos.

69 Nota tamen, quod ad effectum, vt concedatur remissoria, plura requiruntur, de quibus latè egit Specul. *Patre Practica in l.1 de teste §.3. incip qualiter autem n.16.& nu.23.* vbi ponit formulam ipsius, quæ instar tunc temporis seruabatur, & singula verba copiosissimè declarat. & Luc. Pet. *in Pr.for. Caporal.c.6.n.10.* Seuerol. *de remiss.c.23.per tot.* Bocc. *de litt. remi.cap.8. per tot.*

Primò enim requiritur, vt per Iudicem concedentem remissoriam fieri debeat decretum concessionis, & citatio specialis partis aduersæ, ad videndum concedi remissoriam, *text. in l. Iudices C. de fid instrum. in fin.* cuius formam ponit Luc. Pet. *vbi sup.num.4.* & Seuerol. *ibid cap. 21.num. 2. & seqq.* & Ego ipsemet *in Pract. ciuil. part. 2. Sect. 2. Subsect. 7. numer 39.* Nec sufficeret, si in citatione moneretur pars ad dicendum contra articulos, videndumque illos ad probandum admitti, tam in Curia, quam extra, nisi etiam citaretur ad videndum concedi litteras remissoriales, vt testatur de stylo Curiæ Almæ Vrbis Seuerol. *d.cap.21. numer.2.* & Bocc. *d.tract. capit.9. num.9.*

Secundò requiritur, vt citetur pars ad concordandum de Iudice, & de loco, vbi testes examinari debent, & de loco loci. Blex. Striat. *in Pract. d.cap.6. sub. num.4.* Vestr. *in Pract.libr. 5.cap.10. num.1.* Seuerol. *de remissor. cap 20. num.3. & 4. & c.28. per tot.*

Tertiò citari debet pars ad videndum claudi litteras, & ad dandum interrogatoria, si quæ dare voluerit, claudenda in eisdem litteris, vna cum articulis ex aduerso productis; alias ad videndum dictas litteras claudi, & tradi latori siue illis, & eidem latori iuramentum deferri de illis fideliter portandis, & præstandis, alias dici, & fieri necessaria, & requisita, &c. Striat. & Vestr. *vbi supra* Seuerol. *cap.19. num.3.* Gayll. *obseruat. 96. num.5.*

Quartò requiritur citatio ad constituendum procuratorem in partibus, in loco examinis, acceptantem, instructum, & reperibilem, & qui citari possit, alias procedi per affixionem ad Valuas Ecclesiæ. Vestr. *in Prax.l.6.cap.fin.num.7,* & ibi Grauat, *nu.18.in fin.* Luc. Pet. *d.c.6.nu.7.* Seuerol. *c.31.per tot.* And. Gayll. *obseruat.97. num.5.* & latè Boccac. *de litt. remissorial. dict.capit.6. num.17.*

Quintò requiritur causæ cognitio, antequam concedatur remissoria, quod scilicet iustè petatur. Striat. *in Pract.d.c.6.nu.2.* Vestr. *d.c.fin.n.1.* Seuerol. *de remissor.c.5.nu.52.* Boccac. *de litt. remi. c.2.n.1.& 3.*

Sextò requiritur, vt præstetur iuramentum, quod petatur remissoria non animo calumniæ. Vestr. *d.c.fin.num.5.* Mat. Antonin. *d. resol.25. numer.14. versicul. primò fuisse.* Hinc inoleuit Praxis in Curia, vt sufficerent nomina testium examinandorum ad effectum cognoscendi ex eorum qualitate bona, vel mala, an adsit falsitas, si essent viles, & suspecti. Boccac. *vbi sup.c.4.n.12. in fin.* Est bene verum, quod non omnis suspitio calumniæ, & timor falsitatis impedit, ne concedatur, sed magna, & vehemens tantum, ex traditis per Abb. *in cap.licet causam de probat.* Auchar. & Anan. *in cap. super eo de crim. fals.* Ial. *in lib.4. §.condemnatum, ff.de re iudic.* Marc. Anton. *d.resol.25. num.15.*

Septimò requiritur, vt producantur Articuli, super quib. examinandi sunt testes, coram Iudice remittente, & delegante examen, ad effectum cognoscendi, an sint admittendi, & releuantes, an ex eis releuandi sint aliqui. Boccac. *c.5.nu.1. & 2.* & tradit. per Pereg. *decis.321.l.1.* vbi limitat in articulis reprobatorijs, & in articulis continentib. liquidationem fructuum. Io. Paul. *decis.2.* Farinac. *d.q.77.n.141.*

Septimò requiritur, vt fiat depositum expensarum, vel idonea præstetur cautio de ipsis soluendis; quia remissoria conceditur expensis petentis; & producentis testes. Grauat. *ad Prax. Vestr. Caroli Pellegr. Par.IV.*

Vestr.in pract.d.l.5 c.fin.nu.13. Seuerol. *de remiss.c.27.num.1. & seqq.* Farinac. *ibid.n.125.*

Octauò requiritur, vt committatur alicui habenti iurisdictionem cum mero, & mixto imperio, vel ordinarijs locorum, vel alicui existenti in Ecclesiastica dignitate. Striat. *in Pract.d.cap.6.nu.3.& c.16.nu.3.* Luc. Pet. *d.c.6.n.5.* Seuerol. *de remiss.c.20.nu.8.* Olaic. *decis.64.nu.21.* & Alij penes Farinac. *d.qu. 77.nu.127. & seqq.* post Franc. *in c.mulieres, de iudic. in 6.* vbi latè Gomes. *n.30*

Nonò requiritur, vt præfigatur terminus in remissoria ad præsentandum remissoriales Iudici delegato. Necnon ad incohandum, & perficiendum examen, iuxta superiùs dicta. Striat. *d c.6.nu.6.* Boccac. *vbi sup.c.1.n.1.* qui currit à die præsentationis litterarum, vt supra dictum est.

70 Postquam autem litteræ remissoriales consignatæ fuerunt latori, quarum formulas Ego latè tradidi *in Pract. ciuil.p. 2.sect.2. subsect.7. num 42.* & ipse præsentauit Iudici delegato; Ille citare debet partem aduersam, si adsit, ad videndum illas aperiri, & nominari examen prodire, & hora certis, & instrumenta testibus præstari, ac alia necessaria, & opportuna fieri, de quibus egit Striat. *vbi sup.nu.20.& seq* Farinac. *d q.77.num.2. 116. cum plurib. seq.* & Ego ipse *vbi suprà post nu.44* vbi posui pec extensum formam totius processus in vim litterarum remissorialium, quæ deseruire possunt etiam in criminalib. Sed numquid Iudex remissorialis recipere possit alia iura & probationes per partes productas, vltra articulos sibi à Iudice remittente transmissos?

Respondetur negatiuè, cum Farinac. *d.q.77.n.167.& seqq.*

71 Nota tandem, quod licet Remissoria petita fuerit per vnam tantum ex partibus, post concessionem tamen mediante decreto, facta est communis vtrique parti, ita vt si pars, quæ illam petijt, renunciauerit quoad suum commodum, præiudicium non afferet parti aduersæ. Seuerol. *vbi sup.cap.22. nu.4.* Farinac. *d.qu.77 nu 112.* Baiard. *verb ad Clar. d.qu 26.nu.13.* an, non semper posse renunciari, sed tantum, quando res est integra ex traditis *in l.error. C.de iur.& fact.ignor.& in c.fin.de confess.* Ferret. *con.367.n.4.vol.2.*

72 Quodautem dix. non esse committendum examen testium Notario, intelligendum est, quando testes examinantur citata parte, vt in repetitione, secus quando examinantur per Curiæ informatione, non citata parte, quia tunc poterit committi ex examen testium etiam in criminalibus Notario, seu Actuario causæ, vel Curiæ, & ratio est, quia tunc tales testes non officiunt Reo, nisi repetantur ipso citato, vt infra dicem. *sect.11.n.2.*

73 Sed quæritur, an testes in criminalibus recipi, & examinari possint in Ecclesia?

Respondetur affirmatiuè secundum Dominic. *in cap. de tatero.§.fin.in fin. de immunit. Eccles. in 6.* & Gomes. *in d.c.mulieres, de iud.in 6.vid.* Bart. *in l.nemo C.de sacros. Eccles.*

Quinimò recipi, & examinari possunt, in quocumque die feriato, etiam die Dominico, & feriato in honorem Sanctorum, sicut similiter tali tempore deferetur eis iuramentum, maximè in causis grauibus; ac etiam torquentur, vt testantur Petr. Caball. *in qu.crim.cas.227.nu.16.& 23. & centur.3* Caualc. *de testib.p.3.nu.56.* Guaz. *defens.19.c 9 num 3.* Licet secus sit in causis ciuilibus, in quibus iurare debent in die iuridico, alias non probarent eorum dicta, vt notaui suprà *in pract. ciuil. p.2. sect.2. subsect.6.num.5.* iuramento tamen præstito die iuridico, examinari possunt die feriata, non solum in honorem hominum, sed etiam in honorem Dei vt vltra DD. quos addoxi *vbi sup.numer.13.* notant. Angel *in l. damn. §. Sabin. ff. de damn. infect.* vbi ita in Vrbe, & toto Orbe practicari testatur, quia testium fides dependet à iuramento, tamquam à radice, ita etiam de communi dicunt Campeg *in tract. de testib. reg 17. in 7. fall.* Viu. *opin. 992. numer....* Mascard. *de probat. libr.1. conclus.1. num.92.* Menoch. *de arbitr. lib.1 quæst. 10. num 14.* Grauat. *ad Vestr. in Prax.lib.6. cap 2. numer.40.* Petr. Caball. *vbi sup.* sed in ferijs in honorem hominum, quando per eorum esset in mora, & in causis grauibus, vel quando proceditur Iuris ordine non seruato, iurare, & examinari possunt, vt latè tradunt DD relati à Farinac. *de test.qu.80 n 57.& seq.*

74 Quæritur secundò, an in Criminalibus, quando examinantur testes, possint per Reum dari Interrogatoria, sicut in Ciuilibus?

Respondetur affirmatiuè de Iure Canonico, *per text. in cap.*

c. in primis vbi Gloss. *versic. si ee praesente 2. quaest. 1.* sed Iudex ea dare, & illam festate non debet parti accusanti, si adsit nam testimonia testium recipienda sunt secretò, exemplo Danielis *c. 13.* & *habetur in c. omnes 2 q. 7.* qui secreto testimonium senum recepit.

Sed aduerte, quod hoc intelligendum est, quando examinantur testes parte citata, vt fit in repetitione testium pro informatione Curiae examinatorum, qui nullam faciunt probationem, nisi repetantur citato Reo, vt alias dixi; secus verò si testes examinantur pro Curiae Informatione, quia tunc cum recipiantur non citato Reo, non potest ipse Reus dare interrogatoria, nec aliquid facere, antequam personaliter compareat, & haec est communis Praxis ab omnibus Curijs recepta.

De Iure verò Ciuili in curiis saecularibus, licet attento iure communi possit Reus, post litem contestatam, dare interrogatoria, quando examinantur testes contra ipsum, tam si sint noui, quam iidem testes ad informationem Curiae examinati, *per text. in l. si postulauerit, §. quaestione. ff. ad leg. Iul. de adulter.* tamen de consuetudine contrarium seruatur, & sic non admittitur inquisitus ad dandum interrogatoria; vt testatur Foller. *in Practic. crim. for saeculae. fol. 257. num. 2.* quem refert, & sequitur Clarus *in Pract. crim. §. fin. quae. 23. versic. item quaero.* Et ratio, quam adducunt praedicti Doctores, est, quia Reus post publicationem processus habet terminum ad repulsam, in quo probare potest quidquid voluerit, tam contra personas, quam contra dictum testium; Vnde non est mirum, quare Fiscus dat interrogatoria, quando examinantur testes ad defensionem Rei, & Reus non dat interrogatoria contra Fiscum, quia scilicet Fiscus non habet alium terminum ad repulsandum testes examinatos ad defensionem Rei, sicut habet Reus ad repulsandum testes Fisci contra ipsum examinatos, & ita seruatur in Regno Neapolitano testatur Caraui. *Super Rita Magna Curia Vicar. 252. num. 3.* Et similiter seruatur; vt non dentur interrogatoria testibus ad defensam Rei examinandis, etiam si adsit accusator, qui voluerit illa dare, sed Iudex, seù Fiscus illos examinat, & interrogat super his, quae sibi videbuntur. At verò si accusator dabit aliqua interrogatoria. Iudex illa recipiat ad partes pro sua instructione tantum, sed non redigat in Actis. Quod est menti tenendum.

74 *Quoad sextum principalem*, an scilicet dentur casus, in quibus testes inhabiles recipi possint? Erit notandum Primò, inhabiles illos dici, qui testificari prohibentur, de quibus supra dictum est, sed tamen etiam isti in quibusdam casibus admittuntur, propter criminis atrocitatem, vt in crimine haeresis, sacrilegij, simoniae, laesae Maiestatis & huiusmodi, vt etiam suis locis notaui. Notandum est secundò, quod aliquando in subsidium testes inhabiles admittuntur, si alij idonei haberi nequeant ad delictum probandum, & hoc introductum est fauore Reipublicae, ne delicta remaneant impunita ex defectu probationum, & tunc recipi possunt consanguinei, amici, domestici, mulieres, viles, infames, & similes, ita de communi testatur Decius *in consil. 3. n. 8.* Qui licet non probent, quoad poenam ordinariam infligendam; probant tamen ad poenam extraordinariam; vel ad indicium ad torturam. Marsil. *consil. 10. num. 1. lib. 2.* Grammat. *cons. 59. num. 12.* Clar. *in Pract. crim q. 24. vers. secundum est,* & latè Farinac. *de indic. & tortur. q. 37. n. 64. & q. 62. n. 63 & seq.*

75 Notandum est tertiò, quod licet regulariter extra casus exceptos, testes inhabiles, vt diximus, recipi non debeant; tamen si producantur ad defensionem Rei, puta ad probandam eius innocentiam, admitti debent. ita Speculator, *lib. 3. de inquisition. § 1. num. ..* & dicemus latiùs infrà *sect. 10. n. 73.* & notant Anton. Conci *cap. 12. delictorum num. 23.* qui dicit esse communem omnium Doctorum, ferè sententiam.

77 *Quoad vltimum principale*, scilicet super quibus interrogandi sunt testes, notandum est, quod Iudex interrogare diligentissimè debet testes super criminibus, iuxta text. *in l. testium, & l. in testibus ff. de test.* Eorumque depositiones in scriptis redigi per Notarium mandet. Nell. à Gemin. *in tract. de testib. 2. 1. num. 98.* tam si pro Fisco, quam si contra Fiscum faciunt. Scapp. *de iure non descript. lib. 3 capit. 51. num. 18.* Clar. *vbi sup. quaest. 23. circ. princ.* alias si tantum scribere faciat quae contra Reum tendunt, & non quae contra Fiscum, grauissimum peccatum committeret; & poenam falsi incurret, tam ipse Iudex, quam Notarius, seu Actuarius; quia hoc facere, esset fluctuationem veri. Bald. *in tract. de testib. 2. p. num. 24.* Iason. *in l. praescriptione n. 7. C. si contra ius, vel vtil. publ.* Et de eo strictissimè rationem reddere tenentur, cum sint causa multorum damnorum, quia ex dictis testium oriuntur indicia contra Reum ipsius carceratio, torturae, & aliorum tormentorum illatio, sententia condemnatoria, vel in corpus, vel in bonis ponitiua, & tel qua alia commoda, & praeiudicia grauissima. Vnde in interrogandis testibus magnam debet Iudex habere circumspectionem.

78 Hinc est, quod Iudices Deum timentes, postquam testes iurare fecerunt de veritate dicenda, iuxta text. *in l. iurisiurandum C. de test. cum alijs iurib. not. sup. num. 5.* interrogare eos incipiunt magna cum diligentia, quia multipliciter deponere possunt, & falsum; & verum; & nec verum, nec falsum in omnibus decem praedicamentis notatis ab Aristot. *in lib. de praedicament.* quae sunt substantia, quantitas; Qualitas: Relatio: Actio: Passio: Quando: Vbi: Positio, & Habitus; Ideo super eisdem subtiliter interrogandum est; Et Primò.

Circa substantiam, an ipse benè viderit, quod ille, qui damnum intulerit, fuerit homo, sine Titius, & non alter; cum etiam potuerit esse animal. Et circa substantiam potest testis falsum deponere, si dicat, quod Titius percusserit Caium cum ferro, & fuerit cum baculo, vel saxo, quia res, & persona substantia appellantur. Vnde Iudex diligentissimè interrogare debet, vt reddat causam, vnde scit, quod fuerit cum baculo, vel lapide, quia ratio, & causa scientiae in quolibet particulari, super quo deponit testis, est anima animans dictum illius, cum sine illa, sit, tamquam cadauer inutile ex quo nihil probat, sine causae scien ... *c. criminaliter 2. qu. 7.* Gloss. *in cap. si habes verb. idonee 24. quaest. 3.* & dictum est *sup. num. 44.* Bald. *in l. solam C. de testam. & in tract. de testib. 3. p. nu. 1.* Nell. *eod. tract. 2. p. num. 137.* Clar. *vbi sup. quaest. 53. vers. vlt. Praeterea. dixi.* Quapropter dicere debet: scio, quia interfui, & vidi, ac cognoui, vel audiui, &c. Quia non sufficit dicere, nisi ratio assignetur. *c. fin. 25. quaest. 1*

79 Est tamen aduertendum, quod si dicat, se audiuisse dici, quod fuerit talis, qui delictum commiserit, de quo est publica fama, tunc quaerendum est, a quo, seu a quibus dici audiuerit; quomodo orta fuerit talis fama, & de quo tempore; alias non benè probaretur fama, quia constare debet ortum habuisse a Personis grauibus, & fide dignis, & non a maleuolis, inimicis, nec leuibus. Honded. *consil. 99. n. 27* Caephal. *cons. 25. n. 16.* Foller. *in Pract. crim. for. saecular. in vers. Dentur capitula quod infrascript sub. num. 28.* Clar. *in eod. Pract. qu. 6. vers. amplius etiam.*

Item quod orta fuerit, antequam caperetur informatio, vel antequam caperetur Reus. Honded. *d. cons. 99. n. 29.* Bossius *in tit. d. partu supposit. n. 21.* Et si testis nominauerit Aliquos, a quibus dici audiuerit, Iudex illos examinari procuret, vel saltem constare faciat in processu, quod illi haberi non possunt, alias talis testis de auditu nullam fidem faciet, si illi haberi potuissent. Menoch. *cons. 96. n. 16.*

Sufficienter tamen probaretur fama, si testes dicerent, se scire, quia ita publicè dicitur, nec refert, quod dicant a maiori parte Populi DD. apud Clar. *d. qu. 6. vers. debent etiam,* contra multos, qui tenent debere dicere à maiori parte populi audiuisse.

De Famae probatione latè agunt Mascard. *de probationib. conclus. 745. cum plur. seqq.* Thom. Piper. *de fama tract. 1. p. 1.* Io Bapt. Alin. *in Prax. Iudic. par. 2 cap. 87. cum plurib. seqq.* & Alti, de quo etiam supra dictum est.

80 *Circa quantitatem*, quae est secundum praedicamentum, testis interrogandus erit super quantitate, vel continua, vel discreta, puta, an Tit. delinquens fuerit tali tempore, vel loco, solus vel associatus, a quo vel a quibus, an tres, quinq; vel quot. &c.

Quod in ciuilibus etiam seruatur circa quantitatem discretam, puta numerum, vt si testis dicat Titium promisisse, vel esse debitorem Caij in viginti, & reuera non debet, nisi decem, & similiter circa quantitatem continuam, vt si dicat Titium vendidisse partem Vineae vsq; ad talem locum, & reuera non fuerit tantum, sed minus.

81 *Circa qualitatem*, quae est tertium praedicamentum, debet testis interrogari, an delictum commissum fuerit de

dica

die, vel de nocte, nam dicat de nocte, & fuerit de die, erit, suspectus de falso, & tunc interrogandus erit, quomodo sciat, fuisse de nocte; & si respondit, quia erat præsens, & vidit, erit, iterum interrogandus: quomodo videre potuit, si erat de nocte, si respondeat, quod vidit ad lumen lunę, vel cum lumine, quod habebat, bona erit responsio & similiter, si dederit aliā rationem scientiæ grosso modo, quamuis non sit cum subtilitatibus Iuris. *c. si habes*, vbi Gloss. *in verb. dones 24. qu. 3.* quia has scire non tenetur Gloss. *in l. stipulatio ista. §. Hæ quoque ver. sed tenet. ff. de ver. signif.*

Vnde si interrogetur de subtilioribus Iuris circumstantiis, potest respondere, nescio, & eius dictum non redditur vitiosum. Est tamen benè verum, quod si interrogetur de subtilitatibus suæ professionis, vt si sit medicus, legista, chirurgus, obstetrix, & similes, tunc tenetur respondere concludenter, aliàs non excusaretur à falsi crimine *arg. l. cum quidam §. quod dicitur,* vbi Gloss. & DD. *ff. de acquir. hered.*

Quod etiam procedit in ciuilibus, vt si verbi gratia testis dicat, Titium mutuasse Caio tot frumenti modios bonæ, qualitatis, debet dicere causam scientiæ, quia vidit, vel audiuit ab eodem Caio, & sic de reliquis.

82 *Circa relationem*, quæ est quartum prædicamentum, & dicitur relatio duorum extremorum adinuicem facta collatio, Interrogandus erit testis, an sit pater, vel filius, consanguineus, affinis, amicus, vel inimicus delinquentis, vel alio modo ab ipso relationem habeat, de quo latè Foller. *in Pract. crim. for. sec. verb. capiat informationem numer. 33. & seqq.*

83 *Circa actionem*, quæ est quintum prædicamentum interrogandus erit de qualitate ictus, seù vulneris, an fuerit cum ense, vel baculo, & in qua parte corporis fuerit, & huiusmodi. Follerius *loc. cit.* post Bald. *in tract. de testib. pracis.*

84 *Circa passionem*, quæ est sextum prædicamentum erit interrogandus, an viderit corpus mortuum, vel domum concrematam, vel aliud maleficiũ commissum, et postea, quomodo sciat fuisse mortuum, concremata domus, et huiusmodi, & tunc respondere debet, quia vidit cadauer carere motu: et sensu: quod erat frigidum, exanque, et huiusmodi. Quod domus adhuc fumigabat, vel erat denigrata, ruinis obruta, &c. DD. *cit. prædictis locis.*

85 *Circa septimum prædicamentum Quando*, interrogandus erit de tempore commissi delicti, si non præcisè, saltem propinquo, puta die tali, circa horam decimamquintam &c. aliàs non concluderet. Innocent. *in cap. qualiter 2. de accus.* Follerius. *d. ver. capiat informationem. num 33. cum seqq.* Et si accidat quæstio de tempore, debet per asserentem probari. *clem. bona de rescript.* De reliquis quoad tempus dictum est sup. *numer. 42.*

86 *Circa octauum prædicamentum Vbi*, patet ex se, quod sit interrogandus de loco commissi delicti, designando illum in particulari, quoad fieri potest, per circumscriptionem de loci. Foller. *loc. cit.* locus enim aggrauat delictum, grauius enim punitur, qui deliquit in domo, quam qui in agro, quia præsumitur, quod data opera, & matura pręcogitatione illuc accesserit, pro committendo delicto. *arg. text. in l. aut facta §. locus. ff. de pœnis, & cap. aut. facta §. sed hæc vers. locus de pænit. dist. 1.* In domo autem dicitur factum, si intra ostia domus fuerit, secus, si extra. *§. Hoc quoque de pænit. dist. 1.* Et similiter aggrauat delictum, si fuerit factum in Ecclesia, vel in Curia, aut in alio loco simili. Blanch. *in l. fi. num. 200. ff. de q. stat. q. 64. par. 3.* Vnde furtum in loco Sacro efficitur Sacrilegium ratione loci. *d. cap. aut facta §. sed hæc vers. locus de pænit. dist. 1.* Faciunt notata sup. *n. 40.*

87 *Circa Positionem*, quæ est nonum prædicamentum, erit testis interrogandus de situ pertinente ad locum, vt si delictum commissum fuerit in aliqua domo, erit necesse, vt exprimatur, an fuerit sorsum, vel deorsum, & huiusmodi: Vel si fuerit commissum in aliquo agro: dici debet, an ille locus sit situs intra Diœcesim Episcopi inquirentis, vel alterius, & sic de reliquis iurisdictionibus Laicorum, & tunc iterum interrogari debet de causa scientiæ, quomodo ipse sciat, talem locum esse de tali iurisdictione, cum sit quid facti, sufficit tamen si respondeat, quod aliàs viderit puniri per Iudicem illius loci quemdam, qui deliquit in hodem loco, secus, si agatur de probatione certi actus, *vt in cap. qualiter, & quando 2. de accus.*

88 *Circa habitum*, qui est decimum, & vltimum prædicamentum, erit interrogandus testis diuersimodè, secundum diuersitatem subiectæ materiæ, cum possit hoc prædicamentum considerari actiuè, & passiuè, idest respectu delinquentis, & respectu iniuriam, vel damnum passi: & ideo non potest certa regula tradi, nisi quod generaliter, quando testis dicit, se ignorare nomen delinquentis, vel patientis, licet viderit, tunc erit interrogandus super signis cohærentibus, an scilicet illa persona, quam vidit delinquere, habeat aliquam cicatricem in facie, an sit barbatus, vel Ephæb. an cæcus, claudus, & sic de reliquis. Cuius staturæ sit: quibus vestimentis indutus erat, cuius coloris, & huiusmodi. Foller. *in Pract. crimin. for. secul. d. ver. capiat informationem à n. 33. vsque ad n. 37.*

PRAXIS PROCESSVS.

---

89 Deueniendo tunc de more ad Praxim formandi processum, pro continuatione eorum, quæ tradita sunt *sup. sect. 3. praced. in fin.* dico, quod si occurat casus, vt concedenda sit Remissoria in partibus pro examinãdis testibus, extra locum propriæ iurisdictionis, vel quando testes, aliquo ex prædictis modis supra dictis, non tenentur vel non possunt ad Curiam accedere, tunc fieri solet commissio sub infrascripta, vel simili forma, videl.

Forma commissionis examinis Testium, ad Curiæ Informationem.

Abb. N. V. I. D. Protonotarius Apostolicus (si sit talis) *& Illustriss. ac Reuerendiss. D. Episcopo N. in spiritualibus, & temporalibus Vicarius, & Officialis Generalis, &c.*

Magnifico Domino N. Locumtenenti, seù Iudici Terrę N. salutem in Domino sempiterna, &c. Cum Nobis pro parte N prædicta Episcopalis Curia Fiscalis Promotoris fuerit querulanter expositum, quod cum aliàs de anno, & mense per testes examinandos latiùs exprimendis N. de N. Clericus fecisset talem excessum; &c. (& ponatur factum, secundum contingentiam, & qualitatem eiusdem) *Quo circa pro eiusdem Fiscalis parte requisiti, ne delictum huiusmodi impunitum remaneret, & delinquens ex dicto delicto gloriari possit; Vobis committimus, ac in virtute sanctę obedientia, sub excommunicationis pœna, districtè præcipimus, quatenus statim visis præsentibus, & postea quam fueritis super hoc legitimè requisiti super pręmissis & alijs delictis per dictum N de N. commissis, & perpetratis, diligenter inquiratis. Necnon quoscumque testes de præmissis notitiam habentes, modijs eorum iuramentis secretè d. N. minimè citato examinetis, & examinari faciatis, & contra eundem deponere nolentes per censuras Ecclesiasticas, & alias pecuniaria pęnas, vsque ad inuocationem auxilij brachij sęcularis procedatis, & ad deponendum cogatis, & compellatis; eorumque depositiones, & dicta ad Nos fideliter quantocitiùs potueritis, transmittatis, Iustitiam ministraturos. In quorum fidem præsentes nostra manu firmatas, nostroque solito sigillo munitas fieri iussimus,*

Datum N. die ... mens ... Ann ... *N. Vicar. Gener. &c.*

Locus † sigilli.

N. Actuar. &c.

Vel poteris vti alia formula, prout tibi placuerit, dummodo in substantialibus non sit defectiua, de quibus videri potest in Praxi Ciuili supra *par. 1. sect. 2. subsect. 7. num. 42.* vbi plures formulas posui commissionis examinis testium in caussis pecuniarijs, quę mutatis mutandis deseruire possunt, etiam in Criminalibus.

90 Ordo autem seruandus per Iudicem Remissorialem, seù per commissarium in Criminalibus est vt post quam illi præsentatæ fuerint literæ Commissoriales, faciat citari testes sibi per partem, vel per ipsummet Iudicem committentem examen insinuatos, deputando locum audientiæ, (si non sit Iudex Ordinarius) scribam, ac nuncium. Aduenientibus postea testibus, iuramentum illis præstandum erit de veritate

te dicenda super crimine, & examinantur per ipsummet Iudicem singuli separatim, & secreto; faciendo in scriptis tenegi per Notarium, seù Actuarium causæ fideliter omnia, quæ dixerint, tam pro, quam contra Fiscum: & completo examine, transmittere illud debet clausum, & sigillatum per fidelem Nuncium ad Iudicem, qui huiusmodi examen commisit. Qui postea visis omnibus Actis procedit ad vlteriora, seruatis seruandis, de quibus passim dicemus infra in sequentibus Sectionibus. Ordo verò seruandus per Iudicem remissorialem in Ciuilibus, positus fuit per Nos supra in Practica Ciuili *p.2.d.sect.2.subsect.7.n.47.cum seqq.* qui deseruire in multis potest, etiam in Criminalibus. — *cap.* ~~non~~ *149*

Forma insuper examinis testium pro Curiæ informatione habetur supra *sect. praeced. n.90.* ideo non ponitur hic.

SECTIO V.

De Coactione Testium.

SVMMARIVM.

1. *Omnes regulariter cogi possunt ad testimonium ferendum, qui non sunt priuilegiati.*
2. *In Ciuilibus praesertim, sed veritas aliter haberi nequit, etiam priuilegiati coguntur.*
3. *In Criminalibus de Iure Ciuili testes cogi possunt.*
4. *De Iure verò Canonico cogi nequeunt; sed tantum moneri.*
5. *Iudex Ecclesiasticus compellit laicos sua iurisdictioni subiectos.*
6. *Canonistæ admittunt testes cogi non posse aliquando.*
7. *Testis officium publicum est, & ideo compelli potest.*
 Officium testis publicum dicitur.
8. *Sed quod etiam de Iure Canonico cogi possunt, probatur.*
9. *Respondetur ad contraria multis exemplis.*
10. *Contemptus monitionis parit contumaciam, & ex contumacia oritur punitio.*
11. *Monitoriales conceduntur, etiam vt publicetur fur.*
12. *Manifestatio furis, secundum Canonistas, quomodo facienda.*
13. *Absolutè concluditur posse testes cogi in criminalibus.*
14. *Testes per Iudicem Ecclesiasticum compelluntur censuris Ecclesiasticis.*
15. *Monitio praecedere debet poenam.*
16. *Iudex potest ab illa poena incipere, quæ magis timetur.*
17. *Testes cogi possunt poena mulcta; vel pignorum.*
18. *Ius Ciuile seruari potest à Iudice Ecclesiastico, si Iuri Canonico non aduersetur.*
19. *Testes per Iudices saeculares in criminalibus compelluntur per carcerationem, & per torturam.*
20. *Delegatus cogere etiam potest testes ad testificandum.*
 Concessa principali censetur concessum accessorium.
21. *Testis excommunicatus in contumacia, si compareat, allegando iustum impedimentum, an traheatur excommunicatus legitimè.*
22. *Testes in Criminalibus examinandi sunt coram Iudice.*
23. *Testes extra locum Iudicij expensas habere debent à parte producente.*
24. *Personæ priuilegiatæ, quæ compelli non possunt ad testimonium ferendum.*
 Libertus contra Patronum non compellitur.
 Neque frater contra fratrem.
 Neque Clericus per iudicem laicum.
 Neque infirmi: Neque senes.
 Neque Consanguinei, vel Affines, &c.
25. *Personæ priuilegiatæ testimonium valet, si sponte se examini subiiciat.*
26. *Personæ priuilegiatæ testimonium similiter valet, quando aliter veritas haberi nequit.*
27. *Tortura infertur testibus aliquando in causis criminalibus.*
28. *Testis torqueri non potest, nisi prius constet de corpore delicti.*
29. *Testes torqueri non possunt, quando compelli nequeunt ad testificandum.*
30. *Testes non integri torqueri non debent.*
31. *Testes torqueri non possunt, quando contra Reum non praecedunt indicia.*
32. *Testes neque torquentur, nisi praecesserint indicia contra illum.*
33. *Confessio Rei facta sine indicijs an afficit ipsum.*
 Indicia in testibus torquendis, qualia esse debent.
34. *Testes torqueri non debent, antequam Reus constituatur.*
35. *Persona in dignitate constituta, an torqueri possint pro testimonio ferendo.*
 Doctores torqueri nequeunt regulariter, tamquam testes.
36. *Testes allegantes causam ignorantiæ facti non torquentur.*
37. *Testes, si plures fuerint, non omnes torquendi.*
38. *Testis tortus alia vice pro eadem causa, non torquetur iterum, nisi variauerit.*
39. *Minores 14. annis torqueri non possunt pro testimonio ferendo regulariter.*
40. *Sacerdotes; an torqueri possint.*
41. *Testis recusans respondere sine iusta causa, torqueri potest.*
42. *Testes torquentur solum, quando veritas aliunde haberi nequit.*
43. *Personæ, quæ torqueri possunt pro testimonio ferendo, quæ.*
44. *Varius testis, quis dicatur.*
45. *Vacillans testis, quando dicatur?*
46. *Contrarius testis, quando dicatur.*
47. *Tortura testibus in Ciuilibus, an infligi possit.*
48. *Variatio, vacillatio, & contrarietas constare debet in Actis ad effectum torturæ.*
49. *Variatio, vacillatio, & contrarietas esse debent circa factum substantiale.*
 Variatio huiusmodi circa factum principale, quando dicatur.
50. *Examen primum testis, an ipsi legendum.*
51. *Verisimiliter informatus torqueri potest.*
52. *Subornatus testis torqueri potest.*
53. *Negans interfuisse facto torquetur.*
54. *Negans vidisse, sed fatens interfuisse facto, torquetur.*
55. *Principalis offensus negans cognouisse offendentem; torqueri potest.*
56. *Vltroneus, & spontaneus testis torqueri potest.*
57. *Vicinus torqueri pro testimonio ferendo.*
 Vicinus quis dicatur.
58. *Domestici, & familiares torqueri possunt pro testimonio ferendo.*
59. *Obliuiosus, an torqueri possit pro testimonio ferendo.*
 Obliuio, per quod tempus inducatur.
60. *Recusans respondere negatiuè, vel affirmatiuè torqueri potest.*
61. *Viles personæ, an torqueri possint.*
62. *Infames testes ex quacumque infamia torquentur.*
63. *Mendaces testes, si mendacia committantur, an torquendi.*
64. *Testes inhabiles, torqueri debent.*
65. *Socius criminis, vti testis contra consocium torqueri debet; aliàs non probaret.*
66. *Socius criminis torqueri debet in faciem nominati.*
67. *Tortura testium debet esse leuis.*
 Tempus torturæ testium.
68. *Stylus Curiæ in Criminalibus pro lege seruandus est.*
69. *Testibus torquendis non dantur defensiones.*
70. *Iteratio torturæ testium permittitur vsque ad tertiam vicem.*
71. *Copia indiciorum, an danda sit testi torquendo.*
72. *Socio criminis torquendo, quando danda sit copia indiciorum.*
73. *Ratificatio confessionis testis torti, an requiratur.*
74. *Ratificatio confessionis socij criminis requiritur de necessitate.*
75. *Dictum primum, vel secundum, quando attendendum in pluribus depositionibus contrarijs.*
76. *Examen secundum in tortura factum, an praeferatur primo simili.*
77. *Effectus torturæ, quis?*
78. *Iudex iniustè torturam infligens poena mortis puniendus venit de Iure Ciuili.*

76 Tor-

79 *Tortura inferri nequit, quando veritas alio modo haberi post, quia est remedium subsidiarium.*
80 *Tortura incommoda, qua?*
81 *Suggestio in interrogandis testibus vitanda.*
82 *Interrogatio capitiosa vitanda, & qua sit?*
83 *Suggestio in testibus quotuplex sit, & quomodo cognoscatur.*
84 *Perquisitio domus Rei ex testium dictis, quare fiat?*
85 *Perquisitio in domo Rei, quomodo facienda.*
86 *Testis falsus puniri potest a quolibet Iudice.*
87 *Talionis pœna antiquitus puniebatur.*
88 *Falsus testis, quomodo puniatur à iudice laico.*
89 *Testis falsus deponens coram Iudice Ecclesiastico, potest ob eodem puniri.*
90 *Falsus testis tenetur reficere damnum cum periculo propria vitæ.*
91 *Testis falsus, vt pœnam ordinaria puniatur, quid requiratur?*
92 *Falsum deponens, etiam sine iuramento, punitur.*
93 *Falsum testem inducens pœna falsi punitur.*
94 *Clericus falsum dicens coram iudice laico puniri debet à Iudice Ecclesiastico, non laico.*
95 *Clericus nullo modo prorogare valet iurisdictionem Iudicis laici.*
96 *Clericus falsum deponens, quomodo puniendus?*
97 *Falso testi opponi possunt quæcumque crimina.*
98 *Crimina tamen falsa opponi ei nequeunt.*
99 *Instantia Fisci forma pro testis condemnatione.*
100 *Mulcta sententia forma.*
101 *Tortura testis infamis decretum.*
102 *Torturæ testis varij, vacillantis, &c. Decretum, qualiter formandum.*
103 *Tortura testis verisimiliter informati Decretum.*
104 *Torturæ testis subornati Decretum.*
105 *Perquisitionis domus forma.*

1 Vlla sunt quædam magis necessaria ad vastam testium materiam facientia in præcedenti Sectione quarta: verum quia restabant explicanda multa alia pro pleniori ipsis notitia, operæ pretium duxi in præsenti, illa breuiter percurrere. Vnde seruato solito more plura examinanda erunt. Primò, an testes cogi possint ad testificandum per Iudicem in criminalibus. Secundò, quomodo compellantur. Tertiò, an sint aliquæ personæ, quæ compelli nequeant. Quartò, an possit Iudex in causis criminalibus aliquando torturam inferre testibus, qui veritatem deponere recusant. Quintò quæ sint Personæ, quæ regulariter torqueri possunt pro testimonio ferendo in criminalibus. Sextò, an requiratur ratificatio confessionis per testem factæ in tortura. Septimò, quis sit effectus torturæ testis. Octauò, an testes laici falsum deponentes coram Iudice Ecclesiastico possint per eumdem puniri.

Quoad primum est notandum, quod dubium multiplicem sensum habere videtur intelligi enim potest, & de iudice Sæculari, & de Iudice Ecclesiast. & de causis ciuilib. & de causis criminalibus. Propterea ordinatè procedendum erit. Et sic dico, quod cum testis officium, publicam vtilitatem respiciat, de Iure Ciuili secundum Baldum *in rubrica Decretal. de testib. cogend.* publicum est, quamuis Gloss. *in ead. rubric. in princ.* dicat quod est quasi publicum. Vnde cogi possunt omnes qui de iure tenentur ad testimonium ferendum, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, nisi sint, personæ priuilegiatæ de quibus inferius, *vt habetur in l. si quando*, vbi Gloss. Bart. & Alii. *C. de testib. & in l. 3. §. lege ff. eod.* & tradunt Specul. *l. 1. de teste §. 11. nu. 3. & 4.* N. llus *in tract. de testib. nu. 39.* & latè Monticell. *in tract. seu repertorio testium, quod habetur in quarto volumin. tractatuum. fol. 2*[illegible]*8. tit. compelli quomodo possint testes* Gayllus *l. 1. obseruationum obseru. 100 tit. de testib. ad perhib. testib.* Farinac. *de testib qu. 78. num. 57.* Pax. Iordan, *tom. 3. elucubr. diuers. lib. 14. tit. 19. nu. 40.*

2 In Ciuilibus enim regulariter omnes cogi possunt ad testificandum, *cap. quisquis metu 11. quæst. 3. & l. prosit. si quando C. de testib.* si se gratia, odio, amore, vel timore subtraxerint. *capit. 1. & cap. dilectorum, & per tot. de testib. cogend.* Imò Host. & Ioann. Andr. *in d. cap. 1. de test. cog.* & Farinac. *d. qu. 78. numer. 18.* & Alij apud ipsum dicunt, quod quando aliter veritas haberi non potest, etiam priuilegiati cogi possunt ad testimonium ferendum. Idem dicit Ludouic. Roman. *in singular. 303. incip. ex habes* Felin *in d. cap. 1. vers. item in quantum col. final. de test. cog.* vbi idem firmat de testibus inhabilibus, nam in auxilium veritatis admittendi sunt, de quo vid. Ioan. de Turrecrem. *in summ. 2. q. 5.* vbi latissimè, agit, quando quis teneatur, & quando cogi possit ad testificandum, & Socein. *in suo tract. fallentiar. in regul. ac. 417.* vbi etiam latè agit, quando priuilegiatus cogi possit testificari in criminalibus, etiam de iure Canonico, & Cardinal. Zabarell. *in d. capit. dilectorum de testib. cogi.* Vnde firma remanet conclusio, quod in ciuilibus causis omnes cogi possunt, qui non sunt priuilegiati, vel ratione personæ, vel causæ. *c. scelus 2. qu. 1. c. falsa 8. qu. 3. c. inter querelas 23. q. 4. cap. Ecclesia 24. q. 3. c. crimina de collat. deteg. cap. cum fure de furt.*

Item coguntur omnes, quando de crimine ciuiliter agitur. *c. peruenit. 2. c. super his, & c. fin. de test. cog.*

3 In criminalibus autem, cum Reipublicæ intersit delicta puniri, & prouinciam malis hominibus expugnari, *c. vt fama de sentent. excom. l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil.* Bald. *consil. 400. col. 1. vol. 1.* receptum est de iure Ciuili, quod omnes compelli possint ad testificandum, nisi sint de his, qui cogi nequeunt, de quibus inferius dicemus. *vt habetur in cap. super eo in fin. de testib. cogend. c. si testes §. lege Iulia, & per tot. 4. qu. 3. l. 1. ff. de test. l. si quando C. eod. tit.*

4 De Iure verò Canonico testes ad testificandum compelli minimè valent in criminalibus, neq; à Iudice Ecclesiastico neq; a Seculari, sed tantum monendi, *vt probatur in cap. ex parte A. in fin. de testib.* & plenè per Gloss. *in cap. dilectorum de testib. cogend. & cap. 1. eod. tit.* & ita tradit Goffr. quem refert Bald. *in rubr. de testib. cog. circ. fin.* & Capell Tholos. *decis. 412.* vbi ait, Doctores communiter tenere, quod testes compelli non possunt ad testificandum, neque in his, in quibus testibus obijciuntur crimina per viam exceptionis. Quidquid tamen sit de iure, & secundum DD. prædictos, aliter hodie seruatur de consuetudine omnium Curiarum, tam Sæcularium, quam Ecclesiasticarum, ad pacem, & quietem Populorum conseruandam, & ita passim videmus cogi testes per quoscumque Iudices, & idem ait Follet. *in Prax. in crim. canon. c. 8. numer. 34. in fin.* quem refert, & sequitur Clar. *in Pract. crim. §. fin. qu. 24. vers. successiuè videamus*, & Alij, & pluribus rationibus firmabitur inferius.

5 Retenta autem hac sententia, difficultas esse poterit, an Iudex Ecclesiasticus compellere possit laicos sur iurisdictioni subiectos ad deponendum in causa criminali? Et an quilibet teneatur testimonium ferre?

Ad quam bimembrem quæstionem diuersimodè responderunt per Doctores, tam Theologos, quam Canonistas. Primò enim Sanct. Tho. *in 2. 2. q. 70. art. 1.* indistinctè loquens, nullam constituendo differentiam inter laicos, & Ecclesiasticos, ait, quod in aliquibus casibus requiritur ex necessitate alicuius testimonium, & in quibusdam alijs non. Quando requiritur alicuius subditi testimonium, quia tunc tenetur illud ferre, potest superior illius illum cogere ad testificandum in his, in quibus secundum Iuris dispositionem ab eo requiritur testimonium, vt in criminibus manifestis, & in alijs in quibus præcessit infamia. Si verò agatur de criminibus occultis, vel de quibus infamia non præcessit, non potest cogere, quia non tenetur ad testificandum. Quod si testimonium alicuius exigatur non authoritate superioris, cui obedire tenetur tunc sequens distinctio facienda erit, Aut enim testimonium eius necessarium est, vt eximatur quis ab aliqua iniusta pœna, vel à falsa infamia, vel ab iniquo damno, & tunc liber tenetur testimonium ferre, ex illo Regij Prophetæ Dauidis psalm. *Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate*, & Dauid. Paul. *ad Roman. 1. Digni sunt morte, non solum, qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*, vbi Gloss. ait, *consentire est tacere, cum possis redarguere*: Imo si non requiritur eius testimonium, tenetur facere quantum in se est, vt veritas manifestetur alicui, qui prodesse poterit: Aut verò requiritur testimonium super his, quæ spectant ad delinquentis condemnationem, & tunc non tenetur quis testimonium ferre, nisi à superiore compellatur iuris ordine seruato, & ratio est quia si veritas occultetur, nulli damnum prouenit. Neque est curandum de periculo accusatoris, quia ipse sponte ad illud se exposuit. Hanc Diu. Thomæ Doctrinam

num sequitur Syluester. *in summ. verb. testis numer.* 8. & Alii.

Alex verò de Ales. *in sua summ. part. 3. qu. 44. artic. 1. tit. de testib.* vtitur alia distinctione, dicit enim ipse quod testimonium veritatis aliquando requiritur ad purgationem innocentiæ, aliquando ad correctionem culpæ: aliquando ad condemnationem personæ, & aliquando ad rei propriæ recuperationem. Primò casu purgationis, si periculum esset, vt quis innocens condemnaretur, tamquam nocens, nisi aliquis testimonium veritatis ferat, tunc quilibet tenetur ad testimonium ferendum, ex illo Prouerb. *capit.* 24. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.* Et idem dicit procedere in secundo casu correctionis, præsertim coram Iudice Ecclesiastico, quia quilibet tenetur ad correctionem fratris, iuxta Domini præceptum. *Matthæi* 18. *& habetur in cap. si peccauerit* 2. *quæst.* 1. & In his casibus Iudex compellere poterit omnes ad testificandum, qui suæ iurisdictioni subsunt. In tertiò verò casu condemnationis in causis criminalibus, vel alias pœnam sanguinis ingerentibus, in foro Sæculari certum est, quod Clericus non tenetur testimonium ferre, & consequenter cogi non potest, imo prohibetur in his testimonium ferre, *vt habetur in cap. testimonium* 11. *qu.* 1. *& capit. sicut sacerdotes* 2. *quæst.* 7. & tradunt Abb. & Alii *in capit. de cætero notab.* 1. *de testibus* In quarto tandem casu recuperationis bonorum Clerici tenentur ferre testimonium, si requirantur à Iudice Ecclesiastico, & similiter quilibet alius, etiam Sæcularis. & tunc per censuras Ecclesiasticas compelli possunt, vbi res proximi aliquod periculum pateretur, ob defectum probationum, aliàs verò non teneretur; & hæc secundum Theologorum sententiam.

6 Secundum autem opinionem Canonistarum, præsertim Abb. *in cap.* 1. *num.* 1. *de testib. cogend.* dicendum est, quod regulariter quis non tenetur testimonium ferre in causa sanguinis, vel alias criminali, & sic cogi non potest; quod tamen limitat. *in cap. super eo, eod. tit.* vbi sequitur Innoc. *ibid.* quando quis ob timorem aduersæ partis se à testimonio subtraheret; sed in ciuilibus, inquit ipse ibi, quod omnes cogi possunt, ex eo quia testis officium publicum est iuxta doctrinam Bald. *in rubrica de test. cogend.*

7 Vbi notat de Iure ciuili publicum esse in genere, quia tenetur deponere veritatem, quæ Reipublicæ valde necessaria est. *l.* 1. *ff. de testib. & l. si quis ex assignatoribus, ff. quemadm. testam. aper.*

Aliquando verò testis officium est publicum authoritate, & vtilitate, vt in causis publicis. Gloss. *in l. sed si quis verb. obsignetur ff. quemadm. testam. aper.* Aliquando est publicum authoritate, & seueritate, quia Reipublicæ interest delicta puniri. *l. ita vulneratus, & l. licitatio §. quod illicitè. ff. ad leg. Aquil.* Ideo de iure ciuili cogi possunt testes ad testificandum in criminalibus, etiam per torturam *l. edictum & l. Diuus Pius. ff. de quæstion.* Et aliquando est publicum authoritate, sed vtilitate priuatum. *arg. l. qui testamento §. mulier. ff. de testam. & l. fœmina. ff. de reg. iur.*

Felinus verò *in præcitat. cap. dilectorum de testib. cogend.* simpliciter, & absque vlla distinctione tenet, opinionem Baldi *in rubric. de testib. cog.* esse omninò sequendam in eo quod dicit esse in arbitrio iudicis compellere, vel non compellere testes, etiam de iure Canonico, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, consideratis tamen periculo testis, vel vtilitate Reipublicæ.

Sed Nell. à San Geminian. *in tract. de testib. numer.* 40. tenet, quod in causis ciuilibus possint testes compelli, vbi veritas per alios haberi nequit. *iuxta cap. quamquam* 14. *qu.* 2. item in causis spiritualibus. *cap.* 1. *de testib. cogend.* Item in criminalibus ciuiliter intentatis, vt per inquisitionem. *cap. super his de testib.* At in criminalibus absolutè, firmat non esse compellendos.

Ægid. autem de Bellarm. *in d. cap. dilectorum de testib. cog.* dicit ipsum textum esse intelligendum, secundum mentem Hostiens. ibidem, vt scilicet testes quicumque; etiam in criminalibus de iure canonico cogendi sint arbitrio Iudicis, si sine causa à testimonio ferendo se subtrahant, vel aliæ probationes deficiant, si vero adesse viderit alias probationes vel quod testes iustam, se subtrahendi causam habent, non compellat.

8 Quid quid tamen diuersimodè afferant præcitati Doctores, ego absolutè teneo, in dubio semper posse Iudicem compellere quoscumque testes ex illo communi principio, quod in dubijs standum est regulæ, donec contrarium, seù exceptio probetur. *cap.* 2. *de coniug. leprosor. l. ab ea parte. ff. de probat. & l. illud C. de sacrosanct. Eccles.* Sed regulariter testes indistinctè compelli possunt de iure Canonico. *cap. super eodem cap. peruenit* 1. *&* 2. *cap. super his, cap. præterea, cap. cum contra, & c. venerabilis de testib. cogend.* Ergo cogi possunt, etiam de iure Canonico in criminalibus, sicut in ciuilibus.

Neque obstat text. & Gloss. *in dict. cap. dilectorum de test. cog.* Nam respondetur illam Decretalem esse intelligendam, quando excipitur de crimine contra testem, & leue infertur præiudicium.

6 Item neque valet argumentum, quod Gloss. *in d. capit. dilectorum* sumit, & Alij DD. Asserentes, non posse cogi testes in criminalibus de iure Canonico, fundantes se text. *cap. ex parte A. de testib.* vbi probatur, quod testes sunt monendi, ergo dicunt ipsi cogi non possunt. Nam respondetur, quod licet ibi dicatur, testes esse monendos, tamen non ex eo infertur, non posse cogi, cum, & ex alijs quam plurimis textibus Iuris Canonici probetur, Summos Pontifices fuisse vsos vero huiusmodi *vt moneantur* quidam, & tamen postea compelluntur, vt habetur *in capit. non minus de immunitat. Eccles.* vbi cautum reperitur, quod imponentes collectas clerici, vel Ecclesiæ; monendi sint; vt desistant. Et tamen certum est, quod nisi desistant, compelluntur per censuras Ecclesiasticas.

Idem secundò probatur *in cap. crapula de vit. & honest. cleric.* vbi Clerici crapulam, & ebrietatem exercentes monendi sunt vt eas vitent. Et tamen si non vitauerint, compelluntur per pœnas, & censuras Ecclesiasticas.

Idem tertiò probatur. *in cap.* 1. *& tot. tit. de cohabit. clericor. & mulier.* vbi habetur Clericos monendos esse, vt se abstineant à consortio mulierum suspectarum, & tamen si non se abstinuerint, excommunicari certè possunt *cap. si quisquam eod. tit. de vit. & honest. cler.*

Idem quartò probatur. *ex cap. fin. & tot. tit. de cleric. non resid.* vbi habetur, Clericos ad residentiam obligatos, & non residentes monendos esse: vt resideant: & tamen si non resederint, compelluntur censuris, & pœnis Ecclesiasticis; Et in pluribus alijs locis Iuris Pontificij hoc idem probatur.

10 Imo regula communis est in iure Canonico, vt antequam imponatur aliqua pœna, præcedere debeat monitio, ex cuius contemptu sequitur contumacia, & ex ista punitio, *vt in cap. sacro de sent. ex com. cap. de illicitu* 24. *q.* 3.

Confirmatur supradicta conclusio, quod possint compelli testes, quicumque; illi sint per Iudicem Ecclesiasticum, etiam in criminalibus, *ex cap. ad nostram, vbi communiter DD. de iureiur.* in quo habetur posse fieri monitionem generalem, quando ignoratur, qui possit veritatem deponere super aliquo, vt omnes illius rei notitiam habentes compareant, sub excommunicationis pœna ad releuandum. Vnde apparet manifestissimè, quod testes cogi possunt.

11 Accedit alia ratio, nam Iudex Ecclesiasticus litteras monitoriales pro rebus deperditis indistinctè cócedere potest vt omnes scientes, penes quem res deperdita reperiatur, reuelare teneantur, sub pœna excommunicationis, vt tradunt Abb. Anan. & Alii. *in cap. qui cum fure de furt.* Cyn. Bald. Angel. *& cæteri in l. ciuilo C. de furt. & lib.* 3. *§. si tibi indictum ff. de condict. ob turp. caus.* & Nos dicemus latè *in* 2. *tom. Prax.* 8. *nu.* 10. *& per tot.* Et non solum concedere potest monitoriales prædictas, vt res deperdita manifestetur; verum etiam, vt publicetur fur, qui illam surripuit Gloss. *in d. cap. qui cum fure verb. non indicat. de furt.* & Alii *ibid.* Abb. *in cap. dilectus notab.* 1. *de excess. Prælat. & in dict. cap. qui cum fure*, vbi etiam Alii, Iason. *in d. l.* 3. *§. si tibi fallent.* 1. Bertachin. *in tract. de Episcop. par.* 2. *lib.* 4. *qu.* 17. Neuizan. *in sylua Nuptial. lib.* 3. *nu.* 3. vbi latè, & amplist. etiam si quis iurasset non reuelare furem, vel sciret sub secreto naturali, vt adhuc teneretur propalare, & allegat pro sua sententia Aretin. *in capit. qualiter* 1. *de accusat. in fin.* Felin. *in cap. intimauit. col.* 1. *de test. & in cap. nouit. col. pen. vers. iuramentum de iud.* Capel. Tholos. *q.* 240. *incip. si iste fecit* Farin. *de testib. q.* 78. *n.* 149. vbi Alios citat.

12 Quia iuramentum de veritate tacenda non valet, cum peccatum includat. *cap. quisquis* 11. *quæst.* 3. *cap.* 1. *de crimin. fals. cap. intimauit de testibus.* Felin. *in cap. olim. col.* 3. *de accus.* Quamuis Theologi, præsertim Scot. 21. *dist.* 4. teneant, nullum obligatum esse ad furem detegendum, etiam si Papa præciperet

ter, quando est omninò secretus apud aliquem, quia secretum, secundum illos est de Iure naturæ, quod est fortius iure humano. Canonistæ tamen, præsertim Abb. *in d. cap. dilectus. de testib. prol. & in cap. omnis vtriusque sexus de pæn. & remiss.* distinctionem adhibet inter Clericum, & Laicum, & ait in Clerico procedere opinionem Scoti, & Theologorum: in Laico verò procedere opinionem Canonistarum, quia asserunt, teneri quemlibet manifestare furem. & ita tenet etiam Felin. *in d. capit. intimauit. de testib. & in cap. de cætero col. fin. de re iudic.* Henric. Buich. *in capit. pręc. qui cum fure de furt.* vbi Alios allegat. Neuizan. *loc. cit.* & latè Ripa. *in tract. de peste chart. antepen.*

13 Vnde firma remanet nostra sententia, quod omnes testes cogi possint per iudicem Ecclesiasticum, etiam in criminalibus, tum ex supra notatis; tum etiam ex communi obseruantia omnium Curiarum, ne delicta remaneant impunita. Si quis autem materiam fusius traditam videre desiderat, adeat DD. præallegator. signanter Hostiens. *in sum. rubr. de testib. cogen. §. in quibus causis, & §. quare in fin. & in capit. dilectorum post. numer. 3. de testib. cog.* & Farinac. *de testib. d. qu. 78. nu. 115. & seqq.*

14 *Quod secundum* principale, scilicet quomodo compellantur testes, notandum est quod de iure Canonico compelli possunt à iudice Ecclesiastico per censuras Ecclesiasticas. *cap. cum super, cap. cum contra, et cap. dilectorum de testib. cogend.* puta per suspensionem, interdictum, vel excommunicationem, *iuxta text. in cap. quærenti de verbor. signific.* Verum quia supradictæ censuræ ferri non possunt, absque prævia monitione. *cap. sacro de sent. excom. cap. reprehensibilis et cap. cum specialis de appell.*

15 Ideo necessario sequitur, prius monendos esse *capit. super eo, cum duob. seqq. de testib. coged.* nam semper admonitio præcedere debet vindictam *cap. indigne 12. q. 2.* & ibi Glos. *in verb. admonitio, et l. locum § si quis cum §. seqq. ff. de tabul. exhib. vbi Glos. verb. coercere.* Hinc inoleuit Practica in quibusdam Curiis Ecclesiasticis, quo quando coguntur testes ad testimonium perhibendum, fit citatio, vt compareantur ad deponendum veritatis testimonium infra nouem dies, quorū tres pro primo, tres pro secundo, & tres pro tertio, & vltimo peremptorio assignantur, sub pœna excommunicationis. Potest tamen assignari minor terminus, puta trium, vel sex dierum vel etiam maior, iuxta maiorem distantiam locorum, vel ob aliam rationabilem causam.

16 In quo est obseruandum, quod practica est contra multos DD. qui asserunt, Iudicem Ecclesiasticum debere prius monere testes: vt compareant, sub pœna suspensionis: & si non obedierint, debet comminare excommunicationem, & depositionem, & tunc si non venerint in termino præfixo, potest ferre excommunicationem, & si non venerint in tertio termino præfixo, potest ferre depositionem, Abbas tamen *in d. cap. super eo de testib. cogen.* dicit non esse necessarium supradictum ordinem seruare, licet melius esset, si talis grauatio seruaretur, quia Iudex incipere potest ab illa pęna, quæ magis timetur, quando facultatem habet plures infligendi *cap. quoniam in fin. vt lit. non contest. et capit. 1. de iudic.* & notant, Felin. *in cap. irrefragabile de offic. ordinar.* & Abb. *in capit. Postulasti col. 2. ad final. de iudic.* Quando autem possit Iudex pęnam imponere suo arbitrio, vide eundem Felin. *in cap. qualiter 2. §. corrigendos de accus. col. 6. vers. circa quartum,* & Abb. *in cap. cum ab homine de iud.*

17 Possunt etiam cogi testes per mulctæ indictionem *argum. l. vnic. ff. si quis ius dic. non obtemp.* seruata dispositione iuris ciuilis. Vel etiam coguntur captis pignoribus. *l. Iudices C. de fid. instrum. et l. curent ff. de testib.* Ad exemplum Tutorum, & Curatorum satisdare nolentium. *§. fin. Institut. de satisdat.* Tuo Gloss. *in d. l. locum verb. coercere ff. de tab. exib.* vbi plures textus alegat. & Speculat. *lib. 1. de teste § 13. n. 6. vers. fin.*

18 Neque obstat, quod tali compulsio testium deriuetur à Iure ciuili, nam vbi expresse non reperitur cautum contrarium de iure Canonico, seruari potest ius Ciuile, etiam in Curiis Ecclesiasticis. Et similiter quando leges ciuiles non sunt contrariæ Sacris Canonibus; aut Apostolis constitutionibus, seruandę sunt per Iudicem Ecclesiasticum in sua Curia. *cap. 1. cap. suscepitis, cap. si in audientiam, et capitel. quis autem 10 distinct.* Sed in hac parte per ius Canonicum non reperitur prohibitum, vt testes non possit per mulctæ indictionem, vel captis pignoribus compelli ergo, &c.

19 Est bene verum, quod Iudices Sæculares solent testes cogere, non solum mulcta indicta. *l. 1. in princ. ff. si quis ius dicent. non obtemperan.* & capis pignoribus *l. Iudices C. de fid. instr. § fin. Instit. de satisd.* verum etiam per exilii comminationem, per carcerationem, & per torturam in criminalibus, vt notat Angel. de Perus. *in tr. de testib. num. 12. ver. item cum agitur num. 23. cum seqq.* Conrad. *de offic. Prætor. fol. 113 nu. 16.* latè Gayll. *lib. 1 obseruat. de testib. ad perhib. testim. cogend. obseruat. 98. 100. & 110. n. 9. & 10.* Farinac. *de test. d. q. 78. n. 41.* vbi Alios congerit, Amon. *singular. 96.* dicens inductam carendi vsque ad bonorum confiscationem. Inde in casibus in quibus compelli possunt testes, torqueantur. Follet *in Pract. crim. fer. saeul. verb. capiat. inform. n. 41* Nat. *cons. 35. n. 5. volum. 2.* & Nos dicem. *inferiùs n. 27. cum seqq.*

20 Sed quæritur, an Iudex delegatus possit etiam cogere testes, quando sibi causa committitur?

Respondetur affirmatiuè, quia omnia ea commissa censentur, sine quibus iurisdictio exerceri non potest. *cap. præterea de off. deleg.* & concessa iurisdictione, quæ est principalis, concessa intelliguntur accessoria. *cap. de prudentia de donat. int. vir. & vxor, cap. prudentiam in fin. de offic. deleg. & arg. capitol. cum causam §. fin. de testib.* & tradit Speculat. *vbi sup. numer. 7.* & Abb. *in capit. 1. de testib cogen.* vbi etiam Alij DD *& in cap. cum contra, & in capit. dilectorum eod. tit.* Idem Abb. *in d. capit. prudentiam §. si verò col. 1. vers. item nota de off. deleg.* & Ruman. *cons. 330.*

21 Quæritur, secundò, an testis excommunicatus, ob non comparitionem ad deponendum, si postea comparuerit, & allegauerit, se fuisse legitimè impeditum, censeatur legitimè excommunicatus?

Respondetur cum distinctione: aut enim loquimur, quoad Deum in foro Poli: Aut quoad Ecclesiam in foro fori: in priori casu Glos. *in cap cum super. verb depositionis. de testib. cogend.* tenet huiusmodi non esse excommunicatum. In secundò verò casu, quoad Ecclesiam secus; sed probato iusto impedimento illicò absoluendus est: ad quod facit etiam Glos. *in c. quisquis. verb. occurreret. 4. q. 5* sententiam Glosæ sequuntur ibi multi DD. & Imol. *in cap. P. & G. de offic deleg ant. fin.* & notat etiam Hostiens. *in d. cap. cum super num. 4* & Felin. *ibidem num. 2. & n. 7. & 8. de testib. cogen.* vbi de communi testatur; ibi tamen limitari tribus modis, & scilicet in Delegato: & quando Iudex sciuisset impedimentum, & quando excommunicatio lata esset in contumaciam. Hanc quæstionem tetigit. Clar. *in Pract. crim. §. fin. qu. 26. vers. sed pone* vbi citat Follet. *in Pract. crim. can. cap. 8. num. 38.* tetigit etiam Pax. Iordan. *d. tom. 4. lib. 14. titul. 19. num. 30.*

22 Quæritur tertiò. an cogi possint testes absentes, vt accedant ad testimonium ferendum coram Iudice, qui de causa criminali cognoscit?

Respondetur affirmatiuè, nàm licet in ciuilibus possit Iudex examen testium committere. *cap. constitutus, in fin.* vbi Gloss. *verb. transmittens. de fideiussor. l. Iudices. C. de fid. Instrum* tamen in criminalibus, testes examinandi sunt coram Iudice, qui causam, cognoscit. *Authentic. apud eloquentissimum. C. eod. tit. de fid. instr. & §. Et quoniam semper. Authentico de testib.* Glos. *ibid. & in d. §. transmittens*, & Spec. *de teste §. 3. num. 15. vers. nam in criminalib.* & Ego dixi Supra *in Practic. ciuil. part. 2. sect. 2. subsect. 6. num. 15.* latè, sed in multis casibus etiam in criminalibus committitur examen, *ut diximus in praced. section. numer. 60.*

23 Sed iterum quæritur, cuius expensis venire debeant ad iudicium pro testimonio ferendo?

Et respondetur, quod producens, seù petens eorum testimonium, præstare debet expensas itineris, tam in eundo, & redeundo, quam in permanendo in loco iudicij. *cap. si testes. §. liberi testes. verb. venturi. 4. quæst. 3. c. statutum. §. ven.* & ibi Glos. *ver. à producente de rescript. in 6.* Abb & Alij DD. *in cap. cum super de testib. cogend.* & ista censuit pluries Rota, quod expensæ subministrandæ sint testibus à parte testimonium petente, *vt in vna Melphitana executionum coram A. C. p. r alia Cremonal. de postea Catalons, & in Alia Asian'n. Exequutionum coram eod. A. C. pro alia eiusdem* Cassador *decis. 3. de dilation. num 3.* Buccac. *de litt. remissorial. c. 3. n. 49.*

Quod quidem procedit etiam in ciuilibus, *vt in d. cap. si testes verb. venturi, & dict. cap. statutum. § ven. de rescript. in 6.*

& l.

& l. quoniam C. de testib. Specul. *de teste princ. §. 3. n. 12. vers. testes autem* & ibi Ioan. Andr. *late in addit. verb. quoniam.*

24 *Quoad tertium* principale, nimirum an sint aliquæ Personæ, quæ compelli nequeant ad testimonium ferendum, notandum: est plures esse personas, quæ in causis criminalibus compelli non possunt.

Et Primò libertus, contra Patronum, etiam si voluerit, non potest esse testis. *c. si testes. §. lex Iulia. 4. q. 3. l. 4. ff. de testib. & l. aduersus. C. eod. tit.* Specula: *de test. §. 13.* DD. relati à Farinac. *in Pract. crim. p. 2. de testib. q. 54. per tot.* Quod procedit, tam in ciuili, quam in criminali causa, quia in prædictis Iuribus indistinctè sermo habetur. *arg. text. in c. inconsultuisse 2 q. 5. c. inter corporalia de transl. & l. 1. §. 2. ff. de aleator.*

Secundò, frater contra fratrem ad testificandum cogi minimè potest in causis criminalibus *d. cap. si testes. §. lege Iulia 4. q. 3.* Alber. *de testib p. 2. in princ. n. 1. & n. 3.* vbi dicit de communi Doctor. sententia. Limitatur tamen conclusio in aliquibus criminalibus, vt dictum est supra *section. 4. n. 24.*

Tertiò, Clericus cogi non potest in causis criminalibus ad testimonium ferendum. *c. si quis presbyter. 2. q. 5. c. statuendum. 2. q. 6. c. generaliter. 15 q. 1. c. testamentum 16 q. 1. c. quamquam. 14. q. 2. & tot. tit. de testib. cogend.* Farinac. *d. q. 76. n. 74.* Quod quidem intelligendum est de Iudice sæculari, non autem de Iudice Ecclesiastico. Iste enim cogere illum potest etiam ad testimonium ferendum coram Iudice laico, dummodò iurent coram suo Iudice Ecclesiastico. Farin. *ibid. num. 78.* & diximus supr. *secti. præced. num. 32.*

Quartò, valetudinarii, & senes, qui septuagesimum annum agunt. *l. 1. C. qui atat. vel. prof. se excus. c. si testes, §. inuiti. 4. q. 3.* Farinac. *n. 64.*

Quintò parens contra filium, & è contra: Gener. aduersus soccrum, & è conuerso; Vitricus contra priuignum; & è contra. Sobrinus contra Sobrinum; & è conuerso; Agnati contra Agnatos: Domestici contra domesticos. Et Alii, de quibus. *in cap. si testes §. Inuiti, cum §. seq. 4. qu. 3. & l. inuiti. 1. & 2. ff. de testib.* late Farinac. *d. qu. 78. à num. 82. cum plurib. seqq.*

25 Est tamen aduertendum, quod licet supradictæ personæ priuilegiatæ cogi non possint ad testimonium ferendum, falli tamen si spontè testificari voluerint. *c. 1. 3. q. 5. & d. l. inuiti 2. ff. de test.* Et in tali casu optima cautela est, vt Iudex scribere faciat ab Actuario causæ quod sponte, non coacti testimonium ferant. *per text. in Auchent Presbyter. C. de episc. & cleric.* de quo late Farinac. Alios citans *dicta q. 78. n. 101.*

26 Fallit secundò in illis casibus, in quibus aliter veritas per alios testes haberi nequit, nam tunc etiam supradicti compelluntur. Glos. Azo, & Alii, *in d. l. inuiti. 2.* Host. *in capi. 1. de test. cog. num. 2. & 4.* Speculat. *vbi sup. num. 1. in fin.* & late Ludou. Rom. *singul. 193. incip. Tu habes,* Soccin. *in suis fallent. regul. 417.* Card. Zabarell. *in cap. delictorum de test. cog* Farinac. *ibid. numer. 108.* Pax. Iordan. *tom. 3. d. libr. 14. tit. 18. num. 18.* & Nos sup. *n. 2.*

Quod intelligendum est etiam in criminalibus, ne delicta remaneant impunita DD *in cap. 2. de testib.* & præcipue Hostien *num. 3.* Innoc. *num. 1.* Imol. *numer. 2.* Anchar. *num. 4. in fin.* & Abb. *num. 6.* Angel. *in tract. de testib. num 23.* Soccin. *reg. 417 fall. 1.* Foller. *in pract. crimin. can. cap. 8. numer. 11. 14. & 15.* Marsil. *in pract. crim. §. diligenter num. 81.* Decian. *respons. 48. numer. 1. vol. 3.* Anton. Gomez. *tit. de delict. cap. 12. numer. 24. in fin.* Clar. *qu. 24. vers. sciendum est etiã. fin. & ibidem* Baiard. *num.* Villagut. *in pract. crim. lib. 8. tit. de test. cap. 2. conclus. 2.* et Alii penes Farinac. *qu. 78. num 124. & cons. 29. num. 8.* Quia nisi per tales testes fieret probatio, veritas occultaretur in detrimentum Reipublicæ.

27 *Quoad quartum* principale, an scilicet possit Iudex in causis criminalibus agnando torturam inferre testibus, qui veritatem deponere recusant, notandum est, quod tam de Iure Ciuili, quam Canonico permissum est Iudici testes torquere, quando delicta, et delinquentes sine iusta, ac legitima causa propalare renuunt, vt colligitur ex *capit. illi*, vbi Glos. DD. commun. *5. qu. 5. & in cap. super his de pen. & in cap. quod verò 15. q. 6.* Verum quia tortura non est tam facile infligenda, etiam principalibus Reis delinquentibus, nisi præcedentibus indiciis sufficientibus, et aliis, de quibus dicemus infrà *sect. n. 4.* à fortiori magna circumspectio adhibenda est in illa inferenda testibus. Ideo, ne testes indebitè torqueantur, plura requisita necessariò consideranda sunt, ac diligenter inuestiganda.

28 Primò igitur requiritur, vt legitimè constet de corpore delicti, *iuxta tradita supra sect. 1.* antequam testes torturæ supponantur pro manifestanda veritate contra Alios. Brun. *de indiciis. p. 2. qu. 4. num. 11.* Foller. *in Pract. crim. for. fac. in ver. capiat information. num 38. & seqq.* Et ratio est, quia si non potest torqueri principalis delinquens non constito de corpore delicti, *vt supradict. sect. 1. dixi*, multo minus torqueri debet ipse testis. Boss. *in tit. de tortur. test. num. 43.* Farinac. *in Pract. crim. qu. 79. num. 70.* Maur. Burgens. *de mod. proced. ex abrupt. quæst. 100. num. 130.*

29 Secundò, vt sint testes, qui compelli possint ad testificandum, quia si fuerint in priuilegiati, qui testimonium ferre non tenentur, de quibus dictum est suprà, torqueri non possunt; *vt habetur in l. 1 §. si seruus bona fide ff. de quæstion.* de quibus habetur *in l. 4. & 5. ff. de testib. & diximus in præced sect.* Brun. *d. q. 4. nu. 9.* Foller. *dict. nu. 38. vers. est tamen notandum.* Farinac. *vbi sup. num. 28.*

30 Tertiò, torqueri non debet testis, si esset talis, vt contra eum opponi possent exceptiones, ex quibus infringeretur eius depositio, ne frustra subiciatur tormento torturæ, absque vllo proposito. Bart. *in l. 1. §. si quis dicentur ff. de qu.* Brun. *d. quæst. 4. num. 10.* Foller. *vbi sup. d. numer. 28. vers. item est aduertend.* late Boss. *de indic. & considerat. ant. tortur. num. 133.* Bursatt. *cons. 226. numer. 113. vol. 1.* Addent. *ad Clar. in Prax. crim. q 25. litt. A.* Farinac *d. q. 79. nu. 52.* vbi de communi testatur; & declarat, hoc intelligendum, quando Iudex non haberet alia indicia contra Reum, & fundare vellet intentionem suam solùm in tali teste non integro; secùs si haberet alia indicia, quia tunc torquere posset illum pro illis coadiuuandis, prout etiam hic tradit Foller. *vbi sup. d. numero 38. vers. sed hoc puto.*

31 Quartò, requiritur; vt præcedant indicia de delicto commisso cõtra Reum principalem de ipso inquisitum. Brun. *dict. par. 4. numer. 13. in princ. & cons. 61. numer. 3 par. 1.* Baiard. *ad Clar. d. qu. 25. n. 36* Bertaz. *consil. 549. n. 3 vol. 2.* Farinac. *cons. 22. num. 1.* vbi ait, indicia debere esse sufficientia ad torquendum Reum; aliàs testis torqueri non posset. Et idem firmat. *in d. qu. 79. nu. 71.*

32 Quintò, requiritur; vt vltra indicia contra Reum; præcedant etiam indicia contra testem ipsum, quod scilicet fuerit similiter informatus de facto, & malitiose veritatem propalare recusauerit; aliàs si torqueretur, eius depositio non noceret principali, vel nominato in Inquisitione aut in examine. Decian. *cons. 151. num. 19. vol. 4* Bertaz. *cons. 154. nu. 6.* Burs. *cons. 216. num. 513. vol. 2.* Baiard. *ad Clar. quæst. 25. nu. 32.* Farinac. *cons. 22 num. 22. & q. 89. n. 73.*

33 Et ratio est quia nullum oritur præiudicium confitenti, aut nominato ex confessione sine indicijs, aut quouis modo illicito emanata. Bursat. *ubi sup. num. 116.* Baiard. *ibid. & num. 35. & 36.* vbi dicit quod de eis constare debet in actis. Anton. Gommez. *de delict. cap. 13. num. 25.* Decian. *d. cons. 152. num. 17.* Grammat. *cons. 11. num. 28. & vol. 6. num. 15.* Et nota, quod quamuis Indicia in testibus non requirantur tam grauia, vt in Reis. Baiard. *vbi supr. num. 9.* & Alii apud illum, ad effectum illos torquendi, remittitur tamen Iudicis arbitrio, qualia esse debent. Claud. Bertazz. *in addit. ad Patrem in cons 153. in prima addit. in fin.* Farinac. *qu. 79. num. 75.* vbi ait, sufficientia inditia ad torturam in testibus esse variationes, vacilationes, & verisimilitudinem, quod sint informati; vel negationem facti, cui interfuerunt, & negauerint, sed hoc non obstante conuincuntur de mendacio. Quod limitatur, quando torquentur ad tollendam maculam, vel infamiam, nam tunc sine aliis indiciis torturæ subiiciuntur: & sufficit vnus testis dignior ipso ad conuincendum; secus si essent conditione pares Boss. *de indic n. 37.*

34 Sextò, requiritur, vt priùs contestetur lis cum Reo, & sic examinetur, & negauerit; quia si confessus fuerit delictum, infligi non debet tortura testibus, qui tunc torquentur, quando veritas delicti aliter haberi nequit; non quando constat per Rei confessionem, Baiard. *d. q 25. num. 2. & 6.*

35 Septimò, requiritur, vt testes examinandi non sint in dignitate constituti, nam tunc torqueri non possunt, etiam si essent varii, aut vacillantes, nisi in criminibus exceptis Boss. *de tortur. testium num. 7.* Clar. *in d. qu. 25. vers. sciat tamen* & ibi

Baiard.

Baiard. numer 10. Farinac. d. q. 79. num. 54. & num. 62 vbi de communi, præsertim si in ... aliquo iudicio ... bente reperiantur; vel si client Doctores. Marsil. ... ex libero numer. 42. ff. de quæstion. Cæphal. consil. 164. numer. 8. vol. 4. Baiard. dict. numer. 19. vbi loquitur etiam in Clericis, qui tamen attento Iure Canonico torquentur. capit. ... qu. 5. qu. 5. sed iudice Ecclesiastico tantum, Villagut. in Practic. ... lib. 8. tit. de testib. capit. 7. concl. 3. & alibi inferius dicemus latius.

36 Octauò, requiritur, vt testes examinandi causam aliquam non habeant rationabilem circa facti ignorantiam, & ex illa causa, quam allegant, dicunt se factum nescire; nam tunc non sunt torquendi: quia Iudicis intentio redditur titubans, an sciant vel non sciant factum. Boss. de public. ... num. 29. in fin. & numer. 31. Foller. in d. verb. capit. ... numer. 19. circ. fin. Farin. d. qu. 79. num. 19. In quæstione vero 66. n. 24. Idem Farinac plures Doctores adducit, qui tenent causam debere probari.

37 Nonò, vbi testes plures fuerint examinati ad informationem Curiæ, & ex aliqua causa torqueri debent, non omnes torquentur, sed duo, vel tres tantum. Angel. de maleficiis, in verb forma publica numer. 49. Brun. de indic. part. 2. q. 4. numer. 8. Foller. d. verb. cap. inform. numer. 38. vers. item est aduertendum, quod non omnes. Clar. d. q. 25. vers. pen. Bursat. consil. 226. num. 112. volum. 2. Farinac. quæst. 83. num. 1. Maur. Burg. de mod. proc. ex abrupt. qu. 100. numer 35. Pertonal. de indic. & tortur. numer. 40. Tusch. in litt. T. conclus. 333. Caualc. de brach. Reg. par. 3. num. 37.

Sed quæritur, an idem seruandum sit, quando pluribus existentibus testibus suspectis, quod falsum deposuerint sint, aut veritatem suppresserint?

Respondetur affirmatiue; sufficit enim si duo; vel tres ad summum torqueantur. Bald. in l. datam operam numer. 26. C. de his qui accusar. non poss. quem sequitur Boss. de tortur. numer. 10. in fin. & num 45. latè Bertazz. cons. 153. num. 8. & Menoch. de præsumpt. l. 2. præsumpt. 55. nu. 2. Contrarium verò, quod scilicet remittatur Iudicis arbitrio, tam circa numerum torquendorum, quam circa modum, & qualitatem torturæ, tenent Brun. loc. prec. Clar. d. qu. 25. vers. torquentur etiam; & Alij allegati per Farinac. d. q. 79 nu. 77. Ego autem primam sententiam communem censeo.

38 Decimò requiritur, vt testis torquendus, non sit alia vice pro eadem causa tortus, quia tunc semel tor. us, non torquetur iterum, Cyn. & Angel. in l. fin. C. de quæst. Bursatr. vbi sup. numer. 115. Grammat. vot. 21. numer. 18. & vot. 6. numer. 9. Farinac. consil. 83. numer. 5. Personal. loc citat. numer. 42. Alias grauissimè peccaret; quia tortura repeti non debet, nisi testis variauerit primum dictum, vel nisi noua, & grauiora primis superuenirent indicia, vel nisi propria hoc bene purgasset. Gomez. de delict. capit. 13. numer. 26. Suar. receptar. sent. verb. tortura, num. 281. Baiard. ad Clar. d. quæst. 25. num. 33. Campeg. de testib. regul. 440. Farinac. quæst. 79. numer. 81. vbi concordantes adducit.

39 Vndecimò, requiritur, vt testis sit maior 14. annis, quia minor torqueri non potest, sed tantum ferula, vel bacillis cædi, Marsil. in l. ex libero. § ex minore numer. 2. ff. de quæstion. Brun. de indic. d. part 2. quæst. 4. numer. 16. Cyrill. in summ. crimin. rubr. 29 tit. de quæstion. 54 numer. 2 Farinac d quæstion. 79. numer. 55 & 51. vbi limitat in crimine læsæ maiestatis, in quo minor torqueri potest, sicut in alijs delictis atrocioribus, & exceptuatis.

40 Duodecimò, Sacerdotes torqueri non possunt de Iure, etiam, quod vacillauerint in testimonio ferendo. Bart. in d. ex libero numer. 1. & Marsil. numer. 2. Diaz. in Practic. crim. canon. verb. torturæ, num. 19. vbi ait quod Baldus solum in Margarita verb. Clericus, tenet torqueri posse Clericos. Sed tamen contrarium in Practica seruatur ferè in omnibus Curijs Ecclesiasticis, vt clerici, & Sacerdotes torquerantur, vt Colligitur ex d. §. qu. 5. quæst. 1. & tradit Gloss. in capitul. 1. vers. quod verò 15. quæst 6. Abb. Ioan. Andr. & DD. communiter in cap. cum in contemplatione. de reg. iur. & in cap. gramus, col. 1. vers. nota vlterius. de deposit. vbi extendit etiam ad causas pecuniarias. Felin. in cap. cum. col. 3. vers. testibus causa de rescr. Clar. d. quæstion. 25. vers. Sed an Clerici & ibid. Baiard. Boss. de tortur. testium numer. 5. Villalob. in collection. commun. opinion. litt. C. numer. 86. & ratio, quare Clerici testes torquentur, est, quia psi celando veritatem, grauius alijs peccant. cap. quam sit graue de excess. prælat. Ioan. Andr. & Alij in d. cap. cum in contemplatione, præsertim Abb. col. 2. vers. quinto quæro. & itidem Innoc. verb. pro crimine. Idem tenet Pax. Iordan, d. tom. 3. elucubr. lib. 14. litt. 18. numer. 202. & Alij relati à Farinac. in d. q. 79. num. 55. qui tenet torqueri posse de Iure Canonico, dummodò magna contra eos præcedant indicia, vt de communi testatur Abb. ind. capit. cum in contemplatione num. 6. Boss. vbi supra num. 5. Clar. ibid. Baiard num. 8. & Alij. Torquentur autem a suo Iudice Ecclesiastico, non à Iudice laico, etiam si coram eo falsum dixerint, vel vacillauerint, Clar. vbi sup. Card. Tusc. d. conclus. 334. nu 6. & Farinac. qu. 66. num. 103. & d. qu. 79. num. 58. Et nota quod etiam tenemus opinionem illorum, qui ... Sacerdotes torqueri non posse, si ex aliquo accidenti fuerint infames, vel alio modo torquendi, adhuc torqueri possunt, ad tollendam omnem maculam, & purgandam infamiam. Bald. in l. presbyteri num. 1. qu. 5. & 6. Zabarell. in d. cap. cum in contemplatione num. 8. de reg. iur. Farinac. d. qu. 79 num. 59. & Genuens. in Prax. Arch. Neap. cap. 10. num. 5 vbi dicit vnum singulare, quod quando testes laici aliquam maculam patiuntur, & testificantur contra Clericos, torqueri debent à iudice Ecclesiastico pro tollenda macula, alias non afficerent Clericos quod est menti tenendum, quia sæpissimè accidit.

Opinio autem Bartoli, & Aliorum asserentium, Clericos torqueri non posse, intelligi potest, si sint bonæ famæ iuxta tex. in c. Quia iuxta § presbyteri 5 q. 5. vb. Gloss.

41 Decimo tertiò requiritur, vt testis examinandus, sine iusta, & legitima causa recuset respondere, vel iurare, quia tunc torqueri potest, tàm publicè, quam in secretis, vt latè demonstrant Doctores, quos allegat Caualc. de Brach. Reg. p. 3. num. 62. & seqq. & in Pract. de testib. part. 1. num. 5. & par. 5. sub. nu. 175. int. 8. Limitatur tamen, quando interrogaretur super rebus tangentibus propriam turpitudinem; quam non tenetur illis responsum dare. Vel quando non interrogaretur iuris ordine non seruato, quia neque tenetur respondere, Caualc. vbi sup.

42 Decimo quarto requiritur, vt testes examinandi torqueantur solùm in subsidium, quando scilicet veritas aliunde haberi non potest, quia si veritas delicti sciri potest per alios testes, aut alio modo probari; non est insi genda tortura testibus. Maur. Burgens. de modo proced. ex abrupt. d. qu. 100. num. 135. in fine. Bertaz. consil. 153 nu. 8. l. 1. Farinac. d. qu. 79. nu. 76. & latius in consil. 44. n. 4.

43 Quoad quintum, quæ licet sint Personæ, quæ regulariter torqueri possunt pro testimonio ferendo in criminalibus notandum est, illas plures esse. Et Primò testes varij, Vacillantes, & contrarij. Bart. in l qui sine num. 4. ff. de qu. Baiard. ad Clar. qu. 5. nu. 7. Boss. de indic. qu. 4. n. 21. Card. Tusc. d. conclus. 33. litt. T. & Alij apud Farinac. qu. 39. nu. 7 & prac. 75. nu. 9. & cons. 22. & quæst. 56. num. 98. & seqq. vbi ampliat, & limitat plurimis modis.

Et quamuis variatio, vacillatio, & contrarietas sint termini synonimi, & confundantur sæpissime per Doctores, vt notat Boss. de torim. testi nu. 19. & seq. Cyrill. in sum. crimin. rubr. 29. tit. de q. §. 3. n. 2. Bertaz. d. cons. 153 n 1, l. 1. & Farinac. qu. 66. nu. 98 & d. q. 79. n. 10. tu. n. hilominus.

44 Varius propriè dicitur testis, quando nulla iusta, & legitima causa existente, & assignata dicit secundò contrarium eius, quod primò dixit, & deposuit. cap. si testes § qui falsò. & ibi Gloss. in verb varia. 4. qu. 3. & c. dilectus ... circ. fin. vbi etiam Clar. in verb. variauit. de tempor. ordinat. Specular. l. 1. de testib. § 1. nu. 70. Clar. q. 53. vers. quartus est, vbi tradit, prolixè distinguendo, cui dicto standum sit primo, an secundo.

45 Vacillans verò dicitur testis, qui timidè, & dubitando, variè loquitur. d. cap si testes §. qui falsò. Leon qui. §. de fals. l. 2. & l. qui falsò ff. de testib. latè Bald. cons. 311. lib. 2. Specular. & Clar. loc. citat. Farinac. de testib. qu. 66. in princ. & per tot. vbi latissimè agit de materia vacillationis, variationis, & contrarietatis testium, & Papienf. in Prax. form. opponendi contra testes. gl. ... contrarij; & in glos. item varij, vb Adden. Aliquando testis & vacillauit, & variat eodem tempore, vt habetur in capit. super his, de pœnis.

46 Contrarius tandem propriè dicitur testis, quando vnum dixit in primo examine, et contrarium dedicto dicit in secundo; vel si vnum dixerit extraiudicialiter, & aliud iudicia-

dicialiter; vel vnum in principio examinis, & contrarium in progressu ipsius; & iste sine dubio torqueri potest. DD. communit. Alex cons.63. in fin.lib.1 cons.251. in pn. lib.6. Bol. de tortur. test.num.21.in fin. quos sequitur Clar in d.qu.25.vers.sed pone. An autem tali casu standum sit primo, vel secundo dicto, vide eundem Clar. qu.53 vers. primus est casus. vbi affert multos. Doctores diuersas sententias tenentes.

47 Sed quæritur, an testibus variis vacillantibus, vel contrariis infligi possit tortura in ciuilibus?

Respondetur negatiuè, sed benè mulctari possunt etiam per pignorum ablationem, ut dix. sup. in Pract. ciuil. part.2. sect. 2. subsect.6.num.19. vers. coguntur autem. Et ita tenent communiter DD. vt testatur. Anton. Gomez. tit. de delict. cap.13.numer. 29. in fin. Cyrill. in summ. crimin. rubr.29.tit.de quest.83. numer.4. Marches. singul. 188.. Quod procedit etiam in vilibus personis. Farinac.d.q 79. numer.34.63 & 68. Et ratio est, quia in Ciuilibus non torquentur neque principales: quantò fortiùs non erunt torquendi testes? Et hoc locum habet, etiam si aliquam maculam habeant, ad ipsam purgandam per torturam, vt fit in criminalibus: sed tali casu opponitur contra eos exceptio, vt non probent.

Limitatur conclusio, quando adesset suspicio falsitatis, quia tunc torqueri possunt, etiam in ciuilibus. § si verè ignoti Auth. de testibus, & tradunt DD. quos allegaui in d.part.2. Sect.2. Sub sect.6.num.20.

Limitatur secundo in Curia Romana, vbi depositiones testium in caussis ciuilibus, si contrarietates contineant, reproducuntur per viam querelæ coram Iudice criminali, per quem proceditur contra illos ad pœnam pro periurio, falsitate, vel contrarietate circa substantiale negotium, non circa rem modicam.

48 Nota hic, quod quamuis Doctores concordent, in hoc, vt testes ex varietate, vacillatione, et contrarietate torqueri possit, vt suprà diximus, et notatur per Tindar. de testib. p.2 cap.12 num.3. Boss. de tort.test. numer.2. Gomez. de delict. cap. 13. numer.19. et Farinac. in locis præcitatis supra numer.43. & in cons 43. numer.2. Bertaz. dict. consil. 153. numer. 1. Burlat. consil.216. numer. 108. vol.2. Addent. ad Peguer. decis.16. numer.8. vers. ulterum. & Alii. Semper tamen variatio, vacillatio, & contrarietas testis, ad effectum torturæ, constare debet in Actis, quod interfuerit facto; alias torqueri non poterit. leg. vnius §.in ea causa in fin.ff. de quæst. Alber. in d.rubr.ff de quæst.num.7. & in l.ex libero numer. 1.§. eodem Cyn. in l.fin. numer.5.C. eod. Paris in capit. quoniam contra vbi Alii numer.257.de probation. Honded. in tract. de quæst. & tortur.numer.8. Boss. vbi supr. numer.13. Farinac. quæst.86. numer.103.& d. quæst.79.numer.12. Baiard. ad Clar.d.quæst.52.num.13. Quod facit pro Aduocatis, vt ex hoc capite defendere valeant Reos clientes; quidquid dicat Thesaur. decis.24 n.3. vers.uerum.

49 Nota secundò, quod variatio, vacillatio, vel contrarietas, adhoc, vt tortura testibus inferri possit; esse debet circa factum principale, vel circa illius circumstantias substantiales, non circa alias accidentales. Boss. vbi sup. numer.27. Cyrill in summ. crimin rubr.29.de quæst.§.3.numer.1. Burlat. loc.cit.nu.520. Farinac. d.quæst.78. numer.14. Et ratio est, quia illæ tantum præiudicium afferunt, non istæ circumstantiæ. Mascard. de probat. conclus.743.numer.11.vers. secus autem Clar. d.quæst.53. vers. sciat tamen Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 34. num.5. Imò neque attenditur variatio, vacillatio, vel contrarietas in re modica. Alexand.cons. 24. nu.43.vol.2. Burlat consil.400. nu.11. vol.4. Baiard. ad Clar.qu.25.nu.16. Grammat. decis.43. nu.6. cons. 40.nu.15.cons 20. nu.7.& cons.47. nu.9. Dicitur autem varietas, vel vacillatio circa factum principale, vel eius substantiales circumstantias, quando esset circa tempus, & locum, secus si circa nomen, cognomen, pronomen, vel patriam delinquentis. Farinac. d.qu.79 nu.14. Vel si negauerit consanguinitatem, aut affinitatem. Magon. decis. lucens 50. num.14. Laderch. cons.188. num.1. vbi de communi Rim. Iun. cons.113.num.18.& cons.286.n.8. vbi latè.

50 Nota tertiò; quod si testis institerit, vt sibi legatur prima depositio, ad euitandam variationem, & Iudex cognoscit, hoc non facere calumniosè, fingendo se non recordari de primo dicto, cum bene sciat, quia factum est recens, tunc tenetur illi legi facere per Notarium causæ primam depositionem. Menoch. de arbitr. cas.109. nu.12.& seq. vbi ait valere multum Iudicis arbitrium in hoc. Idem firmat Scaccia. l.1.de iudic. c.86 nu.48. Etiam in Reo principali, & Caualc. de testib.part.4. num.172.

Item si testis protestetur in principio examinis, quod si variauerit a primo dicto, esse poterit per errorem, ideo semper se refert ad prius dicta: nam tunc Iudex talem protestationem admittere debet, & sic euitabit torturam. Foller. in Pract. crim. for. facul.verb.c. informat.nu.52. Menoch. de arbitr.d.cas.109.n.13. Grammat. cons.25. nu.10.

51 Secundo, torqueri possunt testes verisimiliter informati de delicto commisso; vt si quis erat præsens in loco, vel in domo, in qua Reus illud commisit. Vel si ipsemet testis iactatus fuerit cum aliquo, se omnia scire. Vel si interrogatus, an sciat factum, ipse negauerit nihil scire; et tamen ex testimoniis Aliorum constat illum interfuisse delicto, at esse de eo bene informatum. Vel si dixerit se nihil vidisse, vel non cognouisse, &c. De quibus constare faciat Iudex in Actis, antequam torturam inferat; quia tali casu redditur suspectus, quod veritatem malitiosè celare velit, vt in l. vnius §. Iudex ff. de quæstion. Boss. de tortur. test. numer.9. cum seqq. Brun. de indic.d.par.2.qu.4.numer.14 Foller. vbi sup.nu.54.in fin. Clar.d. quæst.25. vers. torquentur etiam. Cyril. in sum. crim. rub.19. tit. de quæst. §. 3. numer.2. Peronal. de indic. & tortur. numer 101. Claud. Bertazz. ad partem cons.166. in litt. A. vers. vel sit informatus de varietate. Ambros. de mod. for. proces. inform. libr. 1. c.40.nu.10. Farinac.d.qu.79.n.16 in fin. & Alij. Quo casu Iudex tales testes leuiter torquere debet Peronal. vbi sup. versic. sed leuiter.

52 Tertiò, Torqueri possunt testes subornati ab aliquo, vel ab ipso Reo, ne veritatem detegant, mediante pecunia, vel alia re, aut alio modo inducuntur ad negandum verum factum. Quod cognosci potest, si prius dixerint, se vidisse Titium tale delictum committentem, & postea negauerint. Vel dixerint fuisse Meuium, et nullam adduxerint rationem talis variationis a primo dicto; Tali enim casu torquendi erũt ad effectum detegendi a quo fuerunt subornati, & quomodo an propter pecuniam, vel alio modo; non uero ad effectum videndi in quo dicto perseuerauit, quia ob timorem subornationis standum est primo dicto. Mascard. de probat. conclus. 1340.numer.8. Rolland. a Vall. cons.73. numer.33. Cæuall. comm. contra commun. quæstion.88. Ambros. vbi sup. numer.8. cum sit acquisitum ius parti ex primo dicto, quod non est ab eo auferendum, sine eius culpa Alciat. de præsumpt. regul.2. præs.29. num.7. vbi de communi Caualc. de brach. Reg. part.3. num.209. præsertim si allocuti fuerint cum parte aduersa, nam tunc a fortiori statur primo dicto. Fachin. controuers. iur. libr.9. capit. 84. in fin.

Subornatus autem præsumitur testis, quando primum dictum medio iuramento, postea sine iusta causa reuocauerit. Mascard. de probation concl. 1341. numer. 8. vbi alias coniecturas subornationis adducit. vid. Vulpell. in consil.103.num.13. Et aduerte, quod testi afferenti in tortura, se fuisse ab aliquo subornatum, creditur ad finem inquirendi contra subornantes, vt tradit Bos. tit. de inquisition. post numer.49.& nu.156.circ.fin. Constito verò de subornatione, subornantes puniri debent pœna falsi, qui a falsum committere dicuntur, sicuti testes falsum deponentes. Clar. in l.5.sententiar.§.falsum vers. subornatus autem in princ.

53 Quartò, torqueri potest testis negans interfuisse facto, seu delicto, quando per alium testem nominatur, quod ipse interuenerit. Gomez. de delict. cap.13 numer. 24. Brun. de indic. p.2. quæst.4. numer. 13. Burlat. cons. 216 numer. 108. volum.2. vbi de communi Clar. d. quæst.25. vers. torquentur, & ibi Baiard. numer. 27. & quæst.64.num.20. Thesaur decis.42. numer.1. Farinac. dict. quæst.79. numer.20. & Alij apud illos: conuincitur tamen de mendacio per vnicam testem, dummodo sit omni exceptione maior, vel saltem maior ipse teste negante. Bos. de tort. test.n. 10. Brun. loc. citat. numer.5. Baiard. in d. quæst.25.numer.6. Farinac. vbi proximè numer. 21. Bursat. consil. 317. numer. 109. volum. 2. Genuens. in Prax. Arch. Neap. cap.10. numer.4. Caualcan. de testib. p.4. numer. 166. Mastrill. decis.92. numer.6. vbi tamen ait hoc procedere, si factum esset recens secus si antiquum, quia tunc duo requiruntur, & si testes essent partes, vtriusque dictum corrueret, & neuter torqueretur. Bertaz. consil 210. numer.3. & consil.60.numer.6. in fin. Bursat. d.cons.216. numer.108. in fin.

54 Quintò, ille, qui negat aliquid vidisse, sed confitetur

facto interfuisse, torqueri potest, sine alia variatione, aut vacillatione, ad finem manifestandi delinquentes, *l. unius §. testes*, & ibi Gloss. *in verb. eum facto. ff. de quæst.* quia præsumitur scire veritatem, sed malitiosè illam occultare. Brun. *de indic. part. 2. quæst. 4. num. 13. in fin.* Foller. *in Pract. crim. d. verb. cap. informa. num. 35. & 38.* vbi dicit, nisi iustam haberit causam ignorandi, Ofasc. *decis. 42. numer. 3.* vbi ait, quod sola assistentia præstat indicium ad torturam. Clar. *dict. vers. torquetur etiam*. Bajard. *num. 17.* Cepoll. *cons. 63.* Claud. Bertazz. *ad patr. d. cons. 153. num. 1. lit. A.* Addent. ad Peguer. *d. decis. 16. numer. 8.* Farinac. *d. q. 79. num. 17.* Et tali casu potest Iudex pluries illum examinare, ac in verbis capere. Bertaz. *vbi sup. n. 11.* Thesaur. *decis. 42. num. 11.* Scacc. *in tract. crim. lib. 1. de indic. cap. 86. n. 14. vers. contrarium.* vbi ait idem esse, si testis dicat se non recordari de facto recenti, cui interfuit.

Limitatur tamen conclusio, quando ex aliqua iusta causa, quis videre non potuit, quamuis facto interueniat, vt accidit quando est quis alicui rei intentus, vel cum sit rixa, & loquebatur, vel est multitudo magna hominum, & hominum, quia tunc torqueri non potest, cum non adsint aliæ iudicia occulta & reda veritate. Foller. *vbi sup. d. num. 135. & 8.* Boss. *de tortur. test. num. 32.* Nisi Curiæ constaret non solum de præsentia in facto; verum & de scientia ipsius, quia reuera vidit. Abb. *in c. peruenit col. 2. nu. 2. de testib. cogend.* Alex. *cons. 180. num. 1. vol. 3.* Menoch. *singul.* 408. Baiard. *d. qu. 25. num. 34.* Viu. *cons. opin. 8. 9. n. 2.* latè Mastrill. *decis. 92. n. 5. & seqq.*

55 Sed quid si vulneratus, vel alias offensus ad Curiam vocatus, vt manifestet vulnerantem, vel alio modo offendentem, & ipse negat vidisse, vel cognouisse, vtrum torqueri possit vt delinquentem propalet, & veritatem confiteatur?

Respondetur affirmatiuè, vt notatur per Addentes ad Thesaur. *dict. dec. 42. in vna Vercellen.* & Tusch. *litt. T. conclus. praecit. 333. circ. fin.* Quod intelligendum est, quando Iudici constat, quod ille sciat, quia factum successit de die, & ipse vidit, secus si de nocte; vel in loco, vbi magna hominum multitudo extabat, vt in festo, vel in Nundinis, & similibus. Quod autem offensus teneatur manifestare offendentes, tradit Farinac. *q. 39. n. 197.*

56 *Sexto*, testes Vltronei, hoc est illi, qui sponte se offerunt Curiæ ad testimonium ferendum, torqueri possunt. Boss. *de tortur. test. num. 9.* Bursat. *cons. 216 num. 10. vol. 2.* vbi Alios cumulat. Cæpoll. *cons. 60. num. 7.* Ruin. *cons. 147. vol 1.* Paris. *cons. 151. n. 17. vol. 4.* Baiard. *ad Clar. d. q. 21. n. 22. & 33.* Et ratio est, quia testis spontaneus dicitur suspectus de falso, vt latè dixi supr. *sect. 4. n. 3.*

57 Septimò, torqueri possunt vicini, quando commissum fuit aliquod delictum in vicinio, quia præsumitur, quod vicinos sciat factum vicini, præsertim si factum sit publicum. *c. quojdam, & c. quantum, de præsumpt. l. si ita in fin. ff. de fid. instr. l. 3. in princ. ff. de test.* & notat Gloss. *in §. sancimus autem. verb. officij causam. Authent. de testib.* & vocati pro testimonio ferendo, recusant veritatem fateri. Marsil. *in pract. crim. §. diligenter numer. 57.* Foller. *in cad. pract. d. verb. cap. informa. numer. 32. in fin.* Ambros. *de mod. form. proc. inform. lib. 1. cap. 4. n. 12.* Angel. *de malefic. verb. famam publica numer. 49.* Farinac. *de qu. 79. numer. 40.* & Bonifac. *in tract. de furt § ꝯ nu. 40.* vbi plures Alios congerit Quod procedit, quando factum habet tractum successiuum, non momentaneum. Decian. *resp. 93. num. 103. vol. 2.* Natt. *cons. 635 num. 10. vol. 3.* Gabr. *conclu. 6. n. 15 tit. de præsumpt.* Hondecl. *cons. 96. num. 37. & cons. 67. num. 26. vol. 2.* Vel quando à communiter accidentibus facile solent esse nota vicinis; secus in alijs Sim. de Pret. *in cons. 81. num. 26* Decian. *vbi sup. numer. 100.* Vel quando præsumptio ex loco vicino resultans tollitur per contrarias coniecturas. Decian. *loc. cit. num. 103. in fin.* Paris *cons. 47. num. 43. lib. 1.* latè Hondecl. *d. cons. 97. num. 27.* Vel quando esset vicinus bonæ famæ: Follec. *vbi sup.* Bois. *de indic. n. 52* Bonifac. *vbi sup. sub vers. sed quod* August. de Angel *in d. verb. fama publica num. 54. in fin.*

Vicinus autem dicitur ille, qui à vicino exaudiri potest *ut l. 1. §. hoc autem. ff. ad Sillanian.* Tiraquel. *de retract. consangu. §. 1. glos. 9. num. 21.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cas. 222.* vbi latè Signocol. *cons. 32. n. 1.* Bonifac. *in d. §. est n. 40. circ. fin. & sub vers. ex quibus deprehenditur.*

58 *Octauò*, domestici, & familiares alicuius, si in domo illius aliquod fuerit commissum delictum, torqueri possunt, tamquam testes, pro manifestanda veritate; quia contra ipsos præsumptio est delictum commisisse, vel saltem quod ipsi Delinquentes sciant. Blanch. *de indic. & in l. fin. num. 22. & 41.* *§. de quæstion.* Boss. *de tortur. test. num. 11.* Foller. *in d. ver. c. 12. n. 5. nat. n. 50* Farinac. *qu. 52. num. 98. & qu. 79. nu. 39.* Bonifac. *de furt. §. est n. 40.* & Alij apud illos.

Quod à fortiori procedit, si reperiatur cadauer in aliqua domo, & dominus domus non statim denunciat Curiæ, nam tunc ipse dominus domus torquetur. potest ex tali taciturnitate, quæ est sufficiens indicium ad torturam Blanch. *vbi sup. num. 585.* Nouell. *in Pract. in rubr. de mod. form. inqu. vers. numero 24.* Foll. *in d. Pract. crim. vbi supra & in verb. item quod suffocante vxorem numero 9. & 10.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. qu. 89. n. 9. & 107. et de arbitr. cas. 394. numer. 55. lib. 2.* Farinac. *d. qu. 2. n. 98.* vbi de communi, *et num. 107. cum seqq.* vbi ait, quod si dominus domus torqueatur, tanquam principal. aqua forte est solitus delicta perpetrare, torqueri non potest, nisi concurrant indicia: si verò tamquam testis, sufficit si sit malè famæ In hoc tamen casu torturæ domini domus, ut quando unusquisque est aliquod delictum: & similiter domestici constantè procedendum erit per Iudices cum pluries accidit ... fuisse quondam vltimo supplicio damnatos ex ipsorum confessionibus in tortura factis: & post paucos menses defecti fuerunt veri delinquentes, qui ex seipsis delicta, pro quibus illi Domestici puniti fuerunt, confessi sunt, de quo refert casum terribilem. Idem Farinac. *in d. qu. 52. num. 111.* & Bonifac. *loc. cit.*

Nota hic, quod si dominus domus, ac domestici tempore commissi delicti erant absentes à domo, vel loco delicti, torqueri non possent, nec tamquam principales, nec tamquam testes probari tamen debet absentia talis temporis. Brun. *de indic. p. 2. q. 4. nu. circ. med.* Foller. *d. verb. conferi. n. 3. vers. nisi probetur*, Farinac. *dict. q. 52. n. 118.*

59 *Nono*, obliuiosus testis torqueri potest, si verisimile sit, informatus sit, & recordari potest de aliquo delicto: de quo interrogatus respondit se non recordari; maximè si recedetur de alijs, de quibus minùs, vel æquè recordari deberet: quia dicitur suspectus. Crauett. *cons. 9. n. 9.* Oldr. *cons. 64. n. 41.* Boss. *de oppositione. contr. test. numer. 95. in fin.* Corrad. *de test. tit. rubr. de non recordantib. numer. 55.* Malcard. *de probat. lib. 3. conclus. 1128. num. 27. seqq.* Scacci. *in tract. crimin. lib. 6. cap. 86. numer. 14. vers. sed testis.* Etiam si interrogetur solùm de circunstantiis delicti, & si interrogetur vbi fuerit eo die, quo commissum fuit delictum, & dixerit se non recordari; nam adhuc torqueri potest, Maur. Burg. *de mod. proced. ex abrupt. qu. 100. num. 116* vbi Alios allegat; sed Farinac. *d. q. 79. n. 45.* tenet, hoc remitti Iudicis arbitrio.

Limitatur tamen, quando interrogatur super qualitatibus, quia tunc si non recordetur, torqueri non potest secundum Malcard. *vbi supra n. 1. et seq.* vbi concordantes adducit.

Limitatur secundò, si dicat non recordari de facto antiquo, de quo verisimiliter recordari non potest. Boss. *in tit. de resp. d. Reo facienda. nu. 3.* Obliuio autem induci potest per annum, & mensem Grammat. *cons. 41. nu. 5.* sed regulariter inducitur aliquando per quinquennium: aliquando per triennium; & quandoque per minus temporis spatium. Idem Grammat. *cons. 23. n. 3. vers. præsertim cum à prima, et cons. 47. nu. 3.* late Cæphal. *cons. 77. n. 28.* Alex Sfiat. *cons. 117. num 36. vol. 1. crim. decis.* Farinac. *d. qu. 89. n. 44. et cons. 8. n. ... cons. 1. 44. n. 5. vers. item* Magon. *decis. Lucen. 43. n. 6.* vbi habetur per biennium induci obliuionem; quod maximè locum habet in mulieres, Rimin. Iun. *cons. 113 num. 12. vol. 2.* Et scias, quod obliuio cadere solet regulariter in actibus momentaneis, qui tractum successiuum non habent Magon. *d. decis. 43. num. 17.* Et similiter si agatur de die præciso, in quo cadere potest similiter obliuio. Boss *de resp. d. Reo facien. n. 5. in fin.* Secus si interrogetur tantùm de mense, vel anno, in quo commissum fuit delictum, quia tunc non tam facilè inducitur obliuio. Boss. *ibid.*

60 *Decimò*, Testis recusans dare responsionem negatiuam, vel affirmatiuam, vel aliquid respondere, torqueri potest, quia præsumitur malitiosè veritatem occultare velle. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. qu. 89 n. 82.* Gomez. *de delict. cap. 12. nu. 15.* Baiard. *ad Clar. qu. 5. num. 4.* Cactar. *in Prax. criminal. lib. 3 capitul. 3. numer. 17.* sed nota, quod omnes loquuntur in præcitatis locis de Reo principali recusante respondere Iudici, Attamen eadem est ratio in teste recusante responsio-

nem dare, Scacc. d. cap. 86. n. 14. vers. monter secundò.

61 *Vndecimò*, viles personæ torqueri debent ad effectum, vt eorum testimonium afficiat delinquentem; quia eorum dictum non probat in causis criminalibus sine tortura, quæ omnem maculam tollit. Igneus in l. 1. §. servi appellatione, nu. 75. ff. ad Syllan. Decian. respons. 4. num. 36. vol. 3. & Alii pena manu cumulati per Farinac. in q. 79 n. 33. Roland. verò contrarium tenet in cons. 24. num. 63. lib. 1. & ita etiam dicit de communi Farinac. ibid. numer. 135. vbi etiam ait ab ista opinione, vt non torqueantur, in iudicando, non esse recedendum. Sed Clar. in d. q. 25. vers. sed quaero numquid neutri sententiæ adhæret, & sic tenet hoc remittendum esse Iudex arbitrio. Cuius sententiæ ego adhærendum esse censeo, maximè si aliæ circumstantiæ concurrent; quia personis vilibus non est multa fides adhibenda, cum facilè corrumpi possint. Bois. de tortur. test n. 2.

62 *Duodecimò*, testes infames infamia iuris, vel facti torqueri debent, ad hoc; vt tollatur macula infamiæ; aliàs non probarent, ita tenent communiter DD. vt testatur Farinac. in cons. 38. nu. 12. & in d. q. 79 nu. 23. & seqq. latè Granut. theor. 19. n. 15. Cæuall. comm. contr. comm. quæst. 296. per tot. Mascard. de prob. conclus. 363. nu. 30. & 39. vol. 1. Bois. de indi. nu. 151. circ. fin. Plot. cons. 50. nu. 24 vers. sed ad hic lib. & Alii penes illos. Sed in defectum probationum, purgata infamia per torturam, probarent, prout etiam testes criminosi, & Alii inhabiles. Glos. in cap. quod verò te petisse, 15. quæst. 6. & d. rub. illa qui & ibi DD. §. q. 5. Boss. de tortur. test. numer. 3. Bertach. in Reporter. verb. testium conditio num. 28. & seqq. Foller. in Pract. crim. for. secular. verb. suspic. informant. n. um. 27. & Pract. crimi. canon. cap. 8. n. 37. Clar in d. quæst. 25. su. perius. & vers. sed quaere Farinac. de test. d. qu. 79. nu. 6. cum seq. Pax. Iordan tom 3. elucubr lib. 4. tit 18. n. 143. cum seqq.

63 *Decimotertiò*, Testes conuicti de mendacio, quamuis idonei, torqueri possunt, si mendacium verit super substantial bus delicti, & non super circumstantijs accidentalibus, vt latè tradunt DD. quos refert & sequitur Farinac. d. tract. de indic. & tortur. qu. 52. ferè per tot. Sunt tamen in hoc plura attendenda per Iudicem; nimirum an mendacium sit dolose prolatum; An à Viro simplici, vel docto: An à persona vili, vel proba, & honesta. Item, an sit tale mendacium, quod neque si Reus esset, illi præiudicaret ad pœnam recipiendam. Item an testes, qui illum de mendacio conuincunt, sint digniores ipso teste mendaci, & huiusmodi, quibus, conditis & perspectis arbitrabitur Iudex, an tortura sit inferenda, nec ne; Boss. de tortur. test. nu. 10. latè Menoch. de præsumpt. lib. 1. qu 89. num. 67. cum plurib. seqq. & Clar. in d. pract. crim. qu. 21. vers. mendacium. vbi late conclusionem examinat, & adducit Doctores contrarium tenentes, quod scilicet non sit in arbitrio Iudicis; sed tenera mihi placet illorum sententia, qui tenent hoc esse arbitrarium Iudici.

64 *Decimoquartò*, Testes inhabiles torqueri debent, ad effectum probandi contra aliquem aliàs ex ipsorum testimonio Reus condemnari non posset Marsil. in cons. 109. nu. 15. & in Pract. crim. §. diligenter. numer. 88. Boss. de tortur. test. numero 4. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 895. Roland. cons. 98. n. 53. vol. 5. Gramat. cons. 70. numer. 1. & supra constit. Regn. lib. 1. rubr. de Paternorum recept. num. 2. Petr. de Surd. cons. 131. nu. 69. vol. 1. vbi dicit intelligendum esse generaliter, siue agatur de condemnatione, siue de inquisitione, & idem dicit Honded. cons. 100. n. 16. vol. 1.

Sed verior, & communior opinio DD. est, quod tunc testes inhabiles torquentur, si agatur de condemnando Reo, ad probandum delictum, quando inhabilitas prouenit ex facto proprio, puta ratione delicti ab eis commissi, vt sunt criminosi, infames, & similes culpabiles; secus si inhabilitas proueniret ex alia causa, quam ex eorum criminibus; puta si essent pauperes, vel vile exercitium exercentes, vt si essent Birruarii, Tabernarii, Nautæ, & similes, quia tunc non torquentur. Plot. d. cons. 50. nu. 24. vers. sed vbi. Mascard. de prob. d. conclus. 463. nu. 30. & 39. vol. 1. Boss. de indic. n. 151. circ. fin. & Alii apud Granut. theor. 19. nu. 15. Quando verò agitur, quoad instructionem Iudicis, & Curiæ informationem tantum, ad finem inquirendi de delicto commisso, huiusmodi testes inhabiles admittuntur, sine tortura. Cyrill. in sum. crim lib. 29. tit. de quæst. §. 3. n. 1. Farinac. q. 56. n. 24. 29. 61. & seq.

Et aduerte, quod quando aliqua inhabilitas testium controuertitur, & illi examinari debent cum tortura; talis exceptio inhabilitatis disceptari debet ante torturam, non post; alias Iudex male faceret, & teneretur in foro Poli Boss. de indic. num. 154.

65 *Vltimò*, torqueri debet socius criminis, vt testis, ad effectum afficiendi alium reum, alias eius dictum nihil probaret ad condemnandum consocium nominatum. Mascard. de probat. conclus. 817. n. 30. vol. 2. Honded. cons. 100. n. 7 Grat. cons. 17. n. 29. vol 3. Roland. cons. 51 nu. 29. & cons. 73. num. 22. vol. 2. Clar. qu. 25. vers. scias etiam. Peguer. dec. 5. nu. 36. Petr. Caball. in qu. crim. cas. 29. num. 19. vbi ait ita seruari de Iure, & de consuetudine. & in cas. 34 n. 11 & cas. 185 n. 5. Baiard. in qu. 21. nu. 45. & Villagut. in Pract. crim. lib. 8. tit. de testib. c. 8. concl. 2 Limitator tamen in Curiis, in quibus adesset consuetudo non torquendi socios criminis. Vbi verò non extaret talis consuetudo torqueri debent, DD. citat. Quod procedit, etiam si agatur de crimine læsæ maiestatis. Arnon. Solilog. 60. Ioann. de Amic. cons. 17. n. 3. Etgen. cons. 46. Farin. cons. 79. n. 9.

66 Vt autem afficiat nominatum talis tortura necesse est, vt legitimè, & Iuris ordinatu seruato inferatur, Bursat. cons. 200. n. 139. vol. 2. Et Iudex sit certus, quod testis sciat delinquentem. Farinac. cons. 10. n. 20.

Et nota, quod vt dicatur legitimè illata, necesse est, vt socius criminis examinatus, vt testis, ad effectum afficiendi nominatum, torqueri debeat in faciem nominati; alias non probarent ad condemnandum. Vulpell. cons. 30. numer. 7. & cons. 83. num. 8. Blanch. de indic. num. 320. vbi dicit sufficere, si repetierit statim post torturam, Clar. qu. 21. vers. quaero numquid in fin. & ibi Baiard. num. 52. Boer. decis. 319 num. 4 Petr. Caball. in qu. crim. cas. 185. in fin. Maur. Burg. de mod. procedend. ex abrupt. ecautur. 1. qu. 100. num. 81. vbi Alios cumulat. & Farinac. cons. 79. nu. 9. in fin. vbi adducit non sufficere torturam socii criminis, in qua vt principalis excommunicatus confessus fuit; sed nouam, & specialem requiri, maiorem tamen pro confirmatione primæ confessionis, vt suo loco inferius dicemus, vti etiam quod in ipso requiritur ratificatio.

67 Sed quæritur, qualis esse debeat tortura testium in prædictis, & similibus casibus?

Respondetur, quod illa debet esse leuis & moderata, non nimis aspera, Bald. in l. fin. numer. 1. C. de quæst. Innoc. in cap. cum in contemplatione vers. pro criminibus de reg. iur. Boss. de mendat. ad homicid. numer. 31. Cyrill. in sum. crim. tub. 26. tit. de quæst. §. 3. numer. 5. Clar. in quæstion. 25. vers. torquentur etiam, & ibi Baiard. Villagut. in Pract. crim. lib. 7. tit de tortur. capitol. 3. concl. 1. Bursat. cons. 216. numer. 111. & 115. vol. 2. Farinac. cons. 83. num. 5. & lib. 1. quæstion. 11 num. 19. vers. aduerte in fin & quæstion. 21. num. 129. & qu. 79. num. 81. & num. 82. vbi ait, quod ad summum detineri debet tortus in fune eleuatus per spatium vnius Credo; nisi esset totaliter infamis, vel suspectus, nam tunc erit in arbitrio Iudicis tempus detentionis torti Burg. de mod. proc. ex abr. qu. 160. num. 127. vbi ait quod in Regno Siciliæ seruatur tempus quartæ partis horæ. Clar. verò vbi supra tenet huius torturæ esse Iudici arbitrarium, dummodo non sit tam grauis tortura in testibus, sicut in Reis, & in qu. 100. num. 177. & seqq. vbi dicit de consuetudine esse tempus Credo, vel Pater, vel Aue Maria.

68 Ego autem teneo, quod in huiusmodi tortura testibus inferenda, sicut, & in aliis seruandus sit stylus Curiæ, in qua ius dicitur, & consuetudo locorum in quibus Iustitia administratur, qui quidem stylus, & si in ciuilibus seruandus sit, vt suprà dixi in Pract. ciuil. In criminalibus tamen fortiori vinculo pro lege seruari debet. Afflict. decis. 391. numer. 5. Vnde Iudex Sæcularis non obseruans stylum, litem suam facit, & tenetur in Syndicatu pœnam luere, de quo, & quam plurimis aliis vide latè tradita per Menoch. de præsumpt. lib. 1. præs. 8. col. pen. & vlt. Mascard. de prob. conclus. 1339. Burgon. Cauale. in Indice suar. decis. verb. stylus.

69 Nota hic, quod in tortura testium, quando fuerint varii, vacillantes, vel contrarii, ad videndum in quo dicto perseuerare voluerint, proceditur denegatis defensionibus, & sine disputationibus Aduocatorum, & Procuratorum. Bald. in l. presbyteri numer. 2. C. de episc. & cler. B. ss. de tortur. test. num. 4. 12. 19. 21. & seq. Clar. d. par. 25. vers. item testis varius, Gomez de delict. cubr de tort. reorum n. 29. Secus in aliis casibus, vt defendit Farinac. in q. 39. n. 129.

70 Nota secundò, quod tortura testium, ob variationem primi dicti repeti poterit, sine vlla difficultate, vt post Bart. & Alios tradit Boss. in tit. de tortur. test. numer. 21. Marsil. in Pract. crim.

crim. §. quoniam. num. 17. & *in l. reperti. n.* 16. *ff. de qu.* Cæpoll. *cons.* 60. *n.* 19. Sed vsque tertiam vicem, & non amplius, ne detur processus ad infinitum, vt inferius suo loco dicemus de Reo. Farinac. *qu.* 6. *num.* 105. Non est tamen repetenda nisi ad sint prius grauia indicia contra ipsum testem; vel nisi postea alia superuenerint. Bursat. *cons.* 216. *num.* 115. *vol.* 2. Baiard. *in d. qu.* 25. *n.* 33 Burg. *ne mod. proc. ex abrupt. d. q.* 100. *n.* 67. vbi concordantes allegat.

71 Nota tertiò, quod quando infertur tortura testibus pro manifestanda veritate dati non debet copia indiciorum, ad euitandas disputationes Aduocatorum, quia alias esset necesse dare defensiones, quæ vt supra dictum est, non dantur testibus torquendis, ita sentire videtur Bart. *in l. vnius §. Index ff. de qu.* Boss. *in tit. de tortur. test num.* 8. 10. & 29. & *in tit. de indic. & consideret. tortur. numer.* 81. Ant. de Canat. *in tract. de qu. membr.* 2. *nu.* 52. Clar. *d. qu.* 25. *vers. soler. dubitari*, vbi Baiard *nu.* 6. Iol. Ludouic. *conclus.* 38. *vers. secundus casus*, & *vers. primus casus* Angel. *de malefic. in verb. quod fama publica nu.* 49. Clnud. Bertaz. *ad Patrem consil.* 153. *num.* 1. Scacci. *in tract. de indic. cap.* 100. *n.* 16. qui omnes de communi testantur, & ita fuisse seruatum in Curia in vna Toletana prætensæ falsitatis refert Farin. *in qu.* 39. *nu.* 140 *in fin.* & *nu.* 147. vbi ait ita in practica seruari, vt testes torqueantur non data copia indiciorum, & denegatis defensionibus. Subdunt tamen quod si testes torquendi essent ex alia causa, quam ex processu resultante, vt si quis esset infamis, seruus, & huiusmodi tunc esset dandus terminus ad deducendum, si quid in contrarium haberent, ad euitandam torturam. Et ratio est, quia talis tortura datur ad indagationem veritatis tantum.

Sunt tamen quam plures Aliis Doctores, quos de more pleno calamo cumulat Farinac. *in pracit. qu.* 39. *numer.* 116. *cum seqq.* qui afferunt copiam indiciorum dandam esse testibus torquendis, & defensiones concedendas, sed prima opinio est magis communis; & in practica seruanda. Est bene verum, quod saluari potest contrarietas facta quadam distinctione; vt scilicet si agatur de testibus variis, & vacillantibus, quorum variatio, vel vacillatio prouenit ex ore ipsorum testium, & de illa constet in Actis. tunc procedit prima sententia, vt denegata copia indiciorum, & defensionibus inferatur tortura; Si verò testes torquendi ex alia causa non resultante ex eorum dictis, sed aliunde, vt si negarent interfuisse facto, seu delicto commisso, illegandi fuisse in alio loco, quatenus per Curiam prætenderetur esse per alios testes conuictos de mendacio: Vel si interfuerint, sed aliquo iusto impedimento videre non potuerint; tunc si petant defensiones, & copiam indiciorum, ad euitandam torturam, non erit eis deneganda copia, & defensiones, ita sentire videntur Foller. *in d. verb. capt. inform. num.* 38. *vers. item est aduertendum*, Baiard *in d. qu.* 25. *nu.* 34. Personal. *in tract. de indic. nu.* 33. vbi reprobat Boss. *de tort. test. numer.* 39. contrarium tenentem, sequitur Farinac. *d. qu.* 39. *n.* 148. Addent. ad Peguer. *d. decil.* 16. *n.* 8. *vers. declara hoc dictum*, vbi dicunt in illo Regno Siciliæ non torqueri testes, nisi fuerint focij criminis, vel agatur de criminibus exceptis. vid. Scacci. *de indic. l.* 1. *capit.* 100 *numero* 16. *vers. si sigillat.* & Genuens. *in Prax. Archiep. Neapol. capit.* 68. *num.* 11. *in fin.* vbi ait, quod testi torquendo ob variationem, vacillationem, contrarietatem, mendacium, vel quando fuerit socius criminis, non dantur defensiones, & copia indiciorum.

72 Cuius tamen dictum est sane intelligendum, quando scilicet ageretur de conualidando tantum dictum contra socium criminis: secus si torqueretur tanquam principales quoad se, tamquam testes verò, quoad alios, quia tunc concedi omninò ers debet copia indiciorum, ac terminus ad se defendendum. aliàs iniuste inferretur tortura. Foller. *in d. verb. cap. inform. num.* 37. Cartar. *ve execution. senteat. numero* 16. & *seqq.* Baiard. *q.* 20. *n.* 150 & late Farin. *in d. qu.* 39. *num.* 150. *vers. sublimita quartò.* vbi de veriori opinione testatur.

73 Quoad sextum, an scilicet post torturam testium requiratur ratificatio confessionis in tortura factæ, sicut fit cum Reis delinquentibus, notandum est, in hoc dubio duas adesse Doctorum sententias de directo contrarias. Quarum vna est negatiua, vt non sit necessaria ratificatio in testibus tortis. ita Bald. *in l. fin. num.* 2. *C. de q.* August. ad Angel. *de malefic. in verb. quod fama publica numer.* 117. Petr. Caball. *in quæst. crim. quæstur.* 1. *cas.* 33. *numer.* 1. vbi de communi practica testatur, Farinac. *d. quæstion.* 39. *numer.* 139. & *seq.* & Alij apud ipsos, Altera verò opinio est affirmatiua, quod scilicet ratifica[illegible] omninò requiratur, vt testes perseuerent in confessione post illatam torturam. Gloss. *in l. fin. verb. præstando C. de quæstion.* & ibi Cyn. *numer.* 6. & Salic. *numer.* 4. Boss. *in tit. de confess. per tortur. n.* 7. Simanc. *de cathol. instit. tit.* 65. *rubr. de test. numer.* 73. Gomez *de delict. capitul.* 13. *numer.* 29. *in fin.* Bertaz. *cons.* 153. *numer.* 2. *in fin.* Baiard. *d. quæstion.* 25. *numer.* 4. *in princ.* Farinac. *quæstion.* 79. *num.* 83. Tindar. *de test. p.* 1. *cap.* 34. *n.* 4. & *p.* 2. *c.* 7. *n.* 4. Cyrill. *in sum. crim. de q. §.* 3. *n.* 5. & Alij.

Ego autem sequendo sententiam Aliorum, qui in huiusmodi contrarietate distinctione vtuntur, prout facit Petr. caball. *in quæst. crim. d. centur.* 1. *cas.* 33. *numer.* 6. Marsill. *in l. reperti num.* 31. *ff. de quæstion* & *in pract. crim. § diligenter, numer.* 154. Scacci. *in tract. crim. libr.* 1. *capitul.* 81. *numer.* 9. Guazzin. *defens.* 19. *capitul.* 14 *numer.* 2. & 3. & Alii ab illis relati, dico, quod aut tortura infertur testi ad conualidum eius dictum, vel ad tollendam maculam, vel ad videndum in quo dicto perseuerare voluerit. Aut infertur ob negationem veritatis, puta quia dixit ne scire delinquentes, vel interfuisse facto, vel non esse informatum. In priori casu, quia tortura leuis esse debet, vt supra demonstraui. *numer.* 67. cum de consuetudine pec breue temporis spatium detineatur in illa, puta per tempus vnius *Credo*; vel vnius *Pater*: vel vnius *Aue Maria*, *vt tradunt DD relati in d. numer.* 67. Et tunc non requiritur ratificatio, quia per ipsam torturam tollitur defectus, & sic examen remanet perfectum, & ita seruari in Curia testantur Caball. & Guazzin. *in locis præcit.* In secundò verò casu, quia tortura infertur per maius temporis spatium, requiritur ratificatio, sicut requiritur in Reo confesso, de qua Nos dicemus late infrà *Sect.* 14. *num.* .. & .... quia huiusmodi confessio extorta fuit vete, realiter per cruciatum corporis, & ideo dubitari potest, an verum deposuerit, pront dubitatur de Reo torto, & ob id fieri debet ratificatio extra tormentum. Quæ in leui non fit, quia talis timor cadere non potest.

74 Nota tamen, quod semper in sociocriminis torto, vti principali, quoad se, sed vti teste, quoad Alios, requiritur omninò ratificatio confessionis factæ in tortura, vt afficiat non nominatum, tam ad illud torquendum, quam ad specialem inquisitionem. Marsil. *in locis proximè citatis d. num.* 31. & *d. num.* 154. Scaccia *in tract. crim. lib.* 1. *cap* 81. *num.* 9. *vers. quintò dubitatur* & *in capit.* 86. *num.* 68. *vers.* & *cum in tortura*; vbi ait, quod si nominauit aliquem in tormentis ratificare debet in faciem nominati, & Farinac. *q.* 43. *n.* 140.

75 Sed quæritur, quando testis contrarias depositiones fecit, cuinam standum sit, an factæ in tortura, vel factæ extra illam?

Respondetur, quod regulariter, quando sunt duæ depositionem ad inuicem contrariæ de directo, attenditur dictum in prima depositione, quia secundum dictum præsumitur factum per subornationem, Innoc. *in cap. propterea numer.* 2. *de testib. cogen.* Beccan. *cons.* 86. *numer.* 14. Decian. *resp.* 93. *numer.* 45. *vol.* 2. Petr. de Sord. *cons.* 131. *numer.* 33. *vol.* 1. Clar. *quæstion.* 53. *vers. prædicta etiam* Facchin. *controuers. iur. libr.* 9. *capitul.* 74. *in princ.* Sforz. Odd. *cons.* 76. *numer.* 11. *vol.* 1. & Alii; de communi testantes. Quod est verum in æqualitate probationis, quando scilicet primum, & secundum dictum emanauit extra torturam. Sed quando prima depositio facta fuit extra torturam; secunda verò in tortura: attendendum est illud vltimum dictum in tortura emanatum, & non primum sine tortura Bart. *in l. eos numer.* 2. & 4. *ff. de fals.* vbi Marsil. *numer.* 8. Trentacinq. *cons.* 20. *num.* 18. *in fin. lib.* 2. Menoch. *de arbitr. l.* 2. *cas.* 168. *n.* 14. Clar. *qu.* 53 *vers quartus casus.* An. Gabr. *conc. n.* 26. *num.* 1. *lib.* 7. Hier. Gabr. *cons.* 169. *num.* 74. & *seqq. vol* 1. Farinac. *q.* 16. *n.* 166. vbi de magis communi testatur. Canalc. *de testib. par.* 4. *num.* 148. Honded. *consil.* 102. *numer.* 34. *vol.* 1. & Alii. Sunt tamen Quamplures Alii Doctores, qui asserunt attendendum esse primum dictum extra torturam emanatum, & non secundum in tortura, cum non detur ratio diuersitatis in contrarium. ita Crauett. *in consil.* 6. *numer.* 48. Bursat. *cons.* 201. *num.* 67. vbi de communi, & *cons.* 226. *nu.* 103. *vol.* 2. Brun. *cons.* 62. *nu.* 17 latè Cæphal. *cons.* 132. *n.* 14. *l.* 2.

Alii verò distinguunt, vt primum dictum attendi debeat sine tortura, quando testis allocutus non fuit cum parte: si verò cum parte locutus fuerit; vel emanatum fuit secundum in tortura;

tortura ante publicationem processus, tunc illud secundum dictum in tortura attendi debet, ita Gabr. *in d. concl. 6.* Boss. *tit. de oppos. contr. test. numer. 1 in fin.* latissimè Caepolla, *cons. 13. libr. 2,* Bajard. *ad Clar. quaestion. §. numer. 33.* Farinac. *d. quaest. 66. num. 171. & cons. 35. num.* Caualc. *ubi sup. nu. 134 litt. V.* Guazz. *defens. 29 capitul. 16. num. 5.* Facchin. *d. lib. 9. c. 82.* & Alij apud Illos. Qui admonent Iudices, praesertim Guazzinus, vt attendant ad qualitatem testis, & torturae; vt si testis sit amicus, subditus famulus & similes, quia tunc censetur subornatus, & sic attendi debet primum dictum sine tortura, tamquam magis verisimile.

76 Sed quid, si vtrumque dictum emanatum fuit in tortura, quodnam attendi debeat?

Respondetur, attendendum esse secundum dictum, & non primum, maximè si tortura fuerit grauior prima. Decian. *dict. resp. 93 num. 47. vol. 1.* vbi Alios allegat, & Caualc. *ubi sup. numer. 135. in fin.* Si verò secunda tortura fuerit lenior, statur primo Farinac. *d. quaest. 66. num. 174* latè Laurent. de Pinu. *cons. 165. numer. 1.*

Et quando quis fuit tortus plures, semper attenditur vltimum dictum in posteriori tortura emanatum. Marsil. *in l. repeti. numer. 16. ff. de quaestion. & in pract. crim. §. quoniam. num. 7.* Vulpell. *respons. 174. numer. 10.* Caepol. *cons. 60. numer. 19.* Ant. Gabr. *conclus. 157. de crim. libr. 7.* & Alij apud Farinac. *d. quaest. 66. n. 174. cum plurib. seqq.* & Guazz. *loc. pracit.* vbi a n. 10. vsque ad finem, nouem limitationes tradit, quoad hoc: sed quod supra firmauimus, quamuis breuissimè, est in praxi seruandum quia ita ferè ab omnibus tenetur.

77 *Quoad septimum*, quis scilicet sit effectus torturae testium, notandum est, quod cum ex testium depositionibus resultent probationes contra Reum ad effectum condemnandi, vel absoluendi; ideo Iudex debet multum inuigilare circa torturam testibus inferendam, quia torturae praecipuus effectus est, vt si testis perseuerauerit in aliqua sua depositione per torturam emanata, censetur puram veritatem dixisse, & probationem inducit, Alber. *in rubr. ff. de quaestion. numer. 9. & in l. edictum, numer. 2. C. rod. tit.* Sim. de Pret. *cons. 104. num. 42. & 43.* Decian. *respons. 93. numer. 117. & 152. volum. 2.* Rim. Iun. *cons. 84. numer. 1. com. 2. crim. divers.* latè Farinac. Alios allegans *consil. 25. num. 45.* Magon. *decis. Lucens. 89. nu. 12.* Quod est adeo verum, vt vbi testibus illata fuerit tortura, ibi censeatur facta probatio ad condemnandum, vel liberandum Reum, quia per eam vel includitur; vel excluditur delictum. Crauett. *cons. 35. num. 20. vol. 2.* Decian. *in tract. crim. libr. 5. capitul. 36. num. 1.* Boss. *de confess. num. 56.* Farinac. *cons. 6. numer. 28. & cons. 60. num. 26.* Maur. Burg. *de mod. proced. ex abrupt. venetur. 1. qu. 100. num. 53. & seqq.*

Secundus effectus est, vt testes alias inhabiles, per torturam efficiantur habiles, & idonei ad probationem faciendam contra Reum, quia tortura auget eorum fidem, & tollit omnem maculam, & expurgat exceptiones, ac defectus testium. Alex. *cons. 11. num. 5. vol. 1.* Marsil. *in pract. crim. §. diligenter. nu. 62.* Clar. *qu. 25. in princ.* vbi de communi, Decian. *d. resp. 93. numer. 3.* Villagut. *in Pract. crim. libr. 8. tit. de testib. capitul. 7. conclus. 1.* Farinac. *cons. 29. numer. 10.* Honded. *cons. 102. numer. 26. vol. 2.*

Tertius est, vt per torturam tollatur defectus variationis, Crauett. *cons. 5. num. 34.* latè Rimin. Iun. *cons. 114. numer. 33. & cons. 120. num. 29. vol. 2.* & Alij, quos allegat Guazzin. *def. 20. cap. 18. num. 7.*

78 Quapropter est valde aduertendum, quod non debet Iudex esse multum facilis ad torquendum testes, sed magna maturitate procedere tenetur, cum ex ea maxima praeiudicia inferantur, & multa damna oriantur, Quinimo non solum ipsismet testibus: verum etiam Reo, contra quem testimonium fertur. Ideo nonnisi ex necessitate, quando aliundè veritas delicti haberi nequit, ego torturam inferrem, argumento eorum, quae tradidit Boss. *tit. de tortur. num. 15.* & eorum, quae similiter dicit Clar. *loc. cit. quaest. 64. vers. nunquam tamen in princ.* vbi allegat multos Doctores, qui asserunt, Iudicem iniustè aliquem torquentem, poena mortis puniendum esse. Idem dicit Boss. *de tortura numer. 31.* Corrad. *in praxi .. fol. 314. vers. debet etiam*, Barbat. *consil. 43. l. 1.* Et non nisi praecedentibus indiciis, quod veritatem sciant, & data opera negant Grammatic. *vot. 31. numer. 21.* Brun. *de tortur. par. 2. qu. 4. numer. 22.* Farinac. *de testib. d. qu. 79. num. 75.* Pax. Iordan. *tom. 3. de elucubr. l. 4. tit. 18. num. 195.* In Regno autem Neapolitano Iudex iniustè aliquem torquens, punitur poena carceris per biennium, & publicationis tertiae partis bonorum, quae poena aliquando seruatur, vt refert Grammat. *in cons. 15. in fin.*

79 Ratio, est quia tortura inuenta fuit, vt veritas inuestigetur, quando aliter probationes haberi nequeunt, & sic in defectum earum, & in subsidium; vt tradit Andr. de Isern *in capit. 1. §. insuper. vol. 1. tit. de content. inter Dom. & fid. de inuest. in usib. feud.* Alias Iudex, si torqueat, etiam Reum, cum plenas probationes aliunde habeat, peccat mortaliter; vt post Teologos dicit etiam idem Isern. *in constitut. Regni*, quae incipit *Si damna clandestina vol. 7.*

Imò in foro fori iniustè, & sine sufficientibus indiciis aliquem torquens, puniri potest condigno supplicio Farinac. *d. indic. & tortur. qu. 31. num. 14. vers. amplia. & n. 115.* Scaccia *de test. tortur. c. 137. n. 161. in fin. vt alibi dixi.*

80 Contra Iudices verò, qui per ignorantiam tormenta testibus facilè inferunt, hinc merito inuehit Diuus August. *lib. 19. de Ciuitate Dei capitul. 6.* in illis verbis; *Quid ipsa iudicia hominum de hominibus, quae Ciuitatibus, etiam quantalibet pace manentibus, deesse non possunt, qualia putamus esse, quam misera, quam dolenda, quandoquidem hi iudicant, qui conscientias eorum, de quibus iudicant cernere nequeunt? vnde saepè coguntur tormentis innocentium testium, ad alienam causam quaerere veritatem. Quid cum in sua causa torquetur, & cum quaeritur vtrum sit nocens, cruciatur, & innocens luit pro incerto scelere certissimas poenas, non quod illud commisisse detegatur; sed quia non commisisse nescitur, &c.*

Vnde licet Iudex Ecclesiasticus, quilibet Alius possit de iure torturam, vt visum est, testibus inferre, magna tamen vti debet circumspectione, & maturitate in illa inferenda, & attentissimè studere, ac rimari indicia existentia, rationes, circumstantias, factorum, ac rerum, & personarum qualitates, ac omnia alia necessaria requisita, de quibus in superioribus dictum est. Nam experientia potuit, quamplurimos homines torturae applicatos, non solum confessos fuisse ea, pro quibus Iudices illos torquebant prae nimio dolore, quem patiebantur; verum etiam multa alia delicta tunc tantum temporis excogitata, inuenta, & figurata, ad hoc, vt ex illis cruciatibus, & acerbissimis doloribus liberarentur. Ex quibus postea chimericis confessionibus sequi solet aliquando in Curiis Saecularibus, etiam mors alicuius adhuc innocentis; ac multa alia damna, mala, & praeiudicia ferè irreparabilia. Et ego referre possem plures casus, in quibus innocentissimè mortis poenam passi sunt: praesertim tres, qui nouissimis his temporibus in quadam Ciuitate acciderunt. Cum enim quidam torturae applicati fuissent per Iudices ex indiciis contra eos resultantibus super criminibus, de quibus inquirebatur, & prae nimio dolore, confessi fuissent delicta, de quibus interrogabantur, vltimo supplicio damnati fuerunt ex ipsorum confessione, aliis probationibus leuibus adminiculata, quia crimina atrocia erant. Sed post eorum mortè paucis intercedentibus mensibus, capti fuerunt veri delinquentes, ex aliis delictis imputati, qui ipsorum examinibus falsi sunt illa delicta, pro quibus mortis, poenam Alii innocentissime sustinuerant, verificatis omnibus extremis, & circumstantiis ipsorum. Sed veritas nihil illis miserabilibus quamuis innocentissimis, profuit.

81 Notandum est autem in materia compulsionis testiū, quod non debet Iudex illos cogere ad respondendum pro habenda veritate contra delinquētes per interrogationes in specie, sed tantum in genere. alias diceretur suggestio, non interrogatio. *l. 1. §. quaestionem. ff. de quaest.* vbi Gloss. *in verb. suggerentes.* August. ad Angel. *de malefic. in verb. quod famam publicam. num. 118.* Vnde interrogandus est testis: *An sciat quis Caium occiderit*; non verò. *an Titius occiderit Caium* Ant. Gomez. *de delict. rubr. de tortur. reor. num 23. in fin.* Personal. *in tract. de indic. & tort. reor. num 45.* Farin. *d. q 89. nu. 78.* Scaccia *in tract. crim. lib 2 cap. 76. n. 7. vers. & adhunc casum.*

Quod si Reus esset notorius, et extarent Indicia legitima contra illum, adhuc tutius erit, illum non nominare, sed interrogandus est testis generaliter, *quando Caius occisus fuit? quomodo, quibus armis & in qua parte corporis fuerint vulnera, & huiusmodi*, non verò in specie, puta *nome Titius percussit Caium?* vel *hoc*, vel *tali modo, &c.* Brun. *de ind. q. 5. nu. 56.* Cyr. *in summ.*

summ. crim. rubr. 29 *tit. de quaest.* § 3 *num.* 1. Calson. *in tract. de tormentis* 25 *in fin.* latè Carrer. *in Tract. interrog. reor. lib.* 3. *c.* 2. *nu.* 67. *& seqq.* & Alii penes illos.

82 Caueat etiam Iudex ab interrogationibus captiosis, in interrogando testes, postquam illos examinauit, dicendo; *An scias*, *vel credas factum ita esse*: Vel *an credas Titium illud scire*, Vel *ita credere* & huiusmodi Boss. *tit. de exam. reor. in fin.* vbi Alios allegat Scacc. *in d. capit.* 85. *numer.* 10. Item caueat admittere responsiones testium per verba ambigua, nimirum; *ita est*, *si bene recordor*; Vel *ita mihi videtur esse*, *ni fallor*. Vel *credo quod ita fuerit*, & huiusmodi. Scacc. *loc. cit. num.* 12. & Alios supracitati.

83 Et nota, quod suggestio in testibus dupliciter considerari potest; Apertè, & Palliatè. Suggestio aperta dicitur, quando testis apertis, verbis interrogatur, suggerendo illi responsionem, nimirum, *an Titius occiderit Caium ense, tali die mensis, hora tali diei, in loco praesentibus talibus, &c.* iuxta facti veritatem. *vt notatur in lib.* 1. *praeter. §. qui quaestionem. ff. de quaestion.* & ibi DD. August. ad Angel. *vbi sup. d. num.* 118 Scacc. *d. cap.* 86. *num.* 8. *in princ.* Farinac. *quaestion.* 76. *num.* 78. *vers. ubi praeterea*. Personal. *loc. praecit. n.* 43. Palliata verò suggestio dicitur, quando de ea aperte non apparet ex Iudicis interrogatione, sed implicitis verbis continetur, & haec dupliciter contingere potest Primò, quando nullo modo apparet per Iudicis interrogationem super quo testis interrogatus fuit, quia forte fuit dictum: *Ad aliam interrogationem*, *Respondit*. Vel *Ad opportunas Domini interrogationes*. Respondit, & huiusmodi, de quibus dicemus infra *Sect.* 9. *numer.* 31. Qui modus concisus interrogationis non est adhibendus per Iudicem, quia à Doctoribus vocatur socius in separabilis suggestionis, & ab aliquibus dicitur leno suggestionis. Secundo modo fit, quando extenditur interrogatorium; Sed indicatur testi via respondendi. Quod cum sit genus suggestionis valde periculosum, est omnino fugiendum, & vitandum, quia est processus prohibitum in lure examen per interrogatoria suggestiua. Quamobrem non solum redditur inualidum: verum etia n grauissimè peccat Iudex talibus interrogatorijs vtendo. Carthar. *in Tract. interrog. reor. libr.* 2. *capit.* 1. *numer.* 54. *&* 69. *& in tract. de execut. sent. capit.* 2. *numer.* 83. Intrigliol. *singular.* 177. *numer.* 20. *libr.* 2. Maut. Burg. *in d. tract. de mod. proc. ex abrupt. cunctur.* 1. *quaest.* 100. *numer.* 82. *& seq.* Ambrosin. *de mod. form. proc. in form. libr.* 2. *capit.* 5. *num.* 18. *& lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 8. Farinac. *quaest.* 43. *nu.* 130. & Alij per ipsos relati.

Possettamen Iudex vti huiusmodi interrogatorijs concisis seu semi suggestinis puta. *Ad aliam interrogationem*, vel *opportunam Domini interrogationem*, *&c.* quando testis non bene euacuauit interrogatorium sibi per Iudicem factum. Cartar. *ubi supra l.* 3. *c.* 3. 22 *in fin.* Scacc. *in tract. crim. qu.* 26. *nu.* 8. *versus tamen casu* Ambros. *ubi sup l.* 2. *c.* 6. *nu.* 25. Addent. ad Farinac. *in consil.* 83. *litt. B. vers. vbi in proposito*.

Potest similiter suggestio contingere, etiam extra examen, vt si Iudex ponat plures testes simul, vel testem cum Reo in eodem carcere: & vnus informet Alium, suggerendo illi qualitates, & circumstantias delicti, & facti. Vel si fiat per interpositam personam de mandato Iudicis, vt si ponatur Aliquis in Carcere, vel in secretis, & iste suggerit testi, siue Reo carcerato qualitates, & circumstantias facti, Farin. *in dict. consil.* 83 *n.* 6. & ibi latè Addent. *litt. A.*

84 Insuper notandum est, quod aliquando ex testium depositionibus oritur quodammodo necessitas comprobandi eorum dicta, & inditia habita contra Reum, per viam perquisitionis domus eiusdem Rei; vt si verbi gratia dixerint, quod Titius hominem occiderit, & illum in aliqua suae domus parte sepeliuerit: Vel quod libellum famosum contra aliquem fecerit; Vel quod aliquid furto subtraxerit, & domi retineat: Vel quod falsam monetam fabricauerit; Vel aliquid aliud simile defectum commiserit: Tunc Iudex, omni qua potuerit, diligentia perquirere debet in domo ipsius Rei, an inueniri possint ea, de quibus fuit datum inditium, adhoc vt reus vrgerit possit grauioribus inditiis, vel conuictus remanere ex corpore delicti, cum ex rebus in eius domo repertis comprobentur, & coadiuuentur quam plurimum probationes.

Et ita seruatur de consuetudine, & de stylo fere omnium Curiarum, de quo testatur August. ad Angel. *de malefic. in verb. & nescem Coelestem num.* 43. Bocr. *decis.* 174. *post n.* 20. Papon. *lib.* 32. *tit.* 6. *arrest* 13. Clar. *in Pract. crim.* §. *fin. quaest.* 27. *in princ. & lib.* 5. §. *furtum vers. quaero numquid.* Cotred. *in Pract. crimin. lib.* 1. *cap.* 9. § 3 *tit. de furib. crim. med. post. n.* 13. & Contard. *de offic. Praetor. fol.* 630. *num.* 14. *& fol* 759. *nu.* 1. Bonifac. *in tract. de furt.* §. *contrectatio numer.* 83. Quidquid dicat Abb. *in capitul. qui cum fure nu.* 6. *de furtis* & Al quos refert, sed non sequitur Guazzin. *defens.* 17. *cap.* 1. *numer.* 1. nam vbique communiter contrarium seruatur in practica non obstante quod dictum videatur vt probatione Fisci intentionem respicientes, tamquam arma de domo Rei summantur, *ad tex. in l nimis graue C. de testib.* & notat Boss. *in tit. de examin. reor. num.* 9. de quo vid. Peregrin. *de priuil. Fisci lib.* 7. *tit. de his, quae spectant ad ordinem numer.* 23. *vers. principalem*, Soccin. Sen. *in suis fallent. ad regul.* 112. *in verb. edere in* 4. *fallent.* & Andr. Gaill. *in suis obseruat. sub obser.* 106. *nu.* 11. qui omnes firmant contra Abbatis sententiam, dicunt tamen. hu usmodi per inquisitionem non debere fieri nisi praecedentibus indicijs, & latè tradit Farinac. *in tract. de furt. q.* 165 *n.* 31.

85 Sed obseruandum est, quod huiusmodi perquisitio solet per Iudices fieri ex improuiso, cum assistentia Fisci, Notarii, seu Actuarii, & testibus eidem Assistentibus. Clar. *in d. §. furt. vers. quaero numquid. in fin.* Bonifac. *loc. cit. numer.* 83 *in fin. &* 84. & Petr. Greg. *syntagm. iur. lib.* 3. *cap.* 1. *rubr. de furt. & cap.* 157. *nu.* 81. *sub vers. ex quibus.* Et si ipsemet Iudices accedere non potuerint, vel noluerint, mittere debent supradictos ad domum Rei, vel ad alia loca, in quibus versari solitus erat, vel fit suspirio, quod reperiri potuerint res supradictae, aut alia ad delictum, de quo inquiritur, facientia, & tunc redigenda sunt in scriptis per Notarium omnia in ipsa perquisitione gesta, videntibus: & assistentibus testibus, annotando diligentissimè quidquid repertum fuerit cum omnibus suis qualitatibus, & circumstantiis, & quilibet testis se subscribere debet, & aliquod particulare signum apponere, & si Reus fuerit praesens compelli debet, & ipse se subscribat, & signet. Deinde testes, qui tali perquisitioni interfuere, formiter examinari debent super eadem, & eorum dicta in scriptis redigi: ne Reus negare possit, quando exhibentur in eius faciem res inuentae, vt inferius dicetur. DD. praecit.

86 *Quoad ostanum principale*, an scilicet testes falsum deponentes coram Iudice Ecclesiastico puniri possint per ipsummet, etiam si laici fuerint? Ante responsionem ad dubium, tria notanda veniunt. Et Primò, quod regulariter quilibet Iudex ordinarius facultatem habet à Iure puniendi testem, falsum testimonium coram eo ferentem ex officio *l. nullum prope fin. C. de testib.* Imo etiam Iudex Delegatus potest huiusmodi testem falsidicum punire sed poena extraordinaria, non poena falsi ordinaria. *capitul. ex litteris de offic. de leg.*

Secundò notandum est, quod falsum deponens in iudicio, multipliciter puniendus erit. *capitul.* 1. 32. *dist. & capit. cum aeterni in fin de iudicat.* quia testis falsidicus tres offendit Personas vnico actu, eodemque tempore: Deum scilicet, cuius praesentiam contemnit: Iudicem, quem mentiendo fallit: & Innocentem, quem falso testimonio laedit. *capit.* 1. *de crim. fals.* & ibi Gloss. Abb. Felin. & Alii.

87 Tertiò notandum est, quod antiquitus falsus testis puniebatur poena talionis, idest eadem, qua puniendus esset ille, contra quem falsum testimonium ferebatur, si verum esset crimen oppositum; *vt habetur Deuteronom. capitul.* 19. *numero* 19. de qua vid. Exod. *capitul.* 21. *numer.* 24 Leuit *capitul.* 24. *numer.* 20. Prouerb. *capitul.* 19. *numer.* 5. Daniel 13. *numer.* 91. Matth. 5. *numer.* 36. *& alibi cap. satis* 33. *quaest.* 5. *& l.* 5. *ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Et antiqui Romani testem falsum puniebant praecipitiò è monte Tarpeio, vt testatur Aul. Gellius. *Noct. attic lib.* 20. *capit.* 1.

88 Hodie verò testes laici, si falsum testimonium dixerint coram Iudice laico, si sit Iudex ordinarius, potest illos punire poena falsi ordinaria, *vt habetur in d. l. nullum C. de testib.* de qua Clar. *in lib.* 5. §. *falsum vers. sed quaero.* quae prius erat in homine libero deportatio in insulam, & bonorum publicatio, & in seruo vltimum supplicium, *l.* 1. §. *vlt. & l. eos. ff. ad leg. Corn. de falsis* Couar. *in cap. quamuis pactum p.* . §. 6. *nu.* 6. At hodie deportatio nō seruatur, sed arbitrio Iudicis pena temitatur Menoch. *de arb. cas.* 307. Clar. *vbi sup. dict. vers. sed quaero, & vers. pena autem.* Si verò Iudex fuerit. Delegatus à Principe, punire poterit poena extraordinaria. Bart. *in d. l. nullum. n.* 8.

C. de testib. Speculat. *de test. §. 1. n. 44.* Ioan. Andr. *ibid. in addit. in verb. coget* Delegatus verò ab inferiori non poterit punire, Didac. *pract. quæstion. qu. 18. num. 8.* Clar. *in d. pract. crim. § fin. qu. 48. vers. sed quæro.* & idem dici debet de quolibet alio Iudice, qui respectu pœnæ non sit competens, vt extraordinariè punire possit. Bart. *loc. cit.* & communiter DD. de quibus Bols. *in tit. de falsis numer. 103.* Et licet talis testis punitus sit à dicto iudice pœna extraordinaria, poterit nihilominus iterum puniri pœna ordinaria à suo iudice competente; vt ait Boss. *ibid. num. 104.* vbi de communi testatur.

89 Quod si laici falsum testimonium dixerint coram Iudice Ecclesiastico, possunt vtique ab eodem Ecclesiastico puniri tam si falsum deposuerint in caussis ciuilibus, quam in criminalibus. Innocent. *in capitul. ex tenore in Glos. fin. de rescript. in cap. dilectus de pœn. in cap. 1. de crimin. fals.* Capell Tholos. *decis. 378.* & Aufrer. *ibi in addit.* Afflict. *dec. 210.* Mitiori tamen pœna puniuntur huiusmodi testes laici falsum deponentes in iudicio ciuili, quam in criminali, nam in priori casu Iudex Ecclesiasticus punire solet illos pœna fustigationis, & exilij, sed in secundò casu cum contra aliquem criminaliter inquisitum, falsum deposuerint, grauioribus pœnis plectuntur, quia tali casu suo testimonio hominem innocentem occidunt, & periurium est homicidio grauius, vt ait Sanct. Thom. *quodlib. in art. 18.* & Menoch. *de arbitr. ar. cas. 318.* vbi ait, quod pœna erit imponenda arbitrio Iudicis, & idem dicit Azor. *inst. mor. p. 3. lib. 2. cap. 28. in fin.*

90 Semper tamen tenentur reficere damnum illatum parti ex suo falso testimonio. Diaz. *in Pract. crimin. canon. capit. 96. in princ.* Vnde falsus testis, qui data opera in iudicio contra aliquem Innocentem testimonium falsum deposuerit, ex quo ad mortem iniustè damnatus fuerit, tenetur se retractare cum propriè vitæ periculo, vt innocens à morte liberetur, & adhuc tenetur lege iustitiæ, & sibi imputet, quod ad tale periculum se exposuerit, quia ipse Innocentem inuasit iniustè, & sic sine culpa patitur, ideo tenetur illum à tali periculo eripere. Neque valet illa ratio, quod ordo charitatis requirit, vt magis prospiciat vitæ propriæ, quam alterius: nam verissima est in pari causa, si ambo essent innocentes: non autem in hac casu, in quo potius ius manet penes innocentem iniuriam iniustè patientem, & non penes nocentem, iniuriam inferentem. Ita tenent Doctores omnes, tam Theologi, quam Canonistæ. Sotus *lib. 4. de iust. qu. 6. art. 3. in resp. ad quartum dub. 3. vers. grauius autem.* Io. Medin *Codic. de restit. qu. 3. cap. 4. ad quartum* Petr. de Arragon. *2. 2. q. 62. art. 2. controu. 16. conclus. 3.* Mart. Nauarr. *in Manual. cap. 15. num. 17.* Petr. Nauar. *de restit. lib. 1. par 2. cap. 3. dub. 11. num. 252.* Sayr. *in Clau. Reg. lib. 12. capit. 19. numer. 8.* Azor *d. cap. 28. vers. notandum est testem falsum* Reginald. *in Prax. for. pœn. tom. 2. lib. 24. n. 167.* latè Couar. *variar. resol. lib. 1. cap. 9.* & Alij.

Neque audiendi sunt asserentes tunc huiusmodi testem teneri recantare palinodiam, quando est spes, quod sua retractatio profutura est innocenti condemnato; non verò quando alij testes similiter falsum deposuerunt, ex quorum testimoniis, etiam quod ipse veritatem manifestauerit, iam morti damnari poterit; Nam respondetur, quod cum quilibet falsus testis teneatur suæ conscientiæ consulere, ad veritatem patefaciendam teneantur omnes in solidum: quilibet tenetur etiam in solidum ad se retractandum, etiam cum periculo vitæ, vt dictum est, & ita tenet contra multos Azor. *Instit. Moral. d. par. 3. lib. 13. capitul. 28. vers. si verò commodè in fin.* Sayr. *vbi sup. lib. 12. cap. 19. num. 10.* Bellet. *Disquis. Cler. par. 2. §. 22. n. 9.* & Alij.

91 Porrò aduertendum est, quod ad hoc, vt falsus testis pœnis falsi puniatur, necesse est, vt data opera sciens, & prudenter mendacium deprehensus in iudicio cum iuramento in substantialibus, alias licet puniri debeat, non tamen tam seuerè punitur Felin. *in capit. fraternitatis numero 21. de hæret.* Farinac. *de testib. quæst. 67. §. 1. numer. 169.* Clar. *in § falsum vers. sed quid si testis.* Soccin. *cons. 103. vol. 1.* & Alij præcit: sed quando est conuictus de falso, semper punitur pœna ordinaria, nisi probauerit fuisse deceptum, vel sine iuramento falsum dixerit Clar. *in § falsum vers. Tu scis.*

92 Quod si tunc testis falsum dixerit, etiam absque iuramento, adhuc pœna falsi puniri poterit, ac si iurasset. Bart. *in l. si quis legasset. num. 3. & 4. de falsis.* Et ratio est, quia licet testimonium talis testis sit inualidum, habet tamen debitam formam, & offendit aures Iudicis. Bart. *vbi sup.* quem sequitur Alex. *in l. Argentarij §. cum autem numer. 6. ff. de eden.* Clar. *in § falsum sub vers. Tu scis* Bols. *in tit. de fals. sub. numer. 163. vers. quæro quando testis* Petr. Cabal. *in quæst. crim. cas. 63. per tot. & latius cas. 38. numer. 2.* vbi ait, hoc verum esse etiam si verum dixisset, quod tamen ipse ignorabat, Farinac. *quæstion. 67. numer. 232. & numer. 243.* Aduerte tamen, quod talis punitio de falso fieri debet pœna extraordinaria, & arbitraria, non ordinaria, Plotus *de in lite iurand. nu. 717.* Intriglio. *in singul. 150. lib. 1.* & ibi Addent. Maur. Burg. *in tract. um. de modo proceden. ex abrup. q. 23. n. 157. & 163. centur. 1.* vbi de communi. Caualc. *de testib. par. 3. nu. 56. vers. tandem.* Ioseph Lucon. *decis. Lucen. 15. n. 75.* Idem erit, quando testis citatus comparuit & iurauit, sed postea se absentiauit, ne deponeret, nam tunc punitur pena extraordinaria, vt post Baldum *in l. presbyteri n. 12. in fin. C. de Episc. & Cler.* & Angel *in dict. l. Argentarij §. 1.* tradit Baiard. *ad Clar. q. 26. n. 15. & seqq.* Boss. *vbi supra dict. n. 161.* Farinac. *q. 78. n. 135.*

93 Secundò aduertendum est, quod eadem pœna falsi puniri debent, qui testem falsum adhibuerint, vel ad falso testificandum induxerint, vel qui mediante pecunia, aut alio æquiualenti corruperint. *l. 1. ff. ad leg. cornel. de fals.* Couarr. *in d. c. quamuis pactum. §. 7. num. 6. vers. pœna de pact. in 6.* Clar. *in d. §. falsum. vers. sed quæro,* Farinac. *d. q. 67. §. 7. à num. 236.* & Lopez ad Diaz. *in Pract. crim. canon. in addit. ad cap. 96 vers. & quod de testibus & vers. si autem,* vbi notat quod in prædicto casu, quando testis laicus falsum testimonium dicit coram Iudice Ecclesiastico, puniri potest ab vtroque Iudice, & Ecclesiastico, & Sæculari, inter quos est locus præuentioni, & idem dicit Clar. Couarr. & Alij *locis cit* & Afflict. *decis. 219.* de quo Nos etiam agemus *tom. 2. p. 5. prax. 10. n. 42.*

94 Sed quæritur, an è conuerso, si Clericus falsum testimonium deposuerit coram Iudice Laico, possit ab eodem puniri de falso?

Respondetur omninò negatiuè: neque principaliter neque incidenter, licet fuerit de falso conuictus coram eo: sed remittendus est ad Iudicem Ecclesiasticum, & ita tenent DD. communiter in *capitul. dilectus filius 3. de pœnis 3 & in capitul. 2. de crim. fals.* Archid. *in capitul presbyter 26. quæst. 6.* Bur. Innoc. & Felin. *in capitul. verum. de for. compet.* Ioan. Andr. *in capitul. vt si clerice de iudic.* Bartol. *in l. Diuus. ff. de fals* Capic *decis. 2. n. 13.* Afflict. *decis. 230. numer. 2.* Marant. *in spec. aur. part. 4. dist. 11. num. 2.* Didac. *pract. quæst. q. 18 post num. 8.* Diaz. *in pract. crim. can. c. 87. in fin.* Clar. *in pract. crim. § fin. qu. 38. vers. sed hic quæro, circ. med.* Boss. *in tit. de fals. num. 110.* & Alij.

Quidquid dixerit Glos. *in l. nullum. C. de testib in verb præscriptionem*, licet eam sequuti fuerint *ibidem.* Bald. Cyn & Salicet nam in hoc communiter reprobatur, vt tradit Paul. de Castr. *ibid.* & Innoc. & Alii *in dict. c. verum.* & Card. Alex. *in c. de accusatione col. 32. vers. sed quid si clericus 2. q. 8.*

Neque est in hoc audiendus Federic. de Senis *in cons. 93.* quod incip. *Factum tale est.* vbi ait, Iudicem sæcularem posse Clericum coram eo falsum deponentem punire ex officio, in pecunia, & extraordinariè; non autem ad partis instantiam, quamuis illum sequatur Gulielm de Bened. *in cap. Raynutius. p. 1. n. 142. fol. 79.* qui dicit sic seruari in Gallia, quem refert Cassaneus, *in Consuetud Burgund fol. 52. n. 87.* & Aufrer. *in clem. 1. de offic. ordin fallent. 2. reg. 1.*

95 Nam talis obseruantia Galliæ, potest esse, vel per abusum, vel per Summi Pontificis priuilegium ex concordatis Sedis Apostolicæ cum Galliarum Rege. Vnde secluso tali priuilegio esset huiusmodi abusus extirpandus: cum Clericus, tam principaliter, quam incidenter nullo modo conueniri possit passiuè per Iudicem laicum. *vt in text. in Auth. statuimus. C. de episc. & cleric.* per quam correcta fuerunt omnia alia iura antiqua, in quibus dispositum erat, quod in criminali causa Clericus conueniri posset coram Iudice sæculari, *vt in Authent. tit. Vt Cleric. apud propr. episc. per tot. & in §. fin. Auth. de sanctiss. episc. & Authent. Cleric. C. de episc. & Cleric.* hodie tamen isti textus non obseruantur, quia vt dictum est, fuerunt correcti per nouissimam *præcit. Auth. statuimus.* Vnde in præsenti neque sponte Clericus conueniri potest coram Iudice laico, etiam prorogando iurisdictionem cum iuramento, *capitul. si diligenti. de for compet.* Imò neque cum consensu sui Episcopi iurisdictionem Iudicis laici prorogare potest Clericus, Glols. & Abb. *in cap. significasti col. fin. de for. comp.* Quod procedit, non solum in actionibus personalibus, verumetiam

super

super realibus *cap. fin. de iudic. cap. si clericus laicum de foro compet.* Abb. *in cap. Eccles. a S. Mariae col. antepen. de constit.* vb. cæ. teri Canonistæ communiter. Idem Abb. *in cap. qualiter, & quando de iudic.*

96 Puniri igitur debet Clericus falsum deponens coram Iudice la co a proprio Ordinario, cui a Iudice sæculari remittendus est, et de pœna est depositionis perpetuæ de iure Canonico, & detrusionis in monasterium, vt pœnitentiam agat *cap. si episc. opus. 50.* & ibi Præpos. Abb. *in capit. 1. de crim. fals.* Couar. *in d. cap. quamuis pactum part. 1. § 7. num. 6. de pact. in 6.* Clar. *lib. 5. §. falsum pract. vers. pœna* Farinac. *de test. quæst. 7. numer. 7.* Diaz. *in Pract. crim. can cap. 96.* Rodriq. *qu. Regular. tom. 2. quæst. 31. art. 1.*

97 Sed quæritur, an Reus obiicere possit falso testi quæcumque crimina, ad eius testimonium refellendum?

Respondetur affirmatiuè, dummodo crimina sint vera, & faciant ad sui defensionem, tam si sint publica quam occulta, quæ eius testimonium euertent, & alia v a non possit se defendere. Et ratio est manifesta, quia talis reus, respectu falsi testimonii, est innocens, & sic se defendere potest vim vi repellendo. Mich. Salon. *2. 2. quæst. 70. art. 3. controuer. 1. conclus. 2.* siue falsum dixerit ex malitia, siue ex ignorantia inuincibili, quia in pari causa innocentiæ tenetur potius propriæ vitæ consulere, quam alienæ. Cordub. *lib. 1 quæst. 38. sub quarta ratione opinionis secundo vers. sed vt semel.* Sot. *lib. 5. de iustit. quæst. 1. artic. 7. in fin. corpor.* Petr. Nauar. *lib. 2. de restit. cap. 3. dub. 2. in fin. num. 348.* Sayr. *in claui Reg. lib. 12. capit. 19. numer. 27. vers. secundò certum est, in fin.*

98 Crimina autem, quæ non sunt vera, sed falsa, non potest Reus testi falso opponere ad eius dictum eneruandum, & infirmandum, siuè testis falsum dixerit, siue verum; siue iuris ordine seruato, siuè non. Sot. *d. libr. 5. de iust. q. 7. artic. 3.* Salon. *vbi sup.* et Sayr. *ibid. vers. porrò certum*, Rodriquez *in tract. de ordine iudicial. cu 8. conclus. primu.* Ratio est, quia obiicere alicui crimen falsum, est iuendacium perniciosum et intrinsecè malum, & sic illicitum. Doctor. *cit.* Et si reus opponat crimen aliquando falsum contra testem falsum, qui in causa contra ipsum, falsum testimonium dixerit, etiam quod alia via defendere nequeat, nisi obijciendo falsum crimen testi falso, adhuc ipse reus peccat grauissimè, & malè facit, & contra iustitiam, et contra Charitatem in ordine ad testem; quia non dicitur se defendere, sed inutilè aggredi per mendacium, quod nulla de causa licitum est; nam non sunt facienda mala, vt veniant bona. Diu. Paul. *ad Roman. 3.* Habet enim in tali casu ius negandi delictum falsò sibi impositum, sed non imponendi testi falsum crimen. Salon. *2. 2. q. 70. art. 3. contr. 2.*

PRAXIS PROCESSVS.

99 His positis prosequi necesse est de more ea, quæ ad modum practicum formandi processum criminalem spectant Vnde continuando sequentia cum antecedentibus in fine præcedentis sectionis 4. prænotatis, dico, quod accidit aliquando, vt aliquis testis citatus per Curiam ad testimonium veritatis perhibendum, non compareat infra terminum præfixum; & tunc eo elapso incusantur contra eum contumaciæ, prout fieri solet in causis ciuilibus. Quorum formulæ habentur supra *in Pract. Ciuil. p. 2. sect. 1. subsect. 3. de contum. Rei num. 7.* quo facto Promotor Fiscalis instat, vt procedatur contra illum ad condemnationem pœnæ comminatæ in citatione, infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma instantiæ Fisci pro testis condemnatione.

Die... Mens... Ann..

Pro Curia, & Fisco N. contra N. de N. &c.

In Episcopali Curia N. & coram Reuerendiss. Domino Vicario Generali eiusdem comparens N. Promotor Fiscalis in vltima hora termini peremptorij supradictis assignati, & accusatis contumacijs supradicti N. non comparentis in termino citationis ipsi facto ad informandam Curiam, vt in actis, &c. & facta reproductione dictæ citationis, & relationis, &c. ac præcepto facti de comparendo personaliter, sub pœnam tot, in casu, &c. exequuti per N. Curiæ Cursorem, prout, &c. Causam, & contumaciam, &c. ex quo comparere neglexerit, ne de eius inobedientia gloriari valeat, instetit, & instat, eundem (si verò fuerint plures dicatur in plurali eosdem, & eorum quemlibet) mulctari, & condemnari in pœnam scutorum tot, &c. in dicta citatione, & præcepto contentam, attenta perseuerantia eiusdem in contumacia, & mandatum quodcumque necessarium, & opportunum decerni, & relaxari. Aliàs &c. protestatur; &c. & prædicto, &c. omni meliori modo, &c.

100 Quo facto solet Iudex, siuè Ecclesiasticus, siuè sæcularis in quibusdam Curijs procedere ad citationem ad audiendam sententiam condemnatoriam, & videndum se condemnari ad pœnam, qua exequuta, vt fieri solet, deuenitur ad sententiam, iuxta petita per promotorem Fiscalem, prout sequitur, vel per aliam huic similem, videl.

Forma sententiæ mulctæ Testium.

Qui Perillustris, & Reuerendiss. Dominus N. Vicarius Generalis N. (*si verò sit Alter Iudex, dicatur, prout est*) sedens, &c. prædicta, &c. & visis &c. Vnde visis et rationib & præceptis contra supradictum *N. vel* suprad ctos N. N. & N. eorum quemlibet) relaxatis; visis relationibus, & exequutionibus Cursoris; visa eius, *siue* eorum contumacia, & quod comparere non curauit, *siue* non curauerunt. Visa citatione pro hac die ad videndum se mulctari, &c. ac visis alijs, &c. ne de eius, *siue* eorum contumacia, & inobedientia vllo vnquam tempore gloriari valeant, supradictum *N. siue* suprad ctos N. N. & N *&* eorum quemlibet condemnauimus, & mulctauimus in pœnam scutorum tot, &c. pro quolibet in dictis præceptis, & citationibus contentam; prout præsenti decreto condemnamus, & mulctamus, & pro condemnatis, & mulctatis haberi volumus, & mandamus; quam pœnam Cameræ Episcopalis N siuè fabricæ Ecclesiæ N. vel Hospitali N. applicari volumus, & mandamus, & pro applicata haberi dicimus, & decernimus, &c ac pro prædictis omnib. mandatum quodcumque necessarium, & opportunum relaxando, et decernendo: & ita, &c. Dicimus, & condemnamus, &c. non tantum, &c. sed omni, &c.

Ego N. de N. Vicarius Generalis N. ita pronunciaui, &c. latum, Actum, & publicatum in Banco Iuris C. P. Trib. sedente, &c. præsentibus ibidem N. N. et N. testib. habitis, etc.

N. Notarius, etc.

Vel in alio modo, prout in quibusdam alijs partibus fit, videl.

Et per Reuerendiss. Dominum Vicarium Generalem N. visis contumacijs accusatis per Reu. N. Promotorem Fiscalem Curiæ contra N. de N. visa citatione, &c. visis videndis, & omnibus actis, &c. fuit pronunciatum, & decretum, quod dictus N. de N. reputetur contumax, prout reputatur, & prout is condemnatur ad pœnam scutor. tot, &c. mandato contentam ipsi vsibus applicandam, &c. & ita per hoc suum, &c.

N. Vicarius Generalis.

Promissum in loco N. die N. mens. N. ann N. C. S. P. T. præsentibus N. & N. &c.

N. Actuarius &c.

Quod si testis excommunicationis pœna plectendus, erit, seruari poterit solitus ordo fulminandi sententiam excommunicationis, quem habes *infr. in tom. 2. part. 5. Prax. 7. sect. 2. num. 53. cum seqq.*

101 Vbi verò abseruatur, vt testes cogentur per torturam, ex causis superiùs enumeratis, puta quia sunt infames, ad purgandam infamiam: vel socij criminis, vel varij, & huiusmodi, inferri vtique potest. Huius autem tempus, modus, & forma coactionis, & torturæ ad testimonium ferendum Iudicis arbitrio remittitur. Et in Practica seruari vidi, quod talis tortura inferatur, absque aliquo termino, & disputatione, ad euitandum periculum subornationis, vt supra dictum est latè.

Profequendo igitur examen testis, *prout in sect. 3. præced. in num. 90.* quando deueniendum est ad torturam testium aliqua

exce-

exceptione laborantium, post vltimum interrogatorium; fieri debet infrascriptum, vel huic simile decretum, videl.

Forma Decreti de torquendo teste infami, vel exceptione aliqua laborante.

Tunc Dominus sedens, &c. Visis, &c. stante qualitate Personæ ipsius examinati, considerata infamiæ nota, quæ effectus reperitur: ad tollendam maculam prædictam, & vt eius dictum magis efficax nominatum, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum, mandauit ipsum examinatum duci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, & funi applicari.

Qui sic adductus, &c. Et prosequitur examen iuxta facti contingentiam, prout infra n. 103. vbi de tortura testis verisimiliter informati inferenda agitur.

102 Vbi verò casus acciderit, vt torqueri debeant Testes varij, vacillantes, contrarij, et similes; Tunc prosequendo similiter examen, cum deueniri debet ad actum torturæ, in vltima responsione testis ad Iudicis interrogationem facta: fieri debet decretum de torquendo, prout sequitur, vel huic simile, videl.

Forma Decreti de torquendo testem varium, vacillantem, vel qui aliud extra Iudicium, & aliud in Iudicio dixit.

Tunc Dominus sedens, &c. Visa variatione ipsius examinati, qui in præcedenti suo examine dixit, se vidisse Titium percutientem Caium, et modo negat, se illum vidisse; *Vel* vidisse percutientem lapide, et tali loco; modo ait vidisse percutientem gladio, seù ense, et in alio loco, quam prius deposuerat. *Vel*, qui aliud extraiudicialiter, præsentibus testibus affirmauit; aliud verò modo iudicialiter examinatus deponere non dubitauit. Ad tollendam omnem maculam periurii, si qua inest ab eius persona (*si premium dictum fuit iuramentum*) *Vel* ad purgandum omnem defectum variationis, si quis inest, et ad videndum in quo dicto ipse examinatus perstat, ac ad omnem alium meliorem finem, et effectum mandauit eumdem examinatum duci ad locum torturæ, ibique spoliari, &c. prout infra num. seq.

103 Quòd si torquendus sit testis, qui verisimiliter informatus est de delicto commisso, et tamen veritatem dicere recusat, vt supra dictum fuit, tunc prosequendo examen, vt aliàs dixi, fieri debet Decretum de illo torquendo infrascripta, vel simili.

Forma Decreti torturæ testis verisimiliter informati.

Tunc Dominus visis, & auditis prædictis, & pluribus monitionibus ipsi examinato factis, vt veritatem fateatur; consideratoque, quod ipse fuit præsens in loco, vbi homicidium (*verbi gratia, vel aliud delictum*) commissum fuit, tempore quo fuit commissum, & quod verisimiliter videre potuit, quomodo factum se habuerit, vel qui fuerint delinquentes, aut quibus vestimentis induti, vel quibus armis armati incederent, licet ipse hoc expressè inficiari conetur; ac considerantis aliis indiciis ex processu resultantibus; et contra dictum examinatum facientibus.

Ad effectum habendi ab ipso examinato plenam, et integram veritatem, super præmissis, de quibus, vt dictum est, verisimiliter apparet, quod sit informatus; atque ad omnem alium meliorem finem, et effectum, mandauit ipsum examinatum duci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, & funi applicari.

Qui sic adductus, dum spoliaretur, et ligaretur, fuit per Dominum benignè monitus, et hortatus, vt tandem liberè veritatem dicat, & recedat ab ipsius pertinacia; nec expectet, quod in finem eleuetur, prout eleuabitur, quatenus adhuc in eius obstinatione persistat.

Respondit. Sig. io non posso dir altro.

Tunc Dominus cum videret ipsum testem omninò recusare veritatem fateri, eumdem iam spoliatum, ligatum, et funi applicatum mandauit in altum eleuari.

Qui sic eleuatus cœpit clamando dicere. Ohime. Oh Dio Oh Maria Vergine del Carmine aiu atemi, &c.

Et sic sequitur examen notando verba, & motus modo, & forma, quibus fit in tortura Rei delinquentis, *de quo vid. infr. sect. 14. in Prax. process.*

Si vero examinatus, fuerit vicinus, etc. dici poterit.

Considerato, quod ipse examinatus est vicinus. Vel est solitus frequentare locum, in quo fuit repertum cadauer, (vel fuit commissum tale delictum, *& quod propterea potest esse informatus de veritate facti, ac de ipsis delinquentibus, concurrente etiam mala fama, & opinione ipsius examinati. &c.*

Vel si testis prius dixerat se scire omnia, mutatis mutandis dici poterit.

Consideratis verbis per ipsum examinatum extraiudicialiter prolatis, de quibus in processu, &c. Ex quo manifestè apparet, quod ipse est informatus de veritate, & de ipsis delinquentibus. Ad effectum, &c. & sequere, vt supra notatum est.

104 Quando verò inferenda erit tortura testi subornato ab aliquo, mediante pecunia, vel promissione alicuius rei, vt etiam supra fuit dictum; ad effectum detegendi subornatores, interloqui solet, eodem modo, quo supra, in progressu ipsius examinis, interponendo sequens decretum, vel huic simile: videl.

Forma Decreti torturæ testis ad detegendam subornationem.

Tunc Dominus sedens, &c. Visis, &c. Visa depositione per ipsum examinatum facta sub die tali, &c. in qua asseruit vidisse Titium tale delictum committere, consideratisque pluribus circumstantiis dictam depositionem concomitantibus, quæ verificatæ fuerunt, & quæ sunt adeo verisimiles, vt omninò credendum sit, ipsum examinatum in dicta testificatione verum dixisse, modo autem mentiri, præsertim cum ea, quæ in prima sua depositione dixit, vltroneus de plano deposuerit, nec modo sufficientem, aut verisimilem causam adleget huiuscæ suæ variationis, & propterea valde credibile, ac verisimile sit, ipsum examinatum ad dictam priorem depositionem reuocandam, ab aliquo subornatum fuisse. Ad effectum sciendi ab ipso examinato, an ab aliquo siuè aliquibus, & à quo, seù quibus fuit subornatus fuerit ad dictam priorem depositionem reuocandam, & omnem meliorem finem, et effectum; Citra tamen præiudicium quorumcumque iurium. Fisco ex dicta priori depositione competentium, & acquisitorum, quibus per præsentem torturam nullo modo præiudicare intendit, & non alias, aliter, &c. de quo expressè protestatus fuit, & protestatur; Mandauit ipsum examinatum duci ad locum torturæ, &c. *vt supra notatum est præcedenti numero* vers. ad effectum in fine.

105 Quando verò, vt supra dictum fuit, ex dictis testium, vel ex aliis indiciis præcedentibus fieri debet perquisitio in domo Rei, vel alterius delinquentis, pro inueniendis rebus furatis, vel armis prohibitis, aut similibus, tunc fieri potest sub infrascripta, vel simili.

Forma perquisitionis domus Rei, vel Alterius Delinquentis.

Die... Mens... Ann.... in Ciuitate, vel in Loco N. Perillustris, & Reuerendissimus Dominus Vicarius Generalis N. (*siuè N. Gubernator N. &c.*) vna mecum Notario, & testibus infrascriptis, pro Iustitiæ complemento, & ad omnem meliorem finem, et effectum, accessit ad domum N. de N. sitam, (*siuè &c.*) sitam in Ciuitate, seù Terra N. in loco, seù Platea dicta N. propè domum N. de N. ex vno latere, & domum N. ex alio, etc. quam reperit clausam, et cum pluries pulsato ostio, nemo responderet, & videretur nullus in eo manere, mandauit eamdem domum per Clauarium aperiri, prout per dictum Clauarium accersitum aperta fuit, (*Vel si clauis non poterit haberi non poterit aut aliter aperiri, quam per fractionem ostij, dicatur*; Et cum alio modo aperiri non possit, mandauit fores dictæ domus per vim recludi, prout calcibus per Birruarios in eas factis

ſectix aperæ fuerunt,) & in dictam domum vna mecum Notario, & teſtibus prædictis, ac Birruarijs concomitantibus ingreſſus cœpit per omnes ſtantias illius ambulare, & perquirere; Et tandem in quadam Camera exiſtente propè cameram lectus in quadam capſa corio rubeo cooperta, vulgo dicta baguglio, ſimiliter clauſula, ſed pariter hæc per vim aperta fuit, cum alio modo aperiri nequiret, fuerunt reperta multa bona, & ſupellectilia, et inter cætera, quædam inſtrumenta ferrea, et arma prohibita, præſertim quoddam paruum ſcoplum, vulgò dictum archibuſettum ad rotam longitudinis vnius palmi cum dimidio, cum capſa ex ligno oueis confectum, benè laboratum, & multis imaginibus delineatis: ac calybe celatis, cuius rota videbatur eſſe cum ſpeculo, & in extremitate deaurata & in calce delineatum erat cum minutis filis eburneis. Et cum de mandato Domini vnus ex birruarijs aſtantibus periculum feciſſet, an eſſet vacuum, fuit quidem repertum onuſtum, & demandato eiuſdem Domini materia intus exiſtente extracta, reperta fuit quædam quantitas pulueris archibuſij, & duæ pilæ plumbeæ, quæ omnia ego vidi, & de mandato, vt ſupra annotaui: Tunc Dominus præfatus viſis prædictis mandauit mihi Notario, & dictis teſtibus, vt ſupra capſam dicti archibuſetti litteram B. Maioſculam formaremus, & nomina, ac cognomina noſtra ſcriberemus, prout per me, & teſtes prædictos formata, & ſcripta fuerunt, ac deinde tam dictum archibuſettum, quam puluerem, & pilas ex eo extractas mihi cautæ Notario conſignauit, & per me cautè cuſtodiri mandauit; animo, &c. omni, &c. Actum die, & loco ſupradictis, præſentibus ibidem N N & N. teſtibus ad prædicta omnia vocatis, habitis, & rogatis etc.

Idem ſeruandúm erit in annotandis alijs rebus repertis in domo Rei, vel alterius, quando fit huiuſmodi perquiſitio, vt ſi inuentæ fuerint ſcripturæ, dicatur. Fuerunt repertæ multæ ſcripturæ, cum quodam proceſſu de partibus Pro N. de N. Terræ N. Diœceſis N. contra N. de N. &c. *Si verò fuerint litteræ, dicatur:* Fuerunt repertæ quædam litteræ apertæ, ſub datum Neapolis die tali menſis. N. anni. N. quarum tenor erat. Molto Illuſtre Signor mio Patron Oſſeruandiſſimo: Eſſendo arriuato, &c. cum ſubſcriptione in fine, Affettionatiſſimo Seruitore N. de N. Inſcriptio verò à tergo talis erat. Al Molto Illuſtre Signor mio oſſeruandiſſimo Il Signor N. de N. Roma. Sigillum autem cognoſci non poterat, quia iam depreſſum erat, *& ſic de ſingulis rebus repertis fiat, ſecundum diuerſitatem ipſarum. Poſtea ſubiungi debet.* Quæ quidem ſcripturæ, ſeù litteræ fuerunt de mandato Reuerendiſſimi. Domini prius per me ſigna⸗ litteris R. & S. maiuſculis, deinde per ipſos teſtes eorum nominibus, & cognominibus in ſummitate prima faciet hoc modo, videlicet.

Io N. de N. fui preſente, quando queſte ſcritturæ, ò lettere furono trouate in caſa di N. de N. *Et ſi ſit præſens Reus ipſe dicatur.*

Io N. de N. confeſſo, che le præſenti ſcritture, ò lettere ſono ſtate trouate in caſa mia, come di ſopra, &c.

Quòd ſi teſtes, vel Reus ipſe ſcribere ignorauerint, iniungi debet, vt ſignum crucis apponant more ſolito, &c.

Idem ordo ſeruari poteſt in perquiſitione facienda ex alijs cauſis, & rationibus, mutatis mutandis.

Idem etiam ordo ſeruandus erit, ſi inueniantur chartæ ſcriptæ infamiam alicuius continentes, quæ communiter libelli famoſi appellari ſolent. Et ſimiliter ſi reperta fuerint aliqua inſtrumenta ad falſam monetam fabricandam pertinentia, vel ad ipſam tondendam, aut adulterandam; & ſic de reliquis. Vel ſi tempore carcerationis inuentæ fuerint penes eumdem Reum per familiam Curiæ litteræ, aut aliquid aliud; quæ quidem bona, aut litteræ, dum Conſtituitur Reus, ſunt ipſi exibendæ, vt eas recognoſcat, ad magis conuicendum de mendacio, de quo dicemus infra *Sectio. 9.*

SECTIO VI.

De Citatione Rei Delinquentis poſt captas Informationes.

SVMMARIVM.

1 *Citatio triplex eſt in criminalibus regulariter Verbalis, Realis, & per edictum.*
2 *Realis citatio quæ?*
3 *Citatio per edictum, quæ?*
4 *Citatio, quid ſit?*
5 *Citatio in criminalibus omninò neceſſaria, ſecundum Ius Canonicum; imo de Iure Diuino.*
6 *Citatio vnica non ſufficit in criminalibus.*
7 *In citatione, an ſit inſerenda cauſa, quare citetur.*
8 *Citatio, quæ requiſita continere debeat.*
Peremptorius terminus, an ſemper requiratur in citatione.
9 *Citatio per quem exequi debeat.*
10 *Citatio ſcribi debet in Actis Curiæ.*
Citationis executio nunquam committenda parti aduerſæ.
11 *Citatio fieri debet cum competenti termino.*
12 *Citatio criminalis fit ad comparendum perſonaliter.*
13 *Procurator non admittitur ad comparendum pro Reo.*
14 *Procurator quando admittatur in criminalibus.*
Caſus, in quibus admittitur Procurator, etiam in criminalibus.
15 *Citatio, an facienda ſit perſonaliter, an verò domi.*
16 *Diligentia fieri debet per Curſorem, de habendo perſonam citandi.*
17 *Citatio, ad finem excommunicandi, requiritur, vt perſonaliter fiat.*
18 *Citatio domi, ſi malitiosè, quis latitaret, ne citaretur, valeret etiam in excommunicatione.*
19 *Latitans malitiosè, quando quis dicatur.*
20 *Citatio domi, ſecundum Vanctum, in omni caſu valida erit.*
21 *Curſor citans, an teneatur diligentiam facere de habendo perſonam citandi.*
22 *Curſor habens in commiſſis, vt citaret da perſona, ſi haberi poſſet, alias domi, tenetur exprimere diligentiam.*
23 *Curſori referenti cum iuramento creditur.*
24 *Citatio domi facta valet, etiam ſi tunc nullus eſſet in domo de Iure Regni.*
25 *In citatione domi facta requiruntur duo Teſtes.*
26 *Curſores in Regno ſunt viles per ona, & ideo vt eis credatur requiritur præſentia duorum teſtium.*
27 *Curſor citare volens poteſt, per vim domum intrare.*
28 *Delinquens citari poteſt, etiam in alieno territorio, cum licentia ſuperioris loci.*
Iuriſdictio vna coadiuuari debet per aliam.
29 *Vagabundus Clericus vbi citari debeat.*
30 *Acceſſus non tutus conſtare debet in Actis.*
Citatio per edictum quando fiat.
31 *Citatio vnica non ſufficit in criminalibus ad condemnandum Reum.*
32 *Sufficit tamen ad alios effectus, ſi ſit cum peremptorio.*
33 *Terminus ad comparendum, eſſe debet competens; alias non arctaret reum.*
34 *Terminus prædictus, qualiter computandus.*
Termini, ſeù citationes ſunt arbitrariæ.
35 *In terminis aſſignandis ad comparendum, quæ conſideranda.*
36 *Citatio die feriata facta ad diem non feriatam, an* [illegible]
37 *Citatio cadens in die feriata non afficit c*[illegible] *niſi poſt diem feriatam etiam ſi plures fuerint.*
38 *Copia citationis ſemper rel*[illegible]*enda citato.*
39 *Dies iuridice citationis, qualis attendenda; locine, vbi quis citatur, an C*[illegible] *vbi comparet?*
40 *Nomen cit*[illegible]*ndi non eſt adeo neceſſarium in citatione, vnde citari poteſt per ſigna.*
41 [illegible]*atio Curſoris citantis eſt de ſubſtantia citationis.*
42 *Relationis requiſita, quæ?*
Curſoribus non multum creditur in criminalibus.

43 *Relatio*

43 *Relatio prædicta scribi debet in actis; aliàs si de ea non constet, non potest procedi.*
44 *Effectus citationis, qui sint?*
45 *Citatio tolli potest, quatenus concernit Iae positiuam.*
46 *Citatio ad sententiam post conclusum in causa tolli potest.*
47 *Excommunicatio comminata in citatione, est ferenda non lata sententia.*
48 *Citationis ad informandam forma.*
49 *Citationis ad recipiendam copiam capitulorum forma.*
50 *Citationis per edictum forma.*
51 *Relationis forma in criminalibus.*

POstquam Iudex ex informationibus captis sufficientia habuerit indicia contra Reum delinquentem, quod delictum, de quo inquiritur, commiserit, debet illum de Iure Canonico citare ad comparendum, & se exonerandum; aliàs procede poterit contra ipsum in contumaciam, seruatis seruandis. Vnde in præsenti Sectione plura à Nobis de more videnda erunt. Et Primò: Quotuplex sit citatio in criminalibus. Secundò, Quid sit. Tertiò, An sit Reus necessariò citandus. Quartò, An in citatione sit inferenda causa. Quintò, Quomodo concipi debeat. Sextò, Qualiter exequenda sit. Septimo, Qui sint effectus citationis in criminalibus.

1 *Quoad primum*, notandum est, quod licet dentur plures species citationis, de quibus quadam pauca prælibauimus supr. *in Pract. ciuil. part. 2. sect. 1. subsect. 2. numer. 2. cum plurib. seqq.* omissis tamen alijs dico, quod in criminalibus, vt plurimum, tripliciter citari potest Reus; nimirum verbaliter, realiter, & per edictum. Verbalis citatio propriè est illa, quæ solis verbis, & viua voce fit, vel per Iudicem ipsum in actu, ac exercitio iurisdictionis, *iuxta text. in cap. cum dilecti. vers. viua voce. de dol. & contumac.* & hæc habet vim trinæ citationis. Gloss. *in c. consuluit. verb. terminum de offic. delegat. & in l. 2. C. quomodo, & quand. Iud.*

Vel fit per Nuncium, seù Cursorem, præcedente mandato Iudicis. *cap. cum parati. de appellation.* Et hæc fieri potest de persona, & in domo citandi, etiam ianuis clausis, ante domum vel quando citandus comparet in fenestra. *leg. satis. ff. de in ius vocand.* Item fieri potest Ecclesia. *l. præsenti C. de his qui ad Ecclesi. confug.* Et si citandus latitauerit, ne citetur, præsentari debet per Ecclesiæ Rectorem in loco intra fines Ecclesiæ, vt possit per Nuncium, citari. *vt in d. l. præsenti habetur in fin. §. 1.* in illis verbis; *Quod si in finibus Ecclesiasticis lateant; Religiosus œconomus, seù defensor. Ecclesiæ, vel certè quem his negotijs commodiorem, authoritas Episcopalis elegerit, reconditam, latentemque personam doceantur, sine vllo incommodo mentis sui intra fines Ecclesiæ, si inueniatur, præsentet.* Vbi Glos. *in d. verb. præsentes*, ait: *præsentet volenti monere, vel citare.* Minus propriè verò verbalis citatio est, quæ fit in scriptis; nam verba, vel proferuntur, vel scribuntur: cum proferuntur tantùm, dicitur verbalis propriè, vel non scripta citatio; cum scribuntur, dicitur minus propriè verbalis, seù scripta, *vt in l. sed, & interpellatur. §. arbiter. ff. de recept. arb. tr. & in l. omni verò. §. euocari. ff. de fideicommissar. libert.*

2 Realis autem citatio, quæ & Personalis dicitur, est, quando quis citatur realiter, hoc est capitur de persona per ministros Curiæ, & carceribus detruditur. *cap. dilectus. de appellat. cap. si clericos de sentent. excommun. in 6.* & vtrobique Abb. Felin. & Alij, *& lib. 2.* vbi Gloss. Ias. & Bart. & DD. *ff. de in vsfruct. omn. iudic. & in l. consentaneum. C. quomod. & quand. Iud.* de qua Marant. *in spec. Aur. act. 6. ver. vel è concipiatur citatio. num.* 58. Vbert. *de citationibus tom. 1. cap. 7. numer. 150. & seq.* Et hæc citatio efficacior, & potentior est omnibus aliis. *libr. 1. C. qui bon. ced. poss.* Soccin. *de citation. artic. 3. num. 1.* Et fieri potest in Criminalibus, & in Ciuilibus. In Criminalibus quidem contra querelatos, vel indiciatos de crimine, vel repertos in flagranti crimine ... *neminem*, & ibi Gloss. & DD. *C. de exibend. reis, & l. interdum fur. §. ... furem. ff. de furt.* In Ciuilibus verò fit, Vel contra debitorem suspectum de fuga, *vt in l. ait Prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credit.* Vel contra contumacem. *d. l. consentaneum. C. quom. & quand. Iud. & §. si vero Auth. de exhib. reis.* Vel contra Reum conuentum virtute rei iudicatæ, seruata depositione. *l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic.* hoc est, vt prius exequatur bona, & in eorum defectum capiatur de Persona; aliàs non. Gloss & Bartol. *in leb. 3. §. tutor. ff. de susp. tutor.*

3 Citatio verò per edictum est, quando ille, qui citari debet, ob non tutum accessum citari non potest, & sic ne Nuncius periclitetur, si accederet ad locum, vbi citandus detegit, decernitur citatio in scriptis ad instar edictorum, quæ olim in Albo Prætorum proponebantur; & sic affiguntur in ianuis, vel locis publicis Curiæ; vel in ianuis Cathedralis, & maioris Ecclesiæ illius loci, seù Terræ, in qua oriundus est citandus, ad hoc vt ad eius notitiam perueniat citatio; & tunc per comminationem, vt per illam habeatur pro citato; afficit eum æque, ac si personaliter citatus fuisset, ita decreuit Summus Pontifex Bonifacius Octauus. *in extrauag. Rem non nouam. de dol. & contum.* Quæ tamen Constitutio tamquam valde rigorosa moderata fuit, per Clement. V. *in clement. 1. de iudic.* vt talis citatio tunc solum procedat, quando citandus impedit, ne citetur; vel eius domicilium est in loco, ad quem non datur tutus accessus. Gloss. *ibid. in verb. restringimus.* Idem statuitur in materia appellationis per eumdem Clement. V. *in clement. causam de elect.* Vbert. *vbi sup. d. cap. 7. n. 275.*

Nota tamen, quod hæc citatio ob non tutum accessum non potest per quemlibet Iudicem de Iure Canon. decerni, nisi ex speciali Papæ commissione; vt expressè cauetur. *in d. extrauag. rem non nouam de dol. & contumac.* in illis verbis: *Id Nobis specialiter, & ex certa scientia iubeantibus.* vbi Gloss *in verb. albo*, & aduertit idem Vrbet. *loc. citat. num. 276.* Idem habetur *in d. clem. 1. de iudic.* ibi: *Ipso Papa specialiter, & ex certa scientia mandante*, vb. Gloss. *in verb. specialiter*, tradit non sufficere mandatum generale de citando, nisi Papa specialiter exprimat citationem per hanc formam fieri posse. Idem firmat Bartol. *in extrauag. constit. Ad reprimendum. verb. per edictum num. 1. in Authent.* Et quotiescumque Summus Pontifex dat facultatem alicui citandi per edictum, semper de stylo apponitur clausula in commissione: *constito summariè de non tuto accessu.* Cassador. *decis. 2. de dol. & contum.* vbi *num. 2.* ait, quod testes dicere debent, se credere, quod impossibile sit, ob non tutum accessum, aliquem citari posse; vt per Rot. *decis. 22. de rescr. in antiq.* vbi etiam habetur; quod neque sufficeret solum iuramentum partis super non tuto accessu. Neq. sufficeret sola Iudicis assertio. *iuxt. tradit. in c. quoniam contra de prob.* Beso *cons. 63. nu. 154. vers. nec Iudex asserens l. 1.* Mandos. *de commiss. formul. 4. in verb. etiam per edictum publicum. ante fin.* vbi in *vers. & ibi dictus addo* ait, Rotam admittere testes singulares ad probandum non tutum accessum.

Nota insuper, quod hæc citatio per edictum, ob non tutum accessum decerni, & exequi potest, etiam die feriata. *iuxt. præcit. extrauag. rem non nouam.* ibi: *etiam extra solemnes dies, & d. clem. 1. de iudic.* ibi: *tam in diebus solemnibus, quam in alijs* & Cassador. *decis. 5. de dol. & contum.* Vestr. Prax. *lib. 4. cap. 3. nu. 6.* & ibi Grau. *nu. 13.* Et in ea apponendus est terminus competens ad comparendum, *vt in d. extrauag. rem non nouam.* ibi: *post terminum lapsum, quem considerata locorum distantia volumus citationibus ipsis competentem appon.* & habetur *in d. clem. 1. de iudic.* & notatur per Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum. verb. per edictum* Caputaq. *decis. 263. nu. 10. par. 2.* Imò quod terminus solitus in alijs citationibus dari, duplicari debeat in istis per edictum, censuit Cot. *in Ianuen. separationis Thori 16. Februarij 1632. coram D. Coccino.* Et si terminus esset breuis, non arctaret citatum ad comparendum, etiam post terminus. Put. *decis. 150. nu. 2. l. 3.* Crescent. *decis. 6. de dol. & contum.* Cassador. *decis. 6. nu. 3. eod. tit.* Et à breuitate termini datur appellatio. Rot. *dec. 15. de rescr. in nou.* Put. *loc. cit.*

Nota tertiò, quod hæc citatio affigi debet in locis publicis, & frequentatis, vt ab omnibus videri, et legi possit, *vt in d. extrauagant. rem. non nouam, & d. clem. 1. habetur*, & in partibus extra Curiam sufficit poni in locis vicinis, quamuis non viciniotibus domicilio citandi, dummodo verisimilem notitiam habere possit citandus. Achil. *decis. 15. de dol. & contum.* Cassador. *d. decis. 6. num. 1. eod. tit.* Vant. *de null. ex def. citat. num. 140.* Et non solum affigi, sed etiam affixa dimitti debet per aliquod temporis spatium. *vt habetur in præcit. Iurib.* videlicet. *in d. extrauag. rem non nouam* in illis verbis; *vt cunctis possit patere, & ita deferre citatio.* Sed prius est legenda alta voce in multorum præsentia, & postea affigenda, *vt in d. clement. causam. de elect.* ibi: *perlecto illius tenore.* Vbi Gloss. *in verb. perlecto*, ait debere integrè legi. Vnde nisi integrè legatur, citatio non diceretur legitimè exequuta, & consequenter non valeret.

leret. Rot. decis. 8. in dol. & cont. in nou & decis. 325. numer. 6. p. 3. l. 3. diuers. & decis. 224. n. 0. p. 5. recent. Cassador. decis. 5. nu. 1. de dol. & contum & Achill. decision. 4. eod. tit.

4 *Quoad secundum*, quia sit citatio, notandum est, quod nihil aliud est, quam in Ius vocatio. *vt in tit. ff. & C. de in ius vocand.* vbi DD. communiter, & Ego dix. *in d. sect. 1. subsect. 2. n. 1.* ideo non est hic amplius immorandum.

5 *Quoad tertium*, an scilicet Reus sit necessariò citandus, notandum erit, quod regulariter secundum Ius Canonicum debet quilibet citari, aliàs non potest contra ipsum aliquid de. finiri, *capit. 1. de caus. poss. & propr.* citatio enim est de Iure Diuino, quia in sacra Genes. *cap. 3.* habetur, quod cum peccasset Adam, Deus illum vocauit, antequam iudicaret, dicens: *Adam vbi es*: de quo *in cap. supreme, de poenit. dist. 1.* & similiter habetur. *Genes. 4.* de Cain, qui postquam Abel fratrem suum occidisset, fuit à Deo vocatus, & citatus illis verbis: *Vbi est Abel frater tuus.* Item *Genes. 18.* cum Dominus condemnare voluerit Populum Sodomorum, prius dixit: *Descendam, & videbo, &c. vt in c. Deus omnipotens 2. q. 1.* Similiter habetur *num. 16.* de Dathan, & Abiron, qui antequam damnarentur, fuerunt per Moysem vocati, vt coram eo comparerent; & ita tenent communiter Theologi, secundum Alexand. de Ales. *3. p. summ. qu. 45. art. 3. in tit. de processu ordin.* quod etiam Plato *in dialog. 9. de legib.* apertissimè docuit; & ita tenet similiter Brun. *in tractat. de indic. & tortur. in vltim. qu.* Milleus *in prax. crim. in glos. visit. fol. 49.* post text. Gloss. & Bart. *in l. 2. C. de offic. praefect. Vrb.*

Quod est adeo verum, vt in criminalibus requiratur citatio, quòd si Reus non citetur, vel citetur, sed non legitimè, condemnari non possit. Imò processus contra ipsum formatus, & omnia alia sunt ipso Iure nulla. Plot. *cons. 51.* Brun. *cons. 89. nu. 1. p. 1.* Clar. *qu. 31. vers. 1.* vbi de communi testatur, Sforz. Odd. *cons. 72. nu. 1. vol. 1.* vbi Alios adducit, latè Fatinac. *cons. 14. num. 3.* & Maur. Burg. *in tract. de mod. proced. ex abrupt. centur. 1. qu. 49. per tot.* & latissimè Petr. Caball. *in qu. criminal. centur. 3. cas. 2. nu. 269.*

Quae conclusio procedit, etiam in delictis notorijs in quibus citatio fieri debet, non obstante notorietate, quae aliàs est priuilegiata in modo procedendi. Brun *vbi sup.* Clar *in Pr. cr. quaest. 9. vers. quaero numquid,* vbi de magis communi, *& quaest. practic. 31. vers. primo in fin.* Odd. *loc. cit. num. 8.* vbi Alios cumulat.

6 Imò ampliatur, vt non sufficiat vnica citatio in criminalibus, sed requirantur plures citationes, *iuxta text in l. absentem,* in illis verbis: *Si saepius admonitus. ff. de poen.* Clar. *in d. qu. 31. vers. quaero modo.*

Secundò ampliatur, vt etiam requiratur peremptorius terminus ad comparendum, sicut in Ciuilibus, vt aduertit. Scace. *d. tract. crim. lib. 1. cap. 91. num. 25. in fin. & cap. 92. num. 2.* Marsil. *in Pract. crim. §. postquam, num. 66.* ad effectum, vt si Reus per non comparitionem efficiatur contumax, habetur pro confesso. Foller. *in Pract. crim. vers. iacular. vers. Et si constituantur 4. part. 3. partis num. 16.* Guazzin. *defens. 20. cap. 1. nu. 11.* Afflict. *in constit. Regni incip. Pann. ser. num. 65. in fin. lib. 1.* & Carauit. *sup. Ritu Magnae Curiae Vic. ar. 120. num. 1.* & in Regno citatio sine termino peremptorio non valeret, *vt mox dicemus. num. 5. vers. quinto debet.*

Sed difficultas est, an dictum peremptorium In Criminalibus valeat, si expediatur vnica tantum citatio peremptoria, vel requirantur ad minus tres? Ad quam respondetur, quod si exstaret statutum particulare, illud seruandum esset, Scacc. *d. cap. 91. nu. 34. & c. 92. nu. 4.* Si verò non adesset, vnica peremptoria pro omnibus sufficeret; ita tenent communiter DD. vt inquit Felin. *in c. consuluit. nu. 15 de offic. deleg.* Boss. *in tit. de sentent. n. 4.* Clar. *q. 21. vers. quaero modo numquid.* Scacc. *c. 99. nu. 11. l. 1. &* Alij apud Illos. Vnde patet, quod in hoc standum est consuetudini loci, & stylo Curiae.

7 *Quoad quartum*, an scilicet in citatione inferenda sit causa, propter quam quis citatur, notandum est, quod Gloss. *in cap. praeterea de dilationib. verb. plenè*, absolutè partem affirmatiuam tenet, per text. *in cap. si primates 5. qu. 2* sequitur Card. *in clem. 2. vt litt. pend.* & Foller. *in Pract. crim. for. iac. part. 1. secunda partis vers. vel eos verbal. citar. sub. num. 2. in fin.* vbi ita practicari testatur, & Clar. *in Pract. crim. quaest. 31. vers. quaero nunc,* vt scilicet apponatur causa. Baldus tamen *in l. nullus C. de exhib. reis.* contrarium tuetur, nimirum vt non requiratur insertio causae, ob quam citatur quis, sed sufficiat, vt si aliquo supplicier concipiatur ad se excusandum a quibusdam sibi oppositis, ita etiam tenent Bu r. *in d. l. interrumcusactorum vers. pro declaratione quaero. ff. de public. iud.* Salicet. *in l. absentem C. de accus.* & Afflict. *in constit. Regni incip. Humanitatem* in 6. *notab.* qui tamen postea *in const. si quem nostrorum in 5. notab.* sequitur opinionem Mariani Soccini *in tract. citat. art. 2. nu. 2.* vbi distinguit inter Iudicem Delegatum, & ordinarium, & in primo tenet debere inferri causam, in secundo verò secus. Abbas verò in *d. c. praeterea num 8 & in c. licet. de accus.* neutram opinionem sequendo, vtitur distinctione, quòd aut citatio mittitur in partes longinquas; Aut fit in eodem loco iudicij, vel in partibus propinquis. In priori casu exprimi debet causa, propter quam quis citatur: In secundo verò secus. Abbatem sequitur Felinus *in d. cap. licet*, & Praepositus. *in d. cap. si primates 5. qu. 2.* et Alij Hodie tamen indistinctè seruatur, tam in Romana Curia, quam in alijs, vel plurimum, vt semper in citatione inferatur causa, prout testatur etiam Foller *sub pract. crim. can. part. 2. capit. 9. numer. 39. in fin. & in pract. crim. for. iacular loc. proxime citat.* et Clar. ibid. Imò practicatur de consuetudine in aliquibus Curijs, vt non solum inferatur causa in citatione; verum etiam totus tenor libelli, seu inquisitionis modo, & forma, prout posui *sup. sect. 2. nu. 76.* & ita testatur etiam Marian. Soccin. *in c. qualiter, & quando 2 num. 212. in fin. de accusat.* & Angel. *de malefic. in verb. Index commissi. n. 3.* & ibi Addentes.

Ratio autem, quare inferi debet in citatione causa, ob quam Reus citatur, est ad hoc, vt per citationem cum expressione causae plenè instructus possit contradicere, et opponere exceptiones, si quas habeat. Vant. *d. tract. de nullit. tit. de nullit. ex def. citation. nu. 50. & seqq.* Clar. *in q. 31. vers. quaero nunc.* Gail. *in pract. observat. 51. in princ. l. 1.* latè Scac. *in tract. crim. d. lib. 3 cap. 32. num. 14.*

8 *Quoad quintum*, quomodo scilicet concipienda sit citatio, notandum est, quod plura requisita continere debet, & Primò vt exprimatur nomen Iudicis; *vt in cap. praeterea de dilation.* & in Regno adest *constitutio*, quae incipit. *Edictorum.* Secundo nomen citati. Gloss. *in cap. cum in multis. ver. quorum de rescript. in 6.* Tertiò opponi debet, locus, si Iudex sit delegatus, *c. cum parati de appellat. & d. cap. praeterea de dilation.* Si verò sit ordinarius, valere citatio, quamuis non apponeretur locus, in quo comparere deberet, quia intelligeretur de solito, vbi ius dicitur. Afflict. *in dict. constit. Edictorum. notab. 7.* Quartò continere debet causam, ob quam citatur. *d. cap. si primates 5. qu. 2.* Gloss. *in d. cap. praeterea verb plenè. de dilat.* & Alij, *de quib. supra.* Quintò debet continere terminum peremptorium. *cap. de illis aut. §. de consentient.* & ibi Gloss. *in verb. peremptorié. 24. quaest. 3.* ad id addita *in l. Au qua C. quem. & quand. Iud* & dictum est supr. Et in Regno non valeret citatio sine appositione termini peremptorij, *vt in constit. praecit. Edictorum §. citatio sub rubr. de litter. citator.* vb. Gloss *in ver. continebit.* & Afflict. *ibid.* per quam constitutionem fuit correcta *l. ad peremptorium ff. de iudic.* vbi cautum reperitur, vt tribus citationibus praecedentibus apponeretur peremptorium; nam hodie in toto Regno per dictam constitutionem, fit vnica pro trina citatione cum termino peremptorio, aliàs nulla esset. Est benè verum, quod si apponeretur aliud aequipollens, quamuis non adesset peremptorium, adhuc sustineretur, vt si diceretur: *comparat ad primam Iuris, aliàs elapso termino in citatione apposito, procedetur contra ipsum, prout Iuris fuerit, &c.* Haec enim verba idem operantur, ac verbum *peremptoriè.* Abb. *in cap. sit causam qua col. 2. de rescript.* Afflict. *in d. constit. Edictorum, per text. in cap. licet in quadam. de testib.* vbi nihil refert, quod aliquid fiat per equipollens, dummodo quod fieri necesse est, fiat Sextò continere debet tempus datae, idest diem, mensem & annum, aliàs propter indeterminatum tempus non valeret, *vt in l. si qua beneficia. C. de diuers. rescr.* Gloss. *in capit. quoniam contra de probat.* Vnde ex dictis constat, quod requiritur etiam. Septimò, quod fiat in scriptis; vt in Iuribus praeallegatis; benè verum est, quod fieri potest, etiam viua voce aliquando, & etiam per iudicem vt dictum est, & per Tabellionem, seu Actuarium, Speculat. *lib. 2. de citat. §. 2. num. 1.* & Mill. *in prax. crim. glos. praesens. fol. 46.* Octauò continere debet terminum competentem, vt mox inferius dicemus. *l. nullus. C. de exhib. reis*; vt tradunt DD. communiter Marant. *in prx. Aur. part. 6. num. 1. num. 31. & seq.* Gaill. *libr. 1. observat. 48. cum seq.* Vant.

de nulli-

de nullitat. ex defect. citat. num. 31. 38. & seq. Scacc. *in tract. crimin. 1. cap. 37. num. 6.*

Reliqua necessaria *vid. in Pract. ciuil. sup. part. 2. sect. 1. subsect. 2. per tot.* vbi latè. Nota tamen hic, quod idem Iuris est in Criminalibus, ac in Ciuilibus, quoad citationem, vt ait Speculat. *de citation. lib. 1. §. 2. num. 2. &* Scacc. *d. l. 1. c. 49. num. 2.* vbi etiam firmat, quod in citatione criminali requiruntur omnia ea, quæ sunt necessaria in citatione ciuili.

9 *Quoad sextam*, Qualiter scilicet citatio exequi debeat, notandum est, quod exequenda erit per Nuncium, seù Cursorem Curiæ, cui committi debet per Iudicem. *c. cum parati de appell. cap. quoniam, contra de appell.* Valet tamen citatio, si exequatur per Nuncium alterius Curiæ, seu iurisdictionis. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, ver. per nuncium vel. quomod. in las. maiest. crimin. proced. in Authentico* Foller. autem *in Pract. crimin. fol. fre. vers. vel eos verbaliter citari faciat. numer. 17.* tunc solum videtur sequi doctrinam Bartoli, quando in citatione fuerint dictum: *committitur N. nostra Curia Cursori, sinè cuius aliorum cursorum*, de quo late M ll. *in prac. prax. crim. vers. cuius aut alio rogato.*

10 Hinc hodie ad euitandum euitanda, semper opponuntur prædicta verba in citationibus. Et similiter, vt antequam tradatur citatio Cursori, Notarius, seu Actuarius causæ redigat illam in actis, vt si furtè per Cursorem amittatur, vel ei auferatur, possit de ea constare, & facere relationem. Succin. *in tract. de citat. art. 14. q. 6.*

In nullo verò casu committenda erit parti aduersæ citatio. Speculat. *de citat. d. §. 4. nu. 2.* vbi multa iura allegat; quia numquam credendum est inimico; *vt Ecclesiast. cap. 12. ibi. Non credas inimico tuo in aeternum.*

11 Item debet Noncius, vel cursor citare Reum ad comparendum personaliter, & proinde dandus est ei in citatione competens terminus, arbitrio tamen Iudicis. *cap. de illicita. §. 1.* vbi Gloss. *in verb. vsum 24. quaest. 3. l. nullus C. de exhib. reis l. absentem ff. de poen. & l. qui crimen C. qui accusar. non poss. arg. capit. rursus, & cap. seq. 11. qu 3.* Speculator. *de citatione §. 1. num. 12. & §. 2. numer. 1.*

Alias non arctaret Reum citatum, ad comparendum, nec eum afficeret, si non præfigeretur terminus ad comparendum, quia esset incerta, & obscura. Bart. *in l. liber. homo. §. 1. ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. consentaneum vers. & nota primò C. quomod. & quand. Iud.* Carauit. *in rit. 123. num. 9.* latè Vant. *de nullit. ex defect. cit. num. 67.* Baiard. *ad Clar. qu. 31. num. 197.* & latissimè Scacc. *in tract. cr. d. l. 1. c. 32. nu. 17.* vbi DD. contrarium tenentes allegat, & post multa tenet, citationem, sine termini præfixione valere: concludit tamen melius esse terminum apponere ad euitandas oppositiones, de quo vid. Boer *decis. 235.* vbi articulum examinat. & Grauat. *ad Vestr. in Pract. l. 4. c. 2. n. 11.* vbi ait, quod valeret citatio sine termino.

Terminus autem præfigi debet competens, quia si esset nimis breuis non arctaret citatum ad comparendum. Vant. *vbi sup.* Vestr. *in Prax. d. c. 2. num. 5.* & ibi Grauat. *lit. B.* Vnde exprimi debet dies certa, in qua finitur terminus, intra quem comparere tenetur citatus. Ias. *in d. l. liber. homo §. decim. num. 7.* Marsil. *in l. de vnoquoque num. 168. ff. de re iudic.* Boer. *decis. 276. & 185.* Vant. *loc. cit. num. 65.* Cæuall. *in tract. comm. contr. comm. qu. 209.*

12 Hæc autem citatio in criminalibus fit ad comparendum personaliter, & non procuratorem, ad effectum, vt Iudex imponere possit illi condignam pœnam, maximè si ex delicto veniret imponenda pœna corporis afflictiua, *vt in d. l. seruum quoque §. publicè ff. de procur. & in l. accusatore §. ad crimen. ff. de publ. iudic.* & in Regno habetur *in dict. constitut. edictorum 1* quæ quidem pœna ipsi, & non procuratori debetur, Et similiter, vt possit illum videre, nam sæpe sæpius ex aspectu, & aliis signis desumuntur probationes delictorum; ideo debet ipsemet reus comparere. *cap. 1. de iudic. in 6.* veritas enim aliquando eruitur per Iudicem ex responsionibus ipsius rei, si fiant cum trepidatione, et timore; vel cum animi constantia, & securitate. *l. de minore § tormenta ff. de q.*

13 Vnde regula constituitur, quod in criminalibus non admittitur, vt plurimum procurator ad comparendum pro Reo citato ad informandam Curiam super aliquo delicto. *ca. veniens de accus.* vbi Gloss *in ver. criminali.* Abb. & Alii, communiter *c. cum de proc. c. in criminalibus 5. quaest. 3. c. absens 4. quaest. 9. cap. si quando 2. quaest. 6. l. seruum. §. publicè, ff. de procur. & l. pen. §. ad crimen. ff. de public. iudic.* & ibi Bartol. & Alii. B [illegible] *tit. in causis criminalibus, &c. post numer. 1. vers. prima* [illegible] Me[illegible] *controuers. vsu frequent. c. 49. num. 34.* quos allegat Cl[illegible]r. *in qu. 33. & hac conclusio.* Et ita de consuetudine seruatur ferè in omnibus tribunalibus, vt procurator non admittatur ad comparendum pro Reo inquisito criminaliter, vt testatur Bart. *in d. l. pen. §. ad crimen.* Et ratio est, quia in criminalibus imponi debet Reo pœna pro mensura grauitatis delicti, quæ cum vt plurimum sit corporis afflictiua, non est conueniens, vt illam patiatur procurator alias innocens; ne iudicium reddatur e[illegible] sorium, si Reus admitteretur ad comparendum per procuratorem, quia pœnæ tenere debent suos authores. *l. sancimus C. de poen. & §. 1. Inst. de noxal. action.* vbi Gloss. DD. & ita communiter tenent DD. vt testatur Alber. *in d. l. seruum quoque §. publicè post num. 18. ff. de procur.* Blanch. *in Pract. crimin. fol. 15. num. 15.* Vbi vero pro crimine non veniret imponenda pœna corporalis, sed pecuniaria, vt quæ admitteretur procurator, est communis sententia DD vt dicit Mar. Succin. *in d. c. veniens nu. 24. de accus.* Menchiac. *loc. cit. c. 17. nu. 17.* Clar. *vbi sup. versic. caeterum.*

Quæ conclusio licet vera sit in procuratore, non tamen locum habet in excusatore tantum qui proponit, & allegat causas absentiæ citati in quauis causa criminali, dummodo non proponat aliquas exceptiones ipsius Rei. Alber. *in d. §. publicè post num. 16.* vbi dicit esse communem sententiam DD. & Bart. *in d. §. ad crimen n. 16.* Marian. *in d. cap. veniens num. 6.* Clar. *in qu. 33. in princ. & per tot.* et Alii, quos allegabo *in seq. sect. 7. numer. 14. cum plurib. seqq.* Et quod dictum est de absentia, locum habet etiam si allegauerit causam infirmitatis, & similiter in omnibus aliis impedimentis legitimis, pro quibus citatus comparere non potest; nam adhuc in illis admitti debet excusator ad illa allegandum, prout tenent communiter DD. & dicam ego ipse *in d. sect. 7. d. nu. 9. cum plur. seqq.*

14 Dantur tamen multi casus, in quibus admittitur procurator etiam in criminalibus. Quorum primus est in criminibus. *arg. l. leuia. ff. de accus.* Secundus est in criminibus suspecti tutoris. *l. non solum §. vlt. ff. de procur.* Tertius est, in crimine iniuriarum, *cap. absens 2. § nisi 3. quaest. 9. & l. vlt. C. de iniur.* Quartus est, quando agitur de crimine non criminaliter, sed ciuiliter. *cap. cum de procur. cap. sup. his de accus.* Quintus est, in actionibus popularibus. *l in popularibus. ff. de procur.* Sextus est, in crimine non excedente pœnam relegationis. *l. 1. ff. an per alium caus. app. ex pos.* Septimus est, in crimine ingratitudinis. *l. sed & hæ §. 1. ff. de procur.* Octauus est, quando quis fuit accusatus per procuratorem *cap. rore. 5. qu. 3.* Nonus est, quando quis vult excipere, & *capit. accidens super his de accus.* Decimus est, in causa serui, in qua comparere potest dominus. *l. si eius §. pen. ff. de accus.* Vndecimus est, quando quis allegare voluerit causam absentiæ inquisiti, non vt procurator, sed vt coniuncta persona. *cap. non 5. quaest. 3. cap. fin. de dilation. l. seruum quoque §. publicè ff. de proc.* Gloss & Abb. *in d. cap. veniens, & c. si quando,* & latè dicemus *in seq. sect. num. 11.* Duodecimus est, quando citatur mulier coniugata, Andr. de Isern. & Affl. *in cit. const. Regni; Edictorum vocab. 8. & 9.* quem refert Foller. *in pract. crimin. for. facul. d. verb. vel eos verbaliter citari faciat num. 9.* Decimus tertius est, quando agitur contra vniuersitatem, quæ comparere potest per syndicum; & similiter Collegium, vel capitulum, quæ admittuntur ad constituendum procuratorem. *c. dilectus, & cap. constitutus de proc. l. aut facta. ff. de poen.* Abb. *in d. cap. veniens, & cap. 1. de accus.* Foller. *loc. cit. & in Pract. crimin. canon. p. 2. c. 9 nu. 5.* Decimusquartus casus est, si agatur contra monialem, nam tunc admittitur procurator, propter impedimentum Iuris, cum non possit è monasterio egredi, *c. 1. de stat. monach. in 6.* Abb. *in d. capit. veniens.* Felin. *in capit. meminimus col. 4. vers. quarta conclusio de accus.* Decimusquintus casus est, quando citantur plures personæ, ad minus numero decem. *cap. Regni incip. statuimus vt quoties persona.* De reliquis casibus vid. Gloss. & DD. *in d. capit. veniens de accusation. & cap. si quando 2. quaest. 6.* & Speculat. *lib. 1. de procuratore §. 1. num. 10.* Faciunt, quæ dicam *in seq. sect. à num. 8. cum plurib. seqq.*

Hos, & Alios casus, & crimina, in quibus possit Procurator, et Aliæ personæ comparere in Iudicio pro citato ad effectum excusandi, ne efficiatur contumax, si quis fusius videre cupit, adeat Alex & Marian. Soccin. *in d. cap. veniens.* Menoch. *de arbitr. qu. 80. l. 1. per tot.* Gabriel. *concl. 9. per tot l. 7. de crim.*

mis Monticell. *in pract. crimin. regul.* 13. *per tot.* Farinac. *in Pract. crim.* q. 50. vbi latissime materiam prosequitur *à numer.* 1. *vsque ad numer.* 275. Pacian. *de probat. lib.* 2. *capit.* 41. *& capitul.* 47. *per tot.* & Alij apud illos. In quibus autem casibus requiratur mandatum speciale, vid. latè Villagut. *in Pract. crimin. lib.* 1. *capit.* 7. *per tot.* Peregrin. Iannin. *in tract. de citation. real. lib.* 3. *c.* 21. *n.* 87. *cum plurib. sequ.* quia non omnia possum hic cumulare, & recensere, ne Praxis efficiatur tractatus materiarum ex professo examinatarum.

15 Sed quæritur, an in criminalibus Reus citandus sit de persona, vel sufficiat, si citetur in domo solitæ habitationis?

Respondetur sufficere citationem domi factam, vt possit Reus contumax fieri; ita communiter DD. de quibus Alex *in l.* 4. *§. prætor ait num.* 3. *in fin. ff. de damn. infect.* Gandin. *de malefic. in rubr. de citation. numer.* 4. *in fin.* Blanc. *in rubr. de pract. crim. fol.* 11. *num.* 24. Clar. *in simil. pract. crim. qu.* 31. *vers. dictum est circ. med.* Chartar. *in Pract. de exec. sent. cap. fin. nu.* 181. Farinac *qu.* 1. *nu.* 41. quidquid dicat Marant. *in spec. aur. p.* 6. *vers. ponitè conceptum cum citatione n.* 81. *& art.* 2. *nu.* 177. vid Scacc. *in tract. crim. lib.* 1. *c.* 45. *num.* 2. *vers. è contrario* vbi Alios allegat.

Declaratur tamen conclusio præfata, vt sufficiat citatio domi exequuta, quando citandus haberi non potest de persona, quia regula generalis est, vt citatio exequenda sit personaliter, si fieri possit, *l. scire oportet. §. qui autem ff. de excusat. tutor.* nam principaliter fit ad effectum vt citatus sciat se vocatum, & possit se defendere, *l. diffamari C. de ingen. manumiss.* & habeat indubitatam scientiam citationis. Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 81. Vbert. *tom.* 2. *de citat. cap.* 11. *numer.* 27. Rot. *decis.* 758. *num.* 3. *par.* 3. *lib.* 3. *diuer.* Quando verò haberi non potest de persona, ad effectum habendi scientiam præsumptiuam citationis, sufficit, si fiat domi solitæ habitationis. Gloss *in l. ex consensu §. vlt. in verb. cum qui cognouit. ff. de appellat. & in l.* 1. *verb. notitiam ff. quā sent. sin. appellat. rescin.* & Gloss. *in capitul. causam, qua verb. ad domum. de dol. & contum.* & ita intelligendi sunt DD. *præcit.* Si verò citandus haberi nequit de persona, nec certam habet domicilium, citari debet per edictum in locis publicis, vt habeat saltem notitiam verisimilem. *extrauag. rem non nouam de dol. & contum. l.* 2. *§. eodem tempore ff. de eo qui pro tut. l. si quis id, quod ff. de iurisd. omn. Iudic. Auth. qui semel C. quom. & quand. Iud.* Et sic iste ordo peruertetur per Iudicem, vtique suspicio contra eum inducitur, quod malitiosè hoc fecit, ne Reum nunquam haberet citatum, *ad text. in c. cum olim de elect. non resid. l. ad peremptorium cum quinque seqq. ff. de iudic.* Vrbet, *vbi sup. n.* 228.

16 Diligentia itaque facienda est, vt citandus habeatur de persona. *Clement.* 2. *de re iudic.* Seraph. *decis.* 1206. *nu.* 4. Capytaq. *decis.* 118. *p.* 1. Mohed. *decis.* 3. *in fin. de dol. & contum.* Rot. *decis.* 637. *nu.* 2. *p.* 2. *recen.* Quod procedit à fortiori in criminalibus, in quibus de maiori præiudicio agitur. Castrens. *in l. forsitan quoque num.* 12. *ff. de procur.* Cassador. *decis.* 2. *de dol. & contum.* Rot. *decis.* 133. *nu.* 3. *impress. post. Cenc. de censib.* Quod intelligendum est, quando in citatione non fuit per Iudicem dictum, & explicatum, vt citaretur domi, si personaliter haberi non posset, vt inferius dicemus n. 21. Secus si fuit solum dictum vt citaretur personaliter, nam tali casu præmittenda erit talis diligentia de habendo personam.

17 Quæritur secundò consequenter, an huiusmodi citatio domi facta sufficiens sit, vt deueniri possit contra contumacem ad fulminationem excommunicationis?

Respondetur negatiuè cum Innocent *in c. fin de eo, qui mitt. in poss.* Vinc. *in cap. ad reprimendum in fin. de offic. ord.* Glos. *in capit. sacris ver. probabile de sent. excom.* Præposit. *in c. cum sit,* 3. *quæst.* 9. Ioan. Andr. *in clement.* 1. *de iudic.* Foller. *in pract. crimin. canon. d. p.* 2. *cap.* 9. *n.* 15. & Ita communiter ferè omnes DD. quidquid Clar. *in loc. prox. cit.* in contrarium afferat. Ratio est, quia adhoc, vt ferri possit excommunicatio contra aliquem, debet fieri monitio personalis. *cap. sacro. de sent. excom.* & latiùm dicem. *infr. tom.* 2. *p.* 5. *in prax.* 8. *vbi de excommunicatione.* Quo verò ad alios effectus, excommunicatione excepta, valere citatio domi facta, secundum communem DD. sententiam supra relatam.

18 Benè verum est, quod si reus malitiosè latitaret, ne citaretur, tunc etiam quoad excommunicationem sufficeret citatio facta domi, secundum Innoc *in capitul. ad petitionem, & accusation.* quem sequuta est Rot Rom. *decis.* 271. *incip. si* *de mandato in antiq.* vbi Domini de Rota tenuerunt, quod quando citatio fieri nequit de persona ea, quod citandus malitiosè latitat, vel aliquo modo impedimentum præstat, ne citari possit personaliter, citatio facta domi eumdem effectum operatur, ac si de persona facta esset; & consequenter deueniri potest ad excommunicationis fulminationem *argum. cap. certum,* 11. *q.* 3. *& cap. sua ve lit. non contest.* Cardin. & Præpos. *in c. cumeam* 3 *qu.* 9.

19 Dicitur autem absens, & malitiosè latitans, ne citetur de persona, qui discedit à Ciuitate, vel Diœcesi superioris, qui causam agitat. Guliclm. *clem. causam de elect.* quem sequitur Mart. Soccin. *in tr. de citat. art.* 18. *n.* 24. vbi etiam tenet, arbitrarium esse Iudici quando quis dicatur absens malitiosè; maximè si se absentauit à loco, vbi iudicium agitatur; vel in quo solitam habebat habitationem, *ad tex. in l. dies §. præter. ait,* vbi Bart. *ff. de damn. infect.*

20 Imò Vantius *in tract. nullitat. tit. de nullit. ex defectu citationis numer.* 90. tenet citationem fieri posse domi in omni casu, quo quis non reperitur, siue fraudulenter latitet, siue alio modo impediat, ne personaliter citari possit per *text. in capitul. sequenter, § porro* vbi Gloss. & DD. *vt lit. non contest. & l. Fulcinius, cum hoc id. tum, vers. quid sit latitare, & 6 fin. ff. quib. ex caus. in possess. eat.* Semper enim, quod de facili persona citanda non reperitur, præsumitur, quod malitiosè latitet, ne citari valeat; & sic citatio fieri potest domi suæ solitæ habitationis; textus est *in c. causam, de dol. & contumac. & l. post edictum, in princ. ff. de iudic. l. ab eo,* & ibi Gloss. 1. & Bald. *col. fin. vers. & nota, C. quom. & quand. Iud.* Rota tamen Romana seruat, vt quando quis reperiri non potest, citetur per edictum *vt in decis.* 5. *numer.* 24. *& decis.* 22. *de rescript. in antiq.* & supra iam dictum est.

21 Quæritur tertiò, an Cursor teneatur diligentiam facere in loco, vbi quis citandus erit, vt inueniri possit, antequam illum domi citet?

Respondetur negatiuè, secundum communem practicam ferè omnium Curiarum, præsertim si in citatione dictum fuerit, quod citetur personaliter, vel domi, si commodè haberi nequit ad tradita per Bald. *in l. consentaneum n.* 44. *C. quomod. & quand. Iud.* Martian. Soccio. *de citation. num.* 103. & ita seruari in Regno Neapolitano *per Regiam Pragmat. incip. qu. liber.* testatur Foller. *in pract. crim. for. for. vers. vel vt verbal. cit. fac. n.* 28 & in Regno Franciæ Rebuff *tom.* 3. *constitut. tr. de citat gl.* 3. *ar.* 2. *in princ.* Bartolus tamen *in l.* 4 *§. prætor. ait. ff. de damn. infect.* contrarium tenere videtur, quem sequitur Afflict. *in constit. Regni incip. citationis litteras in* 1. *notab.* itaut si reus citandus, esset in loco, & facilè haberi posset, & nuncius non facta diligentia de persona citaret domi, citatio non valeret, quia erat prius perquirendus. Sed prima opinio seruatur in praxi, quamuis secunda procedere possit de Iure.

22 Quæritur quartò, an Nuncius, seu Cursor, qui habuit in commissis, vt verum citaret personaliter, si reperiri posset, aliàs domi; declarare teneatur in relatione citationis domi factæ, quod diligentiam fecerit, & non inuenerit?

Respondetur affirmatiuè, aliàs citatio domi facta, sine expressione talis diligentiæ, reum non arctaret. Ita Bart. *in d. l.* 4 *§. prætor. ait.* Alex. *consil.* 137. *col.* 2. *vers. præterea l.* 2. *& consil.* 2. *col.* 1. *libr.* 1. Abb. *consil.* 84. Foller *in pract. cr. can. p.* 2. *c.* 9. *n.* 18. Ratio est, quia relatio aliter facta est obscura, & incerta, ac si diceret, se citasse prout habuit in commissis. Alex. *d. cons.* 2.

23 Si verò declarauerit, quod perquisitionem fecerit de inueniendo, & non potuerit eum reperire, statur eius iuramento. Bellamer. *decis.* 319 *& decis.* 100 Foller. *vbi prox. nu.* 19. An autem semper credendum sit nuncio referenti super exequutione citationis, vide Soccin *de citation. art.* 11 vbi latè & Foller. *in prax. crim. for. fac vers. si ut relatio nuncij n.* 12. vbi facit plures distinctiones, & diuersos casus proponit, & ad singulos respondet aliquando affirmatiuè, aliquando negatiuè, quos breuitatis causa consultò omittimus.

24 Quæritur quintò, an citatio facta domi solitæ habitationis Rei, valeat si tunc temporis nullus in ea habitauerit?

Respondetur affirmatiuè, de Iure Regni; cum Afflict. *in d. constit. citationis litteras notab.* 3. dummodo affigatur eius copia in limine domus coram duobus, vel tribus testibus; & tunc elapsis triginta, vel 40. diebus & non comparente citato, reus habitur contumax; ideo apponi debet in relatione tempus certum affixionis ipsius. Afflict. *ibid. notab.* 5.

25 Præsentia autem duorum, vel trium testium in Regno Neapolitano, est de forma citationis, quæ domi fit, aliàs non arctaret Reum ad comparendum, *per Regiam Pragmat. incip. quilibet agere volens.* maximè, quando citatio fieret extra Ciuitatem, vt inquit Afflict. *in constit. Edictorum notab 4. in fin.* Qui testes esse debent idonei, non domestici eiusdem corporis citantis, nec exploratores, seù apparitores, ob suspicionem falsitatis, *l. idoneus, cum l. seq. ff. de testib.*

26 Quia Nuncii, & apparitores regulariter sunt viles personæ. *l. prohibitum, & l. defensiones C. de iur. fisc. l. 10.* ideo illis non facilè creditur, sine idoneis testibus, cum facillimè falsas relationes facere soleant. Lanfranch. & DD. *in c. quoniam contra de probat.* Hostiens. *in sum. rubr. de contumac. §. qualiter vers. contra.* Sed in quamplurimis Curiis Regni exequuntur citationes, sine præsentia testium.

27 Potest tamen nuncius, quando citare vult domi, in criminalibus per vim in eam intrare. Bald. *in addit. ad specul. in tit. de citation. vers. sed numquid reo in addit. incip. an nuncius,* & Angel. *in l. plerique ff. de in ius voc. and.*

28 Quæritur sextò, an Reus delinquens possit a Iudice loci, in quo delictum commisit citari extra territorium suæ iurisdictioni subiectum?

Respondetur negatiuè, sine venia Iudicis, seù superioris illius, loci, vbi degit, maximè, locus non sit eiusdem Principis, vt inquit Bart. *in l. 1. ff. de requirend. reis.* Sed in hoc communis obseruantia est, tam in foris Ecclesiasticis, quam Sæcularibus, vt quotiescumque citari debeat aliquis degens in alieno territorio, Iudex loci delicti expediat citationem, & dirigat illam Iudici loci, vbi delinquens, siuè alio modo citandus reperitur, rogando, vt permittat talem citari, & offerendo se paratum ad similia, & maiora; & Iudex rogatus permittit citari, & ita semper practicari vidi; Imò si non concederet facultatem citandi iste Iudex, malè faceret, cum vna iurisdictio per aliam coadiuuari debeat pro publico bono, ne delicta remaneant impunita. *Clement. pastoralis §. nos quoque de re iudic. c. delicto de sent. excomm. in 6. & l. episcopale C. de episc. aud. & 2. constit. C. post princ.* ex quibus iuribus supradicta Praxis desumpta est, & per alia iura, quæ notantur infra *sect. seq. numer. 32. vers. quarta est.* Ita etiam tenet Soccin. *in c. fraud in fin. de for. compet. & cons. 167. incip. non intelligo quæst. 3. in fin. vol. 3.* Oldrad. *cons. 83. incip. tertio quæritur circ. fin.* vid. Afflict. *in constitut. Regni incip. Edictorum notab. 12. quæstion. 1.* Foller. *in Practicrim. for. facul. vers. prat. vel eo verb. cit. fac. numer. 27.* Clar. *in simil. pract. quæstion. 31. vers. sed hæc quidem,* & Alios per ipsos allegatos.

29 Quæritur septimò, quomodo citandus sit Clericus vagabundus, qui domicilium certum non habeat, & vbi sit, ignoratur?

Respondetur, quod talis Clericus citari potest in Ecclesia Cathedrali per affixionem citationis ad valuas, vt habetur *in clement. causam de elect.* Si verò habuerit beneficium, citandus erit in Ecclesia beneficii. *cap. ex tua de cleric. non residen.* Innoc. *in c. fin. de eo qui mitt. poss.* Vestr. *in Prax. l. 4. ff. de citat. seù eius exequution.* Milleus. *in Pract. fol. 34. n. 13.* dicit tamen Foller. *in Pract. crim. anno. d. p. 2. c. 7. num 28.* quod sufficit in tali casu, si citatio legatur alta voce per nuncium in Cathedrali, quamuis non relinquatur affixa ad valuas, & simul ter si citetur domi solitæ habitationis. Quod tamen non admittitur a Vestr. *loc. cit.* vbi dicit affigendam esse citationem originalem, non copiam. iuxta. *d. clem. 1. de iudic.* Cassad. *dec. q. de dol. & cont. & dec. 1. de app. num. 2.* Roman. *cons. 233.* & dix. sup. *n. 3.* Laicus verò vagabundus citatur per Iudicem Sæcularem ad loca solita per edictum. Decian. *respon. 18. n. 85. l. 1.* Clar. *q. 31. vers. sed si reus.* Farinac. *qu. 11. n. 24 & 43.* vbi ait, quid agendum, si non sit vagabundus; sed habeat domicilium in alio loco. De citationibus per edictum, per proclama, & per Campanam in criminalibus late agit. Scaccia. *in tract. crim. l. 1. cap. 34. 35. & 41.*

30 Sed quid agendum, si Reus erit in loco iudicii, sed ob eius potentiam non est tutus accessus Nuncio, vt illum citet, nec personaliter, nec ad domum?

Respondetur, quod constito Iudici de non tuto accessu, citari debet per edictum. *Clem. causam de election. §. verum si, & ibi DD. communiter, & in clem. 1. de iudic.* Est tamen obseruandum, quod citatio per edictum non permittitur extra casus dictæ *Clem. causam*, vt tenuit Rot. Rom. *decis. 752. incip. dicit In antiq.* & notat Gloss. *in d. clementin. 1. de iudic. verb. specialiter.* Vnde si citaretur quis per edictum, non constito prius de potentia, metu, & non tuto accessu, sine speciali Papæ concessione, non arctaretur Reus ad comparendum Rot. *ibi prox. & decis. 283. in addit. & decis. 693. in antiqu.* Felin. *in capit. quoniam frequenter col. . vt lit. non contest.* Castr. *in l. ad peremptorium in fin. ff. de iud.* Roman. *cons. 233 sup. cit.*

31 Quæritur octauò, an vnica citatio sufficiat in criminalibus, vt possit quis condemnari?

Respondetur negatiuè, quoad pœnam imponendam, vt habetur *in l. absentem vers. sæpius moneri. ff de pæn.* & ibi communiter DD. vnde antequam deueniatur ad condemnationem, citandus erit Reus pluries post primam citationem, nempè ad videndum repeti testes contra ipsum examinatos; ad dicendum contra illos; ad allegandum; ad se defendendum; ad audiendam sententiam, &c. de quibus infra. & ita tenet, Clar. *vbi supra q. 31. vers. quaro modo.*

Sed nota, quod licet in quibusdam Curiis de consuetudine seruetur, vt vnica citatio peremptoria sufficiat, si contineat terminos quos continere deberent tres simul iunctæ, vt aduertit Vital. *in tract. de malefic. rubr. de citat. num. 1.* Cartar. *de execut. on. sent. cap. banuit. cap. 1. nu. 186.* Clar. *d. qu. 31. vers. quaro modo.* Scacc. *in tr. crim. d. l. 1. cap. 91. n. 34. vers. sed quid dicendum.* Secundum tamen stylum Aliarum Curiarum requiruntur plures citationes, aliàs non posset reus condemnari, nimirum ad respondendum; ad allegandum; ad se defendendum, & ad sententiam. Cartar. *d. c. 1. n. 427.* Clar. *d. vers. quaro modo.* Afflict. *in const. pacis. pœna eorum an. 66.* & ita seruatur in tribunali Domini Gubernatoris Vrbis Romæ: vt fiant plures citationes, nam primò citatur Reus ad comparendum personaliter, ad se defendendum infra triduum: quo elapso citatur iterum quatuor vicibus distinctis. assignando singulis singulos dies; scilicet prima pro prima: secunda pro secunda, tertia pro tertia; quarta pro quarta, & super abundanti ad dicendum causam quare non debeat condemnari, de quibus agit Scacc. *d. l. 1. cap. 79. nu. 11.* & prius dixerat. *cap. 92. numer. 3.* vbi dicit idem seruari in tribunali Domini A. C. tradit etiam Farinac. *in qu. 11. numer 44.* Et ego dictam *infrà suo loco.* Ita etiam seruari in Gallia testatur Ioan. Faber. *in l cunctos populos. C. de sum. Trin. & fid. cath.* Boer. *decis. 63. numer. 8.* Clar. *qu. 44. vers. licet autem.* Ita etiam in Flandria, & alibi testatur Iodoch. *in Pr. criminal. cap. 18. numer. 7.* & latè Pacian. *in tr. de probat. l. 2 cap. 48. num. 62.*

32 Quo verò ad validitatem citationis, vt existimari possit contumax, etiam in criminalibus, sufficit vnica citatio peremptoria pro tribus, iuxta tradita supra *numer. 5. vers. quanto debet,* & tunc satisfit dispositioni *cap. de illicita 24. qu. 2. & l. si putat §. Iulianus ff. de damn. infect.* & ita tenent communiter DD. vt testatur Felin. *in cap. consuluit. post numer. 13. vers. quarta fallit de offic. deleg.* Alexander *in leg. contumaciam n. 14. ff. de re iudic.* Gulielm. de Benedict. *in cap. Raynut. num. 152. de testam.* quid. quid dicat Cyn. *in l. 1. vers. quinto quaro Cod. de requir. reis* quamuis loquatur per verbum; *Credo*, in hoc enim communiter reprobatur. Sicut nec sequenda est Gloss. *in clem. verb. tertiò de vit. & honest. cleric.* quæ tenet, quod quando per legem aliquam disponitur, vt citatus incurrat pœnam, ratione contumaciæ, requiratur præcisè trina citatio: contrarium enim seruatur in practica: nam si agatur ad pœnam contumaciæ incurrendam, vnica citatio peremptoria sufficit pro omnibus. Afflict. *decis. 289. n. 7.*

33 Quæritur nono, an teneatur Reus vnica citatione peremptoria citatus comparere, ita vt contumax non comparendo reputari possit, non fuerit ei competens dilatio ad comparendum assignata?

Respondetur, quod si daretur nimis breuis dilatio, posset appellare ad Iudicem superiorem, & non teneretur comparere *cap. 1. de dilation.* & ib. Gloss. & DD. Roman. *cons. 19.* In d. in tali casu Iudex teneretur parti læsæ ad interesse, quia dilationes semper concedi debent cum competenti termino ad comparendum. *Extrauag. rem non nouam de dol. & contum. et clement. 1. de iudic.*

34 Vnde non obstante, quod dilationes citatoriæ sint arbitrariæ Iudici, *vt in cap. si ægrotans 6. quæst. 1. cap. quoad consultationem de re iudic. cap. personas, et cap. cum sit de appell.* & tradit Guid. Pap. *decis. 329.* Specul *lib. 1. de citat. §. 2. num. 4.* adhuc tamen tenetur Iudex competentem terminum præfigere, alias citatus

non

non ar ar. tot ad comparendum, vt habetur, *in l. aut qui aliter. ff. de quod vi, aut clam.* vbi Bart. Abb. *in cap. dilecti de dol. & contum. col.* . Cassi ter. *dec.* 6. *n.* 3. & Vestr *in pract. l.* 4. *tit. de citat. extra Curiam*, dicit assignandam esse vnam diem pro singulis vicenis milliaribus. si citatus absens fuerit. *per tex. in l. t. ff. si quis caution. & in §. qui excusati Instit. de suspect. tut.*

35 Ex quibus colligitur, debere Iudicem considerare distantiam locorum, qualitatem personarum, circumstantiam causæ, temporis, viarum, periculi, & similium; & his discussis competentem terminum in citatione apponere, *iuxt. text. in cap. quoad consultationem de re iudic. & capit. pastoralis de appellat. capit. si primates,* 7 *cap.* 1. 5. *q.* 2. & *l.* 1 *ff. de fer.* Bald. *in d. l. aut qui aliter.* Specular *l.* 2. *de citation. §.* 1 *num.* 12 & § 2. *num* 1. late Afflict. *in constit. Regni cansas aliae in quarta notab. & in const. si quidem nostrorum septimo notab.* aliàs reus non arctatetur ad comparendum. *DD. citat.*

36 Insuper, quæritur, numquid citatio fieri possit die feriato? Hanc quæstionem examinauimus aliquantolum supra *in Pract. ciuil. par.* 2 *sect.* 1. *subsect.* 2. *nu* 21. vbi dixi posse quæstionem intelligi dupliciter, secundum duplex tempus quod in citatione attendi potest; quorum primum est, quando citatio fit a Iudice secundum verò, quando citatio exequutioni demandatur. In præsenti tamen respondetur, quod si quæratur de primo tempore, puta an facta sit die feriata; dico huiusmodi citationem non valere de iure quamuis fiat ad diem non feriatam. *l.* 1 *ff. de feriis*, & *l fin. C. eod. tit.* Specular. *d. citat §.* 1. *nu.* 14. *in princ.* Bart *in l.* 1. *§. nunciatio. ff. de nou. oper. nunc* Bald. *in l.* 2. *C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess & in d. l.* 1. *ff. de fer.* Soccin. *in tract. de citat art.* 19. Paul. de Castr. *cons.* 2°. Innoc. *in cap. praeterea de dilat.* Felin. *in capit.* 1. *col.* 2. *in princ. de re iudic.* DD. Modern. *in cap. fi. de fer.* & ibi Io. And *in glos. non solum.* Sunt tamen multi Alii, qui tenent, talem citationem valere, inter quos est Feder. de Sen. *consil.* 48. & Alii. Quidquid tamen sit de Iure communi, aliter seruatur de Iure Regni Neapolitani in Curiis Sæcularibus; per *Rit. Magn. Curiæ Vicariæ sub tit. de citat. incip. item seruat dicta Curia quod citatio*, in quo cauetur vt valeat citatio die feriato facta ad comparendum die non feriata. Et similiter per alium. *Ritum incip. item praelibata Curia*, in quo cauetur, quod licet data citationis sit die feriata, citatur tamen die non feriata.

37 Quid autem dicendum sit, si quis citetur in die non feriata, cum citatione facta etiam die non feriata, sed terminus citationi appositus cadit in diem feriatam?

Respondetur, quod licet in *l.* & *post. edictum ff. de iudic.* habeatur, quod citatus non tenetur comparere, & similiter habetur *arg. text. in l. Celsus §. idem ait. ff. de arbitr.* per quem textum tenet, non teneri citatum comparere Bartolom. de Capua *in suis singular. sing* 23. contrarium tamen seruatur in practica, tam de Iure Canonico. *arg. tex. in cap. veniens de accus. & cap. cum dilecti de dol. & cont.* quam de Iure Regni per alium *Rit. incip. item quod tam in ciuilibus, quam in criminalibus*; per quæ Iura cauetur, vt citatus comparere teneatur die sequenti. Quod procedit, etiam si dies feriati sint plures, nam postquam lapsi fuerint, omnes non teneatur comparere. Spec. *vbi sup. n.* 13 *vers. si ergo citatio.* ibi: & *idem est.*

38 Iterum quæritur, numquid teneatur nuncius relinquere citato copiam citationis, vt ille arctetur ad comparendum, tam si citetur personaliter, quam domi?

Respondetur Affirmatiuè *per text. in cap. fin. & c. quoniam contra de probat. & element. causam in final. de elect.* & ita seruatur in Romana Curia, vt testatur etiam Vestr. *in sua Prax. l* 4. *c.* 3. *nu.* 3 & *cap.* 4. *in tit. de citat. extr. cur.* latè Granat. *ad eumdem Vestr. l.* 3 *cap.* 6. *n.* 12. & *seqq.* & idem videtur tenere Specul. *de cit. §.* 5. *numer.* 9. *vers. hoc autem facto*, & Villagut. *in tract. crimin. l.* 1, *capit.* 3. *conclus.* 7. *circ. fin.* Follet. *in Pract. crimin. canonic. cap.* 9. *nu.* 23. Clar. *in pract. crim. n. q* 31. *vers. scias tamen.* latè Asyn. *in pract. §* 9. *cap* 1. *nu.* 1 & *seqq.* Hodie tamen in materia citationis seruandus est stylus, & consuetudo locorum, tam circa modum, quam circa formam. Sed Bald. *in l.* 2. *in fin.* 11. *vers. numquid. C. quem. & quand. Iud.* Pacian. *de probat. l.* 2. *c.* 46. *n.* 41. Farin. *cons.* 14. *n.* 1.

39 Quæritur similiter, qualis dies attendatur pro iuridica ad comparendum, si quis citetur in loco, vbi sit dies feriata, & in loco, vbi Curia regitur non sit feriata illane, quæ seruatur in loco, vbi quis citatur, vel illa, vbi Curia regitur.

Respondetur, iuridicam diem dici illam, quæ seruatur in loco iudicij. Abb. *in c. fin. col. ult. in princ. de fer.* vbi latè examinat materiam citationis, & Afflict. *in constit. Regni. Baiulos omnes*, Boer *dec* 235. *p.* 1. vbi agit, an valeat citatio absque appositione diei, vel assignatione termini.

40 Sed quid, si in citatione non apponatur nomen delinquentis, quia fortè ignoratur, cum in informatione constet de delicto per signa, non de nomine, an talis delinquentis citari possit, etiam per signa?

Respondetur affirmatiuè, prout si in citatione dicatur: *Citetur quidam bonæ iuuentæ alta statura, barba nigra, vestitus pallio rubro, cum ense, & huiusmodi.* ita Bald. *in l. si quando C. de testib.* & *l. si dictum §. si praesente*, & *§. simili. ff. de euiction.* Angel. *in §. quadrupli Inst. de action.* latè Milleus *in Pract. cr. fol.* 37. & Ratio est, quia cum constat de corpore, non curatur de nomine *l. si quis in fundi vocabula. ff. de legat.* 1. tum etiam quia talis qualis demonstratio per signa habetur loco nominis. Mill. *vbi sup.*

41 Exequuta per nuncium citatione, adhoc vt arctetur citatos comparere, tenetur facere relationem, quia est de substantia citationis, & ideo redigenda est in actis in calce citationis, iuxta formam inferius positam. ita Bartol. *in l. multum interest. ff. de condit. & demonstr. & in l. hoc autem §.* 1. *ff ex quib. caus. in poss. eat. & & in l. quod si dubitet §* 1. *tum autem n* 2 *ff. de acquir. hered.* Quod autem Relatio sit de forma substantiali iudicij notat etiam Gayll. *in Pract. obseru. l.* 1. *obseru.* 54. *n.* 7. Gramm. *cons.* 52 *n.* 15. Asyn. *in sua Pract. § c. c.* 1. *n* 1.

Et de Iure Regni Neapolitani probatur in constitutione *citationis litteras & seriatim.* & ibi Afflict. Et vlterius, quia secundum Aliquos est actus extraiudicialis, ad effectum habendi efficaciam, necesse est, vt de ea constet in actis. Abb. *cons.* 112. *lib.* 2. Tondut. *de praeuention. p.* 2. *c.* 43.

42 Debet tamen relatio fieri cum omnibus circumstantiis infrascriptis, adhoc, vt valida sit.

Primò requiritur, vt fiat Notario, seù Actuario Curiæ, *vt habetur in l. eos § super his C. de app.* vbi Gloss & Bald. *in verb. adsertas* & *facit text in Auth item si app. C. de tempor. appell.* Bart. *in l. si finitum §. Iulianus. ff de damn. infect.* latè Marian. Soccin. *in tract. de citat. art.* 13. *n.* 2. Gramm. *cons.* 2. *sub nu.* 14. quod est post decisiones Sacri Consilii Neapolitani.

Secundò debet relatio continere tempus præcisum, quo exequuta fuit citatio nuncio referenti commissa. Soccin. *dicto art.* 13 *numer.* 5.

Tertiò debet esse clara, & certa, non incerta, & obscura. Rot. *decis.* 1 *in nou. decis.* Vnde non sufficit si nuncius, seu cursor dicat, se citasse modo, & forma sibi commissis; sed declarare tenetur, an personaliter, vel domi citauit. quia non multum lex confidit huiusmodi personarum generi. Butr. & Ant. *in capit.* 1. *de eo qui mitt. in poss. per l.* 1 *de vsur.* Alex. *in l. dies cautioni §. praeter. ait. col* 3. *ff. de damn. infect.* & signanter in criminalibus. vbi de magno præiudicio agitur, non creditur Asynius *in Pr. §.* 9. *cap.* 2. *num.* 11. vbi Alios allegat, & *latiùs in capitul.* 10. *per tot.* Granimat. *vot.* 21. *num.* 7. Alciat. *de praesumpt. reg.* 3. *praes.* 15. *in fin.* Menoch *de arbitrar. cas.* 113. *num.* 9. *in fin.* Rot. *decis.* 15. *in fin. de dol. & contum. in nouis.* vbi dicunt, quod in Criminalibus neque Cursoribus Papæ creditur.

Quartò, quando citatio fuit exequuta domi, relatio debet fieri cum expressa declaratione, quod citauit Titium in domo suæ solitæ habitationis, aliàs non sufficeret, si diceret, in domo sua. Bart. *in d. l. dies §. praeter. ait.* Et de Iure Regni probatur *in constit. citationis litteras* vbi Isern. & Gramm. *loc. cit. numer.* 3.

Quintò debet nuncius relationem faciens declarare, se citasse modo, & forma sibi commissis, quia non debet fines mandati Iudicis committentis excedere, alias non arctaret citatum ad comparendum. Glos. *in fin in clement.* 2. *vt lit. pend.* Archid. *in c. de illicita.* 24. *q* 3. quis fines mandati diligenter seruari debent. *c. venerabilis. de offic. deleg. c. cum dilecti de rescript. & l. diligenter. ff. mand.*

Sextò de Iure Regni debet nuncius in relatione explicare, quod citationem exequutus fuit coram duobus testibus, si domi citauit, cum tunc talium testium præsentia sit de forma substantiali citationis, vt dictum est *sup. n.* 21.

Septimò, de eiusdem Regni Iure, quando domi citatio fit, in relatione debet dici, quod ipsam alicui de domo notificauit Gramm. *d. cons.* 2. *n.* 3 Sed hoc idem alibi seruari vidi, etiam extra Regnum, ad effectum, vt citatio deuenire possit ad

notitiam citandi, iuxta tradita per Butr. *in capitul. fin. de eo qui mitt. in poss.* Soccin. *de citat. ar. 17. vers. circa septimam speciem col. 8.* Bene verum est, quod in Regno requiritur de substantia citationis, vt nuncius præstari faciat sibi iuramentum a persona domi repertam, ad notificandum citationem Reo citando quamprimum potuerit, *vt habetur in dictis constit. circa cautelam.*

Octauò requiritur, vt fiat relatio cum iuramento nuncij in quibusdam Curijs, aliàs seruanda est loci consuetudo, sicut in cæteris requisitis, si de Iure municipali fuerint.

43 Est tamen aduertendum, quod relatio nuncij super citationis exequutione, cum sit de eius substantia, vt dictum est supra *numer.* 41. est adeo necessaria in criminalibus, vt si omittatur, vel de ea non constet in Actis, non possit Iudex ad actum aliquem contra citatum procedere, nisi prius de legitimè appareat, *vt habetur in l. 2. C. de sportul.* & ibi Bald. etiam tradit. Bart. *in l. multum interest. ff. de condit. & dem.* Angel. *in l. hac stipulatio. ff. si cui plusquam per leg. falc. & in tract. de malefic. in ver. qui Iudex videns*, & latè Soccin *in d. tr. de citat. art. 15.*

44 *Quoad septimum*, nimirum qui sint effectus citationis in criminalibus, notandum est, quod omnes effectus citationis in ciuilibus, de quibus diximus suprà *par. 2. in Pract. ciuil. sect. 1. subsect. 2. num. 33.* locum habent etiam in criminalibus: quibus addi possunt quinque alii effectus. Quorum Primus est, vt per citationem Reus scientiam habeat vocationis Iudicis, ad hoc, vt se defendere valeat, cum defensio sit de Iure naturæ; quæ fieri non potest sine scientia vera, vel interpretatiua. Vnde statim ac incipit modus offendendi per inquisitionem, datur immediatè modus se defendendi per citationem. Alber. *in l. ea, quæ. col. pen. C. quomod. & quand. iud.* R. biss. *de agent. in præfat. numer. 25.* Et ideo citatio est legitimè exequenda, vt peruenIat ad notitiam citati. Rot. *decis. 21. de dol. & contum. in antiq.*

Secundus effectus citationis est, vt illa mediante possit Reus comparere, vel per se, vel per procuratorem. Ioan. Andr. *in cap. fin. de elect. in 6.* Bald. *in l. cum fratrem numer. 9. C. de his quib. vt ind. ga.* Mantic. *decis. 352. num. 10.* Quilibet enim ita intelligitur citatus, vt compareat per se, vel per procuratorem. Bald. *in l. fin. C. de procur.* Mantic. *decis. 223. n. 4.* Afflict. *decis. 2. numer. 7.*

Tertius effectus est, vt citatus præparare valeat suas defensiones, ad finem illas proponendi suo loco, & tempore debitis. Bald. *in d. l. cum fratrem numer. 9.* Hinc est, quod esto hic, & nunc Reus nullam habeat defensionem; dummodo tamen illam habeat in potentia, ad hoc citari debet. Verall. *decis. 114. num. 2. par. 1.*

Quartus est, vt citatus contradicere, & opponere possit pro suo interesse, ne damnum patiatur in quocumque actu præiudiciali. *Clement. sæpè de verbor. significat. l. de vnoquoque. ff. de re iudic. l. nam ita diuus ff. de adoption.* Mantic. *dec. 15. num. 2.* Verall. *decis. 375. num. 2. p. 2.*

Quintus est effectus, ad hoc, vt Iudex possit per citationem deuenire ad causæ cognitionem, quam aliàs habere non posset, & consequenter causam definire non valeret. Vnde in his, in quibus causæ cognitio requiritur, semper necesse est, vt procedat citatio. *l. in causæ 1 §. causa autem cognita. ff. de minoribus.* in illis verbis: *causa autem cognita, & præsentibus aduersarijs, vel si per contumaciam desinunt, in integrum restitutiones perpendendæ sunt. l. à præcedente, C. de dilation.* ibi: *nisi causa cognita indulgeri quærat; & l. fin. C. si per vim, vel alio modo*, ibi, *quia neque earum meritis partium assertione panduntur.*

55 Ex dictis corollarium deducitur, vt citatio tolli non possit per legem, neque per Principem neque per statutum, consuetudinem, aut stylum, neque per partium conuentionem, quatenus naturalem defensionem concernit. *Clem. pastoralis, in fin. de re iudic.* Gloss. *in extrauag. rem non nouum, de dol. & contumac.* Abb. *in capitul. 1. de caus. poss. & propr.* Felin. & Dec. *in c. ex parte. el 2. de offic. deleg. & in cap. cum olim. de re iudic.* Lex enim, quæ præceptis Naturæ repugnaret, legis nomen non meretur. Diu. Thom. *in 1. 2. q. 95. art. 3.* Cic. *de legib. l. 2.* Quatenus verò citatio defensionem ciuilem concerneret, vtique posset per legem tolli quia legis conditor, hoc est Princeps, est supra legem ciuilem *l. Princeps ff. de legib. l. digna vox C. eod. tit. l. ex imperfecto. C. de testam.* Sed rationabiliter cum causa, quia error aliàs esset destruere quod bene definitum est Gloss. *in c. sententiam. 35. q. 9.* nisi vtilitas, vel necessitas aliud suadeat. *cap. in causis de sent. & re iudic.*

46 Hinc est, quod possit Princeps tollere citationem ad sententiam, quando conclusum esset in causa, cum tunc defensio sit Iuris positiui Conarru. *pract. qq. c. 13. sub numer. 6. vers. primùm hic apparet* Vant. *de nullit. in rubr. quib. mod. nullit. sent. separ. pass. numer. 107.* Afflict. *decis. 2?3. num. 6* Et ratio est, quia tunc causa est instructa, cognita, & discussa, & sic non deficeret defensio naturalis; ideo omitti posset in illo statu defensio Iuris positiui. Bald. *in leg. si accusatoribus col. pen. vers. in eadem*, & ibi Gloss. *C. de accusation.* Vant. *de nullit. ex defect. citat. cap. 107. et seqq.* Et hac ratione, tam ciuilibus quam in Criminalibus tolli potest per Principem & legem ordo, & multiplicatio citationum ac modus citandi, quia sunt de Iure positiuo; dummodo non auferantur substantialia defensionis naturalis. Fel. *in cap. dilecti. col. 5. vers. sed nota de except.* Abb & cæteri DD. *in c. cum inter vad. et* Gabr. *de citat. concl. 1. n. 254.*

47 Tandem præterεundum non est hic vnum notabile, quod quotidiè ferè occurrere solet in huiusmodi materia citationis Rei; est an verba apposita in citatione, vel alibi, per modum comminationis, nimirum *comparere teneatur sub pœna excommunicationis*; intelligantur esse latæ sententiæ, ita vt alia sententia non requiratur; vel ferendæ, ita ut necessaria sit sententia declaratoria excommunicationis?

Et responde ur, quod intelligi debent, vt sint ferendæ, non latæ sententiæ; per ea, quæ traduntur a Gloss. *in cap. si quis in clericis, de vit. & honest. cleric. & in cap. 2. §. inhibemus. verb. mandetur. de hæretic. in 6. et in cap. 3. et r in panis. de reg. iur. in 6.* Bald. *in cap. 1. col. 7. vers. et aduerte*, & ibi Abb. *de locat.* idem Abb. *in cap. quia propter an 3. et in cap. cum in cunctis § fin. numer. 6 de elect.* latè Tiraquell. *in l. si vnquam §. reuertatur, vers. postremò scias n. 110. C. de reuoc. donat.* Et Alii quos Ego ipse allegabo in fra *tom. 2. par. 1. prax. 7. numer. 3. et seqq.* Reliqua ad materiam citationis spectantia prosequemur in sequenti Sect.

P R A X I S   P R O C E S S V S.

---

48 Descendendo non de more ad modum practicum formandi processum criminalem, obseruandum erit, quod licet Foller. in *pract. crim. tamen p. 2. c. 9. n. 31.* asserat, citationem vno modo fieri debere, quando agitur ad quærelam partis, & alio modo si procedatur per viam inquisitionis, nam in primo casu reus accusatus citandus erit ad se expurgandum a quærela exposita per N. de N. eiusque respondendum, &c. In secundo verò casu citandus erit ad informandum super inquisitione contra eum formatæ: semper tamen, & in distinctè seruari vidi in quibusdam Curiis, præsertim Regni, vt Rei delinquentes citentur ad informandum, infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma citationis ad informandum.

Abbas N. de N. V. I. D. Prothonotarius Apost. ac Illustris. & Reuerendiss. D. N. Episc. N. in spiritualibus et temporalibus Vicar. et official. Gener. etc.

Per vnum ex seruientibus nostris; vel quemcumque Curiarum receptis præsentibus ad omnem instantiam, et requisitionem Reu promotoris Fiscalis, siue, etc. Citetur, moneatur, et requiratur Clericus N. de N. nostræ Diœcesis; eique mandetur, et iniungatur, prout Nos, etc. ut sub pœna ducatorum quingentorum auri de Camera pijs vsibus applicandorum etc. et in subsidium excommunicationis, infra terminum dierum trium, quorum primus pro primo, secundus pro secundo, et tertius pro tertio, et vltimo peremptorio termino, has vna pro trina canonica monitione præmissa assignatur, personaliter compareat coram Nobis et nostra Curia ad informandum Nos ac ipsam Curiam super nonnullis mentem nostram mouentibus, et signanter super homicidio commisso in personam quondam N. de N. et aliàs, vt in Actis, etc. alias, etc. quoniam, etc. citetur, et informetur, etc. Datum, etc. die mens. ann.

N. Vicarius Generalis.

N. Actuar. etc.

Iozui

In qu bufdam verò aliis Curijs solet fieri sub sequenti forma verborum, videl.

Alia forma citationis ad informandum.

Ponatur titulus Abbas, &c. vt sup.

Noueritis, quod nuper corā Nobis producta quadam quærela, seù accusatione per N. de N. & super ea productis nonnullis positionibus, & articulis, ac desuper nonnullis testib. fide dignis ad informandum animum nostrum, de, & super omnibus, & singulis in dicta accusatione contentis, ipsisque posi ionibus, & articulis per Nos in nostra Curia admissis ad probandum, ac dictis testium desuper ritè receptis, & in forma Iuris iuratis, & fideliter examinatis, eorumque dictis, & depositionibus inscriptis fideliter receptis. Fuimus subsequenter pro parte eiusdem N. principalis debita cum instantia requisiti, quatenus sibi citationem personalem extra Curiam, & ad partes, contra, & aduersus N. de N. exaduerso principalem in eadem accusatione, & informatione nominatum concedere dignaremur. Nos igitur N. de N. Vicarius, qui supra attendentes requisitionem huiusmodi esse iustam, & rationi consonam. Volentesque in causis & causa huiusmodi legitima, ac ritè, & rectè procedere ac partibus ipsis iustitiam ministrare (Deo dante) vt tenemur. Et quia ex summaria informatione prædicta, ac testium dictis, & depositionibus, iuribusque & monumentis coram nobis, vt præfertur exhibitis, reperimus præfatum N. de N. exaduerso principalem de, & super omnibus, & singulis in dicta præinserta accusatione narratis publicè, & notoriè esse diffamatum. *Vel si ex informatione constet de delicto, dicatur*: reperimus contenta in eadem veritate fulciri. Quodque etiam dictus N. de N. quærelator ad mandatum nostrum, & in manibus nostris, tactis per eum, ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia corporali præstito iuramento affirmauit, quod dictam citationem personalem, contra N. exaduerso principalem, non maliciosè, sed pro iustitia consequenda petere. Idemque N. quærulator, iuxta synodalem constitutionem se obligauit (*si talis sit constitutio*) prosequi supradictam causam, vsque ad finem, & probare, sub pœna in ea statuta. Idcirco authoritate, qua fungimur in hac parte vos omnes, & singulos supradictos, & vestrum quemlibet insolidum tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, et tertio peremptorio. Vobisque nihilominus, et vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, et sub excommunicationis pœna, quam in vestrum quemlibet canonica monitione præmissa, (si ea, quæ vobis in hac parte committimus, et mandamus neglexeritis, seù distuleritis contumaciter adimplere) ferimus in his scriptis, districtè præcipiendo mandantes, quod prænominatum N. de N. exaduerso principalem, in eius propria persona, si ipsius præsentiam commodè habere poteritis; alioquin in hospitio habitationis suæ, si ad id tutus vobis pateat accessus, vel in parochiali, seù parochialibus, sub qua, vel quibus degit, et moratur. Sin autem in Cathedrali N. et dictis Parochiali, vel Parochialibus, sub qua, vel quibus degit, et moratur; aliisue Ecclesijs, et locis publicis quibuscumque, de quibus, ac vbi, quando ibidem Populi multitudo ad diuina aud edum conuenerit, aut aliàs legitimè congregata fuerit, ex parte nostra, alta, et intelligibili voce peremptoriè citare curetis. Ita tamen, quod verisimile sit citationem nostram hu usmodi, ad ipsius citandi notitiam indubitatam deuenire, ne de præmissis, vel infrascriptis ignorantiam aliquam ostendere valeat, seù etiam quomodolibet allegare. Quem Nos etiam tenore præsentium sic citamus, quatenus infra quatuor dies, si dies vltima iuridica fuerit, alias die sequenti, personaliter comparere debeat in nostra Curia coram Nobis in Palatio, quo Curia regitur, hora causarum consueta, ad respondendum, et se expurgandum à dicta quærela, et contentis in dicta informatione, sub pœna excommunicationis. Certificantes insuper eumdem citatum, quod siuè in dicto termino (vt præmittitur est) comparere curauerit, siuè non: Nos nihilominus, ad partis comparentis instantiam, ad omnia, et singula, prout iustum fuerit, procedemus. In quorum omnium, etc. Datum, etc. vt supra.

Verum, quia in multis aliis Curiis alio modo practicatur; propterea non erit inutile hanc aliam sequentem formam subiungere, adhoc vt prudens Vicarius ex diuersis formis illam seligere valeat, quæ iuxta loci, in quo ius dicit, consuetudinem, seruari solet, vel saltem ex eis vnam componat eidem loco accomodatam; erit autem talis, videl.

Alia forma citationis ad informandum.

Ponitur titulus, &c.

De mandato Perillustris, & Reuerendiss. Dominus N. Vicarij Generalis N. citetur, moneatur, & requiratur peremptoriè N. de N. qualiter primu die, qua Curia regitur, hora consuetum solitu compareat, & comparere habeat, & debeat in iudicio coram dicto Reuerendiss. Domino, ad ipsum, & eius Curiam informandum de nonnullis criminibus seruitium Curiæ Coadiutoris, seù N. Promotoris, & signanter super quærela contra eum exposita per N. de N. homicidio commisso in personam N. sub pœna scutorum quinquaginta pijs vsibus, & in Iuris subsidium excommunicationis, &c. Aliàs ipso citato, relato, & non comparente, procedetur, vt Iuris est, contra eum, eiusque bona &c. citetur, & referatur, &c. datum, &c. vt suprà.

49 Est autem notandum hic, quod in multis aliis Curiis seruari solet, vt post executionem prædictæ primæ citationis, fiat altera citatio contra eumdem ad recipiendum copiam capitulorum, sub infrascripta, vel simili forma, videl.

Forma citationis ad recipiendum copiam Capitulorum.

Citetur, moneatur, & requiratur N. de N. qualiter prima die iuridica compareat coram Nobis in Nostra Curia, hora solita consuetum recepturus copiam Capitulorum specialis inquisitionis contra eum formata ad quærelam N. de N. homicidio commisso in personam N. de mense, &c. ann. &c. Regnantibus, &c. dominante, &c. sub præsulatu, &c. in loco, &c. alias ipso citato, relato, & non comparente, procedetur prout Iuris, etc. datum, etc.

59 Quando verò citatur quis per edictum in casibus à Iure permissis, de quibus supra diximus, formatur citatio, prout infra, vel huic similis, videl.

Forma citationis per Edictum.

Ponitur titulus, etc.

Pateat cunctis, & singulis qualiter fuit nuper coram Nobis, & nostra Curia N. producta per N. de N. quædam accusatio contra, & aduersus N. de N. super homicidio commisso in personam quendam N. de N. et capta per Nos, & Curiam nostram debita informatione, ac examinatis quibusdam testibus ad Curiæ informationem, ex quibus legitima contra dictum N. orta sunt indicia; intendimus contra prædictum N. iuridicè procedere, ne de sua iniquitate gloriari valeat, & sic eundem personaliter citare, sed ex quo ad eum, eiusque domum, in qua continuè habitat, non datur nunciis, seù cursoribus tutus accessus, propter eiusdem potentiam, prout nobis, & Curiæ nostræ legitimè constat. Cui verò facta fit instantia pro parte dicti N. quærelantis, seù Curiæ Promotoris fiscalis, vt concedere dignaremur citationem personalem, & per edictum publicum in Curia publicatum, & extra in locis circumuicinis contra, & aduersus dictum N. de N. Nos igitur, qui suprà attendentes requisitionem huiusmodi esse iustam, et rationi consonam. Volentesque in causa, & causis ritè, & legitimè procedere, ac partibus ipsis (dante Deo) iustitiam ministrare (vt tenemur.) Verùm quia per diligentem informationem, quam fecimus, et præsertim ex dictis, & depositionibus testium coram Nobis productorum, receptorum, et iuratorum cognouimus præfatum N. exaduerso principalem in præinserta informatione contentum publicè diffamatum, ac ipsum, & eius domicilium pro huiusmodi nostra citatione exequenda, tutè adiri non posse; quodque dictus quærelator ad mandatum nostrum, et in manibus nostris, tactis per eum sacris Scripturis,

tue's, iveauit, contenta in prædicta informatione fore, & esse vera, & se huiusmodi citationem personalem contra præfatum N non ex aliqua fraude, aut malitia impetrasse, nec prosequi velle, sed solum pro iustitia consequenda, seu obtinenda, & quod huiusmodi causam specialiter contra dictum N. vsque ad finem litis prosequetur & prosequi faciet & procurabit, iuxta suum posse, & sub pœna in Synodalibus constitutionibus contenta, (*si tales constitutio ibi fuerit, vt in multis locis fatis recte, & rationabiliter adest, ad euitandas conclusiones, & fraudes, quæ inter partes in hoc genere committi solent, vt alibi diximus*) efficaciter se obligauit (prout in instrumento publico, per nostrum Actuarium in notam recepto plenius continetur) *Vel si se obligauerit alio modo penes acta Curiæ, dicatur*; (prout ex obligatione penes acta Curiæ nostræ Episcopalis per ipsum facta latius apparet, &c. Ideirco auctoritate, qua fungimur in hac parte, per hoc præsens publicum edictum in audientia publica Curiæ nostræ: ac portis, seu valuis eiusdem, & Ecclesiæ nostræ Cathedralis N & Sancti N Ecclesiæ Parochialis affigendum, prænominantem N. de N. tenore præsentium peremptoriè citamus, quatenus infra nouem dies, quorum tres pro primo, tres pro secundo, & tres pro tertio, & vltimo peremptorio termino assignamus, post publicationem, lectionem, & affixionem præsentium in valuis, seu locis prædictis, modo præmisso factas, immediatè sequentes, si dies ipsa nona iuridica fuerit, alias in diem sequentem, præfatus N. personaliter comparere debeat, & teneatur eius propria persona, coram Nobis in Palatio, quo Curia regitur, & regi solet hora causarum solita, & consueta, ad se exonerandum a dicta querela, & ad informandam Curiam, super contentis in præfata informatione contra ipsum capta, sub pœna scutorum quingentorum locis piis, &c. & in subsidium excommunicationis, &c. Certificantes, &c. aliàs, &c. quoniam, &c. In quorum omnium, & huiusmodi citationem nostram personalem, publicam, legitimam, & per edictum, fieri iussimus; sigilloque nostro, & propriæ manu subscriptione munitam relaxari mandauimus. Datum N. die ... mensis ... anni ...

N. de N. Vicarius Generalis, etc.

Locus † sigilli. N. Actuar. &c.

Vel alio modo prout sequitur, videl.

Alia Citatio per Edictum.

Ponatur Titulus, &c.

Tenore præsentium citentur, moneantur, & requirantur omnes de loco N. vel de quocumque alio, quorum nomina, licet adhuc ignorentur, pro expressis tamen haberi volumus, qui temerario ausu violentiam inferre præsumpserunt Reu. Dom. Rectori dicti loci, illum per vim cogendo ad se expoliandum sacris vestibus Sacerdotalibus cum maximo scandalo, aliisque iniuriis eum afficiendo, (vel aliud factum narretur secundum contingentia) & alias vt in actis, &c. quatenus infra terminum dierum trium præcisè & peremptoriè post, &c. quorum primum pro primo, secundum pro secundo, & tertium pro tertio, et vltimo peremptorio termino, & Canonica monitione eis assignamus, compareant coram Nobis personaliter, non per excusatorem, seu interpositam personam hora, & loco solitis causarum, ad dicendum causam, quare non debeant excommunicari, & pro excommunicatis declarari, & publicari, etiam per cedulonum affixionem &c. alias, dicto termino elapso procedetur ad sententiam excommunicationis nulla alia expectata citatione; reseruato tamen Iure procedendi nominatim contra dictos temerarios, quando de eorum nominibus, & personis notitia habetur quoniam, &c. et affigatur, etc.

N. Vicarius Generalis. &c.

N. Actuar. &c.

51 Exequuta per cursorem, seu nuncium citatione contra delinquentem per Iudicem relaxata, fieri debet per ipsummet cursorem relatio quod citauerit, vel personaliter, vel domi, vel per edictum modo, et forma, vt sibi iniunctum fuerat, cuius forma erit infrascripta, vel huic similis, videl.

Forma relationis in causis criminalibus.

Die tali ... mensis talis ... anni talis ... in loco N. N. de N ordinarius cursor, seu seruiens huius nostræ Episcopalis Curiæ N cum iuramento retulit mihi infrascripto Notario, seu Actuario dictæ Curiæ, se hodie prædicto die citasse D. N. de N (personaliter repertum) si verò citauit domi, dicatur; *in domo suæ solitæ habitationis, modo, & forma, prout habuit in commissis, & in fidem, &c.* Vbi verò seruatur, vt relinqui debeat copia citationis, addi poterit: *Dimissa copia, &c.* Et in illis locis, in quibus quando quis citatur domi, requiritur, vt aliqua particularis persona in domo degens moneatur, addi poterunt post verba, *suæ solitæ habitationis*, hæc sequentia, *vbi eius familia commoratur, & commorari solet, eamque notificasse N. eius fratri, siue famulo, &c.* Et vbi iuramentum præstari solet de notificanda citatione principali Inquisito, addatur; *& ab eo recepisse Sacramentum ad eam notificandam dicto N. de N. inquisito quamprimum poterit.* Et vbi requiritur præsentia testium, addatur: *præsentibus pro testibus N. de N. & N. de N. &c.*

Si verò citauerit per edictum; dicatur: *se hodie prædicta die, & hora tali .... contulisse ad locum N. ante portam maiorem Cathedralis Ecclesiæ N. ibique Populum ad sonum campanellæ conuocasse, & ea conuocata citationem prædictam contra N. de N. publicasse, legisse, & ad valuas dictæ Ecclesiæ affixisse, & relaxasse, præsentibus pro testibus specialiter ad id vocatis N. de N. N. de N. & aliis. Idemque fecisse in Ecclesia Parochialis Sancti N. & alias, &c. modo, & forma sibi commissis, &c. & in fidem, &c. Datum vt supra, &c.*

N. Not. Actuar. &c.

SECTIO VII.

De Contumacia Delinquentis.

SVMMARVM.

1 *Delinquere quid sit.*
2 *Obedientia Superioribus ab omnibus præstanda.*
3 *Contumax efficitur superiori non obediens.*
Delictum committere dicitur contumax.
4 *Contumax puniri potest pœnis temporalibus, & spiritualibus putà censuris.*
5 *Contumax non excommunicandus, nisi in subsidium, si alio modo mulctari non possit.*
6 *Contumax per inobedientiam peccat mortaliter.*
7 *Contumax dupliciter quis efficitur.*
8 *Contumax quis multis modis non fit.*
Casus in quibus contumacia non incurritur.
9 *Infirmitas citati excusat à contumacia.*
Infirmitas consanguineorum excusat aliquando.
10 *Carceratio citati in alio loco impedit, ne contumax fieri possit regulariter.*
11 *Absentia citati excusat à contumacia incurrenda.*
Excusator absentis citati admittitur, quilibet, etiam sine mandato.
12 *Absentiæ causæ iustæ, quæ?*
13 *Locus non tutus excusat citatum à contumacia.*
14 *Aeris intemperies etiam excusat.*
15 *Incompetentia Iudicis excusat citatum.*
16 *Paupertas etiam excusat à contumacia.*
Verecundia impedimentum præstat citato ad comparendum.
17 *Licentia Iudicis excusat citatum à contumacia.*
18 *Tempestas maris, vel fluminis inundatio excusat à contumacia.*
Pestis in loco citationis excusat à contumacia.
Bellum excusat à contumacia.
19 *Mors propinquorum excusat à contumacia.*
20 *Impeditus comparere tenetur excusatorem ad Iudicem mittere cum fide impedimenti.*
Excusator impedimenti, quis esse possit?
21 *Inhabilis excusator, an admittendus?*

22 Paup.

32 *Pœna, quibus punitur contumax.*
33 *Excommunicatus ob contumaciam, si perseuerauerit per annum in excommunicatione, habetur pro confesso de delicto.*
24 *Quibus in delictis contumax absens condemnari possit.*
25 *Contumax mulctari potest, etiam per censuras.*
26 *Contumax priuari potest officio, & beneficio.*
27 *Contumaci fit interpretatio contra ipsum in deterius.*
28 *Contumax priuatur Iure eligendi.*
29 *Contumax puniri potest à pluribus Iudicibus.*
30 *Item punitur in refectione expensarum.*
31 *Item non potest declinare forum regulariter.*
32 *Item potest ei denegari audientia ad tempus.*
33 *Item priuatur Iure appellando.*
34 *Item de Iure Regni punitur in tertia parte bonorum.*
35 *Item priuatur beneficio litis pendentia.*
36 *Item punitur in exactione redditnum.*
37 *Item habetur pro præsente in suo præiudicium.*
38 *Item carcerari potest.*
39 *Item deprædari possunt eius bona.*
40 *Item absportantur ei bona manu militari.*
41 *Item imploratur contra eum brachium sæculare.*
42 *Brachium sæculare, quando implorari debeat?*
43 *Brachium negans Iudex sæcularis malecas incurrit pœnas.*
Iurisdictiones debent se inuicem iuuare.
Pœna inflicta contra Iudicem sæcularem negantem brachium.
44 *Item punitur contumax per interdictum Ecclesiasticum.*
45 *Item punitur arbitrio Iudicis.*
46 *Item aliquando pœna mortis, punitur.*
47 *Insordescens per annum, in excommunicatione ex causa hæresis, punitur vt hæreticus.*
48 *Insordescens verò ex alia causa, quam hæresis, fit suspectus de hæresi.*
49 *Insordescens in excommunicatione per annum priuatur beneficiis ipso Iure.*
50 *Insordescens in excommunicatione quis dicatur.*
51 *Contumacia accusanda est per Fiscum contra contumacem.*
52 *Contumax comparens, ante finem audientiæ, an audiri debeat.*
53 *Contumax infra annum audiendus est, post annum minimè.*
54 *Sententia condemnatoria corruit sine litis contestatione.*
55 *Contumax, an citandus ad sententiam antequam condemnetur.*
56 *Contumax citari debet, antequam mulctetur.*
57 *Domicilium non habens cogi potest ad eligendum domum, vt citari valeat.*
58 *Quo casu si eligere neglexerit, Iudex eliget ex officio.*
59 *Contumaciarum incusatio secundum stylum Regni Neapolitani, qualis.*
60 *Mandati forma ad se expurgandum à contumacia.*
61 *Aggrauatoria excommunicationis forma.*
62 *Reaggrauatoria excommunicationis forma.*
63 *Cessatio à Diuinis qualiter insligenda.*
64 *Cessationis à Diuinis monitio præcedens qualis esse debet.*
65 *Interdicti ob contumaciam forma.*
66 *Interdicti publicationis rogatio instrumenti à Notario facta.*
67 *Brachij sæcularis inuocatio, qualiter concipienda.*

IN præsenti sectione pauca nobis examinanda veniunt de contumacia Rei delinquentis, qui post citationem sibi factam ad comparendum, non comparuerit, cum multa dicta fuerint supra *in Pract. ciuil. p. 2. sect. 1. subsect. 3.* vbi de contumacia Rei ciuiliter conuenti sermo fuit; ibi enim examinauimus, quid sit contumacia: Vnde dicta: Quotuplex: Quæ eius requisita: Quibus modis non incurratur. Quibus pœnis puniatur: Et quot modis purgetur. Hic autem videndum remanet. Primò, an contumax non comparens, post citationem sibi legitimè per Cursorem factam dicatur nouum delictum committere, adeoque puniri possit. Secundò, quando quis dicatur contumax. Tertiò, in quibus casibus non incurratur contumacia, etiam in criminalibus. Quartò, qualiter puniatur contumax in criminalibus.

1 *Quoad primum* præmittendum est, quod delictum committere; nihil aliud est regulariter, quam facere illud, quod quisque non debet, vel non facere illud, ad quod tenetur, *arg. l. Metrodorum. ff. de pœn. l. si quis. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Gloss. & Bald. *in l. 1. C. de his quib. vt indign.* & Gloss & DD. *in cap. certum est de regul. iur. in 6.* Bald. *in l. fin. C. de crim. stellionat.* Et Festus iure cons. ait: *delinquere, est prætermittere illud, quod non oportet præterire.* Idem tenet Cicer. *lib. 3. de natur. Deor. cap. 13. fol. mihi 131. vers. Ferret. ne ciuitas vlla, &c. & lib. 3 de legib. cap. 7. ibi. nec verò solum, vt obtemperent, &c.* Hinc fit, quod Reus legitimè citatus non comparens coram superiore, videtur illum spernere per inobedientiam, & sic facit quod non deberet facere.

2 Quia quilibet tenetur suo superiori obedientiam præstare, nam qui resistit potestati. Dei ordinationi resistit, vt inquit Diu. Paulus *in Epist. ad Roman. cap. 13. num 1.* non enim est potestas nisi a Deo, quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt, *Idem ib.* & in Epist. *ad Tit. cap. 3 nu. 1.* ait; *admone illos Principibus, & Potestatibus subditos esse*, & Diuus Petr. *epist. 1. cap. 2. nu. 13.* ait; *subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ, propter Deum: siuè Regi, quasi præcellenti; siuè Ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum.* E Sapient. *cap. 6. num. 4.* habetur, *quoniam data est a Domino potestas vobis, & virtutes ab Altissimo qui interrogabit opera vestra.* ideo monet Apostolus Paulus *vbi sup. ad Roman. 13.* vt omnis anima potestatibus superioribus subdita sit.

3 Vnde cum quis obedientiam non præstat superiori præcipienti, vt compareat, redditur contumax, cum dicatur esse in dolo. *l. non potest. ff. de reg. iur l. ex consensu. ff. de appellation.* Sed contumax, & inobediens dicitur committere delictum. *l. omne delictum. §. contumacia. ff. de re milit.* Gloss. *in capit. ex litteris de constit.* impropriè tamen, non propriè *l. quæ vni §. 1. ff. de furo.* Bald. *in l. si mora col. 2. in princ. vers. alibi contumacia. ff. sol. matr.* vide Felin. *in cap. super 1. in fin. de testib. & in cap. ex litteris col. 10. circ. med. & col. vlt. vbi latè in arib. in eadem glosa de const.*

4 Ergo contumax puniri potest, non solum pœnis temporalibus, secundum loci consuetudinem: verum etiam spiritualibus, & sic excommunicatione, *c. 1. de iudic.* vbi Abb. *n. 10. c. certum 11. 3. quæst. c. constitutis de probat. cap. commissa de elect. in cap. Duo ver. videbatur 96. dist.* Feder. de Senis *consil. 109.* quia mortaliter peccat, vt dicemus *infr. numer. 6. & 24.* Quod ampliatur, vt locum habeat, etiam in contumacia Actoris, seu Accusatoris Innocent. *in capit. calumniam de pœn.* Dec. & Alij *in dict. cap. 1. de iudic.* Alex. *cons. 137 num. 10. vol 2. & cons. 72. au 8. vol. 3.* Ampliatur secundò, etiam in minima contumacia. gloss. *in d. c. duo sunt,* quam sequitur Abb *in d. c de iudic. & in c. ex parte il 1. au. 3. de verb. sign.* Barbat. *in tract. de testib. p. 2. num 9.* Ampliatur tertiò, etiam si citatus comparuerit, sed postea discessit dimisso procuratore, sed cum mandato insufficienti, nam tunc habetur pro contumace, *c. constitutus de procur.*

5 Limitatur tamen conclusio prædicta, vt contumax excommunicari nequeat, tam in criminalibus, quam in ciuilibus nec alio censuræ Ecclesiasticæ vinculo innodari, quando contra eum fieri potest executio realis, vel personalis, & sic alio modo mulctandus erit, quam per excommunicationem Concil. Trident. *sess. 25. de reform. cap 3. §. in causis quoque* ad tradit. *in cap. sua,* vbi Gloss *ac lit. non contest. & c. contingit.* & ibi gloss. *in ver. non potest de dol. & contum.* quia excommunicatio est remedium subsidiarium, quando scilicet alio modo quis quis puniri nequit.

6 Ex dictis infertur, quod contumax per inobedientiam incurrit peccatum mortale; *cap. si quis cap. omnes c. illud de maior. & obed. cap. si qui sunt presbyteri 81. dist. c. secundum 8 qu. 1. & sed per tot.* notat etiam Abb. *in cap. 1. col. 5. de iudic.* & ratio est, quia facit contra ius Diuinum, naturale, & positiuum, vt dictum est, alias sine peccato mortali ferri non posset excommunicatio. *cap. nullus. & c. nemo 11. qu. 3.* Inobedientia autem magnum peccatum est. *c. secundum 8 qu. 1.* vnde inobediens dicitur infidelis. *c. qui sunt pre byteri 81. dist.*

7 *Quoad secundum*, quando scilicet quis dicatur contumax, notandum erit, quod dupliciter quis contumax efficitur. Primò si citatus non comparet, vel non respondeat. Secundo si compareat, sed recedit, sine Iudicis licentia. In priori casu contumacia incurritur, tam si fuerit citatus personaliter, quam si domi, dummodo citatio ad eius notitiam peruenerit, & comparere, ac obedire tenuerit, & tunc dicitur

vetus

verus contumax, fictus verò dicitur, quando quis citatus fuit domi, sed dubitatur, an citatio ad eius notitiam peruenerit, Bart. *in l. fin. ff. de integr. restit. col. pen.* vbi latè, Angel. *in cons.* 186. & Cardin. *in clem. 1. qu. 9. de dol. & contum.* vbi plenè, & Imol. *in l. ex consensu §. cum qui. ff. de app.* In secundò verò casu incurritur contumacia, etiam si reliquerit procuratorem, sed cum mandato insufficienti. *cap. constitutus de proc.* & paulò ante dictum est.

8 *Quoad tertium* est notandum, quod dantur in criminalibus multi casus, in quibus non incurritur contumacia vltra numeratos *in pract. cit. d. sect. 1. subs. 3. n. 10.*

Quorum Primus est, quando citatio fuit inualida. Bald. *in l. nam ita diuus ff. de adopt.* Barbat. *in c. 1. de iud. n. 40.*

Secundus est, quando quis citatus fuit ad vnicum actum perficiendum, nam tunc eo expedito, recedere poterit, etiam sine Iudicis expressa licentia, cum præsumatur tacita. ita Abb. *in c. prout notab. 1. de dol. & contum.* Butr. *in c. 1. num. 28. de iudic.* & probatur *in c. contum 11. qu. 3.* ibi: *aut si ante finitam causæ examinationem.*

Tertius est, quando non accusaretur contumacia per aduersarium. *l. properandum §. & si quidem C. de iudic.* & ibi Iason. & Castrens. Bart. *in l. consentaneum C. quom. & quand. Iud. & l. si finita §. Iulianus,* & ibi Alex. *ff. de damn. inf. & in lib. 2. in fin. ff. si quis in ius voc. non ier.* Marant. *in spec. aur. p. 6. act. 1. nu. 1. vers. item debet.*

Quartus casus est, quando ob aliquod repentinum periculum recederet, sine superioris licentia. Butr. *in d. c. 1. num. 26. de iudic.* vbi etiam Felin. *n. 21.*

Quintus est, quando citatus expectauit vsque ad vltimam horam termini, si citatus fuit ad instantiam alicuius Actoris, & Actor non comparuit, nam tunc non efficitur contumax, si recedit illicentiatus, quod locum habere potest in ciuilibus, non in criminalibus, ita Imol. *in c. 1. de iudic. n. 18. per text. in c. 1.* & ibi Gloss. *a. de dol. & contum. in 6.* quem sequitur Felin. *ib. n. a 1.* Alex. *in d. l. si finita n. 25.* Aret. *cons. 161. n. 3.* Marant. *vbi supra,* & ratio est, quia tunc Actore non comparente circumduceretur citatio, etiam si reus non compareret, & sic deberet de nouo citari *l. & post edictum §. 1. ff. de iudic.* Bart. *in l. ex quacumque in 1. lect. col. fin. ff. si quis in ius voc. non ier.*

9 Sextus est, quando quis non comparet, propter infirmitatem superuenientem citato, vel in quæstione: infirmitas enim est sufficiens causa ad illum excusandum. *l. quæsitum ff. de re iudicat. c. si ægrotans 5. q. 3.* vbi Gloss. *in verb. legatum.* Alex. *in l. a. ff. si quis caut.* Foller. *in Pract. crim. ser. sec. verb. audiantur excusatores n. 28.* Clar. *in ead pract. q. 34 vers. dixi etiam,* & ibi Baiard. & Alij *in addition.* Grat. *cons. 98. n. 2. vol. 1.* vbi de communi. Farinac. *in Pract. crim. q. 11. n. 51.* Costa. *in tract. de subsidiar. remed. q. 70. n. 4.* Iodoch. *in Pract. crim. c. 25. per tot.* Quod locum habet, etiam si agatur de causa capitali, atque etiam si allegetur à quocumque excusatore sine mandato. Foller. *vbi sup. num. 29.* & Farin. *ib.*

Infirmitas autem, vt excuset, debet esse grauis, non leuis. *d. l. quæsitum,* & ibi Bart. Alex. & Alij; Ideo non sufficeret febris quartana, vel tertiana. Sforz Odd. *in tract. de restit. in integr. q. 11. n. 31. & seq. art. 7.* Sed *in seq. art. 8.* dicit hoc remittendum esse arbitrio Iudicis.

Quo casu allegari, & probari debet infirmitas per fidem iuratam Medicorum, & Aliorum testium. Clar. *vbi sup.* Grat. *ibid. n. 3.* Et in Regno Neapolitano ista fides debet esse confecta per instrumentum publicum, vt credatur; adest Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ pro Curiis Sæcularibus 176. *incip. Item si aliquis.* In locis verò in quis non adsunt plures medici, sufficit vnus. Clar. *loc. cit.* Quomodo probetur infirmitas, docet Mascard. *de prob. concl. 895. vol. 2.*

Et nota benè, quod si Iudex post habitam infirmitatis, procederet ad sententiam, erit ipso iure nulla. Paris. *consil. 102. n. 1. l. 4.* Marsil. *in pract. crim. §. sequitur n. 36.* Misinger. *obseruat 57. n. 4.* Afflict. *decis. 29. n. 3.* Idem esset, si de infirmitate Iudici constaret. Baiard *ad Clar. d. q. 34. n. 14.* late Odd. *d. q. 11. n. 12. cum plurib. seqq.* vbi *sup. n. 24.* idem tenet, si potuit admittere procuratorem, & non admisit.

Nota secundò, quod etiam infirmitas consanguineorum citati excusat illum à comparendo, quamuis ipse bene se habeat, secundum Gloss. *in c. commmunis filius verb. fuorum 23. dist.* Iason *in l. 2. §. si quis ff. si quis caution.* Alex. *in d. l. quæsitum col. fin. ff. de re iud.* Foller. *in pract. crim. can. c. 10. n. 51.* Baiard. *loc. cit. n. 22.* & Alii; apud Odd. *d. q. 11. art. 9. n. 27.* Est bene verum, quod in aliquibus locis non seruatur, vt propter infirmitatem consanguineorum excusetur citatus à comparendo, nisi ob infirmitatem parentum, filiorum fratrum sororum, vel vxoris, vt ait in Francia Rebuff. *in comment. const. Franciæ tit. de excusat. n. 31. vol. 3.* Imò Carauit. *in tit. Magna Curia Vicar. 258. n. 14. in fin.* neque in tali casu excusat, & ridiculam vocat talem excusationem. Sed in omni casu melius esset, si daretur aliqua breuis dilatio citato: dummodo ex illa præiudicium Fisco non inferatur, vt tenet Baiard. *d. n. 22. in fin.*

10 Septimus est, si carceratus fuerit ipse citatus ab alio Iudice in alio loco, ipsa enim carceratio excusat eum à comparendo coram Iudice citante Bart. & Alij *in l. 2. ff. de in ius voc.* Misinger. *centur. 4. obseruat. obseru. 76.* vbi loquitur de procuratore vniuersitatis, in quo requiritur mandatum speciale ad excusandum, & late Farinac. *in q. 34. n. 59. & cons. 17. n. 12.* & de communi obseruantia testatur Clar. *dict. quæst. 34. vers. de carcerato autem* Costa *d. q. 71. n. 4.* Neque carcerato currit dilatio. Baiard. *ad q. Clar. 94. n. 9.* & in causa appellationis detinetur in carceribus Iudicis a quo, donec causa terminetur, nisi esset denuo examinandus. Caualc. *de brach. Reg. p. 2. n. 320.* Idem esset, si præuentus fuisset in citatione à Iudice superiore. *c. cum parati de app.* Et hoc est adeo verum, vt neque teneatur citatus opponere exceptionem carcerationis, neque mittere Procuratorem, secundum Clar. *vbi sup. vers. quinimò.* Et sententia lata contra carceratum est nulla, Farinac. *cons. 89. n. 2. in fin & d. cons. 17. n. 13* vbi dicit hoc procedere, siue iusta, siue iniusta fuerit carceratio.

Fallit tamen, quando carceratio in alio loco affectata esset ad eludendum Iudicem citantem, quia tunc non excusaretur. Clarus *in pract. lig. vers. de carcerato autem,* Farin. *d. cons. 17. nu. 28. in fin.* Affectata autem diceretur, si sequuta esset post citationem Carauit. *in d. rit. 269. n. 16.* vt etiam ait, idem esse, si detineretur sub fide iussione per Iudicem inferiorem. & Baiard. *d. q. 34. n. 35.* Scias tamen, quod secundum DD adductus per Farinac. *in q. 11. n. 50. & seq. & d. cons. 17. n. 14. 28. & seq.* vbi de communi, teneatur carceratus citatus ab alio Iudice allegare impedimentum carcerationi per aliquem excusatorem, & illud probare, vel petere terminum ad probandum; quidquid dicat Clarus *vbi sup.*

11 Octauus est casus, si pro citato domi deducatur, quòd sit absens à loco Iudicij; absentia enim iusta erit causa non comparendi, & euadendi contumaciam. *l. 1. ff. de diu. & temp. præscript.* Foller. *in pract. crim. can. c. 10. n. 51.* Cartar. *in tract. de execut. sent. cap. fin. num. 211. & 266.* Farinac. *d. q. 11. n. 52.* & latius *q. 99. num. 276* vbi Alios cumulat, & firmat, hoc verum esse etiam in causa capitali, prout refert Guazzin. *defens. 12. c. 1. num. 3.* & latissimè Canar. *in tract. de excusat. p. 1. n. 1. 2. & 8.* vbi ponit causas excusandi, & praxim. Gabr. *l. 7. conclus. 9. num. 5.* Menoch. *de arbitr. l. 1. q. 80. n. 48. & 98.* Villalob. *in comm. opin. verb. absens num. 10. vers. bene nota.* Costa. *de subsid. rem. d. quæst. 76. n. 5.* Vulpell. *respons. 57. n. 2.* Mar. Ant. *variar. resol. l. 3. res. 3. n. 1,* & Alii, apud illos.

Quo casu si comparet aliquis ad illum excusandum, concedenda erit per Iudicem noua dilatio, etiam sine expressione causæ, aut illius probatione, & competens terminus ad denunciandum, & certiorandum citatum; quo elapso, & non comparente fit contumax. Et ita seruari vidi in practica: de qua testatur Clar. *d. quæst. 31. in princ.* & Farinac. *d. q. 99. sub n. 297. & 299. vers. ita secundam.* In aliquibus Curiis deferri solet iuramentum allegantis absentiam, & tunc eo fortius concedendus erit nouus terminus ad denunciandum. Cartarus. *vbi sup. p. 2. q. 24. n. 16.* Mar. Antonin. *d. resol. 3. n. 5.* Quod si exprimeretur causa absentiæ, à fortiori procedi non posset adulteriora. Canar. *d. p. 1. num. 1. & 8.* Blanch. *in pract. crim. §. verum quia num. 45* Nouell. *in tract. de defens. in princ. num. 9 & 10.* Iodoch. *in pract. crim. cap. 24. rubr. de procur. num 3.* Franch. March. *decis. 226. num. 1.*

Et nota, quod quilibet admittitur ad allegandum causas absentiæ citati, siue mandato. Clar. *loc. cit.* Menoch. *d. q. 80. num 52* vbi de receptissima opinione testatur. Farinac. *d. q. 11. nu. 52. in fin. & d. q. 99. num. 234. & 274.* vbi de communi. Costa *d. q. 79. num. 2.* Mar. Antonin. *d. res. 3. num. 1.* Quidquid dicant quidam DD. qui tenent, hoc procedere in allegante causas absentiæ necessarias; & quæ sunt facti, & in longa absentia secus in causis absentiæ probabilibus, et loci non tuti, pestiferi,

insidia-

insidiarum inimicorum, potentiæ aduersarij, suspecti itineris, & huiusmodi; in quibus dicunt ipsi, quod requiratur mandatum; inter quos adest Menoch. *d. q.80. n. 49.* Clar. *in q. 32. vers. prædictis autem*, sed expressius *in quæst. 13. ver. sed numquid.* & Alij apud Farinac. *in d. quæst. 99. num. 280.* Et contra Istorum sententiam tenet Bald. *in l. pen. §. ad crimen numer. 25. ff. de public. iudic.* vbi tradit, quod etiam in allegandis causis absentiæ probabilibus, quilibet admitti debet, sine mandato. Et hæc opinio vocatur æquior, ac verior à Mar. Soccin. *in cap. veniens. nu 162. cum plurib. seqq. de accusat.* Card. Alexandrin. *in cap. si quando n 21. 2. q. 6.* & Costa. *d. q. 79. n. 4. & seq.* Quinimò ad allegandum absentiam citati, vel aliud impedimentum, quilibet admittitur, quamuis aliàs esse non possit procurator. Alex. *in d. §. ad crimen. 152. & 175.* Angel. *n 3* & Imol. *n. 24.* Canar. *in tract. de excusat. p. 1. n. 2. & seqq.* Anton Gabr. *conclus. 9. nu 39. lib. 7.* & Farinac. *d. quæst. 96. nu. 286.* vbi ait, quod admittitur, etiam sine mandato.

12 Causæ autem iustæ absentiæ, quæ sint, vel non; Iudicis arbitrio remittuntur. Menoch. *de arbitrar. cas 153. n. 4. & cas 154 num. 2.* vbi multas ponit causas; & signanter absentiam causa Reipublicæ: Infirmitatem: carcerationem: locum non tutum: pestilentiam: hostium periculum: impetum fluminis: mortem patris: præceptum superioris, & huiusmodi impedimenta enumerata etiam ab Ant. Canar. *in d. tract. de excusator. p. 2. nu. 7.* & Farinac. *quæst. 10. num. 151. & 152. & in d. quæst. 99. num. 295. circ. fin.* vid. Marchard. *de probat. conclus. 8. num. 7.* & Alios aduertat tamen excusator, ne alleget causas absentiæ, vel alterius impedimenti affectatè, & simolatè per fraudem, quia talis excusatio non suffragaretur citato Alber. *in d. l. seruum quoque § publicè. num. 9. ff. de procur.* Clar. *in d. q. 34. ver. sed pone.* Canar. *vbi sup. p. 2. num. 8.* Farinac. *in q. 11 num. 52. vers. sed si apparet de fraude*, & latius *d. q. 99. nu. 296* vbi Alios cumulat. Et tunc diceretur causa affectata, si post citationem vnius Iudicis, procuraret, vt carceraretur ab alio: vel si absentauit post citationem personalem; vel post alium actum iudiciarium, & huiusmodi. Caranit. *in rit. 266. num. 7.* Baiard. *in d. quæst. 34.* Clar *num. 9. cum seqq.* & Farinac. *d. q. 99. n. 296.* Franch. *decis. 325. per tot. & decis 327. n. 5. p. 3.*

Et nota, quod excusator allegans causas absentiæ citati non admittitur sine iuramento calumniæ. Alex *in d. l. pen. §. ad crimen. num. 117. ff. de publ. iudic.* Cirill. *in summ. crim rubr. 10. de procur. num. 2. vers. absentia prætextu.* Farinac. *d. quæst 99 n. 298.* Mar. Antonin. *de resolut. 3. numer. 5. lib. 3.* Postquam verò fuerit legitimè allegata causa absentiæ, vel alterius impedimenti, si per Iudicem ad vlteriora procedatur, processus erit nullus. Soccin. Iun. *consil. 104. num. 26. l. 3.* Aufrer. *ad capell. Tholos quæst. 165. num. 3.* vbi firmat regulam, quod quilibet priuilegiatus allegare debet suum priuilegium, prout etiam Ego alibi dixi. Menoch. *consil. 100 num. 118. lib. 1.* Suar *comm. opin. ver. impeditus n. 14.* Canar. *de excus. sent. cap. fin. num 266.* Sed Farin. *in quæst. 11. nu. 59. vers. quibus tamen*, ait quod etiam non allegato impedimento, si citatus deueneerit ad manus Iudicis, supersederi debet probato impedimento.

13 Septimus casus, in quo citatus excusatur à contumacia, est, quando citatur, vt compareat in loco non tuto, ob timorem insidiarum, propter inimicitias, quas ibi habet. *capit. accedens. 2. vt lit. non contest.* & ibi DD. & *capit. ex parte de appellat.* vbi Franc. & Alij. Felin. *in capitul cum R. Gauanensis. de offic. deleg.* vbi latè Menoch. *cons. 100. lib. 1. num. 183.* Mascard. *de probat. conclus. 1104. numer. 11.* Clar. *qu. 34. vers. allegatur etiam* Farinac. *quæst. 11. numer. 55.* vbi Alios cumulat. Pacian. *in tract. de probat. lib. 2. cap. 46. num. 66.* Vant. *de nullit. ex defect iurisd. numero 165.* vbi alias causa loci non tuti refert. Costa *d. tract. de subsid. remed. qu. 79. nu. 4.* Imo tali casu non tenetur citatus mittere excusatorem, secundum Pacian. *vbi sup. nu. 28.* neque Procuratorem, Baiard. *ad Clar. d. qu 34. num. 25. in princ.* Ferret. *cons. 31. nu. 22.* vbi de communi testatur. Farinac. *d. nu. 55. circ. princ.* Quod intelligendum est, quando locus est notoriè non tutus, Baiard. *ibid. n. 27.* & latè Pacian. *præcit. loc. nu. 84. & seq.* Quando autem locum dicatur notoriè non tutus, declarat Decian. *in resp. 18. num. 140. vol. 1.* Quomodo probetur locus non tutus vid. Mascard. *de probat. conclus. 17. cum trib. seqq. vol. 1.* Menoch. *de arbitr. cas. 153. n. 6. lib 2.* Vant. *loc. cit. nu. 256.* Pacian. *ib. n 63.* Quibus verò modis locus dicatur non tutus, vid Menoch. *loc. cit. nu. 6. & seqq.* Mascard *ibid. concl. 16. cum trib. seqq.* Vant. *eod. loc. n. 156.* latè Pacian. *d. c. 46. per tot.*

14 Octauus est, si citetur quis ad comparendum in loco, vbi adest magna aeris intemperies, quia tunc ob malam aeris qualitatem excusaretur à contumacia. Bartol. *in l. recusare. §. si quis in fin ff. ad Trabell.* & ibid. Alex. *n. 16.* Soccin *in cap. veniens nu. 17. de accusat. & in tract. de citat. art 18. q. 5. col. 3.* Baiard. *in dict. q. 34. n. 31.* Pacian. *in d. c. 46 n 74* vbi dicit, ex ista causa se excusasse, Papam Gregorium Duodecimum ne accederet ad Concilium Pisanum Idem firmat Iodoch. *in pract. crim. c. 25. n. 17.* & Scagliol *in Rit. Magn Cur. Vic. 163 n. 27.*

15 Nonus casus, in quo citatus contumax declarari non potest, est si citaretur à Iudice non competenti, quia tunc declinari potest forum talis Iudicis incompetentis, iuxta tradita per Clarus *in quæst. 35. in princ.* Grammat. *cons 1. num. 19. & seqq.* Pacian. *d. cap 46 a num. 30. cum plurib seqq.* Franch. *decis. 212 p. 2. & decis. 329 per tot.* vbi latè Baiard. *quæst. 32. num 4 & q. 33. n. 7.* & Alii.

16 Decimus est, si citatus reperiatur adeo paupertate depressus, & denudatus vestibus laceris, vt comparere nequeat, absque magna verecundia, & dedecore: nam tali casu excusaretur à contumacia. Alex *in lib. 2. § si quis in iudicio. col. 2. ff si quis caut.* & præsertim si sit persona nobilis. *c. si quis testium de testib.* Gloss. *in clement. cupientes. § ceterum. ver. alia iusta. de elect.*

Et ratio est, quia nimia verecundia legitimum præstat impedimentum, cum taliter inops æquiparetur carcerato, vt est no abilis text. *in l. eodem § fin. ff ex quib. caus. maior.* & ibi Gloss. & *in d. c. si quis testium de testib* Abb. *in c. cum dilecti. col. 3 circ fin. de dol. & contum.* Quod tamen in ciuilibus libenter seruaretur, sed in criminalibus cum aliqua difficultate.

17 Vndecimus est casus, si citatus licentiam a Iudice habuerit recedendi quamuis illegitimam, vt resoluit Rota Romana *decis. 120. de dol. & contumac. in antiqu argum. l. lib. 1. §. fin. ff si quis caution. & l. non videtur §. qui iussu ff. de re iudicat.* Quamuis multi graues Doctores asserunt, quod in tali casu recedens cum tali iniusta licentia excommunicari possit, *argum. libr. 2. §. non solum ff ad Tertull.* quia culpa Iudicis parti præsenti præiudicium afferre non debet, *vt in d §. non solum, & lib 2. ff de eustction.* Non est tamen recedendum a sententiæ Rotæ, quia licet Iudex sit in culpa in concedenda licentia, non est in culpa cum ipsa recedens, aliàs excommunicaretur, sine peccato, quod fieri non potest. *capit. nullus. & capit. nemo. 11. quæst. 3. cum concordantib.*

18 Duodecimus est si ob maris tempestatem, vel fluminis inundationem comparere non potuit. *l. cul. ff. de publ.*

Decimus tertius est, si pestis grassetur, *capit. ad supplicationem de renunciat. cap. ex parte 1 de appell.* Quod tamen non procedit si in illo loco adhuc pestis non obstante ius redderetur, quia tunc citatus incurreret contumaciam. Alex. *in d. l. secundum, ff. ad Trebell.*

Decimus quartus est, si Bellum geratur. DD. *in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur.*

19 Decimus quintus, si moriatur illi pater, mater, frater, vel alius consanguineus, proximus. *l. 2.* & ibi Gloss. *fin. ff. de in ius vocan. l. interdum § 1 ff de iudic.* nam si excusatur a contumacia, ob infirmitatem consanguineorum, conueniens est etiam vt excusetur ob mortem eorumdem. sed hoc fit ad tempus, data ei competenti dilatione de Iuris æquitate. Quosdam Alios casus, ponit Rebuff. *in 3. tom. constit. Regni Franciæ tit. de excusat. seu exoniat. num. 31.*

20 Est tamen aduertendum, quod quotiescumque quis citetur, & habet aliquod impedimentum ex prædictis, vel aliud simile, tenetur excusatorem ad Iudicem mittere, vt eum certiorem faciat super tali impedimento, *l. quæsitum ff. de re iudic. c. si agrotans 5. q 3. c. placuit 18. dist. c. querelam de procurator.* & vt dictum est supra. Excusatores autem non omnes indistinctè admittendi sunt, sed tantum illi, qui a iudicio non repelluntur; vt sunt stulti, fatui, amentes infantes, surdi, muti. & similes, de quib. *in c. pastoralis de iudic.* quia discretionem non habent, nec rerum qualitates discernere valent. *l. operis, cum l seqq. ff. de non oper nunc. c. omnis vtriusque sexus de pæn. & remiss.* Ias. *in l. de pupillo §. nunciatio. nem col pen ff. de non. op. nunc.* Ideo personæ habiles mittendæ sunt ad excusandum.

21 Sed quid, si discretus quidem sit, *iuxt. text in c. si quis testium de testib.* & ad excusandum accedat, sed alio modo inhabilis fuerit, vt mulier, infamis excommunicatus, minor, & similes, an admitti debeant?

Re-

Respondetur affirmatiuè, secundum Bart. *in l. pen. §. ad crim. col. 5. ff. de publ. iudic. l. fenum §. publ. ed ff de proc.*

Qui quidem excusatores probare debent per aliquam scripturam, vel publicum monumentum, impedimentum, quod proponunt pro citato. Innocent. *in cap. veniens de accusat.* Bart. *in d. §. ad crimin* Bald. *in Margarit. in verb. officium quaest 31.* Imò cogi possunt ad iurandum de veritate dicenda. Rebuff *vbi sup.* Et si pars aduersa petierit iuramentum calumniæ, illud tenentur afferunt. Ioan. Andr. *in addition. ad Speculator. l. 1. de iuram. calumn. §. 2. num. 14. in fin.* quem sequitur Soccin. *in cap. 1. col fin. & cap. 2. col. 6. extens. 20. de iuram. calumn.* & Alii, de quibus supra.

22 *Quoad quartum* scilicet qualiter puniatur contumax in criminalibus, notandum erit, quod licet diuersimodè puniatur in criminalibus, ac in ciuilibus, & similiter aliter de iure ciuili, & aliter de iure Canonico, tamen vt plurimum easdem ferè omnes pœnas simul patitur contumax in causis criminalibus. Iden cum multipliciter puniatur, de quibusdam saltem hic videamus.

Primò enim punitur contumax in causis criminalibus de iure Canonico, vt possit excommunicari, vt dictum est *sup. n. 4. & in pract. ciuil. p. 2. sect. 1. subsect. 3. n. 17.* vbi multa iura, & Doctores allegaui, quibus addi possunt. Felin. *in cap. 1. col. 5. verb. vtrum excommunicatio de iudic.* vbi etiam dicit, quod antequam excommunicetur, est citandus, de quo vid. *cap. cum contum. de haeretic. in 6.* & quod possit excommunicari, tenuit Rot. Rom. *dec. 725. in antiq. & decis. 271. in nou.* et Feder. de Senis. *consil. 103.* et Ratio est, quia contumax peccatum mortale incurrit, vt dictum est *sup. n. 6.*

23 *Secundò* punitur, quod perseuerans in excommunicatione ob contumaciam lata, per annum, habetur pro conuicto, & confessio super delicto, de quo est inquisitus. *c. rursus, & c. quicumque 11. quaest. 3. cap. nullus de praesum. cap. 1. vt lit. non contest.* Gloss. *in c. cum secundum de haeretic. in 6.* Farinac *in crim. l. 1. qu. 17. n. 39.* Gonzalez *ad regul. 9. cancellar. glos. 15. n. 106.* & sic condennari potest etiam absens, tamquam conuictus, secundum Abb. *ib.* Goffred. *in cap. 1 vt lit. non contest.* & Archid. *in summ. 3. q. 9.* latè Addent. ad Abb. *in cap. de quo vult Deo col. 3. vers. aduerte de iudic.*

24 Sed nota, quod non indistinctè, & semper absens condemnari potest, vt supra dictum est; sed dumtaxat in criminibus, pro quibus non esset imponenda pœna capitalis, secundum Ius ciuile; quibus de Iure Canonico æquiparatur degradatio actualis, de qua *in cap. degradatio de poen. in 6.* Vel quando esset imponenda pœna perpetui carceris, *vt in capit. pen. de haeretic.* Vel quando falsificauerit quis sigillum Principis. *vt in cap. ad audientiam de crim. fals.* nam in illis casibus requiritur præsentia Rei, alias condemnatoria sententia esset frustratoria, cum non posset executionem habere in persona delinquentis, ita Innocent. *in cap. qualiter 2. §. debet q. 9. vers secundum Canones de accusat.* Ioann. de Fantù. *in c. decreuimus. 3. q. 9.* & plenè Præposit. *in cap de accusatoribus. 3. q. 9.* In criminibus verò in quibus non veniret imponenda pœna corpori afflictiua, potest procedi ad sententiam condemnatoriam contra absentem. *vt in c. veritatis. de dol. & contum. & facit. cap. vnic. de schism. in 6.* An autem in huiusmodi casibus procedi possit ad sententiam absque litis contestatione, vide latè differentem Abb. *in d. c. de quo vult. Deo de iudic.* & fusius *in dict. cap veritatis column. 4. vers. quod seruandum. de dol. & contumac.* vbi dicit de Iure Canonico, non posse, & idem tenet. Clar. *in Pract. crimin. q. 44. in princ.*

25 *Tertiò* punitur contumax, etiam de Iure Canonico, vt mulctari possit per Iudicem Ecclesiasticum; & ad mulctam soluendam potest cogi etiam per censuras Ecclesiasticas. *cap. quarenti de verb. signific.* Hostiens. *in summ. tit de sentent. & re iudic. in tract. de mulcta. §. quis possit.* Archid. *in c. certum 11. q. 3.* & ibid. Præposit. Butr. & Abb. & Goffred. *in c. tua. vt lit. non contest.* vbi tenet, quod mulcta etiam de Iure Canonico procedit, contra sententiam Vincentii asserentis, mulctam non procedere secundum Ius Canonicum, sed ipse Goffred. sequitur communem, & allegat *cap statuimus, & cap. quod legitur 15. quaest. 1.* & notatur *in d. can. veritatis. de dol. & contum.* & facit *argum cap. dilectus de offic. ordin. & cap. 1. & eod. tit. in sexto.* Idem Abb. *in cap. 1. colum. 7. de dol & contumac.* Speculat. *de sentent. prolat. §. 2. colum. 2. vers. est & quarta species.* An autem ad mulctam imponendam requiratur noua citatio. Vide Felin. *in capitul. 1. colum. 4. vers. mulcta de iudic.* Alexand. *in l. nonfesterum. §. si ad diem. ff. de re milit.*

26 *Quartò* potest contumax suspendi ob officio; & beneficio. *cap. veritatis de dol. & contum.* Gloss. & DD. *in cap. cum non ab homine de iudic.* vbi alias pœnas contumacis enumerant Speculat. *lib. 2. de contumacia § 4. in princ.* & post annum contumax potest priuari in perpetuum, *vt in cap. rursus 11. quaest. 3.* Hostiens. & Innoc. *in cap. cum bona de aetat. & qualitat & cap grauem de poenis,* & Abb. *in cap. 1. de iudic.* Quod procedit, siue de delicto constet contra ipsum, siue non, siue lis sit cum eo contestata, siue non.

27 *Quintò* punitur, quod semper fit interpretatio contra ipsum in id, quod sib. deterius est; & aduersario obedienti vtilius. Bart. *in l. quandiù 2 col. 1. ff. de acquir. hared. per l. de aetat. §. qui tacuit ff de interrogat. action.*

28 *Sextò* priuatur, aliquando facultate dandi suffragium, seù vocem in electionibus. *cap. ex litteris de constit.* vbi communiter DD Bald. *in l. vnic. col. vlt. vers. 12. & fin. C. quand. non petent. part.*

29 *Septimò* inquiri potest contra contumacem in loco originis, non obstante præuentione facta in loco delicti, cum processus, in quo factus est contumax, nihil illi suffragari debeat. Bart *in l. sepulchri vol. 1. vers item ist ff. de sepul. viol. & l quamuis vers. vlterius ex hac lege. ff. de damn. infec. & in l. 1 col. 3 C. vbi de crim. agi oport. & in l. vbi crimen circ. med. ff. de iudic.* vbi etiam plenè Alexand. *& in l. de die §. in cer. ff. qui satisd. cog* Angel. *in tract. de malefic. in verb. Florentia in fin. & in verb. inquisitio col. vlt. vers. item potest bannir.*

Quæ conclusio est adeo vera, vt non solum possit contumax cogi, & contra ipsum procedi per Iudicem originarium, vigore contumaciæ Iudicis loci delicti, verum etiam per Iudicem domicilii, ipse allegare non potest litis pendentiam coram alio Iudice, a quo factus fuit contumax. Imò nec ille Iudex, qui primò incepit processum, impedire poterit, quin Alii Iudices contra eumdem contumacem procedant; nec petere remissionem contumacis, si postea carceratus fuerit. Et neque pars, qui accusauit coram alio Iudice excipere potest de pendentia litis coram Iudice loci delicti; vel originis; vel domicilii; quia per primum non impeditur secundus. Bartol. *in d. l. sepulchri violatio num. 2. vers item primum, & num. 3.* Boss. *in tit de ser. compet. num. 38. vers. istam tamen & num. 36. vers. sed licet pars.* Cirill. *in summ. crimin. in prima particula tit. vbi de crimine agi oport. num. 6. & 7.* vbi latè. Farinac. *quaest. 7. num. 55. vers. limita tertiò.* Vinch de Franch. *decis. 417. num. 1. p. 2.* vbi ait, quod contumax amittit beneficium *l. vbi nactum C. de iudic.* Caualc. *de brach. reg. p. 4. n. 250.* & latissime Petr. Caball. *consil. 62. num. 32. cum plurib. seqq.* vbi concludit, quod si contumax comparuerit coram Iudice loci delicti, opponere poterit exceptionem litis pendentiæ coram aliis Iudicibus, quia tunc cessant rationes adductæ a supradictis Doctoribus.

30 *Octauò* punitur in expensis, nam si comparuerit, antequam audiatur, reficere debet expensas accusatori. *l. sancimus* & ibi Bald. *in 1. notab. C. de iudic.* & communiter DD. *Auth. qui semel. C. quom. & quand. Iud.* & ibi Bart. *col. 1. notab. 3.* Bald. *in l. 2. col. 2. vers. in secundo exemplo C. de edend.* Baiard. ad Clar. *in quaest. 2. num 10. & seqq.* Quod verum est, si procedatur ad quærelam, secus si ex officio quia tunc auditur non refectis expensis. Gulielm de Benedict. *in cap. Raynutius ver. mortuo testatore 1. n. 169.* Et idem seruatur in causis ciuilibus, vt ait Matant. *in spec. aur. p. 6. memb. 2. n. 16.*

31 *Nonò* non potest amplius opponere exceptionem declinatoriam fori. Angel. *in l. cum qui ff. de priuileg. credit. & in l. si finita. §. item videamus,* vbi etiam Imol. *ff. damn. infect.* Alexand. *in l. quidam consulebat. ff. de re iudic. in fin.* Innocent. *in cap. ad praesentem de accusat. & in cap. praeterea de dilat.* Bald. *in l. si quis ex consensu vol. 3. verb. deinde nota C. de episcopal. aud.* Fallit tamen, quando Iudex esset omnino incompetens, nam tunc semper fori declinatoriam allegare potest, quandocumque compareat, n si Iudex pronunciasset, se esse competentem. Bartol *in leb. 3. vol. 3. in fin. vers. sed quaero quid si ff. si quis in ius voc. non ier.* & ibid. Alexand. Felin. *in cap. si duobus col. 15. de app.* Vid. Afflict. *in decis. 32. & in constitut. Regni incip. pœnam eorum quæ in sexta quaest.* vbi ait hoc procedere, si sit persona, quæ potest renunciare priuilegio, alias secus, secundum Illium. Gloss. tamen *in cap. nuper litteris in verb. nisi forsan. de rescr.* quem sequitur *ibid.* Abbas tenet, quod quando notoriè

constet, Iudicem citantem non habere iurisdictionem in citatum, talis exceptio opponi potest, non obstante contumacia; vide Foller. *in Pract. crim. for. facatar. in rubr. bannitantur nu. 50.* vbi Alios DD. congerit aliter distinguentes.

32 *Decimò* denegari potest ei audientia ad tempus Gloss. *in l. sed si per prætorem §. sed si decreto per illam textum ff ex quib. caus. maior.* quam singularem appellat Bald. *in c. 1. de captor.* Iason. *in lib. 2. col. 4. C. de edend.* Et sic audiri non potest per procuratorem, quando contumaciam purgare voluerit, etiam in ciuilibus de Iure Regni *per Rit. Magnæ Curiæ Vicariæ incip. item si aliquis, vel aliqua,* & notat Afflict. *in constit. Grandes in 7. notab. & in constit. clementia col. 3. ver. & sciat, & in const. pœnam eorum vncearum col 2. in fin.* Et non solum denegari potest contumaci audientia in causa, de qua agitur, & in qua factus fuit contumax, verum etiam in omni alia, *vt habetur per text.* & Gloss. *in dicta l. sed si per prætorem §. sed & si dam.* & ibi Ang. Iason. *in d. l. iusiurandum, & l. aut prætorem, notab. 2. ff. de carciat. & in l. 1. §. fin. col. 4. ff si quis ius dic. non obtemp.*

33 *Vndecimò* verus contumax priuatur beneficio appellandi. *l. ex consensu § fin ff de appellat. & relat.* & ibi Gloss. Bartol. & Imol. *l. 1. C. quor. appell. non recip.* Alexand *in l. properandam § fin. autem reus C. de iudic. et in l. sepè col 24. ff. de iud.* Item est, *text. in l. & post edictum §. fin. ff. de iudic* & Butr. ac Innoc *in c. tenor de re iudic.*

34 *Duodecimò* punitur de Iure Regni in Curiis Sæcularibus in tertia parte mobilium per Iudices Sæculares; & reliqua bona adnotantur. Et si per annum perseuerauerit in contumacia, forisudicatur, ita vt ab omnibus impunè occidi possit, & eius bona confiscantur, *vt habetur in constit.* quæ incipit. *pœnam reorum,* & ibi latè Andr. de Isernia, Marant. *in spec. aur. p. 6. membr. 2. num. 25.* Foller. *in Pract. crim. for. sec. verb. bannitantur n. 41.*

35 *Decimotertiò* amittit beneficium litis pendentiæ, de quo *in L. vbi coeptam ff. de iudic* ita Bartol *in dict. l. vbi coeptam, & in l. sepulchri. ff. de iudic.* ita Bart. *in d. l. vbi coeptum, & in ... & in lib. 3. col. 2. ff. de re iudic.*

36 *Decimoquartò* puniri potest in redditibus, ita vt per colonos ei non respondeatur de pensionibus sibi debitis, & similiter potest Iudex præcipere, vt nullus accedat ad colendum eius agros. ita singulariter Abb. *in cap. grauem per illum text. de sent. excom.*

37 *Decimoquintò* habetur pro præsente in sui præiudicium, *vt in Auth. qui in prouincia in fin.* & ibi Bald. *C. vbi de cr. agi oport. & in l. cum fratrem col fin. C. de his quib. vt indig.* Gloss. *in l. de vnoquoque ff. de re iudic.*

38 *Decimosextò* puniri potest in persona, & sic carcerari, vt habetur *in l. consentaneam* vbi Gloss. & Bart. *C. quemodo quand. & Iud. & in §. si verò Authent. de exhibend. reis,* & notat Isern. *in constit. Regni incip. si quis post litem in princ.*

39 *Decimoseptimò* contra contumacem permittitur aliquando deprædatio in eius bonis, *vt habetur in t. vnic. in fin. de milit. vassall. qui contumax est in vsib. feud.*

40 *Decimo octauò* auferuntur ab eo bona manu militari. *l. qui restituere ff. de rei vendis.*

41 *Decimonenò* contra contumacem si placuerit ei, illum carceribus detrudere, implorari potest per Iudicem Ecclesiasticum brachium Sæculare. *dilecto de sent. excom. in 6. c. administratores 23. q. 5.* & ibi Gloss. & DD. *l. si quis in hoc genus C. de episc. & Cleric.* Etiam si sit Iudex delegatus, quia facultatem habet hoc brachium inuocandi, licet ei specialiter non concessa sit *cap. cum non ab homine de iudic.* Feder. de Sen. *in cons 163. quod incip. super innocat.*

42 Est tamen aduertendum, quod brachium Sæculare tunc demum inuocandum venit, quando Iudex Ecclesiasticus fecit omne, quod potuit, etiam per censuras Ecclesiasticas, & non remanet quidquam aliud faciendum, nam cessantibus Ecclesiasticis remediis, tam de iure, quam de facto, datur talis recursus ad brachium aliàs si posset alia via non daretur. *d. cap. cum non ab homine, cap. 2. de maledic in § per tempora,* & ibi Gloss. *in verb. potestatem capit. 1. de offic. ordinar. cap. administratores 23. qu. 5. cap. cum ad verum 96. dist.* Oldrad. *consil. 69.* Archid. *in d. cap. administratores.*

43 Quòd si Iudex Sæcularis requisitus fuerit a Iudice Ecclesiastico, vt brachium præstet, & ipse impartiri noluerit, plures pœnas incurrit. Quarum.

Prima est, quod peccat grauissimè. DD. *in cap. Romana §. contrahentes de for. compet. in 6.* præsertim Ægid. Bellam. & Barbar. *in cap. 2. col. 1. de fid. instr.* Ratio est, quia non implet legem Christi, iuxta illud Apostoli Pauli *ad Galat. 9. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, & habetur in cap. ponderes 50. dist.*

Secunda est, quod efficitur periurus, quia in ingressu officii iuramentum præstauit de obseruandis iuribus, constitutionibus, & consuetudinibus, *vt in Auth. tit. iusiurandum, quod præstari solet ab his, qui offic. suscip. collat. 9.*

Tertia est, quod compelli potest per censuras Ecclesiasticas, quia negando brachium, negligit facere iustitiam *d. cap. administratores 23. q. 5. cam ad verum 96. dist.* notatur *expressè in c. 2. § per tempora.* & ibi Gloss. *in verb. contra eum de maledic. c. 1. &* ibi etiam Gloss. *in verb publicum de offic. ordin.* vbi DD. communiter. & Alii quos adduxi *supr. p. 1. sect. 2. subsect. 1. n. 23. vers. si Iudex.* quibus addi possunt Menoch. *de arbitr. l. 2. cas. 352. n. 2.* Diaz *in Pract. crim. can. c. 254. n. 10.*

Quarta est, quod si ipse postea requirit Iudicem Ecclesiasticum, vt illi præstet auxilium, quia vna iurisdictio debet per aliam adiuuari, *iuxta canon quoniam 10. dist. can. nec liceat. 17. dist. can. cum ad verum 96. dist. c. quoniam in plerisque in fin. de offic. ordin.* Trid. Conc. *sess 24. c. 8.* non audietur, & sic Ecclesiasticus denegabit ei auxilium, & brachium Ecclesiæ; per communem regulam, quod quisque iuris in alterum statuit eodem iure is vti debet, *vt in tit. ff. quod quisque iuris, & c. cum omnes de constit.* cum alioquin compelli possit per Metropolitanum, *vt dix. ib. d. p. 1. sect. 2. subsect. 2. n. 23. vers. unde etiam Ecclesiasticus.* Sed nota hic, quod ad hoc, vt Iudex Sæcularis incurrat prædictas pœnas, prius est monendus, Suarez. *de censur. disp. 23. sect. 2. n. 23.* Menoc. *ubi sup.* et Diaz. *ib.*

44 *Vigesimò,* propter contumaciam delinquentis poni potest interdictum sed præcedente monitione iuxta traditam formam: *in cap. 1. de sent. excomm in 6* de qua habetur infra *tom. 2. p. 5. prax. 9.* vt scilicet proferatur in scriptis et cum expressione causæ et aliis requisitis; sed si feratur ob delictum, non erit necessaria monitio, secundum Innoc. et Alios *in cap. adhec quoniam de appell. & capit. 1. de excess. prelat.* Pluribus aliis modis, et pœnis punitur contumax, de quibus latissimè agit Rebuff. *in suis commentar. const. in tit. de contum. & defect. art. 13 gloss. unic. tom. 3 fol mihi 327. & sequentibus.* Cassaneus. *in consuetudinibus. Burgund. in titulo, Des Iustices, rubrica 1. §. 7. fol. 73. col. 4. an.* et Alii.

45 Glossa tamen *in cap. 1. in cas. figur. vers. seu § notu insuper circa fin.* illis verbis: *pro quo sciendum, quod contumax, de dol. & contumac. in sexto,* tenet, quod contra contumacem procedi potest arbitrio iudicis; quia grauissimum est delictum contumaciæ, ex quo per eam offenditur iudex, Respublica, et pars aduersa ideo correctio ipsius contumaciæ est arbitraria. *l. unic § fin. ff. si quis iud. non obtemp.* et Isern. *in usib. feud. rubr. de statu consuet. nu. 16.* ait, pœnam contumaciæ esse regulandam, iuxta loci consuetudinem, et idem tenet Marant. *in spec. aur p. 5. membr. 2. n. 9. in fin.* Et antiquitùs in legi veteri adeò immane crimen reputabatur contumacia, vt capite puniretur. *cap absic. 11. q 3.* Hodie verò excommunicatione plectitur, *vt notatur in d. cap. absit. & cap. certum 11. quæst. 3 cap. per venerabilem. § rationibus. vers. cum sententiam, qui filij sunt legit. cap. 2. de maiorit. et obed* Et supradictum est *num* 4. Potest vltra excommunicationem contumax suspendi, deponi, grauari, reaggrauari, etc. *c. fortè. 24. qu. 4. cap. quorundam in fin. 24. dist.* latè Butr. et Alii *in c. cum non ab homine de iudic.*

46 Sed quæritur hic, an etiam hodie detur casus, vt ex contumacia incurratur pœna mortis.

Respondetur cum distinctione; aut enim sumus in contumacia aduersus præceptum legis; aut aduersus præceptum hominis. In primo casu respondetur, quod regulariter ex contumacia contra legis præceptum non inducitur pœna mortis, vt tradunt Geminian. Archidiac. & Alij *in cap. de prima. 5. qu. 1.* Sed si perseuerauerit delinquens in contumacia per annum, et delictum, ob quod fuit factus contumax, pœna mortis puniendus veniret, tunc eamdem pœnam incurreret: vt si verbi gratia citatus fuerit ad se purgandum de hæresi sibi imputata, & aufugit contumaciter nolendo respondere, tali casu si postquam fuerit factus contumax, et ob hoc excommunicatus perseuerauerit per annum in tali contumacia, et excommunicatione, incurret vtique pœnam mortis, quæ propter hæresim infligitur

47 Quia

47 Quia insordescens in excommunicatione in causa hæresis lata, habendus est ipso Iure, vt hæreticus. *Authent. Gazarie. C. de haeretic.* Gloss. *in cap. excommunicamus §. ver. condemnatur, de haeretic.* & ibi Hostiens. *num. 7. & 8.* Ioan. Andr. *n. 4.* Anan. *num. 6.* Soccin. *num. 14.* Abb. *num. 11.* Butr. *num. 17.* & Anch. *num. 4.* Sed tamen oportet, vt feratur sententia declaratoria, præcedente monitione ad se purgandum de vehementi; vt notatur per Pegn. *in Director. Inquisitor. p. 3. tit. de 13. modo terminandi processum,* Gonzalez, *gloss. 15. Cancell. num. 101.* & ratio, quare pœnam mortis incurreret, est, quia post annum habendus est pro confesso, & conuicto, *cap. cum contum. de haeret. in sexto.*

In secundo verò casu, quando sumus in contumacia contra præceptum hominis, iterum distinguendum erit, aut enim fit contumax ex crimine pœnam mortis inducente, aut ex alio, quod talem pœnam non importat; In primo casu idem dicendum est, atque dictum fuit in contumacia contra præceptum legis, ob eamdem rationem, quia haberetur pro confesso, & conuicto de illo delicto, propter quod fuit contumax, & sic eamdem pœnam incurreret. Secundo verò casu, licet delictum confiteri censeatur, perseuerando in contumacia, *vt in cap. rursus, & cap. quicumque 11. quæst. 3.* & dictum est sup. *n. 13.* pœnam tamen mortis non incurreret, propter contumaciam, sed alias arbitrio Iudicis. Præposit. *in dict. cap. de prima, 5. qu. 5. l.* post Gemin. *ib.* vid. Abb. *in c. 1. de iudic.*

48 Est tamen notandum hic, quod contumaciter insordescens per annum in excommunicatione lata ex alia causa, quam hæresis, redditur suspectus de hæresi, ita vt contra eum procedi possit per Inquisitores sanctæ Fidei, *c. cum contumacia de haeretic. in 6. c. fin. de poen.* Sacr. Conc. Trid. *sess. 25. de reform. c. 3. in fin.* Salzed *ad Diaz. in prax. cr. canon. c. 116. in fin.* Menoch. *de arbitr. cas. 416. num. 52. & seq.* Non tamen per hoc condemnari potest, vt hæreticus, sed compellitur se purgare, vt suspectus de leui, vt ex Sayro colligitur, *in tract. de censur. l. 2. c. 10. n. 10.* Gonzal. *in Regul. 8. Cancell. glos. 15. num. 108.* & Ego ipse dicam fusius *infra tom. 2. p. 5. prax. 7. ubi de excomm.* est benè verum, quod si pertinaciter perseuerauerit in contumacia, & per alium annum persistat in excommunicatione, declarari debet hæreticus ex præsumptione violentia. Pegn. *in Director. p. 3 q. 47 n. 7. & 8.*

49 Similiter perseuerans in excommunicatione, seu suspensione per annum priuatur iure Beneficiis Ecclesiasticis, vel pensionibus, aut aliis iuribus Ecclesiasticis absque aliqua Iudicis declaratione, iuxta *c. postulastis de cler. excom. ministr.* Hostiens. *in c. granem de pæn.* & ibi Abb. Præposit. *in c. rursus 11. q. 3.* Innoc. *in c. cum bona de atat. & qual.* Butr. *in c. 1. de iudic.* & DD. communiter *in cap. vestris de dol. & contumac.* Menoch. *de arbitr. Iud. cas. 416. num. 52.* Sunt tamen Alii DD. qui asserunt, hanc priuationem ipso iure non procedere, nisi excomm. ob crimen priuatione dignum, aliàs non; de quibus Salzed. *ad pr. cr. can. Diaz. c. 118. n. 5. in nouis impress.* sed his minimè obstantibus communis practica est, quod etiam in delictis priuatione dignis ipso iure, adhuc requiratur sententia declaratoria Iudicis, vt testatur Gonzal. *ubi sup. d. glos. 15. n. 104.* & ita tenuit Rot. *apud Seraph. dec. 1285.*

50 Sed quæritur, quis dicatur insordescens in excommunicatione, aut suspensione, ad effectum incurrendi prædictas pœnas?

Respondetur illum dumtaxat dici insordescentem, qui animo pertinaci, & indurato, in contemptu clauium obedire renuerit, & comparere, & se purgare recusauerit, perseuerando per dictum tempus in censuris *c. bona de atat. & qual.* & ibi DD. Rot. *in decis. 196. nu. 2.* apud Farinac. *in Collectan. decisionum criminal.* Secus si ob aliquam causam, etiam irrationabilem obedire distulerit. Gloss. *in cap. Metropolitanum 2. quæst. 7.* Rot. *ubi sup. n. 3.* Vel si petierit absolutionem, sed non obtinuit, Rot. *ib. n. 4.* Vel si fuit aliquando absolutus per breue tempus cum reincidentia. Rot. *ib. n. 5.* & apud Seraph. *dec. praecit. 1285. n. 4. & 5.*

51 Quæritur secundò, an quando quis non comparet, si citetur à Iudice, debeat contra ipsum contumacia accusari in criminalibus, sicut fit in ciuilibus per partem aduersam?

Respondetur affirmatiuè, aliàs non arctaret contumacem. *cap. 1. ubi DD. de iudic. l. properandum §. si quidem. C. de iudic.* vbi Bald. *col. 1.* Bart. *in Auth. et si qui appell. in fin. C. de tempor. app. & in l. consentaneum in fin. C. quomod. & quand. Iud.* Andr. de Isern. *in const. Regni; in pecuniariis, col. 3.* Afflict. *super 2. p. constit. Regni rubr. 1. n. 8.* Foller. *in pract. cr. for. fac. verb. accusentur, contumacia num. 9.* vbi etiam dicit, quod si in vltimo peremptorio omnino non compareret Accusator ad accusandum contumaciam, esset circumducta citatio, etiam Reo non comparente, & deberet de nouo citari *per tex. in l. post edictum §. 1. ff. de iud.* & notat Bart. *in l. ex quacumque in 1. lect. ff. si quis in ius vocatus non ier.*

Quidquid tamen sit de Iure, contrarium hodie seruatur passim: de consuetudine ferè in omnibus Curiis, vt Iudex, seu Promotor fiscalis accuset contumaciam Rei, & non accusans, & ita testatur Imol. *in l. inter accusatorem num. 3. ff. de publ. iud.* & Boss. *in tit. de bann. null. num. 7.* & ita seruari in statu Mediolanensi testatur Clar. *in Pr. crim. l. 5. § fin. q. 44 vers. dictum est circ. fin.* ita etiam seruari in Regno dicit Carauit. *sup. rit. Magnæ Cur. Vicar. 598. nu. 3.* & sic quoque seruari in Regno Franciæ testatur Rebuff. *in 3. tom. const. in tit. de contum. de fer. art. 3. glos. unic. n. 1.* Hinc concludendum infero, quod in Curiis Ecclesiasticis contumaciæ accusari debent per Promotorem Fiscalem, quem de facto habent, & habere debent, vt aliàs supra dictum fuit; & non per Accusatorem, seu querelantem, vt asserunt quidam DD. tenentes, non posse Episcopos habere Fiscum. Quod tamen fuit sano modo intelligendum de illis tantum Episcopis quorumdam Prouinciarum, in quibus consuetudo est, vt Fiscum non habeant, non de omnibus simpliciter, & absolute.

52 Quæritur tertiò, an contumax factus, si comparuerit, antequam Iudex surgat de Palatio, audiri debeat.

Respondetur affirmatiuè, de æquitate Canonica, *per l. quod dictum ff. de pact.* Rot. *ubi sup. n. 11.* Et similiter audiendus, & admittendus erit à fortiori, si comparuerit in vltima hora, sed tamen adhuc curia pro tribunali sedente, *l. Diuus, ff. de integr. rest.* Bald. *in Margarit. verb. citatio quæst. 50.* facit tex. vsus *in cap. cum de locat. & condu.* maximè in Curiis Ecclesiasticis, in quibus cum rigore agi non debet, sed cum benignitate, & charitate, vid. Rebuff. *ubi sup. art. 5. gloss. vnic. n. 10.* Idem tenet Paul. de Castr. *in l. fancimus in prine. C. de iudic.* vbi ait procedere, etiam non refectis expensis, & probatur *in c. venerabilib. §. ad ea de sent. excom. in 6.*

Fallit tamen conclusio prædicta, si Iudex recessisset de audientia, nam tunc non admitteretur sic simpliciter, sine expensarum refectione, per communem regulam, quod scilicet, qui hora competenti, & debita non venit, licet postea veniat, dicitur non venisse, *l. 1. §. quid ergo ff. quand. appelland. sit.* Bald. *in cap. plerumque col. 2. de rescript.*

Declaratur verò, nisi Iudex discessisset ante solitam horam, nam tunc audiendus esset, quamuis Iudex non sederet pro tribunali, aut esset extra palatium, siue locum audientiæ. Bald. *in l. si cum ipsa ff. de excusat. tutor.* Alber. *in l. liberorum, ff. de his, qui notant infam.* Benè verum est, quod alleganti Iudicem ante horam recessisse, incumbit onus probandi, aliàs non suffragaretur ei, si sic simpliciter hoc afferret. Beluis. *in capit. Romana §. contrahentes n. 42. de for. compet. in 6.* Bart. *in l. ex consensu § 1. ff. de appell.*

53 Ampliatur modo prima conclusio, vt etiam si comparuerit contumax infra annum, audiendus erit super crimine, in quo factus fuit contumax, sed ante omnia absoluendus est ab excommunicatione. E contra verò si infra annum non comparuerit ad se expurgandum, anno elapso non audietur amplius, sed condemnabitur, quia vt supra dictum est, iuris interpretatione censetur crimen, ob quod contumax effectus fuit, confessum fuisse, *vt in cap. rursus, & cap. quicumque 11. q. 3. c. nullus de praesumpt. c. 1. vt lit. non contest.* Io. Andr. *in cap. cum contumacia in fin. de haeret. in 6.* et sic priuabitur officiis, et beneficiis, etiam in absentia, vt traditur per Innoc. et Hostiens. *in c. cum bona de atat. & qualitat.* Abb. *n. cap. 1. de iudic.* ob prædictam rationem fictæ confessionis, vt similiter diximus *sup. n. 13. & seq.* Quod procedit, etiam quod lis contestata non fuerit; neque delictum probatum, quia cum habeatur pro confesso, et conuicto, condemnari potest DD. *cit.*

54 Ad condemnationem tamen per diffinitiuam, sine litis contestatione non erit procedendum, secundum Archid. *in d. cap. 1. de iudic.* quia semper requiritur litis contestatio in sententia diffinitiua *c. decernimus 3. q. 9. c. praecit. rursus, & c. quicumque 11. q. 3. c. de illicita 23. q. 3.* Limitatur tamen, si procedatur

ecdátus per viam denunciationis, quia tunc etiam lite non contestata procedi potest ad diffinitiuam, secundum Glos. *in c. veritatis verb. probatum*, vbi late de hoc *de dol. & contum.* Idem dicendum venit, si procedatur per inquisitionem, quando non reperiuntur testes ad probandum delictum, de quo est infamatus, & contumax. Gloss *in d. c. de illicita. d. c. veritatis, & in c. de accusatorib. 2. qu. 9.* vid. Abb. *in c. de quo vult Deo, & in d. c. veritatis de dol. & contum.*

55 Sed quæritur, an antequam Iudex proferat sententiam contra contumacem, teneatur illum citare ad se purgandum de delicto, & ad sententiam?

Respondetur, quod de Iure tenetur, vt colligitur ex text. *in accusatorem. ff. de public. iud.* & notatur per Abb. *in c. cum P. de purgat. canon.* De consuetudine verò non citatur, vt testatur Angel. *de malefic. in verb. qui Iudex commisit. L. Præconi n. 2. & 3.* Cardinal. *in c. de accusatione col. 41. vers. & prædicta 2. q. 8.* In Regno tamen in Curijs Sæcularibus seruatur, vt citetur contumax ante sententiam, vt testatur Grammatic. *sup. constit. Regni fol. mihi 52. nu. 12.* Cæterum in hoc consultius est seruare consuetudinem loci, in quo ius dicitur.

56 Quæritur secundò, an antequam contumax mulctetur, vel alia pœna contra eum infligenda proferatur, citandus sit denuo ad allegandum, quare mulctari non debeat?

Respondetur affirmatiuè, & in citatione assignari ei debet competens terminus sex, vel octo dierum, secundum loci consuetudinem. Ad tradita per Bart. *col. 2. in princ. numer. 17. ff. si quis in ius vocat. non ier.* & per Bossium. *in tit. de mulctis numer. 6.* vbi de communi testatur, & Roland. *consil. 47. numer. 6. l. 2.* vbi citat Nicell. de communi similiter testantem *in concord. glos. cap. 325.*

57 Sed quid iuris, si non habeat certum domicilium, in quo citari valeat, numquid de Iure Canonico cogi possit quis à principio ad eligendam domum, seù locum certum in loco iudicij, adhoc vt ibi citetur quotiescumque opus fuerit?

Respondetur affirmatiuè, cum Abb & Alijs *in cap. fin. de dilation.* latè Soccin. *in tr. de citat. art. 260. vers. circa secundam quæst.* & Rebuff. *in 3. tom. super constit. tit. de domicil. elect. n. 42. in q. 10. fol. mihi 144.*

58 Quòd si domicilium eligere neglexerit; poterit Iudex ex officio deputare, & ibi exequi possunt omnes citationes necessariæ in causa, *ad text. in l. 3. §. sed & si proponas. ff. de iur. dot. & c. nullus de iurepatron.* Ioan. lup. *in cap. per vestras §. 22. col. 3. & seq. de donat. int. vir. & uxor.* Rebuff. *loc. cit. numer. 47.* Item potest Iudex semel illum citare ad totam causam, intimando, & comminando illi, vt intersit in omnib. actib. aliàs procedetur sine alia citatione; secundum Bart. *in extrauag. ad reprimendum ver. per edictum, & in l. consentaneum q. I. C. quom. et quand. Iud.* Ias. *in l. q. os ante Kalendas. ff. de verb. obl.* & ibi Alex. *et in l. statu liberos §. stichus. ff. de statu liber* latè Soccin. *d. tr. de citat. art. 20. q. 16.* Rebuff. *ubi sup. num. 46.* Item, nisi domicilium elegerit, poterit ei denegari audientia, vt in simili habetur *in l. fin §. necessitate C. de bon. quæ liber.*

PRAXIS PROCESSVS.

---

59 His actis fundamentis deueniendum est, secundum nostrum solitum morem ad modum practicum formandi processum criminalem: Vnde coniungendo sequentia ad dicta in fine præcedentis sectionis sextæ *a n. 48. cum seqq.* dico, quod forma accusandi contumaciam Rei delinquentis, & nō comparentis ad citationem sibi per Iudicem factam ad informandam Curiam, solet diuersimode practicari in tribunalibus, ideo non potest certa forma tradi. Nihilominus quasdam ego subdictam formulas, ad exemplum desumendum, saltem in substantialib. & in reliquis seruanda erit loci consuetudo, & Curiæ stylus. Nolo autem prætermittere, quod in Regno nostro Neapolitano in Curijs Sæcularib. *per Ritum Magnæ Cur. Vicar. 224. incipien. item seruat ipsa Curia in primis; Et per Regiam pragmat. incip. Relationem.* Practicatur, quod facta citatione per Iudicem, & exequuta per Nuncium, ac facta per eum relatione, *de quib. in praced. sect. dix.* accusantur contumaciæ hoc ordine, nimirum si citatus est intra ciuitatem, seù locum, vbi curia regitur, citatio fit, quod die sequenti comparcat; in illa die sequenti hora causarum solita accusatur sibi prima contumacia, si non comparcat tali modo, videlicet.

Forma primæ Contumaciæ.

Die .... Mens .... Ann..... In loco N.

Accusata fuit prima contumacia contra N. citatum, relatum, & non comparentem; instante N. Promotore Fiscali, et in fidem; &c.

N. Actuarius, &c.

Deinde expectatur per tres alios dies continuos, in quibus currunt etiam dies feriati: demum quarto die sequenti, si iuridicus fuerit, aliàs expectetur prima dies iuridica; & tunc si non compareat citatus, neque Alius pro eo, accusatur sibi vltima contumacia tali modo, videl.

Forma accusandi vltimam contumaciam.

Die .... Mens. .. Ann.... in loco N &c.

Curiam pro tribunali sedente, &c. Vocato in Banco Iuris dicto N. de N. citato; & non comparente per se, vel per Alium, qui eum excusaret, per publicum Nuncium seruientem dictæ Curiæ alta, & intelligibili voce more preconis, vt Iuris et moris est, et quia non comparuit, nec aliquis pro eo, qui ipsius iustàm excusationem proponeret, et allegaret; Ideo instante Curia coadiutore fuit dictus N. de N. reputatus contumax, et condemnatus ad pœnam in mandato contentam, etc. et ita, etc. in fidem, etc.

Et est aduertendum, quod ideo posui supradictas formulas contumaciarum, quia in plerisque curiis Ecclesiasticis eiusdem Regni, seruatur, non solum idem ordo prædictus; verum; & eamdem forma incusandi contumacias, In quibusdam verò alijs curijs Ecclesiasticis seruatur infrascripto modo, videl.

Alia forma Accusationis contumaciæ.

In Dei Nomine Amen. Anno Millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto. verbi gratia *sub Pontificatu SS. Domini Nostri Alexandri Diuina gratia Papæ VII. sub præsulatu Illustrissimi, et Reuerendissimi Domini N. Episc. N. sub Vicariatu vero Perillustris, et Reuerendiss. Domini N. de præsenti mense N. et die N. Curia dicti Domini Vicarij pro tribunali sedente ad reddendum ius vnicuique petenti; instante N. Curiæ Promotore Fiscali, et contumaciam accusante contra N. de N citatum, relatum, et non comparentem, de cuius citatione, et eius exequutione in promptu ipsi Curia fecit planam fidem Nuntius eiusdem. Fuit vocatus dictus N. et quia non comparuit, nec aliquis alius eo, qui eius legitimam excusationem proposuisset, fuit per eamdem Curiam habitus, et reputatus, vt condemnatus, vti contumax, et ad pœnam contumaciæ, ac etiam ad pœnam in mandato contentam condemnatus, decretumque fuit alterum expediri mandatum ad arbitrium dicti D. N. Promotoris Fiscalis contra præfatum N. ad se expurgandum à contumacia, et ita, etc. omni, etc.*

N Vicarius Generalis, etc.

N Actuarius, etc.

60 Quo facto statim expeditur mandatum prædictum, monendo contumacem, vt intra certum terminum sex, vel nouem dierum peremptoriè compareat ad se purgandum à contumacia, & effectiuè obediat, aliàs contra ipsum ad vlteriora procedetur: cuius mandati forma erit sequens, vel huic similis, videl.

Forma mandati ad se expurgandum à contumacia.

Nos N. de N. Vicarius Generalis Cathedralis Ecclesiæ; et Curiæ N. vniuersis, et singulis RR. DD. Præpositis, Decanis, Parochis, Rectoribus, et cæteris nostræ iurisdictioni mediatè, siuè immediatè subiectis, qui pro præsentium exequutione fuerint requisiti, salutem in Domino, et mandatis nostris; imo verius Illustrissimi, et Reuerendissimi D. Episcopi N. firmiter obedire. Significamus, quod nuper-

auctoritate, qua fungimur, citauimus, & citari fecimus N de N. vt tali die . . . pro termino peremptorio assignato compareret coram nobis, & nostra Curia, responsurus, & solita iuramenta quærelis, & accusationi N de N. responsurus, qui sufficienter in huiusmodi termino expectatus comparere contempsit, vnde instante dicto N. Curiæ Promotore Fiscali adhærente, & prædictis citatis, relatis, & non comparentis contumaciam accusante (si ipse accusauit,) personæ contumacem reputauimus, prout merito nos reputauimus, & reputamus, & pro contumacia huiusmodi per nos procedi contra eum duximus, prout expediens fuerit procedendum. Id circo Vobis omnibus, & singulis committimus, & dicimus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, quam in vos, & quemlibet vestrum, si mandatum huiusmodi nostrum neglexeritis, vel contempseritis adimplere, canonica tamen trium dierum monitione præmissa, in his scriptis ferimus firmiter, & districtè præcipiendo mandamus, quatenus accedatis quo propterea fuerit accedendum, & memoratum contumacem publicè, & diligenter moneatis, quem, & nos peremptoriè admonemus, vt intra sex dies continuos, à monitione huiusmodi canonicè computandos, prædictam suam contumaciam purgando personaliter compareat coram nobis, & nostra Curia, Alioq. ipsum pro contumacia huiusmodi excommunicamus in Dei Nomine Amen, in his scriptis, & eum pro excommunicato intra missarum solemnia publicetis, & denunciare mandamus, & excommunicatum ab omnibus Christi fidelibus vitari monemus. Datum in Palatio Episcopali N. die . . . mensis anni . . .

N. Vicarius Generalis, &c.

N Actuarius, &c.

61 Exequuto prædicto mandato, prout expediens fuerit, & Reo contumace sublimiter obediente, nec intra terminum sibi præfixum non comparente, proceditur ad declarationem excommunicationis; & relaxantur cedulones in forma solita, (cuius declarationis, et cedulonum formã habes infra *tom. 2. p. 5. Prax. 7. sect. 2* vbi de excommunicatione agimus) ac datur licentia dei unciandi ipsum in locis publicis solitis, et consuetis esse excommunicatum, postquam transactis fuerint decem dies dati ad appellandum à sententia excommunicationis, vt late dicetur *in d. prax. 7.* Quod si acciderit capi carceratum post publicationem excommunicationis, non admittitur ad se defendendum, nisi prius soluerit pœnam contumaciæ in mandato contentam, ac absoluatur ab excommunicatione.

Si verò sic excommunicatus perseuerauerit in excommunicatione per certum longum tempus, procedi potest ad aggrauationem excommunicationis prout *in d. prax. 7. §. 2. numer. 100. & seqq.* infrascripto, aut simili modo, videl.

Forma Aggrauatoriæ excommunicationis.

Nos N Vicarius Generalis, &c. vt supra, Vniuersis, & singulis RR. DD. Parochis, Plebanis, Archipresbyteris, Rectoribus, & Alijs quocunque nomine nuncupatis nostræ Diœcesis, præsertim loci, seu terræ N. & aliorum, &c. qui pro præsentium executione quomodolibet requisiti fuerint; salutem in Domino, &c. Quia N. de N. à nobis excommunicatus pro contumacia incursa, ex quo mandatis Curiæ obedire non curauit, & ad instantiam N. de N. accusatoris, siue N. Promotoris Fiscalis, huiusmodi excommunicationum non formidans, tam plures menses iam transacti fuerint, & illam parvipendit, non sine magna animi desperatione, neque ad gremium Sanctæ Ecclesiæ redire procurat, prorsus immemor salutis animæ suæ. Cogimur propterea, iuxta eiusdem Sanctæ Ecclesiæ morem, dictam Ecclesiasticam censuram aggrauare, vt saltem tali modo ad meliorem frugem conuertatur. Quare vobis omnibus, & singulis mandamus, & districtè præcipimus, sub pœnis arbitrio nostro, & quatenus prædictum N. sic excommunicatum singulis diebus Dominicis, & alijs festis in Ecclesijs Parochialibus vestris, candelis accensis, & pulsatis campanis publicè excommunicatum aggrauatum denuncietis, & publicetis. Et ita, &c. Datum, &c. Die, Mensis, &c. Anno, &c.

N. Vicarius Generalis, etc.

N. Actuarius, etc.

62 Quòd si Aggrauatoria prædicta non obstante adhuc induratus persisteret, et ad meliorem frugem redire non curauerit, ac Ecclesiasticis præceptis obedire contempserit, deueniri potest ad Reaggrauatoriam eiusdem excommunicationis, quæ concipi potest infrascripta, vel simili forma verborum videlicet,

Forma Reaggrauatoriæ excommunicationis.

Nos N. Vicarius Generalis, &c. vt suprà, licet dudum excommunicauerimus N. de N. pro contumacia, &c. subsequuta postea aggrauatoria ob eiusdem pertinaciam, ad instantiam N. siuè Promotoris Fiscalis, &c. Ipse nihilominus huiusmodi excommunicationis sententias temerè, contumaciter, & animo magis indurato sustinet, & quodammodo paruipendit; Quapropter vobis omnibus, & singulis, sub pœnis arbitrio, &c. districtè præcipiendo mandamus, quatenus præfatum N. de N. excommunicatum, & aggrauatum, publicè, sicut prius, cum campanarum sonitu, & candelis nigri coloris accensis, & in terram proiectis nuncietis. Inhibentes omnibus, & singulis vestris Parochianis, ne eidem sic excommunicato communicent, emendo, vendendo cibum, vel potum, sal, aquam ignem, vel aliquid aliud ministrando, aut alio quouis genere communionis prohibita participent. Contrauenientibus quomodolibet certificantes, quod absque dubio minoris excommunicationis sententiam, & pœnam incurrent, quam per præsentes incursuros fore singulos publicè nunciatis. Vnde sedulò moneatis omnes, vt eius consortium fugiant, tamquam summè perniciosam, & scandalosum, sperantes in Domino ipsum his pœnis ad Ecclesiam esse redituram cum debita contritione. Præsens affigatur in tabulis, & publicè expositam teneatur singulis diebus festiuis in loco solito, & de fide relatur. Quoniam, &c. Et ita, &c. Datum, &c. vt supra.

63 Si verò contumax sic, vt supra, grauatus, et reaggrauatus, in sua obstinatione adhuc indurato corde perseuerauerit, ferri potest sententia interdicti, vel imponi cessatio à Diuinis, donec, et quousque contumax excommunicatus, fuerit pœnitens in loco, ne facilitas veniæ Alijs incentiuum tribuat delinquendi, ac ne omissio eorum, quæ male perpetrantur, viam excessuum Alijs aperiat, *capit. locis nostri 35. quæst. 9.* ideo abscindenda sunt ferro vulnera, quæ fomentorum non sentiunt medicinam, *vt in cap. quia aliquanti in fin. 12. dist.* nam vbi maior est culpa, maior ibi exerceri debet, et vindicta *cap. excommunicamus §. credentes de hæretic.* Antequam tamen imponatur cessatio à Diuinis, valde perpendendum est, an causa sit rationabilis, iusta, et manifesta, cum quælibet contumacia non sufficiat, sed requiritur, vt iniuria Ecclesiæ sit grauior, quam quæ requiritur ad imponendum interdictum, vt colligitur *in cap. irrefragabili §. cæterum de offic. ordin. capit. canonica, & c. quamuis eod. tit. in 6.* Debet autem decem conditiones habere cessatio à Diuinis, vt rectè imposita censeatur, de quib. Io Andr. et Alii communiter *in d. cap. canonica, & cap. quamuis*, et Sayr. *de censur l 5 cap. 18. n. 13 & seq.* præsertim requiritur consensus capituli, vel maioris partis ipsius, *vt in dicto c. quamuis*.

64 Et similiter, vt præcedat monitio, an illi, contra quos ferenda erit, satisfactionem præsentam dare voluerint, quia quamcumque vindictam semper præcedere debet admonitio *c. indigne 12. qu. 2.* vbi Gloss. *in verb. admonitio* allegat text. *in cap. consulatio, & cap. seq. 2. qu. 7. & cap. pœnitens 11. quæst. 10.* Cuius quidem monitionis forma habetur infra *tom. 2. part. 5. prax. 9. sect. 2. num. 31.* vel esse potest talis, vt sequitur, vel huic similis videl.

Forma Monitionis in Cessatione à Diuinis, et Ipsius Inductio,

Nos N. Vicarius Generalis, &c. vt suprà,

Vel

N. de N. Illustriss. et Reuerendiss. D. N. Epis. et in spiritualib. et temporalib. Vicarius Generalis, etc.

Quoniam non obstantibus monitionibus, et Aggrauatoriis, ac Reaggrauatoriis excommunicationis à nobis factis, N. de N. excommunicatus sententias huiusmodi, et pœnas illi inflictas temere sustinet, pertinaciterque contemnit, et

nis, & obstinato animo, ac indurato corde in eis insordescendo paruipendit; in graue ipsiusmet animæ detrimentum, & aliorum scandalum. Ideo sic exigente sua contumacia contra ipsum rigidius procedere, & magis aggrauare compellimur. Quare omnibus, & singulis Ministris, Nuncijs, Cursoribus, & Seruientibus nostræ, vel quarumuis aliarum Curiarum in solidum, &c. districtè præcipiendo mandamus, sub pœnis arbitrio &c quatenus moneatis, & quilibet vestrum moneat omnes, & singulos officiales Terræ N. quocumque nomine vocentur, & quauis dignitate, vel præeminentia fulgeant, vt intra nouem dies, quorum tres primo pro primo, tres pro secundo, & reliquos pro tertio, & vltimo termino peremptorio eis assignamus, præd. dictum N. sic excommunicatum Aggrauatum, & Reaggrauatum; beorum consortio, participatione, & communione, ac dominio, seu iurisdictione eiciant, penitus eliminent, & omnino excludant, adhoc vt tali medio Idem N. ad Sanctæ Matris Ecclesiæ gremium redire inducatur, & iuri parere coram nobis compellatur, & absolutionis beneficium obtinere mereatur. Alioquin dicto termino elapso ex nunc pro tunc, tamdiu in Ecclesijs dicti loci N. nostræ iurisd. dictioni subiectis cessationem à Diuinis induci volumus; quamdiu, & quousque præfatus N. excommunicatus in præd. dicto loco, aut intra eius districtum, vel in eorum consortio, & communione permanserit, præsens fuerit, moram traxerit, & domicilium, seu mansionem quomodolibet habuerit: vnde ad talem effectum per præsens mandamus omnibus, & singulis RR. DD. Archipresbyteris, Parochis, et Rectoribus Ecclesiarum dicti loci, siue aliorum, etc. quatenus transactis dictis diebus nouem peremptoriè assignatis, statim cessetis, abstineatis, et cessare faciatis ab officio Diuinorum in vestris Ecclesijs, si prædictis nostris monitionibus non obtemperauerint, quam cessationem à Diuinis ex nunc pro tunc, vt diximus, in His scriptis ferimus, et inducimus, ac ferri, et induci volumus, et mandamus, non solum præmisso, sed omni meliori, etc. Datum in Episcopali Palatio N. die, etc.

N. de N. Vicarius Generalis.

N. Actuarius, etc.

65 *Quando autem, ob contumaciam casus occurrerit, vt ferri debeat sententia interdicti contra loca, & Terras, in quibus contumax degit, & domicilium habet, necessaria erit monitio, & forma tradita in c. 1. de sent. excom. in 6. & sup. dictum est n. 44. & cum causa expressione, vt infra patebit: cuius sententiæ formam habebis infra tom. 2 p. 5. prax. 9. sect. 2. n. 4. & tunc concipi potest, vt sequitur, videl.*

Forma Interdicti propter contumaciam.

Nos N. de N. Vicarius Generalis N. etc.

Vel alio modo.

Ponitur, titulus, vt supra, &c.

Vniuersis, et singulis RR. DD. Abbatibus, Archidiaconis, Decanis, Thesaurariis, Decanis, Primiceriis, Cantoribus, Præpositis, Canonicis, Sacristis, tam Cathedralis, quam Collegiatarum, Parochialiumque Ecclesiarum, Rectoribus, Plebanis, Curatis, Capellanis, Vicariis Perpetuis, locum tenentibus et Aliis quouis nomine vocatis; cæterisque presbyteris, Clericis, et Notariis, ac Tabellionibus publicis quibuscumque per Ciuitatem, et Diœcesim nostram N. ac alias vbilibet constitutis, et eorum cuilibet insolidum, & illi, vel illis, ad quem, vel quos præsentes nostræ litteræ peruenerint, salutem in Domino, et nostris huiusmodi firmiter obedire mandatis. Noueritis, quod cum N. de N. à Nobis inquisitus extitisset de homicidio in personam N. de N. commisso, et aliàs vt in Actis, etc. et ob id citatus fuisset ad informandum, et non comparens reputatus extitisset contumax; et demum per plures dies expectatus, et minimè comparens, fuit per Nos, nostramque Curiam excommunicatus; itaque in eum excommunicatione pluries monitus, vt debuisset nostris obedire mandatis, non curauit. Is idem N. Pharaonis duritiem imitando, ad instar surdorum Aspidum aures suas obturantium, ne incantantium voces audiant, in dicta excommunicatione perdurans, fuit per nos, et nostram Curiam aggrauatus, et reaggrauatus, dictamque nostram aggrauationem, post decem dies ab illius publicatione, et denunciatione in nostra Curia, et aliis locis publicis debitè factis, pertinaciter sustinuit, et adhuc sustinet, non curans ad Sanctæ Matris Ecclesiæ gremium redire. Nos igitur tunc Instante R. D. N. de N. suorum nostræ Episcopalis Curiæ Promotore, præfatum N. de N. omnesque alios, & singulos sua communiter, vel diuisim interesse putantes citari curauimus, & mandauimus ad videndum, & audiendum omnes, & singulas Ciuitates, Terras, oppida, Castra, Villas, suburbia, Parochias, seminaria, Collegia, & alia quæcumque loca, ad quæ, in, & sub quibus, dictum N. contumacem excommunicatum declaratum, aggrauatum, & reaggrauatum declinare, permanere, aut moram trahere contingerit, interdicti, et interdictu Ecclesiastico supponi, litterasque nostras desuper necessaria, & opportunas in forma solita, & consueta decerni, relaxari, & concedi. Vel dicendum causam, si quam haberet, rationabilem, cur id fieri non debeat, allegandum, ad certum peremptorium termi num, videlicet ad diem, et horam infrascriptas. Quibus occurrentibus, comparuerunt iudicialiter coram nobis dictus N. Promotor Fiscalis cum documentis, et citationibus prædictis in quadam ipsius Curiæ cedula citatoria, in eadem Curia debitè executa, & coram nobis facta exhibuit, et in scriptis repræsentata, eiusdem non comparentis contumaciam, accusauit, cumque contumacem reputari, et in eius contumaciam Ciuitates, Terras, oppida, Castra, Villas, suburbia, Collegia, Parochias, et alia loca prædicta interdici, & Ecclesiastico interdicto supponi, litterasque desuper opportunas in forma debita, et consueta decerni, & concedi per nos instanter postulauit. Nos tunc dictum Citatum non comparentem, reputauimus, non immerito (iustitia exigente) contumacem, & in eius contumaciam omnes, et singulas Ciuitates, Terras, Castra, oppida, Villas suburbia, Collegia, Parochias, et alia quæcumque loca, ad quæ dictum N de N. excommunicatum, denunciatum, aggrauatum, & reaggrauatum declinare, seu deuenire contigit, interdiximus, ac Ecclesiastico interdicto supposuimus, prout interdicimus, et supponimus per præsentes has nostras litteras desuper decernendo, et concedendo opportunas. Quæ omnia, et singula præmissa, præsentes quoque litteras interdictorias, et in eis contenta, vobis omnibus, et singulis supradictis, (quibus eadem nostræ litteræ diriguntur) intimamus, insinuamus, et notificamus, ac ad vestram, et cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, et deduci volumus per præsentes. Volque nihilominus, et vestrum quemlibet, auctoritate, qua fungimur, tenore præsentium requirimus, citamus, et monemus primò, secundò, tertiò, et peremptoriè, ac vobis, et vestrum cuilibet in solidum in virtute sanctæ obedientiæ, et sub excommunicationis pœna, quam in vos, et vestrum quemlibet, si secus feceritis, in his scriptis ferimus, districtè præcipiendo mandantes, quatenus statim visis, et receptis præsentibus vos, vel quicumque vestrum, postquam desuper pro parte dicti Reuerendi N. Promotoris Fiscalis, vigore præsentium fueritis requisiti, seu fuerit requisitus in dictis locis, (quandiù dictus excommunicatus, denunciatus, aggrauatus, et reaggrauatus ibidem fuerit) cessetis, et ab aliis cessare faciatis, apertis Ianuis Ecclesiarum à Diuinis officiis celebrandis. Necnon cessationem eamdem per tres dies continuos post ipsius N. de N. excommunicati abinde recessum continuetis, obseruetis, ac ab aliis continuari, et obseruari curetis, et faciatis, nec aliter fieri permittatis, Ita, et taliter, quod (stante huiusmodi interdicto) nulla Ecclesiastica in, et sub eisdem locis ministrentur sacramenta, nisi Pænitentia, et Baptismus omnibus indifferenter. Eucharistia vero infirmis tantum, et matrimonium, sine Ecclesiastica solemnitate contrahatur, inibique, et sub einsdem locis decedentibus Ecclesiastica denegetur sepoltura, donec aliud à nobis, vel superioribus nostris receperitis in mandatis. Absolutionem vero omnium, et singulorum, qui præfatas nostras sententias, antea eam aliquam incurrerint, siuè incurrerit, nobis, vel superioribus nostris tantummodo reseruamus. In quorum omnium, et singulorum fidem, et testimonium præmissorum præsentes litteras, siuè præsens publicum instrumentum, huiusmodi litteras interdictorias in se continentes, siuè continens, exinde fieri, per Notarium publicum, ac huiusmodi causæ Actuarium infrascriptum scribi,

subscribi, & publicari mandauimus; sigilloque nostri impressione & dicti Notarij manu appositione muniri. Acta sunt hæc in ciuitate N. in palatio Episc. pal. nostræ solitæ residentiæ sub die... mensis... anni... præsentibus N.N. & N. ac Alijs testibus rogatis, &c.

N. de N. Vicarius Generalis, &c. N. Actuarius &c.

locus † sigilli

66 Deinde prosequitur Notarius facere publicum instrumentum præfati interdicti, prout dictum fuit, cuius forma Interdicti deseruire poterit simpliciter in omnibus alijs casibus, in quibus relaxandum fuerit Ecclesiasticum interdictum pro aliquo dicto, mutatis mutandis, secundum delicti, & facti contingentiam, ac narratis narandis, & remotis remouendis, iuxta Vicariorum, & Actuariorum peritiam, & prudentiam respectiue aut accommodatis, & aptatis his, quæ infra apponemus, *in tom. 1. p. 5. prax. 9. sect. 2. à numer. 3. cum seqq.* vbi late agitur de interdicto Ecclesiastico serendo, tali instrumentum igitur Notarijs formari poterit tali, vel simili modo, videlicet.

Forma publicationis præfati Interdicti.

Et ego N. publicus Apostolica, (siue Regia) potestate Notarius Per Illustris, & R. Reuerendissimi Domini N. Vicarii Generalis Diœcesis N. & hu[illegible] cau[illegible] coram eo vt tenens Notarius & Actuarius deputatus, (siue ordinarius Curiæ.) Quia præmissarum literarum interdictionem, pet[illegible] & decreto, omnibusque alijs, & singulis, dum sic, (vt præmittitur) fierent, et agerentur, vna cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi, audiui, ac in notam sumpsi ex quo hoc præsens publicum instrumentum inde in totam receptum, & huiusmodi actum interi, et exegistrari feci in fidem, et testimonium omnium, et singulorum præmissorum rogatus, et requisitus, subscripsi, publicaui, et in hanc publicam formam redigi, signoque, nomine, et cognomine meis solitis, et consuetis signaui, etc. Datum, etc.

67 Si verò peractis omnibus supradictis, adhibitisque omnibus Ecclesiasticis remedijs de Iure, et de facto, ac expletis omnibus, quæ Iudex Ecclesiasticus facere potest, et debet, vt ipsum contumacem ad obedientiam reuocaret, adhuc his non obstantibus idem contumax induratio fortius animo censuras Ecclesiasticas contemnendo, in ipsis perstiterit, Tunc ex cato brachii sæcularis potestatis implorari potest, ad effectum carcerandi eumdem, quando alia via haberi non potest. Forma autem inuocandi sæculare brachium, erit talis, siue ipsa, vel his similis possis titulus, secundum officialis præeminentiam, et dignitatem, videl.

Brachij Sæcularis implorationi forma:

Illustrissimo Domino Præsidi Prouinciæ Calabriæ Citerioris (*verbi gratia*) Perillustribus Dominis Auditoribus, Fiscali, Actuario, cæterisque DD. officialibus, et Ministris Regiæ Audientiæ eiusdem Prouinciæ. Necnon omnibus, et singulis alijs DD. officialibus Baronalibus temporalem iurisdictionem quomodolibet exercentib. omnibusq; Alijs, et singulis, quorum interest, vel interest, ac quem, seu quos infrascriptum tangit negotium, seu quomodolibet tangere potesit in futurum quibuscumque nominibus censeatur, et quacumque præfulgeant dignitate, communiter, vel diuisim, illique, vel illis, ad quem, seu quos præsentes nostræ litteræ peruenerit, aceorum cuilibet in solidum, etc. N. de N. Vicarius Generalis Diœcesis N. etc. Salutem in Domino, et nostris huiusmodi formiter obedire mandatis, etc. Noueritis, quod cum N. de N. homicidium commisisset in personam quondam N. de N. fuit per nos, et Curiam nostram Iustitia sic exigente, super dicto homicidio facta diligens inquisitio, et formatus processus, ex quibus orta fuerunt non leuia contra præfatum N. indicia; adeoque fuit a nobis citatus ad informandum, et ad se excusandum, eum competenti termini assignatione, et cum eo elapso non comparuisset, reputatus, et habitus fuit, (vt par erat) contumax; et domum per plures alios dies expectatus, neque comparuit ipse per se, neque per alium, qui illum excusaret quapropter fuit per Nos, nostramque Curiam Episcopalem, exabundanti, pluribus alijs monitionibus præcedentibus excommunicatus, lataque in eum excommunicatione, fuit iterum monitus, vt nostris debuisset obedire mandatis, sed hoc non obstante non parere minimè curauit. Imò in eadem excommunicatione per plures menses insordescendo, fuit per nos, & nostram Curiam aggrauatus, & reaggrauatus, & dein expectatus, vt ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ sed ret gremium, sed animo indurato hucusque non curauit, nec curat excommunicationes, & alias sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas propterea temerè incurrere. Quæ omnia, & singula præmissa, necnon præsentes nostras litteras vobis omnibus, & singulis prædictis, quibus præsentes nostræ litteræ & in eis contenta diriguntur, communiter, & diuisim intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes. Vosque prædictos Iudices, officiales, & alios supradictos, quibus præsentes nostræ litteræ diriguntur, auctoritate, qua fungimur, sacris Canonibus, & summorum Pontificum Constitutionibus inhærendo, tenore præsentium requirimus, rogamus, & monemus primò, secundò, tertiò & peremptoriè omnes, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis pœna, quam in vos & vestrum quemlibet Canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis, nisi feceritis quæ mandamus, districtè præcipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spatium, post præsentium notificationem, seu præsentationem, ac requisitionem vobis, seu alteri vestrum in vestris territorijs, iurisdictionibus, districtibus, & quibuscumque aliis pertinentiis vbique locorum pro parte nostra nostraq; Curiæ Promotoris Fiscalis desuper factam immediatè sequentem, Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis omnibus vniuersis, & singulis supradictis pro tertio, vltimo, & peremptorio termino ac monitione canonica assignamus. Vos omnes, & singuli Domini Temporales antedicti, & vestrum quilibet [quorum omnium super hoc auxilium brachii sæcularis inuocamus] quoties, & quando pro parte dicti Promotoris super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, in Iuris subsidium contra præfatum N. de N. excommunicatum, aggrauatum, & reaggrauatum, & interdictum nostra auctoritate per captionem, inuasionem, & detentionem personæ, corporis, rerum, & bonorum illius quorumcumque, insurgatis, & Alios insurgere faciatis; necnon Personam, res, & bona ipsius capiatis, inuadatis, incarceretis, & in custodia teneatis, arrestetis, & occupetis per vos, vel alium, & quilibet vestrum, qui super hoc fuerit requisitus, capiat, incarceret, inuadat, detineat, arrestet, et liberè, ac licitè occupet, et ab aliis hæc fieri faciat, et permittat. Ipsumque excommunicatum præfatum aggrauatum, reaggrauatum, et interdictum, taliter compellatis, cogatis, et coercentes astringatis, etiam manu forti, absque tamen graui læsione corporis eiusdem, donec, et quousque idem N. Nobis, nostræ Curiæ obedierit, et cum effectu mandatis nostris paruerit. Absolutionem verò omnium, et singulorum, etc. In quorum omnium, etc. prosequatur, vt supra in forma interdicti, *numer. 65.* Et si aliquis officialis sæcularis brachium sæculare præstare recusauerit requisitus, procedi potest contra ipsum censuris, et pœnis Ecclesiasticis, et sic excommunicari, vel interdici poterit, vt dictum est *sup. n. 43.*

Quod si contumax carcerari occurrerit, proceditur contra eum, vt sequitur infrà si vero capi non potuerit, et in contumacia perseuerauerit, tunc proceditur contra illum ad condemnationem in delicti pœnam, prout in sequentib. suo loco dicemus; præsertim *sect. 18.* vbi de forma agendi contra reum in contumacia, quoad condemnationem, agemus.

SECTIO VIII.

De Carceratione Delinquentis.

SVMMARIVM.

1 *Carcerari possunt Clerici per Iudicem Ecclesiasticum, sine dedecore tamen, & iniuria.*

2 *Carcerare potest Clericos Episcopus, quia habet iurisdictionem ordinariam.*

Iurisd-

Ju. iurisdictio ordinaria retinetur ab Episcopo.
3 *Diœcesis idem est, ac territorium.*
4 *Iudex ordinarius suos subditos carcerare potest.*
5 *Delictum tribuit iurisdictionem Iudici in non subditum.*
Requisita ad competentiam Iudicis quæ?
6 *Captura alicuius facta de mandato Iudicis merum imperium non habentis, dicitur nulla.*
7 *Carceratio iusta, quæ dicatur?*
Requisita ad iustam carcerationem, quæ?
8 *Carcerari quilibet potest, nisi sit priuilegiatus.*
9 *Personæ priuilegiatæ, quæ carcerari non possunt, plures sunt.*
10 *Delicta, pro quibus ad carcerationem deuenitur, quæ sint?*
11 *Indicia præcedere debent carcerationem.*
Casus, in quibus carcerari potest sine indicijs.
12 *Qualis qualis informatio sufficit aliquando ad carcerationem alicuius.*
13 *Corpus delicti requiritur ad carcerandum*
14 *Commissio Iudicis requiritur in carceratione.*
15 *Carcerans aliquem indebitè, quam pœnam patiatur.*
Iudex Laicus iniustè carcerans punitur in syndicatu.
16 *Iniustè carcerans tenetur ad damna carcerati.*
17 *Episcopus, siuè Alius Iudex Ecclesiasticus carcerans iniustè Clericum, excommunicationem incurrit*
18 *Carcer infamat, ideo est rarò Clericis dandus.*
19 *Reus non est carcerandus, nisi seruatis seruandis.*
20 *Carcerandus in actu carcerationis, an possit resistentiam facere?*
21 *Resistentia facta per iniustè captum, pœnam non meretur.*
22 *Captura notoriè iniusta, quando dicatur?*
23 *Iniustè captus aufugiendo, pœnam non incurrit.*
24 *Fuga è carceribus iniustè capti est permissa etiam cum damno carceris, & custodis.*
25 *Fractura de secreto carcere non dicitur rupta per fugam iniustè carcerati.*
26 *Eximens carceratum, qua pœna puniatur?*
27 *Occidens, vel alio modo offendens carceratum quomodo puniendus.*
28 *Berruarij, an possint carceratum offendere.*
29 *Berruarij carceratum aufugere permittentes, qualiter puniendi.*
30 *Iudex Ecclesiasticus carcerare potest Laicos in quibusdam delictis.*
31 *Carcerare item potest Clericos in criminalibus ciuiliter intentatis.*
32 *Carcerari potest quis etiam in ciuilibus, ratione delicti contumaciæ, & in alijs causis.*
33 *Carcer de Iure Canonico datur in pœnam; Secus de Iure Ciuili, nisi ad custodiam.*
34 *Ratio diuersitatis ostenditur.*
35 *Carcer multipliciter datur.*
36 *Carcer, qualis esse debet de Iure ciuili.*
37 *Carceris qualitates, secundum mentem Sacræ Congregat.*
38 *Carceratus pro ciuilibus causis non est tenendus in compedibus ferreis, aut ligneis.*
39 *Longa carceratio minuit pœnam.*
40 *Carcerati visitandi sunt per Vicarium, ne eis aliquid desit, & non diù in carceribus detinendi.*
41 *Carceratus pauper alendus erit sumptibus partis.*
42 *Carceratio, sine notificatione causæ præsumitur in odium recursus ad superiores.*
43 *Carcerati infirmi curari debent.*
44 *Monialis delinquens, quomodo carceranda.*
45 *Contractus initi à carcerato, an validi.*
46 *Recommendati, seù amparati, quandonam sit carceratus.*
47 *Arrestati, an possit carceratus criminaliter pro debito ciuili*
48 *Confessio vna, concessu consensus omnium, sine quibus concessum exerceri nequit.*
49 *Episcopus potestatem habet corrigendi subditos.*
50 *Territorium habent Episcopi.*
51 *Familiam armatam habere possunt Episcopi.*
52 *Familia Laica Episcopi gaudet fori priuilegio.*
53 *Familia Episcopi titularis gaudet similiter fori priuileg.*
54 *Familia Vicarij Generalis Episcopi etiam gaudet fori priuilegio.*
55 *Familia perpetua Clericorum gaudet etiam dicto priuileg.*

56 *Carceratio Clericorum fieri potest ministerio laicorum.*
57 *Vicarij Generales facere possunt omnia, quæ iurisdictionis Episcoporum sunt.*
58 *Carceres habere potest Episcopus.*
59 *Carceres habere debent loca separata pro Nobilibus.*
60 *Fœminæ non sunt cum Maribus carcerandæ.*
61 *Custos carceris fidelis esse debet.*
Carcerati sub protectione Principis sunt.
62 *Carcer non omnibus gaudet.*
63 *Carceratio, cui committenda.*
64 *Carceratio in alieno Territorio, quando valida.*
65 *Carceratio fieri potest etiam in domo aliena.*
66 *Carceratio committi debet à subditis, & si opus fuerit à Iudice alterius iurisdictionis.*
67 *Carcerari potest delinquens quocumque tempore, etiam feriato.*
68 *Carceratio impediri nequit per appellationem.*
69 *Carcerati, quando sub cautione relaxari possint.*
70 *Fideiussores debitoris è carceribus aufugientis tenentur soluere debitum, etiam debitore iterum capto.*
71 *Fideiubere, qui non possint.*
Persona non idonea ad fideiubendum, quæ?
72 *Frangens carceres, quam pœnam incurrat.*
Pœna inflicta contra carcerum effractores, quæ?
73 *Fugiens è carceribus, & ad superiorem vadens, non dicitur fugere, sed appellare, secundum Aliquos.*
74 *Fugire tentans, non sequuto effectu, qua pœna puniendus.*
75 *Custos carcerum, ob cuius culpam carcerati aufugerunt, puniatur.*
76 *Carceratus in propria domo, vel Palatio, sub fideiussione de seruando carcere, fugiens qua pœna puniendus est.*
77 *Carcerati, dum excarcerantur, quid teneantur soluere.*
78 *Mandati de carcerando forma.*
79 *Mandati prædicti alia forma.*
80 *Mandati de se præsentando in carceribus forma.*
81 *Comparitionis Rei in carceribus forma.*
82 *Decreti forma, quoad custodiatur in carceribus.*
83 *Relationis custodis carcerum forma.*
84 *Relatio Custodis carcerum super fuga carceratorum, quo iter fiat.*
85 *Decreti forma pro capienda informatione super fractura carcerum.*
86 *Recognitio carcerum effractorum, qualiter fiat.*
87 *Examinis testium forma super eadem fractura carcerum.*
88 *Instantia fisci pro condemnatione carcerati ad pœnam fideiussionis.*
89 *Decreti forma super petitione Fisci.*
90 *Citationis ad dicendum forma, quare molestari non debeant.*
91 *Relationis exequutoris forma.*
92 *Inquisitionis forma contra carceratum fugitiuum.*
93 *Instantiæ Fisci forma pro condemnatione ad pœnam.*
94 *Condemnationis ad pœnam fideiussionis forma Decreti.*
95 *Instantiæ forma super habilitatione carcerati sub fideiussione.*
96 *Habilitationis super fideiussione decreti forma.*
97 *Fideiussionis prædictæ forma.*

QVoniam Iudices post captas diligentes informationes super delictis commissis, ac post compilationem processus informatiui deuenire solent ad Rei delinquentis capturam, vel ex indicijs contra ipsum ex eidem informationibus habitis, vel in eiusdem contumaciam, quamuis aliquando ad carcerationem deueniant etiam ante informationem, vt inferius dicetur: Ideo in præsenti capite agendum erit nobis, quam breuissime tamen, de carceratione delinquentis. Quare secundum nostrum solitum morem, in huiusmodi materia, quæ nimis ampla est, pauca tantùm prælibabimus, percurrendo magis vtilia, ac necessaria, reliquis omnibus omissis, quæ ad Praxim non facere existimaui: sicque videndum est Primò, an Iudex Ecclesiasticus possit carcerare Clericos pro criminibus commissis. Et quæ requisita concurrere debeant. Secundò, an pro crimine, si agatur ciuiliter. Tertiò, an possit carcerare in pœnam delicti, an verò in custodiam tantum. Quartò, qualis esse debeat carcer. Quintò, an Iudex eccles. habere possit familiam armatam pro carcerandis subditis. Sextò, an

carcerati offerentes cautionem fideiussoriam liberari debeãt.

1 *Quoad primum* notandum est, posse Ecclesiast. cum Iudicem in Clericos carcerare pro delictis ab ipsis commissis, non solum in pœnam; verum etiam causa custodiæ, ad effectum puniendi, si suspecti sint de fuga. *cap. delectus de appellat. cap. si clericos de sent. excomm. in 6. cap. qualiter 2. de accusat. & cap. tua de pœn.* Sacr. Concil. Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 6.* Carcerari tamen debent Clerici sine violentia, aut iniuria, sed cum modestia, & decentia status Clericalis, ac sine decore, Nauarr. *in Manual. in cap. 27. num. 84.* Iac Graff. *in decis. aur. p. 1. l. 4. cap. 28. n. 152.*

2 Ratio autem, quare possit Iudex Ecclesiasticus, & sic Episcopus carcerare clericos pro delictis, est, quia iurisdictione habet ordinariam. *cap. conquerente 3. cap. cum delectus, de offic. ordin. cap. cum venerabilis de except. cap. Episcopus. de offic. ordin. in 6.* & in superioribus latè dictum est. Habet enim Territorium *cap. omnes Basilicæ, 19. qu. 7. cap. 1. de constit. in 6.* Abb. *in cap. cum Ecclesiarum num. 10. de offic. ordin.* Host. *in c. cum contingat.* & ibi Ioan. Andr. *num. 4.* Innoc. & Barbat. *de for. compet.* nam omnis iurisdictio ordinaria requirit territorium, in quo illa exerceri possit, & illi inhæreat, alias sine eo subsistere non posset, Bald *in l. quisquis ex coniuncta num. 3 in fin. C. de episcopal. audient.* Boer. *decis. 227. n. 7.*

3 Accedit, quod Diœcesis idem significat in effectu, quoad iurisdictionem Ecclesiasticam, ac Territorium, quoad iurisdictionem temporalem. Ioan. Andr. *in d. capit. cum Episcopus. numer. 1. ubi Aly de offic. ordin. in 6.* Gloss. *in §. non alster verb. Dicecesos Authent. quomod. oport. Episcop.* & ibi Angel. *num. 8.* Alberic. *in Diction. verb. Diœcesis.* Habet et suum Fiscum. *cap. si quis 17. quæst. 4. capit. cum deuotionem de concess. præben. clement. nolentes de hæret.* Felin. *in cap. irrefragabili. §. 1. num. 21. de offic. ordin.* Couarr. *l. 2. var. resol. c. 9. num. 11.* vbi de communi testatur & Alios allegat, Capell. Tholos *qu. 229. numer. 3. & qu. 275. num. 6.* Ricc. *in prax. resol. p. 1. res. 300. numer. 1. & resol. 479. num. 2.* & Al. de quibus inferiùs n. 30. vbi etiam dicemus, quod habet familiam armatam, & carcerem. Est etenim Episcopus maior Præfecto Prætorio & Ciuitatibus recognoscentibus superiorem, ac habet merum, & mixtum imperium in sua Diœcesi, vt colligitur ex Iuribus allegatis supra. *pet. 2. num. 45. & 41.* & tradit Guazzin. *defens. 34. cap. 5. n. 6. in fin.* & tenent communiter DD.

4 Ex quibus certissima conclusio deducitur, quod Episcopus carcerare possit subditos, nisi aliter de consuetudine & aliquo loco particulari reperiatur; cum quilibet Iudex Ordinarius possit Reos suæ iurisdictioni subiectos carcerare, & a suis ministris capi facere. Bart. *in l. 2. numer. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. & in l. vniuersum numer. & ibi. numer. 3* Castr. *num. 3. ff. rod. tit.* Caccialup. *in tract. de debitor. suspect. qu. 4. nu. 1.* Iannin. *in tr. de citat. real. l. 1. c. 1. nu. 1.* Et generaliter in criminalibus quilibet Iudex habens merum, & mixtum imperium in aliquo loco potest subditos delinquentes carcerare. *l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic.* Boss. *in tit. de for. compet. numer. 1. & seqq.* Imò & forens delinquentes in suo territorio. Caualcan. *de brach. Reg. p. 2. num. 1. & seqq.* quia tunc dicitur Iudex competens ratione delicti, cum ex eo de illius foro efficiatur. Caual. *ib.*

5 Delictum enim est vnum ex quinque requisitis ad tribuendam iurisdictionem Iudici, etiam in non subditum; quæ sunt Persona; Causa: Res; tempus: & locus delicti. Aret. *in §. item si in conditio num. 8. in §. si quis in aliquo Instit. de action.* Host. *d. tit. de for. comp. num. 1.* Iannin. *d. cap. 1. numer. 1.* Et sic ex quolibet ipsorum Iudex alias incompetens efficitur competens; si quis autem latiùs videre cupiat, quis Iudex dicatur competens; adeat Mar. Soccin. *in rubr. de for. compet.* vbi ponit centum nouem casus; & Iannin. *præcit. cap. 1. numero 19.* vbi multos Doctores allegat de Iudicis competentia agentes.

9 Vnde captura facta à Iudice incompetente, vel facta de mandato alicuius, qui non habet merum imperium, vt est Iudex delegatus, dicitur nulla ex defectu iurisdictionis. Marsil. *in pract. crimin. §. attingam. num. 78. & in tract. bannit. verb. capti num. 51.* Boer. *decis. 215. numer. 34.* Villalob. *commun. opin. litt. D. num. 27.* Alios allegans. *in pract. crimin. qu. 27. numer. 7.* vbi limitat, quando timeretur de fuga; Vel esset Delegatus à Principe, nam tunc carcerationem decernere potest, sicut Iudex Ordinarius, vt per Bartol. *in l. prætt. num. 1. & 2.* Alex. *num. 9* Castr. *num. 5. ff. de iur. iudic. omn. iudic.* Iannin. *de citat. real. d. cap. 1. numer. 415.*

7 Hinc est, quod ne carceratio alicuius dicatur nulla, & indebita; sed iusta in criminalibus necesse est, vt plura contineat requisita. Quorum *Primum* est, vt Iudex, qui carcerationem alicuius decernit, iurisdictionem, & facultatem habeat carcerandi; aliàs captura esset inualida, & nulla; vt tenent communiter DD. & dictum est supra; & tradit Iannin. *in d. tr. de citat. real. l. 1. cap. 1. num. 1.* Iusta verò regulariter dicitur, si concurrant causa; iurisdictio; ordo, & forma carcerationis. Boer. *d. decis. 215. n. 33.* Baiard. *ad Clar. q. 46. nu. 1.* Caualc. *de brach. Reg. d. p. 2. n. 5.*

8 *Secundum requisitum* est, vt persona carceranda non habeat aliquod priuilegium, seu facultatem superioris, ne carcerari possit. Marsil. *in l. quæstionis numer. 68. ff. de qu. ff.* Clar. *quæst. 28. vers. tertiò debet* Lancell. Corrad. *de offic. prætor. rubr. de carcerat. num. 7. & 15.* Iannin. *loc. cit. lib. 1. capitul. 2. numer. 1.* Vbi verò non adsit priuilegium, quilibet regulariter carcerari potest de iure, nisi expressè reperiatur prohibitum. Bar. *in l. pen. ff. ad leg. Iul. peculat.* Farinac. *d. quæst. 27. num. 41.* Caualcan. *de brach. Reg. d. p. 2. nu. 124.*

9 Personæ autem priuilegiatæ, quæ regulariter carcerari nequeunt, plures sunt, inter quas *Primo loco* est Clericus a Iudice laico, nisi repertus fuerit in flagranti crimine, vt aliàs supra dictum est; vel nisi sit delinquens suspectus de fuga. Scacc. *in tr. cit. qu. 42. num. 13.* vbi latè, *& in qu. 46. num. 25.* Caualc. *loc. cit. num. 16.*

Secundò Doctores pro leuibus delictis carcerari nequeunt. *text. ibi in proœm. ff. §. illud verò.* Gloss. *in l. medicos verb. exhibere. C. de profess. & medic. l. 10.* sequitur Clar. *d. qu. 28. vers. item quæro.* Farinac. *d. q. 27. n. 87.*

Tertiò Infantes, qui neque verbaliter citari possunt, Bart. *in l. neque impuberes. ff. de in ius vocan.* Cenc. *de censib. part. 3. capitul. 3. q. 3. notab. 9. numer. 34.* Afflict. *dec. 262. num. 5.* & multò minus realiter.

Quartò Minores Impuberes carcerari nequeunt, ratione imbecillitatis ætatis. *d. l. neque impuberes.* vbi DD. communiter Brun. *de cessio. bonor. qu. 3. qu. quarta principal. num. 1. 14. & seqq.* Muscatell. *in Prax. ciu. part. 2. glos. instrumentorum. 7.* Manz. *de conf. exec. limit. 11. num. 10.* Scacc. *d. c. 46. n. 27.* Rip. *obseru. 355. n. 5. vers. minus verò.*

Quintò Mulieres honestæ regulariter carcerari nequeunt. *c. mulieres de iudic. in 6. Auth. sed hodie C. de offic. diuers. iud. Auth. hodie nouo iure C. de quæst. verr.* Gloss. *in l. sed & si ff. de in ius voc.* Quod intelligendum est pro debitis ciuilibus, etiam fiscalibus gabellarum, & tributorum; & Bald. *in l. plerique. ff. de in ius voc.* ex quo etiam ad causam criminalem, si pœna imponenda sit pecuniaria. At verò de consuetudine carcerantur, Clar. *ubi sup. vers. quæro igitur.* Menoch. *de arbitrar. cas. 88. numer. 2. libr. 5.* Grammat. *decis. 33. num. 21.* Scanarol. *in tract. de visit. carcerat. lib. 2. §. 6. num 10. & seqq.* In loco tamen separato ab hominibus, vt dicemus inferius. Vel si fuerint mulieres honestæ, detinentur domi, præstita cautione de leuo carcere Gram. *ubi sup.* Scanarol. ib. Farinac. *d. qu. 27. num 54* Guazzin. *defens. 5 capitul. 3. num. 10.* Petr. Cabal. *in qq. crim. cas 238 n. 25.*

Sextò Associantes cadauer ad sepulchrum carcerari non possunt. Bart. Iason. & Ali. *in tit. ff. de in ius voc.* Cerdan. *in opuscul. visita della carcel. capitul. 18. §. 6. num. 2.* Scanarol. *d. l. 3. §. 10 c 4. n. 6.*

Septimò Associantes Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum neque carcerari possunt Suarez. *de relig. to. 1. tr. 2 l. 3. c. 9. n. 10. in fin.* Peregr. *de immunit. ecclesi. c. 5 n. 19* Dian. *p. 3. tr. 1. res. 28.* vbi Alios allegat.

Octauò Sponsus die nuptiarum carcerari non potest. *d. l. 2. ff. de in ius voc.* & ibi Bart. & Alij. Cerdan. *ubi sup. num. 3.* Scanarol *ib n. 28.*

Nonò Scholares, neq; carcerari possunt iure, *Auth. Habita*, vbi DD. *C. ne fil. pro patr.* latè Rebuff. *tom. 1. ad ordinat. Reg. art. 6. glos. 3. nu. 68.* Sed de consuetudine carcerantur, ne delicta remaneant impunita. *l. impunita C. de pœn.* latè Tiraquel. *de pœn. compor. caus. 7.*

Decimò Senes longeuæ ætatis, puta septuagenarii carcerari minimè possunt de Iure. Anchar. *cons. 336. numer. 2.* Carp. *ad statut. Mediolan. par. 1. cap. 143. num. 5.* Gratian. *discept. forens 328. n. 14.*

Quartò

Quinimò Episcopi, & Alij Viri Illustr. neque carcerari debent regulariter, vt per DD. notatus penes Farinac. *d. qu. 27. n. 77. & 78*, sed de consuetudine aliter seruatur in Vrbe, in qua Episcop pro grauibus criminibus carcerantur in Arce S. Angeli; vel alijs carceribus, vt testatur idem Farinac. *ib. nu. 81.* Scac. *d. q. 41. n. 18* & Ego etiam vidi annis elapsis; quamuis vt plurimum detineri soleant in aliquo monasterio, seu conuentu Regularium arbitrio Sacr. Dominio. Reliquas personas, quæ carcerari non possunt vide apud Scanar *l. 3. §. 10. & 4 per tot.*

10 *Tertium requisitum* ad carcerandum, est, vt delictum, pro quis carcerari mandatur, sit talis grauitatis, vt pro eo irroganda veniat pœna corporis afflictiua, aliás de Iure carcerari non deberet, vt tenet Clar. *d. q. 28. in princ.* ibi; *Primum q.* & ibi Baiard. *n. 10*, post Boss. *de carcer. sid. relax. n. 1.* Bonac. *commun. opin. p. 1. vers. captura ad hoc, vt committatur*, & Scac. *de iudic. l. 1. cap. 42. sub num. 15*, sed tamen Farinac. *in d. q. 27. nu. 33.* insurgit contra Clarum, & Alios, dicens quod licet eorum dictum procedere possit de iure, In practica nihilominus contrarium seruatur, nimirum vt etiam in delictis, in quibus pœna peculiaria infligenda est, capi possit delinquens, sed completo processu relaxatur sub fideiussor. b. Iannin. verò *in d. tract. de citat. real. l. 1. cap. 2. num. 97*, procedit cum quodam temperamento, non reprobans neque Clarum, & Alios neque Farinacium, & sequaces, sed dicit, quod si agatur de causa pecuniaria graui, & procedi posset sine captura, quando persona esset honesta, & diues, tunc proceditur per citationem, vel monitorium, secus in aliis.

11 *Quartum requisitum* est, vt præcedant legitima inditia contra imputatum de delicto, de quo agitur; aliàs captura esset iniusta. Marsil. *Pract. crim. §. constante n. 1.* Clar. *d. q. 28. vers. scias autem*, vbi de communi testatur, Surd. *cons. 128 n. 2. vol. 2.* Honded. *cons. 108. n. 23. & seqq vol. 1. & cons. 94. num. 7. vol. 1.* Farinac. *d. q 27. n. 112.* vbi etiam de communi, & Iannin. *in tract. præallegat. de citat. real. l. 1. cap. 2. n 81. & 82* Seraphin. *de priuileg 183. n. 95* Fachin. *controuersiar. iur. l. 9. c. 55. & 56. per tot.* vbi etiam dicit esse ferè omnium Doctorum sententiam. Scias autem quod sunt etiam multi Alii Doctores, diuersam opinionem habentes. Quidam enim asserunt, quod ad carcerandum, sufficiant leuia indicia; Alii, quod sufficiat, vt quis diffamatus fuerit, quod delictum commiserit; Alii, quod adsit solum modo suspicio; Alii, quod sufficiat qualis qualis informatio; & Alii tandem tenent, quod sit in Iudicis arbitrio iudicare, quæ indicia requirantur, vt possit carcerare, per text. *in l 1. ff. de custod. & exhibit. reor.* & hanc vltimam sententiam videtur sequi Fachin. *vbi sup.* & Caualcan. *de brach. & Reg d. p. 2 nu. 8. & seq.* maximè, si Iudex procedere possit manu Regia,

Sed veritas est secundum multos Doctores, quod etiam in criminibus atrocissimis requiritur, vt præcedant legitima inditia, vt possit quis carcerari. Marsil. *in d. §. constante, nu. 2.* Honded. *d. cons 94. num. 8*, Monticell. *in pract. regul. 12. nu. 26.* Farinac. *d. quæst. 27. num. 124* Iannin. *d. cap. 2. num. 92. in fin.* & Alii, quos allegat Scanarol. *in tract. de visit. carcer. l 2 §. 5. n. 4.* Quinimò neque sufficeret, si de indiciis constaret tantum Iudici extraiudicialiter; sed de his constare debet in Actis per testium depositiones. Marsil. *in d. §. constante n. 11.* vbi de communi. Clar. *d. q. 28. vers. scias autem circ. med.* Farinac. *d. q. 27. n 112.* Scac. *in tract. crim. q. 42. n. 7.* Iannin. *d. c. 2. n. 91.* & Alii apud illos.

12 Est bene verum, quod sufficit aliquando qualis qualis informatio in pluribus casibus. Quorum Primus est, si delictum sit graue, & pro eo imponi possit pœna corporalis, nam tali casu poterit Iudex ad carcerationem deuenire, quamuis alia indicia non præcedant. Foller. *in pract. cr. for. fat. vre. notat. cap. de pers. num. 1. in fin.* Boss. *in tit. de captur. num. 3.* Marsil. *singul. 93.* Clar. *d. q. 28. vers. pracit scias autem* Eugen. *consil. 64. num. 11.* Qualis qualis autem informatio, quoad hoc, dicitur illa, quæ oritur ex depositione testium inhabilium, infamium, & huiusmodi. Par. de Put. *in tract. syndicat. verb. tortura cap. 1. num. 47.* Vel quæ oritur ex simplici dicto socii criminis; vel alicuius testis sine iuramento, vel sine forma iudicii. Gomez *de delict. cap 12. in princ.* Nouell. *in pract. crim. in princ. n. 45. fol. 20.* Baiard. *ad Clar. q. 21. n. 97. & q. 28. num. 13. in fin.*

Vnde si quis carceratus fuerit, sine dicta quali quali informatione, relaxari debet sine vlla impensa Boss. *de captur. nu. 4.* Grot. *cons. 74. n. 13. vol. 2.* Scac. *d. c. 42. nu. 4.* Honded. *cons. 94. n. 9. vol. 1.*

Secundus est, si agatur contra Reum suspectum de fuga, vel vagabundum nam tunc capta quali quali informatione carcerari potest, & postea fabricatur processus formiter, seruatis seruandis. Salycet. *in l. ea quidem num. 77 C. de accusat. & in l. 2. C. de exhib. reis.* Gomez. *de delict. c. 9. n. 1.* Iannin. *d. c. 2. n. 100.*

Tertius est, quando quis reperiretur in flagranti criminе; nam tunc carcerari potest absque aliis præcedentibus indiciis in Actis redactis. Corrad. *in prax. tit. de captur. nu. 3.* Iannin. *de cit. real. d. l 1. c. 2. n 94.* Scanarol. *d. tract. de visit. carcer. l. 2. §. 5. n. 26.* & Alii per me allegati supra *sect. 3. à n. 87. & cum plurib. seqq.*

Quartus est, quando vulneratus nominauit aliquem, qui eum vulnerauerit, nam iste talis carcerari potest absque aliis indiciis, & deinde compilatur processus. Corrad. *vbi sup. de carcerat. n. 11.* Iannin. *ib. n. 98.* Farinac. *d. q. 27. n. 129.* Scac. *d. c. 42. n. 5. vers. limita secundò*, vbi Alios cumulat, & de communi dicit.

13 *Quintum requisitum* ad instam alicuius imputati carcerationem, est; vt antequam ad illam deueniatur, legitimè constet de corpore delicti. Angel. *de malefic in verb Iudex commisit Caio n. 3.* Gomez. *de delict. d. c. 9. n. 1* Boss *eod. tit. in fin. & tit. de captur n. 3.* Soccin. Iun. *de cit. art. 2. penne. q. 21.* Bursat. *cons. 166. n. 2. vol. 2.* Scac. *d. c. 42. n. 6.* vbi latè Alios cumulat, & de communi testatur, Farinac. *q. 2. n. 4.* vbi etiam ait, debere constare non solum de corpore delicti; verum etiam de ipsius qualitatibus, & circumstantiis.

14 *Sextum requisitum* est, vt si quis carcerari debeat in criminalibus, præcedat omninò specialis Iudicis commissio. iuxt. text. *in l. neminem. C. de exhibend. reis.* Boss. *in d. tit. de captur. n. 92* Clar. *in d q. 28. vers. dictum est* vbi Baiard. & Alii Addent. Farin. *d. q. 27. n. 3.* Quod ampliatur, vt procedat, etiam si quis capiatur a familia Iudicis, *l. fin. C de exhib & transmitt. reis.* Bald. *in l. si quando. C. de testib.* DD. *in cap. cum parati de appell.* Scanarol. *vbi sup. lib. 2. §. 1. cap. 2. num. 1. cum seqq.* Imò non sufficit mandatum oretenus, nisi fiat in scriptis, vt ostendi possit Reo in actu capturæ. Caualc. *de brach. Reg. dict. p 2. num. 14.* Granut *theorem 19.* Guizzin. *defens. 5.* & infectius Farinac. *q. 32. n. 32.* Scac. *vbi sup. cap. 42. num 31. cap. 4. n 8.* dicemus.

Sed hoc locum non haberet, quando quis inueniretur per satellites in flagranti crimine, nam tunc sine mandato capi posset, *vt supra iam dictum est*, & latè tradit Caualc. *loc. cit. n 15.* vbi refert alios casus, in quibus quilibet carcerari potest sine Iudicis mandato; & quod licentia de capiendo transeat in successorum in officio, etiam per mortem primi; & quod per longam carcerationem censetur iustificata captura per tradita a Vant. *de nullit. ex defect. citat. n. 24.* qui *sub n 45.* tenet non posse Iudicem propriis manibus delinquentem capere, ad rumorem euitandum.

15 Supradictis requisitis deficientibus carceratio diceretur iniusta, ac indebita. Vnde si facta esset per Iudicem sæcularem, teneretur de ea rationem reddere in syndicatu, & puniendus veniret actione iniuriarum, *l. magistratibus, ff de iniur.* Marsil. *in pract. crim. d. §. constante n. 4* Iodoch. *in eadem prax. c. 15. de citat num. 8.* Clar *ib. d. quæst 28. vers. scis autem circ. med.* vbi Baiard. *n. 5.* Angel. *de malef. verb. Iudex commisit n. 4.* Neuizz. *cons. 52. n. 8.* Iannin. *de citat. real. d l. 1. c. 2. n. 154* Petr. Caball. *in q. crimin. cas 84. n. 1.* Scac. *in tract. crim. cap. 90 n 1. vers. & caue D. Iudex.* Caualc. *de brach Reg. d. p 2 num 11. & p. 4. num. 345* & Alii per illos allegati; & ratio est, quia ex carceratione irrogatur iniuria, vt ait Caualc. *ibidem, & dicem. infer.*

Iniuria verò in hoc proposito æstimari solet, secundum æstimationem eiusdem carcerati, vt si medio iuramento asserat se voluisse potius amisisse scuta centum verbi gratia siuè biscentum, mille, etc. quam illam indebitam carcerationem passum fuisse. Monticell *in pract. crim reg. 12. n. 10.* Schench. *in suo Viridario conclus. 88.* vbi de communi testatur, prout facit Iannin. *d. c. 2. n. 16.* Chicron. *commun. opin. centur. 4. concl. 20. ant. fin. vers. quare si Iudex.*

16 Quinimò non solum tenetur ad æstimationem iniuriæ vt dictum est, verum etiam ad damna, et interesse carcerati.

tati. Gloss. in l. 2. §. fin. verb. retentus, ff. si quis caution. Marsil. d. §. constante n. 4. Afyn. in Prax. §. 32. n. 39. Par. de Put. de syndic. in verb. carcer, & carceratus c. 2. an potestas n. 7. Baiard. d. q. 28. n. 5. Iannin. d. c. 2. n. 18. Caball. d. cas. 86. n. 1.

Quia regulariter in actione iniuriarum venire solent, etiam damna, & interesse l. item apud Labeonem §. si quis servo, ff. de iniur. Gomez. libr. 3. de var. numer. 9. Caualcan. dict. part. 2. num. 11.

Quod ampliatur, vt procedat etiam, si Iudex in carceribus detineret aliquem iniustè, & de facto captum; quia tali casu teneretur illum statim liberare, ac relaxare, absque vlla expensarum solutione. Marsil. in pract. crim. §. attingam n. 12. Fuller. in cad. pr. for. secul. ver. vel carceratur nu. 14. Iudoch. ib. tit. de carcer. c. 16. n. 12. Farin. q. 27. n. 14. Iannin. loc. cit. n. 23. Scac. in tract. crim. c. 42. n. 4.

Fallit tamen conclusio, quando Iudex indebitè quidem aliquem carcerare mandaret, non tamen animo illum iniuriandi, sed simpliciter, nam tunc teneretur solum pœna extraordinaria, arbitrio syndicatorum, habito respectu ad circumstantias facti, & personæ qualitatem, non autem actione iniuriarum. Par. de Put. de syndic. in verb. captura cap. 2. quia plerumque n. 5. Farin. vbi sup. n. 1. & n. 135. cum seqq. Iannin. d. c. 2. n. 15. & 17. Caball. d. cas. 86. n. 2. cum seqq. Secus si constaret de malitia Iudicis, vt si ad vindictam, vel ob aliam causam mandaret satellitibus aliquem carcerari sine iusta causa, & animo eundem iniuriandi iniungeret eisdem, vt in casu capturæ ipsum percuterent, vel per capillos extraherent, vel si ne pileo in capite, & manibus retrò ligatis per plateas publicè ducerent, aut quid simile faciant, nam tunc puniendus esset actione iniuriarum, vt tradit Put. vbi proximè n. 5. Farin. d. q. 27. n. 135. cum seqq. vbi latè, & Alios cumul. Idem firmat Fachin. controu. Iur. l. 9. c. 57.

Fallit secundò, quando postquam quis fuerit iniustè, ac indebitè carceratus, superueniret iusta causa illum capiendi, & retinendi carceratum. Marsil. in tract. de Bannitis, in verb. capt. n. 10. Corrad. in Prax. tit. de execut. sentent. numer. 9. Farinac. d. q. 27. numer. 151. Iannin. de citat. real. dict. lib. 1. cap. 2. nu. 24. Baiard. q. 21. n. 25. & Alii per ipsos allegati; quia tali casu practicatur de consuetudine illa regula communis: *Malè captus, benè retentus*. Ad quam tamen respondet Scac. in tract. crim. c. 94. n. 1. 3. vers. neque tenetur hanc opinionem, vbi latè contrarium defendit, quod debeat omninò relaxari. & idem dicit Caball. in crim. cas. 86. n. 3. & sine vlla impensa, latè Caualcan. de brach. reg. d. p. 2. n. 34.

Fallit tertiò, quando iniustè carceratus præstaret cautionem de se præsentando ad omne Curiæ mandatum, vel de iudicio sistendo, & iudicatum soluendo: quia tunc censetur tacitè approbasse capturam nulliter factam. Corrad. in prax. de captur. n. 17. in fin. Mars. vbi sup. n. 9. Monticell. in prax. cr. reg. 10. n. 21. Herculan. in tract. de cautione de non offendend. c. 50. n. 66. Iustin. de Syndicat. sub num. 258. Quod per Doctores traditur Iudicibus pro cautela iniustæ carcerationis, contra quos meritò inuehitur Farinac. q. 5. n. 17. in fin. & Iann. d. cap. 2. num. 20.

17 Quòd si Iudex iniustè carcerans non esset laicus, sed Ecclesiasticus, puta Episcopus, vel Vicarius, aut Superior Regularis, qui carceraret Clericum, vel Religiosum subditum indebitè; & sine debitis requisitis supra relatis, incurreret pœnam excommunicationis canonis si quis suadente Diabolo 17. q. 4. & cap. si clericos de sent. excomm. in 6. vt ibidem notatur per glos. in verb. commiserit, & DD. communiter. Clar. in pract. cr. q. 28. vers. quæro numquid, & ibi Baiard. numer. 6. vbi Alios allegat. Corn. cons. 32. 325. l. 4. Guazzin. defens. 5. cap. 2. n. 5. Mar. Antonin. var. resol. l. 3. resol. 18. Iannin. de tit. real. d. libr. 1. capital. 2. n. 41. vbi de communi Scacc. in tract. crim. cap. 42. num. 6. vbi plures congerit, & Alii quos allegaui supra in p. 1. sect. 2. subsect. 1. n. 7.

18 Et ratio est, quia carceratio infert Clericis præiudicium grauissimum, & ferè irreparabile, vt aduertit Iason. in l. si non obtulit §. condemnatum ff. de re iudicat. & Felin. in capit. cum super. num. 17. eod. tit. de re iudic. ipsa enim carceratio infamat; maximè si Clericus sit bonæ opinionis apud homines, cum etiam ex sola accusatione eius opinio aliquando grauetur. Archid. in cap. tanta 85. dist. Bald. cons. 79. num. 2. in fin. lib. 2. Genuens. in Prax. Archiep. Neap. cap. 29. num. 19. & Alii citati supra in Pract. Ciuil. p. 1. sect. 1. subsect. 6. Intersect. 4. num. 15.

Quapropter bene aduertant Iudices Ecclesiastici decernenda carceratione contra subditos Ecclesiasticos; & non sint tam faciles ad carcerandum pro leuibus quibusque delictis; sed solùm in grauibus, seruatis seruandis carcerationem fieri curent, & tunc cum debita status clericalis decentia, & respectu.

19 Quare ad euitandum periculum excommunicationis ex iniusta carceratione prouenientis, vt dictum est, necesse vtique erit non procedere ad capturam absque prævia informatione, & formato processu contra subditum; ex quo, vt plurimum, oriuntur indicia. Vel saltem (vbi vrgeat necessitas carcerandi) facta aliquali diligentia summarie, ex qua constet de infamia delicti, vt notatur per Angel. de malefic. verb. iudex commisit, quod cansa n. 4. Britt. in pract. crim. tit. de indit. & tort. in fin. Blanch. de indic. n. 6. & Boss. de captur. num. 3. prout si sit suspicio fugæ, & periculum sit in mora, vt declarauit Sacra Congregatio Episcoporum, in vna Castren. 5. Decembris 1637. & in Alia Campanien. 3. Octobris 1643.

Atque intelligendi sunt, & non aliter, Doctores quidam, quando asserunt, posse in criminalibus iudicium inchoari a captura delinquentis, etiam non capta informatione, & indiciis præcedentibus, inter quos adest Bald. in l. consentaneum C. quom. & quand. iud. & in l. 2. C. de his, qui latron. vel alij crim. reos. Alexand. in pract. l. consentaneum, & in l. fin. ff. ad leg. Iul. peculat. Angel. in §. audiant. ver. item dico col. 3. Auth. de defensor. ciuitat. Procedit enim eorum dictum præhabita aliquali diligentia, captaque summaria informatione, saltem extraiudicialiter, & secretò. Quod quidem seruandum erit, tam per iudices Ecclesiasticos, quam Sæculares. qui licet pœnas contra illos comminata non exoluant, si subditos sine aliquali informatione præcedenti carcerauerint; non euitabunt tamen populorum murmurationes, quod iniustè processerint, quod pecunia corrupti iustitiam conculcauerint, subditos oppresserint, et huiusmodi.

20 Sed quæritur, an liceat cuilibet carcerando resistentiam facere Curiæ Ministris in actu carcerationis?

Respondetur negatiuè: cum Soccin. in reg. 442. Decen. regul. 192. Paris. cons. 147. num. 3. vol. 4. Farinac. q. 32. numer. 86. Scac. in tract. crim. cap. 46. num. 28. in princ. Caualcan. de brach. regul. p. 2. num. 33. & seqq. vbi ponit casus, in quibus aliquando licet resistentiam facere, et quando non: prout etiam facit Farinac. vbi supra. Guaz. defens. 5. c. 4. num. 2. cum pluribus seqq. Imò resistens variis pœnis punitur, vt tradit Boer. dec. 170. num. 5. quem allegat Farinac. in d. q. 32. in fin. Et in Alma Vrbe resistens punitur aliquando pœna mortis, vt etiam testatur Vulpell. respons. 13. num. 17. Scac. in loc. cit. num. 28 et late Petr. Caball. in q. crim. cas. num. 28. & seqq. qui tamen loquitur in iam capto, non in capiendo. Et ita sentire videntur etiam aliqui ex supracitatis Doctoribus.

Alii verò distinguunt, inter resistentiam factam per solam fugam, antequam detineretur: et fugam post detentionem: et in priori casu sic resistens nulla pœna punitur, si fiat sine armis; in altero verò punitur æquè, ac si carceres effregisset. August. ad Angel. de malefic. in verb. quod fama publica sub nu. 56. Clar. q. 29. vers. quæro etiam. Farinac. loc. cit. num. 3. & 26. Caball. d. cas. 8. num. 1. et Alii, apud illos. In secundo casu iterum subdistinguitur inter resistentiam factam cum armis sine offensione ministrorum Curiæ: et illam factam cum ipsorum offensione: nam in primo casu resistens pœna extraordinaria punitur Scac. in d. c. 49. num. 19. Guazz. d. c. 4. n. 3. Caball. d. cas. 8. n. 1. in fin. In secundo verò casu punitur per iudices sæculares vsque ad mortem. Vulpell. vbi sup. et Alii penes Guazz. ib. num. 4. & seqq.

Quod si resistentia facta fuerit in carceratione pro causis ciuilibus, punitur mitiori pœna, quam pro causis criminalibus Boss. in tit. de effracto carcer. num. 1. vers. & procedit hæc pœna. Farinac. quæst. 10. num. 81. vers. amplia secundò, quem citat Guazz. vbi sup. num. 6. Et hæc intelligenda sunt, quando captura iusta fuerit.

21 Si verò captura fuerit notoriè iniusta, ac nulliter facta, resistens nullam pœnam incurrit. Bart. in l. vt vim in princip. C. de prob. Soccin. in libr. 1. numer. 13. ff. neque enim, qui in reg. & in reg. 442. fallent. 2. Millens in pract. cr. in fol. 64. numer. 22. Marant. in disputationibus disputat. 1. num. 36. Clarus quæst. 21. vers. tertiò autem, Sforz. Odd. cons. 72. num. 33. vers. tertio dico. Farin. d. q. 32. num. 100. 107. 118. & 131. in fin. Scac. d. cap. 46. num. 30.

num. 30. latè Iannin. d. citat. real. l. 1. cap. 1. num. 580. & seqq. Et ratio est, quia tunc licitè quilibet se defendere dicitur, non resistere Curiæ, cum ipsius ministri notoriè iniustè carcerare volentes, non censeantur facere publica authoritate, sed vti priuati, cap. 1. 23. q. 2. Gloss. in cap. 1. de re iudic. in 6. lib. 1. §. si ideo, §. ne vis fiat. eis. & l. 1. §. officium ff. ne quis eum qui in ius vocabitur. Et ideo illis vti priuatis aggressoribus de facto resisti potest, l. contra C. de exsecutor. & exactor. libr 12. Corlett. in singularibus verb. officialis. Mascard. de probation. conclus. 189. nu. 26. Scacc. dict. cap. 46. num. 35. Iannin. d. cap. 1. nu. 187. & seqq.

22 Captura autem notoriè iniusta, & nulla pluribus modis dicitur. Et Primò, ratione mandati, nimirum, quando fieret per Curiæ ministros, sine mandato Iudicis quia illud in scriptis habere, Imò & carcerando ostendere tenetur; l. neminem C. de exhib. reis, l. prohibitum, vbi Bartol. num. 1. & Luc. de Penn. num. 5. C. de iur. fisc. lib. 10. Iason. in l. cum proponas n. 7. C. de pact. Boer. decis. 170. sub num. 2. Clar. q. 28. vers. dictum est, & q. 29. in princ. vbi Baiard. Farinac. in d. q. 32. n. 32. Scac. d. c. 46. n. 31. Scanarol. de visit. carc. d. l. 3. §. 10. c. 3. n. 10. Caualc. de brach. reg. p. 1. num. 43. in fin. & num. 44. vbi ait, non teneri birruarios ostendere ante capturam, sed bene post, & num. 224.

Secundò, ratione incompetentiæ Iudicis, vt si mandatum esset expeditum per Iudicem incompetentem contra personam exemptam, puta per Iudicem Laicum contra Clericum, vel alias personas; quæ carcerari non possunt, de quibus sup. Petr. à Plaz. in epitom. delictor. l. 1. c. 38. n. 7. Duen. reg. 221. Farin. loc. cit. n. 72. & 107. Scac. ib. n. 31. vers. item quando, & nouissimè Scanarol. vbi sup. d. l. 3. §. 10. c. 3. per tot.

Tertiò, respectu loci, & temporis, vt si quis in criminalibus caperetur in Ecclesia, vel alio loco immuni; vel in ciuilibus, si caperetur in diebus feriatis in honorem Dei, & sanctorum, & debitor non esset suspectus de fuga, latè Scac. in d. c. 46. n. 31. vers. sed numquid. Thesaur. decis. 95 n. 3.

Quartò dicitur nulla, & iniusta ratione defectus iurisdictionis, vt si mandatum de capiendo relaxatum fuerit a Iudice non habente iurisdictionem carcerandi. Abb. in c. si quando n. 3. de rescr. latè Iannin. d. tr. de cit. real. l. 1. c. 1. n. 680. Caualc. loc. cit. vbi ponit multos alios casus. & p. 2. n. 45 vbi dicit iniustam esse capturam factam proprijs manibus ipsius Iudicis: quod est menti tenendum per Aduocatus criminales, si casus acciderit pro defensione clientis.

Quintò, ratione excessus, vt si exequutio fieret in maiori summa, quam in mandato expressa. Bart. in l. contra Cod. de exactor. & executor. l. 12. Marant. in d. disp. 1. num. 28. Farinac. d. quæst. 32. num. 101. Scac. d. cap. 46. sub num. 31. Iannin. d. ca. 1. num. 592.

Sextò, ratione manutentionis possessionis, vt si quis expelleretur a possessione sua sine causæ cognitione, etiam si Papa in litteris apponeret clausulam, contradictores quoscumque, &c. Felin. in cap. causam, quæ numer. 58. de rescript. Roman. consil. 382. in princ. latè Iannin. in d. cap. 1. numer. 594. vbi dicit, quod potest resistere expulsus, etiam conuocando amicos, & consanguineos, & percutere expellentem, si fiat in ipso actu, & non ex interuallo. Neuizz. cons. 52. n. 11. Gramm. vot 16. n. 7. Sforz. Odd. consil. 72. n. 35. & Nos alibi superioribus diximus.

Septimò, si captura fieret vigore alicuius sententiæ, in qua capiendus numquam fuit auditus, nec citatus. Sforz Odd. d. cons. 72. n. 33. & seqq.

23 Sed quæritur, an iniustè captus, si è carceribus aufugiat, possit aliqua pœna puniri?

Respondetur negatiue, quia quod fit Iuris ordine non seruato, executionem non meretur, Rim. iun. cons. 125. num. 1. & 135. num. 9. vol. 2. Menoch. de arbitr. cas. 301. num. 14. & seqq. Clar. in q. 21. vers. tertio autem modo circ. med. ibi: potest eum licitè, & ibidem Baiard. & Alij addent. in litt. Q. vers. declaratur tamen. Bertazzol. cons. 35. num. 32. & seqq. lib. 2. Farinac. q. 30. num. 120. vers. limita primò. Surd. cons. 182. num. 6. vol. 2. Caball. in tract. crim. cas. 43. num. 1. Fachin. controuersiar. iur. l. 1. cap. 31. & Alij per ipsos adducti, vbi de commoditatibus restantur. Carcer enim est mala mansio, & multa incommoda continet, de quibus Franc. decis. 317. num. 4. & seqq. p. 2. & Caualc. d. tract. de brach. reg. p. 2. num. 93. Quidquid Alii contrarium asserant.

24 Quod est verum, non solum si fuga sequeretur fine carcerum effractione; verum etiam si carceres frangeret iniustè captus. Mascard. de probat. concl. 265. n. 16 vol. 1. vbi Alios cumulat. Matth. Brun. cons. 61. n. 9. vers. ergo etiam. Clar. vbi sup. vers. sed quando.

Quinimò talis carceratus iniustè aufugiendo, potest custodes carcerum, & Alios eius fugam impedientes percutere vulnerare, ac etiam occidere. Marsil. in tit. de qu. in princ. nu. 28. fol. 4. Rim. Iun. cons. 123. n. 5. vol. 2. Petr. de Surd. vbi sup. n. 7. Addent. ad Clar. loc. cit. litt. T. vbi Alios allegant. Quod tamen intelligunt, quando aliter euadere non potuisset. Et fine incursu peccati mortalis. Rim. iun. cons. 135 n. 24. etiam si carcerum custodes ex ipsius fuga aliquod malum patiantur. Mascard. d. concl. 265 n. 27.

25 Et si fuerit sub fideiussione de securo carcere, non tenetur ad pœnam in ea contentam, cum dici non possit rupta fideiussio. Farinac. d. q. 30. n. 11. Addent. ad Clar. d. q. 21. litt. T. Hondied. cons. 74. n. 14 vol. 2. vbi concordantes allegat, & dicit idem verum esse etiam si fideiussio iuramento roborata. Ampliatur, vt si quis iniustè detentus in carceribus relaxetur cum fideiussione de redeundo ad carceres intra tot dies, sub pœna scutorum mille, vel sub alia pœna non teneatur ad pœnam soluendam, si non redierit. Marsil. singul. 177. & in tract. de qu. n. 27. in fin. Surd. vbi sup. n. 8 Rim. Iun. ibidem n. 2. Imò neque peccat mortaliter non redeundo. Nauar. in Manual c. 120. n. 8. in 1. late Baiard. d. q. 21. n. 100. & quod plus est, si rediret, peccaret mortaliter, secundum Seraphin. de priuileg. iuramenti priuil 132. n. 2.

Adde, quod iniustè captus potest non solum ex seipso resistentiam facere, vt supra dictum est, verum etiam potest aduocare consanguineos ad securius resistendum conuocare. l. prohibitum. ff. de iur. fisc. & l. contra C. de exequut. & exactor. l. 12. Scysell. in l. vt vim n. 34. vbi allegat Bart. & Alios ff. de iust. & iur. late Caualc. de brach. Reg. d. p. 2. n 21 Surd. cons. pencit. 182. per tot. Hondied. cons. 94. n. 13. l. 2.

26 Sed quæritur, qua pœna puniatur eximens carceratum è manibus ministrorum Curiæ?

Respondetur, quod quibusdam requisitis concurrentibus, puniri potest, tamquam Reus criminis læsæ maiestatis, vt tradit Farin. q. 32. n. 22. in fin. & num. 3. & num 101. Scac. in tr. cr. d. c. 46. num. 29. vers. item si captus. Limitatur tamen, si erat iniustè captus, quia tunc non puniretur. Marsil. de quæst. in princ. num. 27. Farinac. q. 32. num. 33. Bursat. cons. 65. num. 8. vol. 1. Odd cons. 72. num. 3. vers. tertio dico. Scac. vbi sup. nu. 30. Fachin. controu. iur. l. 9. c. 70. vbi plures casus distinguit. Quam conclusionem veram existimat Baiard. ad Clar. qu. 29. num. 12. quem refert Guazzin. d. defens. 5. cap. 5. numer. 23 & Scacc. vbi sup. quando captura esset notoriè iniusta, secus si talis non esset.

27 Quæritur secundò, qua pœna puniri debet offendens, vel occidens carceratum existentem in fortiis Curiæ.

Respondetur, talem incidere in pœnam committentis crimen læsæ maiestatis, & proinde, vt talem puniendum esse, per text. in l. fin. C. de custod. reor. & l. fin. C. de malef. Decian. l. 7. c. 11. n. 10. Bursat. cons. 16. vol 2 Baiard. ad Clar q. 86. numer. 4. Petr. Caball. in qq. crr. cas. 94. n. 3. centur. 2. Farin q. 103 nu. 203. vbi Alios cumulat.

Quod ampliatur etiam in consanguineis, qui veneno necarent carceratum iam laqueo suspendendum, nec similiter iniuria inferatur, nam adhuc pœna mortis puniri deberent, secundum Ius ciuile. Bald. in l. libertu. sub n. 5. vers. & ideo consanguinei, ff. de stat. hom. quem refert & sequitur Felin. in c. cum inermeo in fin. de homicid. Marsil. singular. 130. circ. med. & in Pr. cr. §. aggredior sub n. 24. Arnon. in epitom. 50. vbi dicit esse menti tenendum, & in problemat. 24. Et Alii, quos allegat Petr. Caball. in d. cas. 64. n. 1.

28 Limitatur autem in birruariis, qui possunt offendere carceratum, si resistat, quando est iustè captus; in ò de Iure ciuili illum occidere, quando non permittit, vt capiatur, l. si forma C. de his qui ad Eccles. confug. Iustin. in tr. de syndic nu. 100. Iodoch. in Pr cr. c. 5. tr. de cit. real. n. 28. Boer. dec. 17. n. 7. Farin. d. q. 32. n. 39 late Caball. vbi sup. cas. 131. num. 1. vbi Alios congerit, & fusè etiam Caualc. de brach. reg. p. 2. n. 44. cum plurib. seqq vbi per 14. conclusiones declarat quomodo, & quando liceat birruariis capturam, seu capiendum offendere, & Menoch. de arbitr. l. 2. centur. 5. cas. 587.

29 Nota hic, quod Birruarii: qui pecunia corrupti, vel alio respectu deuicti carceratum ex eorum manibus aufugere, permitterent, puniri debeant eadem pœna, qua carceratus pro delicto puniendus erat vt si raptus fuerat pro causa capitali, pęna capitali puniendi sunt; Si verò pro causa ciuili, arbitrio Iudicis puniuntur, Menoch. *de arbitr. d. cent. 5. cas. 583. n. 7.*

30 Quæritur tertiò, an Iudex Ecclesiasticus carcerare possit laicos in criminibus Ecclesiasticis?

Respondetur affirmatiuè, *per textum in Clement. 1. de heretic.* & notat Aufret. *in tract. de potestat. Iud. Ecclesiast. in laic. sub princ.* & in criminibus mixti fori, vt dictum est supra, *p. 1. d. sect. 2. subsect. 1. num. 24.* & dic. infrà *tom. 2. p. 5. prax. 10. per tot.*

31 *Quoad secundum*, scilicet an Iudex Ecclesiasticus possit Clericum carcerare, quando de crimine agitur ciuiliter, notandum erit, quod etiam in tali casu permissa est carceratio, vt expresse probatur *in cap. dilectus de appellationib.* vbi Abbas, Franch. & Dec. *in 1. notab.* & dictum est supra. Imò Abbas ampliat, vt possit etiam torqueri in causa criminali ciuiliter intentata, sequitur Felin. *ib. not. 1* & desumitur *ex cap. 1. de pœn. & c. si clericos de sent. excomm. in 6.* Idem firmat, præcitat. Abb. *in c. 1. depos.* quamuis contrarium sentire videatur. *in c. olim in 9. in fin. de resc.*

32 Potest etiam quilibet Iudex carcerare in ciuib. quando reus esset contumax, ratione delicti obedientiæ *l. consentaneum*, vbi Bart. *col. 2. C. quom. & quand. iud. & §. si vero etiam Authent. de exhib. reis.* Item quando fuit quis per sententiam condemnatus, quia pro sententiæ executione capi poterit de persona, *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* Bald. *in l. per diuersas q. 1 5. in fin. C. mandat.* seruato tamen ordine, *l. a diuo pio §. in venditione, ff. de re iudic.* & ibi Alex. *col. 3.* facta scilicet prius excussione in bonis, & ipsis non extantibus deuenitur ad capturam personæ: aliàs non potest personaliter capi. Gloss. & Bart. *in l. 3. §. tutor. ff. de susp. tutor.* Abb. *in cap. quoad consultationem col. 6. in fin. de re iudic.* & Bald. *in c. sua vt. lit. non contest.* & *in d. l. consentaneum col. 4. in fin.*

Item quando quis esset suspectus de fuga, nam tunc etiam pro ciuili causa carceratur *l. aut prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credit.* & ibi Bart. Ia. & Alex. *in l. 1. ff. de iurisd. omn. iudic.* vbi etiam Iason. & *in l. si ab arbitrio, ff. qui satisdar. cog.* & *in l. vinum col. 4. ff. si certum petat.* & *in Inst. tit. de action. in princ. col. 11.* & Felin. *in c. 1. col. 7. de iudic.*

33 *Quoad tertium*, an scilicet possit Iudex Ecclesiasticus carcerare subditos in pœnam delicti, an verò ad custodiam tantùm, notandum erit, quod licet de Iure ciuili non detur carcer ad pœnam, sed custodiam tantum, vt probatur *in l. aut damnum §. solent. ff. de pœn.* & *l. credibili C. eod. tit.* nisi in casu *l. 1. §. fin. ff. de aleator.* de Iure tamen Canonico, benè datur ad pœnam Clericis, & Ecclesiasticis personis *d. cap. dilecti de app. c. qualiter 2. de accusat. c. tua de pœn. c. si clerico de sent. excomm. in 6.* Non verò Laicis, etiam si agatur de crimine Ecclesiastico, vt singulariter aduertit Ioann. Andr. *in addit. ad Specul. in l. 4. tit. de offic. ordin. in princ. rubrica litt. A. vers. communiter tenet,* & Gulielm. de Bened. *cap. Raynutius verb. mortuo itaque testatore n. 1. de testam.* nisi in crimine hæresis, vt habetur *in c. vt commissi, &c. vt inquisit. de hæret.* & *Clar. in clem. 1. eod. tit.* Est tamen aduertendum, quod quando datur in pœnam debet fieri per sententiam, *cap. nouimus §. pro illo de verb. signific.* & ibi Abb. *num. 4. c. quamuis de pœn. in 6.* Diaz. *in Pr. crim. can. c. 114.*

34 Sed quæritur, quare de Iure Canonico permittatur carcer in pœnam, & de Iure ciuili secus?

Respondetur, diuersitatem oriri ex eo, quia secundum leges, Iudices Laici possunt suis subditis pœnam mortis pro delictis imponere. Sed secundum Sacros Canones, Iudices Ecclesiastici non possunt talem pœnam Clericis irrogare: vnde cum grauitas delicti de Iure ciuili veniret punienda pœna mortis: de Iure Canonico punitur pœna carceris, vel perpetui, vel ad septem annos aut ad aliud tempus arbitrarium, vt notatur per Glos. *in d. cap. quamuis de pœn. in 6.* Neq; obstat, quod carcer fuit inuentus ad custodiam reorum, non ad pœnam, *vt in l. 1. & 2. C. de custod. reor.* Nam respondetur, hoc procedere de Iure ciuili, & non de Iure Canonico, propter rationem prædictam.

35 Ex dictis infertur, quod carcer multipliciter datur. Primò pro custodia, *vt in tit. ff. & C. de custod. reor.* Secundò pro criminis inuestigatione, *vt in l. 1. C. de exhibend. reis.* Tertiò pro afflictione ad tempus, donec soluat pœnam, ad quam fuit quis condemnatus, vt notatur per Angel. *de malefic. in verb. fama publica,* vbi de materia carcerationis agitur, Cassan. *in consuetud. Burgund. tit. des iustices rubr. 1. fol. 30. n. 90.* Quartò in pœnam criminis, *vt in d. c. quamuis de pœn. in 6. & c. nouimus §. pro illo de verb. signific.* & ibi DD. præsertim Abb. *num. 4.* Diaz. *vbi sup.* & Alii, latè Scanarol. *in tract. de visit. carcerat. l. 1. §. 2. c. 3. n. 8. & per tot.*

36 *Quoad quartum*, qualis scilicet debeat esse carcer, notandum est, quod esse debet locus, vnde reus exire nequeat, secundum Ius Ciuile, *l. saccorritus, ff. ex quib. caus. maior.* Bald. *in l. fin. C. de capt. vers. collige quis,* Angel. *in l. qui in carcerem, ff. quod met. caus.* Debet tamen esse talis etiam de Iure Ciuili, vt lumen habeat, & non sit subterraneus, ne carcerati pœnam recipiant ante condemnationem: sed debet esse locus supra terram, cum loco communi pro corporibus exonerandis benè aptato, & commodus ad necessaria victui recipienda, & facilis ad alloquendum, ne carceratis necessaria desint, *l. 2. C. de Episcopal. audien.* & *l. 1. C. de cust. reor.* De Iure Canonico à fortiori debet esse multò plus temperatus rigor carcerationis, cum Clerici non sint adeo seuere carcerandi, sicut laici, vt aduertit Diaz. *in pr. cr. can. verb. Incarcerati.*

37 Vnde Sacra Congregatio Episcoporum *in Panormitana 6. Augusti 1585. & in vna Cataten. 1. Augusti 1642.* declarauit, carceres Episcopales non debere esse subterraneos sed supra terram, vel saltem æquales terræ & publicos, publicasque habere fenestras in publicum respondentes. Neque ab carceres vertendas esse latinas, sub pœnis arbitrio Sacræ Congregationis.

Item declarauit debere habere locum communem commodum, ipsosque commodos in omnibus esse. Eadem Congreg. *in Aliphana 20. Februarij 1601. & in Castellanetana 23. Iulij 1602.* Item quod Campanile possit pro carcere deseruire, si idoneum, & commodum sit. Eadem Congregat. *in præcit. Aliphana.* Non tamen Monasteria monialium, neque pro carcere mulierum, si occurrat illas carcerari debere. Eadem Congreg. *in Cusentina 21. Aprilis 1599.* Et succedente controuersia inter Episcopum, & Clericum, circa situm carcerum Episcopalium, præualuere debet designatio loci facta per Prælatum. Eadem Congreg. *in Andrien. 30. Septembris 1595.* Pendente verò differentia super iurisdictione: relaxari debent carcerati sub fideiussione detinendo domum pro carcere. Vel de se præsentando ad omne Curiæ mandatum. Eadem Congreg. *in Balneoregien. 29. Nouembr. 1600.*

38 Declarauit similiter eadem Sacr. Congreg. quod carcerati pro ciuilibus causis nullo modo detineantur in compedibus, vt *in vna Hierosolymitana 22. Ianuarij 1621.* iuxta tradita *in l. 1. C. de custod. reor.* Et quod carceratio non sit diuturna etiam si agatur de causis criminalibus, contra Ecclesiasticos, præsertim si delictum non sit multum graue. Eadem *in vna Lucana 2. Maij 1601. & in alia Mutinen. 20. Augusti eod. ann. & in alia Sarsinaten. 13. Augusti 1603. & in alia Bisinianen. 9. Martij 1604.* & sit diuturna, minuitur pœna delicti, quia carcer ceditur in pœnam.

39 Quod autem longa carceratio redat in pœnam in partem, vel in totum, non solum est de mente Sacræ Congregationis: verùm etiam de Iure communi, *vt probatur in l. omnes, C. de pœnis,* vbi Cyn. Alber. Angel. & Alii. Et ita sæpè iudicasse Sacrum Consilium Neapolitanum testatur Franch. *decis. 317. num. 4. par. 2.* & notant Grammat. *cons. 29* Honded. *cons. 96. num. 39. & cons. 102. num. 57. l. 1.* Petr. Caball. *in quæst. crim. cas. 142. numer. 1. cum pluribus seqq.* Sim. de Pret. *consil. 55. num. 14.* Neque obstat textus *in l. aut damnum, § solent ff. de pœn.* vbi habetur, quod carcer non debet esse ad pœnam: nam respondetur, quod licet non sit ad pœnam, habet tamen in se pœnam, vt dicit Glos. *in d. l. omnes* Bald. & Alii. Et dicitur mala mansio, Tiraq. *de pœn. caus. 41. numer. 2.* Imo est species torturæ, *l. item apud labeonem, § quæst. verb. de iniur.* Honded. *d. cons. 108. num. 57.* Farinac. *q. 27. num. 2. & cons. 23. n. 65. vers. quartò.* Scanarol. *d. tract. de visit. carcerat. lib. 3. §. 2. c. 2. n. 4. & 5.*

40 Vnde aduertere debet Vicarius, ne carceratos diu in carceribus esse, & detineri sinat, sed ipsos prout de iure, vel condemnet, vel absoluat, alias si huiusmodi id duriori carcere

poss-

positos verisimiliter sua culpa mori contigerit, irregularitatis pœnam non effugit, tanquam homicida Cardin. *in clement. 1. §. 17 de pœnit. & remiss.*

Ideo tenetur visitare carceres, & carceratos, ac curare, vt tempore intermedio, quo causa cognoscitur, nihil eis desit, sed necessaria suppeditentur. *iuxta tex in l. 1. C. de epis. audient. & l. 2. C. de cust. reor.* Syluest. *in verb. carcer. §. vlt.* Quod de iure Regni cautum est, & Iudicibus sæcularibus, per *constit. incipien. Humanitate, & in Pragmat. Caroli V. incip. Mandamus insuper.* Et Sacra Congregat. *pract.* declarauit, vt Episcopus prouidere debeat, vt in principalibus carceribus etiam laicalibus, adsit oratorium, seu capella ad celebrandum sacrum, ad hoc vt carcerati diebus saltem festiuis missam audiant, & præcepto satisfaciant, vt *in vna Burgensi prima Decembris* 1593. Sed quoad la cales procedere debet beneuolis, & vrbanis monitionibus. Eadem *in vna Agrigentina 23. Aprilis 1602. vers. Bisogna andare &c.*

41 Quod si quis carceratus fuerit ad querelam alicuius, & sit adeo pauper, vt suis sumptibus viuere nequeat, quilibet Iudex, etiam sæcularis curare debet, vt per accusatorem ei victus subministretur, de quo latè Boer. *decision. 325 par. 2.* Et si in visitatione carceratorum reperierit Aliquos carceribus mancipatos, sine causa, indebitè, vel sine delicto ad nullius petitionem, illicò excarcerari faciat. *ad tradit. per Bart. in l. si quis uxori §. si fugitiuum. ff. de furt.* Paul. de Castr. *cons. 44. prima impress.* & Angel. *de malefic. in verb. fama publica.* in materia carcerationis. Debet tamen sæcularis Iudex bene aduertere, quando excarcerari mandat aliquos, ne postea, si male egerit, parti, vel Fisco teneatur in syndicatu, vt monet Angel. *vbi supra* & Par. de Put. *in tract. de syndicat. in verb. captura vers. licet dicatur.*

42 Quando carceratus suæ carcerationis causam ignorat, præsumere potest, factam fuisse in odium recursus ad superiores. Sacr. Congr. *in Ostien. 13. Aprilis 1646.* Et tunc relaxandus erit gratis, sicut & innocens carceratus. *Sacr. Congr. 19. Nouemb. 1601.* Eadem Episcoporum Congreg. non declarauit, carceratos puniendos non esse, propter mala, quæ dicunt, vel scribunt de Iudicibus, *vt in vna Albingan. sub 12. May 1604.*

Item declarauit, non posse ordinarium mandare, vt carcerati transferantur in loca Diœcesis, in quibus degit ipse, nisi ob aliquam grauem, & vrgentem causam, & valde raro. *vt in vna Campanien. 3. Octobris 1642.* Et similiter, quod captura subditi extra territorium suæ iurisdictionis facta, nulla, & attentata censenda, & habenda est, *vt in vna Senen. 29. Nouembr. 1641. argum. c. 2. de constit. in 6.*

43 Aduertere etiam debet Vicarius, & quilibet alius Iudex, vt carcerati infirmi curentur, ne sine medicamentis moriantur, quia eorum mors ipsis Iudicibus imputaretur. Et ideo quando aliquis infirmatur grauiter, habita fide medici debet cum idonea fideiussione de redeundo, postquam conualuerit, liberari; & ita practicatur passim ferè in omnibus Curijs. Et in Regno nostro statutum est pro carceratis in carceribus Iudicum sæcularium, præsertim Supremorum Magnæ Curiæ Vicariæ, per Regiam Pragmaticam Inuictissimi Imperatoris Caroli V. quæ incipit: *Pro Curam Pauperum*, vt deputentur duo medici, vnus physicus, alter chirurgus, qui expensas ex Regia camera habere debent, quorum partes sint curare infirmos in carceribus detentos; & ad hoc vocentur, quoties opus fuerit, mandatur etiam vt deputetur vnus ad hunc effectum similiter cum publico salario. Et quando occurrit dari licentiam Iudicibus sæcularibus transferendi carceratos pauperes ad aliquod hospitale, vsqueque conualuerint, curare debet ordinarius, vt ministri laici nullo modo, vel prætextu se ingerant in rebus ad hospitale pertinentibus, neque propter curam, & custodiam eorumdem. Sacra Congregatio Episcoporum *in vna Salernitana 30. Maij 1614.*

44 Sed quæritur, an monialis delinquens in monasterio carcerari possit per satellites in monasterium introductos?

Respondetur negatiuè, non enim introducendi sunt satellites, & birruarij ad monasteria pro carcerandis monialibus in arctiori loco, sed hoc fieri debet per easdem moniales; & si facere neglexerint, tunc possunt introduci seruientes Curiæ Ecclesiasticæ, comitati tamen ab aliquibus sacerdotibus ex senioribus Cleri, & similiter in casibus, & delictis atrocissimis. Sacr. Congregat. Episcopor. *in vna Interamnensi 13. Iany 1637.* Et si aufugiat à monasterio, & carcerari contingat, non est custodienda in carceribus extra monasterium, sed rectà tramite ad illud reducenda est, à quo egressa fuit; Neque ad aliud transferenda est. Sac. Congreg. Episcop. *in Romana 22. Septemb. 1635.* Pœna verò, quæ imponitur tali moniali, est priuatio veli, vocis actiuè, & passiuè, & collocutionis cum alijs monialibus, etiam si post debitam pœnitentiam peractam à carcere actuali relaxetur; si verò vltra fugam, aliud graue delictum commiserit, præsertim contra votum castitatis, muro perpetuo claudenda erit. Ead. Congreg. *in vna Ragusina 6. Aprilis 1619. in alia Lucana 4. Martij 1649. & in alia Bantina 11. Martij eod. ann.* Sed in his arduis casibus melius est, vt fiat relatio Sac. Congreg. & ab ipsa expectetur oraculum, quomodo se habere debeat ordinarius.

45 Quæritur secundò, an contractus initi per carceratum, dum in carceribus detinetur, sint validi necne?

Respondetur cum distinctione; aut enim est iniuste carceratus, & non valent; aut iustè, & subsistunt: ita censuit Rot. Rom. *decis. 4 num 4 & decis. 674. num 4. par. 1. recentior.* Baldus verò *in l. vnic. col. 7. C. de confess.* quem sequitur Affl *decis. 149.* aliter distinguit, nimirum, quod aut contractus factus fuit ad vtilitatem carcerantis, & tali casu non valet; aut est factus in vtilitatem alterius quam eius, qui carcerari fecit ipsum contrahentem, & tunc valet. ita Afflict. *decis. 236.* ala c Marsil. *in pract. crim. § attingam num. 21. vbi num 24 & seqq.* agit de cautela, qua vtuntur Notarij facientes ex re carceratum in loco communi, extra carcerem secretum; quæ quidem nihil prodest, etiam si extra carceres, dummodo statim sit reuersus; quia metus adhuc durat. *l. pen ff. quod met. caus.* ita Catalcan. *cons. 113.* Dec. *cons. 219. quod incip. Viso puncto col. 3.* & Rebuff. *in tract. de rescis. contract. glos. 21. num. 3. tom. 2.* sed in practica, etiam vidi contrarium forte de consuetudine, nam carcerati procuratores constituunt, satisdationes dant, & alios contractus ineunt; vt etiam notat Alber. *vol quia carcerem. ff. quod met. caus.*

46 Quæritur tertiò, an carceratus pro delicto particulari ab vno Iudice, possit recommendari, seu anteparari pro alio delicto ab alio Iudice, ita vt non possit à primo Iudice carcerante liberari, post cognitionem primi delicti, pro quo carceratus fuit?

Respondetur affirmatiuè, quia quilibet officialis recommendare potest carceratum per alium Iudicem pro alijs delictis. ita Angel. *in tractat. de malefic. verb. fama publica. col. 12.* & latè Marsil. *vbi sup. num. 33.* vid. Bart. *in l. 1. §. fin. ff. de cust. reor.* qui distinguit, aut Iudex recommendans fit superior Iudice carcerante, vel non, nam si est superior, debet inferior cognoscere de delicto, pro quo fuit carceratus & postea remittere carceratum ad superiorem recommendantem, secus si sit æqualis.

47 Quæritur quartò, an carceratus pro aliquo delicto arrestari, et recommendari possit in carceribus pro debito ciuili?

Respondetur negatiuè cum Brun. *in pract. crimin. tit. de test. bonor. quæst. 4. princ. quæst. 1. num. 36. & seqq.* Nouel. *in regul. 15. fallent. 2.* latè Iul. Ludouic. *decis. Perus. 36. numer. 9. par. 2.* vbi de communi. *& decis. 70. per tot.* et Farinac. *in pract. quæst. 27. num. 155. & quæst. 29 numer. 11.* Petr. Caball. *in quæst. crim. cas. 146. num. 10. vers. licet Aly.* Genuens. *in Prax. Archiep. Neap. c. 28. num. 7.* Caualc. *de brach. Reg. p. 2. num. 27.* Et ita seruatur in Curia per nouam Reformationem *fel. record. Pauli V* vbi habetur, carceratum relaxatum pro causa etiam ciuili capi non posse per horam, Imo Caualc. *vbi sup.* dicit, debere quemlibet ex carceratum reponi in tali libertate, vt eius noua captura sit difficilis. Quod est menti tenendum contra satellites, qui aliquando carcerant aliquem pro diuersa causa ferè antequam ex carceribus exeat. Quidquid dicat Boss. *rus. de captur. numer. 91.* Eodem modo neque carceratus pro debito ciuili, sed indebitè; poterit pro alio simili debito ciuili arrestari, Farin. *in d. quæstion. 27.* vbi latè, & Iannin. *ind. tract. de citation. real. lib. 1. cap. 2. ferè per tot.* Franc. *decision. 415. numer. 3.* Scanarol. *d. lib. 3. de visit. carcer. §. 10. cap. tal. 6. numer.*

48 *Quæd quintum*, an scilicet Iudex Ecclesiasticus habere possit familiam armatam pro carcerandis subditis, notandum

tandum est, quod pro confirmatione eorum, quæ dicta sunt supra *numer.1.* quod scilicet possit Iudex ecclesiasticus suos subditos carcerare, dicere cogor, posse eumdem familiam armatam habere, quia concessa iurisdictione, omnia ea licet, & concessa intelliguntur, quæ ad illam exercendam sunt necessaria. *arg.l.2.ff.de iurisd. omn. iudic. l.ad rem mobilem §. qui procuratorem ff.de procur. l.1.§.1.ff.si vsufr. petat. & l. ambar. & ibi Gloss. 2.ff.de legat.3.* Frustra enim daretur iurisdictio, si illam exercere non posset. DD. inferius citandi.

49 Quod autem Episcopus iurisdictionem habeat in suos subditos, patet *ex cap. quoniam. 28. dist. cap. His, qui 3. q. 3. cap. Statuimus 16. q. 1. cap. attendendum 17. quæst. 4. cap. 1. de offic. ord. cap. in Archiepiscopatu de raptorib.* & ex Allis *sup. alleg. numer. 2.* cum similibus in quibus habetur, quod possit subditos delinquentes iudicare, & punire. Et similiter probatur ex eo, quod potest ecclesiasticus Iudex sententias à se latas, & res iudicatas sui ipsius, per se ipsum exequi. *cap. omnes 16 quæst. 7. cap. fin. de constit. in 6.* Item quia habet Territorium, vt dictum est supra *num. 2.*

50 Quod verò habeat territorium, in quo iurisdictionem exercere potest, patet ex *cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 3.* vt illorum Ecclesias esse in potestate eius Episcopi, in cuius territorio positæ sunt, & *ex cap. cum animarum de constitut.* vbi habetur, excommunicationem latam in fures non ligare subditos furantes extra Diœcesim excommunicantis, quia extra territorium ius dicenti impunè non paretur.

51 Vnde necessariò concludere necesse erit, posse familiam armatam habere; nec non carcerem, & Fiscum. Quod quidem probatur etiam ex Concilio Tridentino *sess. 25. de reform. cap. 3.* vbi statutum est, Episcopos ad censuras, & ad brachii sæcularis inuocationem deuenire non debere, nisi in subsidium, ergo supponitur iurisdictio, eiusque exercitium per suam familiam armatam. Et hanc sententiam tenent Gloss. *in cap. contra idolorum. 26. quæst. 5.* Ioan. Andr. *in cap. constituti. nu. de for. compet.* Felin. *in cap. cum sit generale. numer. 20. vers. est. Innoc. in cap. venerabilem de senten. excomm.* Dec. *in cap. significasti. num. 19. & 21. cum seqq. de offic. deleg.* vbi respondet ad contraria adducta per Alios. Auttet. *in tract. de potest. secular. Eccles. sup. laic. col. 5. reg. 24. vers. Episcopus potest habere.* Pegna *in Director. Inquisitor. comment. 10. part. 3. vers. postremò,* vbi plures allegat hoc tenentes, Diaz *in pract. crim. canon. cap. 154. num. 23.* vbi de communi testatur, Campanil. *in Diuersorio Iuris Canonici rubr. 12. cap. 13. nu. 7.* vbi Alios citat, prout facit Barbos. *de offic. & potest. Episc. art. 3. alleg. 10, num. 2.* bi suprano, DD. hanc sententiam tenent s allegat, Bellett. *in Disquisit. clericar. par. 1. tit. de auer. cleric. real. §. 1. num. 10.* Carol. de Graff. *de effect. Cleric. at. effect. 1. num. 129.* Sbrozz. *de offic. Vic. lib. 2. qu. 19.* Franc. Leo. *in Thesaur. for. Eccles. p. 1. à nu. 16. cum seq.* vbi latè *& part. 2. cap. 1. 6. numer. 21.* Mar. Antonin. *var. resol. tit. 3. res. 14. à num. 1.* Menoch. *de arbitr. cas. 374. nu. 70.* Couarrun. *pract. quæstion. capit. 10. numer. 2. vers. quarto ea fin.* Lotter. *de re beneficiar. lib. 1. quæst. 9. num. 94. cum seqq.* Sperell. *in decisionib. for. Ecclesiast. decision. 3. numer. 9. 10. & 16. & art. 4. num. 7. cum seqq.* vbi sic centuriæ plures Sacram Congregationem Concilii testatur, & Alii ferè infiniti. Quidquid in contrarium sentiant quidam DD. qui in hoc non muniter reprobantur, inter quos sunt Gemin. Prob. Anchar. & Franch. *in c. delicto de sent. excommun. in 6.* Abb. *in cap. 1. de offic. deleg.* Clar. *in Pract. crim. lib. 5. §. fin. qu. 3. vers. verum tamen* Bucr. *decis. 264. numer. 3.* Decian. *in tract. crim. lib. 8. cap. 3. nu. 47.* & Alii quos cumulat Barbos. *d. part. 3. de Episc. alleg. 107. num. 1.* qui omnes asserunt, Episcopos habere tantummodo iurisdictionem spiritualem censuras Ecclesiasticas ferendi, non verò carcerandi, quos meritò reprehendunt, & refelluot Doctores prò prima, & communi sententia relati, præsertim Barbos. Leo. & Bellet. & Lotter. *locis precit.* Imò contrariam sententiam sequi, quod scilicet Episcopi familiam armatam habere nequeunt, esset temerarium asserere contra sacros Canones in locis supracitatis, & alibi pluries, & contra Sacrum Concilium Tridentinum *vbi supra* Imò licet in aliquibus Regnis, & Regionibus non habeant Episcopi familiam armatam, vt in quibusdam Diœcesibus Germaniæ, Franciæ, & alibi: in Italia tamen ferè in omnibus Prouinciis, ex communi consuetudine seruatur, vt iurisdictionem habeant, familiam armatam, Fiscum, & carceres retineant. Et dicta familiam subiacet Episcoporum iurisdictioni.

52 Quod est adeo verum, vt familia Episcopi, etiam laica gaudeat fori priuilegio, sicut Clerici, vt probatur. *in cap. cum non ab homine de iudic. & in cap. fin. de offic.* Archid. Abb. *in cap. 2. num. 6. de for. compet.* Clar. *d. §. fin. quæst. 35. vers. quaro numquid. familiares,* Capic. *decis. 12.* Mart. *de iurisdict. par. 4 cas. 111. num. 3.* Farinac. *in Prax. crim. qu. 8. num. 45.* Car. de Graff. *effect. 1. sup. cit. num. 128.* Bellet. *d. §. 1. num. 14.* Barbos. *d. alleg. 107. num. 9.* Dian. *in suis moralib. resolut par. 1. tract. 2. res. 97. & p. 3. tr. 1. res. 12. & p. 4. tract. 1. res. 30. & part. 3. tr. 1. res. 25. & par. 6. tract. 1. resolut. 2.* vbi multos Alios allegat, & ita declarauit Sacra Congregatio, vt testatur Gauant. *in Enchir. Episcop. verb. familiares Episcopi nu. 2.* Cæsar. de Panimollis *in sua Idea sedandi iurgia serenijs consilst. 3. n. 3.*

53 Quæ conclusio locum habet, etiam in familia Episcopi titularis. Galup. *in Prax. Sac. Regy Cons. Neap. p. 2. cap. 6 à n. 47* Carneual. *de sudicat. tit. 1. disp. 2 qu. 5. sect. 6. num. 509.* & ita declarauit Sacra Congregatio Immunitatis, *in vna Rhegien. 17. Febr. 1627.* cuius formalia verba affert Ciatlin. *contr. forens. c. 20. num. 16.* & Barbos. *d. p. 3. alleg. 107. n. 9. in fin.*

54 Imò non solum prædicto fori priuilegio gaudet familia laica Episcopi titularis, verum etiam familia, seu famuli Laici Vicarii Generalis Episcopi, quamuis non sit Sacerdos, sed tantum Clericus in minoribus. Ioan. Anton. de Nigris *in clemens. vnic. de vit. & honest. cleric.* Squillant. *de priuileg. clericor. cap. 7. dub. 2. num. 45.* Nauar. *de eloq. for. quæst. 36. sect. 2.* Aloys. Ricc. *in Prax. tom. 1. resolut. 471. numer. 6.* quos allegat Dian *par. 5. tr. 1. res. 46* & ex isto refert Panimoll. *vbi sup. num. 5.* Et ratio est, quia Vicarius Generalis Episcopi personam ipsius repræsentat, ideo illi debetur eadem prærogatiua, & honor sicut Episcopo, cuius vices gerit, vt tradunt Menoch. *cons. 51. nu. 16* Sbroz. *l. 2 q. 24. n. 1.* Affl. *sup. const. Regn. rubr. de iniur. curper. constitut. n. 3.* & Valenzuola. *tom. 2. cons. 101. num. 33. cum plur. seqq.*

55 Quod priuilegium habent etiam famuli, & mancipia, atque coloni Clericorum dummodo non sint temporales, sed perpetui, isti enim gaudere debent priuilegio fori, quo gaudent eorum Domini. Gloss. *in cap. 2. ver. de iure verb. item laicos de excep. & 6.* Bal. *in lib. 1. num. 2. & in lib. 2. num. 4. C. de episc. & cler.* Abb. *in c. p. 2. num. 6* vbi etiam Felin *num. 2. de for. compet.* Capell. Tholos. *decis. 378.* Thesaur. *dec. 82. num. 5. & decis. 116. num. 3.* Gratian. *decis. Marck. 233. numer. 3. & 4.* Bellett. *Disquis. Cler. d. p. 1. de fauor. cler. real. §. 1. num. 1 3.* Carol. de Graff. *de effect. clericat. effect. 1. num. 149.* Menoch. *de arbitr. centur. 461. cas. 562. num. 3.* & nouissimè Dian. *p. 3. tr. 1. res. 48* & Ratio est, quia famuli perpetui sunt, & reputantur pars patrimonii Clericorum.

56 Ex dictis ergo clare patet, quod cum Episcopi familiam armatam habere debeant pro carcerandis reis subditis: ideò ad capturam carcerandorum, non solum vti possunt ministerio seruientium propriarum Curiarum Ecclesiasticarum, verum etiam ministerio Laicorum Iudicium, & aliorum Laicorum inferiorum: quo casu Laici excommunicationem non incurrunt Clericos capiendo, etiam si illos percutiant, cum se defendunt, vel aliter habere non possunt. Hostiens. *in summ. de senten. excomm. nu. 3.* Sum. Angelic. *in verb. excommun. 5. num. 6* Suarez. *de censur. disp. 22. sect. 1. nu. 40.* & supra dictum est.

57 Quæ omnia facere possunt etiam Vicarii Generales ipsorum: si mandatum speciale habeant ad faciendum ea, quæ ipsimet Episcopi facere possunt, quoad exercitium iurisdictionis, vt declarauit Sacr. Congr. Conc. *sup. cap. 7. de reform. sess. 21. in verb. transferatur,* & Ratio est, quia Vicarius omnia potest, quæ pertinent ad iurisdictionem ipsius, cuius vices gerit. *c. vlt. 93. dist. c. 1. 94 dist. l. 1. C. de offic. eius, qui ger. vic. rect.* & Gloss. *in c. pen. de offic. Vicar.*

58 Hinc patet, quod carcerati per suam familiam armatam, vel per Laicos de suo mandato detineri possunt per Vicarium Episcopi, in propriis carceribus Episcopalibus, quos quidem habere potest, quidquid quidam malè dixerint, vt constat ex dictis, & probatur. *in cap. contra idolorum,* & ibi Gloss. *26. qu. 5. cap. 3. & cap. super his de pœnis c. vt fama. §. laici verò à iuncta Gloss. in verb. de mandato, & in verb. quorum de sent. excom. cap. 1. & cap. cum Episcopus de offic. ordinar.* & tradit Vgolin. *de potest. Episc. cap. 4. §. 12.* Marta. *de iurisdict. p. 2. cap. 29. nu. 10.* vbi late Barbos. *d. alleg. 107. n. 20.*

59 Debent tamen carceres habere plures stantias, quoad fieri

fieri potest, quia nobiles non sunt in duriori carcere custodiendi, & mancipandi, sicut cæteri plebei, sed in mitiori, & commodiori loco separatim Angel. in l. si bona fides. ff. de rei vend. quem sequitur Afflict. in const. Regni incip. Castellani notab. 4. qu. 4. & Ratio est, quia etiam in pœnalibus alio modo punitur nobilis, quam ignobilis, vt in l. qui contra 14. q 1. & ibi Gloss. in ver. nobiles, & contra Isidorum 26 qu. 5. c. fraternitas 12. qu. 2. & ibi Gloss. in ver. verberibus.

Neque eodem modo sunt carceribus mancipandi senes, sicut iuuenes. Gloss. in l. si at certè §. custodiam. ff. de commod. & Afflict. vbi sup. in 2 quæst. infra ac Marsil. in Prax. cr. §. attingam. n. 14. cum seq.

60 Item, si acciderit carcerari fœminas, est aduertendum, ne ponantur simul cum maribus, sed in diuerso carcere. Gloss. in capital. quamuis ver. expedire de pæn. in 6. libr. 3. C. de custod. reor. Menoch. de arbitr. ar. l. 1. quæst. 88. numer. 21. & 25. Bonacus. commun. opin. part. 1. verb. mulieres. fol. 118. Farinac. in Prax. cr. quæst. 27. numer. 59. Afflict. in const. Regni, & Bunalelocorum not. a. vers. quinta optime, & latè Granat. decis. 33. Ad euitanda peccata carnalia, & a scandala: Et ob identitatem rationis idem seruandum erit in iuuenibus ephebis, & imberbibus, qui similiter ponendi sunt in carcere diuerso ab hominibus adultis.

61 Hinc fit, quod custos carceris fidelis esse debet, ad instar depositarij pecuniarum, imò multo plus Boer dec. 216. post numer. 6. Iol. Ludouic. dec. 78. numer. 6. Farinac. in prax. cr. quæst. 31. num. 76. Et ideo si carnaliter cognosceat mulierem sub sua custodia carceratam, etiam quod esset meretrix, acerrimè puniendus veniret, æquè ac si esset mulier honesta; quia carcerati sub protectione Curiæ sunt. Benedic. Aegid. de priu. benefi. art. 2 in princ. Bonacus. part. 1. com. opin. verb. custos carcerum carnaliter. cognoscens. latè Farinac. d. qu. 31. à num. 110. Boer. dec. 317. num. 2. & seqq. Marsil. in singul. 350. incip. accessus ad meretrices, & l. 1. num. 5. ff. de sicar. Clar. in l. 5. §. Fornicatio vers. cum carcerata; Pill. de synd. in verb. adulterium, Menoch. de arb. cas. 292. Mascard. de prob concl. 367. num. 4.

Vnde, quia carcerati dicuntur esse sub protectione Curiæ, si extarent statutum Principis Sæcularis, vt banniti occidi possent impunè, cum extarent in carceribus, non licet illos occidere; vt habetur in l. fin. C. de custod. reor. & tradit Bart. in l. in aliquam ff. de acquir. rer. domin. Marsil. in d. l. 1. num. 5. ff. de sicar.

62 Est similiter aduertendum, quod non eodem modo carceribus mancipandi sunt qui de proximo liberari debent, sicut, qui non ita de proximo. Bart. in l. si pecuniam, §. sed si acceperit. ff. de condit. ob caus. sequitur Afflict. in d. const. Regni incip. Castellani notab. 5. quæst. n. 2. Si verò agatur de delicto capitali, vel simili, carcer esse debet acerrimus ad proportionem delicti. Felin. in capital. ex parte de rescript. iux. tradita per Platon. dialog. 10. de legib. Et sic seruatum cum Lentulo tempore coniurationis Catilinæ refert Salust. de coniurat. Catil. qui ductus fuit ad carcerem subterraneum, qui Tullianus dicebatur, antequam furcis suspenderetur cum Cethego, Statilio, Gabinio, & Cepario coniuratis.

63 Sed quæritur, cui committenda sit carceratio delinquentis?

Respondetur, illam debere committi Birruariis, & familiis Curiæ, non autem priuatis personis, & multò minus parti offensæ, aut aliis inimicis, ne detur occasio delinquendi, cum periculo vitæ carcerati: aliàs si contingerit aliquam ei iniuriam inferri per inimicos in actu carcerationis, tenetur rationem reddere Iudex mandans talem carcerationem libr. 1. §. fur. adu. nunt. & §. 1. in Auth. de collat. & §. fin. Inst. de obl. quæ ex quas. delict. nasc. Bar. in libr. 2. §. familia ff. de publ & sic Iudex sæcularis teneretur in syndicatu. Par. de Puteo de syndic. ver. aa ex eodem col. 3 circ. med. Clar. in § fin. q. 28. vers. solet autem. quidquid dicat Cagnol. in l. non est singulis numer. 6. ff. de reg. iur. Abstinere tamen debet Vicarius, vel Episcopus, tanquam à re pessimi exempli, ne mittat clericos armatos ad capiendum Reos, ad euitandum euitanda, vt declarauit Sacr. Congregatio Episcop. in vna Hierosolymitana 2. Ianuarij 1620.

64 Item Ead. Congr. in vna Senen. 29. Nouemb. 1611. declarauit, quod captura extra proprium territorium facta est nulla, & attentata, & ideo carceratus relaxari debet arg. cap. 2. de const. in 6. quia non licet aliquem carcerare, nisi in proprio territorio, iuxta doctrinam Bartol. in l. quod si fugitiuus. §. idem ff. de edil. & in l. sicuti. §. Aristo. ff. si seru. ven. & l. vnqu ff. de seru. fug. limitat tamen ipse, quando familia Curiæ persequendo reum in proprio territorio, capit illum in alterius territorio, ad quod aufugit, dum persequeretur quia tali casu captura cœpta erat in proprio territorio; sed contrarium seruandum esse, etiam in tali casu, tradit Barbat. cons. 26. in fin. l. 1. quem citat. Boss. in tit. de captura numer. 34. & in tit. de fauor. defensionis, numero 7. in fin. vbi ait ita vidisse seruari. vt dicit etiam Anton. Gomez in cap. dilectorum numer. 5. Ratio est, quia attendimur finis actionis consummatæ non principium in hac re. Par tamen de Puteo in d. tract. de synd. fol. 290. cap. 4 numer 2. refert in facti contingentia fuisse decisum, secundum sententiam Bartoli in causa cuiusdam, qui dum insequeretur à familia Curiæ Perusinæ se contulerat ad Territorium Florentiæ; in quo captus fuerat.

In Regno verò nostro Neapolitano rectè cautum est per c. incip. Dictum pluries, vt liceat familiæ vnius Curiæ insequi delinquentes intra alienum territorium alterius Curiæ per quindecim milliaria, & illos ibidem capere, ne delicta remaneant impunita.

65 Sed quæritur, an aufugiens ad domum alicuius particularis, possit perquiri, & capi inuito domino domus.

Respondetur affirmatiuè; quàmuis prima facie videretur respondendum negatiuè. arg. l. quoddam. Cod. de metr. lib. 11. & l. 3. ff. de acq. rer. dom. cum ingrediens domum alterius per vim, actione iniuriarum teneri videatur. l. iniuriarum. §. fin. ff de iniur. Et ratio est, quia ob publicam vtilitatem, ne delicta impunita remaneant, licet reum capere in domo alterius ipso inuito, dummodo propter hoc dominus domus damnum, non patiatur. vt in l. vend. in fin. ff. communia. præter. l. flaminum. §. fin. ff. de damn. infect. & l. 1. denique ff. de aqu. pluu. arc.

Quòd si Reus in propria domo existeret, & ibi per familiam inquireretur, sed ipse ne caperetur, ostium domus benè clauderet, tunc possent Birruarij, & familia Curiæ ostium domus frangere, ad effectum ipsum capiendi. ita Gloss. in l. plerique. ff. de in ius vocan. sequitur Puteo de syndicat. in verb. captura. vers. captus illicitè. Benè tamen aduertere debet quilibet Iudex, vt in captura Reorum familiæ Curiæ ipsos verberibus, aut iniurijs non afficiant, aut aliquo indebito modo vexent, aut eum de decore malè tractent; aliàs puniri possent, sicut & talia perpetrantes. l. omnes. §. præterea nullus C. de episc. cler. nisi inquisiti, & legitimè carcerati resistentiam facerent, quia tunc familij possunt aliquantulum excedere, ne ab eorum manibus aufugiant. Et secundum leges Ciuiles possunt licitè offendere etiam occidere. Angel. de malefic. in ver. familia, & ver. resistentia, Grammat decis. 41. Clar. in §. fin. quæst. 29. & dictum est sup.

Vnde expedit, antequam Iudex mandatum de capiendo relaxet, aduertere, vt iustè, & in casibus permissis capturam decernat; aliàs inquisiti carcerati, vel carcerandi possent licitè se defendere, etiam cum percussione seruientium Curiæ; nec pœnas contra Curiæ resistentes nsticas incurrerent; quia dicerentur iustè se defendere, non resistere, vt etiam dictum est sup. n. 11.

66 Quando autem capturam iustè decernat Iudex, præuia informatione, vel vrgentibus, indiciis extantibus, & Reus propter suam potentiam facilè capi non potest cum sola familia suæ Curiæ, tunc potest licitè mandare aliis subditis suæ iurisdictionis, vt suam familiam armatam adiuuent ad capturam delinquentis; & illi obedire tenentur, aliàs puniri possent. ad tradit. in l. 1. & 2. C. de his latron. et l. 1. C. de Nil. aggerib. non rumpend. notat Andr. de Isern. in const. Regni, incip. pœnam eorum, et in const. Humanitatem. Et sic ille, qui carcerandus erat, aufugeret, non succurrentes familiæ Curiæ, vt illum caperet, puniri possent arbitrio Iudicis. arg. l. liber homo 2. ff. ad leg. Aquil. Mansuet. in pract. crim. tit. de pæn. fusè Rebuff. tom. 1 const. in tract. delict. oblig. art. 6. in Glos. 2. num. 15. fol. mihi 135. & in tract. de litt. requis. eod. tom. to glos. 3. nu. 9.

Qui verò auxilium darent officialibus Curiæ ad capiendum, loco eorundem haberentur, & ideo resistentes eis, vel illos offendentes, puniendi essent æquè ac si familiam Curiæ offenderent, et latè tradit Par. de Put. *in d. tract. de syndicat. vers. familiaris, seu familia potestatis in princ.* vid Luc. de Penn. *in l. 1. C. ut nemo ad malitia. offic. l. 12.* Et si aliquis officialis alterius, iurisdictionis requisitus fuerit ab alio Iudice, vt ipsi familiam suam concedat pro captura delinquentis, tenetur illam concedere; aliàs teneretur rationem reddere de damnis, quæ fortè orirentur Put. *ubi sup. verb. familia vers. an ex eo fecerunt, quod familiares in 3. col.*

67 Et est aduertendum, quod Rei in criminalibus carcerari possunt in quolibet die, et tempore, etiam feriato, secundum Bald. *in l. fin. C. de exhib. reis*, & Alex. *in l. 1. §. nunciatio ff. de non. oper.* Sed non quolibet loco, vt dictum est supra in alieno territorio. Neque in locis Sacris, & in aliis quæ immunitate Ecclesiarum gaudent, *ut in §. neque autem*, vbi Gloss. *Auth. de mandat. Princ. & in l. 2. C. de his qui ad eccles. confug.* vbi Bart. Cyn et Alii; nisi pro atrocioribus delictis, et reseruatis in Bulla Gregor. XIV. et tunc seruata forma eiusdem Bullæ, alias excommunicatio reseruata non euaderetur, *ut latè dicemus infrà tom. 2. p. 5. prax. 12.*

68 Sed quæritur, an appellatio à carceratione, vel à licentia de capiendo, impediat exequutionem carcerationis?

Respondetur negatiuè, cum Bartol. *in l. ab exequutione Cod. quor. appellat. non recip. & l. 1. de custod. reor.* Angel. *de maleficiis in glos. præsentis Casu. vers. quæro an appellat.* Rebuff. *tom. 1. const. tit. de sent. execut. num. 6. &* Millcus *in Pract. et in Glos. præsentes* Clar. *in d. tract. tem. q. 46. vers. sed quid si reus*, Guid. Pap. *decis. 135.* & Alii apud illos.

69 *Quoad sextum*, an scilicet carcerati offerentes fideiussoria in cautionem liberari debeant, notandum est, quod aliter proceditur in hoc de Iure Canonico, et cum Clericis; et aliter de Iure Ciuili cum Laicis. In primo casu, quando Clerici offerrent idoneos fideiussores de stando iuri, et se præsentando ad omne mandatum Curiæ, et delictum non esset tale, pro quo veniret imponenda pœna corporis afflictiua, sed tantum pecuniaria; tunc relaxandi essent sub tali fideiussione, vt tradit Felin. *in cap. legebatur num. 1. in princ. de maior. & obed.* et ibi etiam Abb. Archid. *in cap. in memoriam col. 2. 9. dist.* Secus est, si veniret imponende pœna, quæ de Iure Can. esset similis pœnę capitali, secundum Ius Ciuile, quia tunc non essent liberandi sub fideiussorib. *iuxta text. in cap. cum homo 23. q. 5.* et Gloss. *in c. arguta 2. qu. 6* Felin. *in d. c. legabatur, & in cap. ex parte in 13. de rescript.* De Iure verò Ciuili, vel delicta sunt talia, pro quibus inferri non potest tortura, vt sunt omnia infra pęnam relegationis, de quibus de Iure Regni habetur. *in c. Regni incip. tormenta*, et in istis habilitandi sunt sub fideiussoria cautione, Affl. *const. incip humanitate notab. 5. vers. item quæro col. 8.*

Vel delicta sunt vltra relegationem, et tunc sunt etiam relaxandi sed cum causæ cognitione, et de rarò; quamuis malè faciant Iudices non habilitando, vt supra, quia est facere contra expressum textum. *in l. si verò §. 1. ff. qui satisdar. cog.* in quo habetur, quod Iudex non admittens reum ad huiusmodi cautionem, teneretur actione iniuriarum; et notat Iason. *in l. 5. col. 1. ff. si quis in ius vocat. non ier.* et de ista fideiussoria cautione loquitur text. *d. lib. 1. & tot. tit. si quis in ius voc. non ier. et l. 1. ff. de custod. reor.* vbi Barr. et constitutio Regni *præcit. humanitate, et Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 293. et 305. et 317.* in quibus traditur forma talis fideiussionis, præsertim quod fideiussores renunciare debent beneficio, *legis iubemus C. de fideiussor.* vbi datur fideiussoribus tempus sex mensium ad præsentandum reum principalem, sed per dictos ritus tenentur præsentare statim toties, quoties requisiti fuerint, de quo vide Follerium plenè differentem *in Fragmentis n. 248. cum plur. seqq. tit. de fideiuss. in fin. Pract. for. facul.*

Quæ autem diximus de delictis vltra relegationem, vt debeant similiter relaxari sub prædicta fideiussione, intelligenda sunt post compilatum processum, non ante, dum processus informatiuus adhuc formatur, quia tunc neque de Iure communi esset relaxandus carceratus offerens fideiussores. *ut habetur in leg. Diuus Pius ff. de custod. reor. et l. 1. cod. tit.* Bald. et Salicet. *in l. 2. C. de exhib. reis*, Alex. *in d. l. seruum. ff. si ex non. caus. agat.* Sed de Iure Regni *per const. præd. incip. humanitatem*, dari debet indistinctè talis cautio, exceptis decem casibus ibi expressis, quos etiam refert, & alios cumulat Foller *in pract. Pra. et for. facul. prima par. secunda partis vers. examinati liberentur sub fideiussorib. a n. 5. cum seqq.*

70 Sed quæritur quid agendum sit, si Clericus sit carceratus ciuiliter pro debito, cum fideiussoria cautione de tuto carcere, conditione apposita, vt fideiussores teneantur soluere debitum, si ipse fugam arripuerit, numquid si aufugerit, & iterum captus carceratus sit, teneantur adhuc fideiussores soluere debitum?

Respondetur affirmatiuè, vt singulariter tradit Salicet. *in l. in bonæ fidei C. de reb. credit.* Et ratio est, quia iam pœnam in fideiussione appositam incurrerunt; Et accidentaliter se habet, quod debitor iterum carceretur; est benè verum, quod tunc possunt contra ipsum agere, vt illos seruet idemnes; & sic quod resarciat damna.

71 Quæritur secundò, an Clericus carceratus pro debito, vel pro delicto si offeret fideiussorem minus idoneum ad soluendam pœnam, admitti debeat?

Respondetur negatiuè, cum Rebuff. *tom. 1. const. tit. de sent. exec. art. 1. glos. 16. n. 20.*

Sunt autem personæ non idoneæ ad fideiubendum. Primò, minores, furiosi, prodigi, & his similes, quia tales obligari non possunt *l. 1. ff. de verb. obl. § furiosus Inst. de inut. stipul. l. in negotiis ff. de reg. iur.*

Secundò Religiosi, quia non habent de proprio ad soluendum, neque possidere possunt, vnde eorum obligatio esset frustratoria; etiam si de facto aliquid possiderent sufficiens ad soluendum, cum non sibi ipsis acquirant, sed monasterio. *capitul. cum ad monasterium de stat. monachor. Auth. ingressi C. de Sacrosan. Eccles.*

Tertiò Aduocati, Procuratores, vel Notarii Curiæ, neque sunt idonei fideiussores præsertim si sint cauillosi. Bart. *in l. fideiussor. ff. qui satisd. cogant.* Rebuff *loc. cit.*

Quartò, neque nobilis potentes in ense, quia timorem inducerent cum armis, & non soluerent fideiussionem in casu fractionis ipsius. Bart. *in d. l. fideiussor.* Barbat. *in Clem. 1. col. 2. de re iud.*

Quintò Vsurarii, etiam diuites non sunt idonei fideiussores, quia cautio ipsorum non producit obligationem, bona enim ipsorum sunt obnoxia restitutioni. *cap. quamquam vsurarii de vsur. in 6. l. improbum C. de his qui not. infam.* Rebuff. *ubi sup.*

Sextò, neque Clerici soluti, id est non habentes patrimonium, nec beneficium, sed tantum mobilia, in quibus exequutio fieri nequit. Rebuff. *ib. n. 25.*

72 Quæritur tertiò, qua pœna puniri debeant Clerici carcerati, si carcere frangant, & aufugiant.

Respondetur, plures pœnas incurrere. Primò enim peccatum mortale committerent, quia regulariter iustè captus, si aufugiat, peccat; ad tradita per Glos. *in cap. ius gentium verb. seruitutes 1. dist. & in Clem. pastoralis ver. per violentam. de re iud.* & ibi Barbat. & ratio est, quia obligatio ad pœnam delicti est de Iure naturali, secundum Bart. *in l. ex hoc iure col. fi. ff. de iust. & iur.* Gloss. *in l. furtum. ff. de his, qui not. infam.* facit tex. *in l. fin.* vbi Angel. *C. de collat. fund. patrim. l. 12. & l. eius, qui delaturum ff. de iur. fisc.* Sed quia conscientia regulatur, secundum Ius naturale, nam non ligat, nisi eos, quos natura ipsa obligat, secundum Gloss. *in c. fraternitatis 12. quæst. 2.* Bald *in l. 1. in fin. C. de vectigal. & commiss.* Abb. *in 1. cap. 1. in fin. de rest. integ.* Ergo etiam in foro conscientiæ obligari videtur.

Secundò Clericus frangens carceres, & aufugiens puniri potest pœna depositionis, secundum Abb. *in c. à nobis de apost. in fin.* vbi etiam ait, quod data incorrigibilitate Curiæ Sæculari tradi potest; & sic videtur concludere, quod pœna sit arbitraria; vt etiam notat Lopez. ad Diaz *in pr. cr. Canon. ad c. 127. vers. non tamen omittam.*

Tertio de Iure Ciuili fugiens fracto carcere, habetur pro confesso de delictis, pro quibus detinebatur carceratus, & sic si iterum capiatur, puniri potest, etiam pœna capitali, si talis pœna irroganda esset pro illis delictis sibi imputatis. Glos. *in l. cot*, vbi Alberic. *ff. de custod. reor.* Ferrett. *consil. 336. num. 36. & seqq.* Quod quidem procedit, etiam si fuisset iniustè carceratus, quia licet iniustè, & indebitè capiatur, possit licitè carceres frangere, & aufugere, secundum Bart. *in l. ius ciui C. de prob.* Bus. *de carcerat. fideiuss. relaxan. num. 48. & tit. de offic.*

ess. ... *carcer. nu.* 7. Clar. *in pract. cr.* §. *fin. quaest.* 21. *vers. tertiò autem modo circ. med. ibi* : *sed quando fuit indebitè*, & Farinac. *de carcer.* ... *quaest.* 30. *num.* 120. est tamen puniendus ob spretum iudicis, quia non attenditur causa fugae, sed violatio loci publici, prout est carcer, qui dicitur locus sacer & similiter attenditur contemptus superioris, ita Farinac. *d. q.* 30. *n.* 81. 130. & 131. Caball. *resolut. cr. cas.* 8. *num.* 35. & *cas.* 3... *n.* 2. 61. vbi *numer.* 4. & 5 ait hoc procedere, etiam si carceratus post fugam accesserit ad superiorem, *per l. nonnemo* ..., vbi Gloss. *in vers. foris. ff. de ...* puniendus tamen esset mitiori pœna arbitrio iudicis, vt idem Caball. inquit *d. cas.* 42. *num.* 5.

73 Hostiensis verò *in c. vt dilectus de appell.* & Boer. *dec.* 215. *n.* 28. asserunt quod fugiens a carceribus, & ad superiorem vadens, non dicitur fugere, sed habetur loco appellationis ad tradita *in c. d. lectis* 2. *de appell.*

Imò non cadit in pœnam, sub qua fortè ssis fuit sibi factum præceptum de non discedendo de loco carceris. Boss. *in d. tit. de carcer. fideiuss. relaxan. num.* 46. vbi ampliat habere locum, etiam si confugiat ad amicum superioris pro impetrando fauore, & auxilio apud illum, & ibi allegat multa iura adhoc facientia. & multos Doctores hanc sententiam sequentes. Idem dicit Vinc. de Anna *in repetit. c. si vassallus de vassall. decrep. aetat. n.* 58. *in vsib. feud.*

74 Quaeritur quarò, qua pœna puniendus erit, qui tentaoerit frangere carceres non sequuta fuga?

Respondetur, talem puniendum esse arbitrio Iudicis, vt tradit Boer. *d. dec.* 215. *num.* 18. & 19. Farinac. *de carcer. d. qu.* 30. *nu.* 8. 9. & 25. Clar. *d. quaest.* 21. *etc. vers. tertio autem in fin.* & Genuens. *in Prax. Arch. Neapol. capitul.* 50 Idem dicendum erit, si carceratus aufugiat sine violentia, sed quia inuenit ostium carceris apertum ex incuria Custodis. Angel. *in l.* 1. *ff. de effract. & expil.*

75 Imò puniendus esset ipse custos carceris, ob negligentiam commissam in re tantae importantiae. In Regno punitur pœna carcerationis per annum, & publicationis omnium bonorum per *const. inc. custodes*, *de quorum custodia*, & si interfuit malitia, pœna capitali; sed hodie de consuetudine punitur eadem pœna, qua debebant puniri carcerati, qui aufugerunt, *iuxta tex. in l. commentariensem C. de custod. reor.* Prout poniri deberet, si aliquis carceratos moreretur in carceribus sua culpa, vel negligentia; & similiter Iudex deponendus est ab officio, & alijs pœnis arbitrarijs plectendus esset, si ob sui negligentiam mortuus esset. Boer. *dec.* 153. *nu.* 20. Et si talis Iudex esset Ecclesiasticus, efficeretur Irregularis. Abb. *in d. cap. à nobis num.* 1. *de apost. & in cap. ad audientiam de cr. fals.*

76 Tandem quaeritur, an puniri possit qui tenebat Palatium, siuè domum propriam, loco carceris, sub fideiussione de non discedendo ab ea, si ea non obstante discesserit?

Respondetur, quod si post discessum reuersus fuerit incontinenti, vel eadem die, imò sequenti die, non poterit aliqua pœna puniri, neque ad exactionem pœnae procedi contra fideiussores, quia non censetur aufugisse, qui statim redijt. Carrer. *in pract. cr.* §. 3. *num.* 2c. Roman. *cons.* 193. Ofasch *dec.* 50. *nu.* 1. Farinac. *de carcer. & carcer. d. quaest.* 30. *numer.* 77. Riccius *in prax. resol. par.* 1. *resol.* 320. Et ratio a priori, est, quia cum citò reuersus fuit, non censetur recessisse animo fugiendi, sed reuertendi, vt notat Alex. *in add. ad Bart. in l.* 1. §. *qui expilatores*. *ff. de effractor.* Boer. *d. decis.* 215. *num.* 17. & 18. & Farinac. *d. q.* 30. *num.* 130.

77 Est etiam notandum, quod carcerati tenentur soluere custodi carcerum quandam pecuniarum summam, cum liberantur, iuxta locorum, & Curiarum consuetudinem, tam saecularium, quam ecclesiasticarum. Et in Curiis laicalib. Regni statutum est per Regias constitutiones, & pragmaticas, vt si carceratus non pernoctauerit in carcerib. nihil soluere teneatur; si verò pernoctauerit, granos decem tantum, *vt habetur in Const. Regni: incip. Castellanis, & seruientes*, & si aliquid plus carcererius receperit, duplum Curiae soluere debet, & totum id, quod iniustè extorsit domino restituere compellitur, *vt in const. seq. incip. si quis castellanorum*, super quo vid. Afflict. *in dictis const.* cum per alias constitutiones, & capitula Regni facta fuerit variatio.

In Curiis verò Ecclesiasticis, scilicet Episcoporum, & huiusmodi seruanda est consuetudo locorum, si sit rationabilis, & Iuri canonico conformis, aliàs extirpanda, tamquam corruptela. E Sacra Congregatio Episcoporum. *die* 19. *Nouembris* 1602. declarauit, carceratos ad nullas teneri expensas, si non pernoctauerint; & similiter si pernoctaotes reperiantur innocentes. Et Paulus V. *in constit.* 71. quae incipit; *Vniuersi*: statuit in communi, vt carcerati, non descripti in libro Custodis carcerum, (quem quilibet tenere debet, in quo nomina, & cognomina, ac patriam carceratorum, & diem, in quo dict, qua de causa, & per quem carcerati fuerunt, fideliter adnotare tenentur) ad nullas protsùs, ne quidem victus, neque carceris expensas teneantur. Plura alia di materiam carcerationis facientia, vide apud Scacciam *de iudic. in caus. ciuil. et cr. cap.* 42. *tit. de cit. real.* Farinac. *vbi sup. praesertim. quaest.* 27. *cum seqq.* et Scanarol. *in tr. integr. de visitat. carcerat per tot.*

PRAXIS PROCESSVS.

78 Prosequendo nunc modum practicum formandi processum, iuxta nostrum solitum, et continuando sequentia cum supra notatis in fine praecedentis sectionis à *num.* 59. *cum seqq.* est notandum, quod cum deuenitor ad capturam delinquentis, captis informationibus, vel si periculum sit in mora, habitis tantum indiciis, committi debet per Iudicem Ipsius carceratio familijs Curiae, et non aliis, vt dictum est supra, mediante mandato de capiendo, quod solet esse, vt sequitur, vel huic simile, videlicet.

Forma mandati de capiendo carceratum.

N. de N. Vicar. General. N. &c.

Per Barigellum, vel per quemlibet seruientem Curiae nostrae Episc. N. capiatur de persona N. de N. huius nostra N. Dioces. pro causa, et causis contra ipsum formatis; nec non pro aliqu. ...um nostrum d...d monentibus, etc. Et captus omni, qua decet, modestia, tutò, et cautè ad nos, et carceres nostros adducatur, et hoc sine scandalo, vel sanguinis effusione Dantes, etc. Mandantes, etc. Hortantes, etc. Datum N. *die . . . mens . . . ann. . . .*

N. Vicar. Gener. etc.

N. Actuar. etc.

79 In quibusdam verò aliis Curiis seruari solet alia verborum forma, praesertim quando Iudex carcerari mandans vastam habet iorisdictionem, non solum in spiritualib. verùm & in temporalibus; quae potest esse communis cum Iudicibus fori saecularis, additis, vel ademptis, aut mutatis mutandis, & est infrascripta, videl.

Alia forma mandati de capiendo.

N. de N. Vicar., etc.
Vel
N. de N. Gubernator, etc.

Vniuersis, et singulis Vicarijs foraneis, seruientibus, Barisellis, Executor., Subexecutor., Gubernator., quibuscumque; caeterisque iustitiae ministris iurisdict. nostra mediatè, vel immediatè subiectis, auctoritate nostra ordinaria. qua in his fungimur, tenore praesentium praecipimus, et mandamus sub quinquentorum ducatorum auri de camera, à quolibet ipsorum auferens, pro vsibus applicandis. pœna; aliisque arb. nostro imponendis, & infligendis pœnis; & in iuris subsidium excommunic., &c. Non subiectis verò in Domino hortamur, & rogamus, vt N. de N. vbique locorum reperietur capiatur, detineatur, et carceratus; capiqua, detinere, et carcerari faciatis sub bona, et fida custodia per nonnullis indicijs contra eum in Actis nostra Curia existentibus, ad effectum, illum, prout iustit. suadebit, puniendi. Nobis quamtocius nos fieantes quidquid in praemissis feceritis In quorum fidem, etc. Datum, etc. hac die, etc.

N. Vicar. Gener. etc.

vel Gubernator, etc.

N. Actuar.

80 Solet aliquando per quosdam Vicarios fieri mandatum Reo inquisito, vt se in carceribus Episcopalibus præsentet, absque mandato de capiendo cum violentia, vt supra, & tunc infrascripto, vel simili modo formari potest, videl.

Forma mandati de se præsentando in carceribus.

Ponitur Titulus, vt supra &c.

Tenore præsentium mandatur Rever. D. N. de N. siuè *Clerico N. de N. Ciuitatis,* siuè *Terræ N. nostræ Diœcesis N. quatenus sub pœna ducatorum auri quingentorum, arbitrio Illustrissimi D. Episcopi applicandor. & pro illis mandati exequtiuis, &c. & in iuris subsidium ex communicationis hac vnica pro trina monitione præmissa, etc. infra terminum dierum trium, quorum vnus pro primo, vnus pro secundo, et vnus pro tertio, et vltimo peremptorio termino, hac vnica, etc. assignatur, se præsentare habeat, & debeat in carceribus Episcopalibus huius nostræ N. Curiæ,)* siue in talibus N. &c. *ex causis animum nostrum urgentibus. Aliàs, etc. Intimetur, et resecetur in forma, etc. Quoniam, etc. Datum N. &c. die, &c.*

N. Vicarius Generalis, etc.

N. Actuarius, etc.

Postea per nuncium, seù cursorem intimatur more solito, & fit per eundem relatio, de qua supra. Vel citatur mediante Inquisitione, de qua *in superiore ſect. 2.*

81 Et si reus citatus ad se præsentandum in carceribus, comparuit, instabit infrascripto, vel simili modo, cui fit præsentatio per Actuarium, vt sequitur, videl.

Forma Comparitionis Rei, cum præsentata, &c.

Die... mens.... ann.,... In loco N. et penes Acta Curiæ N. etc. præsentata fuit per N. de N. comparentem, et petentem, etc. et in fidem, etc.

Vel alio modo secundum stylum aliarum Curiarum.

Die, &c. Pro N. de N. contra Curiam, & Fiscum, &c.

Comparuit in Episcupali Curia N. Talis N. de N. suo &c. citat, &c. in quocumque termino sibi magis de iure competenti ad se præsentandum occasione, de qua asseritur in Actis, ad quæ impugnatiuè, &c. & dixit se esse innocentem & innocentissimum, & ob id paratam dictam suam innocentiam demonstrare, & de ea docere, dato sibi competenti terminò, etc. et constituendo se spontè in his carceribus, negat omnia in asserta inquisitione narrata, vera fuisse, ac esse, &c. et protestatur contra quoscumque querelatores, instigatores, seù quouis modo Fisco adhærentes de omnibus damnis, expẽsis, et interesse, prout etiam de calumnia, ac de omnibus aliis legitimè protestandis etc. et prædicta, etc. omni meliori, etc.

82 Sequitur decretum quod custodiatur in carceribus, huc, vel simili modo.

Forma decreti custodiendi carceratum.

Qui, etc. sedens, &c. prædicta, etc. et visis, etc. mandauit supradictum N. in carceribus secretis detrudi, et ibi diligenter custodiri, donec, etc. offerens se paratum pro iustit. etc. omni, etc.

Vel alio modo secundum alium stylum quarumdam Curiarum Regni, videl.

Et per Reuerendiss. Dominum Generalem Vicar. N. (vel per Episcopalem Curiam N.) fuit prouisum, et decretum, præfatum N. de N. fore, et esse in secretis carceribus mancipandum, donec aliter, etc. prout mancipari, et custodiri mandatur, etc. et ita per hoc suum, etc.

83 Facta postea per Notarium, seu Actuarium Curiæ consignatione eiusdem carcerati custodi carcerum, fit relatio carcerati hoc, vel simili modo videl.

Forma relationis Custodis carcerum.

Die ... mens. ... ann. ... In loco N. &c. N. de N. de publicus Custos carcerum Episcopalis Curiæ N. retulit mihi infrascripto. &c. se hodie vigore mandati detrusisse in carcere secreto huius Ciuitatis dictum N. de N. & alias, &c. prout, &c. omni, &c.

N. de N. Notar. &c.

84 Quod si occurrat, vt carcerati è carceribus aufugiant, solet informatio super fractura carceris capi ad relationem Custodis carceris, qui sequenti, vel simili modo illam facere debet, videl.

Forma relationis fugæ carceratorum.

Die ... mens. ... ann. ... In N. &c.

Coram Reuerendiss. Dom. Gener. Vic. N. &c. comparauit N. de N. publicus Carcerarius huius Episcopalis Curiæ N. qui ex debito sui officij retulit, prout vt infra, vid.

Faccio sapere à V. S. Reuerendiss. come adesso à punto, mentre son andato à fare la solita visita nella priggione della nostra Corte N. doue stauano carcerato N. de N. N. N. & Altri. hò trouato, e visto alli'ocular, che hò fatto dentro detta prigione, esser stata fatta vna rottura nella muraglia sotto la ferrata della finestra di essa, e slargati li ferri, & hauendo guardato ben bene per tutta la priggione e chiamato, più volte detto N. de N. e l'altri ad alta voce, nessuno m'hà risposto, essendo esso N. e gl'altri fuggito, e passato per detta rottura, hauendo lasciato dentro la priggione alcune robbe, cioè li letti, doue dormiuano con le medesime couerte, due ferraioli di panno, vno di color aerochi'era di N. de N. e l'altro de color rosso, ch'era di N. de N. e le tali, e tali altre robbe. (describendu omnia) *Per tanto ne faccio relatione à V. S. R. acciò possa con Monsig. Vostrono fare quanto giudicarà esser necessario per giustitia, &c. omni, &c.*

85 Habita relatione prædicta fit decretum, quod capiatur Informatio fracturæ carcerum, infrascripto, vel simili modo, videlicet.

Forma Decreti pro Informatione capienda.

Quibus habitis, &c. Perillustris, & Reuerendissimus D. &c. mandauit per me Notarium, seù Acta eiusam infrascriptam. &c. visitare dictum carcerem, & fracturam præfatam diligenter annotari, prout aliamq; informat ac alias diligentias in præmissis necessarias fieri, &c. & ita, &c. omni, &c.

86 Sequitur recognitio carceris, hoc vel simili modo, videlicet.

Forma Recognitionis Carceris fracti.

Incontinenti, &c. Ego N. de N. publicus Apostolica auctoritate Notar. & Episc. Curiæ N. Actuar. in executione supradicti decreti vna cum infrascriptis testibus accessi, & personaliter me contuli ad carcerem publicum N. vbi detinebatur N. de N. & Alij, et ibi [illegible], et [illegible] vidi, et perspexi in pariete, seù muro illius sub ferrata fenestra quamdam fracturam per ablationem saxorum factam, et ferratam prædictam in duobus locis ex parte dicta fracturam amotam, et dilatam, per quam manifestè apparet potuisse, et posse quemlibet facilè per transitum ac ex dicto carcere exire, et aufugere, prout facto [illegible] per eosdem infrascriptos testes clarè videtur, etc. Quam quidem fracturam [illegible], et lapidus ibidem existentibus fuisse de recenti factam arma [illegible]. Vocatisque postea pluries per me supradictos N. de N. alta, et intelligibile voce, cum nemo respondisset, comprehendi, et [illegible] illum ibi non adesse, sed fugam ex dicto carcere arripuisse per dictam fracturam. Necnon vide pariter in dicto carcere cubilia, pallia, & vestes tales, & tales N. de N. & N. &c. quæ omnia, etc. hic fideliter, et diligenter annotaui, etc. fidem faciendo, etc. Præsentibus ad prædicta omnia N. N. et N. de N. testibus adhibitis, etc.

N. de N. Notar. etc.

87 Et

87 Et statim examinantur testes, qui interfuerunt infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma examinis testium super fractura carcerum.

Post quæ, & incontinenti, &c. fuerunt per me, &c. de mandato, &c. examinati testes prædicti in dicto carcere, &c. prout infra, &c.

N. de N. supradictus ætatis suæ annorum tot, etc. cui delato iuramento veritatis dicendæ, prout iurauit, tactis, etc. ad opportunam interrogationem Respondit, vt infra, videl.

Signore è verità, ch'io mi son trouato presente assieme con N. et N. de N. chiamato da N. publico seruiente di questa Vescoual corte, mentre V.S. ha visitato questa prigione, doue staua carcerato N. de N. et altri, e la rottura della marauiglia di esso, et io hò visto, e vedo benissimo questa frattura del muro sotto la ferrata della finestra, essendo stati leuati più sassi, e smossi in due luoghi di detta rottura li ferri di detta ferrata, e alargati; la quale rottura si conosce benissimo d'esser stata fatta di fresco per le pietre, e poluere, & calcinaccio bianco, che qui si vedono spiccate dal detto muro. Hò anche visto, e vedo quì in terra le robbe N.N. et N. che conosco esser del sudetto N. de N. Et hò sentito quando V.S. hà più volte chiamato detto N. con voce alta, e non l'è stato resposto da nessuno, douendo egli per securo esser fuggito per questa rottura. Et hauendo io fatto esperienza come n'hanno fatto ancora N. et N. se si possa passare da vn'huomo per detta rottura, hò trouato che benissimo, e commodamente ogni persona, benche grossa di corpo, vi può passare, e fuggire per essa. E questa è la verità, etc.

Subdens ad aliam interrogationem etc. Io sono informato benissimo per auer visto auanti, e doppo che N. de N. entrasse in questa prigione, che era intiera, soda, e senza difetto, ne rottura alcuna in alcuna parte, e questa frattura di muro, che al presente, si vede, non vi è mai più stata, essendoui stato io dentro più volte per parlare detto N. et anche per darli da mangiare. Così anco sò, che la ferrata sudetta era senza mancamento ò difetto alcuno, et intiera, nè smossa in alcuna parte, perche l'hò vista con l'occasione predetta.

Et interrogatus, an sciat propè dictos carceres habitare aliquam personam, quæ verisimiliter audire potuerit rumorem dictæ fracturæ?

Respondit Dirimpetto detta carcere sò che non vi stà ad habitare persona alcuna, non essendoui case à torno, nè vicine tanto, che alcuno hauesse potuto sentire il rumore, tanto più che detta rottura è stata fatta di notte, mentre hier sera non v'era.

Ad aliam interrogationem subdit. Io non sò, se possa hauer'hauuto aiuto, ò consigli da alcuno di fora à rompere, e fuggire da detta carcere, hò sentito si ben dire, che N. de N. s'haueua vantato di voler fare in maniera, che N. carcerato fosse andato a fare li fatti suoi, e me lo disse N. de N. che l'haueua sentito dire al detto N. de N. di sua bocca. E questo è quanto esso testimonio sà per verità, etc.

Tunc, etc. examen dimisit, etc. et mandauit, etc. vt se subscriberet, etc. prout, etc.

Io N. de N. hò deposto quanto di sopra, etc.

Sequitur examen aliorum testium supradicto, vel simili modo. Quo facto per Curiæ Promotorem Fiscalem fit instantia pro condemnatione ad pœnam in fideiussione contentam, de qua inferius n. 95. si illa interuenerit; prout infrascripto, vel simili modo, videl.

88 Forma Instantiæ Fisci pro condemnatione carcerati ad pœnam fideiussionis.

Die... Mens.... Ann.... in loco N.

Pro

Curia, & Fisco N.

Contra

N. de N. loci N. & N. de N. eius fideiussorem, & in solidum obligatum.

Comparuit personaliter D. N. Promotor Fiscalis Episcopalis Curiæ N. & habita notitia, quod prædictus N. de N. carceratus fregit publicos carceres, & aufugit ab eis, in quibus sub fideiussione N. de N. scutorum quingentorum detinebatur, instetit ad vlteriora contra ipsum N. in causa procedi, illumque et dictum N. eius fideiussorem seruatis seruandis condemnari ad soluendam Cameræ Episcop. N. dicta scuta 500. in instrumento dictæ fideiussionis contenta, & mandatum quodcumque decerni, & relaxari, etc. alias, &c. & prædicta, etc. omni, &c.

89 *Forma decreti super petitione prædicta.*

Qui Perillustris, et Reuerendissimus Dominus, etc. sedens, etc. prædicta, etc. et Visis, etc. mandauit supradictos N. de N. principalem, et N. de N. fideiussorem citari, et moneri eum termino trium dierum præcisè, et peremptoriè, etc. ad allegandum causam, quare condemnari non debeant in pœnam dictorum scutorum 500. contentam in instrumento dictæ fideiussionis, offerens se suis loco, et tempore pro iustitia paratum, etc. et ita, etc. omni, etc.

90 *Forma Citationis ad dicendum, quare mulctari non debeant.*

De mandato Perillustris. et Reuerendissimi Domini Vicarij Generalis N. Instante R.D. N. Curiæ Promotore, etc. Citentur personaliter, si haberi poterint, alias dom. solitæ habitationis N. de N. principalis, et N. de N. eius fideiussor, et in solidum obligatus cum eo, qualiter tertia die iuridica, post harum exequutionem legitimè coram Dominatione sua Reuerendissima in Ciuitate N. compareant, et comparere habeant, et debeant, et quilibet ipsorum compareat, et comparere habeat, et debeat ad allegandum causam, quare condemnari non debeat in pœna scutorum 500 contenta in instrumento fideiussionis præstitæ per dictum N. de N. de habendo carcerem publicum huius Curiæ N. pro tuto, et securo carcere, etc. stante quod dictum N. dictum Carcerem fregit, et ab illo aufugit, etc. aliàs, etc. omni, etc.

91 Forma relationis exequutoris.

Die.... Mens.... Ann....

N. de N. publicus Cursor, siù Nuncius Curiæ Episcopalis N. retulit mihi infrascripto Notario, &c. se hodie prædicto die, &c. Instante Promotore Fiscali, & de mandato, &c. præsentasse supradictas citationes ad domos supradictorum N. de N. & N. de N. stante, quod factis diligentijs de persona habere non potuerit, cum dimissione copiarum citationis in domo cuiuslibet ipsorum in manibus domesticorum, etc. & alia fecisse, prout habuit, &c. super quibus, &c. omni, etc.

N. Notarius, &c.

92 Forma inquisitionis contra principalem carceratum non comparentem.

In Dei Nomine Amen. Hæc est quædam inquisitio, siuè titulus inquisitionis, quæ fit, & fieri intenditur per Reuerendissimum Dominum Generalem Vicarium N. Instante R.D.N. Promotore Fiscali Episcopalis Curiæ prædictæ. Necnon ad querelam N. de N.

Contra, & aduersus.

N. de N. Terra N. huius Diœc. in, de, & super eo, &c. quod, &c. non quidem, etc. sed potius, etc. non semel, etc. sed sæpè, etc. etiam per modum Notatij, etc. Qualiter ipse inquisitus cum sponte se constituerit in carceribus huius Episcopalis Curiæ N. occasione homicidij per ipsum patrati in personam quondam N. de N. vt in inquisitione aliàs contra ipsum inquisitum præfatum formata, prout in Actis, etc. ad quam, etc. et postquam in eisdem in carceribus per multos dies permanserit cum fideiussione scutor. quingentorum de tute carcere in forma, etc. et post assignatas defensiones, et datas copias processus offensiui, et defensiui, (si Hæc facta fuerint, alias non apponatur hæc verba) *sensiens sibi ipsi nulus suit consilio forsan, ope, et fauore N. suis loco, et tempore nominandi, et cognominandi, etc. sub die tali, etc. præsentis mensis. N. noctis tempore dictum carcerem, in quo subdicta fideiussione detinebatur, frangere, ex illo aufugere, et in tutum se recipere.* Et si postea fecerit, alia delicta, dicatur; *Item qualiter ipse inquisitus vna cum N. armati*

archibugijs, &c. & ponatur tota series aliorum delictorum, & in quo die fuerunt commissa, &c. deinde concluditur; *Rebusque alijs, &c. Et prout, &c. committendo prædicta omnia scienter, temerè dolosè, appensatè, &c. maloque animo, &c. contra leges Diuinas, & Humanas, &c. pœnas propterea, etc. super quibus, etc. omni, etc. Die, etc. Mensis, etc. Anni, etc. inchoata, et formata fuit, etc.*

N. Notarius, etc.

93 Fuit intimatio, & publicatio more solito, postea relatio Nuncii, vt supra, sequitur alia inquisitio contra fideiussorem, mutatis mutandis, iuxta peritiam Notarii, cum relatione exequutionis eiusdem Cursoris. Et prosequitur Fiscus instare, vt condemnentur ad pœnam, tali, vel simili modo videlicet.

Forma alterius Instantiæ Fisci pro condemnationem ad pœnam.

Die .... Mens .... Ann ....

Pro

Curia, et Fisco, etc.

Contra

N. de N. et N. de N. eius fideiussorem, et in solidum cum eo obligatum etc.

Comparuit Reu. D. N. Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis N. in termino citationis legitimè instanter, & exequutione contra supradictos aduersarios cadentis pro hac prima die, & hora iuris, vt retulit N. de N. publicus Nuncius Curiæ, quorum contumacias, &c. & facta reproductione instrumenti fideiussionis præstitæ per supradictum N. de N. de habendo carcerem publicum huius Ciuitatis pro tuto & securo carcere, &c. petens recipi, &c. & reproducta capiura, & fuga arrepta à dicto carcere per eumdem N. de N. vt in actis, &c. ad quæ, &c. petit, & instat eosdem N. de N. condemnari in pœnam contentam in dicto instrumento, &c. & mandatum quodcumque necessarium, & opportunum decerni, & relaxari, &c. alias, &c. protestatur, et omni, &c.

Absentibus supradictis N. de N. & N. de N. citatis tamen, ac relatis, vt sup. &c.

94 Sequitur decretum condemnationis ad pœnam fideiussionis, infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma decreti condemnationis ad pœnam fideiussionis.

Qui Perillustris. & Reuerendissimus Dominus, Generalis Vicarius, &c. sedens, &c. prædicta, &c. visis, &c. viso instrumento fideiussionis prædictæ per præfatos præstitæ, visa fuga arrepta per dictum N. de N. ex carcerare, vbi sub dicta fideiussione detinebatur; Visis citationibus factis, &c. ac alijs, &c. dixit sententiauit, pronunciauit, &c. supradictos N. de N. principalem & N. de N. eius fideiussorem, cum eo insolidum obligatum, fore, ac esse condemnandos, prout ipsos, eorum quemlibet condemnat in pœnam scutorum quingentum contentam in dicta fideiussione soluendam Reuer. Cameræ Episcopali N. & pro illis mãdatum quodcumque necessarium, & opportunum concessit, & relaxauit, &c. & ita, &c. omni, &c.

N. Vicarius Gener. &c.

N. Notarius, &c.

Vel alio modo, videl.

Et per Reuerẽdiss. D. Vicarium Generalem N. Visis contumaciis accusatis per D. Curiæ Promotorem fiscalem contra dictos N. de N. principalem, & N. de N. eius fideiussorem, visa fuga per dictum N. facta ex carcere, cum eiusdem fractura, in quo sub fideiussione dicti N. de tuto illo habendo mancipatus erat, Visis citationibus, relationibus, ac omnibus aliis, &c. fuit prouisum et decretum fore, et esse condemnandos ad pœnam scutorum quingẽtum in dicta fideiussione contẽtam, prout illi, et eorum quilibet ad dictam summam soluendam Reu. Cameræ Episcopali N. condemnantur, et pro condemnatis haberi declaratur, sententiatur, et pronunciatur. Et ita per hoc suum, etc. Prouisum die, etc.

Post quæ expeditur mandatum exequutiuum pro dicta summa, ad quam fuerunt condemnati, cuius formam, & ordinem procedendi per exequutorem, & Notarium habes supr. *in Pract. Causi. p. 2. sect. 5. subsect. 1. de sentent. nu. 110. cum seqq. & d. sect. 5. subsect. 2. à nu. 14. cum seqq.* Et deinde in aliquibus curiis, & præsertim secularibus procedi solet ad Fisci instantiam, ad declarationem, quod contumaciam incurrerunt, & proinde quod vt contumaces ad pœnam delicti condemnentur, de cuius forma, & praxi dicemus inferius in sequentibus, quando de condemnatione sermo erit.

95 Quando vero carceratus petierit habilitari cum fideiussoria cautione, proceditur infrascripto, vel simili modo, videlicet.

Forma instantiæ pro Carcerato habilitando.

In Episcopali Curia N. & coram Perillust. & Reuerendiss. D. Vicario Gener. eiusdem comparuit N. de N. Procurator, & defensor, ac nomine N. de N. in carceribus secreti [*si fuerint*] huius Episcopatus multis ad hinc diebus detenti, nullis præcedentibus indiciis, saltem legitimis, prout asseritur, falsis, &c. causis, de quibus in processu, cui impugnatiuè, &c. & quia carcer est mala mansio, &c. petiit dicto nomine causam, seu causas huiusmodi expediri, &c. Instando dictum eius principalem poni ad largam, ac sibi tradi copiam quorumcumque indiciorum, si quæ sunt contra ipsum, & assignari terminum ad suas faciendum defensiones, &c. Protestans iterum in dicta causa, seu causis contra eundem suum principalem intentatis, &c. non deueniri ad aliquod rigorosum examen, &c. nisi prius data, & effectualiter tradita copia dictorum indiciorum ad ea ciuiliter eligenda. Et quatenus ex benignitate dominatio Vestra Reuerendiss. dignaretur ipsorum carceratum cum fideiussione habilitare, &c. obtulit se paratum dicto nomine illam præstare, &c. & in omni meliori modo, &c.

95 Præsenti a prædicta instantia fit decretum per D. Vicarium Generalem infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma decreti habilitationis Carcerati cum fideiussione.

Per Reuerendiss. D. Generalem Vicarium N. fuit prouisum, & decretum, quod prædictus N. inquisitus, vt in Actis, &c. habilitetur, prout habilitatur per Ciuitatem. (*Vel per Palatium Episcopale N.*) præstita tamen per ipsum N. de N. idonea cautione prædictam Ciuitatem, (*vel Palatium*) pro tuto & securo carcere tenendi, et ab ea (*vel ab eo*) non discendendi de die, nec de nocte, etiam animo redeundi, et ianuis apertis sub pœna ducat. auri tercentum piis vsibus applican. ad quam pœnam indicat, et eam incurrat, etiam visus fuerit extra dictam Ciuitatem, [*vel Palatium*] et ita per hoc suum, etc.

Die, etc. N. Vicarius Generalis, etc.

N. Actuarius, etc.

Et eodem modo fit, si assignetur domus eiusdem Inquisiti pro carcere, designando illam pro confinibus, nimirum.

Et per Curiam Episcopalem N. eiusque Reuerendissimum Dominum Generalem Vicarium fuit assignata, prout assignatur pro carcere N. inquisito domus eiusdem N. inquisiti sita intus Ciuitatem prædictam loco dicto N. iuxta domum N. et N. et alios fines, etc. præstita tamen etc. *vt supra.*

Prouisum die, etc.

Vel alio modo sub diuersa forma, vt in quibusdam curijs fit, videl.

Qui Perillustris, et Reuerendiss. Dom. Vicar. Gener. N. etc. sedens, etc. prædicta, etc. vt successiuè volens dicto carcerato rem gratam facere, mandauit ipsum à carceribus prædictis habilitari, etc. dummodo idoneam cautionem præstet de habendo carcerem publicum sibi assignãdum pro tuto carcere, et ex eo non discendendo, etiam quod fenestre, et porta essent apertę etc. sub pęna scutorum tercentum Camer. Episcopali applicandorum etc. omni, etc.

97 *Sequitur fideiussio videl.*

Forma fideiussionis.

Incontinenti, &c. dictus N. de N in dictis carceribus secretis detentus habita notitia suprad.cti, decreti, volens eidem parere ac cupiens habilitari, &c præsens, &c. sponte, etc. omni, &c. pro misit habere carcerem publicum sibi assignandum pro tuto, & securo carcere, & exiplo non discedere, etiam quod fenestræ & porta essent apertæ &c. sub pœna scutorum tercentum Cameræ Episcopali applicandorum, &c. pro quibus obligauit se, hæredes, & bona omnia in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, &c. Renunciauit, &c. Iurauit, &c. et induxit in eius fideiussorem N. de N qui præsens, &c. sciens, &c. sed volens, &c. vti principalis, principaliter, & insolidum, &c. & tamquam factum proprium gerens, &c. renuncians quibuscumque beneficijs, & legum auxiliis ad fauorem fideiussorem introductis, &c. omnique meliori modo, &c. promisit, & se obligauit, omni iuris, & facti exceptione remota, &c. quod dictus N. de N. habebit dictum carcerem publicum pro carcere tuto, &c. & ex ipso non discedet, etiam quod fenestræ & porta essent apertæ, &c. sub dicta pœna scutorum quingentum, vt supra appositaru, &c. & applican. &c. alias de suo, etc. & pro fideiussor accessit in forma, &c. pro quibus obligauit se, hæredes, & bona omnia in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, &c. Renunciauit, etc. Iurauit, &c.

Quem N. de N. fideiussorem indemnem, et penitus, sine damno dictus N. de N. conseruare promisit à dicta fideiussione, & obligatione, &c. pro quibus, &c. obligauit se, hæredes, & bona in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, vt supra, &c. Renunciauit, &c. Iurauit, &c. Acta fuerint prædicta omnia, &c. præsentibus, &c. N. N. etc. N. etc.

N. Notarius, & Cancellar. rogatus, etc.

Vel alio modo, iuxta stylum quarumdam curiarum Regni, videl,

Die tali, etc. mensis, etc. anni, etc. in Ciuitate N et penes Acta Episcopalis Curiæ personaliter constitutus N. de N. sponte, etc. se obligauit ad summam ducatorum quingentum pijs vsibus applican. etc. de tenendo Ciuitatem N. (*vel Palatium Episcopale, siuè eius propriam domum*) pro tuto, et securo carcere, & ab ea (*vel ab eo*) non discedendi, nec de die, nec de nocte, etiam animo redeundi, & ianuis apertis, seruata forma decreti per eamdem Curiam sub die, &c. lati, ad quem pœnam teneri voluit, etiam si extra Ciuitatem (*vel Palatium prædictum*) visus fuerit, & pro maiori securitate, &c. dedit in suos fideiussores, et principales ex promissores N. de N. & N. de N. qui ibidem præsentes, et sponte etc. propr. js, priuatis, et principalib. nominibus per viam ex promissionis, vna cum dicto N. de N. in solidum, etc. se obligauerunt ad dictam pœnam, etc. per quib. omnibus obseruandis, etc. obligauerunt se, et bona sua omnia, etc. præsentia, & futuræ, etc. cum constituto, et præcario, et pacto de capicodo in forma, etc et prædicti N. de N. et N. de N. fideiussores, et principales ex promissores renunciauerunt beneficio Authenticæ præsente C. de fideiussoribus, Epistolæ Diu. Adriani, ac omnium aliarum legum, et iurium auxiliis, &c. Iurauerunt, quia sic, etc. & ad fidem, etc.

Io N. de N. m'obligo come di sopra, etc.

Io N. de N. pieggio, seù faccio securtà, e m'obligo, vt sup. etc.

Io N. Io N. et Io N. de N. son testimonio, ec.

Actum die, mense, et anno, quibus supra, etc.

N. Actuarius, etc.

SECTIO IX.

De Examine Delinquentis.

SVMMARIVM.

1 *Finis primarius examinis Rei, qualis?*
Nulla maior probatio, quam proprij oris confessio.
2 *Republica interest delicta puniri.*
3 *Examen Rei delinquentis est de Iure Diuino.*
Interrogandus est Reus magna cum diligentia.
4 *Reus legitimè interrogatus tenetur respondere.*
5 *Testis eamdem habet obligationem.*
Interrogatus iuridicè peccat, si veritatem negat.
6 *Ratio, quare teneatur Reus sub peccato respondere, qualis?*
7 *Praxis procedendi in Criminalibus est eadem Curia ecclesiastica, & seculari.*
8 *Iudex quando dicatur legitimè interroget.*
9 *Indicia, seù infamia delicti requiruntur in inquisitione.*
10 *In priuatis delictis requiruntur plura; & illa sunt?*
11 *Iuris forma in examine Rei, qua?*
12 *Reus non tenetur veritatem propalare, nisi ei constet, quod Iudex iuridicè illum interroget.*
13 *Iuramentum est quædam tortura spiritualis.*
Reus iuridicè interrogatus tenetur veritatem dicere, etiam sine iuramento.
14 *Non tenetur veritatem fateri non manifestatis indicijs, etiam si iuramento interrogetur.*
15 *Iudex extorquens secretum à Reo, præter ius, peccat.*
16 *Subditus non tenetur obedire superiori iniustè præcipienti.*
Iudex est lex viua, & animata.
Lex iniusta non obligat.
17 *Iudex iniustè delictum à Reo extorquens, non potest de eo amplius cognoscere.*
Iniustè extorquens, quando dicatur?
18 *Iudex iniustè procedens tenetur Reo de omnibus damnis passis.*
19 *Limitatur, quando sine culpa ipsius Iudicis damnum fieret.*
20 *Limitatur secundò; quando pro publico bono requireretur Rei punitio.*
21 *Sciens aliquod secretum sub iuramento, si iuridicè interrogetur, adhuc celare tenetur.*
22 *Fallet, si delictum secretum non vergeret in damnum alterius, vel Republica.*
23 *Reus, aut testis dubitans, an Iudex iustè interroget, non tenetur veritatem fatere.*
24 *Iudex dubitans de sua iusta iurisdictione debet se abstinere.*
25 *Fallit, quando delictum priuatè vergeret in damnum Republica.*
26 *Certa regula interrogandi Reos tradi non potest.*
27 *Examen Rei, quare dicatur constitutum.*
Constitutum qualiter fieri debeat.
28 *Iudex examinans Reos, quid facere teneatur.*
Primo Instructus in sanja esse debet.
2. *Timorata conscientia.*
3. *Indifferens erga omnes.*
4. *Sine passione aliqua.*
5. *Personarum acceptor non sit.*
6 *Reum stantem examinet.*
7 *Maiestatem seruare debet.*
8. *Terribilis aliquando esse tenetur.*
9. *Intrepidus, non timidus esse.*
10. *Impunitatem numquam promittat.*
11 *Diligens esse debet.*
29 *Coloris mutatio in Reo examinato indicium præstat.*
30 *Examen, si non perficiatur, quomodo faciendum.*
31 *Suggestiua interrogatoria omninò vitanda, & n. 39.*
32 *Rei persona consideratur in examine, & quomodo?*
33 *Interrogationes fieri solitæ circa quatuor principaliter versantur.*
34 *Interrogationes fiunt super singulis indicijs, & quomodo.*
35 *Rei diuersimodè interrogandi secundum diuersitatem personarum.*
36 *Crimina inuestiganda, dum Reus interrogatur.*
37 *Crimina ipsa præbent ansam Iudici, quomodo procedere debeat cum Reis.*
38 *Interrogatoria aliquando fiunt ex coniecturis quarum loca topica plura sunt.*
39 *Indicia in specie, quando interrogationibus permiscenda.*
40 *Respondere recusans Reus, quibus modis cogatur.*
41 *Respondere recusans, quis dicatur.*
42 *Responsio præcisa arbitrio Iudicis remittitur.*
43 *Depositio aliàs facta, quando Reo leggenda.*
44 *Terminus ad deliberandum in criminalibus non datur.*

45 Re-

45 *Requisita necessaria ad validitatem interrogationum, quæ?*
46 *Iuramentum quomodo per Reum examinandum præstari debeat.*
47 *Falsum dicens Reus in ipso examine, quomodo puniendus, & quando.*
Mendacium, facit indicium ad torturam.
Arbitrium iudicis multum se extendit.
48 *Reus examinandus, cuius nomen ignoratur, erit describendus per signa.*
49 *Responsio Rei negatiua, vel affirmatiua, quomodo illi præiudicium afferat.*
50 *Interrogandi modi breuiter fugiendi.*
51 *Reus fateri incipiens, non est interrumpendus.*
52 *Subscriptio Rei, quid operetur in examine.*
53 *Epilogus indiciorum in fine examinis fieri debet.*
54 *Responsiones Rei esse debent, vel negatiuæ, vel affirmatiuæ.*
55 *Litis contestatio in criminalibus, quomodo fiat.*
56 *Termini, qui dantur in Iudicio Inquisitionis.*
Capitula in criminalibus stant loco articulorum in ciuilibus.
Legitimatio processus criminalis quinque modis fit.
57 *Praxis seruanda in iudicio Inquisitionis, & accusationis, qualis.*
58 *Constituti, seu examinis primi forma, qualis?*
59 *Constituti finis forma, qualis?*
60 *Constitutum Rei inconfessi, qualiter formetur.*
61 *Constituti secundi principium, quale?*
62 *Protestatio Fisci Promotoris in actu examinis, qualis.*
63 *Epilogi indiciorum forma, quæ?*
64 *Lectio examinis testium in faciem Rei, qualiter fiat.*
65 *Decretum legendi examina in faciem Rei, qualiter fiat: cum continuatione, examinis.*
66 *Confrontatio testium cum Reo habet vim repetitionis.*
67 *Confrontatio vrget Reum ad veritatem fatendam.*
68 *Confrontatio in aliquibus personis fieri non debet.*
Confrontatio facienda sigillatim, non per plures eodem tempore.
69 *Confrontationis testium cum Reo forma, qualis.*
70 *Confrontatio pro recognitione Rei de facie tantum noti, quomodo facienda.*
71 *Confrontationis prædictæ forma, qualis.*
72 *Confrontatio in quibusdam casibus est necessariò facienda, quamuis alias non sit necessaria.*
73 *Confrontatio sociorum criminis fit alio modo quam illa Testium ob eorum infamiam*
74 *Socij criminis testimonium sufficit ad inquirendum tantùm de delicto.*
75 *Debet tamen iurare, aliàs non sufficeret.*
76 *Socij criminis confrontatio non facienda, nisi post ratificationem dicti in tormentis.*
77 *Socij criminis confrontatio in tortura, qualiter formanda.*
78 *Confrontationis prædictæ finis, qualiter fiat.*
79 *Exhibitio, seù Recognitio Armorum, & rerum in faciem Rei, quid operetur.*
Recognitio prædicta fit cum iuramento.
80 *Recognitionis, seù exhibitionis prædicta forma.*
81 *Coactionis Rei ad scribendum forma.*
82 *Coactionis prædicta per tortura forma.*
83 *Coactio Rei respondere nolentis, qualiter facienda.*
84 *Coactionis prædicta per... ultum forma.*
85 *Tortura Rei nolentis respondere, qualiter formanda.*
86 *Decretum torturæ prædictæ, eiusque forma.*
87 *Monita quædam in examinandis Reis proficua.*
88 *Relatio status causæ ad superiorem qualiter facienda.*

CVm fundamentum Iudicij criminalis in examine Reorum consistat, ceù Basis ædificij iudicialis; nam ex responsionibus ipsorum oritur, vel absolutio, vel condemnatio super delictis, de quibus per Iudices inquiritur; Ideo summa maturitate procedendum erit ad examen Reorum delinquentium. Quapropter, vt omnes, tam Ecclesiastici, quam laici Iudices vtilitatem aliquam ex meis laboribus recipere valeant, plura secundum morem erunt à nobis examinanda, antequam ad Praxim interrogandi Reos deueniamus; & primò, Quare Iudex examinet Reum, interrogationibus diuersis mediantibus. Secundò, An Reus interrogatus à Iudice, teneatur respondere. Tertiò, Quomodo gerere se debeat Iudex in examinandis Reis. Quartò, quibus modis possit Reus arctari ad respondendum, si noluerit respondere Iudici interroganti, & Quinto, Quæ sint necessaria in interrogationibus faciendis.

1 *Quoad primum*, notandum est quod finis, quare Iudex examinet Reum interrogationibus mediantibus, est ad effectum habendi veritatem de delicto, super quibus inquiritur, ex eiusdemmet Rei ore, cum nulla maior probatio, quam propri oris confessio; *c. per tuas de probat. c. si cautio de fid. instr. l. cum te C. de probat.* & Bald. *in cons.* 105. *l.* 2. ait, confessionem Rei esse omnium probationum principalissimam, & Rimin. Iun. *cons.* 303. *num.* 3. *l.* 3. vocat illam Reginam probationum, idem dicit Mascard. *de probat. conclus.* 1326. *n.* ... & Rot. Rom. *dec.* 436. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* apud Farinac.

2 Vnde, cum Reipublicæ intersit delicta puniri. *c. est iniusta 23 qu. 4. c. vt fama. §. 1. de sent. excomm. l. ita vulneratus. §. quod si quis. vers. cum neque impunita ff. ad leg. Aquil. & l. licitatio §. quod illicitè. ff. de publ.* ne ex impunitate delictorum tribuatur aliis occasio delinquendi. *d. c. est iniusta 23. quæst. 4. c. vt clericorum. §. 1. de vit. & honest. cler.* & ibi Gloss. *verb. pœna, & l. vnic. C. de emend. dat. prop* quia supplicium vnius multorum exemplum esse potest. *l. 1. C. ad leg. Iul. repetund.* Quare Horatius in epistolis inquit;

Oderunt peccare Mali formidine pœnæ.
Oderunt peccare Boni virtutis amore.

& habetur *in c. irrefragabili. § cæterum* vbi Gloss. *in ver. metu pœnæ. de offic. ord.*

3 Quapropter bonus, et timoratæ conscientiæ Iudex multum elaborare debet in examinandis Rei, exactissima diligentia illos interrogando, super his, de quibus imputantur, vt ex propria confessione si possibile fuerit, veritas delicti, de qua agitur, habeatur; de quo Chartar. *in Pract. interrogand. reo l. 1. cap. 3. num. 6. cum seqq.* Clar. *in pract. cr. §. fin. quæst* 45. *vers. debet autem Iudex* Pegn. *in Director. Inquisitor.* Eymer. *de inter. rei*, Scacc. *in tract. de Iud. in caus. crim. & cr. cap.* 86. & 88. *vbi latè*. Et hoc ad exemplum omnipotentis Dei, qui cum Adam peccasset, illicò examinauit, interrogando illum dicens, *Adam vbi es*. Genes. *cap.* 3. & cum Adam respondisset; *Vocem tuum audiui in Paradiso, & timui, eo, quod nudus essem, & abscondi me.* Cui Dominus replicauit interrogando: *Quis enim indicauit tibi, quod nudus esses, &c.* Idem fecit, cum Cain interfecisset Abel fratrem suum, nam statim interrogauit eum, dicens; *Vbi est Abel frater tuus?* Genes. 4. qui cum respondisset; *nescio, numquid custos fratris mei sum ego*; Dominus replicauit: *Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, &c.*

Idem probatur exemplo Domini Iesu Christi Saluatoris nostri, qui cum esset ante conspectum Iudicis Pilati, interrogatus fuit ab eodem Pilato; *Tu es Rex Iudæorum?* Matth. *c.* 27. *n.* 11. Marc. 15. ... Luc. 23. 3 et Ioann. 18. 33. et Christus respondit; *Tu dicis*. Ex quibus colligitur, originem interrogandi, et examinandi esse de Iure Diuino.

4 *Quoad secundum*, an scilicet Reus interrogatus à Iudice, teneatur respondere, notandum est, quod cum Iudex est competens ad tradita in *cap.* 1. *qu.* 1. *& per tot. & ins. experientia. de for. compet. & tot. tit. C. de iurisd. omn. Iud* & legitimè procedit in causa, si Reum interroget, tenetur sub peccato mortali veritatem fateri, etiam cum periculo vitæ. Ita S. Th. 2. 2. *qu.* 69. *art.* 1. vbi Caietan. Bannes, Aragon. et Salon. Sotus *libr.* 5. *de iust. qu.* 6. *art.* 1. *& art.* 2 *concl.* 5. *in fin. & in tract. de tegendo secret. memb.* 2. *quæst.* 7 *concl.* 1. Nauar. in Manual. *cap.* 18 *n.* 57. *& cap.* 25. *num* 36. *& latè in tantum verba corollar.* 65. *num.* 725. 1. 1. *qu.* 3. Tollet. *l.* 5. *Instr. sacerd. cap.* 57. Tabien. *verb. accus. vers. vndecimò*, Sayr. *in claui. Reg. l.* 12. *cap.* 16. *num.* 1. Valentia. *tom.* 3. *disp.* 5 *qu.* 13. *pun.* 1. et Alii.

5 Quod procedit etiam in teste legitimè interrogato, vt rectè desumitur ex Diu. Thom. Caiet. et Aliis in 2. 2. *qu.* 70 *art.* 1. Sot. *de iust. d. l.* 1. *qu.* 7. *art.* 1. *&* 4. quia eadem ratio militat in teste, quæ et in Reo.

Probatur autem conclusio prædicta pluribus modis. Primo authoritate sacræ Scripturæ, nam *Eccl.* 4. habetur; *Pro anima tua, ne confundaris dicere verum*: vbi DD. exponunt illud

pro

pro anima tua, ista vt vites peccatum mortale *Et Iosue 7.* dicitur: *Fili mi da gloriam Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas.* ex quo constat, quod iuridicè, & legitimè interrogatus respondendo veritatem, facit actum meritorium, dando gloriam Deo: & consequenter è contra qui negat, peccat faciendo contra gloriam Dei.

Probatur secundò, ex Iure Canonico, *in cap. cum dilectis & c. si constiterit de accusat. cap 2. de confess. cap. dudum 2. & cap per inquisitionem de elect.* & colligitur similiter *ex cap. quisquis 11. qu. 3. cap. 1. & pen. 11. qu. vlt. c. si duo 35. qu. 6. & c. 1. & vlt. 15. qu vlt. & c. sciant. 2. qu. 8.*

Probatur tertiò, ex Iure Ciuili *per l. qui petitorio ff. de rei vendicat. & l. vlt. C. de fid. instr.* per quas tenetur quis respondere, an dolo desierit possidere, vel instrumentum habere.

5 Probatur quartò, præter Theologos supra citatos ex auctoritate Doctorum, tum Canonistarum, tum Iuristarum idem asserentium, inter quos est Glos. *in cap. ex pœnit. mib. 50. dist. ver non procedit.* Abb. *in d. capit. 2. incip. cum super de confess. circ. fin. dubij principalis.* Goffred. *in summ. de temper. ordinat. in fin. vers. in secundo casu.* Præposit. *in cap. de accusatione. 2 qu. 8 col. 37.* Anchatan. *in cap. 1. de confess. in 6.* Et Alij. Ex Iuristis idem tenet Bart. *in consil. 193. & in l. 2 §. quod obseruati. Vers. quaro vtrum in criminalibus. C. de curam. vatum. libr. 2. tit. de possessionib. §. 7. nu. 40. circ. fin.* & ib. Iuan. Andr. *ver. sciant. litt. A.* & Alij.

6 Ratio autem, quare teneatur respondere Iudici legitimè interroganti, & veritatem fateri, est, quia obedientia est pars iustitiæ legalis, vt probatur ex illo D. Paul. *ad Rom. c. 13. omnis Anima potestatibus sublimiorib. subdita sit. Et qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Vnde si Iudex iuridicè interrogaret, & Reus veritatem negaret, mortaliter peccaret, quia faceret contra præceptum superioris in re graui; nam Iudex ex potestate sibi tradita, ex legibus, auctoritatem habet puniendi delicta, & consequenter authoritatem etiam habet vtendi medijs necessarijs ad exercitium iurisdictionis, & ad punitionem delictorum: sed punire non posset delicta, nisi vel cognoscantur per confessionem Rei, vel probentur testium testimonio; ergo tenentur ambo veritatem fateri, si legitimè interrogentur. Cum aliàs nemo condemnari posset, nisi confessus, aut conuictus, aut in delictis notorijs vertitur. *cap. nos in quemquam, & cap. iudex 2. qu. 1. & l. obseruan. C. quor. appellat. non recip.*

7 Vnde non erit in hoc audiendus Diaz *in pract. crim. can. in verb. iuramento præmisso interrogare*, vbi ait non posse Iudicem interrogare inquisitum, antequam ipsi tradatur copia inquisitionis. Sequerentur enim ex hoc multa absurda prout declarabitur inferiùs. Hoc est, quod cum in Criminalibus hodie de consuetudine regulariter procedatur eodem modo in Curijs Ecclesiasticis, sicut in Curijs laicalibus in causis prophanis ad publicum, & commune bonum Reipublicæ, ne delicta remaneant impunita, non fit dicta traditio copiæ, antequam interrogetur Reus; sed statim ac carceratus fuerit, vel spontè se præsentauerit, examinatur vti principalis, & consequenter respondere tenetur; aliàs si ius aliquod haberet veritatem negandi, non posset Iudex legitime interrogans, illum tormentis subijcere, ad veritatem eruendam ex eius confessione, vt habetur *in cap. Illi qui 5. qu. 5. cap. 1. 23. quæst. 5. cap. si vos 14. qu. 6. cap. fraternitas 12. qu 2. cap 1. de deposito cap. 1. de solution. cap. cum in contemplatione de reg. iur. & tot. tit. ff. & C. de quæstionib.*

8 Sed quæritur, quando Iudex dicatur legitime, & iuridicè interrogare, ad effectum, vt Reus crimen suum, aut testis veritatem confiteri teneatur?

Respondetur breuiter, omissis Doctorum prolixitatibus in distinctionibus faciendis super speciebus delictorum, & aliorum, & dico, quod cum in criminalibus requiratur, & seruari debeat Iuris ordo, *vt habetur in cap. dilectus de simon.* qui consistit *Primò*, vt Iudex si idoneus, *cap. 1. & per tot. 11. quæst. 1. cap. experientia de for. compet. Secundò*, vt Accusator sit legitimus, *c. Clericos 2. q. 7. & cap. 1. de accusation. Tertiò*, vt accusatio sit etiam legitima *cap si quis Episcopus 2. q. 7. Quartò*, vt fiat in scriptis *cap. in primis 2. qu. 1.* & sic de singulis, de quibus dix. *sup. sect. 3.* vbi de accusatione, vtique seruanda sunt prædicta cum proceditur per accusationem.

9 Quòd si procedatur per inquisitionem, requiruntur indicia, aut infamia delicti in specie contra examinandum, aliàs non iuridicè interrogaretur, & consequenter non teneretur Reus seipsum prodere, quando delictum esset occultum, quia contra ius Naturæ est, vt qui occulte delictum commisit, se prodat, S. Thom. *2. 2. q. 69. art. 2.* & dictum est *sup. sect. 2. num. 12. cum seqq.* Quod tamen fallit in notorijs delictis, quæ habentur loco accusatoris, vt patet ex iuribus *ibid. allegat* & hæc locum habent, cum proceditur per inquisitionem specialem, vt traditur per DD. *in cap. inquisit. & cap. qualiter, & quando 2. de accus.* Diu. Tho. & Caie an. *loco prox. allg.* & in delictis publicis, vt hæresis, læsæ maiestatis, simoniæ, & huiusmodi, de quibus in superioribus sermo fuit.

10 In priuatis verò delictis requiruntur Plura, & Primò, vt Iudex sit competens, vt dictum est supra, Secundò, vt tempore, quo interrogat, sit verus, & legitimus Iudex eius, quem interrogat. Tertiò, vt interrogatus sit ei subditus, quæ omnia ad idem tendunt, quia vt quis iuste iudicet aliquem, habere debet iurisdictionem super illum, vt docet Sanct. Thom. *2. 2 q. 67. art 1.* & ibi Caietan. & Alij commentatur. Sotus *de iustitia lib. 5. q 4. art. 1.* & DD. communiter *in rub. de iudicijs, & in tit. C. de iurisdict. omn. iudic.* Vnde, si Clericus interrogaretur à Iudice Laico, non teneretur respondere, quia non habet iurisdictionem supra illum, vt aliàs dixi.

Requiritur insuper, vt interrogatus à competenti Iudice respondere teneatur, quod forma, & ordo Iuris obseruetur. Vnde si procedatur per denunciationem, requiritur, quod prius præcesserit monitio, seù correctio fraterna, ex qua Reus a Prælato admonitus fiat quodammodo rebellis, & sit alius testis saltem, præter denunciantem, aliàs Prælatus non posset Reum interrogare, vt Iudex, prout latius dictum est supra *in sect. 1. de denunciat. per tot.* Vnde quando crimen probari non potest: Prælatus neque eum iuridice interrogare valet. Secus si crimen probari potest, quia tunc & Prælatus interrogare potest, & reus respondere veritatem tenetur.

11 Requiritur præterea, vltra Iudicis competentiam, & Iuris formam, vt procedatur secundum allegata, & probata in processu, vnde Iuris forma probari debet in processu, & indicari Reo, duplici quidem ratione. *Primò*, vt Reus, cum sibi indicia manifestantur, quæ contra eum sunt, sciat, se esse in statu, vt teneatur respondere veritatem Iudici interroganti: quia antequam sciat, se legitime, & iuridice interrogari, non tenetur veritatem ei propalare neque in foro exteriori, neque interiori in rebus magnis; scilicet honoris, famæ, vitæ, bonorum, si putat delictum esse occultum, & ei non constet, quod legitime interrogetur, secus in rebus paruis, & leuioribus, si sciat Iudicem esse Virum probum, & Doctum, nam tunc tenetur ei credere, & veritatem dicere. *Secundò*, vt possit se purgare, & dicere contra indicia quidquid de Iure potuerit. Vnde conclusio est, vt si procedatur per viam inquisitionis, debeat illi constare de infamia; si via accusationis de semiplena probatione, idest vt sit testis omni exceptione maior, quia si potest contra vnum testem semiplene probantem aliquid iuridice opponi, non facit amplius semiplenam probationem; et similiter debent illi proponi indicia, quæ Iudex contra eum habet, nam si sint leuia, vim non habent, *vt dix. sup. quando de indicijs egimus*, & consequenter procedere non posset; grauia verò iuridice probata esse debent testimonio duorum testium omni exceptione maiorum, ita Caietan. & Salon. *in 2. 2. D Th. qu. 69. art. 1.* & probatur *in l. custodiat ff. de public. iudic.* & ibi Glos. & DD. ita intelligendus est Diaz *in prac. crim can d. ver. iuramento præmisso interrogare*, vbi dicit quod Iudex, antequam Reo tradat copiam Inquisitionis, Interrogare illum non potest, intellexit enim eo modo fortasse, quod dictum est.

12 Quare ex dictis colligitur indubitatum corrollarium, vt Reus non teneatur respondere veritatem Iudici interroganti de crimine speciali, donec ei constet, quod Iudex iuridice, & legitime interrogat, hoc est quod habet sufficientia indicia ad procedendum, & interrogandum, vel semiplenam, sufficientem probationem, vt expresse docent S. Thom. *2. 2 quæst. 69 art. 2.* & ibid. Caietan. & Salon. *art. 1. controuer. 2. conclus. 2.* Syluest. *in sum verb. accusatio quæst. 13. & verb. confessio delicti qu. 1.* Sotus *de iustit. lib 5. qu. 6. art. 1. & 2. concl 5. in fin.* Nauar. *in cap. inter verba 11. qu. 3. conclus. 6. corollar. 50. nu. 506. & corollar. 65. num. 730. & c. pract. 18. nu. 57. & cap. 25. num. 36. & 56.*

Tolet.

Tolet. l. 5. *instr. Sacerd. cap.* 59. Vbi Addent. Gregor. de Valentia *tom.* 3. *disp.* 5. *qu.* 13. *punct.* 2. & Alii, apud Illos. Et ratio est, quia sicut nemo tenetur obseruare legem, antequam promulgetur: ita nemo tenetur ad se prodendum mandato Iudicis, quod est quædam lex particularis, nisi ei constet, quod iustè præcipiat, sed hoc non potest constare, nisi ostendatur indicia, vel infamia, aut semiplena probatio: ergo, &c.

Hinc fit, quod constitui non debet reus, nisi in processu informatiuo constet saltem semiplenè, quod ipse delictum, de quo inquiritur, commiserit: vel adsint inditia æquipollentia, aliter Iudex mortaliter peccabit: & Reus non tenebitur respondere, quia non interrogatur Iuris ordine seruato. ita D. Thom. & Alii, *d. art.* 1. & 2. Lessius *de Iustit. lib.* 2. *cap.* 31. Bos. *de confess.* Farinac. *qu.* 33. *nu.* 4. Scaccia. *de iudiciis cap.* 88. *num.* 49. & Alii *sup. cit.* Et Ratio potissima est, quia faceret contra Ius Canonicorum, & Ciuile, in quibus cauetur, non posse Reum constitui, nisi præcedentibus indiciis, vel probationibus, *vt in c. cum oporteat, & cap. inquisit. & c. qualit.* 2. *de accusat. & cum monasterium de confess. cap. veniens* 2. *de test.* & ibi Gloss. & DD. *& l. vnum, qui ff. de iur. Fisc.*

13 Quando autem hæc omnia supradicta concurrunt, tenetur Reus veritatem fateri, etiam sine iuramento, vt docet, S. Thom. 2. 2. *quæst.* 69. *art.* 1. *ad tertium*, & ratio est, quia iuramentum est quædam tortura spiritualis, vt tradunt Abbas *in cap. per tuas circ. fin. de probat.* Nauar. *in rubric. de iud. num.* 56. *vers. nonum*; & *in d. cap. inter verba* 11. *qu.* 3. *concl.* 6. *corollar.* 65. *num.* 739. Marian. *consil.* 253. *corollar.* 253. *col.* 2. *part* 2. Sed iudicium inchoari non debet à tortura *l.* 1. *§. maritus ff. de quæstionib. & l. milites C. eod. tit.* Ergo, &c. Probatur ratio ex eo, quod multi confessi sunt, ob reuerentiam iuramenti, quod neque per tormenta confessi fuisset. Propterea non debet Iudex Reum interrogare per iuramenti delationem, nisi prius manifestatis indiciis, vel semiplena probatione ipsi Reo, vt sciat, se teneri ad veritatem fatendam.

14 Alioquin, si Reus interrogetur his non manifestatis medio iuramento de aliquo occulto crimine, de quo non est infamia, nec indicia, nec semiplena probatio, non peccaret, si celaret. Neque obstat, quod faciat contra iuramentum, falsò negando veritatem; quia cum non legitimè interrogetur, peccabit tantum venialiter, nam est mendacium officiosum, & veniale: vt docet Sotus. *de tegend. secret. memb.* 2. *quæst.* 7. *post conclus.* 3. *ante dub.* 1. & Nauarr. *in d. cap. inter verba conclus.* 6. *corollar.* 65. *num.* 748. 11. *qu.* 3. Et ratio est, quia illud iuramentum de dicenda veritatem, intelligi debet de veritate, quæ iuridicè interrogabitur, & consequenter cum ad id fuerit obligatus, quando scilicet fuerit delictum iam esse in processu, saltem semiplenè probatum, vel adesse sufficientia indicia, vel infam à cōtra ipsum plenè verificatam. His autem existentib. in processu, Reoq; notificatis, tenetur veritatem dicere, siue cum iuramento, siue sine ipso interrogatus fuerit, aliàs peccaret mortaliter; etiam si inde sibi mortē prouenturam cognoscat. Et quod magis est, etiam si delictum constet per falsos testes, adhuc tenetur Reus veritatem fateri Iudici legitimè interroganti, aliàs mortaliter peccaret: *vt DD. prec. asserunt.*

15 Ex hactenus dictis infertur ad plura, & Primò, quod Iudex extorquens secretum a subdito, præter Ius, mortaliter peccat, & multò grauius, quam si persona priuata hoc faceret; quia talis extorsio delicti secreti est ex genere suo in damnum famæ proximi, quę cum sit maximum bonum, facit contra charitatem. Est & alia ratio, quia Iudex esse debet Custos Iustitiæ, ad quem subditi tamquam ad Iustitiam animatam concurrunt, ergo si ipse contra Iustitiam aliquid faciat, grauius peccabit, quam Alii priuati. Sotus, *de tegendo secret. membr.* 3. *qu.* 1. *concl.* 2.

16 Secundò infertur, quod si subditus cognouerit iniustitiam Iudicis in præcipiendo, vt secretum delictum, contra Ius reuelet, non tenetur subditus ipse Iudici sic non legitimè præcipienti obedire. Ratio, est quia cum Iudex sit lex viua, & animata; vt inquit Aristot. *libr.* 5. *Ethic. cap.* 4. & nulla lex obliget, nisi quatenus a lege Diuina, tamquam à regula infallibili deriuetur, & mensuram ab ea, tamquam a primo mobili aliorum recipiat. S. Thom. *in* 1. 2. *qu.* 93. *art.* 3. quando Iudex, aut superior aliquid contra Ius præcipit; cum non procedat secundum ius Diuinum, præceptum eius non obligauit, & sic subditus illi parere non tenetur. Confirmatur, quia sicut lex iniusta non obligat. *cap. in istis dist.* 4. *cap. cognoscentes de constit.* 1. *adhec de postul. prelat. l. leges C. de legib. & in Auth. tit. vt facta noua constit.* ita nec iniustum præceptum ad tradit. per text. & Gloss. *in cap. plerumque* 2. *quæst.* 7. & *in capit. Sacerdos de pœnit. dist.* 6. Bald. *in cap. nouerint de testamen.* Et hac de causa prohibitum est Prælatis contra Ius inquirere de delictis, & simul datur facultas subditis non respondendi, si cōtra Ius aliquando interrogati fuerint; vt habetur *in capit. qual. & quando* 2. *de accusation.* & rectè docet Diu. Thom. 2. 2. *quæst.* 69. *artic.* 1. & Sotus *de tegend. secret. membr.* 3. *quæst.* 1. *conclus.* 3. & Alii.

17 Tertiò infertur, quod si Iudex iniustè secretum delictum alicuius extorquet, non potest in eo vlterius procedere, aut illum punire: iam si extorserit ab ipsomet Reo, quam à teste. ita Bannes *in* 2. 2. *quæst.* 70. *art.* 1. *par.* 4. *dub. vnic.* Salon. 2. 2. *quæst.* 60. *art.* 2. *controu.* 12. Sot. *de tegend. secr. membr.* 3. *qu.* 1. *concl.* 5. Nauar. *lib.* 2. *de restit. cap.* 3. *part.* 2. *dub.* 10. *num.* 242. & *in Manual. cap.* 18. *num.* 57. Dicitur autem iniustè extorquere, quando minas, vim, aut tormenta illicitè adhibeat vt crimen extorqueat, de quo nulla extant indicia, infamia, aut probatio. Ratio est, quia quando medium est iniquum etiam cognitio inde resultans, iniqua, & inefficax redditur ad alios effectus iuridicos. Salon *vbi sup.* qui dicit, idem esse, si non culpa Iudicis, sed ministrorum iniquitate, vi, aut fraude inductus fuisset reus, aut testis ad delictum fatendum iniustè, quia ministri, quoad Iudicem, sunt tamquam instrumenta ad causam efficientem. Idem dicendum venit, quando Iudex in principio causæ existimauit, se iustè procedere, si tamen postea cognoscat se iniquè agere, debet statim desistere, nec vltra progredi: quia iam cessat bona fides, quam prius habebat, & consequenter cessare debet ab iniusta causæ prosequutione.

18 Quòd si vlterius procederet, & damna aliqua Reo, vel testi sequeretur, tam in fama, quam in bonis, expensis, lucro cessante, aut damno emergente, vtique adhæc omnia resarcienda teneretur, siuè Iudex ipse, siuè ministri, qui causam damnorum exciterunt, *arg. cap. fin. de iniur. & damn. dat.* etiam si Reus confessus fuisset per fictas promissiones veniæ, vel alia de causa. Bannes. *vbi supr. conclus.* 2. Quidquid Aliqui dixerint; quia confessio in iudicio debet esse legitima, & voluntaria; non per vim, & metum, aut fictionibus extorta. Nec consuetudo aliqua suffragari posset, cum sit potius corruptela, nam contra Ius naturæ est, vt quis condemnetur cum iniuria per Iudicem, aut ministros facta, vt *probat. in c. qualiter, & quando* 1. *de accus.*

19 Declaratur tamen conclusio, vt tunc tantùm locum habeat, quando innotescit Iudici quod iniuria Reo, vel Testi facta sit ab ipsomet, vel eius Ministris in Iudicio aut extra, non autem si intelligeret, crimen ab aliqua alia persona priuata fuisse illis iniustè illatum extra iudicium, sine vlla culpa ipsius Iudicis: nam tali casu poterit Iudex instè procedere ad inquisitionem, & punitionem; & Reus interrogatus respondere tenebitur, quia tunc procederet secundum allegata, & probata in processu, et contra delictum, quod iam non est occultum; & per accidens est, quod illud vi malitia, iniquitate, aut fraude alterius delictum sit.

20 Declaratur secundò, quando delictum ordinatum est in damnum communis, & publici Boni; & adhuc imminet in fieri. Vel si talis naturæ sit, vt etiam si non sit imminens, sed præteritum; punitio tamen delinquentis est necessaria publico, & communi bono ad tollendum scandalum Populi, prout in casu proditionis Ciuitatis, hæresis, læsæ maiestatis, & similibus; nam tunc etiam si per iniquitatem Iudicis innotuerit, adhuc ad eius punitionem procedere poterit. Ratio autem huius est, quia bonum commune, et publicum vim habet, vt aliquando possint Iudices ad reipublicæ conseruationem, præter iuris ordinem procedere; quando aliter bono illius commodè prospicere nequeunt. Secus tamen quando delictum commissum iam fuisset, et occultum, et non esset periculum simile committendi in futurum. ita Sotus, Salon, Bannes, & Alii *loc. pracit.*

21 Sed quæritur, an Reus, vel Testis iuridicè interrogatus Iudice, vt veritatem fateatur, teneatur detegere delictum alterius secretum, cuius est infamia. quod tamen ipse prius secretum sub iuramento seruare promisit?

Respondetur affirmatiuè, cum communi DD. sententia; quamuis prima facie negatiuè respondendum videatur ea ratione, quia seruare secretum, est officium fidei, ergo dete-

gere

gere est actus infidelitatis; iuxta illud *Prouerb. cap. 11. num. 3. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana, qui autem fidelis est, celat amici commissum.* Vnde cum virtus virtuti non repugnet, Virtus obedientiæ non coget reuelare secretum, cuius obseruantia est actus virtutis fidelitatis. Accedit, quia iuramentum est actus virtutis Religionis; ergo maior obligatio concurrit ad seruandum secretum, ad quod tenetur quis sub iuramento, quam ad obediendum superiori præcipienti reuelare, cum obedientia non ita stricte obliget, sicut iuramentum.

His tamen minime obstantibus Doctores communiter tenent in tali casu obligationem habere Reum, vel Testem iuridice interrogatum de tegere veritatem. Et Ratio est, quia fides secreti, & iuramentum non obligant contra ius naturæ, per quod bonum commune præfertur priuato. Eo magis, quia quando quis promittit seruare secretum sub iuramento, intelligitur facere secundum ius; & consequenter iuramentum non potest obligare illicitem, quin possit subditos iuridice interrogare pro bono communi. Vnde quando quis sic iuridice interrogatus reuelat secretum, non dicitur Infidelis, neque Periurus. Quod quidem locum habet, quando secretum quod sub iuramento seruare promisit, esset in præiudicium Reipublicæ, aut tertiæ personæ. S. Thom. *2.2. qu. 70. art. 1. ad secundum*, et Sotus *de tegendo secret. membr. 2. qu. 7. conclus. 4.* vbi docent, quod tunc non obstante fide, aut iuramento, etiam iniussus reuelare tenetur. Excepto casu, quando scit per viam confessionis sacramentalis, quia tunc nullo modo, aut prætextu & ob nullam causam, quæcumque illa sit, etiam si vergeret in damnum, & destructionem totius Mundi, non deberet, nec tenetur reuelare. S. Thom. *in 4. dist. 21. quæst. 3. & 2.2. d. quæst. 70. art. 1. ad secundum & ibid.* Caiet. *in fin.* et Salon. *ibid. conclus. 5.* S. Antonin. *part. 3. tit. 1. cap. 19. §. 7. in fin* Scot. *in 4. dist. 21. quæstion. 2. §. de ista quæst. conclus. 1. & 2.* Syluest. *verb. Testis quæstion. 8. vers. secundum*, et Alii communiter.

22 Quando verò delictum secretum non vergeret in damnum alterius, vel in præiudicium Reipublicæ, sed solum in punitionem delinquentis, tunc non tenetur ad reuelandum, secundum S. Tho. *2.2. d. qu. 70. art. 1. ad secundum & ibi.* Bannes *dub. 4. ad sextum*, ac etiam Salon *ibi. concl. 5.* Valentia *to. 3. disp. 5. qu. 14 pun. 1. in fin* & Alij.

23 Quæritur secundò, an reus, vel testis dubitans iuste, vel iniuste Iudex interroget, teneatur veritatem respondere?

Respondetur affirmatiue, secundum Paludan. *in quar. dist. 39. qu. 4. in fin.* Syluest. *verb. inquisit. 1. qu. 3. vers. tertium, & verb. obedientia qu. 2.* siue dubium sit iuris, siue facti, quia in dubio præsumptio stat pro Iustitia Iudicis, & superioris, & sic respondere debet. Cum præceptum superioris sit quædam priuata lex; lex autem seruanda est, quando dubitatur, an iusta, vel iniusta sit; vt constat, ergo.

Alij verò, quorum sententiam libenter amplector, ex rationibus subiungendis, contrarium afferunt: quia scilicet non tenetur reus, aut testis respondere, nisi quando Iudex iuridice, & iuste procedit. Sed quando prudenter dubius est, an iuste interroget, non tenetur veritatem secretam fateri, quia in dubio melior est conditio, & ratio possessoris. *cap. in pari possessore de regul. iur. in 6. l. si debitor ff. de pignor. & l. is, qui destinatur ff. de rei vendic.* ergo dum dubius est reus de iustitia Iudicis in rogando, verè manet in possessione honoris, famæ, & vitæ. Et idem dicendum venit de teste, dum dubitat prudenter de iniustitia Iudicis interrogantis, & fauere potest potius reo, occultando delictum illius, quam Iudici interroganti cum tali dubio. Quæ tamen doctrina sanè intelligenda erit, quando inquiritur de crimine, quod non vergit in damnum alicuius publicum vel priuatum, sed iam præteritum, & commissum est, iuxta ea, quæ supra diximus. Et confirmari potest conclusio ex communi regula, quod in dubiis tutior pars est eligenda. *cap. iuuenis de sponsal. cap. ad audientiam, de homicid. & l. si fuerit §. vlt. ff. de reb. dub.* sed in casu nostro tacere veritatem sine mendacio, parum, aut nihil habet periculi, è contra verò multum periculi, & damni illam explicare, quia exponitur Vita, Fama, vel Bona Rei. Ergo non tenetur in huiusmodi dubio veritatem Iudici aperire neque testis, neque ipsemet Reus. Accedit, quia ex duobus malis, minus est eligendum, nam accidentaliter, & secundum quid perplexus in ea duo, quorum alterum necessario est facturus, & vtrumque arbitratur esse peccatum, iuste potest, & tenetur [illegible] quod sibi videtur minus, vt maius euitet. *cap. duo mala dist. 13. cap. si aliquid 2.2. q. 4.* D. Thom. *1.2. q. 19. art. 6. ad tertium*, vbi Medin. & Alij.

Sed minus malum est non obedire superiori cum tali dubio an iuste interroget, quam vt quis iniuste occidatur, & contra Ius. Aut aliquod aliud malum graue patiatur: ergo, &c. Vnde rectè monet Sotus *in d. tract. de tegend. secret. membr. 3. qu. 2. concl. 2.* quod in huiusmodi dubijs semper considerari debet, quod nam ex duobus malis, minus sit, vt in illud inclinari possit.

24 Ex dictis infertur, quid Iuris, quando Iudex dubitat, an iuste, vel iniuste procedat ad inquirendum, virum possit interrogare Reum, aut testem, vt veritatem fateatur?

Respondetur negatiue, quia cum dubius est, an iuste inquirat, non potest interrogare, nec procedere in causa, vt supra dictum est. Neq; Reus respondere tenetur. ita cum S. Thom. expresse tenet Michael Salon. *2.2. q. 69 art. 1. controu. 3. concl. 2.* & Domin. Bannes *ibid. art. 2 dub. 2.*

25 Fallit tamen conclusio supra firmata, quando crimen, de quo fit inquisitio vergit in damnum alterius publicum, vel priuatum adhuc imminens, & in fieri, nam tunc deponere debet dubium, an iuste, vel iniuste procedat, & inclinare in fauorem Reipublicæ, & eo casu Reus, vel testis respondere tenetur. Hinc fit, quod si inquiratur contra aliquem de crimine hæresis, aut læsæ Maiestatis, & dubius sit Reus, vel testis, ob aliquam rationem, an iuridice interrogetur, parere, & veritatem dicere debet, etiam si rationes in contrarium sint validiores, & probabiliores. ita Sotus *de tegend. secret. membr. 3 qu. 2. concl. 4.* Michael Salon. *2.2. quæst. 69. art. 2. contr. 3.* Domin. Bannes *ibidem part. 1. dub. 2.* Nauarr. *in cap. inter verba 11. qu. 3. concl. 5. corollar. 53. n. 600.* Et ratio huius est, tum quia Iudex ex officio tenetur custodire bonum publicum, tum quia in dubiis, vt supra dictum est, pars illa sequi debet, quæ magis tuta videtur, & quæ minus periculi habet: sed minus periculum, & damnum est, si persona priuata iniuste occidatur, quam si Respublica damnum patiatur; Ergo tam Iudex quam Reus, vel testis in fauorem Reipublicæ, & boni communis potius inclinare debent, quam boni priuati.

26 *Quoad tertium principale*, quomodo scilicet gerere se debeat Iudex in examinandis Reis, notandum erit, quod in hoc dari nequit certa regula, & praxis, sed tantummodo quædam generalis præmonitio, & in communi, qua mediante possit sua prudentia, & Discretus Iudex, attentis qualitatibus personarum, & consuetudinibus locorum, circumstantiis delictorum, & huiusmodi. Et ratio quare certa methodus interrogandi Reos præscribi non potest, est, quia facta, & delicta, super quibus examina fieri accidit, tam diuersa sunt, vt impossibile sit, quod certa ratio, & praxis tradi possit, vt in simili habetur *in l. neque leges*, & ibi Gloss, & DD. *ff. de leg.* Vt autem quisque valeat ex se ipso quamdam particularem regulam, quando casus euenerit conijcere, quædam pauca generalia congeram, quæ ex diuersis Doctoribus hausi; & hic in vnum in medium afferam ad publicam commoditatem; vt ex his possit quilibet ex se, quæ ad ipsum pertinent, colligere, prout facti qualitas postulabit, *arg. tex. in l. omnes & l. seq. ff. de legib.*

27 Magna siquidem esse debet Iudicis peritia in examine perficiendo; quod examen dicitur constitutum, ex eo quia fere semper incipi solet à verbo, *Constitutus personaliter*, vt ait Chartar. *in Pract. interrogand. Reor. lib. 1. cap. 1. num. 6. & 7.* quem refert Tranquill. Ambrosin. *in suo tract. process. informat. lib. 2. num. 3.* & ibi Francisc. Bernard. *in scholijs*; & Clarus *in Pract. crimin. quæst. 45. vers. scias autem.* debet enim esse bene ordinatum, clarum subtiliter accommodatum in interrogatoriis, quibus mediantibus habentur Rei, vel inuiti veritatem fateri; ne delicta remaneant impunita in graue Reipublicæ præiudicium. Vnde studere debet Iudex diligenter interrogare, inuoluendo, & circumducendo interrogatoria super circumstantiis, qualitatibus facti, & præsertim super illis, in quibus cognoscit Reos posse tergiuersare, & eludere Curiam inquirentem, etiam antequam illos interroget super facto principali, prout ex infra dicendis apparebit, ad effectum, vt ex interrogatoriis bene, & diligenter dispositis remouere valeat omnes cauillationes, calumnias, falsas negatiuas, subterfugia, & omnia

& omnia alia obstacula; ac pro bono publico veritatem habere ex eorum propriis oribus. Et ex his postea facile dignosci possunt, an veræ, vel falsæ sint eorum defensiones; qui testes sint veri, & qui falsi: aliàs facillime Rei se defendent, decipiendo Curiam, & subterfugiis vtentes, pœnas patratorum delictorum euadent, in graue communis, & publici boni perniciem. Quod quidem non facile succedet, si bene, & exactè ordinetur examen, quia velint, nolint, & quodammodo insensibiliter necesse eis erit deuenire ad veritatem dicendam, & delicti confessionem: aut saltem valde difficile eis succederet, ne in responsionibus sint varii, vel mendaces, aut vacillantes, & sibi ipsis contrarii. Ex quo postea etiam aliis indiciis, aut circumstantiis non existentibus, absque difficultate torqueri possunt.

28 Vt autem certa methodus saltem in genere, & in communi haberi possit, vt diximus, sequendo vestigia præcitatorum DD. ad tria capita reducere necesse est omnia magis necessaria ad hanc difficillimam interrogandi, & examinandi Reos artem; ad quam etiam Viri aliàs doctissimi peruenire non potuerunt. cum plus valeat propria hominis prudentia, & iudicium a Natura traditum, quam librorum assidua reuolutio; est enim munes difficillimum. Chart. *loc. cit. in praef. nu. 3.* Primum igitur caput erit Persona ipsiusmet Iudicis interrogantis. Secundum Persona Rei examinandi; & Tertium causa, quæritur.

Circa primum est aduertendum, plura debere concurrere ex parte Iudicis.

Et Primò, vt sit plene instructus, & bene informatus de facto, super quo Reum interrogare voluerit, adhoc, vt possit rectè disponere, & bene ordinare interrogatoria. Et plenam habeat notitiam indiciorum ex processu resultantium. Chart. *in Pract. interrog. Reor. lib. 2. c. 2. n. 1. & 2.*

Secundò debet Iudex, antequam ad examinandum reum accedat, conscientiam suam rectè, ac religiosè disponere, mundando illam à peccatis; quia sic Deum timebit, & iustitiam amabit, illamq; facilè administrare continget, cum Dei gratia illi sic facienti difficilè deficiet. Scacc. *in tract. de iud. in caus. crimin. c. 86. num. 4. vers. debet.*

Tertiò perquirere debet veritatem tantum, & in cæteris esse prorsus indifferens. Chart. *in prac. pract. interrog. reor. libr. 2. cap. 1. nu. 2. & sqq.* Ipse enim minister iustitiæ; seù ipsius Dei omnipotentis est qui fons iustitiæ dicitur, & ab eo omnis iustitia dimanat: & ideo veritatis tantum indagatorem, vt Dei ministrum esse semper recordetur, sit tradit Scapp. *in tract. de iure non scrip. lib. 5. c. 122. n. 6.*

Quartò spoliare se debet omni priuata passione, quia si partialitatis nomen dedecet quemlibem honestum virum habere; quanto fortiùs abominabile erit ei, qui Ius dicere debet; Iste enim tenetur esse omnibus communis, sicut est lex, cuius ipse imaginem repræsentat; Imò lex animata est, vt dictum est supra. ita Bartol. *in tract. de Gibellin. & Guelf.* Vnde carere debet odio, ira, amore, vel passione aliqua. *cap. quatuor. 11. qu. 3. clem. 1. de haeret.* vbi Gloss. & Card.

Quintò, nullam habere debet personarum acceptionem, ita vt benigniùs agat cum vno, quam cum alio: vel maiorem rigorem adhibeat contra vnum, quam contra alium: sed ipsos reos æquis oculis respiciat, siue pauperes, siue diuites; sint: siue nobiles, siue ignobiles; siue personæ priuatæ, siue in magistratu, aut dignitate constitutæ, tamquam si nullum inter eos discrimen intercederet, quia aliàs non diceretur legis exequutor, cum lex sit omnibus æqualis, sed potiùs legis transgressor Foller. *in Pract. crimin. for. fac. part. 1. ver. studeat se ornare bonis viuendi mor. numer 4.* & habetur *in l. fin.* vbi Gloss. *ff. de diuers. reg.*

Non negatur tamen, vt possit Iudex aliquantò vrbanius procedere cum Nobili, quam cum ignobili, & cum habente dignitatem, vel officium, quam cum priuato; nimirum examinando illos non stantes, vt communiter fit, sed sedentes; & verbis lenioribus vtendo, miscendo tamen modestiam cum rigore, & authoritate. Caueat nihilominus excessiue se gerere ergs illos nimia mansuetudine, ne dignitas, & authoritas officij paruipendatur, nimia enim familiaritas contemptum parit. *c. quando 86. dist. l. obseruandum ff. de offic. praes. & l. nec quidquam §. circa ff. de offic. procons.*

Vnde quamuis regulariter quilibet examinari debeat stando, & aperto capite, quando reus examinandus est infimæ conditionis. Si tamen examinari debeat Persona nobilis, officialis, vel in dignitate constituta, aut grauis istæ sedere debent, dum examinantur, & tractandæ sunt cum decenti honore, vt tradit Chartar. *in pract. interrog. reo libr. 2. cap. 3. in princ.* quem allegat. Guazz. *loc. cit. num. 2.* Est bene verum, quod talis sedere debet in humiliori loco, vt colligitur *ex text. l. 3.* & ibi Bald *num. 2. C. vbi senat. vel Clariss. ciuil. vel cr. conu* Scac. *in tract. crimin. cap. 86. numer. 1. in princip.* Et in causis sanctæ fidei aduertit. Pegna; *in Director. Inquisitor. par. 3. comment. 18. § non erit indecorum.* Idem firmat Salic. *in d. l. 3. in princip* Quoad Barones, Comites, Marchiones, Duces, Principes, & similes, aut Regios officiales, ac alios nobiles, vt sedere debeant in inferiori loco, dum examinantur, quamuis aliàs in altiori loco sedere deberent, si rei non essent. sequitur Vinc. de Franc. *dec. 138. num. 5. part. 1.* & Petr Caball. *in quaest. crimin. cent. 1. cas. 54. per tot.* & ita seruari in Curia testatur Guazz. *vbi sup. num. 3. circ. fin.*

Sextò, dum reus examinatur, stare debet solutus vinculis, & catenis eo tempore, quo interrogatur alias eius confessio infringi posset, quod fuit extorta metu tormentorum, dum detinebatur in vinculis, & catenis. Afflict. *in constitut. Regni incip. Si damna clandestina verb. solutus vinculis; & in constitut. humanitate Nobis num. 50. lib. 2.* quem allegat, & sequitur Foler. *in pract. crim. for. secul. 1. par. 2. partis verb. fiat constitutio latis num. 1. & 3.* Anton. de Nigr. *super c. Regni 142. num. 16.* quos sequitur Guazzin. *defens. 20. c. 5. n. 1.*

Quod si rei qualitas sit talis, vt de eius viribus, & malis moribus dubitari possit, examinari vtique debet ligatus manibus, vel in ferreis compedibus detentus: non solutus ne aliquod malum committere possit, prout accidit cuidam Iudici, qui dum reus dixit, se velle quædam ad eius aures dicere secretò, cum proprius accessisset, manus in eum iniecit, & illicò ingulauit, hunc casum ex Farinac. referunt Cassan. *in controuers. crim. artic. 195.* & Scacc. *dicto cap. 86. numer. 60.* & Guazz. *loc. cit. num. 1.* vbi etiam admonet, vt examen fiat in loco, seù cubiculo securo, in quo fenestræ habeant crates ferreas, vel ligneas, ne reus ex eis proiicere se possit. vt accidit annis præteris, in Curia, vbi quidam carceratus se proiecit ex quadam fenestra carcerum fori Capitolini, dum per Iudicem constitueretur.

Septimò, non debet enim reis, regulariter loquendo humilitate quadam agere itaut non ampliùs timeatur: sed seruare maiestatem, ac officii decentiam, & auctoritatem. Chartar. *in sup. citat. pr. lib. 2. cap 3. numer 7. & 8.* & sic caueat reum præcibus obsecrare, aut placide rogare, vt veritatem fateatur aut illi se humiliare, ne contemnatur. *l. obseruandum in prae. ff. de offic. praesid.*

Octauò, in atrocioribus debet se quodammodo terribilem ostendere reo, dum examen perficit. & vultu truci, quantum fieri poterit, comparere. *vt habetur in §. talem verò Auth. de mandat. Princip. & d. l. obseruandum.* Non tamen esse debet nimis crudelis, aliàs remoueri posset, sicut si esset nimis negligens. *libr. 1.* & ibi Bart. *ff. de offic praefect. Vrb.* cum debeat subditos corrigere ex dilectione, non ex odio. *cap. ita. 11. quaest. 3.* Est bene verum, quod quantò maius est crimen, tantò grauius est vindicandum. *vt in cap. ex multis 1. quaest. 3.* sed in grauioribus seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. *l. respiciendum, & l. hodie ff. de poen.* & habere respectum ad id, quod fieri solet Gloss. *in d. l. respiciendum, & l. si finita in princ. ff. de damn. infect.*

Nono intrepidus esse debet, & non timidus in veritate inquirenda, itaut nec Nobilitas, aut Diuitiæ, vel Potentia Rei, nec Dignitas, aut magistratus ipsius illum retrahat, aut timidiorem reddat. Neque e contrario humilitas, paupertas, aut vtilitas personæ reddere illum debet præcipitem, aut temerarium erga illos, cum examinat; sed semper sit idem erga omnes reos, æquè ac si essent eiusdem status, gradus, & conditionibus Foller. *vbi sup. n. 6.*

Decimò, cauere debet à promissione impunitatis, adhoc vt veritatem fateatur; præsertim quando illam dare, nec voluerit, nec potuerit, quia species quædam proditionis est, a qua omninò Iudices, Deum timentes abstinere debent. De impunitate, an concedi expediat, plura cumulant Menoch. *de arbitrar. Iud. cas. 317. & consil. 100. numer. 189. libr. 1.* Farinac. *de carcer. quaest. 29. ferè per tot.* Magolett. *de saluo conductu.* Surd. *decis. 307.* Mysinger. *obseruat. 82.* Decian. *consil 96. vol 2.* &

Scaccia. *vbi ſup. cap. 86. nu. 35. cum ſeq.* vbi etiam agit an liceat dici vel fictionibus, ſimulationibus, & cautelis in interrogandis reis.

Vndecimò, cum examen incipit Iudex animum ſuum quietum: & liberum ab omni alia Curia habere debet, relinquendo tunc temporis omnia negotia, vt totaliter vacare poſſit examini, quod quidem pluribus vicibus perficere poteſt, ſemper tamen faciat Rei reſponſiones per Notarium, ſeù Actuarium in ſcriptis redigi. Item obſeruare debet, an loquatur pauidè, vel Intrepidè, An faciat aliquos motus cum labiis, vel alia parte corporis: An appareat vultu pallido: An trepidet, & ſimilia: quæ omnia ſimiliter ſcribi faciat. Bart. *in l. de minores §. tormenta ff. de q.*

29 Et tunc ſcribere debet ſub hac forma: *Dominus Iudex mandauit mihi, vt ſcriberem, quod dictus N. mutauit colorem in facie, loquitur punendo, trepidando, variando, vel vacillando, & ita mihi viſum fuit*, de quo late Pariſ. *in cap. quoniam contra nu. 159. de probat.* vbi etiam Abbas, Bald. *in l. presbyteri C. de epiſc. & cler.* Ex dictis enim ſumuntur argumenta indiciorum, vt docet Brun. *in tr. de indic. & tortur. in 9. & vlt. p.* Marſil. *in Pr. cr. §. diligenter num. 74. & 98. & in §. quoniam numer. 4. & 27.* Mill. *in Pr. cr. fol. 65. n. 11.* Angel. *de maleſic. in verb. fama publica col. antepen. q. 9* Eſt tamen aduertendum, quod pauescere, & mutare colorem in facie, ob timorem imminentis periculi non ſunt voluntatis & arbitrii, ſed vi quadam ſua interiori naturaliter inferunt ſe hominibus. Aul. Gell. *Noct. Atticar. l. 19. capit. 1.* & ideo hæc ſolum non erunt indicia certa; cum ex pluribus cauſis euenire ſoleant. Simanc. *de catholic. inſtit. tit. 44. num. 15. verſ. deinde*, cum aliis tamen iuncta, inditium præſtant.

30 Debet autem examen prima vice, ſi illud non perficiat, vſque ducere, vt non deueniatur ad indicia proxima, iſta enim reſeruanda ſunt in interrogatoriis, quando examen proſequitur, & perficitur, non quando relinquendum eſt, quia alias ſi inchoentur, & poſtea non perficiatur examen, ſed differatur in alium diem Reus non ſic facile veritatem fatebitur, ſicut forſan faceret, ſi proſequeretur examen: nam tunc quaſi defectus, ſi nulla detur intermiſſio interrogationum, & quodammodo illaqueatus exiſtit, ob timorem læſæ conſcientiæ, & veritatem facilius fatetur, maximè ſi promoueantur circumſtantiæ delicti, quas Reus inficiari nequit, quia tunc neſcit ſe extricare ab interrogatoriis ob pauorem patrati criminis, vt tradun Pegna *in Direct. inquiſit.* & S. acc. *vbi ſup. cap. 86. num 44. verſ. Duodecimò*. Alias ſi examen non finiatur, & Reus aliquod verbum audiuerit, ex quo coniecturari poſſit fuiſſe indicium contra illum, cum reaſſumetur examen, cautius reſpondebit, quia nox, quæ intermediat, cum ſit cogitationis mater, ſuppeditabit, inſinuabitque illi reſponſiones captioſa, & æquiuocas. Vnde magnam habere debet patientiam Iudex, vt examen perficiat, cum ad interrogationes peruenerit, in quibus ſunt vrgentiora, & proximiora indicia delicti. Neque permittere debet, vt aliquis tunc alloquatur; ne, quidem cuſtodes carcerum ſi poſſibile fuerit, *DD. citat.*

31 Vndecimò abſtinere debet ab interrogatoriis ſuggeſtiuis, puta interrogando Reum, an Ipſe vulnerauerit Titium, vel ipſum occiderit, & huiuſmodi, quia tunc eſſet potius inſtruere. Vnde laborare debet quantum potuerit, ne confeſſio per Reum facta vitio ſuggeſtionis laboret; quia fortaſſis Iudex ipſe Reum inſtruxerit ad ſic, vel ſic fatendum, & non ſolum à tali culpa carere debet; verum & à ſuſpitione culpæ. Quod obſeruare debet, tam circa perſonas nominandas, quam circa loca, tempora, cauſas, qualitates, & circumſtantias facti. Aliàs confeſſio per ſuggeſtionem facta, eſſet nulla, & inualida & conſequenter non potuerit ex ea deueniri ad punitionem delicti Ch. *in ſupracit. Pr. interrog. Reo l. 2. c. 1. n. 54. 68. & 69.* & Alii de quib. *ſup. ſect. 5. n. 82. & ſeqq.*

Limitatur tamen concluſio, vt poſſit Iudex interrogare in ſpecie, quando extarent contra Reum indicia certa, ex quibus clare, & certò conſtaret, ipſum, commiſiſſe delictum; quia tunc, etiam ſi per ſuggeſtiua interrogatoria veritatem habeat, non propterea confeſſio diceretur per ſuggeſtionem extorta, neque eſſet inualida, ſed ex illa tamquam ritè, & rectè facta ad punitionem deuenire poterit. Chartar. *vbi proxim numero 63. et ſeqq.* Idem firmat Boſſius *in d. Pract. criminal. tit. de examin. Reor. n. 12. verſ. proſequendo materiam*, & Scaccia *d. tract. de iudic. in cauſ. cr. c. 86. n. 30.* vbi late agit de inditiis, & Alex. Siatich. *in ſua prax. iudic. c. 16. n. 2.* vbi ait, quod ad bene interrogandum, non requiruntur leges, & Paragraphi, nec Gloſæ, ſed ſolum peritia quædam, & iudicium naturale. Eſt bene verum, quod materia requirit totum hominem, & multos labores ad huiuſmodi peritiam interrogandi Reos acquirendam.

32 *Circa ſecundum*, ſcilicet perſonam Rei, aduertendum erit, quod plura etiam conſideranda veniunt; quædam enim animum reſpiciunt; quędam ad corpus pertinent, quędam fortunam tangunt; & quædam conditionem rei afficiunt. Super quib. omnib. fieri debent interrogationes, ſecundum facti contingentiam: & ex his Quædam interrogationes ſunt ſubſtantiales, id eſt de eo, quod neceſſariò, & ſubſtantialiter probari debet. Quædam ſunt cohærentiales puta cum interrogatur de loco, tempore, conſortib. & ſimilib. Quædam ad cautelam, vt auferatur via ſubterfugiis, & calumniis: Quædam verò ſunt omnino inutiles, ſed aliquando neceſſariæ, vt præcludatur aditus cauillationib. vt inquit Bald. *in l. teſtium C. de teſtib.* De quibus ſingulis quædam tantum perfunctoriè hic perſtringam, vt ex his poſſit quilibet Iudex tanquam in ſpeculo, quid ſibi conueniat eligere, iuxta factorum circumſtantias, & perſonarum qualitates quia Ars interrogandi reos eſt magnum Chaos: & vnicum tantum verbum, quod reſpondet Reus, cogebit Iudicem variare interrogationes, quas prius propoſuerat in animo. & compelletur quodammodo aliàs facere ad rei, loci, temporis, delicti & aliarum circumſtantiarum qualitatem accommodatas, cum non ſemper, imò ferè numquam eadem interrogatio conueniat ſingulis quibuſque reis.

33 Interrogationes igitur, quæ fieri ſolent Animum Rei reſpicientes ſunt genus familia, conſanguinitatis, amicitia, honores, & ſimiles, ex quib. ſumi poſſunt interrogatoria, tanquã ex locis topicis, vt puta cuius nationis ſit; cuius familiæ, cuius conſanguineus, vel affinis cuius amicus quam dignitatem habeat, & ſimilia, iſta enim aliquando non paruum indiciũ præbent Iudici ſuper delicto, de quo inquiritur, cum Populi diuerſas habeant inclinationes, ſecundum Clima, in quo ſunt ſimiliter homines alicuius Prouinciæ vel Ciuitatis, aut Loci particularis mores habent particulares; & ſic homines alicuius familiæ vt paſſim videtur, habere ſolent quædam particularia, ad quæ omnes illius familiæ procliues ſunt, & ſic de reliquis.

Quæ verò ad corpus pertinent, ſunt ætas, ſexus, valetudo, vires, ars, ſeù profeſſio et ſimiles et ſic interrogari debet Reus, quot annos habeat, & tunc reſpondere tenetur. *l. de ætate. ff. de interrog. act.* Io. Mill. *in ſuo Pr. cr. fol. 65. in gloſ. vti afferebat. num. 17.* & ſimiliter ſi expedierit, interrogabitur, quomodo valeat, an conſtet viribus, quam artem, ſeù profeſſionem exerceat, & ſic de reliquis.

Quæ fortunam tangunt, ſunt opes, paupertas, vita priuata, officia, et ſimiles, et ſic interrogari poterit Reus, an ſit diues, vel pauper, an viuat vita priuata, vel habeat aliquod officium, et ſimilia.

Quæ tandem conditionem afficiunt, ſunt libertas, ſeruitus, famulatus, et ſimiles; vnde interrogari poterit, quando expedierit, an ſit liber, vel ſeruus, an ſit vxoratus, an alicui deſeruiat pro famulo, etc.

34 Debet igitur Reus ſubtiliſſime interrogari, pręſertim ſuper quolibet indicio ſigillatim. *l. vnius. §. cognitarum ff. de qu.* Bald *in l. cuſtodias ff. de publ. iud.* nam ſi in reſponſionib. reperiatur dixiſſe mendacium, magna erit contra ipſum præſumptio. *c. litteras. de praſumpt. & d. l. vnius §. teſtes.*

Hinc praxis inoleuit, vt in primis interrogetur de nomine, cognomine, ætate, patria, familia, et profeſſione.

Secundò quomodo, qualiter, et qua de cauſa reperiatur carceratus, vel in Curia.

Tertiò an coniecturari poſſit cauſam ſuæ carcerationis, vel vocationis ad Curiam.

Quartò, ſi agatur de homicidio in perſonam Titij patrato, verbi gratia de menſe Martii, ſub die 7. anni currentis 1665. interrogabitur, an ſciat fuiſſe commiſſum aliquod delictum de menſe Februarii, Martii, vel Aprilis, vt dicat quod, vbi, quomodo, quando, et a quo, ſeù a quibus.

Quintò an cognoſcat Titium, et ſi dixerit occiſum fuiſſe, interrogetur, vt dicat, quomodo cognoſcebat, vbi, et quare.

Sextò, an erat ei amicus, vel inimicus ſi amicus, qua amicitia coniunctus, ſi inimicus, qua de cauſa, et a quanto tempore citra,

Septimò, si dicat fuisse amicum, interrogabitur, an aliquando habuerit cum eo rixam: vel fuerit offensus, ubi, & quomodo, quibus præsentibus: an postea pacificati fuerint, an simul allo quuti, an se inuicem salutauerint, an aliquia sic loquentes, vel salutantes viderit, & quis fuerit.

Octauò, vbi ad præsens reperiatur dictus Titius, quid de illo vociferetur, quis ei talia retulerit, an fuerit aliquis præsens, dum hæc referebat, & vbi, & quando, & qua occasione.

Nonò, an de mense Februarij anni currentis erat præsens in Ciuitate, vel in Loco N. vel fuerit absens. Et si dicat fuisse absentem, interrogabitur per quot dies fuerit absens, & vbi fuerit, an solus, vel associatus, cum quo, seù quib. & cum quo seù quib. sit conuersatus fuerit; & cum quo seù quib. dormiuerit: quis eum viderit in illo loco: cum quib. conuersatus fuerit.

Et si dicat per totum mensem ibi commorasse, interrogabitur, an aliquo die dicti mensis quo dicit se fuisse absentem, reuersus fuerit in ciuitatem, vel in locum; vel semper ibi steterit.

Decimò, paulatim descendendo ad mensem Martij, & ad tempus delicti commissi, interrogabitur eodem modo, quo supra, miscendo tamen alia interrogatoria, secundum Iudicis prudentiam, cum in hoc vt sæpè dictum est, non possit tradi certa methodus quia simplex verborum, quod Reus responderit, variare faciet ordinis examen: vt fit in bello, in quo disponitur exercitus vno modo, & post inceptum conflictum, confunduntur ordo, secundum occurrentem necessitatem: opus est enim vt dux exercitus aciem dirigat aliquando diuersissimè a primo proposito, ita vt vbi prius pedites collocauerat, equites eis succedere compellatur, vt contra inimicorum pedites prompti esse valeant, & eorum conatus impedire, & è contra eo in loco vbi equites erant, pedites ponere, præter intentionem. Hoc autem in examinandis Reis seruatur, vt ex multiplicitate interrogatoriorum, non aduertat Reus, quem finem habeat Iudex, & sic quasi coactus veritatem delicti, per aliquam circumstantiam, fateri cogatur. Nam, quando reus videt se interrogari de alio tempore, vel de alijs circumstantijs, quam de his, quæ ad delictum pertinent, & faciunt, facilè recurrit ad fraudulentas responsiones, credendo, quod in illis consistet sua defensio & sic quando descendetur ad tempus verum, & circumstantias delicti, ad quas deueniri debet succinctè, & quasi per transennam, non aduertat quodammodo scopum Iudicis interrogantis, cum prius interrogatus de alia posuerit omnes eius defensiones in illis responsionibus. Et tunc suspenso pro tunc illius examine, statim examinentur illi, quos ipse nominauerit, ad finem conuincendi eum de mendacio in aliquo, quod testes contrarium eius, quod ille dixerit, deposuerint. Et aliquo teste dicente, quod Reum non cognoscat per nomen, sed posset esse, vt cognoscat per visum, tunc ponendus erit Reus promiscuè inter multos alios, & interrogabitur testis ibi ductus, quis eorum videatur ille, de quo fuit sermo habitus, vt aduertit Mill. *in sua pr. cr. fol. 65. in glos. comm. ss. nu. 5. lit. B.* & Nos dicemus inferiùs.

Vndecimò, si qualitatem aliquam indiciorum contra ipsum facientium confessus fuerit, tunc in illa erit aliquantulum insistendum, interrogando eum, prout factum postulauerit. An scilicet socios complices, fautores, auxiliatores aliquos habuerit, & qui illi fuerint. Item quare, quo consilio, qua spe illud fecerit, cur illo modo, potius, quam alio: cur nullo conscio, cur hoc vel illud non fecerit ante, vel post: an hoc, vel illud de industria, vel casu fecerit, vel non fecerit, & sic de reliquis, de quib. C. *in l. 2 de inuent.* Petr. greg. *in syntax. art. mirabil. l. 3.* Franc. Cason. *in tr. de art. & rat. in cr. causis differendi f. l. 36. cum seqq.* Chart. *in sua pr. interrg. reo. l. 2. c. 2. n. 1. cum plur. seqq.*

35 Tandem, quoad Reorum Personam erit aduertendum, quod aliomodo interrogandus erit Reus, si sit Persona docta, & alio, si sit persona idiota; nam cum illa, magna adhibenda erit diligentia, vtendo modis validis, locis topicis, & artificio quodam super indicijs; cum ista verò vtendo simplicib. interrogationib. & modis communib. nisi si Reus solitus delinquere, quia tunc, cum supponatur esse malitiosus, est accuratius examinandus. Et similiter, si sit verbosus, suspectus, pertinax, nam cum istis erit magis cautè insistendum, et plurib. interrogatoriis, etiam ad rem non facientib. eos fatigandum; puta an tempus esset serenum, vel nebulosum, an locus planus, vel accliuis; an paries dealbatus, vel non; an sederet, vel staret; an Testes erant nigræ, vel rubeæ pilaturæ, et similib. superfluis interrogationib. Si Reus fuerit timidus, plurimum valebunt minæ ad illum inducendum, vt veritatem fateatur. Si iracundus, iuuabit illum ad iram commouere, donec quietem reassumat. Si ambitiosus, conducet illum inflare aliquo modo, qui magis aptus iudicabitur ad eius iactantiam, & ambitionem nutriendam: & sic discurrendum erit per alios, nam non parum vtile erit cognoscere naturam Reorum, vt facilius disponi possint per eademmet eorum vitia ad veritatem fatendam, vt docent Chartar. *ubi sup. nu. 6. cum seqq.* & Cæteri præcit, Bancus *in tr. de ind.* & Alij.

36 *Circa tertium*, scilicet causam, quæ agitatur, seù delictum, de quo inquiritur, aduertenda quoque erunt plura: & Primò, quod titulus criminis inuestigetur, vt si sit factum homicidium, videndum erit, an fuerit eum qualitate assassinij an proditorie commissum: an accidentaliter: an ad defensionem: an in Ecclesia, & sic de reliquis. Si verò sit crimen libidinosum, inuestigetur: an fuerit simplex fornicatio: an adulterium, an incestus, an sacrilegium, & sic de cæteris delictis: quia secundum facti contingentiam diuersimodè interrogandus erit Reus, vt possit postea iuxta delicti qualitatem puniri, vt inferiùs suo loco demõstrabo. Quod si aliquod delictum, proprium nomen non habere reperiatur: tunc ad commune stellionatus ac commodari potest, quod omnia crimina innominata comprehendit, vt tradit Bois. *in sua pr. cr. tit. de crimine stellionatus*.

Secundò, si delictum proprium nomen habuerit, inspici debet, an graue, vel leue sit: an occultum, vel manifestum, an notorium, vel difficilis probationis: an sit primum delictum, quod ad ipsum reum: an soleat idem delictum frequenter committi; an publicum; vel priuatum; an de eo inquiratur ex officio, vel ad instantiam alicuius: an profanum, vel Ecclesiast. an dolosum vel casuale, aut ad defensionem, vel in rixa; an secum deferat exemplum, aut alias consequentias. Petr. greg. *ubi sup.* & Alij.

Tertiò, an commissum fuerit in rem, vel in personam: in personam honestam, vel turpem: an in potentem, vel in vilem: an in priuatum, vel in magistratum: an in amicum, vel inimicum; an in coniunctum, vel non coniunctum, an in Clericum, vel in Laicum: an in hominem, vel in fœminam; & huiusmodi,

Quartò, an in foro, aut loco priuato; an in agro, vel in domo; an in loco sacro, vel in prophano, an coram personis grauibus, vel in ordinarijs; an coram constitutam in dignitate, vel priuatis

Quintò, an veneno, vel igne; an gladio, vel archibusio, aut alio armorum genere, an dolosè, & appensatè, vel casualiter; aut proditoriè, vel manifestè, an ex inimicitia, vel mediante pecunia; an ad suam, vel alienam instantiam.

Sextò, an arma sua erant, vel aliena; an vulnera fuerint in capite, vel in alia corporis parte an eadem arma apud se tunc sint, vel penes quem reperiantur; an fuerit in die festo, vel in alio non feriato; an de mane, vel de sero & sic de reliquis. D.D. *in l. aut facta per illum tex. ff. de poenis* Cason. *ubi sup. fol. mihi 25. & 26.* Petr. gregor. *ib.* & Alij.

37 Ex quibus omnibus sumi possunt interrogationes non parum vrgentes reos ad veritatem fatendam; et similiter colligi potest, quibus in casibus procedendum erit rigorosè, vel placidè; quando simpliciter, & quando cum maiori diligentia; quando expediat, ordinem seruare, & quando non; quando deueniendum sit ad tormenta & quando non: quando lentè, quando celeriter in causa procedendum, & sic de reliquis. Est bene verum: quod in prædictis practicandis magna requiritur prudentia in Iudice, nam non omnes causæ sunt eodem modo tractandæ: nec eodem modo inchoandæ, agitandæ, vel finiendæ, secundum quod delictorum atrocitas, personarum qualitas, locorum circunstantia, & similia diuersimode suadebit, & necessitas requiret; vt docet Chartar. *loc. cit. l. 2. c. 2. numer. 10. & seqq. ubi numer. 40.* ait, Interrogatoria concipienda esse clare, & aperte, & vt singula singulas res complectantur, non plures. Et per illa, quasi per gradus Iudex procedat vsque ad finem, quem à principio proposuerat, cum semper dirigi, & disponi debeant, ad finem perueniendi eò, quò animum direxit, tamquam ad certum scopum, ad quem omnia tela iaciantur. Petr. gregor. *in syntax. praced. lib. 5. cap. 2. uers. primum itaque*. Cason. *ubi sup. fol. 28.*

Aliquando tamen non per gradus modò erit procedendum; verum & interrogatoria quædam fieri debent omninò aliena, & diuersa à facto, de quo agitur, & postea paulatim ad factum ipsum deueniendum, Aliquando verò statim deueniendi

debet

debet ad factum principale, & non per ambages. Aliquando leguntur in faciem rei testium depositiones, vel ei ostenduntur scripturæ litteræ, arma, & similia, & aliquando fit confrontatio testium cum eodem Reo, ad effectum conuincendi, vt veritatem fateatur. Chartar. *ib. l. 3. c. 1. nu. 12.* Sed in hoc casu erit procedendum, non publicando nomina testium, vel aliquas scripturarum circunstantias, ne reus instruatur in responsionibus. Chartar. *l. 4. c. 1. nu. 94.*

38 Aliquando vtendum erit coniecturis ex circunstantiis procedentibus, & ex illis formantur interrogatoria; quorum quidem locum topica sumuntur a causis, ab effectibus, a coniunctis; quæ ad coniecturas valde apta sunt similiter a verisimilibus: in quibus coniectura consistit, quorum partes sunt, Personæ, causæ, loca, facta, euentus, & rerum natura. Insuper coniectura fit a toto, a partibus, a coniugatis, a notatione, a genere, a forma, a similitudine, a differentia, a simili, a contrario, ab adiunctis, ab accidentibus, a consequentibus, a repugnantibus, a maiori, a minori, a pari, ab auctoritate, & huiusmodi: ex quibus omnibus fieri possunt interrogatoria, vt colligitur ex Cicerone. *in Topicis & in partitionibus oratory*; de quibus Nos aliqua inferius digressiue agemus *sub. vnic. post finem operis.*

Vtile erit aliquando ad eruendam veritatem, Reum vrgere, vt se disponat illam fateri, quia non est locus tergiuersationi, propter varia, & quam plura inditia contra ipsum habita, ex quibus Curiæ clare constat, quomodo res se habeat, & ideo ei nihil proderit negatiua, cum iam fere conuictus sit. Chartar. *in d. Pract. interrog. re. l. 2. cap. 2. nu. 77.* Hoc tamen faciendum non erit, nisi reuera ita sit, aut adsint indita magna: cum aliàs esset illum decipere, quod facere nullo modo licet, quia non potest Iudex mendacium dicere ad veritatem eruendam. Baiard. *ad Clar. qu. 55. n. 2.* potest tamen aliquando vti fictionibus interrogationibus, & simulate procedere. Farin. *cons. 83 n. 7.*

39 Insuper aduertendum erit, quo tempore, & quo loco interrogatoriorum exprimendæ sint qualitates, & circumstantiæ indiciorum, quod totum arbitrio, & prudentiæ Iudicis remittitur. Chartar. *d. lib. 1. cap. 8. nu. 68. in fin.* Non autem omnes simul exprimi debent, sed paulatim, modò vnum, modò aliam aperiendo circunstantiam, secundum opportunitatem: interruptè tamen, & intermiscendo cum alijs non necessariis interrogationibus, ne Reus aduertat, imò & per transennam, ac summis labiis attingendo. Et hoc maxime obseruandum est, si interrogetur de sociis criminum, neminem prorsus nominando, sed tantum generaliter, vt in praxi constitutum mox patebit, quæ desumpta est ex *l. 1. §. in causa. vers. qui quæstionem. ff. de qu.* alias esset interrogatorium suggestiuum quod omninò vitandum est, vt supradictum fuit, & probatur *in d. §. in causa* & aduertit Iacob. Beluit. *in Pract. cr. tit. de quæst. n. 50. vers. sextum est.* & Vermigliol. *cons. 80. nu 3. & seqq.* nisi extarent clara inditia, quia tunc exprimi possent absque vitio suggestionis. Blanc. *de indiciis n. 382. in fin.* Farin. *q. 82. n. 97.* & Alii *sup. cit. n. 31.*

40 *Quoad quartum principale*, nimirum quibus modis arctari possit Reus ad respondendum, si noluerit Iudici interroganti respondere, aduertendum erit, plures esse modos, quibus reus respondere recusans compelli potest, semper tamen ter præmoneri debet. Primus modus erit per indictionem mulctæ *l. 8. §. quid ergo. ff. de uent. inspicien.* Secundus est, per captionem pignorum. *arg. text. in l. debitoribus. ff. de re iud.* In criminibus ordinariis non capitalibus. Tertius est, per torturæ incussionem, in criminibus atrocibus, & capitalibus, secundum Ius ciuile, non vt veritatem criminis fateatur, sed ad eruendam responsionem affirmatiuam, vel negatiuam. Bald. *in l. accusationem col. vlt. C. qui accusar. non poss. nu. 11. vers super hoc*, quem sequuntur omnes. Brun. *in tract. de indic. & tortur. qu. 5. num. 4. par. 2.* Capic. *decis. 145.* Follier. *in Pract. crim for. facul. p. 3. tertia parte ver. Et si confitebuntur num. 4.* Chartar. *in d. pract. interrog. Reos l. 2. cap. 2. num. 2. et seqq.* Clar. *in pract. cr. § fin. quæst. 45. vers. sed pone*, Caball. *l. 5. cap. 25.* & Alii. Quartus modus cogendi est per comminationem pœnæ, confessati criminis, vel periurii. Chartar. *ubi sup.* semper tamen, vt dictum est, proceditur ad condemnationem pœnæ comminatæ factis prius tribus monitionibus, vt respondeat præcisè, aliàs condemnabitur ad talem, vel talem pœnam, & tunc ipso perseuerante in contumacia non respondendi, condemnatur ad illam pœnam in mandato comminatam, *iuxta text. in l. de ætate §. qui tacuit, & §. seq. ff. de interrog. act.* & ibi late Bart. & Alii Castan. *in consuetud. Burgund. tit. lamende de simpl. cesconfsse §. 7. fol. 74. rubr. 1. n. 1.*

Quod quidem intelligi debet in casibus, in quibus respondere tenetur, vt si præcedant inditia, vel semiplena probatio aut infamia particularis: vt superius dictum est; vel non sit alia causa legitima non respondendi. vt aduertit Follier. *loc. c.* Clar. & Alii, *sed* præsertim Chartar. *dict. c. 2. n. 13.*

41 Recusans autem respondere dicitur, non solum ille, qui nihil respondet Iudici legitime interroganti: verum etiam, si obscure respondeat, puta per verba dubia vel æquiuoca, aut per verbum: *nescio, non recordor*, & similia *d. l. de ætate §. si cum esset, & §. nihil interest. ff. de interrog. act.* vbi DD. & notatur per Glos. *in l. certum. ff. de conf. ff.* quia respondere non dicitur, qui ad interrogata formaliter non respondet. *d. l. de ætate §. quod autem. & l. 2. § si. quid simpliciter. ff. de verb. obl.* Vnde verba responsiua Rei clara, & præcisa esse debent, non confusa, & obscura Char. *ubi sup. d. l. 3. c. 2. n. 3. & seqq* Bossi. *de responsione à Reo facien. n. 5.* & Alii

42 Sed quæritur, quid agendum, si Reus vna vice super aliquo interrogatus præcise respondit; sed in progressu examinis iterum interrogatus de eodem, respondet se referre ad iam dicta, & nihil aliud respondere vult, an tali casu cogi possit ad denuò præcise respondendum?

Respondetur, hoc arbitrio Iudicis esse remittendum, consideratis circumstantiis, nam si Reus sit suspectus de falsitate, erit omninò cogendus, vt iterum præcise respondeat, præsertim si sit instigatus, vel fiscalis; qui talem faciat instantiam, Chartar. *d. cap. 2 num. 63. cum seqq* plene Scaccia. *in d. tract. de iud. in caus. cr. cap. 86. num. 47. vers. sed quid dicendum, & ib.* Muscatel. *in add. numer. 47.* Ozasc. *decis. Pedemont. 128. numer. 1. & 7.*

43 Quod si Reus petierit, vt ei legantur depositio alias facta, legi debet, si ita Iudici expedire videbitur; cum in hoc plurimum valeat eius arbitrium, iuxta facti contingentias. Hondred. *cons. 103. num. 31. & seq.* Muscatel. *ad Scacc. d. cap. 86. n. 48.* Vulpell. *cons. 34. num 9* Gaill. *l. 1. obseru cap. 104. n. 5. cum seqq.*

44 Quæritur secundò, an Iudex teneatur concedere reo terminum ad respondendum, si illum petierit, vt fit in ciuilibus causis, in quibus datur dilatio ad respondendum, an velit cedere, vel contendere.

Respondetur negatiue, quia in causis criminalibus tenetur reus statim respondere, cum agatur de facto proprio, & sic concedi non debet terminus ad deliberandum, prout fit in ciuilibus, in quibus multoties agitur de facto alieno, puta quando conuenitur quis, vt hæres, vt procurator, & huiusmodi. ita Bald. *in l. cum falsum. numer. 2. ff. de acqu. hæred* August. *ad Angel. de malefic. in ver. comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum num. 6.* vbi de communi DD. sententia testatur, Salicet. *in Auth offeratur num. 6. & Castrens. num. 5. & 11. C. de lit. contest.* Amad. *de synd. num. 184.* Practic. Corrad. *fol. 32. post num. 5.* Anton. Scappa. *l. 5. tutis non scriptis c. 66.* Quidquid in contrarium afferat Alexand. *in l. 1. in princ n. 6. & de eodem*, quamuis dicat magis communem opinionem esse; cum aliter seruetur de consuetudine, vt testatur Cont. *in sua Pr. fol. 31. post n. 5. & fol. 280. n. 2.*

46 *Quoad quintum principale*, quæ scilicet necessaria sint in interrogationibus faciendis, aduertendum erit, quod plura requiruntur. Primò, vt examen fiat antequam formentur, & dentur ipsi reo capitula, aliàs non valeret inquisitio, si procederetur per illam. *vt in cap. qualiter. vers. debet igitur. de accus.* Ang. l. *de malefic. ver. Hæc est quædam inquisitio. col 8. vers. requiritur etiam.*

Secundò in scriptis redigenda sunt interrogatoria, quæ reo à Iudice fiunt, per Notarium, seu Actuarium Curiæ, quæ quidem fieri solent latino sermone, sed responsiones Rei scribendæ similiter, sed in ea propria lingua, qua respondet, vulgari scilicet Italica, Hispanica, Gallica, vel simili; iuxta Regionis consuetudinem. Quod si examinandus, fuerit persona idiota, explicanda sunt quælibet interrogatoria lingua vernacula; ad effectum, vt respondere valeat; sed ipsa explicatio vulgaris non scribitur, cum iam scripta sit latine. Responsiones autem, quæ per reum fiunt, scribendę sunt punctualiter, prout per ipsum dantur; vt aduertit Chartar. *in d. pr. interrog.*

Re. l. 3. cap. 3 num. 22. Exempli gratia: *Interrogatus quomodo hic repertatur, & an sciat causam praesentis examinis, vel saltem praesumere possit.* Totum id scribitus per Notarium; quo facto; per Iudicem vulgasi sermone explicatur tro sic: *Vi si domanda, come vi trouate quà, e se sapete la cagione del presente esame, ò almeno se ve la potete imaginare.* Et hoc non scribatur, sed benè quod respondet, puta: *Respondit, Mi trouo quà, perche V. S. Reuerendiss. m'hà fatto chiamare dalle carceri, e vi sono stato condotto dal carceriero, io non sò, nè posso imaginarmi perche causa me voglia esaminare, &c.*

Quòd si reus dixerit, vel praesumpserit causam sui examinis, & carcerationis. Tunc interrogabitur denuò vt illam narret, vel quomodo ipsam praesumat, & scribuntur omnia, quae respondet.

Tertiò, in principio constituti, seù examinis exprimi debet tempus, & locus, in quo examen fit Nomen, & officium Iudicis examinantis, ac Notarij, seù Actuarij scribentis, & Promotoris fiscalis, siuè alterius pro eo substituti. Nomen, cognomen, aetas, patet, & patria eiusdem rei constituti, & delatio iuramenti, Charlar. *vbi sup. a num. 6. vsque ad 22.* & Alij.

46 Quartò praestari ei debet iuramentum de veritate dicenda, quod quidem defertur tacto pectore, si sit Clericus. Gloss. *in cap. vt in circa, de elect. in 6.* vel tactis scriptu⟨ris⟩, si laicus, vt aliàs supradictum est, & de eo facienda est mentio in constituto, vt infer⟨i⟩us videbimus; & quod sit deferendum iuramentum praedictum, tradit Bart. *in l. inter omnes. §. recte in fin. ff. de furt. & in l. 1. post num. 6. C. de iuram calumn.* vbi etiam Bald. *num.* 8. Marsil. *in l. quaestiones habendae num. 72. ff. de quaestion.* August. *ad Angel. de maleficiis, in verb. comparuerunt, & confitentur iterum post num.* 13. Contrad. *in Pract. fol.* 200. *in princ.* Bertrand. *consil.* 321. *numero* 3. *in fin l. 3. in 2. parte*, Gi⟨r⟩ngel. *in cap. 1. delictorum. num.* 65. & Alij, quod tamen sic seruari ferè vbique de consuetudine, maximè in Italia, vt dicit Bart. *vbi sup.* qu⟨a⟩muis in Francia aliter fi⟨a⟩t, vt refert de consuetudine Marcus. *dec* 674.

47 Sed quid iuris, si reus in ipso examine falsum dixerit, num ta⟨n⟩quam periurus puniri possit?

Respondere cum distinctione: aut quaeritur de punitione in foro fori: aut in foro conscientiae. In primo casu non venit puniendus. In secundo verò peccat mortaliter, & sic Deum sustinebit vltorem. ita Alexand. *in apostil. ad Bart. in l. 1. sub num. 1. ff. de bon. eor.* quem in hoc omnes sequuntur, vt ait Bertrons. *quaest.* 114. *num.* 1. B⟨o⟩ssius *in tit. de periur. num.* 3. Quod autem limitatur, quando Iudex dixerit, vt veritatem fateatur, sub aliqua poena, & ipse respondit; nam si postea conuincatur, de mendacio, tenetur ad poenam eo⟨m⟩minatam. Bald. *in l. lus alimentorum. ff. vbi pupil. educar. deb.* videtur tamen Baldus in vltima solutione contrario certo modo conclusionem declarasse, quem propterea vide, si casus occurret, cum Nos multum breuitati consulamus, quantum possumus. Bene verum est, quod si reus conuincatur de mendacio, cum sit maximum indicium, potest absque dubio torqueri, secundum Bart. *in l. fin. num. 3. ff. de quaestion* & ita hodie seruari in practica testatur Par. de Put. *in tract. syndic. fol.* 44. *post numer* 4. Grammat. *consil.* 5. *num.* 5. Poss. *in tit. de indit. nu.* 36 *& seqq.* Nouell. *in tract. ad defens. fol.* 15 *post num.* 5. vbi de communi testatur, Quidam verò Alij contrarium asserunt, quod scilicet mendacium solum non sit sufficiens indicium ad torturam, sed tantummodo suspicio quaedam ex ipso oriatur quae iuncta cum aliis est sufficiens ad torquendam, ita Cater. *in sua Pract. fol.* 95. *num.* 119. vbi dicit esse communem DD. sententiam, & Grammat. *in Vot.* 30. *num.* 15. *in fin.* Esse tamen hoc Iudicis arbitrio remittendum, attentis qualitatibus personae, & rei, super qua est mendacium tenet Clar. *in pract. crim. §. fin. quaest.* 21. *vers. mendacium in fin.* & Alij, quibus ego magis adhaereo, quia hodie arbitrium Iudicis longè latèq; diffunditur, nam tantum id, quod in Iure definitum non est, arbitrio Iudicis relinquitur. *l. 1. ff de iur. deliber. l. in venditione. ff. de bon. auctor. iudic. possid. c de causis. §. 3. de offic. deleg.* Menoch. *de arbitrar. l. 1. in proem. num.* 5. *& quaest.* 14. *num.* 3. *cum seqq.* Neuizan. *in Sylua nuptial. l.* 5. *num.* 74. Cotsal. *l. 4. miscell. cap.* 12. *n.* 5. *cum seqq* Monet. *de distribut. quotid. par.* 3. *qu.* 10. *n.* 4. 5. & 7.

48 Quintò, si occurrat examinari reum, cuius nomen adhuc ignoratur, in principio constituti describitur persona per signa, puta: *Die tali, &c. Constitutus quidam homo aetatis sue annorum* ... *vel circa, vt ex eius aspectu apparet, cum quadam cicatrice in facie à parte dextera, capillis nigris, indutus infrascriptis vestimentis, videlicet*, & describantur vestimenta, vt inferius latius dicemus. Deinde interrogabitur, vt supra quomodo hic reperiatur, an sciat, et praesumere possit causam sue carcerationis, & praesentis examinis, Quomodo vocetur, &c. scilicet de patre, patria & exercitio, quae quidem interrogatoria solent ferè semper esse eadem in quolibet constituto.

Postea prosequantur interrogatoria de tempore, quo captus fuit, & in quo loco; a quo, an solus, vel cum Aliis, tunc dicat, qui fuerint. An esset armatus, vel nermis tempore suae carcerationis; & quae arma: vel alia bona habebat, Vbi habitet. Cum quibus versetur. An aliàs fuerit inquisitus, vel carceratus, qua de causa; quoties: in quo loco: & de quo tempore. Et tunc eo affirmante eo erroge⟨t⟩ur, quomodo e carceribus exiuerit, an liberatus, vel condemnatus. Quomodo nunc viuat an de proprio, vel de alieno, an sit diues, vel pauper, & huiusmodi, quae deseruire possunt pro principio examinis & quamuis sint interrogatoria generalia, possunt tamen diuersa indicia ex responsionibus oriri. Charlar. *loc. cit. l. 3. c.* 5. *n.* 30. *&* 50.

Deinde deueniendum est paulatim ad indicia particularia, permiscendo interrogatoria non necessaria, ne reus aduertat. Exempli gratia si contra reum sit indicium de minis habitis contra Titium, quem postea occidit, non erit statim, & clare de eis interrogandus: sed per ambages, & circuitu quodam ad illas deueniendum erit, ita confundendo, & intermittendo interrogatoria, vt nullo pacto reus aduertere possit verba gratia.

Interrogatus, an cognoscat Sempronium de tali loco. A quanto tempore citra: quae fuerit causa cognitionis. An cum eo habuerit vnquam aliquid ag odium. An cum illo habeat litem, de qua re, à quanto tempore citra: coram quo Iudice: an in lite sit Actor, vel Reus. Et si dicat esse Reum interrogetur, an aegre ferat fuisse à dicto Sempronio sibi motam praedictam litem, Cur sic aegre tulerit. An de illa fecerit mentionem habuerit cum aliquo, cum quo, seù quibus: qui sermones fuerint, quare: quae verba dixerit, quot vicibus: in quibus locis.

Et tunc si negauerit, interrogetur, an cognoscat Caium, à quanto tempore citra. An vnquam fuerit in eius domo tuerit, de quo tempore, quot vicibus: an solus, vel cum alijs, & qui, quo tempore, quo die. An in domo eiusdem comederit: an alij interfuerint. Quos sermones habuerint inter comedendum; quae verba dixerit. An de Sempronio, Caio, Titio, Mattioo, vel Ioanne facta fuerit mentio: qua occasione, quis fuerit primus de eo ad loquendum. An super lite, quam cum Sempronio, vel Titio habet, fuerit sermo habitus, & quis. An ipse dixerit aliquod verbum iniusio⟨s⟩um, vel offensiuum contra dictum Titium, seu Sempronium, cum quo litem habet: an contra ipsum minatus fuerit. Et quae fuerint minae. An cum animo illas adimplendi: an aliquando ex causa dictae litis rixatus cum eo fuerit. vbi, quando: & coram quo seu quibus. & sic de reliquis. prout facti contingentia pullulabit, variatis variandis, cum haec generalia praeter praeferiant solum pro exemplo in genere, non pro singula particulari in omnibus indiciis, & criminalibus necessariò obseruanda, de quibus plene agitur per Charlar. *vbi sup. l.* 3. *c.* 3. *per tot.* & Alios DD. Criminalistas,

49. Quam quidem regulam obseruare poterit Iudex, cum interrogare habeat reum super testibus contra eum examinatis: à longe interrogando, an habeat inimicitiam, odium, & maleuolentiam cum aliqua persona, nam tunc, aut respondet negatiue, aut affirmatiue; si negatiue, iam non poterit opponere exceptionem inimicitiae, iuxta text. in *cap. fuisse de maiorit. & obed. et leg. Iulianus. ff. de legat.* 2. & aduertit Natta. *consil.* 342. *nu* 8. sed Scaccia *vbi sup. c. rap.* 85. *numer.* 52. dicit adhuc posse reum opponere. Si verò respondet affirmatiue, tunc interrogandus erit à longe: quis: vel quisit, vel sint illi, quibuscum inimicitiam habet, vel odium, aut maleuolentiam, ex qua causa, à quanto tempore citra, quis talem inimicitiam sciat an aliquando rixati fuerint simul: an fuerint postea reconciliati & similib. Postea interrogandus erit in genere, an cognoscat Titium, Meuium, Caium, Sempronium, &c. & inter illos permiscue nominet testes examinatos, incedò

modò vnum, modò alium; deinde subdat alia interrogatoria, incipiendo à Titio, qui non est testis, & sic de alijs interrogando an dictus Titius sit ei amicus, vel inimicus; an sit apud illum in conceptu boni, vel mali viri, & tunc secundum illud, quod respondet, subiungitur aliud interrogatorium, & sic fit de omnibus, ea tamen arte, vt aduertere minimè possit, qui sint, vel non sint testes contra ipsum Reum examinati: quia tunc si approbauerit Testes nominatos pro bonis, non erit illi tam facile postea reprobare, & exceptiones contra eos opponere. vt colligitur ex his, quæ tradit Quintilian. *l. 5. orat. inst. c. 12.*

50 Sextò erit maximè aduertendum, quod quando in progressu examinis, loco verbi: *Interrogatus, &c.* dicitur: *Et Domino dicente.* Vel *Domino replicante:* Vel *Domino subiungente:* Vel *cum Domino sibi diceret:* Vel *& sibi per Dominum dicto:* siuè *replicato.* Et huiusmodi, vt passim fieri solet, semper extendatur in scriptis totum interrogatorium, quod fit, exempli gratia *Et Domino dicente, vt ipse constitutus totam facti seriem recenseat. Respondit. il fatto passa così, &c.* Aliquin, si non extendatur interrogatorium, sed simpliciter dicatur. *Et opportunè interrogatus.* Vel; *Ad opportunam Domini interrogationem:* Vel: *Ad Aliam interrogationem dixit:* Vel *subdens interrogatus*, & similibus modis interrogandi fieri solitis pro maiori breuitate vtatur, explicando vulgariter oretenus eidem Reo totum illud, quod quæritur, non tamen illo in scriptis redacto, non euitabitur tunc vitium suggestionis, vel saltem suspitio illius, & sic daretur aditus reo, vt in defensionibus posset contra examen aliquid opponere: Ideo rarò dicti modi interrogandi adhibendi sunt; imò melius est, si numquã adhibeantur: vel saltem aliquando, & ex causa in casu supplendi responsionem iam factam, vel vt illam declaret, aliàs Iudex qui talibus modis interrogandi plurìes vtetur, ignorantiæ, imperitiæ, aut malitiæ notam necessario apud Doctos, & peritos Iure consultos incurret, vt colligitur ex traditis per Chartas. *in prac. pr. l. 3. c. 3. n. 22. & 27.*

51 Septimò aduertendum erit, quod si reus interrogatus super aliquo indicio, vel de facto principali, vel alio quocumque modo, veritatem fateri velle dixerit: tunc illicò interrogabitur, vt illam per ordinem recenseat, mandando Notario, vt diligenter scribat omnia, quæ dixerit: & similiter, si ipso reo non aduertente veritatem fateatur super iudicijs per Curiam habitis. Et vtroque casu, cum Reus fateri cœperit, numquam dimittendum, aut interrumpendum erit examen, donec omnia fassus fuerit, quæ requiruntur, non obstantibus somno, prandio, cæna, vel alijs rebus imminentibus. Imò aduerti debet, ne cum inceperit fateri, & iam prosequitur, interrumpatur alijs interrogatorijs, ne detur illi occasio se abstinendi a confessione iam incepta cum vnicum simplex verbum sufficiens sit ad consilium diuersum reassumendum, & ad reuocandum primum propositum confitendi. Ratio est, quia vt ait Chartar. *vbi sup. l. 2. c. 2. n.* 20. inter os, & offam multa contingere possunt: & vt dicit Scaccia *d. cap. 66. in tract. de iud. in cr. n. 31. vers. quinto.* multa cadunt inter calicem, & suprema labia. Visum est enim experientia ipsa rerum magistra, quod multoties per monumentum temporis interpositum ob aliquam præcisam necessitatem: vel ob vnicum verbum interpositum, Quidam Rei consilium mutauerunt, & amplius confessi non sunt, quod prius acceperant, Ideo tunc patientes audiendi sunt sine interruptione, aut dilatione aliqua.

52 Octauò cutandum erit, vt in fine constituti, seu examinis iniungatur ipsi reo vt se subscribat propria manu, si scribere sciat: aliàs si sit idiota, qui scribere ignoret, vt signum Crucis propria manu apponat, prout inferius exemplificabitur. Quæ quidem subscriptio operatur mirabilem effectum, vt ea omnia, quæ ipse reus deposuit, pro veris, & ab ipsomet doctis habeant; quia subscribens consentire videtur omnibus his, quæ in scriptura, quam sobscribit, continentur; & si in aliquo ipsorum, quæ dixit, deceptum fuisse, vel non legisse, aut notitiam non habuisse allegauerit, deberet ipse totum probare cum alias præsumatur, quod legerit, & notitiam habuerit, imò potest de falso puniri Clar. *in pr. crim. §. fin. quæst. 53. vers. quinnus est casus.* Et idem operabitur signum Crucis factum per hominem illitteratum scribere nescientem, vt notat Io. de Amic *consil. 13. numer. 6.* Et quamuis dicta subscriptio, vel crucis signi appositio superflua esse videantur, quia Iudici, & Notario creditur. Clar. *vbi proximè*, Alexander. *consil. 147. n. 3. l. 2.* Ruin. *consil. 192. n. 1. l. 2.* attamen melius erit, si illa apponantur, ob prædictas rationes: tanto magis, quod maiorem habebit fidem, & probationem faciet examen à reo sic firmatum, vt dictum est.

53 Tandem non erit inutile aduertere Iudicem, vt si officium suum in examinandis reis rectè, & cum omnium peritorium artis laude, & applausu exequi voluerit, in vltimo constituto, ante finem, vel in quolibet alio, ante conclusionem illius in vltimis interrogatoriis Epilogum faciat omnium indiciorum, coniecturarum, & præsumptionum, ac probationum, & iurium pro Fisco facientium: tam eorum, quæ in actis deducta fuerunt, quam eorum, quæ in ipso examine per responsiones reorum acquisita sunt. Ipse namque Epilogus, si reus, qui examinatur, negauerit, vires incredibiles dictu habet ad confundendum illum in negatiua perseuerantem: & ad veritatem fatendam disponendum, præsertim in fine, vltimi constituti, quo tempore distigari debet, & vrgeri, ac cogi interrogationibus proximioribus, & claris super indicijs contra ipsum facientibus, cum iam prius super ipsi fuerit aliquo modo congressum. Chartar. *loc. cit. dict. l. 3. cap. 1. nu.* 56. Cuius formam inferius afferemus.

54 Sed quæritur modò, an possit reus respondere per verbum: *Credo*, vel *nescio*?

Respondetur negatiuè, tenetur enim respondere per verbum veritatis, vel simpliciter, & absolutè affirmatiuè: vel negatiuè: vt notat Bartol. *in l. marcellus. ff. rer. amotar.* & Angel. *de malefic. in verb. comparent. dicti inquisiti, et negant totum in prin.*

55 Quæritur secundo, an in causis criminalibus fiat litis contestatio?

Respondetur affirmatiuè. Non tamen seruata solemnitate, vt in causis ciuilibus, sed solum per interrogationem Iudicis, & responsionem rei inducitur litis contestatio, etiam quod procedatur per accusationem, & Accusator non sit præsens. Bart. *in l. si quis reus num. 4. ff. de publ. iud.* quem sequitur Angel. *et ibi Add. in d. tract. de malefic. in verb. Hæc est quædam inquisitio sub nu. 67.* & ita in practica seruari dicit Bald. *in l. 1. n. 3. 5. C. qui accus. non poss.* & Clar. *vbi sup. qu. 45. vers. et in primis quæro*, late Farinac. *in Prax. cr. tit. de inqu. q. 10. n. 55 fol. mihi* 119. de quo vid. quæ dix. *sup. fol. 2. n.* 30.

Bene verum est, quod in aliquibus Curiis Ecclesiasticis aliter proceditur, quoad litis contestationem, quando adest accusator, & aliter quando agitur per viam accusationis. Primò enim casu, si agatur per viam accusationis, citari solet reus ad contestandam litem super accusatione, si fuerit in fortiis Curiæ, et tunc de plano proceditur ad illam. Si verò non fuerit in fortiis Curiæ, citatur prima vice simpliciter domi ad contestandam litem, & si non compareat, citatur secundò ad contestandum ad primam diem, sine aliqua pæna. Tertiò citatur ad primam sub pœna excommunicationis. Et tunc eo non comparente citatur quartò ad contestandam litem ad primam diem: alias ad videndum se excommunicatum declarari, & ita seruari in Romana Curia refert Vestrius *in suu Pract. l. 5. tit. de term. obseruan. in caus.* Quod si comparuerit, interrogatur super tenore accusationis, & tunc fit litis contestatio. Quando verò proceditur per viam inquisitionis, non fiunt dictę citationes ad contestandam litem, quia non est persona, cum qua contestari lis possit, sed bene fit alius actus æquiualens litis contestationis, scilicet responsio rei super inquisitione, dum per Iudicem examinatur, vt in casu nostro, ita Abb. *in cap. verit. de dol. et contum. per illum text.* vbi gloss. *in verb. probatum.*

56 Et est aduertendum, quod in iudicio inquisitionis diuersimode etiam proceditur, quoad alios terminos in criminalibus: nam in quibusdam Curiis proceditur summariè, secundum stylum Romanæ Curiæ: & sic dantur solum quatuor termini Quorum.

Primus est. ad articulandum, qui datur Promotori Fiscali, postquam reus examinatus fuerit, & in ipso Promotor formare solet articulos, qui in criminalibus vocantur capitula per Criminalistas.

Secundus terminus est ille, qui datur Reo, postquam Promotor præsentauerit articulos seu, capitula, ad dicendum contra ipsos, & si petierit copiam illorum, danda erit, & in eo termino opponere poterit omnes exceptiones, quas voluerit, & sibi expedire iudicauerit, Et vice versa in eodem

termino petere potest Promotor Fiscalis, quod super illis examinetur Reus, & sic fit quidam actus similis contestationis litis. Et similiter poterit Promotor adducere nouos testes ad probandum articulos, & reus è contrario ad faciendum suas defensiones. Et in eodem Promotor repetere facit testes, contra reum examinatos ad Curiæ informationem, citato ipsomet Reo, vt legitimetur processus informatiuus criminalis, quæ legitimatio regulariter quinq; modis fit. Primò, per repetitionem testium. Secundò, per confrontationem. Tertiò, per delarationem. Quartò, per confessionem veram, & Quinto, per confessionem fictam, idest per contumaciam, de quibus omnibus fusè agit post Baldum, Chartarium, Bossium, Brunum, Clarum, Farinacium, Ioan. Zuffus. *in suo tract. de criminalis processus legitimatione l. 3. rubr. de mod. legim. proc. informatiui. quest. 97. cum omnib. seqq.* & Nos suis proprijs locis. *per tot. Pract. nr.*

Tertius est terminus publicationi in causa, more solito, sicut in ciuilibus.

Et quartus est ille, qui datur communis, tam Reo, quam Promotori, ad producendum omnia iura, & probationes: quibus productis ab vtraque, siuè ab altera parte, dari solet alter terminus ex æquitate, & stylo Curiæ, ad dicendum contra producta. Et isti termini, sicut sunt substantiales in Alma Vrbe, sic sunt illis Curiis, in quibus seruatur idem stylus.

57 In quibusdam verò alijs Curiis ecclesiasticis, præsertim in Regno, in quibus seruatur idem stylus, qui seruari solet in Curiis sæcularibus. Cum agitur per viam Inquisitionis, examinato Reo, formantur Capitula, & super illis interrogato, fit actus litis contestationis; & datur terminus Fisco ad impinguandum, & pinguius probandum, & Reo ad se defendendum. Qui ordo seruari solet, etiam in iudicio accusationis paucis quibusdam mutatis, vel additis, secundum occurrentiam. In iudicio autem accusatiotionis diuersimodè proceditur in Vrbe, & in Curiis Vrbis stylum spectantibus. Propterea in sequentibus breuiter agemus de omnibus terminis seruari solitis in Iudiciis criminalibus, adhoc vt quilibet Vicarius, siuè alius Iudex notitiam quandam in vniuersum habeat omnium necessariorum pro rectè agendis causis criminalibus iuxta proprium stylum Curiæ, vbi ius dicit.

PRAXIS PROCESSVS.

---

58 Absolutis his, quæ ad Theoriam Practicam magis necessaria duxi, deuenio ad Praxim formandi processum, secundum institutum vsque modo per me in superioribus obseruatum. Ideo ad Tyronum instructionem subiungam formam interrogandi in communi, quæ deseruiet pro exemplo, saltem in primis interrogatoriis, quæ ferè semper, vt superiùs dixi, eadem esse solent, vt in reliquis postes sua propria prudentia, & ingenij acumine quilibet vti valeat, secundum facti contingentiam, & iuxta criminum diuersitatem, mutatis mutandis Forma igitur examinandi reos solet esse, vt sequitur, vel huic similis, videl.

Forma primi constituti, seù examinis Rei.

Die &c. mensis, &c. anni, &c. in loco N.

Constitutus personaliter in Camera Custodis carcerum, siuè *in Camera tali Palatij Episcopalis N. coram Perillustri, & Reuerendiss. D. Vicario Generali N. Meque, etc. Assistente D. N. Promotore Fiscali Episcopalis Curiæ*, siuè Curiæ *N. Titius filius de Sēpronij de Sempronijs Ciuitatis*, seù *Terra N. ætatis suæ annorum tot, ...m circa principalis in ses testis verò quoad alios, qui delato sibi iuramento veritatis dicēdo super quibus interrogabitur, prout tactis, etc.* Vel *tacto pectore*, si sit Clericus. *Iurauit, fuit per eundem Dominum Generalem Vicarium.* Vel per Dominus Gubernatorem, &c.

Interrogatus, *quomodo hic reperiatur?*

Respondit; *Signore mi trouo quà, perche essendo carcerato in queste carceri Vescouali, N. carceriero m'hà chiamato, e condotto quà auanti V. S. Reuerendiss.*

Interrog. *an sciat, vel præsumat causam suæ carcerationis, et præsentis examinis.*

Resp. *io non sò, nè mi posso imaginare perche causa io sia stato preso carcerato, et adesso V. S. Reuerendiss. voglia esaminarmi,*

Interrog. *in quo loco, quando, & à quibus carceratus fuit.*

Resp. *Fui preso nella casa mia, Mercordì passato verso le 19. hore, da N. Barigello di questa Corte con li suoi compagni.*

Interrog. *Quando sic captus fuit, erat solus, vel associatus.*

Resp. *Quando fui preso era presente in casa mia N. N. & N.* Si vero dicat fuisse solum.

Interrog. *An paulò ante carcerationem erat solus, vel associatus.*

Resp. *Erano stati alcuni Amici poco prima in detta mia casa.*

Et Domino dicente, vt exprimat nomina, & cognomina eorum, cum quibus erat associatus, & bene aduertat dicere veritatem.

Resp. *Erano N. de N. N. de N. & N. de N.*

Interrogatus, *Quare prædicti omnes reperiebantur in sua domo simul vniti: & quod negotium habebant.*

Resp. *Questi tali son miei antichi amici, e così vengono di continuo à casa mia per passar il tempo, come suol farsi frà amici; e non si trattaua di negotio particolare.*

Interrog. *vt dicat cum quibus Alijs solitus erat conuersari, ante eius capturam.*

Resp. *Oltre li sopra nominati, sono miei amici li tali, e tali, con quali prattico alle spesso nella Bottega tale, & alle volte io vado in casa loro, e loro vengono à casa mia.*

Interrog. *An tempore suæ capturæ fuerint penes se reperta aliqua bona, seù arma, & quæ.*

Resp. *Quando mi presero carcerato, haueuo adosso alcune scritture, e le tali, e tali robbe: e non haueuo arme alcuna.*

Interrog. *Quare dictas scripturas, & litteras occultare voluit.*

Resp. *Acciò li Sbirri non vedessero li fatti miei.*

Interrog. *Quare voluit pecuniam birruarijs dare, vt prædictas litteras ei restituerint.*

Resp. *Non è vero ch'io habbia voluto dar danari alli Sbirri, acciò mi hauessero restituito le lettere, questa è una bugia.*

Interrog. *ubi fuerit die præcedenti, & tota hebdomada ante eius capturam.*

Resp. *Il giorno auanti ero stato in Città, mà alcuni giorni prima ero stato nella Terra N. per alcuni miei affari.*

Interrog. *Vt dicat quis eum ibi viderit, in domo cuius habitauerit, cum quo dormiuerit, an sit solitus eò alijs vicibus ire, & ad quid peragendum.*

Resp. *Quando partiui il giorno tale, mi vidde il tale, e tale, mentre stauo lì m'hà visto il tale; e tale; son stato in casa del tale; hò dormito solo: e là son solito d'andarci alle spesse per essigere le mie entrade, &c.*

Interrog. *quò prætendebat ire die sequenti, si captus non fuisset, & ad quid agendum.*

Resp. *haueuo in mente d'andare alla mia massaria, per vedere le mie robbe.*

Interrog. *vt dicat, an alias fuerit inquisitus, processatus, vel carceratus, qua de causa; quoties; In quo loco; De quo tempore; & sub quo Iudice.*

Resp. *son stato un'altra volta carcerato in questi carceri cinque anni sono, essendo Vicar. il Signor Abbate N. sotto pretesto, che mi fossi trouato intricato nella morte del tale.*

Interrog. *quomodo è carceribus exiuerit, an absolutus, vel condemnatus fuerit.*

Resp. *vscìui assoluto come innocente, si come appare dalla sentenza che sarà nel processo in questo Archiuio Vescouale.*

Interrog. *an habeat aliquos inimicos, vt recenseat per nomina, & cognomina.*

Resp. *mi sono nemici il tale, tale, e tale.*

Vel *io non hò altro nemico che N. de N. per causa di certa lite che hò con lui.*

Interrog. *vt dicat causam inimicitiæ. A quanto tempore cita. Quis dederit causam inimicitiæ, An de dicta inimicitia sit cum aliquo allocutus, cum quo, seù quibus. Qua occasione fuerit allocutus. Quis fuerit primus ad alloquendum de ipsa inimicitia. An alios sermones habuerit qui fuerint sermonis. An alio tempore cum alijs sit allocutus de dicta inimicitia. Quare; vn agrè tulerit causam dictæ inimicitiæ, &c.*

Resp. *la causa dell'inimicitia, com'hò detto è una lite ciuile, che hò col detto N. de N. da due anni in quà, &c.* Et sic euacuari debent interrogationes prædictæ, vel sigillatim, vel vna simul. Et si dixerit aliquam causam friuolam, debet iterum interro-

terrogari; *Vt dicat veritatem, nam dicta causa non est sufficiens ad inducendam inimicitiam.*

Respondit, &c. Et si causam sufficientem dixerit, tunc.

Interrog. *an sciat vbi ad præsens reperiantur dicti eius inimici*, Resp. &c.

Interrog. *vt dicat, an vltra supra nominatos inimicos habeat alios: qui sint: qua de causa: à quanto tempore, &c.* Resp. &c.

Interrog. *an cognoscat N. N. & N. &c.* Et hic nominari debent promiscuè nomina testium, contra eum examinatorum. Resp. &c.

Interrog. *à quanto tempore circa illos cognoscat; An cum illis sit amicus; An practicam eorum habuerit: vbi Quare: an sint homines probi: an sint bonæ, vel malæ famæ: An sint veridi, & fide digni: An vnquam fuerit in eorum domibus; vel aliquis eorum in sua; Quo tempore; ad quid agendum: an alij cum ipsis; an aliquando inter eos mandata fuerint; quando, & an alij cum illis; qui fuerint sermones habiti; & illa seriatim explicet: qua occasione, &c.* Resp. &c.

59 Hæc & similia interrogatoria ferè semper fieri solent in primo constituto, seù examine Rei, cum sint quædam generalia necessariò præmittenda, addendo tamen, vel minuendo illas aut impinguando & variando, secundum variationem responsionum ipsius Rei, cum, vt supra dixi, vnicum verbum illius diuersificare faciat ordinem interrogatorium. Et si necessitas, aut aliud postulauerit pro tunc finem faciendi examini, acceptando fauorabilia pro Curia, & Fisco, & mandando quid fieri debeat de Reo, ac reseruando facultatem iterum examinandi, tali modo terminabitur, videlicet.

Forma finis primi constituti.

Et tunc Reuerendiss. Dominus (*siuè Dominus, &c. si sit alius Iudex*) tarditate horæ præuentus, *vel* magis arduis negotijs occupatus, & impeditus acceptatis &c. examen dimisit, & ipsum constitutum mandauit reponi ad locum suum, *vel* consignauit custodi carcerum ben bene, & fideliter custodiendum, animo tamen iterum examinandi; *vel* continuandi examen, *vel simpliciter*; animo tamen, &c. Iniuncto ipsi constituto, vt se subscriberet prout calamo accepto se subscripsit, vt infra, videlicet.

Io N. de N. hò deposto quanto di sopra, &c.

Quod si Reus scribere nesciat, dicatur: Iniuncto ipsi constituto, quia dixit se nescire scribere, vt signum Crucis faceret, prout accepto calamo sua propria manu designauit, vt infra, videlicet.

† *Signum Crucis propria manus, N. de N. constituti scribere nescientis, vt supra deponentis, &c.*

N. Vicarius Generalis, &c. vel Iudex N. &c.

N. Notarius, vel Actuarius, &c.

60 Quando verò casus occurret, vt constituendus sit Reus, cuius nomen, cognomen, patria, & reliquæ eius qualitates ignorantur, quia fortè fuerit aduena, vel vagus, qui delictum commisit, eius constitutum formari potest infrascripto modo, videl.

Forma constituti Rei incogniti.

Die, &c. *vt supra.*

Constitutus personaliter, &c. *vt sup.* Quidam homo, *seù* Iuuenis, ætatis suæ, vt ex eius aspectu dignosci poterat, annorū tot io circa principalis, quoad se, testis verò quo ad alios, &c. Imberbis, *vel* cum barba pilosa nigri, *vel* rufi, coloris, vulgò castagnazza; cum tali cicatrice, *si illam habeat in tali loco faciei*, Indutus infrascriptis vestimentis, videlicet. Vn capello di feltro negro; *vel* biancaccio. Vn ferraiolo di panno negro; *vel* di panno rosso, &c. Vna casacca di panno negro con calzoni simili alla moda, calzette verdi, con scarpe negre, e fettucce verdi. Vel describantur vestimenta latino sermone, vt placuerit. Qui delato sibi iuramento veritatis dicendæ prout tactis, &c. Iurauit &c. fuit per eumdem Dominus interrogatus, *vel* ad opportunas Domini interrogationes dixit, & resp. prout infra. videl.

Et primo interrogatus de nomine, cognomine, ætate, patria & exceptio.

Resp. *Io mi chiamo Titio Bello, son figlio, di Caio Bello, e di Seia Brutta. la mia patria, è la Città, ò Terra N. sono d'anni 27. & il mio essercitio è di scriuano, de Banco de mercanti.*

Interrog. *an habeat pronomen, seù supranomen.*

Resp. *Signor nò* vel *signor sì* N.

Supradicta autem interrogatoria possunt etiam fieri sigillatim, prout libuerit, postea.

Interrog. *quare hic reperiatur.*

Resp. *perche li Sbirri me ci hanno menato.*

Interrog. *an sciat causam sua carcerationis per Birruarios factæ.*

Resp. *Io non sò perche m'han carcerato.*

Interrog. *an saltem præsumere possit.*

Resp. *E che volete, che sappia? certo non me lo posso imaginare.*

Interrog. *an sciat, vel præsumat causam præsentis examinis.*

Resp. &c. Et deinde prosequatur examen, vt supra, mutatis mutandis, vel additis addendis, iuxta factorum diuersitatem, etsi terminandum sit examen, fieri potest finis, vt supra.

61 Cum verò iterum Reus examinabitur, quia vt supra dictum est, pluries constitui, & examinari potest, non semel tantum, tunc principiari, & finiri poterit, vt infra, videl.

Forma Principij secundi constituti.

Die tali, &c. vt suprà.

Iterum constitutus personaliter, vbi supra; coram quo supra, assistente quo supra (si Iudex sit idem, & similiter Fiscalis, aliàs fic eodem modo, quo supra in primo constituto) *N. de N. de Ciuitate, seù Terra N. de qua aliàs, qui delato sibi iuramento veritatis dicendæ, prout tactis, &c. Iurauit, fuit per Dominum.*

Interrog. *an se disposuerit ad veritatem fatendam, melius quam fecerit adhuc vsque, super his, de quibus fuit aliàs interrogatus.*

Vel alio modo.

Interrog. *an sibi occurrat aliquid ex se ipso dicere vltra ea, quæ in præcedentibus dixit, & quid, ut explicet seriatim.*

Vel si aliquid in alijs constitutis fassus fuerit, dicatur.

Interrog. *an sibi occurrat aliquid aliud dicere vltra, ea quæ in præcedentibus examinibus fassus fuerit, an velit addere, vel minuere, aut confirmare.*

Resp. &c. & scribatur totum illud, quod dicit.

Deinde descendatur paulatim ad alia interrogatoria, ad factum, & eius inditia pertinentia, vel ad alia, prout facti qualitas requiret, de quibus certa methodus tradi non potest, cum præualere multum debeat peritia, & prudentia Iudicis; proderunt tamen ea, quæ superius dicta sunt *num. 48. vers. deinde deueniendum*, vbi habentur omnia interrogatoria, quæ ad inditia spectant. Quando postea terminandum erit examen, concludi potest eo modo, quo dictum est supra *num. 49.* in fine primi constituti.

62 At verò aduertendum, erit, quod ea, quæ attulimus de principio, & fine secundi constituti, deseruire etiam possunt pro alijs constitutis, si pluries Reus examinandus fuerit. Atque similiter aduertendum, quod in fine cuiuslibet constituti fieri solet per Fiscalem quædam protestatio, quæ per Notarium, seù Actuarium scribenda erit tali, vel simili modo, videl.

Forma Protestationis Promotoris Fiscalis.

Præsente D. N. Promotore Fiscali Curiæ &c. & fauorabilia tantum acceptante, contraria vero confacientibus contradicente, petente, & instante contra dictum Constitutum ad vlteriora procedi, & omni meliori modo, &c.

63 Quoniam verò dixi supra *num. 53.* esse valde vtile Iudici in examinandis Rei, cum examen absoluere voluerit, epilogum quemdam facere omnium inditiorum contra reum extantium, & iurium pro Curia, & Fisco facientium, ad confundendum ipsum in negatiua perseuerantem. Ideo antequam ad constituti, seù examinis conclusionem deueniatur, in vltimis interrogatorijs, illa infrascripto, vel simili modo recolligantur,

gantur, prosequendo examen, & reo veritate negante, subiungantur sequentia, vel his similia interrogatoria, videl.

Forma Epilogi Inditiorum.

Et Domino dicente, ac ipsum constitutum monente, vt tandem velit veritatem fateri, tam circa ordinem, & tractatum interficiendi præfatum N. de N. quam circa factum ipsum. si ipse constitutus interuenerit in homicidio.

Resp. *Io non sò, che dir'altro, sopra quello che hò detto sin'hora.*

Interr. *quomodo præsumat posse amplius tergiuersari prædicta, & negare, cum tot vrgeant contra ipsum indicia, præsumptiones, & coniecturæ. Imo plena, & manifesta probationes, ex quibus omnis se defendendi, & delicta occultandi locus sibi eripitur.*

Resp. *Io sono innocente di tal delitto, che m'hà interrogato, e non posso mai credere, che vi siano proue contra di me; se non false.*

Interrog. *qua facie audeat se innocentem asserere, nihilque in processu extare posse contra se, cum præter alia, adsint depositiones N. de N. & N. de N. qui ipsi constituto amici, prout supra asseruit, qui nullo pacto assererent, se interfecisse præfatum N. de N. si verum non esset.*

Resp. *Io teneuo li predetti per amici, & huomini da bene, perche non haueuo altra cognitione di loro, ma adesso che V.S. mi dice d'hauer deposto questa buggia contro di me, li tengo per li maggiori ribaldi, e falsarij, che siano al mondo: mentre io ch'io non hò commesso tal delitto, e loro dicono tal falsità.*

Et sibi dicto, quod tam manifestè constat de ipsius impudentia, & pertinacia, cum non solum delictum à se commissum agnoscere recusat. Sed Viros probos, & fide dignos, qui iuramento adstricti veritatem testificati fuerunt, falsarios, & improbos appellare non veretur.

Resp. *Hò detto, e torno à dire, che li sopradetti sono falsarij, e falsarijssimi, se han fatto tale testimonanza falsa contro di me.*

Et Domino subiungente, quod nequaquam potest de prædictorum testium fide dubitari, cum tot alia præsumptiones, & coniecturæ, indicia, ac probationes illorum testimonia comitentur. Habemus enim inimicitiam, quam ipsemet constitutus fatetur ex maximis causis, nempe ex lite omnium bonorum inter se, & præfatum N. de N. esse contractam, (sit a falsus sit) *ex qua oritur præsumptio iuris, quod semper mala de dicto N. de N. cogitauerit; quod quidem indicium nullo modo per ipsum constitutum sublatum, nec labefactatum apparet. Quare fuit hortatus ad veritatem libere fatendam, quam videt se negare non posse.*

Resp. *è vero che ci era la lite frà me, & il detto N. de N. ma non per questo si può dire, che pensassi d'ammazzarlo, mentre le mie ragioni speraue d'ottenerle per via della giustitia &c.*

Et Domino replicante, quod sufficit inimicitia prædicta causas extare, vt dicatur ipsum constitutum odio prosequutum fuisse N. de N. prædictum, maleque semper de illo cogitasse præsumatur. Tantò magis, cum littera penes ipsum constitutum reperte, & per eumdem recognita, quas tempore sua captura occultare, & lacerare conatus fuit, dictam malum animum luce meridiana clarius indicent, & demonstrent. Ideo se disponat veritatem fateri.

Resp. *Io vi hò detto, che son'innocente, e le lettere, che voleuo nascondere, non mi deuono condannare, perche le faceuo, acciò li Sbirri, che son feccia del mondo, non hauessero da sapere le cose de galant'huomini, anzi li dissi che l'hauerei fatte ben vedere à V. S. &c.*

Interrog. *Et monitus, vt iam ab obstinatione desistat, & veritatem dicere se disponat, quia si verum esset, qua ipse constitutus dicit, litteras occultare non conatus fuisset, & Birruarios, à quibus captus fuit, pecunijs corrumpere non tentasset, adhuc vt prædictas litteras occultaret. Neque cum ipse constitutus super litterarum recognitione, & tenore examinatus fuit, verum sensum earumdem aperire recusasset; neque tam varia, diuersa, impropria, & improbabilia respondisset, prout iam fecerit. Sed tamen ex dictis litteris clarè apparet, tractatum fuisse habitum de interficiendo prædictum N. de N. ac preparationis adhuc effectum factu, & loci destinationem ad scelus committendum, temporisque præfixionem, &c.* (Si hæc omnia in litteris recognitis, & in faciem illius lectis, contineantur, de quarum recognitionis forma inferius dicemus.) *Ideo dicat veritatem.*

Resp. *Io vi hò detto perche causa voleuo nascondere le lettere. Nè mai hò cercato di corrompere li Sbirri con denari per occultarle, e se han detto tal cosa son buggiardi, secondo il solito loro. E quello c'hò detto è la pura verità, e se si trouasse altro, è tutto buggia, &c.*

Interrog. *Quomodo audeat adhuc homicidium prædictum à se commissum negare, cum & signa sanguinolenta in eius domo reperta. & N. de N. ac N. de N. famulorum ipsius constituti post homicidium commissum fuga, ac equi preparatio, & pecuniarum traditio post homicidium de eius mandato per ipsos vna simul factum; eiusdemque constituti latitatio; cunctis tot mendacijs, variationibus, & inuerisimilibus responsionibus, alijsque indicijs, coniecturis, & præsumptionibus, de quibus alias in suis constitutis mentio facta fuit, satis, superque ipsum constitutum conuincant, homicidium prædictum fuisse ab ipso commissum. Quare fuit monitus, vt malit veritatem tandem fatere, quam vlterius in obstinatione, ac pertinacia persistere.*

Resp. &c.

Tunc Dominus sedens, &c. acceptatis, &c. cum reliquis positis sup. n. 59. in forma finis primi constituti.

De lectione examinis, seù depositionum Testium in faciem Rei.

64 Necesse est aliquando, cum reus persistit in negatiua conuincere illum, quoad fieri potest, vt disponatur ad veritatem fatendam, legendo illi depositiones testium contra ipsum examinatorum in processu informatiuo pro Curiæ, & Fisci instructione fabricato. Et aliquando, vbi fuerint depositiones sociorum criminis, mandatur similiter legi per Notarium in faciem ipsius Constituti. Quæ depositionum lectio ex causa solet fieri suppressis nominibus, & aliquando cum expressione nominum prout casus, & necessitas postulauerit, sed antequam ad actum prædictum deueniatur, solent quidam Iudices ipsum constitutum interrogare, *An sciat, qui fuerint testes contra ipsum examinati.* Si respondeat affirmatiuè: interrogabitur, vt recenseat, qui sint. Deinde subiungitur: *An sint eius amici, vel inimici, & an illos habeat pro veridicis, & fide dignis.* Si verò responderit omnino negatiuè, tunc immediatè interrogari solet, *an cognoscat Titium Caium, Sempronium Meuium, &c.* & inter illos promiscuè permiscentur testes examinati, ita vt ipse non aduertat, nisi cum leguntur eorum depositiones. Ad hanc tamen practicam rarò deueniendum erit, cum quodammodo auferantur reo defensiones, ad quas omnes leges naturales, & positiuæ sunt multum procliues, & multò rarius, imò numquam Iudex Ecclesiasticus illa vtatur.

Quòd si huiusmodi interrogationibus responderit, Aliquem ex nominatis esse infamem, vel sibi inimicum: Debet vlterius interrogari, *super qualitate infamia, & quomodo sciat illum esse infamem; & quo fundamento illum infamem appellet.* Et similiter *de qualitate inimicitia, & eius causis,* ac alijs circumstantijs necessarijs, quæ ad rem facere opportunæ videbuntur, de quibus suprà nu. 49. Et si dixerit aliquam friuolam causam inimicitiæ, iterum interrogabitur, quod non est sufficiens ad inducendam inimicitiam, ideo dicat, an adsit alia causa, &c.

Cum autem aliquis Iudex vti voluerit supranotata practica, fieri solent sequentes interrogationes, vel aliæ his similes, prosequendo constitutum, videl.

Forma examinis præmittendi, antequam legantur Testium Depositiones in faciem Rei constituti.

Inter. *an cognoscat Titium, Alfa, Vita, Caium, Meuium, Gamba, Delta, Sempronium, Epsilon, &c.*

Resp. *Signor sì, che conosco tutti questi nominatimi.*

Inter. *A quanto tempore citra illos cognoscat, & vbi.*

Resp. *Da tant'anni in quà, in questa Città.*

Inter. *Cuius qualitatis sit Titius.* resp. &c

Inter. *An habuerit practicam cum ipso, qua occasione, quibus modis.* resp. &c.

Interrog. *An occasione dicta practica, & amicitia, sit in-*

ter

per constitutum ipsum, & prædictum Titium magna beneuolentia, Resp. &c.

Interrog. *An aliquando inter ipsos orta fuerit aliqua dissensio, qua de causa, vbi, coram quo quis illam sciat; an aliquando post eam reconciliati fuerint, quis sciat, & sic de reliquis*. Resp. &c.

Interrog. *An habeat amicitiam cum Alfa, Vita, Caio, &c.* Resp. &c.

Interrog. *An vnquam inter ipsos intercesserit aliqua differentia, ex qua coniecturari possit inter eosdem factam esse animi alienationem erga ipsum constitutum*. Resp. &c.

Interrog. *An habeat prædictos Titium, Alfa, Vita, Caium, & reliquos prænominatos pro hominibus probis, & fide dignis*, Resp. &c.

Interr. *An credat, quod præfati Titius, & reliqui absque causa iusiurandum falso subirent, vel delictum aliquid committerent in alicuius præiudicium*. Resp. &c.

Interr. *An ergo credat, quod veritatem dicturi sint, si requirantur*. Resp. &c.

Interr. *An cognoscat, A. B. C. D. E. F. & G.*

Resp. *Signor sì.*

Interrog. *A quanto tempore citra; an sint sibi amici, vel inimici.*

Resp. *A. C. D. & F. mi sono amici, ma B. E. & G. mi sono nemici.*

Interr. *Vt dicat causam inimicitiæ cum dictis B. E. & G. à quanto tempore citra, & qua de causa*. Resp. &c.

Interr. *An ex alia causa vigeat inimicitia inter ipsum constitutum, & prædictos B. E. & G.*

Resp. *Non ci è stata, ne è altra causa che questa, che hò detto.*

Et Domino dicente, quod hæc causa est multum debilis, & parui momenti, nec ex ea contrahi potest inimicitia considerabilis, ex qua moueri possint ad illum offendendum. Resp. &c.

Interrog. *An aliqua signa, vel effectus dictæ inimicitiæ visa fuerint aliquando; & quæ, vel quis an sit de eis aliquis informatus, & quis; an vnquam fuerit sequuta reconciliatio inter ipsos, &c.* Resp. &c.

Interrog. *An habeat aliquam aliam inimicitiam; cum qua persona.*

Resp. *Signor nò.*

Interrog. *An omnes alios, præter prædictos B. E. & G. suos inimicos, habeat pro hominib. veridicis, & fide dignis,*

Resp. *Signor sì, &c.*

Interrog. *Et monitus, vt tandem veritatem fateri disponatur, & à pertinacia desistere, quia Curia est benè informata, quod ipse constitutus homicidium prædictum in personam N. de N. associatus cum N. de N. & N. de N. commisit; ideo caueat à mendaciis.*

Resp. *Io v'hò detto più volte, che son di ciò innocentissimo, nè si trouerà mai, ch'io habbia commesso tal delitto.*

Interr. *Quomodo audeat prædicta negare, cum vltra indicia, quæ contra ipsum constitutum sunt, non desunt testes veridici, & fide digni, qui ipsum de mendacio conuincunt.*

Resp. *Chi mai potrà trouarsi tanto buggiardo, e senza conscienza, che dica d'hauer'io commesso questo homicidio. Non lo credo.*

Interrog. *Quid ergo diceret, si in eius faciem apparebit ex dictis, & depositionibus testium fide dignorum, ipsum constitutum commisisse talo delictum.*

Resp. *Trouandosi, che alcuno habbia fatto tal depositione, dirò che sia vn falsario, & spergiuro, & huomo poco timoroso di Dio.*

65 Huic interrogatorio succedit infrascriptum decretum, continuando examen quod Nos diuidimus pro perfectiori, & magis ordinata notitia Tyronibus danda, fit autem infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma Decreti legendi examen Testium in faciem Rei.

Tunc Dominus ad conuincendum ipsum constitutum de mendacio, & ad disponendum eumdem ad veritatem fatendam, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum: mandauit pro nunc per me Notarium alta, & intelligibili voce ad claram ipsius constituti intelligentiam, sibi exhiberi, & legi depositionem N. de N. habitam sub die tali, mensis talis anni talis, de qua supra folio tali, in ea parte, quæ incipit sic, vsque ad illa verba, videlicet, &c. & ponantur verba,

Qua depositione sic, vt supra, per me lecta, & per ipsum constitutum benè audita, & intellecta, prout asseruit, fuit idem C. per Dominum interrogatus, quid modo dicat aduersus ea, quæ sibi lecta fuerunt, & quomodo amplius negare audeat ipsum commisisse prædictum homicidium.

Resp. *Da quel che hò inteso, che dice detto N. de N. scorgo, che habbia detto vna grandissima buggia, e non si trouerà mai con verità quello, che dice, questa è vna gran falsità.*

Interrog. *Et monitus, vt velit se disponere ad veritatem fatendam super premissis, præsertim cum videat se testibus conuictum, qui verisimiliter contra ipsum prædicta non dixissent, si vera non essent, cum nemo præsumatur immemor salutis propriæ animæ. Tanto magis, quod ipse constitutus approbauit dictum N. de N. pro homine sibi amico, probo, veridico, & fide digno.*

Resp. *Per il tempo passato sin'adesso l'hò tenuto per amico, & huomo da bene, mà adesso, che sento d'hauer detto vna buggia così pregiudiciale alla mia persona, e fama, dico ch'è falsario, e spergiuro, &c.*

Et sibi dicto, quod non desunt Alij testes, vltra dictum N. de N. qui prædicta testificantur. Ideo dicat veritatem, nec expectet vlterius conuinci.

Resp. *Ancorche ci fossero mille testimonij, che dicessero l'istesso, son tutti buggiardi, e falsi, &c.*

Interrog. *Quid diceret, si audiret testificantem hominem quemdam ab ipsomet constituto pro viro probo, & veridico habitum.*

Resp. *Potrebbe essere, mà io non lo credo.*

Tunc Dominus ad vlterius conuincendum ipsum constitutum de mendacio, ipsumque disponendum ad veritatem fatendam; & ad omnem alium meliorem finem, & effectum mandauit per me Notarium alta, & intelligibili voce, &c. prout supra. Deinde.

Interr. *Quid modo prædictis respondeat.*

Resp. *Costui ancora dice vna gran buggia.*

Interrog. *Et monitus, vt tandem velit à mendacio recedere, & ab eius pertinacia desistere, cum iam videat esse duos testes fide dignos, qui ipsum de mendacio conuincunt; qui que medio eorum iuramento prædictam deposuissent, si vera non essent; cum nihil agere habeant cum ipso constituto, nec inde vllum commodum sentiant, nec sentire possint.*

Resp. *Sia ciò che si voglia di questo, io chi dicono vna sollennissima buggia. Et io non hò altro che dire, perche hò già fin'hora detto la verità.*

Interrog. *Quomodo audeat Viros præfatos probos, veridicos, & fide dignos paulo ante ab ipsomet constituto pro talibus habitos, nunc mendaces appellare? ex quo manifestè apparet de eius impudentia; cum adsit etiam N. de N. suus amicus, qui eamdem deposuit, asserendo ipsum constitutum homicidium prædictum commisisse.*

Resp. *N. de N. dice tal cosa? E come mai potrà esser questo? Non lo credo, ne può essere.*

Tunc Dominus ad tanto magis constitutum ipsum conuincendum de mendacio, mandauit per me legi, &c. in illa parte quæ incipit sic: & finit sic. Et sequere, vt suprà.

Deinde si opportunum videbitur, terminari poterit examen eo modo, & forma prout habetur in fine primi constituti *sup. n. 59.* Mutatis tamen mutandis, vel demptis, aut additis his, quæ opportuna iudicabuntur, cum formulæ prænotatæ, non sint adeo in earum formalitate seruandæ, vt nequaquam ab ipsis recedi possit. Sed tantum positæ, vt aliàs dixi, pro exemplis, ad illas imitandas, saltem in substantialibus; ne ex defectu alicuius clausulæ necessariæ, facietur processus, & sic fiant nullitates,

DE CONFRONTATIONE TESTIVM.

66 Solent aliquando quidam Iudices in quibusdam casibus, vltra lectionem depositionum testium in faciem rei, deuenire etiam ad confrontationem testium examinatorum, vel

vel fociorum criminis cum ipso reo constituto. Hæc autem confrontatio regulariter non est necessaria, nec de substantia processus. Et ideo omissa, processus non infirmatus, quia est remedium subsidiarium, & extraordinarium, nam ordinarium est repetitio, vt dicemus infrà n.72. Sed solum vtilis: & admittenda in illis casibus, in quibus de consuetudine, & stylo Curiæ fieri solet; habet tamen vim repetitionis, quando fit, imò maiorem effectum producit, vt inquit Chartar. in d. pr inter. vol. l. 3. c. 1. num. 84. & seq. Clar. in Pr. cr. §. fin. qu. 45. vers. sed in proposito quero, & Affict. super secunda parte constitutionum Regni rubr. 10. n. 20.

Fieri autem debet confrontatio, quando reus negat omninò factum, quod de directo contrarium deposuerunt testes. Quintilian. l. 5. Inst. c. 8. & dicam inferius num. 72. latius. Fitque cum omnibus qualitatibus, quæ requirerentur, si testes confrontandi numquam examinati fuissent. Honded. consil. 101. n. 30. l. 1. Et latissimè agitat per plures quæstiones materiam confrontationis Sigism. Scaccia. in tract. de iudic. in cons. crim. proces. cap. 86. à num. 53. vsque ad 62. & Guazzin. in tract. de defension. Reor. defens. 20. cap. 10. 20. & 21. & Zuffus de legitim. process. l. 3. q. 182. cum plurib. seqq. Et quando testes confrontati fuerint cum reo, medio iuramento, non erit opus repetitione ipsorum, quæ alias fieri debet, cum testes examinati pro Curiæ informatione, nihil probent, nisi repetantur, vt inferius dicemus: quia cum adducuntur singuli de per se in faciem rei, habentur pro citatis, præstaturque iuramentum veritatis dicendæ, recognoscuntur personæ amborum ad inuicem, & ratificantur omnia quæ alias deposuerunt, & illa confirmant. Chart. d. l. 3. c. 3. n. 18. & c. 1. n. 84.

67 Parit etiam alium effectum confrontatio, nam vltra quod multum vrget reum, aperit mentem ipsius Iudicis ad melius veritatem discernendum à fallacijs, & fraudibus, tum ex negatione, & audaci inficiatione ipsius rei: tum etiam ex constanti assertione testium in faciem eiusdem rei, iux. a text. in l. 3. §. ideoque vers. Tu magis scire potes. ff. de testib. Chart. d. l. 3. c. 1. n. 57. & ibi Bursat.

Et nota, quod poterit reus hos testes ad sui libitum interrogare. Bart. in Auth. qui semel. col. fin. na. 36. C. de probat. Et deinde si iidem testes sic a reo interrogati, in confrontatione non fuerunt sufficienter interrogati, repetendi adhuc erunt ad instantiam ipsius Rei super eiusdem interrogatorijs datis, etiam publicato processu, dummodo absit dolus ipsius Rei; & instaret, quod aliàs nullam fidem faciant, nisi repetantur. Honded. dicto cons. 101. na. 26. & 28. lib. 1. Zuff. loc. cit. qu. 137. nu. 2. Marant. in spec. aur. p. 6. memb. 7. num. 19. vbi idem firmat de testibus, qui repeti debent, etiam post publicationem. Quod si testes fuerunt plenè, & sufficienter interrogati, tunc repetendi non erunt super interrogatorijs per Reum datis. Hond. d. d. cons. 101. n. 28. & Bursatt. cons. 311. n. 14. cum seq. l. 2.

68 Fieri tamen non debet confrontatio filii cum patre, & è contra. Vassalli cum Patrono; serui cum Domino. Timidi cum potente, Vxoris cum Viro, Pupilli cum Tutore, & similium: quia magna cum difficultate illi tales suum dictum confirmare audient contra prædictos in eorum faciem, ob reuerentiam illis debitam, saltem sine aliqua vacillatione, attentando delictum, quæ sufficit aliquando ad inualidandum processum, vt ait Chartar. d. l. 3. c. 1. n. 97. Quando autem fit dicta confrontatio facienda est, vt dixi, sigillatim, & non per plures eodem tempore. Chart. ib. n. 95. Scacc. d. cap. 86. na. 60. Farinac qu. 80. na. 94. quidquid asserat Franc. Pegna ad Director. Inquisitor. Eymeric. p. 3. comment. 48. vers. postremò. vbi ait posse plures simul confrontari: contrarium enim in practica obseruatur, etiam si sint socii criminis, qui separatim confrontantur.

Verùm, quia confrontatio requirit magnam circumspectionem, & practicam, in ipsa benè facienda, ego nunquam facere, vel saltem de rarò, sed semper curarem fieri repetitionem testium, de qua inferiùs. Ad confrontationem faciendam cogi possunt testes in omnibus delictis, præter hæresim. c. delictorum de testib.

69 Vltra confrontationem Testium, adest illa, quæ fit cum sociis criminum, quæ fieri debet cum maiori solemnitate, ideo de ea infrà aliqua etiam afferemus. n. 73. Pro nunc de prima, hoc est testium, hæc pauca dixisse, non erit inutile.

Quando autem fieret, forma illius infrascripta, vel huic similis esse potest. Continuando enim examen & Reo persistente in negatiua, fiunt sequentes interrogationes, videl.

Forma Confrontationis Testium cum Reo.

Interrog. & monitus, vt velit dicere veritatem, quoniam Curia habet testes fide dignos, qui illum de mendacio conuincunt: ita vt melius sit ingenuè veritatem fateri, neque sinat contra ipsum ad alia iuris remedia deueniri.

Resp. la verità già l'hò detta; e non può essermi persona alcuna, che dica tal falsità.

Interrog. an cognoscat N. de N. & an habeat illum pro viro probo, veridico, & fide digno, an sit ei amicus, vel inimicus.

Resp. lo conosco benissimo, ouero non lo conosco. Non sò se sia veridatiero, o buggiarde, e non mi è amico, ne nemico.

Interr. quid dicat si prædictus N. de N. deponet pro veritate in eius factum, quod ipse negat.

Resp. dirò, che egli è vn gran buggiarde.

Tunc Dominus ad multo magis conuincendam ipsum Constitutum de audacia, & ad magis disponendum ad veritatem fatendam, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum mandauit ad faciem ipsius Constituti adduci N. de N. de quo supra.

Quo adducto, & simpliciter facta inter eos mutua recognitione Personarum, & nominum, delatoque iuramento veritatis dicendo, tam sibi, quam ipsi Constituto, prout tactis, &c. iurauerant. Fuit postea idem N. de N. adductus per Dominum formiter.

Interrog. an cognoscat præsentem Constitutum, & dicat quomodo nominatur, & cognominatur.

Resp. Signor sì che conosco quest'huomo qui presente, che si chiama N de N. della Terra N.

Interr. vice versa præfatus Constitutus, an cognoscat præsentem adductum, & quomodo vocetur.

Resp. Signor sì, che conosco quest'huomo che m'hauete fatto venir in faccia, che si chiama N.

Et facta sic per præfatos mutua nominum, & personarum recognitione, fuit dominus idem adductus.

Interrog. an ea, quæ dixit, & deposuit in suo examine facta sub die tali, mensis, &c. & contra præsentem Constitutum, fuerint, & sint vera, illaque pro veritate dixerit, ac deposuerit, an deque intendat eadem illa ratificare, & comprobare in faciem ipsius Constituti hic præsentis.

Resp. Signor sì, che tutto quello ch'io dissi nell'altro mio esamine, che non mi ricordo precisamente di che giorno fosse, è la verità, e ero tale l'hò detta, e deposto, e son qui pronta a mantenerlo ancor in faccia di N. de N. qui presente, perche è la pura verità.

Tunc Dominus mandauit per me ad claram amborum intelligentiam legi depositiones ipsius adducti e de qua supra sub die tali &c. facta sub die tali &c. Vel: In illa parte, quæ incipit, &c. vsque ibi, &c.

Qua lecta, & per ambos benè audita, & intellecta, prout interrogati asseruerunt, fuit idem adductus per Dominum.

Inter. an ea, quæ modo legi audiuit, sint illa eadem, quæ ipse aliàs dixit, & deposuit circa, vel contra Personam præsentis Constituti. Et an vera sint, & tamquam vera modo approbet, & ratificet in faciem eiusdem Constituti.

Resp. Signor sì, che quanto m'hauete letto adesso, e stato detto, e deposto da me, e tutto l'hò detto per la verità; e come vero lo confermo adesso ratifico alla presenza di N. de N. qui presente, perche così son'obligato in conscienza.

Tunc Dominus conuersus erga dictum Constitutum interrogauit ipsum, quid modo respondeat ad prædicta.

Resp. Io hò inteso quanto costui hà detto, e e perche dice la buggia egli mentisce, &c.

Replicante ipso Adducto, & dicente: Io dico ch'è verissimo quello, che dico io, e tu menti, &c.

Et respondente ipso constituto: Io dico il vero e tu sei vn falsario, mentre dici queste cose, &c.

Eodem modo possunt aliæ replicationes, & responsiones fieri, & permitti vsquequo iudicabitur sic expedire. Et si adductus petierit sibi iterum legi eius examen, vt melius recordari valeat iam deposita, tali casu mandabitur Notario eidem illud legi. Honded. d. cons. 101. nu. 32. l. 1. Blanc. de qu. n. 24. Ambrosin. vbi sup. lib. 2. cap. 8. na. 13. & c. 9. nu. 8. Fasin. consil. 192. n. 12. Quod tamen fieri non debet, si aliqua rationabilis causa aliter

sua-

suadeat. Aymon. *cons. 115 nu. 7 & seq.* deinde prosequatur.

Et tunc Dominus cum vterque persisteret in suo dicto (vel, cum ambo persisterent in eorum dictis) mandauit dictum adductum remoueri à loco examinis, ipsum licentiando, (vel in locum suum reponi.) *Et successiuè continuando deinde examen cum ipso constituto, fuit per Dominum benignè.*

Interr. *Et monitus, vt tandem veritatem fateri velit, & hortatus, vt à mendacio, & pertinacia desistat, & recedat, postquam videt, quod tam conuictus remanet de mendacio.*

Resp. *Signore io la verità già l'ho detta, e non hò altro che dirui, &c.* Et sic, vel terminabitur examen, vel factis aliis interrogatoriis secundum facti contingentiam, proceditur ad confrontationem aliorum eodem ordine, & forma quib. supra à *vers. tunc Dominus ad multo magis, &c.*

Quod si terminandum sit examen, facienda est conclusio, & decretum, vt in fine primi constituti *sup. n. 59.* Si verò confrontandi erunt Alii testes, prosequendum est eodem ordine, quo supra.

De Alia Confrontatione pro Recognitione Rei non cogniti, nisi de facie.

70 Accidit aliquando, vt fieri nequeat confrontatio testium cũ reo, nisi facta recognitione, & inspectione ipsius quia fortè non cognoscunt illum per nomen, nisi de facie (vt sæpissimè succedit in Magnis Ciuitatibus, in quibus aliqui solent esse amici ad inuicem se salutantes: & confabulantes, & tamen neuter eorum scit nomen alterius,) vel propter vestimenta, vel alia signa visibilia. Tali enim casu hæc recognitio, & confrontatio fit tali pacto, nimirum ponitur reus inter plures homines magis similes, quantum fieri poterit, tam quoad faciem, quam quoad vestimenta ad euitandas subornationes, & fraudes, ac imposturas; itaut si reus habet pallium coloris rubei, procurare debet Iudex, vt Alii etiam habeant pallium similis coloris, vel saltem duo, vel tres alii, & sic de aliis vestimentis, & similiter faciat radere barba omnibus æqualiter, &c. Et postquam deposuerunt super statura, effigie, ætate, vestimentis, & aliis signis, quæ possunt esse ad cognoscendum hominem delinquentem; tunc adducuntur ad locum, vbi promiscuè inter alios, vt supra, inuenitur reus, vt ait Chartar. *loc. cit. d. l. 3. c. 3. n. 29. &* 30. Bonacos. *commun. opin. l. 5. ver. testes falsi fol. mihi* 178. Bursat. *consil.* 201.

71 Fit autem huiusmodi recognitio, & confrontatio parum diuersè à superiori, nisi in quibusdam, nam prosequendo examen rei, & ipso persistente in negatiua, fiunt sequentes interrogationes, & decreta, prout sequitur, vel his similes, videlicet.

Forma confrontationis pro Recognitione Rei, cuius nomen ignoratur à Testibus.

Interr. *Quid dicat, si testes fide digni ipsum constitutum recognoscunt esse illum eumdem, qui interfecit N. de N. idque etiam in eius faciem testificabuntur.*

Resp. *Nessuno potrà mai riconoscermi per quello che hà ucciso detto N. perche io non son stato.*

Tunc Dominus sedens, &c. ad conuincendum ipsum constitutum de mendacio, & ad disponendum ipsum ad veritatem fatendum, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum, mandauit ad locum examinis vocari quinque alios homines per custodem carcerum, & illuc adduci, facie, statura, ætate, ac vestimentis ipsi constituto magis similes, quam inuenire potuerint, & cum eodem Constituto in ordine collocari.

Quibus sic vocatis, & adductis, videlicet Titio, Seio, Caio, Mæuio, & Sempronio, &c. mandauit eos in ordine poni, & inter illos poni etiam ipsum constitutum, itaut ipse constitutus tertium obtineret locum, qui cum essent sic in ordine benè dispositi; successiuè mandauit ad eorum faciem adduci N. de N. de quo alias, &c.

Qui vocatus, & ad faciem eorumdem adductus, & sibi delato iuramento veritatis dicendæ, prout tactis, &c. iurauit, fuit per Dominum.

Interrog. *An inter illos sex, qui sibi exhibentur in corona dispositi, adsit ille met, de quo mentionem fecit in suo examine, quod occiderit N. de N. & cognoscat de facie, sed non per nomen.*

Resp. *Signor sì, che frà questi sei che V. S. mi fà vedere qui in filo, ci è quello, del quale hò fatto mentione nel mio esame de l'altro giorno.*

Et sibi per Dominum dicto, vt indicet, & designet præfatum hominem, de quo ipse intellexit in suo examine, & modo dicit esse inter prædictos sex, & manu illum tangat.

Resp. *Mouendo se de loco, in quo erat, & transferendo se ad locum, in quo permanebant dicti sex, & manibus proprijs tangendo N. de N. constitutum tertium in ordine positum, Signore questo qui, che è terzo in ordine alla fila, è quell'huomo ch'io viddi l'altro giorno, che ammazzò N. de N. com'hò detto nel mio esame.*

Tunc Dominus conuersus ergo dictum N. de N. constitutum interrogauit, an ipse cognoscat dictum testem; Et quid respondeat prædictis, contra ipsum per dictum testem depositis.

Resp. *Io non lo conosco, se non per sguardo, mentre dice queste cose contro di me che son innocente.* Vel: *Præsente ipso N. de N. constituto, & audiente, ac respondente, Costui dice vna gran buggia, nè lo conosco &c.*

Replicante ipso adducto; Io hò detto, e dico il vero, e Tu sei quel proprio che uccidesti N. de N. e ti viddi con miei proprij occhi: e quel che hò detto, son qui per mantenerlo sempre.

Tunc ipse adductus fuit per Dominum.

Interrog. *an ea, quæ deposuit in suo examine facto sub die tali, mensis tali &c. fuerint, & sint vera, illaque pro veritate dixerit, & deposuerit, modoque intendat illa eodem ratificare, & comprobare in faciem ipsius Constituti, vel reuocare, aut aliquid addere.*

Resp. *Signor sì, che tutto quello ch'io hò detto nell'altro mio esame, è stato, & è vero, per verità l'hò detto, & adesso ratifico, e voglio ratificarlo, & approuarlo, come di fatto faccio in faccia del medesimo Reo, e non mi retratto altrimente, mà approuo il tutto, nè ho cosa d'aggiungere di vantaggio.*

Et tunc Dominus, cum ambo persisterent in eorum dictis, licentiauit dictum Adductum & successiue ad magis conuincendum ipsum Constitutum, &c. vt supra mox dictum est, mandando adduci alios Testes, qui illum recognoscant eodem modo, Aliàs, vel prosequatur examen, vel terminetur, vt in fine primi Constituti supra posit. *n.* 59. Vel si expedire indicauerit Iudex, mandabit legi examen ipsius Adducti in faciem amborum, modo, & forma, prout supra *n.* 65. mutatis paucis mutandis.

72 Dictum est suprà *nu.* 66. quod regulariter confrontatio testium non est de substantia processus, adeoque si omittatur, processus non corruit, vnde facienda non est, nisi in casibus a consuetudine, & praxi receptis, secundum Clar. *in pract. cr. q.* 45. *vers. sed in proposito,* modò addendum est, quod licet dicta conclusio vera sit, cum loco illius fieri possit repetitio, quæ est remedium ordinarium, & confrontatio est extraordinarium, & subsidiarium; sed vbi habetur ordinarium, non debet recurri ad extraordinarium. Bart. *in l. ædictum ff. de q.* Aymon. *cons.* 287. *nu.* 2. ergo, &c. Attamen fallit in tribus casibus, in quibus nisi confrontatio fieret, processus claudicaret.

Primò, quando testes deponentes de delicto sunt inuicem de directo contrarii; Federic. *de sen. cons.* 164. Alex. *cons.* 34 *vol.* 3. *nu.* 4. Quod deuenire potest, tum circa factum, tum circa personas, & huiusmodi, prout si vnus dicat, vulnera per N. fuisse cæsim facta N. de N. Alter verò dicat punctim. Vel si quis fuisse præsentem Titiũ tali delicto, & Titius vnctus neget adfuisse.

Secundò, quando testis, & reus sunt similiter de directo contrarii, prout si testis dicat vidisse Titium vulnerantem Caium, Titius verò interrogatus omninò hoc neget. Clar. *vbi sup.* secus si sibi contrarientur in aliqua circumstantia, non in substantia, vt si testis dicat vidisse Titium tali die in tali habitu, Titius verò hoc negaret, vel diceret, se non recordari. Oldrad. *cons.* 126. Bald. *in cap. cum venisset nu.* 3. *de vest. spol.* Moron. *in tract. orign. & pac. qu.* 118. *n.* 62.

Tertiò, quando non potest haberi recognitio rei, nisi mediante illius inspectione, prout quando testes non cognoscunt delinquentem per nomen, nisi de facie, vel de vestimentis, vel de aliis signis visibilibus, & apparentibus; tunc enim est omninò facienda confrontatio. Clar. *ib.* Chartar. *d. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 88. Loccatellus *de qu. ind. inspect.* 5. *num.* 255. de qua dix *num. præced.*

Quibus addi possunt duo alii casus, in quibus confrontatio est etiam necessariò facienda. Quorum Primus est, quando

reus

reus confessus est delictum, sed negauit offensum, tunc enim ponendus erit inter plures, modo, quo supra, ad effectum illum recognoscendi, vt tradunt DD *prox.* signantes Loccatellus *ib.* quem citat Zuffus *d.l.3.q 152.n.8.*

Secundus casus est, in socio criminis, qui necessario confrontari debet, & si recusauerit, compelli potest. Pegn. *in Direc. Inquisit p.3 comm.* 125. Loccatell *dict. inspect.* 5. *n.* 234. per text. *in c. super ea, & c. peruenit. c. cum seq. de test. cog.*

De Confrontatione Socij Criminis.

73 Verum quia necesse erit aliquando, vt dictum est, confrontationem omnino fieri, & quod magis est, quod illa fiat non de testibus, sed de sociis criminis ideo de ea aliqua afferre non erit, nisi vtile, & necessarium. Ipsa autem sociorum criminis confrontatio fieri debet maiori cum solemnitate, quam illa testium, quia socij criminis torquendi sunt in faciem ipsius constituti, vt eorum dictum in tortura confirment, & cancellent, & sic probabit contra constitutum, aliàs non, vt inquit Boss. *de indit. & consider. ant. tortur. num.* 251. Clar. *loc. cit. quast* 51. *vers. scias etiam*, ratio est, quia complicitas in delicto reddit illos inhabiles ad testimonium ferendum vel saltem multum eneruat eorum fidem, propter infamiam, quam incurrunt, vt tradunt Iac. Aegid. *in tr. de reprobat. test nu.* 16. Neap. à Montealban. *de testib. nu.* 69. *fol. mihi* 9. vid. Farinac. *de indic. & tortur. qu.* 43. *limit.* 12. *nu.* 101. & Plot. *cons. cr* 122. qui distinguit, hoc procedere in socio criminis voluntario, non incoacto, qui non est infamis.

74 Regula tamen est, quod dictum socij criminis sufficiens est solum ad inquirendum de crimine. Roman. *in l. & si testus in princ. ff. ad Syllan.* quem refert, & sequitur August. *ad Angel. de malefit. in ver. fama publica, num* 31. Clar. *d. qu.* 21 *vers. teneatur* Nouell. *in Pr. cr. fol* 45. *num* 10. Io. de Amic. *cons.* 27 *nu* 5. *vbi nu.* 3. de communi testatur, & Grammatic. *cons.* 21. *nu.* 10. & *cons.* 67. *in fin.*

Quod procedit, tam in criminibus exceptis, quam non exceptis, vt de communi DD. sententia testatur Blanc. *de indic. nu.* 389. Villalob. *commun. opinion. in litt. C. num.* 203. Clar. *ibid. circa* Non autem sufficit ad transmittendam inquisitionem, seu citationem Reo nominato, itant teneatur comparere. Dec. *cons.* 189 *n.* 9. Conrad. *in Pr. fol.* 255. *in princ.* Clar. *d. q* 21. *vers. si vero quaris*, Viuius *in tr. communium opinion. fol.* 263. *vers. in testem non admittitur*, Rolan. *cons.* 16. *nu.* 7. *l.* 1.

75 Adhoc autem, vt dictum socij criminis faciat iudicium ad inquirendum, requiritur, ut depositio facta sit cum iuramento. Marsil. *in Pr. cr. §. diligenter nu.* 72. Vulpell. *cons.* 76. *nu.* 14. Boer. *decis.* 319. *post nu.* 4. Qui quid in contrarium afferat Blanc. *de indit nu.* 384. & ratio est euidens, quia licet quoad seipsum sic reus, quoad alios tamen fungitur vice testis, cui non adhibetur fides, nisi deponat cum iuramento, etiam si sit Religiosus, *cap. nuper, & c. tuis de testib.* & notat Clar. *in l.* 2. *§. testis*; & per Nos dictum fuit supra suo loco fusius.

76 Aduertendum tamen est, quod numquam deueniendum est ad confrontationem socij criminis, qui socium in tortura nominauit, nisi postquam talem nominationem socij factam in tortura ratificauerit extra tormenta, prout ratificanda est principalis confessio delicti. Bursat. *consil.* 201. *post nu.* 98. *vol.* 2. & Ratio est, quia dictum in tortura non afficit, nisi ratificetur, vt dicemus infrà *sect.* 14. *nu.* 41. & *seqq.* Aduertendum est secundò, quod si essent duo Rei socij criminis, & alter alteri crimen imponeret, sed inter se essent valde discordes in eorum depositionibus; tunc Iudex illos super his, in quibus discordant, interrogare debet prius separatim; postea coniunctim; & si in negatiua persisterent, nec alia via veritas haberi posset, ambos torqueri mandet in alterius mutuo conspectu, secundum Io Iac. *in Enchirid. cr. titul. de confrontatione. cap* 47. Sed in hoc necessaria est magna prudentia in Iudice, & similiter multa practica; Ideò caute, & mature procedendum erit.

77 Quando autem dicta confrontatio socij criminis facienda est, practica secundum Chartar. *in sua Prax. interrog. vol.* 4. *c.* 2. *nu.* 14. talis erit: Dum examinatur reus, & persistit in negatiua, continuando examen, vt fit in confrontatione testium cum reo, de qua supra *n.* 69. vsque ad illud decretum incipiens: *Tunc Dominus mandauit*, exclusiue, nam loco illius fit infrascriptum. Itaque adducto socio criminis in faciem ipsius constituti nominati, & relatio ei iuramento, ac facta personarum & nominum mutua recognitione, ipsoque interrogato, an vera dixerit, & paratus sit ad præsens eadem ratificare, etiam in tormentis, si opus fuerit in faciem ipsius constituti, illoque respondente, quod sic, illicò fit sequens decretum, videl.

Forma Confrontationis Socij Criminis in Tortura.

Tunc Dominus sedens, &c. ad tollendam omnem dubietatem, qua circa personam, & dictu ipsius N. de N. Adducti oriri, & considerari, ac insurgi posset, ex quo facit se socium criminis, & ad tollendam omnem maculam, si qua ex dicta causa in eius persona exorta fuisset, & ad tanto magis afficiendum ipsum Constitutum, Aliosque nominatos; ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum, mandauit dictum N. Adductum in præsentia, & conspectu ipsius Constituti, nec non aliorum nominatorum, in caput ipsius, & aliorum complicium, duci ad locum solitum torturæ, ibique spoliari, ligari, & funi applicari.

Qui sic adductus, spoliatus, ligatus, & funi applicatus, antequam in altum eleuaretur, fuit per Dominum benignis verbis hortatus, & monitus, vt Deum Opt. Max. timeat, & veritatem puram ac simplicem fateatur, qua sola ab ipso requiretur, caueatque omnino, nè aliquam Personam indebitè inculpet, quia & in præsenti, & in alio sæculo teneretur de hoc rationem reddere, & quatenus etiam veritatem dixerit, non dubitet modo illam confirmare; aduertens non minus delinquere eos, qui indebitè Aliquem inculpant, quam qui veritatem in iudicio studiosè occultare procurant.

Resp. *Signore io hò detto la verità, e se non fosse il vero, non l'haueria detto, per non far vn giuramento falso, e dannare l'anima mia, perche molto ben m'auueggo in che stato mi troua per li miei peccati.*

Tunc Dominus ad effectum prædictum tantum, & non aliàs, aliter, nec alio modo mandauit ipsum N Adductum in altum eleuari præsente dicto N. Constituto vidente, & omnia prout afferunt, intelligente.

Qui sic eleuatus cœpit dicere Ohimè, Ohimè, Oh Vergine sacrosancta del Carmine. Signore io già hò detto la verità, che volete più da me.

Interrog. *vt dicat, an ea, qua deposuit contra N. hic præsentem, & Alios ab eo nominatos vera sint, & pro veritate deposuerit, & deposuerit, modoque illa eadem approbet, & ratificet.*

Respond. *Signor sì, che tutte quello, che io hò detto contra N qui presente, l'hò detto per la verità, e lo confermo anche adesso quì sù la corda, perche hò detto il vero. Ohimè calatemi adesso Ohime.*

Et Domino dicente, vt refocat in substantia ea, quæ deposuit circa N. hic præsentem, & alios nominatos.

Resp. *Signore io hò detto, che N. de N. haue ammazzato N. de N. assieme con N. &c.*

Vel alio modo, omisso: *Et Domino dicente*, fiat: *Tunc Dominus mandauit per me ad clariorem amborum intelligentiam legi depositiones &c.* Et scribatur prout habetur supra in forma confrontationis testium, *d. n.* 69. *in decreto incip. Tunc Dominus mandauit*, vsque ad vers. Resp. &c.

Resp. *Io hò inteso quanto m'hauete letto, & è il medesimo detto da me, et bora lo ratifico, e confermo in presenza di N. qui presente, etc.*

Præsente dicto N. Constituto, et dicente: Io dico, che e sei vno gran bugiardo, e mal'huomo. Et deinde voltus se erga dictum N. adductum in tortura manentem, subiungendo dixit Eh figliolo auerti bene à quelche dici? perche m'incolpi à torto, e tutto il danno, che fai à me, tornerà in dannatione dell'anima tua; tu sai bene ch'io sono innocente.

Cui idem N. Adductus ex tortura pendens replicauit: Io non dannò l'anima mia altrimente, perche tutto quello, ch'hò detto è verità: e se hauessi potute far di meno di non nominarti, l'hauerei fatto, ma il giuramento mi hà costretto. Deinde conuersus erga Dominum dixit: Deh Signore per amor di Dio fatemi scendere, giache ho detto la verità, etc.

78 Quo facto concluditur examen, si ita expedire videbitur, cum infrascripto decreto; vel si prosequi necesse fuerit, subi-

subiungi possunt interrogationes proportionatæ, iuxta formam supra traditam in confrontatione Testium *d. n. 69. circ. fin. vers. & successiuè* & deinde fieri potest infrascriptum decretum, videlicet.

Forma Conclusionis examinis, & confrontationis factæ in tortura per socium criminis contra alium socium.

Tunc Dominus, cum uterque persisteret in suo dicto, mandauit ipsum Adductum leniter de tortura deponi, desligari brachia reaptari, reuestiri, & ad locum suum reponi, cum stetisset sic eleuatus per spatium vigesimæ partis vnius horæ, quantum vix hæc omnia scribi potuerunt; & successiuè dictum constitutum reponi ad locum suum; animo tamen, &c.

De Exhibitione & Recognitione bonorum, litterarum, vel Armorum penes Reum Repertorum, dum captus fuit à familiis Curiæ.

79 Solet aliquando per Iudices ad conuincendum Reum in negatiua perseuerantem, deueniri, vltra confrontationes prædictas, ad exhibitionem bonorum, armorum, vel scripturarum, cum quibus fuit captus: vel quæ in eius domo repertæ fuerunt tempore carcerationis, vel ante, aut post illam: ad effectum, vt illa recognoscat ad magis ipsum disponendum ad veritatem fatendam, cum in quibusdam casibus ipsa bona habeantur pro corpore delicti, quæ omnino recognosci debent, vt si sint arma prohibita, libelli famosi, litteræ cum tractato de occidendo, vel aliud delictum committendo, & alia id genus. Quoad præsentem materiam exhibitionis, comparationis, & recognitionis bonorum, & scripturarum, vide plene notata per Mascard. *de probation. conclus. 330. per tot.* vbi plures examinat quæstiones. idem facit Menoch. *de arbitr. Iudic. cas.* 214. Vulpell. *cons.* 35. *&* 135. Et an tota comparatio manus cum aliis scripturis probet aliquam scripturam esse alicuius manu scriptam, vide Decian. *cons. 33. numer.* 111. 118. *&* 126. *lib. 1. & cons. 46. vol. 2. & cons. 1. numer. 125. volum. 3.* Abb. *cons. 737. l. 2.* Paris. *cons. 27. n. 49. & 199. l. 1.* ferret. *cons. 374. l. 2.* Crauett. *de antiquitat. tempor. part. 1. in Sect. Quæritur etiam num. 8. vers. non omittit etiam*. DD. communiter *in l. admonendi. ff. de iureiurand.* & late let. Ludouic. *decis. Perus. 7. par. 1.* fit autem recognitio medio iuramento per duos testes, qui scripturarum seù manuum Rei notam habeant, & comparatione aliarum scripturarum, quorum depositiones in actis redigendæ erunt: & cogi potest ipse Reus ad scribendum in processu aliqua verba, in quibus adsunt dictiones, & syllabæ similes, vt fiat comparatio: qui si recusauerit scribere, cum sit grauissimum indicium, potest compelli per torturam. Chart. *in tract. de ex quæst. sent. c. 2. n. 44.* & Vulpell. *vbi sup.* in qua poterit tamdiù detineri, donec scribat: sed priùs conuincendus est per duos testes, qui deponant, se scire, quod ille scribere nō ignorat, quia mendacium, vt superiùs dixi, *nu. 47. vers. Benè verum est*, facit inditium ad torturam. Boss. *de indit. n. 36.* Clar. *in §. fin. q. 21. vers. mendacium*.

80 Quando igitur facienda sit, vel facta fuerit perquisitio, & inuenta fuerint bona, arma, scripturæ, vel litteræ in domo Rei, vel penes ipsum ante, vel post carcerationem, aut in ipso actu capturæ; quomodo fieri debeat. *diximus supra sect. 5. nu. 105.* quomodo verò facienda erit exhibitio, & recognitio bonorum, litterarum, & similium, habetur hic; quæ quidem prosequendo examen, vt in præcedentibus, si essent recognoscendæ litteræ eiusdem Rei, fieri potest infrascripto modo, vt sequitur videl.

Forma exhibitiones, & Recognitionis bonorum, & litterarum, &c.

Interrog. *an si videret aliquam scripturam sua manu confectam, illam recognosceret.*

Resp. *Signor si, che se io vedesse qualche scrittura scritta di mia mano, la riconoscerei.*

Et tunc exhibitis per me de mandato Domini ipsi Constituto quibusdam litteris sub datum loco N. die tali, &c. mensis, &c. incip. estibus; Carissimo mio, &c. Al ricouer dalla presente, &c. cum subscriptione: Affettionatissimo per seruirla N. de N. et cum inscriptione à tergo: Al mio carissimo come fratello N de N. in sua mano, subito subito. Signatis littera A. in domo ipsius Constituti repertis, vt supra in processu, ac per ipsum benè visis, inspectis, & manibus habitis, fuit per Dominum.

Interr. *an præsentes litteræ fuerint, et sint scripto manu ipsius Constituti, modo, & forma prout iacent, &c.*

Vel alio modo breuiori, videl.

Opportunè per Dominum Interrogatus. Vel *Ad opportunam Domini interrogationem*.

Resp. *&c.* & ponatur totum id, quod dicit.

Tunc Dominus sedens, &c. mandauit per me Notarium exhibere ipsi Constituto litteras, de quibus supra in processu fol. tali &c. registratas fol. tali, &c. et in domo ipsius C. repertas, & primò complicatas, vt infrascripto tantùm videretur, & sigillum, vel aliud.

Quibus sic exhibitis per ipsum C. benè visis, & inspectis tam à latere sigilli, quam à latere inscriptionis, ad opportunam Domini interrogationem.

Resp. *io hò visto il soprascritto di questa lettera, che dice, &c. e questo sigillo, che vi sta impresso, dove ci son l'armi mie, &c. o dico, &c.*

Deinde Dominus mandauit parum explicari litteras prædictas, ita vt sola subscriptio videri posset, & eidem Constituto exhiberi.

Quibus sic parum explicatis eidem Constituto exhibitis & per ipsum in sa parte, in qua extat subscriptio, benè visis, & inspectis. Ad opportunam Domini interrogationem.

Resp. *io ho visto questa sottoscrittione, che dice etc. o dico, &c.* & ponatur quod dicit.

Successiuè idem Dominus mandauit eidem Constituto exhiberi totas litteras omni ex parte explicatas.

Quibus sic exhibitis, & per ipsum Constitutum benè visis, inspectis, & lectis per Dominum opportunè interrogatus.

Resp. *Io hò visto questa lettera, che comincia, &c. et finisce, &c. e dico, che è lettera mia, e scritta di mia mano, &c.*

81 Vel si Reus negauerit esse suas, & sua manuscriptas, vocentur duo periti homines, qui litteras prædictas, siue aliàs scripturas confrontent cum aliis ab eodem Reo scriptis, quib. recognitis, & cōfrontatis fidem faciant cum iuramento, vel examinentur formiter, & deponant: an scriptura, & character sit similis, nec ne? & eorum depositiones redigantur in processu, vt supra dictum est. Quod si aliæ scripturæ ipsius Rei haberi nequeunt, ad effectum faciendi comparationem prædictam, diuerso modo procedendum erit nam tunc interrogandus erit Reus an, sciat scribere, & si affirmauerit, imponi debet ei, vt scribat in ipsomet Constituto verba per eumde Iudicem dictanda ipsomet præsente. Verba autem expedit, vt sint eadem, quę in ipsa scriptura, seù litteris existunt, saltem pro maiori parte, & in alio sensu accommodata ad effectum, vt ex identitate dictionum, syllabarum, ac characterum possit per Peritus eodem modo adhibendos comparatio, & confrontatio manus faciliùs fieri. Et sic prosequendo examen, vt supra, dicatur, videl.

Forma cogendi Reum ad scribendum.

Inter. *An ipse Constitutus sciat scribere*

Resp. *Signor si, ch'io sò scriuere, ma non ben bene.*

Tunc Dominus sedens, &c. mandauit eidem Constituto, vt accepto calamo scriberet verba per ipsum Dominum dictanda, prout idem Constitutus accepto calamo sibi per me tradito ad ipsius Domini dictamen infrascripta verba scripsit, videl.

Et scribantur in ipso Constituto seù examine verba, &c.

82 Si verò dixerit, se nescire scribere tunc conuincendus erit per duos testes de mendacio, examinandos illos, qui deponent, quod aliàs viderunt illum scribere tali occasione, & tali tempore, &c. & tali casu prosequendo examen, & monendo illum, vt scribat, cum Curiæ constet, quod scribere, aliàs cogetur iuris, & facti remediis opportunis, tali modo fiat, vid.

Forma cogendi ad scribendum per torturam.

Et cum Dominus videret Constitutum ipsum valdè obstinatum, & in negatiua perseuerantem, quod scribere nesciat, fuit iterum benignis verbis hortatus, & monitus, vt scribere velit, nam Curiæ constat ipsum scribere non ignorare, & non permittat contra ipsum deueniri ad magis ardua iuris, & facti remedia opportuna, prout deueniretur, si non se disponat ad scribendum.

Respond. *Io hò già detto, che non so scriuere, come realmente è, e così non posso scriuere, come mi commandate.*

Tunc Dominus sedens, &c. Visa obstinatione ipsius Constituti, stantibus depositionibus fide dignorum testium asserentium, quod ipse scribere sciat, attentis mendacio, & inuerisimilitudine, quod scribere nesciat, ad disponendum tantummodo illum ad scribendum, & non aliàs, aliter, nec alio modo, citra praeiudicium Iurium Fisci competentiam, & præmissa protestatione, &c. mandauit ipsum Constitutum duci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, & funi applicari.

Qui sic adductus, &c. & prosequatur, vt suprà n. 77. in tortura sociis criminis, mutatis, mutandis cum conclusione in fine torturæ, *vt nu.* 78.

De Coactione, pro habenda Responsione Rei nolentis respondere.

83 Dictum fuit supra *n.* 40. quod in criminibus enormibus, & Capitalibus, secundum leges Ciuile, Reus legitimè, & iuridice interrogatus à Iudice, dum illum constituit, eius interrogationibus respondere recusauerit, aut si responderit, non congrue respondet; tunc ad ipsum cogendum, vt ritè respondeat, poterit Iudex illum torquere, non pro delicto principali, sed tantùm ad eruendam responsionem. *vt procit. n.* 40. *dictum est*. Et quamuis ad finem, vt hæc tortura ad eruendam responsionem inferri possit, non sint necessaria indicia, quæ adesse debent pro tortura ad eruendam veritatem: Attamen præcedat oportet aliqua diffamatio, vel aliquod saltem leue inditium, constetque de delicto. Chartar. *in procicat. Prat. interrog. reo. l.* 3. *cap.* 2. *num.* 13. Bene verum est, quod arbitrio Iudicis remittitur, an interrogare voluerit postea super delicto principali, vel super circunstantiis. Chart. *num.* 7. nisi Reus legitimam causam nō respondendi allegauerit, puta suspicionis Iudicis, vel similium, nam tunc supersederi debet. Idem *ib. n.* 5. Cæterum huius torturæ tempus arbitrarium est, attentis circunstantiis eorum. Personarum, qualitatibus, & criminum grauitatibus, & aliis similibus, vt tradit Vulpell. *cons. crim.* 33.

84 Est aduertendum, quod si Reus haberetur pro confesso, non esset infligenda tortura, Scaccia. *de iudic. in cr. c.* 86. *in fin.* Neque si ageretur de causis, in quibus pœna corporis afflictiua imponenda non veniret; nam tunc cogendus esset mulcta indicta, vel captis pignoribus. Chartar. *loc. cit. n.* 2. *& seqq.* Scaccia *ib.* Et Primò ac notanda erit in processu, & in ipso examine renuentia, & contumacia ipsius constituti in respondendo. Deinde deueniendum est ad compulsionem ipsius, vt respondeat præcisè per opportuna iuris remedia, pro vt facti species postulauerit, vel multa indicta, vel captis pignoribus, vel sub pæna, & comminatione confessatis criminis, aut periurii, vel tortura adhibita, aut similibus modis. Cartar. & Alii *loco procit.*

Vbi autem ageretur de delictis prædictis, in quibus pœna corporis afflictiua imponi non potest, factis debitis monitionibus, si adhuc in sua pertinacia in non respondendo, perdurauerit; infrascripta forma, vel huic similis adhiberi potest, videlicet.

Forma coactionis Rei ad respondendum per aliarum pœnarum comminationem, non per Torturam.

Et eamdem monitus per Dominum, vt prædictum interrogatorium enarret pro veritate, absque eo, quod se referat ad iam dicta.

Resp. *La verità già l'hò detta fin'hora, e però mi rimetto à quello, ch'è stato scritto auanti di me.*

Interrog. *Et monitus, vt sub pæna scutorum centum, vel bis, ter centum, vel quingentum, vel sub pæna confessati criminis, de quo imputatur; vel sub pæna periurij, vel quia aliàs sibi pignora auferentur, veritatem dicat.*

Resp. *quelche hò detto, stà scritto.*

Et Domino dicente, vt se disponat ad melius, & congruentius respondendum, & à contumacia, & obstinatione prædicta recedat.

Resp. *Non voglio dir'altro, e quelch'è detto, è detto.*

Et Domino subiungente, vt omninò respondeat, quia aliàs deuenietur contra ipsum ad pœnarum prædictarum, & grauaminum declarationem incursus.

Resp. *Io non voglio dir'altro.*

Et licet pluries, & pluries per Dominum monitus ad meliùs, clariùs, & magis præcisè respondendum, & semper idem responsum dedit, manendo in dicta obstinatione, quare ego, &c.

Tunc Dominus Visa obstinatione ipsius constituti, & notoria pertinacia, ac inobedientia, pœnarumque prædictarum sibi comminatarum spreta, reseruato sibi iure semper, & quandocumque decernendi, & pronunciandi dictum constitutum notorium contumacem, & inobedientem, & tanquam talem pignorari, & grauari debere, vel pœnam periurij, aut confessati criminis, vel scutorum tot incurrisse pro mulcta, eaque Cameræ N. vel N. applicandi, & incorporandi, applicarique, & incorporari mandandi, & præmissorum executione quodcumque mandatum desuper necessarium, & opportunum relaxandi, pro nunc ad vlteriora procedit.

Interrogauit, vt tandem se disponat, cum non sit amplius sub terfugiendi tempus, nihil prorsus respondit.

Quo facto, si deueniendum erit ad remedium torturæ, pro sequendo examen, forma ipsius esse poterit infrascripta, vel similis, videlicet.

Forma torquendi Reum nolentem respondere, vel non præcisè, & congruenter respondendum.

85 *Interrogatus, & monitus, vt recedat ab huiusmodi obstinatione, & respondeat enarrando interrogatorium sibi factum, non se referendo ad iam dicta.* Vel si dixerit: *non recordor, potest esse, & similia,* dicatur: *omittendo dicta verba non recordor, potest esse, &c. quia aliàs contra ipsum necesse erit pro dicta responsione habenda, ad opportuna iuris, & facti remedia deueniri.*

Resp. *Quelche hò detto, stà scritto, à quello mi rimetto.* vel *Non mi ricordo. Potrebb'essere, & similia. E se volete darmi la corda, siate padrone di fare quel che volete e ma prima douete darmi le mie difese.*

Et Domino dicente, quod in huiusmodi casibus copia repertorum non datur, nec defensiones, ideo respondeat ad prædicta, absque aliis subterfugiis, & cauillationibus.

Resp. *Voi mi fate torto. Et aliud dicere noluit, quare ego, &c.*

Et licet fuisse pluries, & pluries per Dominum instatum pro dicta responsione habenda, semper idem responsum dedit, quare ego pariter, &c.

86 Quò casu, ne amplius frustra immoretur, fit decretum torturæ, quod fieri potest, vt sequitur, videl.

Forma Decreti Torturæ, ad effectum habendi responsionem præcisam aut congruam.

Tunc Dominus sedens, &c. Visa pertinacia ipsius constituti nolentis respondere, (vel præcise, & iuxta interrogata respondere) *pro dicta responsione* (vel pro præcisa, & congrua responsione) *habenda super prædictis cum aliter ab eo haberi non possit, mandauit ipsum constitutum adduci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, & funi applicari.*

Qui sic ad locum torturæ adductus, dum spoliaretur, & ligaretur, fuit per Dominum benignis verbis adhortatus, & monitus, vt se disponat ad responsionem dandam interrogationi sibi factæ, (vel ad præcisè, & congruenter respondendum) *super his, de quibus interrogatur, aliàs in altum eleuabitur.*

Resp. *Io hò detto, e quello stà scritto.*

Tunc

Tunc dominus cum videret ipsum constitutum adhuc in sua pertinacia persistere, mandauit ipsum in altum eleuari, ad effectum praedictum.

Qui sic eleuatus coepit dicere: Ohime lo braccio, Santo Antonio aiutatemi.

Interrog. *An modo sit dispositus ad respondendum interrogatorijs sibi factis.*

Resp. *Che volete che dica, quel ch'ò detto, ò detto.*

Et prosequitur examen, prout necessitas requiret, & cum deueniendum erit ad finem torturæ, concluditur iuxta superius dicta n. 78. mutatis tamen mutandis.

87 Antequam ad vlteriora progrediamur, prætermittendum non erit, quod quando Vicarijs Generalib. aut Aliis occurret examinare reo criminis hæresis, vel alterius heresim sapientis, opus illis erit magna prudentia, & circumspectione, ex eorum responsionibus decipiantur, & delusi remaneant: habent enim quidam tales modum quemdam æquiuoce, & ficté respondendi, tanta, ac tali arte palliatum, vt vix cognosci, & discerni possit, vt aduertit Pegna. *in Directorio Inquisitor. de inter. Re. per tot.* vbi decem modos enunciat qui cum non parum Iudicis intellectum in aliis caussis aperiant, hic illos referre non grauabor.

Primus modus est, si amphibologice, & equiuoce responsum dentur: prout si Iudex interroget reum: *Credis tu, quod Hostia consecrata sit corpus Christi?* Respondit: *Credo, quod hoc sit corpus Christi;* intelligendo in mente sua de tabula, vel alia re sibi præsente, quæ materialiter sumptæ, & large sunt corpora Christi, idest in eius dominio.

Secundus modus est per interrogationis retorsionem: prout si Iudex interroget: *Credis tu in Spiritum Sanctum à Patre, & Filio procedentem.* Ille retorquendo respondit. *Et quo modo Vos creditis.* Et tunc si subiungatur: *Nos credimus, quod Spiritus Sanctum procedit à Patre, & Filio.* Ille resp. *Ita Ego credo.* Sumendo ita illum credere, Nos ita credere, non quod ille in Spiritum Sanctum credat. Vel si interrogetur: *Credis tu, quod vsura sit peccatum.* Resp. *Et quod vos creditis, id mihi credendum est.* Et Iudice replicante: *Nos catholici credimus vsuram esse peccatum.* Hæreticus subtiliter resp. *Et ego ita credo.* Intelligendo, se ita credere, Nos credere vsuram esse peccatum, non autem ipse credit vsuram esse peccatum.

Tertius modus est, per conditionis adiectionem, prout si interrogetur: *Credis tu, quod matrimonium sit Sacramentum?* Resp. *Credo, si Deo placet.* Intelligendo in mente sua, Deo non placere se credere matrimonium esse Sacramentum.

Quartus est, per verborum tergiuersationem, prout si interrogetur: *Credis, quod Christus Dominus post mortem descenderit ad Inferos?* Resp. *Magna fuit iniquitas Iudæorum, quam habuerunt in Christum.*

Quintus est, per verborum fictam admiratione, vt si interrogetur. *Credis tu Deum esse omnium Creatorem?* Respondit, quasi turbatus cum admiratione. *Nonne ita debeo credere?* vel si interrogetur. *Credis tu Filium Dei esse incarnatum de Virgine?* Resp. cum admiratione. *Oh Deus meus, quare me interrogas de hoc, credis fortasse, quod ego sim Iudæus? Credo, quod bonus Christianus debet credere.* Intelligendo in mente sua, quod bonus Christianus hoc credere non debet.

Sextus est, per verborum manifestam translationem, vt si interrogetur: *Credis tu, quod Christus post mortem descenderit ad Inferos?* Respondit. *Oh Domine Iudex quantum debet quilibet cogitare ad Christi diram mortem, & ego misser non facio.*

Septimus est, per sui ipsius iustificationem, vt si interrogetur: *Credis tu, quod Christus descendit de Cœlis?* Resp. *Oh Domine Iudex ego sum homo simplex, illitteratus, & in simplicitate mea ego seruio Deo meo, & nescio istas quæstiones. Vnde ne interroges me de istis, quia facilitèr me induceres in aliquam errorem.*

Octauus est, per suis corporis fictam debilitatem, vt si interrogetur: *Credis tu Christum esse Deum, & hominem?* Resp. *Domine Iudex ego sum valdè defatigatus, propter tot interrogationes, & nescio vbi caput habeam, rogo propter amorem Dei vt modo me dimittas.*

Nonus modus est, per fatuitatis simulationem, vt si cum interrogatur, respondeat confuse, miscendo multa verba impertinentia, & mouentia ad risum.

Decimus est per modum fictæ, & palliatæ Sanctitatis, vt si cum interrogatur, respondeat affectata quadam deuotione, & huiusmodi.

Quapropter multum Iudici laborandum est, ne decipi permittat, sed compellat illum respondere, & euacuare interrogatoria per verba clara, & non dubia, aut æquiuoca, prout si iuxta primum modum respondeat, subiungatur per Iudicem *de quo corpore Christi tu intelligis, de hoc quod ego dico, & intendo, vel quod signanter tibi ostendo & interrogo, an de alio, quod tu in mente confingis?* Et sic faciendum est in reliquis, ita vt penitus omnis tollatur ambiguitas. Et in fictione fatuitatis obseruetur actuum exteriorum ordo, vultus mutatio ad minas tormentorum, verborum connexio, & alia id genus. Quæ autem dicta sunt supra in caussis hæreticum sapientibus, possunt a simili euenire in aliis caussis, dum Rei aliorum criminum examinantur: ideo curare debet Iudex, quantum fieri potest, vt responsiones reorum sint omninò claræ, & verba correspondeat interrogatorio, sine duplici sensu ambiguitateque interpretationis, & absque æquiuocatione & amphibologia, aut fictione & similibus.

88 Quia solet aliquando euenire ex aliqua rationabili caussa, vt Iudex teneatur, vel compellatur abstinere ab vlteriori processu in causa, vel alio modo desistere, donec relationem faciat superiori, vel alter super statu causæ & in quib. terminis reperiatur. Vel super indicijs contra reum habitis & similib. tunc fieri potest infrascripto, vel simili modo, prout factum postulauerit. interim sequens pro exemplo deseruiet, videl.

Forma relationis facti, & indiciorum ex processu informatiuo.

Illustrissime, & Reuerendissime Domine, sine &c. Vertente Romæ lite super quodam hereditate inter N. & N. vel alio modo, *cum annis elapsis verteretur quedam lis inter N. de N. reum conuentum ex vna, & N. de N. Actorem partibus ex altera coram Illustriss. Domino N. Episcopo N. sine, &c. super pretensione cuiusdam hereditatis, & aliàs, prout in Actis, &c. Iamque N. Actor quamdam sententiam sibi fauorabilem ab eadem Curia Episcopali obtinuit, vigore cuius immissus fuit in possessionem maioris partis bonorum in sententia contentorum, quæ tunc temporis per dictum N. Reum conuentum detinebantur. Quod ægrè ferens dictus N. conuentus inimicitiam grauem cum dicto N. Actore contraxit, & ex tunc in antea statuit in suo animo dictum N. Actorem interficere; quod se velle quam primum exequi diuersis vicibus minatus fuit, etiam cum duo sui famuli N. de N. eum sic conquerentem, & minantem pluries audissent; tandem tædio affecti petierunt ab ipso N. eorum Domino, quare semper querularetur, & conquereretur contra N. de N. qui N. respondit, se iustam caussam habere, quia dictus N. de N. reduxit eum in miserabilem statum, auferendo illi omnia bona. Qui famuli diabolico ductu commiserantes Dominum, obtulerunt se promptos ad illi auxilium aliquod præstandum. Tunc dictus N. eorum Dominus occasione arrepta, rogauit eosdem famulos, vt si vellent eum ab angustia liberare, auxiliarentur ei parato iam ad interficiendum dictum N. eius aduersarium; & respondentes, quod libenter facerent, eos amplexus fuit, promittendo scuta centum pro quolibet. Et sic tractatum fecerunt circa modum occidendi, & quando. Et tamdem statuerunt, vt pro die tali pararet in domo duos equos, vt fugere velociter possent, post homicidium commissum. Non se fidens autem ipse N. de dictis suis famulis, die prædicta iunxit sibi alios, & vna simul processerunt ad domum dicti N. eius inimici, quem inuenientes; statim aggressi sunt tam ipse Dominus, quam famuli prædicti, & multis vulneribus cum ense, & aliis armis illatis illum occiderunt? qui dum aggressus fuisset, incepit clamare fortiter, auxilium petendo, ad cuius voces accurrerunt multi ex vicinio; & tandem dum aufugerent, occurrerunt ei Birruarij, cum Capitolis platea N. & illos terrendo cum armis detinuerunt, & ad carceres duxerunt.*

Postquam fuit factus accessus ad domum eiusdem N. & inuenti fuerunt equi parati cum habenis, & ephippijs, vt dicti famuli dixerant. Necnon litteræ, &c. vel arma prohibita talia, & talia, &c.

Fuerunt constituti dicti N. & N. famuli, & confessati fuerunt delictum de plano, prout in processu. Constituerunt deinde

dictus N. cum in negatiua perseueraret, fuit conuictus per depositiones testium fide dignorum, & per confrontationem sociorum criminis, &c. & his non obstantibus adhuc contumaciter in negatiua perseuerat. vel; cum nollet respondere; Aut practicè, & congruentur respondere recusans, fuit tortus, ad effectum, vt responderet tantum; Et neque adhuc voluit se disponere ad respondendum. Hæc vsq; modo per me gesta sunt in præsenti causa, quæ in his terminis, vt dixi, reperitur. Quare, &c.

Quod si fuerint alia indicia, vel aliæ circunstantiæ, & qualitates explicandæ, explicari poterunt, prout criminis, & facti diuersitas postulauerit, cum præsens formula posita sit solum pro quodam exemplari, non pro methodo necessariò obseruanda, vt aliàs dixi.

SECTIO X.

De Publicatione Processus, & Defensionibus Reis concedendis.

SVMMARIVM.

1 PRaxis procedendi in causis criminalibus non est eadem in omnibus Curiis, tam Ecclesiasticis, quam Secularibus: ideo non potest tradi certa regula, nisi in terminis substantialibus, et qui secundum Ius Canonicum seruari debent, de reliquis sufficit per transennam significare. Nam in quibusdam Curiis solent Iudices curare, vt Reus post examen concedat sibi licentiam procedendi vsque ad sententiam diffinitiuam singulis diebus, et horis, in omnibus necessariis: et super hoc fit ei monitio, et notatur in actis, et tunc potest fieri testium repetitio, absque alia citatione. Et noui testes recipi, etiam sine citatione, et citra necessitatem illos repetendi.

In quibusdam aliis, post examen Rei, dari solet terminus ad proponendum exceptiones ipsi Reo competentes, tam dilatorias,

latorias, quam peremptorias, quæ impedire possunt litis, seù Iudicii ingressum, & processum ad vlteriora; & istæ multæ sunt, & partim respiciunt personam Iudicis, partim personam accusatoris; partim Rei, & partim causæ, de qu b. vid. Foller. *in Pract. crim. for. secul. par. 1. secunda partis ver. nudeamus exceptiones propon. per Reos per tot.* & Ego ipse dix. *sup. in Pr. ciuil. p. 2. sect. 1. subsect. 6. cum seqq.*

In alii seruatur, vt post datas, & oppositas exceptiones fiat decretum, vt ipsis non obstantibus procedatur ad vlteriora, & statim formantur capitula, seù articuli, qui regulariter continere solent inditia ex processu informatiuo habita, & super illis, iudice sedente pro tribunali, & Reo soluto vinculis, fieri solet actus contestationis litis, legendo illi reo dicta capitula, & ipse respondendo super vnoquoque illorum, & responsiones scribuntur per Notarium: & ita fit in Regno Neapolitano, vt cauetur *in constit. Regni incip. si damna clandestina*, & ibi gloss. & Afflict. *in verb. soluti vinculis in 9. notab.* & marsil. *in sua prax. §. constantes numer.* 11. Forma autem dictæ litis contestationis habetur inferius. *n.* 86. Factaque litis contestatione datur terminus reo ad se defendendum, etiam si non petatur. Et tunc conceditur copia capitulorum, vt possit se defendere, habitis prius testibus pro repetitis, vt similiter fit in Regno, secundum Capic. *in decis.* 74. & Foller. *vbi sup. verb. detur copia capitulor. inquisit. nu.*

2 Nos autem in præsenti nostra Practica omissis omnibus supradictis iam persunctorie insinuatis, sequentes Praxim, & stylum Romanæ Curiæ, examinabimus de more quædam magis communia, & seruari solita: & Primò, quid modò seruetur in Vrbe post examen Rei. Secundò, an defensiones sint Reo examinato necessariò dandæ, siue confessus fuerit delictum, siue non. Tertiò, quot sint species defensionum. Quartò, an teneatur Iudex defensiones Reorum recipere etiam ipsis non instantibus.

Quoad primum, notandum est, quod stylus hodiernus est hic, nimirum vbi proceditur per accusationem, contestata lite super accusatione, datur terminus accusatori ad articulandum ad dies duodecim, plus, minusue, secundum qualitatem causæ, & locorum distantiam. In vltima die termini accusato. præsentat articulos suam intentionem, & indítia contra accusatum continentes. Quibus præsentatis datur alter terminus reo ad dicendum contra articulos, & si petierit ipsorum copiam, non est deneganda, vt possit contra illos, exceptiones opponere. Vestr. *in sua prax. Formul. verb. commisse.* articuli autem prædicti præsentari debent in termino, alias non sunt admittendi. Rot. *dec.* 30. *in nouis*.

3 Fallit tamen in articulis Rei ad suam defensionem, nam etiam post terminum admitti debent, Oldrad. *cons.* 167. *incip. ante omnia*. Et articuli Accusatoris, vel Fisci formari debent cum omnibus solemnitatibus. *l. libellorum. ff. de accus. canonizat. in cap.* 1. *& seqq* 2. *q.* 8. Item esse debent clari, & non impertinentes, alias admittendi non sunt, nam est permittenda probatio eius, quod probatum non releuat. *cap. cum contingat. de offic. deleg. in fin. l. ad probationem C. de probat.* Neque admitti debent, si sint calumniosi, alias reus appellare potest. Rot. *dec.* 646. *in antiq.* Neque admittendi, si sint obiectiui, & non bene specificati. Rot. *decis.* 648. *in antiq.* Neque si non sunt dispositiue specificati. Rot. *decis.* 729. *in antiq.* Multis aliis modis impugnari possunt articuli per reum, de quibus vide speculator. *l.* 2. *de positionib. §.* 7. *& l.* 1 *de teste §.* 5. Faciunt nota per me *in Pract. ciuil. par.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 5. *per tot.*

4 Est autem aduertendum, quod huiusmodi articuli diuersis nominibus vocantur in Iure Canonico, *in cap. cnim*, *fin. de testib. cogend. & cap. adhæc, alias præsentium §. testes de testibus in* 6. nominantur articuli. Alibi verò vocantur capitula, *vt in cap. causam quæ, & c. per tuas, & c. fraternitatis de testib.* & ita vocantur in Regno Neapolitano; Alibi vocantur intentio, & aliquando assertiones, *vt in c. Actor.* 6. *q. vlt. & cap. ex parte de test.*

5 His præmissis ad pleniorem Tyronum notitiam, progrediamur ad alia. Data igitur copia articulorum accusato, ipsoque audito super illis, si accusator, petierit, vt admittantur, fit decretum illos esse recipiendos, & datur terminus eidem accusatori, ad illos probandum, & alter terminus conceditur reo ad dandum interrogatoria, secundum stylum Romanæ Curiæ, et aliarum multarum, vt aduertit speculat. *de teste. §. num.* 8. *cir. med.* Sed ante prædictum decretum admissionis articulorum, citandus est reus ad videndum illos admitti. *iuxt. l. de vnoquoque ff. de re iudic.* Rot. *dec.* 105. *de fid. instr. in nouis.* aliàs daretur ei appellatio. Rot. *decis.* 491. *in nou. &* 415. *in antiqu.*

6 Notandum est autem, quod secundum stylum Romanæ Curiæ, & quarundam aliarum, termini non sunt communes Accusatori, & Reo, prout fit in quibusdam aliis Curiis: sed priùs dantur accusatori ad probandum, & postea Reo ad se defendendum. *iuxt. l. si quis. C. de except.* Rot. *decis.* 169. *de dilat. in antiq.*

Ideo admissis articulis examinantur testes Accusatoris, & repetuntur testes examinati pro Curiæ informatione, citato Reo ad videndum ipsorum iuramenta. Examinatisque testibus accusatoris, fit instantia ab accusato, vt admittatur ad faciendum suas defensiones. Omissio autem prædictorum terminorum non vitiaret processum, secundum Cassador. *decis.* 2. *de iudic.* vt si datis articulis non fuerit datus terminus ad dicendum contra producta: vel si iste fuit datus, sed non fuit dictum ad primam, vel ad talem diem. Et multo minus, quando ageretur de delictis notoriis, in quibus non seruatur ordo terminorum, etiam in Vrbe, vt ait Vestr *in sua Pr. l.* 5. *de obseruat. terminor. iner.*

7 In Curiis verò Ecclesiasticis Regni, vt plurimum, siue procedatur per accusationem, siue per inquisitionem formantur capitula ex omnibus repertis, seù Indictis contra Reum in processu existentibus, & super illis interrogatur Reus, ac fit contestatio litis, assignato termino vtrique parti communi, tam accusatori, si procedatur per accusationem; siue Promotori Fiscali, si agatur per inquisitionem, ad probandum, & impugnandum; quam Reo ad se defendendum, vt dictum est *sup. num.* 1. *vers. in aliis seruatur*. quæ praxis desumpta fuit *ex capitul. qualiter* 2 *& quando* 2. *§. debet de accusat.* Citatis ambabus partibus ad videndum iuramenta testium, tam de nouo examinandorum, quam iam examinatorum ad informationem Curiæ DD. communiter *n d. capitul. qualiter* 2. & Ant. *in cap.* 2. *de testib.*

8 Quibus absolutis fieri solet in quibusdam Curiis citatio ad videndum fieri publicationem processus, nimirum offensiui, quæ in criminalibus est adeo necessaria, de iure Canonico, vt inquit Farinac *quæst.* 66. *num.* 312. vt si omitteretur processus esset nullus ipso Iure, quia tolleretur facultas Reo se defendendi, vt ait Clar. *in pract. cr. §. fin. quæst.* 48. *&* 49. *in princ.* Neque condemnari posset, nisi decerneretur ei copia processus cum termino competenti ad faciendum suas defensiones, etiam si non petatur. Clar. *quæst.* 49. *vers. est igitur*. Imo etiam si procedatur per Principem in quouis grauissimo delicto, nam adhuc dandæ sunt defensiones. Clar. *ib. vers. seq.* guazzin. *in tract. de defensionib. Reor. defens.* 22. *c.* 1. *per tot. &* late *defens.* 31. *n.* 3. *&* 4.

Hinc est, quòd inoleuit praxis ferè in omnib. Curiis, vt vnico contextu fiat publicatio processus offensiui, & declaratio, quod eius copia parti tradatur, vna cum termino ad faciendum suas defensiones, etiam si Reus illum non petat, quamuis in ciuilibus contrarium seruetur, vt habetur *in l.* 1. *ff. de fur. & l. res §. fin. ff. de re militar.* Bar. *in l. custodias. §.* 1. *ff. de publ. iudic.* & ibi etiam Imol Angel. *de malefic. in ver. quo Index statuit re. ad co. defens.* marsil. *in prax. §. nunc videndum in prin.* Par. de Put. *in tr. de synd. in verb. condemnatio*, & plene Afil. *in const Regni incip. Poena culpam in* 5. *notab. in* 1. *q.*

Quod fallit in raptis in flagranti crimine; & in notorio actus instantis, quia tunc non datur terminus, secundum Bald. *in l. vt vim. ff. de iust. & iur.* & aduertit Foller. *in Pract. cr. for. sec.* 1. *part. secunda partis ver. Item quod fuit captus in flagranti crimine numer.* 1. *cum dub. seqq. & in verb. Item, quod est notorius delinquens* à *numer.* 1. *cum seqq. &* Farinac. *in sua pr. cr. volum.* 1. *in tit. de delict. & pen. quæst.* 21. *num.* 152. *cum seqq.* vbi late. Publicatio autem processus defensiui nam est de substantia, quia acta semper nota sunt Iudici, & Fisco Clar. *q.* 61. *in princ.* guaz. *defens.* 35. *c.* 2. *n.* 3.

Dixi supra, publicationem esse necessariam de Iure Canonico, nam de Iure Ciuili non est necessaria, vt in prædictis Iurib. probatur, & aduertit Farin. *q.* 66. *nu.* 312. quo Iure attento dupliciter consideratur publicatio; vno modo ex parte Iudicis; altero modò ex parte inquisiti. Si consideretur priori modo, & tunc non videtur necessaria, quoad seipsum,

quia semper ipse scit veritatem testificatorum; & proinde potest aliquando etiam non publicatis testibus reum condemnare, secundum Bald. *in c. causam de testibus*, ca processu tantum informatiuo. Secundo verò casu, neque videtur necessaria necessitate absoluta, quia Reus aliquando recusat videre processum, vt notat Clar. *q. 49. vers. Quaero nunc*. Et hoc non obstante Iudex illum publicat, quia publicatio testium est de officio Iudicis mercenario. Bald. *in l. gesta n. 1. C. de remed.*

Quod si consideretur, etiam ex parte Iudicis, non quoad se ipsum, sed quoad affligendum inquisitum; & tunc videtur necessaria, ne Iudex ipse deficiat in ordine solemnitatum requisitarum ad processus legitimationem; quia testium publicatio est de Appendicis repetitionis testium. Bald. *in l. si quando num. 9. propè fin. C. de testib.* Appendices autem sunt pars institutionis processus legitimandi. *l. si quis heres* in illis verbis; *Sunt enim appendices praecedentis institutionis ff. de acquir. hered. & l. quae pop. prin. §. item quaeritur. ff. de precar.* ob id sicut, (etiam Iure Ciuili attento) necessaria est repetitio, vt validae sint testium dicta; ita etiam publicatio, quae mirabilem producit effectum, nam per eam possunt partes attestationes ipsas legere, super illis disputare; & interrogatoria facere. *argum. text. in l. de his. ff. de transact. & l. publicati C. de testib.* Bald. *in d. c. causam quae n. 5. de testib.*

Vnde ad effectum, vt Iudex possit reum condemnare, vel absoluere debet publicari processus, ne inquisitus grauetur in suis defensionibus. Ideo non solum dicta testium sunt ei publicanda; verum, & nomina eorum. *c. qualiter il secondo §. debet. de accusat.* & proinde tenetur Iudex ex officio publicationem processus informatiui decernere, vt possit Reus copiam illius habere ad effectũ faciendi suas defensiones, & tunc in eius arbitrio est copiam petere. *l. vnius facinoris § cognitionum. vers. nec postulauit. ff. de quaestionib.* Hinc infert Guazzin. *de defensionib. reor. defens. 30. c. 4. n. 15. & 16.* quod Iudex tunc interloquutus Reum esse torquendum, quando facta fuit publicatio processus alias iniustitiam faceret. De quo infrà *sect. 14.*

9 Post factum decretum publicationis processus cum termino competenti, vt Reus suos possit defensiones facere, Iudex mandare debet Reum poni ad largam ad carceres exteriores, vt possit alloqui cum suis Aduocatis, & Procuratoribus, alias fieret ei grauamen. Marsil. *vbi sup. §. postquam n. 5 in fin.* Foller. *loc. cit. in vers. fiat contestatio litis num. 10* Conrard. *de offic. praetor. in tit. de negat. cr. num. 6. fol. mihi. 490* Farinac. *vbi sup. quaest. 39. num. 13.* Potest tamen detineri in secretis in quibusdam casibus, sed ad largam posito tradi debet copia capitulorum; alioquin non posset se defendere, ita communiter tenent DD. vt ait Ris. *in l. 2. n. 8. C. de edend.* quem refert Villalob. *in collect. commun. opin. litt. I. n. 21.*

Et licet multi Doctores asserant, huiusmodi copiam Capitulorum non esse Reo tradendam, nisi per eum illa petatur, maximè si non sit persona idiota. Scappa *de iure non scrip. l. 5. c. 97. num. 14.* Paris. *cons. 2. num. 15. libr. 4.* Clar. *vbi sup. quaest. 43. vers. & hac quidem conclusio*; quia personis idiotis, & simplicib. sine difficultate danda est, etiam si non petatur. Vulpell. *cons. 34. n. 6. & cons. 74. n. 7.*

10 Attamen tutiùs est in conscientia copiam praedictam dare, siuè petatur à reo siuè non, adhuc vt possit suas excusationes deducere exceptiones opponere, & defensiones facere, praetertim dum agitur in Curiis Ecclesiasticis, in quibus exerceri debet benignitas, aequitas & pietas. vid. Ancharan *cons. 316. n. 1.* Conrard. *vbi sup.* Et ratio est euidens; quia defensio est omni Iure permissa, ideo non debet Reis se defendentibus per viam Iustit. auferri. Diu. Th. *in 2. 2. q. 79 art. 3.* Non possent autem rectè se defendere, nisi eis tradatur copia praedicta, ergo, &c.

11 Benè verum est, quod non datur copia indiciorum praefata, nisi facta repetitione testium ad informationem Curiae examinatorum, citato eodem Reo ad videndum illos iurare; vel habitis prius testibus pro ritè & rectè examinatis, & legitime repetitis, quia tunc dicitur legitimatus processus, aliàs non Chartar. *in pract. pract. lib. 3. capitul. 3. à numer. 56.* Capic. *decis. 74* Put. *de syndicat. in ver. inquisitio vers. & aduerte* & consequenter, nisi per talem declarationem legitimatio processus informatiui facta fuerit, deueniri non posset ad eius condemnationem. Idemque inoleuit practica praesertim in Curiis Regni, vt cum impartitur terminus ad defensiones faciendas, imponatur dicta clausula. *habitis testibus, &c.* Foller. *in pr. crim. cr. for. facul. vers. Detur copia capitulorum inquisitis n. 5.* *dioc. med.* Marant. *in spec. aur. par. 6. act. & permittitur aliquando n. 8. in fin. vbi n. 10* aduertit, debere dari Reo copiam capitulorum, & repertorum cum nominibus, & cognominibus testium in Curiis Ecclesiasticis, in quibus seruari debet Ius Canonicum, quia hoc expressè cauetur *in cap. qualiter, & quando 2. §. debet de accus.* & notat Praepos. *in cap. de accusat. a. qu. 8. col. 36.* quidquid dicat Cardin. & Imol. *in d. § debet*, vbi tenent hoc procedere solum publicato processu, nam contrarium simpliciter probatur *ib. d. §. debet.* Posset tamen eorum sententia intelligi in casu, quo timeretur aliquod malum contra testes ex potentia Rei inquisiti secundum Butr. *in cap. praeterea 2. de spons.* vbi etiam Abbas. Sed tamen hodie cessant altercationes Doctorum circa hoc, quia fit publicatio processus, & repetitio testium, vel declaratio, quod habeantur pro repetitis, & legitimato processu informatiuo, datur copia cum nominibus, & cognominibus, vt possit Reus opponere, tam contra dicta, quam contra personas testium.

12 Est autem aduertendum, quod copia processus informatiui, siue capitulorum, aut repertorum tradenda est sumptibus ipsius Rei, qui petere illam debet à Notario, siue Actuario causae, cum Iudex functus sit officio suo in hoc, dum decreuit illam tradendam esse. Clar. *vbi sup. qu. 4. vers. sed numquid, in fin.* Fallit tamen hoc in pauperibus, quibus tradenda est copia, siue originalis processus loco copiae, gratis. Menoch. *de arbitr. Iud. cas. 61.*

13 Et licet de stylo quarumdam Curiarum, quando Iudex decernit tradendam esse Reo copiam praedictam apponi soleat clausula *Cum termino trium dierum ad faciendum suas defensiones*, potest tamen ex aliqua iusta causa longior, aut breuior terminus assignari. Chartar. *loc. cit. l. 3. c. 3. n. 8* Foll. *ib. vbi sup. vers. & facta litis contestatione nu. 4.* Imò in criminalibus concedi solent plures termini, prout necessitas aut aequitas requiret, cum hoc remittatur Iudicis arbitrio. Innocent. *in cap. ad petitionem n. 4 de accus.* vbi etiam Ang. Alex. *in l. 2. n. 8. ff. de re iud.* Est benè verum quod si dilationes petantur per calumniam potest comminari aliqua poena in casu, quo defecerit in probationibus, vt testatur Cagnol. *rubr. ff. si quis in ius voc. non obtemper. n. 4.* quem refert Clar. *in §. fin. quaest. 48. vers. quaero quod dilationes etc. fin.*

14 Item est aduertendum, quod facto per Iudicem decreto, vt tradantur copiae praedictae, cum clausula: *habitis testibus Curiae pro citatis, & ritè, examinatis*; si Reus ipse, vel specialis procurator ad hunc actum deputatus talem declarationem legitime non fecerit, nullo modo tradendae sunt copiae aliquae illa, nisi fiat repetitio testium cum omnibus solemnitatibus, de quibus inferius *sect. seq.* quia non sufficit consensus Rei tacitus neque procuratoris generaliter constituti, ad hoc vt dicta testium repetitio fiat nisi expressè, & in specie sit factum mandatum ad hunc actum particularem, quia agitur de processus legitimatione, ex qua emanat postea condemnatio. Vulpell. *cons. 12. num. 18. & cons. 32. nu. 1. & 6.* Chartar. *d. l. 3 cap. 3 nu. 93*

Quod quidem locum habet, etiam si Reus pluries institerit pro copiis cum oblatione de habendis testibus pro ritè, & rectè receptis, & legitimè examinatis, quia non per talem oblationem dicerentur habiti pro talibus, nisi realiter, specificè, & expressè, iuxta solitam formam fieri solitam in similibus, pro talibus habiti. Gabriel. *cons. 178. num. 17. et seq. l. 1.* Et ratio est, quia reorum causa est fauorabilis, & ideo posset paenitere ante realem, & actualem consensum praestitum super declaratione praedicta, re tamen integra, & sic oblatio nullius roboris esset, Hond. *cons. 101. n. 3. l. 1.*

51 Solet aliquando per Reos, siue per eorum procuratores specialiter deputatos ad faciendam declarationem praefatam, apponi clausula reseruatiua, ne praeiudicentur, videlicet, *habendo testes Curiae pro citatis, iuratis, ritè receptis, et legitime repetitis, praeter absentes, et mortuos, et saluis sibi exceptionibus contra personas, et dicta testium, et repetitione, quatenus illos repetere voluerint, etc.* quae quidem protestatio inuenta fuit à quibusdam cautis, & sapientis causidicis pro maiori defensione reorum, de qua Chartar. *d. l. 3 c. 3 n. 94. et seqq.*

Sed numquid stante dicta protestatione possit Fiscus instare, vt nullo modo tradatur copia cum tali reseruatione, nisi declaratio fiat absolute?

Respondetur, cum Chartar. *vbi sup* & Foller *ib. vers. detur copia capitulor. inquisit., nu. 5.* posse Fiscum sic instare, sed tamen si da-

sì daretur copia, nec facta declaratione absolute, non officeret, quia talis protestatio non præiudicat Fisco, quoad absentes, & mortuos, cum quibus cessat suspicio subornationis, aut fraudis, ne repetantur, cum iam repeti non possint. Quod tamen non procederet, si testes absentes essent in locis propinquis, ideo sit cautus Iudex in hoc.

Neque ego admitterem talem protestationem, si essem iterum Iudex, saltem, quoad illam partem vltimam, scilicet *salua repetitione, quatenus illos repetere voluerit*, quia nasceretur maximum absurdum, vt si per defensiones non euacuarentur indicia, & Iudex deuenire voluerit ad condemnationem, vtique non posset, quia processus dici non posset legitimatus, & completus: & si facienda esset repetitio, alias causaretur nullitas processus. Quod est menti tenendum, cum possit sæpissime euenire.

16 Hinc est, quod in quibusdam Curiis inoleuit Praxis, & stylus, vt post interpositionem Decreti publicationis processus, cum termino ad faciendum defensiones, & postquam fuerit ad largam positus Reus, (vel si qualitas causæ aliud suadeat, vt scilicet adhuc detineatur in secreto, concessa facultate Aduocato, & Procuratori, vt illum alloqui, possint, coram Fisco tamen aut eius substituto vel Notario, aut custode carceris, iuxta formam *constitutionis Pauli IV. incip. ad fauorem pauperum vers. districtique Iudices*;) citetur Reus ad declarandum, an velit habere testes Curiæ pro ritè, & rectè examinatis, & legitimè repetitis. Et si responderit negatiuè, tunc citatur ad videndum illos repeti medio iuramento, & ad dandum interrogatoria, quatenus illa dare intendat, alias ad videndum repeti sine illius. Et si illa dederit, testes examinantur, & repetuntur prius super illis, successiuè super examine iam facto. Contard. *de offic prætor tit. de negat. cr. & tormen. n. 4. & 33.* Honded *d. consil. 101. nu. 16. ad 29. 37. & 38.* Sed in hoc seruanda erit stylus propriæ Curiæ, in qua ius dicitur, qui pro lege seruandus est, vt alibi dixi.

17 Item est, aduertendum, quod licet Follerius, *in pract. cr. et for. facul. vers. recipiantur defensiones reor.* & Clar. *in pr. cr. q. 24. vers. item quæro*, asserant, quod in repetitione testium non dantur Interrogatoria per Reum, sed solum per Fiscum & quod ita seruatur de stylo omnium Curiarum: Salua tamen pace tantorum Virorum, non est absolutè verum eorum dictum; quia contrarium seruari vidi ego, ipse, & in Vrbe, & in Orbe in multis aliis tribunalibus, in quibus seruatur Ius commune, cum hoc dispositum sit *in l. si postulauerit. §. qu. ff. de adulter.* vbi iubetur, vt dentur interrogatoria per Reum, & idem tradit Angel. *in tr. de malefic. ver. fama publica, col. 3.* Imò Honded. *d. cons. 101. nu. 28. l. t.* ait se vidisse seruari, quod quando fuerunt. Interrogatoria per Reum data, & super illis non facta fuit repetitio ad eiusdem instantiam, depositiones testium repetitorum nullius roboris fuerunt existimatæ. Eorum tamen sententia saluari potest, quando datur repulsa testium, de qua infra.

18 Non apponitur autem clausula prædicta in decreto concessionis copiæ processus, ad habendum testes ad informationem Curiæ examinatos pro ritè, & rectè receptis, quando dantur defensiones Reo iam confesso, quia ipsius confessio satis plenè processum legitimauit, adeò vt non requiratur alia repetitio, nec confrontatio, ad effectum condemnandi illum post termini defensiui lapsum, si ex delicto veniret condemnandus, nam in confessis si illæ sunt partes Iudicis, nisi in condemnando. Bart. *in tract. de q.* Bald. *in l. 2. num. 3. C. de custod. reor.* Viuius *in l. comm. opin. in verb. confessio facta sponte*, Marsil. *in pract. cr. §. quoniam n. 19.* Debet tamen ei assignari terminus ad se defendendum, etiam post confessionem. Clar. *in §. fin. pract. cr. qu. 64. vers. si autem certi fin. & q. 65. in princ.* vbi Alios congerit. Et tunc ex tali confessione spontanea semel facta condemnari potest; secus si facta sit in tormentis, quia tunc ratificanda est, alias non esset sufficiens ad condemnandum. Clar. *d. qu. 54. vers. caeterum si reus, & q 6. vers. sed quæro.*

19 Sed quæritur, an tradenda sit copia processus Reo carcerato, si plures sint inquisiti de eodem delicto, sed absentes fuerint?

Respondetur, non esse illam tradendam carcerato, antequam absentes condemnentur in contumaciam, seruatis seruandis, vt inferiùs dicemus *sect. 18.* quia si traderetur copia ipsi reo carcerato ante condemnationem contumacium; ipsi instruerentur super contentis contra ipsos in processu. Imò vbi condemnati fuerint absentes in contumaciam, danda erit copia reo præsenti, sine nominibus, & cognominibus contumacium sub nomine N. vt possit ipse præsens rectè se defendere. Boss. *in tr. cr. tit. de sent. n. 63. & tit. de delict. nu. 45.* Clar. *ub. sup. qu. 49. vers. sed pone.*

20 Quæritur secundò, an post publicationem processus possit Iudex nouos testes recipere ex officio, etiam si in decreto non apponatur clausula: *sine præiudicio vlterioris processus, & examinis, &c.*

Respondetur affirmatiuè, secundum Natta. *consil. 356. vol. 2.* & Anton. Thesaur. *pedemont. decis. 262.* vbi ait, hoc procedere, tam ad offensam, quam ad defensam; tamque ex officio, quam parte instante. Clarus tamen, cui in hoc libenter adhæreo, magis, vt ego, aliter loquendo *in prac. pract. qu. 61. vers. sed quæro*, aliter distinguit, dicit enim ipse, quod ad defensam recipi possunt, iuxta tradita per Marsil. *in prax. cr. §. sequenti nu. 6.* Ad offensam verò non, potest publicatas attestationes, neque ex officio, quo in loco citat Multos Doctores aliter sentientes, & distinguentes præsertim Villalob. *in collect. comm. opin. litt. T n. 86.* asserentem, vt ille inquit, quod etiam ad offensam recipi possint, sed reuera Villalob. hoc non dicit, sed tantum loquitur ad defensam, quem sequitur Afflict. *super prima parte const. Regni rubr. 3. nu. 44.* licet contrarium seruari dicat Carauit. *in R. r. Magna Cur. Vic. 69. circa fin.* quod scilicet Iudex possit, etiam ad offensam testes recipere ex officio post publicatas attestationes, quem tamen & Alios hanc sententiam tenentes Ego non sequerer, si essem iterum Iudex; quia est potius fauendum Reo, quam contra eum faciendum.

Est benè verum, quod ex officio procedens Iudex poterit iterum testes examinare, quamouis ad offensam, ad effectum declarandi tantum dictum obscurum, & nihil noui addant. Speculator. *de test. §. sæte vel iter n. 4.* Aret. *in c. cum clamor. & de. frat. rem. not. ac test. b.* Boss. *in tit. de publ. process. n. 3. & 25.* Clar. *d. q. 61. vers. nam quid, & per tot.*

21 *Quoad secundum principale*, an scilicet defensiones sint Reo examinato necessariò dandæ, siuè confessus fuerit delictum, siuè non, oo andum erit; quod commonis, & certa conclusio omnium Doctorum; neminè prorsus discrepante, est, quod nemo qualitercumque confessus in criminalibus condemnari potest, nisi prius assignetur illi terminus ad faciendum suas defensiones, ita Salicet. *in l. 2. post n 7. C. de cust. reor.* Angel. *de malefic. in verb. qui Iudex dictos inquisitos in princ.* Marian. *in c. qualiter, & quando 2. post nu. 232. de accusat.* Boss. *de sent. num 1.* Clar. *in suprac pr. cr qu 49. vers. est igitur, & in qu 6. in princ.* late Afflict. *in const. Regni incip. super incisionibus notab. 4* Boss *in tit. de sent n 1.* Puteus *de synd. c. 6. in fin. fol mihi 459* Et ratio est, quia etiam contra propriam confessionem potest reus multa deducere ad sui defensionem, vt inter. dicemus, ad quæ Aduocati, & Procuratores aduertere debent.

22 Potest, enim Primò dicere, quod confessio fuit extraiudicialis, quæ non sufficit ad probationem delicti. Par. de Put. *d. tr. de synd. cap. 3. in princ fol. 316.* Alber. *in l. quoniam n. 1. ff. de inf. omnib. & his, qui not inf* vbi de communi testantur; sufficit tamen pro inditio ad torturam. Gloss. *in l. capite quinto ver. confessum vers. item, & quod pro hoc. ff. ad leg. Iul. de adulter.* Felin. *in c. olim. num. 5. de rescr.* Dec. *in c. at si clerici post num. 17. vers. alii opinio de iud.* Villalob. *in collect. commun. opin. litt. C. num. 135.* Blanc. *de iud. num. 104.* & Foller. *in pract. cr. for. facul. in ver. & si confitebuntur 2. parte tertia partis nu. 22.* Guaz. *defens. 32. c. 33. & seq.*

Secundò, etiam si confessio facta fuerit in iudicio, opponere potest de incompetentia Iudicis nam confessio delicti facta coram Iudice incompetenti non valet in vim confessionis iudicialis, sed tamquam extraiudicialis habenda erit: quod est in confesso communiter apud omnes. Alex. *in l. sernus nu. 3. ff. de iureiur. & in l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iudic.* Aretin. *consil. 26. circ. fin.* Capic. *decis. 179. numer. 1. in fin.* Guaz. *ib. cap. 1. num. 4.*

Tertiò, etiam quod Iudex fuerit competens, opponere potest contra propriam confessionem, quod facta fuerit coram eo non sedente pro tribunali, & sic æstimanda, tamquam coram priuato facta extraiudicialiter, & consequenter ex tali confessione oritur tantum inditium ad torturam, sed non probatio, ita vt ex ea condemnari possit. Roman. *in l. si quis ingrati §. 1. ff. ad syll.* Boer. *decis. 90. numer 8.* Follec. *in prac. pract. part. 1. secunda partis vers. & si confitebuntur num. 7.* vbi

plures

plures Alios congerit; Clar. *in §.fin.quaſt.21. verſ. ſed hic ſadis.*

Quartò, poſset dicere, quod confeſsio fuit extorta à Iudice cum promiſsione impunitatis, quæ quidem confeſsio non ſufficit ad condemnationem. Cagnol. *in l.an eſt naturæ n.18 in fin.ff. de reg.iur.* quem refert. Clar. *loc.cit.q.55.vers.ſecundum* vbi Alios adducit. latè guazzin. *defenſ.20.c.24.& 25.*

Quintò. opponere poteſt, quod non conſtat de delicto, nam ex confeſsione delicti tantum a reo facta non oritur probatio ſufficiens ad condemnandum. Marſil. *in pract. crim.§. poſtquam num.48.* quem refert Clar. *d.qu.55. verſ. poteſt etiam*, plenè grammat. *conſ.cr.16. poſt num.5.* & guazzin. *defenſ.32.cap.3.nu.1.* De delicto autem quomodo conſtare debeat, *diximus ſup. ſect.1. num.35.*

Sextò, allegare poteſt, quod confeſsio facta fuit ſuper proceſsu formato Iuris ordine non ſeruato, præſertim ſi facta fuit in tormentis, indicijs non præcedentibus gloſs. *vnic. in l. quaſtionis, ff. de qu.* Marſil. *conſ.95.nu.10.* Foller. *vbi ſup. in tertia parte tertia partis verſ. & ſi confitebuntur num.1.* In confeſsione verò facta ſponte extra tormenta hoc non procederet, nam ex ea condemnari poſset. DD. communiter apud Clar. *d.qu 55. verſ. item poſſet.* Foll. *vbi ſup. prima parte ſecunda partis verſ. & ſi confitebuntur num.65.* vid. Farinac. *quaſt.81.nu.75.*& guaz. *ib.cap.24.nu.1.*

Septimò, poteſt dicere, quod confeſsio non fuit legitimè facta, quia fortè eſt minor 25. annis, & non fuit illi datus Curator; *iuxta l.clarum C.de author. praſt.* Boſs. *de commun' in tit. ſi ad-verſ.rem iudicat.nu.22.* Sed tamen diſpoſitio. *dicta l. clarum*, parum ſeruari in practica aduertit, & bene Clar. *q.50. in princ.& d.q.55.ver. vlterius poteſt.*

Octauò, quod talis confeſsio facta fuit ſub conditione, non abſolute, & pure, vt ſi dixerit, ſe occidiſse hominem, ſed ad ſui defenſionem, quam tamen qualitatem probare teneretur, & illi prodeſset, ne condemnari poſſit pœna ordinaria: non autem pœna extraordinaria. Boſſ. *in tit.de confeſſis nu.36.* gramm. *ſuper conſt. Regni fol.13. num.9.* Quod ſi non probauerit, factum fuiſſe homicidium ad neceſsariam defenſionem, certè condemnabitur, Clar. & Alij penes illum. *in ſupracit. pract. cr. quaſt.55. verſ. poſſet quoque reus* late guazz. *d.defenſ.32. cap.35. num 1.*

Nonò, poteſt probare contrarium eius, de quo confeſsus fuit, & ſic allegare, quod ipſa confeſſio facta fuit erronee, & tunc errorem plenè probare teneretur, ita de communi dicit Aretin. *in cap. cum dilectiis fin. de accuſat.* Boſs. *in tit. de confeſſ. d.num.6.& nu.60.in fin. & in tit.de defenſ.reor.num.4.* Et talem errorem probare poſset, etiam poſt ratificationem confeſſionis in tormentis factæ, & ſi probaret, eſse abſoluendus. gramm. *ſup.conſtit. Regni fol.23 num.23.* Idem dicit Angel. *de maleſic. in verb. comparent, & produx. inſtr. pacis num.1.* Salic. *in l.fin. poſt nu. 2.C. de probat.* & Alii apud Guazzin. *d. defenſ.32.cap.10. nu.2. & cap.12.num.2.*

Decimò, quod fuit facta metu tormentorum, quæ inualida eſt, de qua dicemus infra *ſect.14 n.51.* de reliquis cauſis pro defenſione Rei ex capite confeſſionis, vide late congeſta per guazzin. *d.defenſ.32.per 35.caput.*

23 *Quoad tertium principale*, nimirum quot ſint defenſionum ſpecies, notandum eſt, illas plures eſse: alia enim eſt defenſio Iuris: alia facti: alia ciuilis; alia naturalis: alia, quæ reſpicit merita cauſæ, & Actoris intentionem perimit: alia, quæ reſpicit proceſsum tantum. Bald. *in l.1.col.12.nu.57.C.qui accuſ. non poſſ. & in l.cum mulier.ff.ſolut.matr.* Dec. *in l.a mancipatus num. 4. C. de repud. bonor poſ.* De quibus ſingulis pauca dicenda veniunt per tranſennam, compendioſè, & promiſcue, ne ſim prolixus cum breuitati ſemper conſulere ſtudeam. Hæc autem pro Iudicib. Tyronib. in munere iudicandi deſeruient non parum vt ſaltem loca topica Doctorum pleniùs, & latiùs materiam examinantium habeat.

24 Prima igitur defenſio erit de iure, quæ prouenit ex præſcriptione, vt ſi à die commiſſi criminis lapſum ſit tempus viginti annorum, quia tali temporis ſpatio præſcribitur omnis actio accuſationis criminalis. *l. quarelam C. de falſ.* & eſt communis ſententia DD. vt ait Abb. *in c.cum haberet nu.4. de eo, qui dux. in matr. quam poll.* Card. *in c.de accuſat. col. 48. verſ. item opponi poteſt 2.quaſt.8.* Villalob. *in collect. comm.opin.litt. D.num.55.* Viuius *in l.comm opin. verſ. accuſatio falſi.* Clar. *in d. pract. cr. quaſt.51. in princ.& ſeq. verſ.* late guazzin. *defenſ.2. capit.2. num.2.*

25 Secunda erit defenſio, quod inſtantia cauſæ perempta eſt, & ſic condemnari non poteſt, ſed abſolui debet, præſertim ſi agatur per accuſationem. Saliect. *in l.ſi de criminæ poſt num.8.C. de accuſat.* quem ſequitur Capicius *deciſ.206.num.4.* & quamuis de Iure Cannonico cauſæ non habeant inſtantiam; tamen hoc procedit in ciuilibus non in criminalib. in quib. biennio perimit inſtantia. Ann. *in c. qualiter, & quando 2.§. licet autem nu.6. de accuſ.* guaz. *d.defenſ.2.c.6.nu 2.*

26 Tertia eſse poterit, ſi agatur per accuſationem, quod accuſator mortuus eſt, quia tunc extinguitur iudicium, etiam ſi hæredes proſequi voluerint *lib. 1.& tot. C. ſi reus, vel accuſat. mort.fuer.* Hæc autem defenſio licet habere locum poſſit, quoad hæredes: quoad Iudicem tamen non procedit, quia poteſt ex officio procedere. Bart. *in l.libellorum.§.fin n.4.ff.de accuſ.* Boſs. *in tit.de inquiſit.nu.89.* Clar. *q.51.verſ.pariter etiam.*

27 Quarta eſse poterit, ſi probetur, quod delictum, de quo inquiritur, non fuit commiſsum, vt procedatur contra Titium, quod occiderit Caium, & Caius exhibeatur viuus, & ſic de reliquis, probando contrarium. ita Bald. *in l. ſi quis teſtibus in fin. C. de teſtib.* quem refert Angel. *de maleſic. in verb. comparent, & produx. inſtrum. pacis numer.33.* Caret. *in pract. fol. 558.num.96.* Clar. *qu.98. verſ. ſed numquid*, Marſil. *in pr.cr.§.opportunè numer.7. & §. vlt. numer.13.* grammat. *conſ.cr.16.numer.23.*

28 Quinta eſse poterit, excipiendo contra teſtes tripliciter. Primò contra perſonas, quod ſint infames, periuri, & ſimiles de quibus *dix ſup. ſect.3. vbi de teſt.* Secundò contra dicta ipſorum, puta quia ſunt falſi, varijs, contrariis, ſingulares, & huiuſmodi, *de quib. etiam d.ſect.4.* Tertiò contra modum receptionis ipſorum, puta quia depoſuerunt ſine iuramento, vel quod non fuerunt repetiti, & ſimilib. *de quib. etiam ſup. egimus*, & late Clar. *in l.2.§. teſtis, & l.5.§ fin.q 11. verſ. item quaro, & q. 53.per tot.* vbi ex profeſſo examinat exceptiones, quæ contra teſtes opponi poſsunt.

Et nota generaliter in materia teſtium, quod in criminalib. eſse debent omni exceptiones maiores de quibus dixi ſupra *ſect.3.nu.16. verſ iſti tamen duo.* Et ſic tales, vt contra eos nulla dari poſſit exceptio, ſecundum gloſs. *in cap.1.ver.maiores de conſanguin. & affinit.* quam ſingularem appellat Abb Panor. *in c. at ſi clerici nu.32.de iudic.* quia ad effectum, vt teſtis dici non poſſit omni exceptione maior, ſufficit quælibet macula, & quæuis exceptio. Maſcard. *de prob.l.1.in praſat.q.6.n.68.& 69.& l 2.concluſ.855.nu.10.& l.3.concluſ.1360.n.6.* Farinac. *de teſtib.qu.55.nu.57.*

29 Sexta defenſio eſse poteſt, ſi ad probandum delictum producantur, vel inſtrumenta, vel alia acta facta in ciuilibus. De inſtrumentis, quod non probent in criminalibus, probatur *in c.cum in eccleſijs de maior. & obed.* Bart. *in l. in Seruorum num.2. ff. ad ſen. conſ. Tarpill.* Clar. *qu.54. in princ.* vb. limitat; quando crimen conſiſtit in facto ſeparato ab inſtrumento, ſecus ſi factum probetur per inſtrumentum, puta quod quis ſit hæreticus; vel quod blaſphemauerit & huiuſmodi: De actis verò opponi poteſt. quod acta facta in ciuilibus non probant in criminalibus. Felin. *in cap. at ſi Clerici. num.26. de iudic.* Clar. *ib.verſ. item ſi producantur;* vbi dicit, quod faciunt inditium ad inquirendum, licet non ad condemnandum. Guaz *defenſ. 32.c.3.nu.1.*

30 Septima, quod delictum commiſsum licite poterat patrari, vt ſi quis occidat banitum. furem, adulterum, & ſimiles, qui per ſtatuta, aut iura municipalia impune occidi poſsunt, de quo Clar. *lib.5 §. homicidium, verſ. vltimum eſt, cum ſeqq* Vel ſi Dominus corrigendo ſeruum Aut Pater Filium: Aut Maritus Vxorem; Aut Magiſter Diſcipulum, caſu ex verberibus aliquis ex dictis mortuus fuerit. Alex. *conſ.75 lib.3.& conſ. 515.numer.3.lib.5.* quia cum probatur, quod illam actionem facere poterat, licet caſu mors ſequuta ſit, euitabitur condemnatio. Bart *in l. non ſolum. §. ſed vt probari num.1. de non. oper. nunc*, & ibi Alex. *nu.2.* grammat. *conſ 7.nu.8. in fin.* Auguſt ad Angel. *de maleſic. in ver. de nunc praſenti poſt num.5.* Neuizan. *in ſyl. nuptial. fol. 12. col. 2. verſ. vigeſimus primus principalis.* Boſs. *in tit. de tonnullis num.60.* Quod intelligendum eſt ſano modo, dummodo Dominus, Pater, Magiſter, & Maritus modum corrigendi non exceſserint. aliàs enim ſi nimia ſeueritate corrigant, pœnam, ſaltem extraordinariam non effugient.

31 Octaua erit, quod de eodem crimine fuit alias inquiſitus

ſed

sed tamen fuit ex eo absolutus, aut condemnatus, quia tunc non potest contra eum vlterius procedi. *cap. de his de accusat. & l. si cui § ij.* *ff. ad sil.* Angel. *de malefic. in ver. & ad querelam. nu. 90.* quia de eodem delicto non est pluries contra aliquem conquerendum. Mant. *cons. 251. l. 1.* & Ioan. de Amicis *cons. 35. in regula 1.* obstat enim exceptio rei iudicatæ, & innocentiæ. *l. 2. C. de except. rei iud. c. 1. C. quand. prouoc. non est necess. & d. l. si cum. & l. fin. C. de cust. reo.* & hæc est conclusio communiter approbata, tam à Cannonistis, quam à Legistis. Quod quidem procedit, si quis fuit absolutus, tanquam innocens, quia re vera delictum non commisit: secus, quia probatum non fuit, nam tunc posset iterum contra eum procedi. Et in dubio præsumitur absolutus ex defectu probationum, potius quam ex capite innocentiæ. August. ad Angel. *de malefic. in verb. & ad querelam post n. 88. vers. an autem* vbi dicit de communi, de quo latè infra *sect. 16.*

32 Nona defensio esse poterit, quod habuit pacem, seù remissionem à parte offensa, & sic puniri non debet pœna ordinaria, præsertim vbi per statuta particularia locorum pœna delictorum minuenda esset, habita remissione partis. Clar. *q. 58. in princ. & vers. seqq.* vbi idem firmat de transactione facta cum parte aduersa super delicto, & tusè materiam talis transactionis examinat. Et postea *in vers. visum est de quibus cum vers. seqq.* agit de personis, quibus competit ius faciendæ pacis, & remissionis, quem vide, & non pœnitebit.

33 Decima defensio est, quod delictum fuit sibi a supremo Principe remissum: Ipse enim potest pœnam delictorum remittere. gloss. *in l. 2. ver. concede C. in quib. caus. vocand.* Paris. *cons. 1. n. 8. l. 4.* Quod locum habet, tam in pœnis corporalibus quam in pecuniariis, quas indulgere, & remittere potest supremus Princeps, etiam post sententias in iudicatum transactas: vt ait Paris. *d. cons. 1. nu. 59.* Et licet regulariter Princeps non concedat gratiam delictorum, nisi præuia partis remissione, tamen pro bono pacis, & communis boni, absque singularium personarum consensu remittere potest iniurias, & damna earumdem particularium. Clar. *d. Pr. cr. qu. 59. vers. adde, quod.* Hæc conclusio ampliatur, vt procedat etiam in Episcopo, qui pœnam delictorum remittere, & gratiam facere potest vt dixi de Vicario Generali habente speciale mandatum *sup. p. 1. sect. 2. subsect. 2. n. 65.*

34 Vndecima defensio cadit super ætate delinquentis, vt si sit infans, quia talis puniri non potest, propter ætatis imbecillitatem. *l. infans. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Plaza. *lib. 1. delictor. cap. 32. n. 1.* Quòd si sit maior tempore isto, sed minor pupillari ætate, idest 14. annis, distinguendum est, aut enim delictum consistit in committendo, & puniri potest, aut in omittendo, & non punitur, ita Cynus, quem sequitur Igneus *in l. 1. § impubes nu. 5. ff. ad syll.* Non punitur tamen impubes, nisi sit doli capax. *l. pupillum. ff. de regul. iur.* Plaza *d. cap. 32. num. 6.* & nisi sit proximus pubertati copulatiuè. August. ad Angel. *de malefic. in ver. secuerer, & doloso post num. 6.* Quare adhoc, vt impubes puniri possit, tria copulatiuè requiruntur, nimirum vt si doli capax: vt si proximus pubertati: & quod delictum consistat in committendo. Clar. *qu. 6. in princ.* vbi similiter dicit, quod etiam in tali casu non esset pœna extraordinaria puniendus.

Si verò fuerit maior 14. annis, sed minor 25. quamuis non excusetur omninò a pæna, mitiùs tamen puniri debet, propter ætatis imbecillitatem, arbitrio Iudicis. *vt desumitur ex l. auxilium §. in delictis. ff. de minorib.* & ita tenent communiter DD. vt inquit grammatic. *cons. 23. num. 12.* & Plaza *d. cap. 32. nu. 11.* Imò dicit vnum valde notabile Anan. *in cap. 1. post nu. 8. de delict. puer.* quod euitari potest totaliter pæna, si probetur, delictum fuisse commissum sine dolo, per viam restitutionis in integrum.

Similiter excusat ætas senectutis, ita vt si senex deliquerit, puniri non possit pœna ordinaria, sed benè mitius extraordinarie glos. *in l. fin. in omnib. circ. princ. ff. de reg. iur.* & notat Plaza *in d. c. 32. nu. 13. in fin.* quem allegat Clar. *loc. cit. q. 60. vers. successiuè quæro.*

35 Duodecima defensio fundari potest in rationis defectu vt si delinquens fuerit furiosus, amens, vel mente captus. *l. infans. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Plaz. *in lib. 1. delictor. cap. 26. num. 1.* quia satis in furore torquetur, & extra se factum, ab ipso factum non censetur. Quod procedit, etiam si tempore delicti erat sanæ mentis, & postea furiosus effectus fuit: nam adhuc puniri nequit. Bald. *in l. furiosum, circa fin. C. qui testam. fac. poss.* vbi Iason. *nu. 8. & in l. ex facto post nu. 38. ff. de vulg. & in l. si seruum num. 7. ff. si ex nox. caus. agat.* dicit esse communem DD. sententiam: Viuius *in l. comm. opin. verb. furiosus occidens.* Plaza. *in d. c. 26. n. 1. & nu. 7.* Clar. *d. q. 60. vers. item quæro circ. med.* Cater. *in pr. fol. 365. n. 14.* & Alii.

36 Decimatertia defensio esse potest, si delinquens sit iracundus, & delictum perpetrauit calore iracundiæ, quia ira dicitur breuis furor. vnde secundum Iason. *in l. si duo patroni § si quis iurauerit 1. post nu. 1. ff. de iureiurand.* factum tali tempore non est punibile. Idem dicit Abbas *in cap. 2. de maledic.* grammat. *sup. cons. Regni fol. 113. nu. 5.* Alii verò distinguunt, aut enim ira prouenit ex iusta causa, aut non: In primo casu mitius punitur, vt si vir occidat vxorem in adulterio deprehensam. Clar. *in l. 5. § homicidium. vers. sed quid dicendum.* In secundo verò casu in nihilo excusat ira: & est communis, vt testatur Menchiac. *controuersiar. illustr. c. 18. nu. 29.* Aliquando tamen, etiam sine iusta causa iratus delinquens mitius punitur, vt ait Afflict. *sup. 3. p. const. Regni rubr. 54. n. 6.*

37 Decimaquarta est, si propter amorem nimium quis deliquerit, quia tunc, cum amor sit etiam furoris species vt inquit Plato *in ph. dro*, mitius puniri debet, & ita fuisse practicatum cum quadam muliere, quæ domi suæ absconderat res furatas ab Amasio, refert Cassaneus *super consuetudin. Burgund. fol. 39. nu. 13.* Vt a simili dicitur de sortilegiis factis ex causa amoris quæ non puniuntur pena Hæresis. Alber. *in rubr. de hæret. num. 53.* Oldrad. *cons. 210. in fin.* Tiraquel. *de pœnis caus. 4. num. 2.* Clar. *lib. 5. pract. in §. hæresis vers. successiuè quæro circ. med.* Sed tamen hoc seruatum non fuit Neapoli annis elapsis cum quodam nobili iuuene, qui ob amorem cuiusdam puellæ scalas noctis tempore ad eius domum admouerat, vt per illas ascendendo in cubiculum eam inueniret: nam fuit iussu Domini Proregis decapitatus, de quo vide grammat. *decis. 36. & in const. Regni fol. 31. col. 1. nu. 5.* quod factum fuit ad exemplum, cum alias de iure non esset tam seuerè puniendus, quia amor sæpissime, etiam prudentissimos viros aliquando excæcauerit, & in sacris paginis sunt innumera exempla, prout de Dauide adulterium committente, & deinde homicidium 2. *Reg. c. 11.* De Salomone 3. *Reg. c. 11.* De Sampsone amore Dalilæ furente, *vt habetur Iudic. c. 16.* & de Aliis multis.

38 Decimaquinta est, si Ebrius delinquat in ebrietate: puniri debet extraordinarie: quia licet excusetur a dolo, ita vt pæna ordinaria non puniatur, non tamen excusatur a culpa. ita communiter DD. vt ait Plaza *l. 1. delictorum. cap. 30. num. 1.* & Menchiac. *controuers. illust. cap. 96. post n. 31.* quod tamen non procederet, si sine sua culpa quis in ebrietatem incideret, puta si socii per iocum sal in vinum iniicerent ipso ignorante, qui tunc caret dolo, & culpa, & sic ab omni pæna esse excusandum existimarem. Regulariter autem semper quasi in ebrietate delinquentes, mitius puniuntur, vt de blasphemantibus in ebrietate tradit Abbas *in capit. 2. de maledic.* quem sequuntur omnes Canonistæ, vt testatur grammat. *sup. const. Regni fol. 113. num. 6.*

39 Decimasexta defensio erit, si quis deliquerit dormiendo, vt aliquando accidit, de quibus dixi. *in meo Museo Historicolegali lib. 2. miscellan. 4. num. 48. vers. est autem* vbi aliqua curiosa retuli, quia actiones, quæ vigilando factæ, essent peccaminosæ in somno non sunt neque meritoriæ, neque demeritoriæ, cum inuoluntarie agantur. Diu. Anton in *p. 1. tit. 2. cap. 7. § 3.* Ego ipso. *vbi sup. nu. 49. vers. somnum frequentius, ibi, Actiones;* Quod tamen intelligendum est, quando quis non est solitus talia in somno operari, nam si aliàs ei euenire solent, non præcauendo, ne malum sequatur, esset in culpa, vt si non clauderet ostium, vel a cubiculo arma auferret, & similia, tunc enim pæna extraordinaria puniretur Bart. *in l. pen. ff. ad leg. Pompei. de parricid.* & est communis DD. opinio, vt ait Didac. *in Clement. si furiosus nu. 6. de homicid. voluntar.* Plaza, *lib. 1. delictor. c. 31. nu. 3.*

40 Decimaseptima erit, si prodigus deliquerit, non in his, quæ fiunt committendo, sed tantum in omittendo, quia tunc comparatur furioso, & sic extraordinarie puniendus esset, secus si in his delictis, quæ in committendo consistunt, nam in his pæna ordinaria puniretur, sicut & cæteri. Bart. *in l. ac, cui bonis nu. 6. ff. de verb. oblig.* & ibid. Iason. *nu. 17.* Rip. *nu. 54.* & Alii communiter. Plaz *vbi sup. cap. 23. num. 1. vers. sic. quibus sic perpensis.* Quidquid dixerit gloss. *magn. in l. quis in tantam vers. sexto de furioso C. vnde vi,* quæ in hoc ab omnibus reproba-

probatur, vt ait Angel. *in d.l.as, cum bonis num.7. & in fulcimine. §. adeo autem num.3. ff. ex quib. caus. in poss. eat.* quem allegat Aug. st. ad Angel. *de malef. in verb. sciente, & dolosè post. num 16.*

41 Decima octaua est. Negatiua coarctata loco, & tempore, vt si quis haberet contra se inditia, quod tali die delictum. I quod commiserit, probare poterit, quod toto illo die fuit alibi, & quod inde non discesserit, nec discedere poterat, quin fuisset visus, de qua plenè Bart. & Bald. *in l. actor. C. de probat.* Paul. de Castr. & Alex. *in l. 1. in princ. ff. quod quisque iur.* Imol. & Alii *in l. illa stipulatione ff. de verb. obl.* Felin. *in cap. ex gemore col. 4. de testib.* Lanfranc. *in cap. quoniam contra de probat.* Brun. *in tract. de indic. & tortur. in quinta p. principal.* Corn. *cons.* 299.l.3. Afflict. *in const. Regni incip. si damna clandestina notab. 14. in fin.* & Alii.

42 Decimanona defensio in causis homicidii multiplex, esse poterit. Primò, quod quis hominem occiderit ad sui necessariam defensionem; quia vnicuique licet vim vi repellendo aggressorem interficere. *l. vt vim. ff. de iust. & iur.* vbi DD. communiter, *lib. 1. §. vim. ff. de vi, & vi armat. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. cap. significasti 2. de homic. volunt. cap. si vero 1. de sentent. excom. clem. si furiosus de homicid. vol.* & ita tenent communiter DD. vt ait Plaza, *in lib. 1. delictor. cap. 28. nu. 3. in fin.* Cæpoll. *consil crim. 42. vers. & profectò,* Clar. *in lib. 5. §. homicidium vers. excusatur autem,* Follei *in pract. cr. for. facul. prima parte secunda partis vers. recipiuntur defensiones num. 12.* & Alii. Quæ conclusio locum habet, etiam in foro conscientiæ, vt ait Nicol. *in concordat. Glos cap. 56.* & Didac. *in d. clement. si furiosus post num. 1. de hom. vol.* Imo si quis inuaderet Sacerdotem celebrantem, Sacerdos posset missam intermittere, & se defendere, & si cum moderamine inculpatæ tutelæ occiderit inuasorem, sacrificium prosequi posset. Diu. Anton. & Alii penes Binsfeld. *de iniur. & damn. dat. cap. . qu. 5. conclus. 3.* Dian. *par. 5. tract. 4. res. 1. cum seqq.* quia defensio est de iure naturæ; & ideo potest licitè occidere aggressorem. *vt habetur in d. c. significasti d. c. si verò d. clement. si furiosus, & in alys iurib. præter.* docet Cic. *in orat. pro Milon.*

43 Quæ quidem conclusio ampliatur, vt liceat occidere inuasorem, etiam pro defensione bonorum, non solum in sententiam ferè omnium Legistarum, vt ait Dec. *in d.l. vt vim. nu. 31.* & Iason. *nu. 23. & seqq. ff. de iust. & iur.* Plaza *d. lib. 1. delictorum c. 28. n. 52.* Clar. *in d. §. homicidium vers. Hæc autem;* verum etiam in sententia communi Theologorum, vt docet Tannerus *to. 2. disp. 4. q. 8. dub. 4. nu. 81.* qui citat multos DD. quibus addi possunt Molin. *de iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 16. nu. 1.* Azor. *tom. 3. l. 2. ca. 1. qu. 19.* & Filliuc. *tom. 2. tr. 19 cap. 3. nu. 56.* quia bona dicuntur secundus sanguinis hominis. gloss. *in l. aduoc. acc. per illum sextum C. de aduoc. diu. iud.* Et hæc conclusio locum habet, etiam in Clericis, *vt patet in cap. olim 1. de rest. spol.* & tradunt Molin. & Alii, *vbi sup.* quidquid in contrarium afferat Abb. *in c. suscepimus de homicid.* & Rosell *verb. homicidium §. 3.* Imò etiam in Religiosis. Tanner. *d. tom. 3. disp. 8. n. 77.* & Alii apud Dian. *p. 5. tr. 4. res. 17. vers. necnon esse fin.*

Bona autem non debent esse parui momenti, sed valoris magni, & multi DD. asserunt, sufficere, si ascendant ad valorem quatuor, vel quinque ducatorum. Dian. *dict. p. 5. tr. 4. resolut. 18.* Bonac. *tom. 2. de contract. disput. 2. quæst. vnic. sect. 1. punct. 10 num. 1.*

44 Ampliatur secundò, vt aggressus possit aggressorem occidere a fortiori pro defensione proprii honoris, quia periculum famæ æquiparatur periculo vitæ. *L. iusta. ff. de manumiss. vindict.* Bart. *in l. 1. n. 3. C. vnd. vi* Angel. *in l. qui aggressorem nu. 2. in fin. C. de sicar.* Marsil. *cons. 8 num. 46.* & ex Theologis hanc sententiam tenent Valentia, Bannes Salonius, Aragonius, Nauarrius, & Alii, quos cit. Tanner. *loc. cit. num. 73.* Molin. *tom. 4. tr. 3. disp. 17.* Dian. *d. p. 5. tr. 4. res. 9.*

45 Ampliatur tertiò in eo, qui occiderit aliquem pro defensione consanguineorum; vt de communi testatur Gramm. *cons. 58. nu. 4.* Alciat. *cons. 475.* Petr. Calcfat. *inter consilia criminalia diuersorum cons. 89 nu. 10. l. 2.* Quod Bartolus *in d. l. vt vim. n. 7. & in l. si quis seruum n. 3. ff. de furt.* extendit etiam ad eum, qui defendit extraneum. Et idem tenent Molin. *de iust. tom. 4. tr. 3. disp. 18.* Azor. *tom. 3. l. 2. cap. 1. qu. 23.* Fill. *to. 2. tr. 29. c. 4. n. 54.* Dian. *d. p. 5. tr. 4. resol. 19.*

46 Ampliatur quartò, vt locum habeat, etiam in defensore bonorū proximi, nam licitè quis poterit occidere inuasorem bonorum exterorum proximi; quando aliter defendere nequit huiusmodi bona, tam in domini præsentia illum defendendo, quam in eius absentia, vt ait Molin. *d. disp. 18. n. 1* Dian. *ib. res. 20.* & Alii communiter.

47 Ampliatur quintò, vt non solum licitum sit iniustum inuasorem occidere, verum etiam alium non offendentem, si insultatus alio modo se defendere nequeat, nisi iustū innocentem interficeret, vt si inuasor poluerit se à tergo alicuius innocentis, & semper se tueatur cum eiusdem corpore, quærendo alium interficere: tali enim casu inuasus ad sui necessariam defensionem, si aliter euadere non valeat, potest vtrumque ictu sclopi, vel ensis vtrumque occidere secundum glos. *in l. si familia verb. poterat ff. si fam. fur. fecis. dicat.* & est communis sententia, de qua Dec. *in d. l. vt vim post nu. 7. vers. & quod dictum ff. de iust. & iur.* Clar. *in d. §. homicidium. vers. adde quod;* & ex Theologis tenet Malder. *in 2. 2. D. Thom. tract. 3. cap. 1. dub. 12.* Rodriq. *in summ. tom. 1 c. 220 nu. 7.* & Alii. Quidquid in contrarium teneat Sayr. *in Claui Regia l. 2. c. 12. nu. 17.* Turrian. *in 2. 2. tom. 2. disp. 26. dub. 2. n 28.* & Alii.

48 Sed quæritur, quomodo probandum sit, homicidium fuisse commissum ad sui necessariam defensionem?

Respondetur sufficere, si probetur simpliciter homicidium tali qualitate commissum fuisse, nec requiritur, vt probetur in specie talis necessitas defensionis. Bald. *in l. solam post num. 1 & C. de testib.* Dec. *in d. l. vt vim. nu. 17.* Cater. *in sua Pract. fol. 422. num. 126.* quem refert Plaza *in dict. l. 1. delictor cap. 28 nu. 10.* & Clar. *d. §. Homicidium. vers. sed, quomodo;* vbi *ver. seq.* ait, supradicta de defensione procedere, si sit facta cum moderamine inculpatæ tutelæ; alias minime.

49 Secundò modo potest quis se defendere in crimine homicidii, probando, illum, qui ab ipso occisus fuit, fuisse per eum inuentum in insidiis, expectando, vt eum occideret; quia licitè tales occidi possunt, secundum Glos. *in l. 1 verb. moderatione. C. vnde vi* & Plaza. *d. l. 1. delictor. c. 21 nu. 1.* vbi de communi; quod intelligendum esse, si aliter periculum euitari non potuit, tenet Clar. *vbi sup. vers. potest.* Et similiter non euaderet, vt puniri possit extraordinariè, quamuis pœnam ordinariam homicidii effugeret.

50 Tertiò, potest se defendere ex incertitudine, vt si plures aliquem occiderēt, & ignoraretur quis eorum lethale vulnus intulerit, ex quo reuera mortuus sit. sed in hoc Doctores diuersimode distinguere solent: Aliqui enim simpliciter asserunt quod quando in cadauere occisi vnum tantum vulnus lethale inuenitur, & ignoratur quis illud intulerit, omnes absoluuntur a pœna ordinaria legis Corneliæ, & condemnantur ad pœnam pecuniariam soluendam. ita de communi testatur. Bois. *in tit. de homicid. num. 26.* Natta *cons 240. nu 9.* vbi ait in hoc concordare, tam Legistas, quam Canonistas: & Rimnald. *cons. 24. in fin.* ait quod Bartolus *in l. si in rixa post nu. 10. ff. ad leg. Corn. de sicar.* asserens, omnes esse puniendos, communiter ab omnibus reprobatur.

Idem firmant, si plura inueniantur vulnera lethalia & ignoretur ex quo mortuus sit, nam omnes euadunt pœnam ordinariam, secundum glos. *in l. item mela §. sed si plures. ver. percusserint. ff. ad leg. Aquil.* Angel. *de malefic. in ver. & Andream n. 21.* Rolan. *cons 64. nu. 10. lib. 2.* vbi de communi. Quod tamen non placet Plaz. *d. l. 1 delict. c. 12.*

Alii autem firmant tres conclusiones. Aut enim homicidium fuit ex proposito commissum; aut non apparet fuisse capitaliter commissum, sed adsunt solum coniecturæ quædam: aut certò scitur, homicidium fuisse casu, & in rixa commissum, non ex proposito, & deliberate. In primo casu absolutè dicunt, omnes homicidio interuenientes esse puniendos pœna ordinaria homicidii, quomodocumque vulneratus moriatur, siue ex vnico: siue ex pluribus vulneribus, siue omnes vulnerauerint: siue non: siue sit dubium quis fuerit, siue non. Didac. *in repet. Clem. si furiosus. num. 3. de homicid.* Plaza *vbi sup. n. 5.* In secundo verò casu, dicunt, quod omnes torqueri debent super veritate, an fuerit commissum ex animo deliberato, vel non, & si nihil fateantur, puniendi sunt pœna extraordinaria, ratione incertitudinis: In tertiò tandem casu iterum distinguunt: aut enim vnicum vulnus apparet, ex quo mortuus est vulneratus, sed ignoratur, quis illud intulerit, & tunc omnes puniuntur pœna ordinaria arbitrio Iudicis. Didac. *vbi sup. nu. 5.* Plaza. *in d. cap. 12. nu. 6.* Paris. *cons. 148. n. 3. lib. 4.* Aut plura sunt illata vulnera, & certi sunt vulnerantes, sed ignoratur ex quo

vulnere

vulnere in specie mortuus sit: & tunc si omnia vulnera erant mortalia, omnes pœna ordinaria puniuntur; si verò vnum, vel plura erant lethalia, & alia non: & tunc illi tantum pœna ordinaria puniendi sunt, qui lethalia intulerunt; Alij verò puniuntur pœna vulnerantium. Quam postremam sententiam tenent Didacus *in d. clem. si furiosus. num. 5* Caret. *in Pract. cr. fol. 210. nu. 75.* Clar. *in lib. 5 §. Homicidium. vers. aut verò*, Vitali *de malef. in rubr. quid sit accusatio nu. 71.* & Alij. Quibus. Ego libenter adhæreo, quia fortioribus argumentis eorum opinio nititur, & magis communis existimatur.

51 Quartò, inquisitus ex homicidio potest se defendere, quod vulneratus mortuus est ex alia causa, quam ex vulneribus si appareat de aliqua negligentia, & culpa vulnerati in cura non adhibita. *iuxta text. in l. si ex plagis in princ. ff. ad leg. Aquil.* ita Gandin. *de malefic. in tit. de homicid. post num. 24. vers. sed pone quod aliquis*, & esse communem sententiam, ait Blanc. *in Pract. crim. fol. 135 num. 96.* punitur tamen pœna extraordinaria. Gramm. *cons. 2.* si verò appareat, quod non interfuit negligentia, aut culpa, vulnerati, tunc præsumitur decessisse ex vulneribus; & sic vulnerans punitur pœna ordinaria. Quòd si constaret, vulnus non fuisse lethale, & nihilominus vulneratus mortuus est, tunc præsumitur ex alia causa, illum decessisse, quam ex vulneribus, vnde vulnerans puniretur non ordinariè, sed tantum extraordinariè, arbitrio Iudicis. Bald. *in l. qui occidit. §. fin. ff. ad leg. Aquil.* Soccin. *cons. 178. col. 1. vers. pro cuius conclusionis. lib. 2.* Riminald. *cons. 481 num. 7.* qui dicit esse communem omnium sententiam Casu verò, quo vulnus fuit lethale, & vulneratus decessit, vtique vulnerans pœna ordinaria homicidii puniendus est *l. aut lex § quod si mortifero. ff. de leg. Aquil.* & est communis vt dicit Soccin. *vbi sup.* subdens, quod tali casu, etiam si non fuisset adhibitus medicus; vel si adhibitus imperitus, adhuc teneretur vulnerans pœna homicidii, iuxta *text. in l. ita vulneratus in princ. ff. ad l. Aquil.* latè Guaz. *defens. 4. c. 12. nu. 26.*

52 Sed quærit, quomodo probandum sit, quod vulnus fuerit, vel non fuerit lethale?

Respondetur, standum esse iudicio medicorum, ita de communi DD. sententia tradit Plaza, *d. lib. 1. delictor. cap. 13. num. 6.* Et similiter, an vulneratus decesserit ex vulnere, an ex malo regimine Chyrurgi. August. ad Angel. *de malef. in verb. ex interuallo post num. 3.* & ita seruari in pract. ea testator Boss. *in tit. de homicid. post num. 15.* De Iure deberent esse duo medici, vt ait Contad. *in Pract. fol. 514. nu. 7.* Sed de consuetudine statur dicto vnius, maximè in loco, vbi non adest, nisi vnus, imò tunc sufficit dictum Barbitonsoris. Anan. *in cap. significasti nu. 24. in fin. de homicid.* Boer. *decis. 323. post numer. 21.* Plaza *d. capit. 13. num. 9.*

Debet tamen iurare de credulitate, non autem præcisè de veritate. Anan. *vbi sup. nu. 13. in fin.* Felin. *in cap. postulasti nu. 15. de prob.* & ibi Dec. *n. 17.*

At verò ad euitandas fraudes, cum tales medici facile subornati huiusmodi fides, & attestationes faciant, tutius est, vt Iudex arbitretur, consideratis circumstantijs, & qualitatibus personarum, locorum, vulnerum, & relatione medicorum, seu chirurgorum facta tempore illati vulneris ex debito proprij officij, nec non considerato temporis spatio inter vulnus, & mortem, & similibus, ita communiter DD. apud Marsil. *in pract. crim. §. & quia n. 16. & cons. 281. n. 1.* Quod si vulneratus post acceptum vulnus semper abiit in deterius, præsumitur decessisse ex vulnere, vt tenent omnes Canonistæ, & Legistæ, secundum Bologn. *cons. 5. col. 2. vers. secundo pro eodem* & Cæpoll. *cons. cr. 41. vers. tertio mouens.*

Est notandum, quod lethaliter vulneratus, secundum Medicos viuere non potest vltra 40. dies; vt refert Angel. *in l. vnic. C. de emend. seru.* Riminald. *vbi sup. nu. 2.* Blanc. *in pract. cr. diuer. fol. 135. n. 221.* Ideò si moriatur post 40. dies, præsumitur mortuus ex alia causa; Imò si post illatum vulnus vulneratus ambulauerit post triduum immediatè, tunc si postea moriatur, non præsumitur mortuus ex vulnere. Gloss. *in d. l. vnic. verb. depulsa. C. de emend. seru.* quam sequuntur omnes, vt ait Marsil. *in l. si in rixa n. 56. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & in pr. cr. d. §. & quia nu. 16. & cons. 7. nu. 26. in fin.* & Ioan. Arnon. *in suis soliloquijs. soliloq. 39. incipien. prosperè quadam;* vbi Alios allegat, & ratio est quia non est possibile, vt tam citò ambulare potuisset, si vulnus fuisset lethale.

53 Quintò, inquisitus de homicidio posset se defendere, probando, quod licet mortuus sit vulneratus ab illo, tamen decessit ex suis vulneribus; sed quia alius post eum vulnerauerit lethaliter, ex cuius vulneribus effectuè decesserit, tunc enim si verè hoc probauerit, esset excusandus a pœna ordinaria, cum non sit verus homicida. Roman. *in singular. 158.* Tiraquel. *de pæna caus. 61.* Quod quidem locum habet si primus vulnerans, nihil operatus fuit, neque mandando, neque consulendo secundum vulnerantem, alias teneretur pœna homicidii, ita de communi dem Boer. *d. decis. 323. post nu. 19.* Plaza *d. l. 1. delictor. c. 12. nu. 8.* Blanc *in pr. cr. fol. 134. post nu. 95.* Didac. *in clem. si furiosus pracie. n. 4. de homicid.*

54 Sextò, potest se defendere, quod poterat impunè occidere eum, quem occidisse constat, quia fortè fuisset bannitus, vel adulter, vel fur, qui omnes secundum leges ciuiles impunè occidi possunt; vt etiam perfunctoriè dictum fuit supra. Quod autem de Bannito dicitur, vt occidi possit impunè, de iure communi non procedit, vt tradit Bart. *in l. vt vim num. 1. ff. de iust. & iur.* quem in hoc omnes sequuntur, vt ait Claud. *in d. l. vt vim. in lectur. num. 8. & in repetition. nu. 7.* Sed bene de iure statutorum totius ferè Italiæ, vbi impunè occiditur bannitus. Piaza *l. 1. delict. cap. 36. n. 1.* Et quod tale statutum valeat, tradit Bart. *in l. omnes populi n. 23. ff. de iust. & iur.* Ioan. Andr. *in addit. ad speculat. tit. de constitut. §. 1. circ. fin.* Dec. *cons. 317 post nu. 3.* Viuius *in lib. commun. opin. fol. 204. vers. statutum disponens. in princ.* Sed in foro conscientiæ non valet, & sic puniendus esset taliter occidens bannitum. Ioan. Andr. *vbi sup.* Licet Alij contrarium asserant, de quibus Clar. *in prac. §. homicidium vers. sed nunquid*, vbi *versic. seqq.* plures quæstiones exagitat super materia dicti statuti permittentis occisionem banniti. Quem adeant, qui fusius casum videre cupiunt.

55 Circa adulterum, vt impunè occidi possit, secundum Ius ciuile, plura requirunt, quæ habentur *in l. patri ff. de adult.* quoad patrem adulterantis, per quam legem permittitur patri occidere adulterantem cum filia in flagranti inuentum; si quinque concurrant. Primò, quod pater eodem tempore occidat adulterum, et filiam. Secundò, quod filia sit in ipsius patris potestate. Tertiò, quod occidat in domo sua, vel generi, non alibi. Quartò, quod reuera filia nupta sit Quintò, quod illum deprehendat in ipso actu adulterij. Quibus concurrentib. licitum est occidere, aliàs vno ex his deficiente non licet Quod ampliatur, etiam si sit Clericus adulter, nam tunc occidendo illum, non incidit in excommunicationem Canonis *si quis suadente diabolo 17. q. 4.* & est communis DD. sententia, vt ait Bermond. *in tr. de concub fol. 267. nu. 5. in fin.* etiam si sit officialis adulter. Bart. *in l. marito. § illud. ff de adulter.*

56 Quo verò ad maritum adulteræ, dicunt DD. quod si adulter sit vilis persona, potest impunè occidi, si eum propria vxore coeuntem maritus inueniat, in propria tamen domo, alibi. *vt in d. l. marito probatur. ff. de adulter. & l. Gracchus C. eod. tit.* Imò multi DD. simpliciter asserunt licere marito, occidere adulterum cum vxore inuentum absque prædictis restrictionibus, vt Castillo *in l. 82 Tauri nu. 6. in fin* & ibid. Gomez *nu. 52. in fin. & l. 76. in fin.* Menchiac. *de success. creat. §. 7. num 22. & de vsufrequent. cap. 8. & contron. illustr. cap. 94. num. 4.* & Alij, apud Dian. *per 3. tr. 4. ref. 223.* Quorum sententiam probabilem existimat Lessius *l. 2. cap. 9. dub 5. num 16.* & Basil Pontius *de matrim. lib. 9. cap. 15. num. 20. & nu. 24.* vbi ait multos Theologos ita sentire. Ipse tamen hanc sententiam non amplectitur in foro conscientiæ, sed bene in foro fori, vt etiam facit. Dian. *p. 11. tr. 6. ref. 18.* vbi late agitat opiniones DD. ad inuicem repugnantes, quem vide, & non pigebit, Alij tamen dicunt, quod si adulter non sit vilis persona non permittunt impune occidi, vnde maritus punitetur pœna extraordinaria ob iustum dolorem, *vt in l. si adulterium §. imperatores. ff. de adulter. & d. l. Gracchus.* vid. Paris. *consil. 154. nu 12. l. 4.* Soccin. *cons. 34. l. 1.* Et si adulter sit Clericus ex eius occisione, vel percussione maritus non incidit *in can. si quis suadente*, vt dictum est de patre, *ita habetur in cap. 3. in fin. de sent. excom.* vbi gloss. & DD. communiter. Quidquid tamen sit de Iure ciuili, & in foro fori de tali impunitate occidendi adulterum; certum est in foro conscientiæ non licere occidere neque marito, neque patri, vt supra dictum est, & bene aduertit gloss. *1. circ. med. in c. inter hæc 33. q. 2.* & est communis vt ait Villalob. *in l. commun. opin. litt. M. n. 23.* Menchiac. *l. 2. de testib. p. 1. nu. 7. in fin. vers. vnde datas & contr. vsufrequent. c. 8. n. 2.*

57 Sed quid Iuris, si pater, vel maritus in casibus sibi de

Iure ciuili permissis, mandauerit adulterum occidi per alium, numquid possit hoc fieri?

Respondetur negatiuè, cum Bald. *in c. si quis verò post nu.3. de pac. tenen. firmat. in Vsib. Feudor.* August ad Angel. *de malefic. in verb. che hai adulterato num 64.* Roland. *cons.34.nu 29.l.1.* grammat *sup. constit. Regni fol 110. num.9.* Et ratio a priori est, quia cum sit casus a regulis iuris communis exorbitans, vt tales possint propria auctoritate vindictam sumere, non potest ad alios extendi. Posset tamen pater proprio filio, & similiter maritus eidem committere, vt occidat, secundum Bald. *in d.l. Gracchus num.5. C. de adulter.* & est communis, vt dicit Didac. *super quarto Decretal. fol. 140. num.5.* Ant. Gomez. *sup. l 80. Tauri n 61.* Alij tamen tenent, posse hos alijs etiam mandare, vt occidant, & ita practicatur Neapoli, vt ait Afflict. *super tertia parte const. Regni rubr.46. num.4.* Carer. *in Pract. fol. 445. num.240. & fol.325. nu.213.* & Cæpoll. *de seruit. vrban. c.23 circ. fin. & cons. crim. 4. col.1.* Quod est menti tenendum pro defensione talis mandatarii occidentis aliquem de mandato Domini pro adulterio.

58 Quod verò ad occidentem furem, adhibenda est distinctio inter furem diurnum, & furem nocturnum. Nam fur nocturnus potest, de Iure ciuili, impunè occidi, *vt habetur in l. furem. nocturnum. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* dummodo quatuor concurrant; Primò, vt occisio fiat per defensione propriæ personæ, vel Bonorum suorum. Secundo, quod volens occidere clamet fortiter. Tertiò, quod illum non cognouerit; neque adsint testes, qui cognoscant, vt possint contra eum deponere de furto. Quartò, quod illum detinere non potuerit, ob fugam arreptam. Concurrentibus prædictis, secundum communem Doct. sententiam nocturnus fur occidi potest, vt testatur Bolenc. *in l. capitalium § famosos num.164. ff. de pœn.* Iodoch *in Pract. c.78. nu 2.*

Fur autem diurnus pariter occidi potest, si armis se defendat, secundum communem, de quo Bolenc. *vbi sup. nu.165.* Alij verò dicunt, talem occidi posse, dum dubitatur, an venerit ad furandum, vel occidendum. Didac. *in clement. si furiosus fol. 227. vers. primat fit de homicid.* omnes tamen concludunt, quod quando fur aufugit, asportando res furatas, & non vult restituere, armis se defendendo, & non sit spes illas recuperandi, occidi possit. Alex. *cons 148. nu.9. l.6.* Didac. *loco cit. vers. secundò proponitur.* Iason. *in l. ut num.25. ff. de iust. & iur* Villalob. *in commun. opinion. litt O n.19.*

Quidam verò tenent, quod liceat occidere furem, etiam si furtum postea recuperari possit. Strouersdorf. *in 2.2. Diui Thom. q.64. art.7. conclus.* S. d[illegible] communiter Alij contrarium, vt supra tenent, furem licere occidere, cum furtum recuperari non possit, nisi occidendo, de quibus vid. Dian. *p.5. tr.4. ref.17. §. notandum est, & ref.17.* Quidquid tamen sit de Iure ciuili, certum est in nullo ex dictis casibus licere occidere de Iure Canonico.

59 Vigesima defensio, extra casum homicidii, de quo egimus supra *à nu.52* vsque huc, potest esse mandatum superioris, nam si quis delictum committat cum tali mandato, poterit se defendere. Quod quidem locum habet, dummodo illud factum non sit de genere prohibitorum, & de sui natura fieri alias posse citra delictum licet in aliquo casu sit delictum. Et ex hoc capite excusantur operarii conducti ad laborandum in aliquo fundo, qui est controuersus inter conducentem, & Alium. glos. *fin. in l. rem. §. tignum. ff. de rei vendic.* quæ ab omnibus approbatur, vt ait Soccin. *cons.64. nu.24. l.4.* Iason. *in l. de pupillo §. nunciationem. num.7. ff de nou. oper. nunc.* Boss *in tit. de mandato ad homicid. nu.12.* Roman. *cons.54. nu.6. l.1.* vbi pro operariis criminaliter accusatis ita consuluit, & idem fecit Bald. *cons.144. & cons. 314. libr.1. & consil.463. libr.3. & cons 436. lib.5.*

Limitatur tamen conclusio, si ipsis operariis, & laboratorib. fuisset facta protestatio, vt ab opere desisterent, quia tunc essent in mala fide, & sic non excusarentur. Dec. *in l. nemo non creditur n.3. in fin. ff. de reg. iur.* Taeg. *in Pract. c.10. nu 37.* Idem est dicendum, si clam, & noctu ad laborandum accederent, quia tunc non excusarentur à delicto. Ita communiter DD. de quib. Plotus *in l. si quando n 790.*

60 Vigesima prima defensio est, si quis delictum commiserit vi, vel metu compulsus, nam tunc excusatetur à pena ordinaria, & est communis opinio, vt ait Bolenc. *in d.l. capitalium §. famosos nu.200 ff. de pœn.* Dec. *in l. ut vim. nomb.2. ff. de iust. & iur.* Abb. *cons 4. l.1* vbi de muliere, quæ adulterium per metum commisit. & Bald. *in c.1. §. iniuria nu.19. vers sed pone de pac. tenen. firm. in Vsib. feud.* vbi agit de interfectore alterius metu mortis.

61 Vigesima secunda esse potest, si quis prouocatus ab aliquo deliquerit: nam licet regulariter non excusetur in totum à pœna, vt ait Boer. *consil 4. nu.26.* vbi de communi, quia in delictis prouocatio non excusat. Capic. *decis.48.* mitius tamen puniendus veniet, quia in dubio præsumitur ad sui defensionem, non ad vindictam deliquisse Marsil. *cons.147. n.8.* Capon. *l.22. tit.5. arrest.3.*

62 Vigesima tertia, est si quis iusto dolore oppressus delinquat, nam tunc licet pęnam omninò non euadat, mitius tamen punietur, *vt in l. si quis ingratum §. maritus. ff. ad sy l. & in l. si adulterium cum incestu. §. imperator. ff. de adult.* Afflict. *super tertia parte const. Regni rubr 46. n.1.*

63 Vigesima quarta est, quando quis ex Ignorantia deliquerit, quæ quidem secundum Aliquos, etiam si sit Iuris, excusat à dolo, Cæpoll. *cons. crimi. 18. num 5. vbi de commun.* secundum Alios verò tunc excusatur, quando ignorantia constitutionis est sine culpa, & tunc excusatur à pœna in totum. Et est communis, vt ait Plotus *in repet. l. si quando nu.8 8* Gratus *consil. 47. num.35. l.2.* Fallit tamen in Iudice, qui teneretur scire leges Canonicas, & Ciuiles, quia delinquens ex ignorantia, puniri debet Par. de Put. *in tr. syndic. fol 300. n.1.*

64 Vigesima quinta est, quælibet iusta credulitas, quod facere potuerit, nam tunc excusatur à pœna ordinaria Villal. *in collect. commun. opin. litt. C nu.23.* imò, vt dicit Gloss. *in l. plagyi vet. constit. C. de plagiar* quælibet causa, etiam iniusta excusat, quam glosam esse communiter receptam testatur Ioan. de Amicis *cons.84. nu.5.* Boer. *decis.168 num.12.* Soccin. Iunior *cons. 45. nu 10. l.1.* Dec. *cons.170 post num.2. vers. vltimò non obstat.* grat. *cons.37 num.2. l.2.* Iason. *in l. si quis id quod num.35. ff. de iuris. dict. omn. iud.* Boss. *in tit. de decret. medel. num.19.* Blanc. *in pr. co fol. 138. nu.6.*

65 Vigesima sexta defensio est, si probetur bona fama, communia populi voce, bona qualitas, aut quid simile ipsius Rei: nam ex probatione bonæ famę, & conditionis Rei expurgantur indicia quantumuis vrgentia contra inquisitum vt communiter tenent omnes DD. vt ait Iuan. de Arnono. *in suis soliloq. soliloq.37. in princ.* & Mantua *in Prax. indiciar. col.37.* Quæ tamen conclusio limitatur, quando testes pro Reo examinati super bona fama generaliter deponent, et si primi testes contra Reum fuerunt specialiter examinati super delicto, de quo inquiritur, ita singulariter Innocen. *in cap. audita. de præscr.* Bald. *in l. si nò possidetis col.2. C. de prob.* Alex. *cons.77. col.2. in princ. lib.1.* Roman. *cons 167 in fin* Marsil. *cons. cr.3. nu 22.* Cnet. *sen. cons. 56. n.3.* Quod est menti tenendum, quia quotidiè accidit in facto.

66 Vigesima septima defensio esse potest probatio nobilitatis Rei, quando ex delicto imponenda esset pęna corporalis, quia tunc mitius punitur nobilis, quam ignobilis, secus si pœna esset in pecunia exoluenda: quia tali casu grauius puniri debere. glos. *in cap. cum quidam. de iureiur.* Didac *l.2. resolutionum cap.9. numer.4.* & hac ratione nobiles, qui ex aliquo enormi crimine pœna mortis puniri debent, non suspenduntur cum ignominia, sed decapitantur bald. *in d. cap cum quidam n.3.* Marsil. *in l. vnius. §. cognitionum nu.77. ff. de q.* Bart. *in l. capitalium §. serui ff. de pœnis.* Afflict. *sup. t.p. const. Regni rubr.13. num 49.* vid. Tiraquel. *de nobilitat. c.20. à nu 104. vsque ad nu.134.* vbi multa curiosa congerit.

67 Vigesima octaua defensio est, si probetur, quod inquisitus est excellens. & valde peritus in aliquo exercitio, vel arte, nam tunc pœna minuenda est *iuxt. l. ad bestias. ff. de pœnis.* & est communis opinio, vt ait Didac *d.l.2. resolut.9. num.6.* Pi. za *l. delictor. c.32. nu.1* Par. de Put. *in tr. syndicat. in verb. pœna cap.1. in fin.* Caret. *in sua pr. fol.540. n.72.*

68 Vigesima nona est, si probentur seruitia singularia facta Principi per ipsum Reum: vel si sit benemeritus Reipublicæ, nam tunc vel remittenda, vel valde minuenda esset pœna. gloss. *communiter approbata in §. plene verb. ob meritum Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.* grammat. *cons.29. nu.40. vers. quod proximè.*

69 Trigesima est, si probetur, quod delictum commissum fuit, sine dolo: quia regulariter non est quis pęna ordinaria criminis puniendus, nisi dolus interuenerit in ipso committendo.

tendo. Bart. in l. 1. § 1. nu. 1. ff. si quis testam. lib. & est communis vt dicit Cæpolla. *cons. crim.* 23. *col.* 2. *vers. quod si probatur*, quem refert Clar. *in §. fin. qu.* 84. *in princ.* Diaz *in Regul.* 540. Et hoc locum sibi vendicat, in criminalibus in quacumque pœna imponenda, siuè sit corporis afflictiua, siuè pecuniaria, vt colligitur ex Gloss. simpliciter loquente. *in l. in actionibus verb. non etiam, ff. de in lit. iuran.* Marsil. *cons.* 67. *num.* 40. Villalob. *in collect. comm. opin. litt. L. nu.* 6. Viuius *in lib. comm. opin. fol.* 239. *vers. statutum disponens.*

70 Trigesima prima est, si probetur, delictum fuisse commissum præter intentionem, & propositum, & casu fortuito, nam tunc potest Iudex pœnam delicti minuere. Bart. *in l. quid ergo §. pœna grauior. post numer.* 11. *ff. de his qui notant. infam.* Cæpoll. *d. cons.* 36 *col. fin. vers. & postremò.* Imo aliquando pœna in totum remitti potest; quia secundum Arist. *in secundo Phisic. to.* 49. casus est causa agens, præter intentionem; vnde D. Thom. *in* 2. 2. *q.* 64. *art* 8. ait, quod ea, quæ casu fiunt, simpliciter loquendo, nō sunt intenta, neque voluntaria; ideo neque sunt peccata, quod prius dixerat Diuus Augustinus, *in lib. de vera religion. cap.* 14. *et lib.* 1. *retrac. cap.* 13 *et* 15. & refertur *in cap. merito* 15. *q.* 1.

71 Est benè verum, quod aliquando materia quæ non est actu, & per se volita, vel intenta, fit per accidens volita, & intenta, secundum quod causa per accidens dicitur remouens, vel prohibens; vnde esse poterit per accidens peccaminosa, quamuis per se non sit talis. Hinc fit, quod Clericus, qui non remoueret ea, ex quibus sequi posset homicidium, si ex officio remouere teneretur, ipso successo, diceretur quodammodo voluntarium homicidium commisisse, non casuale. Quod quidem dupliciter euenire solet. Primò, si daret operam rei illicitæ; Secundò, si in rebus licitis diligentiam debitam non adhiberet. Gloss. *in cap. sicut dignum, et cap. continebatur de homicid.* Vnde vtroque casu, videlicet, vel dando operam rei illicitæ, vel licitæ, sed sine debita diligentia, si sequatur homicidium ex eius opere, non euaderet homicidii reatum. ita Alex. de Alex. *in* 3. *p. sua summ. qu.* 54. §. 3. Diu. Thom. *vbi sup* & ibi Caietan Bannes, Salon. Arragon. & Alii. Sot. *lib.* 4 *de iust. q.* 1. *art.* 7. Less. *lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 15. Sayr. *de cons. lib.* 7. *c.* 5. *nu.* 10. Tolet. *in instr. sacerd. lib.* 1. *cap.* 61. *num.* 2 & Alii Theologi, Canonistæ autem aliter distinguunt, præsertim Archidiac. *in cap. de his. dist.* 50. quod in his, quæ casualiter accidunt, si sequatur homicidium, & culpa præcessit casum, tenetur de homicidio. *arg. cap. de hoc cap. significasti, cap. ad audientiam, cap. continebatur, et cap. inter. de homicid.* si verò culpa non præcessit casum, non teneretur *c. dilectus de homicid.*

Quod si quis daret operam rei licitæ adhibita diligentia, nō solum non teneretur de homicidio, casu sequuto, sed neque peccatum committeret, neque esset irregularis, *vt habetur in d. cap. Lator, cap. dilectus; cap. Ioannes, cap. significasti et cap. vlt. de homicid.*

72 Quæri potest hic, an Clericus in venatione se exercens sagittam emittens, siuè scloppum explodens contra aliquam feram, quam occidere intendebat, si loco feræ hominem casu interficiat, homicidii pœnis sit puniendus?

Respondetur cum distinctione: Aut enim venatio est prohibita Clericis quia principaliter & per se est periculosa, prout est venatio Aprorum, Vrsorum, & similium ferarum, quæ fit cum Armis, & clamore valido, *vt in cap. qui venatoribus; cum cap. seq. et cap Esaù*, vbi Gloss. *in verb. piscatores* 86. *dist.* Aut est venatio non prohibita quia non fit cum armis, neque est clamorosa, prout est venatio Cuniculorum, et aliorum animalium mansuetorum, ac auium, vel piscium, *vt in c.* 1. vbi Gloss. *verb. voluptate de cleric. venator* Bellet. *Disquisit. Clerical. par.* 1. *de discipl. Clerical.* §. 19. *n.* 7. In primo enim casu Clericus huiusmodi venationi se exercens hominem casu occidens, quem feram credebat, de homicidio teneretur, & irregularis esset, quia dabat operam rei omnino illicitę etiam quamcumque diligentiam adhiberet, *cap. Clerico* 40. *dist.* 5. Antonin. *p.* 3. *tit.* 28. *cap.* 2. §. 4. Sot. *de iustit. lib.* 5. *q.* 1 *art.* 9. Sayr. *vbi sup. li.* 7. *cap.* 5. *n.* 17. Henriquez. *lib.* 14. *cap.* 15 §. 3. Couarr. *in clement. si furiosus p.* 2. §. 4. *n.* 10. *vers.* 4. *de homicid.* Et ratio est, quia talis venatio est Clericis prohibita tamquam ex se, & intrinsecè periculosa, præsertim Clericis Beneficiatis, aut in sacris constitutis, vel monachis, *vt habetur in d. cap. qui venatoribus, cum ca. seq. ca. Esau*, & ibi notatur per Gloss. *in verb. piscatores* 86. *dist. et cap.* 1. *et* 2. *de cleric. venator* & ibi Gloss, Abb. & Alij.

In secundò verò casu, non fieret irregularis occidendo hominem casualiter, si huiusmodi venationibus raro se exerceret recreationis causa, non si ex consuetudine, & frequenter, *clement. ne in agro de stat. monachor.* Vel etiam si rarò, sed tamen cum aliquo scandalo, aut tempore quadragesimę vel aliorum ieiuniorum; tunc enim peccaret, & consequenter esset Irregularis, si casu homicidium sequeretur, quia tali tempore diceretur dare operam rei illicitæ. *arg. c. quid prodest. & c. ca. pus aris* 86. *dist. & c. si nulla* 23. *q.* 8. Syluest. *verb. homic.* 2 § 5.

Quòd si huiusmodi venationibus secundi generis incumberent prædicti Clerici, & nulla culpa intercederet, adhibita diligentia, si casu hominem occiderent, quem feram credebant, irregulares non essent. *arg. d. capital. Clerico*, & ibi Gloss. 50. *dist.* Syluest. *vbi sup.* Tabien. *verb. Irregularitas*. 4. §. 19. *in fin.* Henriquez. *lib.* 4 *prac. cap.* 15. §. .. & Ratio est, quia venatio prædicta est interdicta talibus Clericis, propter honestatem tantùm; vnd. si nulla alia culpa in ipso actu contingat, quam quod dent operam rei interdictę non efficerentur irregulares. Couarruu. *vbi sup.* & Nauar. *in Manual. cap.* 27. *numer.* 237 *vers.* 27. & Alii. Idem dicendum est de homicidio in Iudis licitis com misso *DD. cit.*

Multas alias defensiones Reorum, causasque defensionum, si quis videre cupit vt pęna delictorum Reus, vel omninò euadat, vel saltem mitius subeat, adeat Tiraquel *in tract. quem facit de pœnis*, vbi plenissimè multa curiosa congerit; Necnon Guazzin. *in suo integro volumine inscript. ad Defens. inquisit. & Reor.* vbi ex professo, & ad satietatem omnia, quæ ad defensionum materiam necessaria sunt, plena manu congessit, & Angel. *de malefic. in verb compar. dict. Inquisit. interm. defens.* & nouissimè Illustris. D. Scanarol. *in tractat. de visitatione carceratorum.*

73 *Quoad quartum principale*, an scilicet teneatur Iudex defensiones Reorum recipere, etiam ipsi non instantibus notandum est, quod defensionum causa est adeo priuilegiata, & fauorabilis, vt etiam quod Rei ipsas non quærant, adhuc Iudex teneatur ex officio testes ad eorum defensionem examinare, *vt prob in l. si non defendatur. ff. de pœnis. et in l* 4. §. *hoc autem. ff. de damn. infect.* & tradit Bart. *in l.* 1 §. *fin. circ. princ. ff. de quast. et in l.* 2. *C. de abolit.* Marsil. *in Prax. cr.* §. *opportune n.* 4.

74 Quod confirmatur ex pluribus, & Primò, quia defensiones Reorum admitti, & recipi debent, etiam post sententiam condemnatoriam; & constito de innocentia supersedendum erit in causa, Bart *in d. l.* 1 § *fin ff. de qu.* & ibidem Marsil. *col.* 15. *vers. quamuis ferrent.* & notat Innoc. *in c. significauerunt in fin. de purg. vulg.* & ibi communiter Alii, quem sequitur etiam Bald. *in l. vnic. col. vlt. C. de confess.*

75 Confirmatur secundo, quod licet regulariter in aliis caussis testes, vt fidem faciant, requiritur, vt sint honesti viri, *vt in cap. Deus omnipotens* 2. *quast.* 1. *c. Episcopus* 35. *q* 6 *et c. præterea de testib. cogend.* ad defensionem tamen Reorum admittuntur, etiam testes non integri, vt colligitur. *ex cap. veniens* 4. *de testib. et l. consensu §. sin autem C. de repud. et arg. cap. manifesta, cum capitul. seq.* 12. *quast.* 1. *et cap. cum pastoralis*, 2. *quast.* 7. & notat Alex. *consil.* 24. *col.* 13. *lib.* 2 & Ioan. de Auan. *cons.* 59. & Alii penes Guaz. *defens.* 29. *c.* 3. *n.* 8.

76 Confirmatur tertiò, quod licet regulariter testes Laici non sint idonei ad testimonium ferendum contra Clericos. *c. nullus Laicus; cap Laicos, cum cap. seq. et ferè per tot.* 2. *quast.* 7. *et cap. veniens* 1. *de accus.* ad defensionem tamen benè admittendi sunt. Gloss *in cap. cum P. Manconella de accusat.* & ibi Abb. Imò Ead. Gloss. *in cap. Clerici* 81. *dist.* dicit vnum valde singulare, quod si duo Clerici deponant, se vidisse Caium occidisse Titium, & duo Laici dicerent Caium non occidisse Titium, sed Sempronium; vel quod Caius tempore homicidii erat alibi; standum esset potius dictis Laicorum, quam Clericorum, quamuis aliàs digniorum fauore defensionis Rei, quam Glosam sequuntur communiter omnes, præsertim Abbas. *in cap. ex litteris de probat. et in cap. in nostra de testib.* And. Barb. *in cap. cum testes col.* 4. *eod. tit.* Iason. *in l. vt vim. ff. de iust. et iur.* Aret. *in l.* 1. §. *eadem. ff. de verb. oblig.* faciunt nota per Guaz. *d. c.* 3. *num* 13.

77 Confirmatur quarto, quod licet testimonium Virorum præferatur testimonio mulierum, præsertim in criminalibus, *cap. mulierem* 33. *qu.* 5. *et cap. forus. de verb. signif.* hoc tamen locum non habet, si testimonium virorum tendat contra Reum inquisitum, testimonium verò feminarum se habeat ad

fauorem eiusdem; nam tunc præferri debet testimonium fœminarum testimonio Virorum; & hoc ad fauorem defensionum, & per tradita à Glos. *ubi sup. in d.c. Clerici*, notat Belene. *in d. cap. forma*, sequitur Marsil. *in l. unius. §. in ea causa in fin. n. 8. ff. de q.* & Grammat. *cons. 45. n. 40.*

78 Confirmatur quinto, quod licet Reis, etiam diuitibus dandæ sint defensiones, vt indistinctè supra dictum est; & si volunt in copiam inditiorum vt se defendere possint, tenentur soluere expensas Actuarij causæ, vt etiam aliàs dictum fuit supra; Fallit nihilominùs hoc in Reis pauperibus, nam istis acta, & defensiones exhiberi, & fieri debent gratis ex proprio officio, & expensis Curiæ, vt possint se defendere; *vt probatur in l. tam dementis. C. de episcopal. audient.* & ibi Glos. Afflict. *in constit. Regni incip. appellationum tempora notab. 5. vers. rursus*, vbi extendit supradictum textum *l. tam dementis* ad Actuarium, *& in constit. His, qui notab. 18.* Boer. *dec. 325. l. 2.* Par. de Puteo *in tract. syndicat. verb. expensa*, & Alij.

De reliquis circa Praxim defendendi Reos, vid. infr. Sect. 15. vbi de Aduocatis sermo erit nunc verò secundum solitum nostram transeamus ad modum practicum formandi processum criminalem.

PRAXIS PROCESSVS.

---

79 Quoniam, vt in principio præsentis Sectionis, præsertim n. 8. dictum est, quod formato processu informatiuo ad Iudicis, & Curiæ instructionem, fieri debet publicatio ipsius processus contra Reum formati, quæ est de substantialibus Iudicij criminalis, ad effectum vt possit Reus se defendere. Ideo prosequendo examen Rei, qui constituitur vt in præcedenti Sectione, infrascripto, vel simili modo formari potest publicationis decretum, videlicet.

Forma Decreti publicationis Processus, cum termino defensionum.

Tunc Perillustris ac Reuerendiss. D. Vicarius Generalis N. &c. (vel tunc Dominus) *sedens, &c. acceptatis, & fauorabilibus pro fisco, &c. examen dimisit, & mandauit Constitutum ipsum poni ad largam publicationem, cuius processus informatiui fieri, cum termino dierum trium* (vel sex, siue octo, plus, minusuè secundum stylum curiæ) *ad faciendum suas defensiones, & copiam processus decreuit: habitis tamen primò testibus pro ritè, & rectè receptis, & legitimè examinatis; saluis exceptionibus, & repetitione, &c. ac sine preiudicio vlterioris processus, & examinis, &c. & ita, &c. omni meliori modo, &c.*

Vbi verò timeretur de fuga carcerati ad largam positi, addi potuerunt verba sequentia post verbum; *examinis, & præstita per ipsum constitutum idonea cautione fideiussorum tot, &c. de habendo publicum carcerem pro tuto, & secreto stante illius mala qualitate, &c. et ita etc. omni meliori, etc.*

Cuius cautionis forma habetur in superiori *sect. 8. num. 95. cum seqq.*

Solent à quibusdam addi alia verba, videlicet.

Ac reseruato iure Reo opponendi, et excipiendi, ac iterum repetendi, quatenus, etc. et ita etc. omni, etc.

N. Actuarius, etc.

In quibusdam verò Curiis fit huiusmodi decretum sub alia forma videl.

Forma supradicti decreti alio modo.

Qui, etc. sedens, etc. prædicta, etc. et visis, etc. acceptatis, etc. processum publicari mandauit, prout publicauit, et aperuit, et pro publicato, et aperto haberi voluit, et declarauit, copiamque illius petenti decreuit, et dari mandauit cum termino trium dierum ad faciendum suas defensiones, si quas habet, etc. Habitis prius testibus Fisci pro ritè, et rectè receptis, et examinatis in forma, etc. Saluo tamen, ac reseruato iure Fisci vlterioris processus, et examinis, et dicto Reo opponendi, et excipiendi, ac iterum repetendi, quatenus, etc. et ita, etc. omni, etc.

Vel (vt omnibus satisfaciam) alio modo, prout sequitur, videl.

Per Reuerendiss. D. Generalem Vicarium N. habita lite pro legitimè contestata fuit datus, prout datur terminus dierum octo supradicto N. inquisito ad se defendendum, & Fisco, ac parti ad impugnandum, &c. & ita per hoc, &c. Promissum N. die, &c.

80 Quo decreto Intimato Reo, & facta per Cursorem Curiæ relatione intimationis ipsius: fieri solet Reum, vel instantia, quod repetantur testes contra ipsum examinati; Vel quod habet illos pro repetitis: & tunc talis declaratio fit sequenti, vel simili modo videl.

Forma declarationis Rei pro repetitione, & legitimatione processus.

Incontinenti supradictus N. inquisitus præsens, &c. non vi, dolo, &c. sed sponte, &c. declarat, se velle habere, prout habuit, testes pro Curia in causa contra ipsum receptos, et examinatos, pro ritè, & rectè receptis, & examinatis, quod citationes, & iuramenta tantum, &c. Saluo tamen sibi iure excipiendi, & opponendi, tam contra personas, quam contra eorum dicta, ac repetendi, quatenus, &c. præter mortuos, & absentes, &c. et vna, &c. iurauit tactis, &c. super quibus, &c. omni, &c.

Actum in loco N. præsentibus N. & N. testibus, habitis, &c.

N. Notarius Actuar. &c.

81 Quando occurret fieri citationem, ad effectum, vt pars offensa, seù accusator possit se resoluere, an voluerit, necne facere partem in Iudicio contra Reum, talis citatio fit hoc, vel simili modo, videl.

Forma citationis offensi, vtrum velit Fisco adhærere, & partem facere in Iudicio.

N. de N. Vicarius Gener. N. &c.

Per vnum ex seruientibus nostris, vel quorumuis Curiarum, &c. ad omnem instantiam, & requisitionem Domini N. Promotoris Fiscalis, siue, &c. citetur, moneatur; & requiratur N. de N. vt infra triduum, &c. legitimè compareat coram Nobis, & nostra Curia ad declarandum, si intendat facere partem in iudicio, contra prædictum N. in causa inquisitionis contra ipsum N. in eadem Curia formata de homicidio cum gladio in personam N. prænominati, & alias, vt in actis, &c. Necnon, et cum continuatione ad omnes, et singulos actus gradatim, et successiuè in eadem Curia faciendos in dicta causa, vsque ad decreti diffinitiui prolationem, illiusque exequutionem inclusiuè; etc. Aliàs, etc. Quoniam, etc. Citetur, et referatur, etc. Datum, etc.

82 Exequuta dicta citatione, & facta relatione sequuntur alii actus, secundum facti contingentiam. Vel etiam ante dictam citationem, vel præfatam declarationem, regulariter fieri solet à Reo, post terminum sibi assignatum ad se defendendum, instantia pro habendis copiis indiciorum: atque similiter replicatio fisci, quod non dentur petitæ copiæ indiciorum, seù capitulorum, infrascripto vel simili modo, videlicet.

Forma instantiæ nomine Rei pro habendis copiis Indiciorum.

Die, etc. mensis etc. anni, etc. in loco, etc.

Pro

N. de N. de loco N.

Contra

Curiam N. et eius D. Promotorem Fiscalem, etc.

Comparuit legitimè in Curia, seù officio coram, etc. N. de N. tamquam vnus de populo defensor, et excolpator dicti N. asserti inquisiti, et in termino eidem assignato ad faciendum suas defensiones à prætensis per Curiam, et Fiscum rationibus, et causis, de quibus supra præsens processu, ad quem

pugna-

pugnatiuè, &c. & prauia protestatione nullitatis actorum, & agendorum, & acceptatis fauorabilibus, si qua, &c. petijt, & instetit, prout petit, & instat dicto N. copiam indiciorum, si qua, &c. tradi, cum termino competendi ad se exonerandum, & defendendum, &c. offerens dictum suum principalem promptum, & paratum declarationem de habendo testis, &c. facere, &c. Saluo iure, &c. saluis, &c. Alias, &c. omni, &c.

Post istam instantiam solet fieri per Fiscum alia instantia, quod non dentur copiæ petitæ, prout sequitur videl.

Ex officio pro parte Fisci fuit instantum, & petitum copias processus per prædictum N. inquisitum non fore, nec esse tradendas, nisi toto processu completo, & legitimato, atque capitis in omnibus, informatiuibus, & quatenus traderentur, institum fuit, per dictum N. declarari habere testes Curiæ pro visò, & rectè receptis, & examinatis, & saluo iure vlterioris processus, & examinis; aliàs de nullitate dicti, & protestatur, &c. omni, &c.

83 Prædictis hinc in absolutis fit decretum, si ita Iudici expedire videbitur, quod concedantur copiæ repertorum, infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma decreti concessionis copiæ repertorum.

Qui, &c. sedens, &c. prædicta, &c. concedi mandauit, prout concedit petitas copias processus præfato N. inquisito ad finem se defendendi, cum nominibus, & cognominibus testium Curiæ contra ipsum examinatorum, ex quo ipse N. habet illos pro citatis, iuratis, visò, ac rectè receptis, ac legitimè repetitis, &c. omni, &c.

Vel sub alia formalitate, vt fit in quibusdam Curiis, videl.

Per Reuerendiss. D. Generalem Vicarium fuit concessa, prout conceditur N. inquisito, vt in actis, petita copia repertorum cum nominibus, & cognominibus, ex quo ipse N. habet testes ipsos pro citatis, iuratis, & legitimè repetitis; & ita per hoc suum &c. Promissum N. dicti &c.

84 Facto supradicto decreto, per quod concessa fuit copia processus, seù Indiciorum, (siuè vt alibi dicitur capitulorum) Reo inquisito formàtur capitula infrascripto vel simili modo, variatis variandis, secundum diuersitatem delictorum, videl.

Forma Capitulorum in causa Homicidij.

Capitula Specialis Inquisitionis formatæ, & formandæ ex officio Curiæ Episcopalis N. contra & aduersus N. de N. de nonnullis delictis, & criminibus per eum commissis & signanter, quod homicidium perpetrauit in personam quondam N. cum duobus eius famulis, & de alijs vt informationibus & actis dictæ Curiæ latius continetur. Instante D. Promotore Fiscali, & petente per dictam Curiam contra eundem debitè, & diligenter inquiri debere, & repertum culpabilem condigna pœna puniri, prout Iura, & Sacri Canones, ac Pontificiæ constitutiones volunt, & mandant: & in casu semi plenæ probationis prædictum N. cogi, & compelli Iuris, & facti remediis opportunis ad eruendam ab eo de prædictis veritatem: super quibus omnibus &c. Quæ omnia, &c. Et protestatur, &c. Non se astringens, &c. & infra particulariter describere, &c. omni meliori modo &c.

In primis inquirendum est, quod regnantibus, &c. dominante, &c. sub præsulatu, &c. Vicariatu, etc. de anno tali, mense tali, die tali, in loco N. & propriè in loco loci, vbi dicitur N. talis N. de N. & N. et N. Alii Aliis auxilium dantes, temerè dolosè, scienter, et appensatè, animo, et intentione occidendi N. de N. prout iam occiderunt communicato consilio ipsum N. insiluerunt, et aggressi fuerunt, pluribus, et diuersis ictibus, et percussionibus, tum sclopo, tum ensibus percusserunt, et vulnerauerunt; ita, et taliter, vt ex vulneribus, et percussionibus illicò mortuus fuit, et est; idque Alii Aliis, et alter alteri assistentes, vt habilius, et commodius maleuolum suum animum effectui traderent prout iam tradiderunt. Quapropter inciderunt in pœnam à Iuribus, et Sacris Canonibus; & Pontificiis constitutionibus in tales statutam, & ordinatam, &c. quod inquirendum est, &c. Quod fuit, &c.

Item, quod antequam sequeretur homicidium prædictum dictus N. de N. pluries minatus fuerat velle dictum N. occidere ex causa cuiusdam litis, quam cum ipso habebat super possessione quorundam bonorum, &c. quod inquirendum est, &c. Quod fuit, &c.

Item inquirendum est, quod post obtentam sententiam fauorabilem per dictum N. de N. ipse N. de N. cum ægrè tulerit, amplius illum alloquutus non fuit, nec actus amicabiles erga ipsum exercuit: Sed è contrario potius animum hostilem signis externis declarauit. Quod fuit, &c.

Item inquirendum est, quod ante homicidium prædictum fuit per ipsum N. cum prædictis N. & N. factus tractatus de occidendo dictum N. & in condicto die fuerunt præparati equi ad effectum commodius, & celerius fugiendi. Quod fuit, &c.

Item inquirendum est, quod sequuto homicidio, cum prædicti N. & N. fugam arriperent erga domum dicti N. vbi erant equi præparati, fuerunt per ministros Curiæ capti: Et illicò ad domum prædicti N. se conferentes inuenerunt duos æquos cum habenis & Ephyppijs instructos, ad effectum prædictum. Quod fuit, &c.

Item inquirendum est, quod ipse N. est solitus delinquere, minus effectui demandare, & est malæ famæ, conditionis, &c. de quibus omnibus, &c. Quod fuit, &c.

Et sic sequuntur alia capitula super aliis indiciis, si fuerint, prout facti qualitas postulauerit, cum certa methodos tradi non possit, est tamen aduertendum, quod quando plures sunt Rei homicidii, vel vulnerum, vel aliorum delictorum, in quibus alter alteri auxilium dedit, dici debet in capitulis alii aliis auxilium dando, non alter alteri auxilium dando, aliàs causaretur nullitas capitulorum, & inquisitionis, vt aduertit Angel. *de malefic. in verb. dicto malefício semper astitit. in fin.*

Et similiter aduertendum est quod in quolibet crimine fiunt diuersa capitula, quoad accidentia particularia, sed tamen quoad substantialia, & ordinaria sunt ferè semper eadem.

85 Vice versa pro parte Rei inquisiti ad elidenda, & eneruanda indicia, quæ contra ipsum per Fiscum & Curiam inquirenda proponuntur, fieri possunt plures defensiones, de quibus dictum est supra, sed pro Tyronibus nō erit inutile sequentem practicam inserere: Defensiones igitur, quæ excipiendo contra indicia prædicta opponi possunt, super quibus testes examinandi, & aliæ probationes faciendæ sunt infrascripto, vel huius simili modo formantur, videl.

Forma Defensionum, exempli gratia in crimine Homicidii.

Exceptiones, & defensiones, quæ probandæ offeruntur in Curia Episcopali N. (siuè alibi, etc.) *per N. de N. in causa vertente inter ipsum asserentem Inquisitum* (siuè accusatum, etc.) *ex vna &, et super prætenso homicidio, vt ponitur, commisso in personam N. de N. et D. N. Curiæ Promotorem ex altera* (siuè N. querelantem, et accusantem ex altera) *super quibus omnibus instatur, et petitur examinari testes producendos seorsim, in secreto, vt moris, et Iuris, est, quibus examinatis ex nunc pro tunc petitur publicationem fieri quæ facta, quatenus opus est, petitur terminus ad vberiùs probandum; terminus ad repulsam; Publicationem fieri in repulsa: audiri cum Aduocatis super discussione indiciorum, et gradatim, et conditionaliter, et successiuè audiri in omnibus, non se astringendo, etc. et protestatur, etc. omni, etc.*

In primis reuocat omnes confessiones factas per eum in Iudicio, et extra in parte, et partibus contra se facientes, et non aliter.

Et è contra acceptat omnes quomodolibet factas per dictum N. quarelantem, et Curiæ coadiutorem in parte, et partibus pro se facientes, et non aliter, etc.

Item excipiendo probare vult, quod nunquam minatus fuit contra prædictum N. accusatum et quatenus appareat ipsum minatum fuisse, quod non est solitus minas executioni demandare, neque contra inimicos quod fuit, etc.

Item probare intendit, quod non obstante sententia fauorabili

bili obtenta per dictum N. occisum contra ipsam articulantem, & excipientem, ipse excipiens eumdem allocutus fuit, & salutauit, quotiescumque illi obuiam veniebat etiam post prædictam sententiam; quod fuit, &c.

Item, quod dicit N. & N. eius famuli, qui contra ipsum excipientem deposuerunt, sunt homines malæ conditionis, & vt tales fuerunt ab eius seruitio eiecti; vnde ad se vindicandum talia mendacia contra ipsum deposuerunt, quod fuit, &c.

Item, quod licet equi inuenti fuerint in eius domo preparati, post occisionem dicti N. hoc tamen casu euenit, quia sæpissimè occurrit equos sic instructos in stabulo habere, vt possit sua negotia tam extra Ciuitatem, quam intra peragere, Quod, &c.

Item, quod ipse N. excipiens est bonæ vitæ famæ, & conditionis, & quod numquam delicta similia commisit, &c. Quod. &c.

Et sic sequuntur aliæ defensiones, & exceptiones, iuxta criminis oppositi qualitatem, & circumstantiarum diuersitatem. Et super vnoquoque prædictorum examinandi sunt testes modo, & forma, vt in superioribus dictum est.

86 Cæterum quia in multis Curiis Rei interrogantur super capitulis ad effectum contestandi litem cum eorum vbi talis practica viget, notandum est, quod formatis capitulis super delicto de quo inquiritur, ducitur Reus ante Iudicem pro tribunali sedentem, solutus vinculis: & illo ibi existente leguntur capitula per Notarium, siuè per Iudicem, quæ vulgariter sunt illi in specie declaranda: & super vnoquoque interrogatur, & eius responsio in pede vniuscuiusque ipsorum in scriptis redigitur. Quibus peractis in fine ipsorum capitulorum, & responsionum, scribitur actus litis contestationis infrascripto, vel simili modo, vid.

Forma litis contestationis, secundum stylum quarumdam Curiarum in criminalibus.

Die, &c. Mens. &c. Ann. &c.

Instante D. N. Promotore Fiscali Episcopalis Curiæ N. [*siuè*, &c.) *præsentia capitula exhibita, & præsentata; dicta, & diuulgata de verbo ad verbum dicto N. Inquisito constituto coram Perillustri, & Reuerendissimo Domino Generali Vicario N. pro Tribunali sedente adhunc actum; Isq; idem Inquisitus solutus vinculis, et catenis, et cum super eis, et vnoquoque ipsorum interrogaretur, litem contestando, et animo contestandi, respondit prout in pede eorum, et vniuscuiusque ipsorum continetur. Tunc Dominus acceptauit omnibus confessionibus, et mendatijs, et variationibus dicti inquisiti, et quatenus pro se faciant, et non aliter, nec alio modo, et è contra reuocat omnes, et quascumque confessiones, propositiones, ac instantias quomodolibet sibi nocituras, et non aliter, nec alio modo, ac examen dimisit, etc.* Cum alii prout habentur in decreto publicationis processus cum termino ad faciendum defensiones *num.* 79. In quibusdam verò aliis Curiis non seruatur talis solemnitas litis contestationis, sed cum reus constituitur, per interrogationem Iudicis, & responsionem Rei censetur facta litis contestatio, vt supra suo loco dictum fuit.

87 Est autem notandum in materia defensionum, quod Iudex interrogare debet Reum, nam habeat Aduocatum, & Procuratorem? & si responderit negatiuè, tenentur ipse ex officio de illis eum prouidere expensis Curiæ, si sit pauper, & miserabilis persona, quæ aliàs se defendere non posset, ne quodammodo pereat in defensionibus; quod omnia Iura abhorrent; imò defensionum Reorum c[...]iam quamplurimum fouent, vt ex dictis in superioribus clarè apparet.

Notandum secundò, quod quando in capitulis fuit dictum, commissum fuisse delictum ab aliquo cum aliis sociis, vel mandantibus, aut mandatariis, potest inquisitus petere, vt nominentur complices in specie, quia alias suas defensiones facere non posset; tali casu tenetur Iudex illos declarare, alias resultaret nullitas, & grauamen Rei, si non fieret talis declaratio. Marsil. *cons.* 49. *et* 50.

Notandum tertiò, quod si opponantur exceptiones per Reũ tempore, quo suas defensiones facit, suspenditur terminus illi præfixus, & non currit, donec, & quousq; fuerit super eis pronunciatum, illas habere locum, et proinde procedendum esse ad vlteriora, vel supersedendum; alias inferretur similiter grauamen; Bald. *in l. quandiù vlt. ff. de acquir. hæred.*

88 Sed quæritur, an Reus possit renunciare termino ad se defendendum?

Respond. cum distinctione: Aut enim renunciat simpliciter, & sic non potest: Aut renunciat dicendo, quod ex certa scientia, & sciens non habere defensiones, imo carere omninò defensionibus, & ideo renunciat termino ad se defendendum, & tunc talis renunciatio valet, ita Bald. *in l. raptores C. de Episcop. & Cler.* Angel. *de malefic. in verb. qui Iudex statuit termin. nu.* 14. & ibi August vbi ait, quod si verè poterat se defendere, & pænituit, potest adhuc se defendere, vid. plenè Marsil. *in pract. crim.* §. *examinanda per tot.* & Hieron. Gabr. *consil.* 173. *nu.* 10. vbi declarat, posse Reum dictam defensionũ renunciationem reuocare re integra existente, ante habitam copiam indiciorum & ratio est, quia in his, quæ publici iuris sunt, non procedit regula: *Quod semel placuit, amplius displicere non potest cap. quod semel* 21. *de regul. iur. in sexto. & l. sicut. C. de action.* vide Cl. *in* §. *fin. q.* 49. *vers. quæro nunc.* & Foll. *in pr. cri. for. facul.* 3. *p tertia partis, & si confitebuntur. n.* 57.

SECTIO XI.

De Repetitione Testium.

SVMMARIVM.

1 *Repetitio Testium necessariò facienda.*
2 *Numerus Testium non supplet defectus.*
3 *Repetitio testium fieri debet per Iudicem.*
Requisita repetitionis.
4 *Repetitio fieri potest per alium ex pluribus causis.*
5 *Repetitio qualiter facienda sit?*
6 *Testes repetendi, si non sint integri, torqueri debent.*
7 *Tortura testis repetendi non integri, leuis est.*
8 *Citatio facienda?*
9 *Repetitio quando facienda?*
10 *Repetitionis ordo, qualis?*
11 *Repetitio fit per extensum, non relatiuè ad primum examen.*
12 *Primum examen, an testi repetendo legendum?*
13 *Repetitio fieri debet ante conclusionem in causa.*
14 *Repetitio ad instantiam accusatoris, quando facienda.*
15 *Testis citatus ad repetendum fugiens redditur suspectus de falso.*
16 *Expensæ in repetitione facienda, per quem suppeditanda?*
17 *Repetitio testium, ad cuius instantiam fiat?*
18 *Remissoriales aliquando conceduntur si testes repetendi absentes fuerint.*
19 *Aliquando verò mittitur Commissarius. Vnde constat esse in Iudicis arbitrio.*
20 *Testes ante publicationem addere, vel detrahere possunt ex eorum testimonio.*
21 *Causa scientiæ reddi debet in repetitione testium.*
22 *Testis dicens in repetitione, se non recordari, an fidem faciat.*
23 *Testis dicens se non ita dixisse, vt scriptum reperitur, non est audiendus.*
24 *Testis varians à primo dicto, torqueri potest, vt declaret in quo dicto persistat.*
Tortura in repetitione quando inferri possit testi.
25 *Repetitio fit cum lectione prioris examinis.*
26 *Repetitio, aut confrontatio testium est arbitraria.*
27 *Confrontatio est Rei valde præiudicialis.*
Damna, quæ oriuntur Reis ex confrontatione.
28 *Repetitio in pluribus casibus non fit.*
Declaratio Rei, quod habeat testes pro repetitis, stat loco repetitionis.
Casus, in quibus repetitio non est necessaria.
29 *Contumacia inducit repetitionem.*
30 *Confrontatio testium cum Reo habetur loco repetitionis.*
31 *Confessio Rei stat pro repetitione.*
32 *Testes mortui ante repetitionem, an probent?*
33 *Probationes in criminalibus esse debent luce meridiana clariores.*
34 *Probationes in criminalibus esse debent concludentes.*
35 *Mortui testis dictum facit indicium ad torturam,*

36 De-

36 *Declaratio prioris dicti testis fieri potest sine repetitione.*
37 *Lesae maiestatis crimen : an requirat repetitionem.*
38 *Haeresis crimen, an admittat repetitionem?*
39 *Assassinij crimen, an repetitionem requirat?*
40 *Crimen atrocem requirunt, ut fiat repetitio.*
41 *Repetitionis forma, qualis?*

1 Quoniam post publicationem processus informatiui,& dationem termini defensiui, quando Reus in examine, vel neg. it delictum, de quo contra ipsum inquiritur; & in termino sibi assignato ad faciendum suas defensione, non vult declarationem facere, quod habeat testes C... prout de recte examinatos, & legitimè repetitis, prout in quibusdam Curijs seruatur fieri; Vel si habeat pro leg. minatis, instat quod repetantur nihilominus idem testes: Vel quando secundum stylum quarumdam Curiarum fuit publicatus processus informatiuus, & datae Reo defensiones sine clausula. *ut testes Curia habeantur pro repetitis.* deinde pro legitimando processu, ad effectum ritè, ac rectè procedendi ad vlteriora contra Reum, fieri debet repetitio testium examinatorum ad Curiae informationem, ipso Reo non citato, cum citatione ipsius Rei ad videndum repeti, & iurare, vt infra dicetur; alias nullam probationem contra illum facerent, non solum ad condemnandum; verum etiam neque ad torquendum; quamuis enim huiusmodi testium depositio sufficiens sit ad inquirendum de delicto,& acquisitis indicijs ad carcerandum, non tamen satis est ad torquendum; vel condemnandum, si agatur de Reo praesente, cum priùs tales testes examinati sint ipsa parte non citata, & propterea ipsam non afficiunt Marsil. singular. 24. & 30. Decian. *respons.* 91. *numer.* 13. *vol.* 3. Gabr. *conf.* 78. *nu.* 32. *l.* 1. Clar. *in pract. cr. quaest.* 11 *vers. item quaero quaest.* 34 *vers. caeterum si reus* cr. *qu.* 50. *vers. item* Feller. *in pr. cr. for. fac.* 8. *par.* 2. *paret* , *verb. et dem. repet. test. Cur. num.* 1. Hondec. *in consl.* 101. *nu.* 5. *volum* 1. Vulpell. *respons.* ... *num.* 1. Beriaz. *consl.* 14. *n.* 23. *et consl.* 81. *n.* 10. Farinac. *in pr. cr. q.* 72 *n.* 87. vbi de communi testatur Petr. Caball. *in q. cr. casu.* 20 ... *cent.* 3.& Alij apud illos.

Quae conclusio ampliatur, vt tales testes ad Curiae informationem examinati sine partis citatione, probare etiam nequeant faciant in fauorem F isci. Petr. de Surd *consl.* 328. *n.* 8 *vol.* 1. vbi de communi. Baiard. *in dicto qu.* 15 Clar. *nu.* 55. Personal. *de iudic. & tortur. n.* 19. *vers. & hoc.* la. c. mascard. *de probat. conclus.* 469. *n.* 11 *l.* 1. Sceccia *de iudicij. l.* 2. *c.* 98. *n.* 7. & Alij, quos allegat Farin. *in d. q.* 72. *n.* 103. *& seqq.*

2 Ampliantur secundo, vt tales testes examinati parte non citata non probent, etiam si essent mille, grammat. *decis.* 11. *nu.* 7. *vers. fin.* Decian. *respons.* 93. *num.* 33. *vol.* 3. Roland. *consl.* 12. *n.* 36. Bursat. *consl.* 101. *num.* 44. *vol.* 2. Hondec. *d. consl.* 101. *num.* 15. Baiard. *ubi sup. n.* 14 *&* 51 Farin. *consl.* 55. *n.* 2.& ratio est, quia numerus testium non supplet defectum. Viu. *com. opin.* 531. *n.* 17. *vol.* 3. Baiard. *d. q.* 47. *n.* 41.

Quinimò nec indicium aliquod praestat ad inducendam probationem. Caputaq. *dec.* 107. *num.* 2. *par* 2. & ita refert Rota Romana, vt testatur Farin. *consl.* 79. *n.* 12. et guaz. *defens.* 24 *cap.* 9. *num.* 6. vbi alios cumulat. Io. de Amic. *consl.* 73 *n.* 16. Viu. Houd. et Alij *ub. proxime.*

Quapropter in praesenti Sectione agendum remanet de Repetitione testium pro legitimatione processus: et sic breuiter de more plur. per nostra agenda erunt: et Primò, quae requisita habere debeat repetitio, vt valida sit. Secundò, cuius expensis fieri debeat. Tertiò an pro repetitione facienda, si testes absentes fuerint, transmitti debeat Commissarius ad partes, in quib. testes repetendi degunt. Quartò, an dentur casus, in quib. repetitio non sit necessaria.

3 *Quoad primum* , notandum erit , quod adhoc vt repetitio testium dicatur legitimè facta habere debet multa requisita.

Quorum primum est , vt fiat per ipsummet Iudicem regulariter; non per Notarium, seu Actuarium Curiae ipso Iudice absente, prout dictum fuit supra *de exam. test. sect.* 4. et probatur in *c. l. de testib. co; cud. in fin.* & *in l.* & *quoniam, & Auth. apud eloquentissimum C. de fid. instr.* & *in §.* & *quoniam, ubi* Glos. *in verb. obseruatione. Auth. de testib.* bursat. *consl.* 192. *n.* 35. *l.* 2. baiard. *ad Clar. q.* 45. *nu.* 13. *in princ.* bocc. *in tr. de remiss. c.* 2. *n.* 5.

Quod locum habet, etiam si testes prius examinati fuissent ab ipsomet Iudice; et ratio est, tum quia Iudex videre debet faciem testium ad finem obseruandi motus, ipsorum, & an trepident, vel sine alteratione deponat super interrogatorijs rei, iuxta tradita *in locibus praecit.* tum quia officium repetitionis est meri, & mixti imperij, & ea, quae sunt meri, & mixti imperij alteri delegari minimè possunt. *l.* 1. *ff. de offi. eius, cui mandat. est iurisdict.* tum etiam quia tales testes repetendi iurare debent, vt mox dicemus. Notarius autem, imò neque fiscus deferre possunt iuramentum. vt alias supra diximus, vnde eorum depositiones haberentur, tanquam iactae sine iuramento, & sic non probarent. DD. *cu* & Alij communiter.

4 Fallit tamen Primò si Iudex esse legitimo impedimento detentus ex causa scilicet infirmitatis, ... absentiae, necessitatis non affectatae, & huiusmodi. Vel si testes repetendi essent alterius iurisd. ... & sibi non subiecti quia tunc per necesse est alteri demandanda haec repetitio. Angel. *de malefic. in verb. quia in finem termin. numer.* 34. marsil. *in pr. cr. §. nunc videndum n.* 3.

Fallit secundò si testes fuerint in dignitate constituti, senes, valetudinarij, aliquo morbo vexati, iusta causa occupati, aut aliquo legitimo impedimento detenti: quia tunc committi debet repetitio, quamuis regulariter in criminalib. examen testium committi non possit, vt aliàs superioribus diximus. *sup. sect.* 4. *n.* 53. *& seqq.* Clar. *q.* 26. *vers. sed quaero.* gramm. *consl.* 41. latè Carauit. *super Rit. Magnae Cur. Vicar.* 137. *numer.* 11. Afsl. *in constit. incip. inquisitionis; & in const. Inquisitores , & in const. In pecuniarijs*, & habetur *in Rit. Magnae Cur. Vic. incipient. Item fecit ut ipsa Curia alicui,* & in alio *Rit. incip. licet seruant ipsa Curia quod quamuis, & in d. const. In pecuniarijs.*

5 *Secundum requisitum* est , quod fiat repetitio cum omnibus qualitatib. & circunstantijs, necessarijs, & solitis aequè ac si testes repetendi nunquam prius examinati fuissent Clar. *in d. qu.* §. *praecit. vers. caeterum si reus.* Hondec. *d. consl.* 101. *n.* 30. Ambrosin. *l.* 3. *c.* 2. *nu.* 16. guaz. *d. defens.* 25. *c.* 1. *nu.* 8. latè Caualc. *de test. sect.* 5. *n.* 200. *et nunquid*.

Quamobrem citandus est in primis, & ante omnia Reus ad videndum repeti testes & ad videndum interrogatoria, quatenus dare voluerit: & ad videndum iuramenta testium repetendorum. Datis verò per Reum interrogatorijs vel elapso termino ad illa danda praefixo: citantur: & vocantur testes aliàs in processu informatiuo examinati ad comparendum in Iudicio coram Iudice, et Notario, seu Actuario, citantur, et ad se sistendum examini. Quib. citatis, et relatis, atq; comparentib. defertur per iudicem iuramentum veritatis dicendae, perinde atque numquam iurassent. *c. fraternitatis in fin.* vbi DD. communiter *de testib.* praesertim Bald. *nu.* 1. Butr. *n.* 4. Soccin. *n.* 6. Patis. *n.* 5. Acmil. *in tr. de testib. in verb. testis amb. qui deponere num* 12. *fol. mihi* 152. farin. *in pr. cr. de testib. q.* 74. *n.* 47. et toties iurare tenerentur, quoties repeti necesse erit. Caualc. *de test. q.* 3. *sub nu.* 56. *vers. iterum.* Et similiter quando confrontatur testis cum Reo, vt tradit Char. *in prax. inter reol.* 3. *c.* 2. *nu* 28. guazz. *in d. tr. ad defens. reor. defens.* 2. *cap.* 20. *nu.* 5. & Nos *diximus supra ubi de confrontat. egimus.*

Fallit si non repetitur, sed inducitur tantum ad declarandū primum dictum, nam tunc non tenetur iurare. Bald. *in Auth. hoc Sacramentum num.* 1. *C. de iurisiur. propt. cal.* gaill. *obseru.* 101. *nu.* 16. *lit.* B. Viuius *opin.* 93 r. *nu.* 16. Acmil. *ubi sup. n.* 12. Baiard. *ad Clar. vers. falsum nu.* 61. vbi ponit quatuor casus , in quibus non requiritur iuramentum. Fallit secundò si primò iurauerit dicere ver tatem super tota causa, secundum Butr. *ind. cap. fraternitatis numer.* 4. Imol. *ibid. numer.* 4. Ar tin. *numer.* 6. Felin. *num.* 2. sed de hoc valde dubitatur per Doctores, quos refert farinac. *d. qu.* 74. *numer.* 52. vbi tamen resoluit faciendo quasdam distinctiones. Et tunc praestito iuramento quilibet testis separatim interrogatur prius super interrogatorijs per Reum datis, iuxta quae respondere debet: deinde super examine aliàs ab ipsomet teste facto , ita tradunt communiter DD. praesertim Cardinal. *in capitul. de accusatione col.* 37. 2. *qu.* 8. Hondec. *consl.* 101. *num.* 30 *l.* 1. Boss. *de indic. & tortur. n.* 128. *& in tit. de lit. contest.* Clar. *ubi sup. d. q.* 45. *vers. caeterum, ibi & aduerte.*

Est tamen aduertendum circa interrogatoria per reum danda, quod in multis Curijs seruatur, vt non dentur, vt alibi dixi supra, quia datur repulsa: vt aduertit Carauit. *sup. Rit. Magnae Cur. Vic.* 258. *num.* 3. folleR *in pr. cr. for. fac.* 2. *par. secunda partis in verb. recip. defens. Reor. num.* 32. & Clar. *in* §. *fi. qu.* 24. *vers. item quaero.*

Debet autem repetitio fieri per Iudicem, legendo cuiq; testi suam depositionem alias factam, in secreto, & separatim ab aliis testib. ne ad inuicem instruantur, vt habetur in sacra Scriptura. Daniel. *cap. 13. nu. 50. & 51. litt. E.* & refertur *in cap. non si incompetenter. §. item Daniel. 2. q. 7.* aliàs non valeret, vt inferius dicemus.

6 Et est notandum hic, quod si testis, qui repeti debet, esset ex illis, qui nō faciunt probationem, nisi irrogetur eis tortura ad purgandam infamiam: prout sunt socii criminis, infames, & similes, vtique torquendus erit, etiam si primum examen fuisset factum in tortura; quia requiritur, vt denuo iuret, & perseueret in primo dicto in hac secunda tortura, quæ fit in repetitione. Et ratio est, quia iam tortura: & iuramentum prius præstitum quam omne aliud gestum, antequam contestaretur lis cum Reo inquisito, nullius roboris, & momenti sunt, quoad Reum torquandum, vel condemnandum: sed tantum sufficiunt pro inditio ad inquirendum, vt supra dictum est, *in princ.* & aduertit Clar. *dict. q. 45. vers. caeterum ont. med.* ibi: *Item si sunt tales.*

7 Illa autem tortura in repetitione non debet esse multum grauis, sed leuis, vt communiter tradunt DD. præterim Bos. *in tit. de mand. ad homicid. num. 31.* & quando locum habeat, vide Farinac. *de indic. & tortur. qu. 40. in fin. n. 27. & q. 85. n. 57.* Nota tamen, quod in leuib. causis & criminib. non est ad torturam deueniendum ita de facili, sicut fieri solet in magnis criminibus. *l. lon. ff. de accus.* vbi Bart. Salicet. *in l. non ideo col. 3. C. de accusat.* Caton. *in Prax. cr. tit. de tormeat. cap. 6. nu. 3.* Gull. *de tormeat. qu. 5. n. 4. & c. 7. in princ.* Quidquid asserat Clar. *in d. §. fin. qu. 64. vers. praeterea debet. circ. fin.* vbi ex albet. *in l. edictum. num. 4. C. de q.* tenet, etiam in leuibus delictis posse torturam inferri.

Imò ista secunda tortura non est inferenda, nisi prior depositio facta in tormentis ratificata fuerit per ipsum testem socium criminis extra tormenta, vt fieri solet in Reo deponente in tormentis, quia ratificare tenetur extra tormenta, *vt dicemus infr. sect. seqq.* ita aduertit Bursat. *consil. 201. post n. 58. vol. 2.*

8 *Tertium requisitum* est, vt quando facienda est, citetur prius reus, an velit habere testes pro ritè & rectè examinatis, aliàs ad videndum mandari repeti, & ad dandam interrogatoria, quatenus dare intendat, alias ad videndum repeti fine illis; & ita seruatur in hac Alma Vrbe, prout testantur etiam Farinac. *qu. 63. nu. 10. in princ.* Ambros. *l. 3. cap. 1. n. 47* guaz. *d. fons. 25. cap. 1. nu. 3.* post Corn. *cons. 68. vol. 2.* Ruyn. *cons. 6. vol. 4.* Vulpell. *respons. 65. in princ.* Baiard. ad Clar. *quæst. 45. n. 24.* Sed nota, quod hæc praxis Curiæ, non est eadem in omnibus aliis, extra Vrbem; cum in omnibus non vigeat consuetudo, vt reus declaret habere testes pro ritè ne examinatis, & ideo testes examinati pro informatione Curiæ examinandi iterum sunt, citato ipso reo. Bursat. *cons. 201. n. 48. vol. 2.* Scacc. *l. 1. de indic. cap. 86. n. 67.* Caualc. *de brach. R. g. par. 3. n. 4. in princ.* alias non probarent contra reum, quia examinati fuerant pro non citato. Clar. Foler. Farin. & Alii alleg. *vbi sup.* etiam si essent mille testes nam adhuc non probarent, vt dictum est per DD. ibidem allegator. Quamobrem iniuseri, si citetur reus ad videndum induci, repeti, & iurare testes, & ad dandum interrogatoria, vt optimè admonet Honded. *cons. 101. nu. 24. vol. 1.* & guazz. *d. d. f. 25. c. p. 1. n. 5.*

9 *Quartum requisitum* est, quod fiat postquam nomen rei receptum fuerit inter reos, sic post litis contestationem *cap. qualiter. 2. de accus.* & post publicatas attestationes; Imò & postquam reus habuit copiam processus, vt possit facere interrogatoria, quæ alias benè facere posset, nisi testificata contra ipsum videret, secundum Caualcan. *de testib. p. 5. num. 202.* & Farinac. *q. 66. n. 310.* [illegible] & ita seruatur de Iure Canonico, & in Vrbe, & in terris Ecclesiæ, vt testatur Farin. *vbi sup.* Cartar. *in pr. interr. reo. l. 3. c. 3. nu. 50. 67. & 69.* & Marant. *in spec. aur. p. 6. de manif. n. 10.* quamuis secus sit de Iure Ciuili, per quod repetitio testiū fieri debet ante publicatas attestationes. Marant. *vbi sup. num. 8. in fin* Follet. *in pr. cr. for. facul. verb. detur copia capitulor. n. 1.* Clar. *q. 49. vers. item scias* Bursat. *cons. 311. nu 7.* Bonacos. *commun. opin. t. ver. indiciorum copia* Hond. *d. cons. 101. n. 2. vol. 1.* vid. Genu. *in Pr. Arch. neap. c. 28 n. 11. in fin.*

10 *Quintum requisitum* est, quod prius fiat repetitio super interrogatoriis rei, & postea super examine primo loco facto ad Curiæ informationem, vt supra dictum est, & inferius demonstrabo, alias testes probationem non facerent contra reum Bursat. *cons. 20. num. 65. l. 1. cons. 101. num 145. l. 2.* & latius *cons. 311. num. 4. & seqq. l. 3.* Honded. *d. cons. 101. num. 28.* Petr. Caball. *in quæst. cr. cas. 267. nu. 9. circa* 3. Mascard. *de probat. conclus. 685. num 4. vol. 1.* Et si testis respondere recusauerit super interrogatoriis, reputari potest, tanquam suspectus, & fidem non facit in eo super quo deposuit. Dec. *in l. Is apud nu. 45. C. de edend.* Caualc. *de brach. Reg. p. 3. num 71.* Et quando Iudex non admitteret interrogatoria, vel super eis non interrogaret, reus appellare poterit Caball. *cons. 50. n. 2.*

Sextum requisitum est, quod fiat tali modo, vt testes affirment esse vera, ea quæ in primo examine dixerunt, alias si dicerent non recordari vera esse prim. o test. ficata, non probarent Foll. *in d. pr. cr. ver. & demum repetantur testes Cartan. 7* Hond. *d. d. cons. 101. n. 32. vers. praeterea* Bald. *d. qu. 45. nu. 12.* vbi etiam dicit primam depositionem esse legendam vnicuiq; testi separatim Cuius formam habes inferius ad saturitatem.

11 *Septimum* est, quod testis repetatur formiter per extensum, & non referat se ad primum examen; alias non probaret cum primum factum fuerit parte non citata, & sic non sufficeret ad condemnandum, ex defectu citationis. Bald. *in l. fi. ff. de testib.* Mascard. *de probat conclus. 1362. num. 5. l. 3.* Honded. *loc. cit. n. 31. & seq.* caualc. *de testib. d. p. . n. 207* Orat. *dec. 129 nu. 7.* Mazzol *cons. 77. nu. 30.* Farin. *d. qu. 66. nu. 62.* Maroc. *resp. 69. nu 42.*

Et quamuis reperiantur multi Doctores, qui asserant, posse testem se referre ad primum examen, maximè, si se subscripserit, vt post Bart. *in l. eos nu 6. in fin.* & Marsil. *nu. 5 ff. de fals.* tenet Crot. *de testib num. 374.* Pindar. *eod. tit p. 3. capit. 1. nu. 1.* Bosl. *de tortur. test. n. 3. & de oppos. cont. pers. test. nu. 8.* Boer. *decis. 108. n. 5.* & Alii apud Farin. *d. q. 66. n. 36. 37. & 43.* Veritas tamen est, quod totum dictum procedit in ciuilibus, secus in criminalibus, vt optimè consuluit Corn. *cons. 57. col. fin. vers. item vlt. l. 1.* Crauet. *cons. 113. num. 3* Brunor. a Sol. *in consil. cr. vnic. nu. 58.* vbi Alios allegat. Monticell. *in Pr. cr. in repet. test. rubr. testes inter. quan. recip. fol. 257. col. 2. vers. & melius.* Thom. Triuil. *decis. 40 per tot* præsertim. *n.* & 6 Et nota quod si testis in repetitione noluerit de nouo respondere ad interrogatoria Iudicis, nisi prius ipsi legatur prima depositio, dicitur suspectus de falso, vt probatur per *Anneson. decis 1. n 5. vers. caeterum ut aperte* Caualc. *de testib. d. par. 5. nu. 207. in fin.* Farin. *d. quæst. 66. n. 55.* vbi de communi.

12 Est benè verum, quod si testis in progressu examinis peteret sibi legi primam depositionem ad melius se recordandum, vtique non est ei deneganda. & ita passim hodie practicatur iuxta doctrinam Bart. *in d. l. eos nu. 5.* & marsil. *n. 4 ff. de fals.* mascard. *de probat. conclus. 1368 n 5.* meno ch. *de arb. cas. 1 c 9. n. 12* Crot. *de testib. n 375.* vbi de commun. Farinac. *vbi sup. n. 43* Honded. *ib. n. 31. vers. & saltem.* Caualcan. *de test. d. p. 5. n. 27 in fin.* Alioquin cogi non posset ad repetendum, nisi ei prima depositio legatur. Boer. *decis. 108. q. 1.* vbi tusè, & Scacc. *de ind. c 86. n. 48. & 55.*

13 *Octauum requisitum* est, quod fiat repetitio ante conclusionem in causa: & a fortiori ante sententiam, quia tunc Fiscus nullum habet ius repetendi testes Follet. *in pract. pr. cr. 3. par. 3. partis ver. & si confitebuntur n. 46 & in ver. & demum repetantur testes n. 11* Honded. *d. cons 101. n. 25* Baiard. *d. q. 45 n 21.* Capic. *decis. 35. in fin.* grammat. *decis. 2. n 6.* Addent. ad magon. *decis. Lucen. 74. lit. B.* Quidquid asserat moscar *in tr. de de cog. seù prob. delict. rubr. de incum. numer. 36. cum plurib. seqq.* & Vincen. de Franch. *decis. 668 par. 4.*

14 *Nonum requisitum* est; quod si repetitio fiat ad instantiam accusatoris, non sint publicatæ attestationes: quoniam etenim ad instantiam Rei, ac etiam fisci, si procedatur ex officio fieri possit repetitio didicit ia testificatus, non tamen fieri potest ad instantiam Accusatoris, neq; quando proceditur ex officio, & ad querelam partis simul. glos. *in c. cum clamor. de testib.* & ibi Host. *nu. 14. & seqq.* & Innoc. *n. 1.* Bald. *n. 2.* Aret. *num 5.* Abb. *num. 4* Felin. *numer. 4* & Al. Gull. *de pac. publ. l. c. cap. 19. numer. 7. 9. & 18* Ant. Gabr. *de testib. co. c. vl. 21. numer. 91.* Farinac. *d. quæst. 66. num. 306 & num. 310.* vbi aduertit hoc esse intelligendum, quando prima vice testis fuissent formiter examinati, secus si nuliter, & reo non citato: nam tunc indistinctè omnes admittuntur ad repetitionem. etiam publicatis attestationibus, Idem tradit Franc. *decis. 728. n 8 et 9.* Ad defensam tamen ante, & post publicationem attestationum

fieri

fieri potest repetitio, tam Iudicis officio, quam ad instantiam partis Felin. *in cap. cum clamor. num. 5.* & Anxii, *num 3. de testib.* latè Farinac. *vbi sup. nu. 316.* & latius Cauale. *in pract. de test. p. 5. num. 700.*

15 Sed quæritur, an testis examinatus, si citetur ad repetendum, fugiat, reddatur suspectus de falso?

Respondetur affirmatiuè etiam si non fugiat, sed se occultauerit, vel non accesserit ad confirmandum primum examen. Ang. *de malefic. in §. comparuit dicti inquisiti n. 7.* vbi etiam dicit, quod ex tali fuga præsumi potest innocentia inquisiti sequitur Baiard. *ad Clar. d. qu. 45. num. 40.* Imò præsumptio falsitatis in vno teste inducit præsumptionem in aliis, vt probatur *in decis. Auenion. 33. n. 1. & deci. 53. num. 4.* prout è contra veritas in teste inhabili circa plura præsumptionem inducit veritatis in omnibus. Decian. *respon. 41. n. 34. vol. 3.*

16 *Quoad secundum*, scilicet cuius expensis fieri debeat repetitio, notandum est, quod quando Reus facit declarationem, se habere testes Curiæ pro ritè, & rectè examinatis, saluo iure illos repetendi, quia non vult illos habere pro legitimè repetitis: si voluerit illos repeti facere, expensas omnes in repetitione necessarias subministrare tenetur, vt obseruant Honded. *in sua pract. celebr. cons. 101. numer. 27. lib. 1.* Put. *decis. 317. num. 2. lib. 2.* Quando verò Reus noluit habere testes pro pro ritè, & rectè examinatis quia repetitio fit ad instantiam Fisci, vt possit vti testium depositionibus, contra Reum, tunc Fiscus subministrabit expensas; & ita seruari vidi in Alma Vrbe, cum protestatione tamen, quod intendit illas recuperare ab ipso Reo. Sed in hoc standum censeo locorum consuetudinibus; nam alicubi seruatur vt expensæ erogandæ in repetitionibus faciendis, quando est transmittendus commissarius ad alium locum, in quo sunt testes repetendi, subministrentur in communi per Fiscum, & Fisco adhærentem, seu quærelantem: Alibi vero, vbi Reus dare solet interrogatoria, vt supra dictum est, & testes sunt repetendi cum dictis interrogatoriis, tunc Reus tenetur medietatem expensarum supportare, quia alias commodum sentiret ex sua malitia, præsertim si noluit habere testes pro repetitis, quod absurdum esset. *iuxta traditum in l. secundum naturam. ff. de regul. iur.* vbi Dec. *in princ.* & Fiscus ex Rei malitia grauaretur, quod fieri non debet, *secundum text. in l. cum proponas l. si quis maior, & l. ubi partum. C. de transact.* Alibi tandem seruatur, vt omnes, & quæcumque expensas erogare cogatur Reus, si in culpa sit, quando est soluendo; alias illas subministrabit accusator; vel pars aduersa; & in eius defectu Fiscus; latè c. Ang. *cons. 32.* vbi multa curiosa congerit. Azyn. *in Prax. §. 3. cap. 2.* Beer. *decis. 203.* vid. Put. *decis 427 lib. 1.* Decian. *resp. 31. nu. 122. l. 2.* Gabr. *concl. 118. n. 69. l. 2.* Honded. *loc. cit.*

17 Sed quæri potest, an repetitio facienda sit ad instantiam Fisci, an verò ad instantiam ipsius Rei?

Respondetur, quod in quibusdam Curiis, in quibus Rei tenentur facere declarationem prædictam, quod habent testes pro ritè examinatis, saluo iure repetendi, fieri debet instante ipso Reo. Honded. *d. cons. 101. num. 26. libr. 1.* In aliis verò Curiis, in quibus Rei non coguntur habere testes, pro ritè, & rectè receptis, & examinatis, prout seruatur in Vrbe, distinguendum est: aut enim Reus dixit expressè, se nolle habere testes Curiæ pro ritè examinatis, aut declarauit; se velle illos habere pro ritè examinatis, saluo iure repetendi: Primo casu repeti debent ad instantiam Fisci secundo verò, ad instantiam ipsius Rei. Honded. *loc. cit.* vbi *num 22.* agit de obseruantia Vrbis.

18 *Quoad tertium* nimirum, an pro ratificatione facienda, si testes absentes fuerint, transmittendus sit commissarius ad partes, in quibus testes repetendi degunt, notandum est, quod tali casu diuersimode seruari solet; aliquando enim conceditur commissarius, aliquando dantur litteræ remissoriales, vt fit in causis ciuilibus, de quo dixi *sup. plenè in Pract. ciuil. part. 2. sect. 2. subsect. 7 à num. 31. cum seqq.* & aliquando compelluntur testes accedere ad Curiam. Quod quidem totum remittitur arbitrio Iudicis, qui considerare debet numerum, & qualitatem testium, ipsorum impedimentum, propter quod ad Curiam accedere non possunt, & alias circumstantias, & iustas excusas, vt tradit Bocrat. *in tract. de litteris remissorialib. cap. 3. n. 49.* Cassador. *deci. 3. de dilationib. num. 3.* Bos. *in tit. de oppos. contr. test. num. 26.* August. ad Angel. *de malefic. in ver. quis Iudex statuit. circ. fin.* Clar. *in d. § fin. qu. 26. vers. sed quæro, & qu 45. vers. circa finem circ. fin. ibi, quod nota.* Asyr. *in Prax. §. 21. cap. 2. cum plur. seqq.* vbi latè de hac materia, & Alii apud *præcitatos DD.* & mox dicemus.

19 Quomodocumque autem procedatur, aduertendum erit, quod citari debet Reus ad videndum destinari commissarium ad partes: Vel ad videndum deputari Iudicem in partibus, & expediri litteras remissoriales pro repetendis testibus, & alia necessaria faciendum, &c. prout seruatur in Romana Curia, a qua sumere debent normam procedendi in causis ceteræ omnes Curiæ Ecclesiast. de quo vid. Scacrol. *de remissor. c. 21. n. 3.* Quod autem hoc remittatur arbitrio Iudicis, attentatis qualitatibus, & circumstantiis *præcedenti num. 8.* enunciatis probatur etiam authoritate, & exemplo Romanæ Curiæ, quæ aliquando transmisit commissarium, *vt in vna Viterbien. falsitatis coram A. C. per acta Grimaldi posita Catalani*, & in Alia *Perusina excessuum coram Domino Gubernatore Vrbis per acta Charitatis*. Aliquando verò fuerunt per eamdem Curiam concessæ litteræ remissoriales, prout in vna *Maceratensi falsitatis coram A. C. per acta Bilgij*, & in Alia *coram eod. A. C. per acta Cally*.

Aliquando autem fuerunt coacti testes ad Curiam accedere, *prout in vna Melphitana excessuum coram A. C. per acta Grimaldi, postea Catalani*, & in Alia *Arsanen. pariter excessuum coram eod. A. C. per acta eiusdem Grimaldi*. In quibus casibus, fuerunt testibus euocatis à Prouinciis Regni Neapolitani, erogatæ expensæ necessariæ ad iter faciendum ad ipsismet Inquisitis, qui petierunt illos ad Vrbem vocari. Ex quibus constat, quod totum arbitrio Iudicis remittitur, vt dicit Bocrat. *d. tr. de litt. remissor. cap. 3. nu 49.* & Cassador. *dict. decis. 3. de dilat nu. 3.*

20 Sed quæritur, an testes possint aliquid addere, vel detrahere, primis depositionibus?

Respondetur affirmatiuè, ante publicationem, vel confrontationem, neque per hoc tenentur docere de errore. Abb. *in cap. præterea de testib. cogn.* vel antequam loquuti fuerint cum parte producente. Innoc. *in cap. cum dilecti de accusat.* vel eadem die, qua deposuerunt, in qua possunt etiam se corrigere, *vt in Authent. & qui semel*, vbi gloss. *in verb. productionem C. de probat.* Et in quocumque casu, si aliquid addant, vel detrahant primis depositionibus, semper releuant, vel aggrauant inquisitos. *capit. per tuas*, & ibi Abb. *de testib.* Capie. *decis. 61.*

21 Quæritur secundò, an in repetitionib. faciendis Iudex interrogare debeat testes de causa scientiæ, vt faciant indicium ad torturam, vel probationem ad condemnationem?

Respondetur affirmatiuè, cum Marsil *in prax. cr. § diligenter n. 31.* quia in criminalibus testes, etiam non interrogati rationem reddere debent de suis dictis, ad plenam probationem faciendam. Salic. *in l. fin. C. de probat.*

22 Quæritur tertiò, an probationem faciat testis, qui in repetitione dicit, se non recordari ita dixisse, ac in primo eius dicto reperitur?

Respondetur affirmatiuè, ex traditis *in l. cum precibus C. de probat.* & per Bart. *in l. exercendis vers. quæro quid si testes C. de fid. instr.* vbi tamen loquitur in ciuilibus, sed magis expressè habetur per Bald. *in l. fin col. 1. in fin. C. de re iudic.* & Io. Mille *in sua Prax. fol. 8. in Glos. non recordaretur.*

23 Quæritur quartò, quid iuris, si in priori examine testis se subscripsit, & in repetione dicat se non ita deposuisse, an ei credendum sit, vel potius standum erit primo dicto.

Respondetur, quod standum erit primo dicto: quia non præsumi debet de falsitate contra Notarium, ex traditis per text. Gloss. & DD *in l. Caius. ff. de pignorat. action.* Salicet. *in l. fin. C. plus val. quod agit.* Grammat. *in consil. 47.* Capie. *decis. 61 num. 3.* quibus in locis præfati DD. faciunt quasdam distinctiones, prout nouissime notat Zuffus *de legitim. proc. l. 3. q. 09.* Foller tamen *in pract. pract. prima part. secunda partis ver. & demum repet. est cur. num. 6.* ait, talem testem torqueri posse ex præsumptione, quod velit veritatem celare; examinatis prius duobus, vel tribus testibus de verisimilitudine illius primi dicti, & quod tunc negat sine rationabili causa; & similiter super legalitate, & bona fama Notarii, seu Actuarii. Imò Sanfelicius *decis. 231. num. 6.* ait testem deponentem coram Iudice, & Notario puniri posse de falso, si postea dixerit, se non deposuisse, vt Notarius scripsit, ita etiam Farinac. *cons. 139. nu. 2.*

24 Idem

24 Idem dicendum erit de teste, qui variat à primo dicto, nam ex quo Bald. *in l. fin. C. de re iud.* dicit priorum dictum continere, cum sit nullum absque repetitione, vt dictum est supra; quia in repetitione variat, nec primum, nec secundum dictum probant, vt tradit Foller. *vbi sup. n. 17.*

Ideo torqueri debet, ad effectum videndi in quo dicto persistere voluerit, cum reperiatur inter duo iuramenta; & tunc necesse non est, vt citetur pars; & stabitur dicto in tortura emanato. Bo[...] *in tit. de opposit. contr. test. num. 1.* quem sequitur Caualc. *de testib. p. 3. sub num. 77. vers. nec citatur pars, & per 4 nu.* 149. Quando verò testis in secundo examine allegaret iustam, & legitimam causam, quare à primo dicto recedat, tunc torqueri minime poterit, vt bene aduertit Bertaz. *in cons. 153. nu. 3. & 7. lib. 1.* vbi de concordantes allegat, faciunt notata per guazz in. *defens. 19. cap. 1. num. 11.* vbi allegat, Boss. *de publ. process. nu. 29 in fin. & n. 31.* Foller. *verb. capita informat. nu. 19. circ. fin. &* Farinac. *q. 79. n. 19.*

25 Quæritur secundo, an valeat repetitio testium, si non fuit ipsis realiter lecta eorum depositio, & subscripta per proprias manus, quando scribere sciunt, vel signata signo crucis, cum scribere nesciunt?

Respondetur negatiue; cum Bald. *in l. fin. C. plus valet quod agitur.* Ex quo prius legi debent ipsis testibus eorum depositiones, et postea illos repetere Chart. *in prax. interr. Re. lib. 3. cap. 3. num. 28.* Farinac. *q. 66. num. 9.* Vnde colligitur, non bene facere quosdam Iudices, qui non lectis depositionibus testium dicunt eis, an referant se ad priora dicta, & ipsi dicunt, quod sic quia non valeret talis repetitio, si hoc modo fieret. Vnde ne Tyrones in munere iudicandi errare possint, legitimam formulam hic subiungam inferius.

26 Quæritur tertio, an sit in Iudicis arbitrio testes repetere, vel potius confrontare?

Respondetur affirmatiue cum Farinac. *de testib. qu. 72. n. 139. in princ.* vbi expresse firmat conclusionem, esse in Iudicis potestate testes pro Curiæ informatione examinatos, vel repetere citato Reo cum eius interrogatorijs; vel ad eius faciem confrontare, prout melius expedire iudicabit. Idem tenent Vermigliol. *cons. 257. num. 1.* Locatell. *in suis quæstionib. Iudic. inspection. 5. numer. 136. vers. cum sit.* Scanarol. *de visitat. carcerator. lib 2. cap. 6. num. 1. circ. med. vers. cum in potestate.* Est bene verum, quod cum arbitrium Iudicis regulari debeat à lure, vt alias diximus, non importat liberam facultatem, sed obseruare tenetur regulas iuris. Menoch. *cons. 69. num. 4. & 5.* Tusch *tom. 1. practicar. conclus. litt. A. conclus. 470. num. 2.* Ideo non semper indistincte, & in omnibus casibus deuenire debet ad confrontationem sed valde rarò, at magna maturitate, & circumspectione; consideratis circumstantiis & qualitatibus delictorum, Personarum, temporum, & locorum, exceptis quibusdam casibus in quibus necessariò ea vtendum est quos enumerauimus supra *sect. 9. n. 72.* Idem tenere videtur Carpzouius *in suis quæst. crim. qu. 114 nu. 76. lib. 3.* & guazzinus *defens. 20. cap. 19. nu. 6.* Quidquid asserat Ambrosin. *de mod. form. proc. inform. l. 2. cap 9. nu. 5. vers. & ego.* Et ratio desumi potest ex duplici capite.

Primò quia, vbi habemus duo remedia, vnum ordinarium, & alterum extraordinarium, & subsidiarium, debemus potiùs vti ordinario, quam extraordinario, sed confrontatio est remedium extraordinarium, vt omnes Doctores fatentur, & aliàs per Nos dictum fuit; ergo vti debet repetitione, quæ est remedium ordinarium, & tunc tantum deuenire ad confrontationem, cum necessitas vrgeat; & ex aliqua causa fieri nequeat repetitio: & tali casu adhibenda est forma tradita à Chartar *in prax. interrog. Reo. lib. 3. cap. 1. nu. 83.* quam supra. Ego tradidi. *Sect. 9. nu. 69 per text. in l. si postulauerit. §. si quæstione. ff. ad l. Iul. de adulter.*

27 Secundo, quia ex confrontatione multa damna, & præiudicia resultare solent Reis.

Quorum primum est, quod tolluntur quodammodo Reis defensiones, vel saltem non possunt facile se defendere, quia vt plurimum confrontatio fieri solet, quando Rei sunt adhuc in secretis (quod fieri non deberet,) carceribus; vnde alloqui non possunt cum suis Aduocatis, & Procuratorib. guazz. *præcit. defens. 20. c. 19. n. 12.*

Secundum est, dum sit nimis difficile habere testes pro facienda confrontatione cum Reis; interim ipsi detinentur in secretis carceribus, in quibus non parum patiuntur. Chartar. *d. lib. 3. capitul. 30. numer. 5. vers. at ergo reum.*

Tertium est, quod ob timorem, & verecundiam aliquando Rei non bene interrogant testes de quibusdam circumstantiis ad eorum defensionem facientibus, & sic postea non facile se defendere possunt. guazz. *defens. D. c. 31. n. 4.*

Quintum est, quod aliquando (sed male) non permittitur Reis multum immorare in interogandis testibus, & sic euacuare nequeunt indicia contra se facientia, vnde remaneant expositi manifesto periculo condemnationis. guazzin. *d. c. 21. nu. 5. circ. fin.*

Sextum est, quod Iudices videntes Reorum mutationes in vultu redduntur erga eos crudeliores, & seueriores guazzin. *ib. nu. 6.* Ex quo in quibusdam Iudicibus indoctis & parum Deum timentibus euenire solet, vt non permittant testes interrogari cum interrogatoriis in scriptis, vt fieri deberet.

28 *Quoad quartum*, an scilicet dentur casus, in quibus repetitio non sit necessaria notandum est, quod multi sunt casus, in quibus Fiscus non indiget repetitione testium in processu informatiuo examinatorum, ex eo quia suam habet intentionem fundatam, & processum legitimatum, ex quo deuenire potest ad condemnationem, vel absolutionem, absque alia repetitione. Quorum.

Primus est, quando Reus declarationem fecit habere testes pro rite, & rectè examinatis, de qua declaratione late agit guazzin. *defens. 24 per tot. præsertim c. 6. & 9.* ita aduertunt Vulpell. *resp. 68. num. 7.* burtat. *cons. 3 an. vlt. vol. 4* baiard. *q. 11. n. 5. & d. q. 45. nu. 21.* vbi Alios citat.

29 Secundus casus est, quando Reus fuisset condemnatus in contumaciam, de quo dicemus inferius *sect. 18. & 19.* tunc enim non fit testium repetitio, etiam si per Principem admitteretur ad nouas defensiones Mascard. *de probat. concl. 497. n. 13. vol 1.* Cartar. *de exec. sent. cap 11 nu. 116* Clar. *q. 11. vers. item quæro circ. med. & qu. 45. vers. caterum si reus esse. fin.* vbi *in hoc* [...] Farin. *qu. 11. num. 105.* Petr. Caball. *in quæst. cr. centur. 2. cas. 110. nu. 30.* guaz. *defens. 24. cap. 9. nu. 4* vbi [...] *vers.* [...] aduertit Scacc *de iudic. lib. 1. cap 80. sub nu. 7.* & Farin *c. cons.* [...] 25. *in fin* & alios allegatos per Caball. *d. nu. 36.* contrarium tenentes. Quod probari potest ex comuni regula textus *in c. factum legitime de reg. iur. in 6.* vbi habetur, quod legitime factum non vitiatur, si deueniat ad casum, à quo incipere non potest. vnde sententia condemnatoria fundata in ficta confessione non reuocaretur, quia actus legitime factus, iam consummatus existit.

30 Tertius casus est, quando testes confrontati fuerunt cum Reo Clar *q. 45. vers. sed impossibile* burlat. *cons. 387. in fin. vol. 1.* Oracol. *commun. opin. lib. 1. vers. si Index* & Alii penes Guazz. *de defens. 20. cap 21 n. 2* & Nos dixi *sup. s. 8. 9.*

31 Quartus est, quando Reus confessus fuisset delictum, quia tunc neque requiritur, vt fiat repetitio testium. Cartar. *de interrog. reis lib 4. cap 2. nu. 29.* Sed ex eius confessione condemnari potest; cum tunc partes Iudicis non sint, nisi in condemnando, vt tenent gomez *de delict. cap. 12. nu 3 & 8.* Clar. *qu. 65. vers. 1.* vbi de communi, bertaz *cons. 542 n. 5 & 449. n. 1. l. 2* Farin. *q. 81. nu. 7.* Quod tamen intelligendum est sano modo, quando scilicet Reus confessus habuit terminum ad se defendendum legitimato processu informatiuo & nihil deduxit contra propriam confessionem: alias secus, cum multa opponi possint contra illam, vt in præcedenti sectione dictum est, & late tradit guazzin. *defens. 32. per tot. vbi per 36. six. capita materiam* ad saturitatem examinat. Alioquin si reus processu tantum informatiuo torqueretur, & confiteretur delictum, filius confessio illi non noceret, quia esset nulla. Corn. *cons. 68. vol. 1.* ruin. *cons. 145. vol. 4.* Vulpell. *respons. 95. in princ.* baiard *q. 35. nu 14. & 55.* vbi Alios allegat. & Nos *infra*.

32 Quintus est casus, quando testes in processu informatiuo examinati, mortui essent, quia tunc huiusmodi testes probarent, absque eo, quod repeti non possent, & ratio est, quia mors habet vim iuramenti, secundum gomez *vbi sup. cap. 1. num. 27.* burlat. *cons. 7 num. 10. vol. 1* vbi ait, quod probant æque, ac examinati fuissent parte citata. Farinac. *q. 72 n. 179.* vbi de communi. Lamberteng. *in tract. de contract. rubr. glos. 1. n. 20.* & Alios.

Sed contrarium defendunt quamplures Alii Doctores asserentes, quod testes mortui examinati in processu informatiuo sine partis citatione, in criminalibus faciunt solum indicium ad inquirendum, non plenam probationem. Natta. *cons. 394. & seq.*

*& seq. num.*21. Honded. *d. cons.* 101. *num.* 12. *&* 22. *lib.* 1. Foller. *in d. pract. par.* 2. *partis ver. & dem. repet. test. cur. nu.* 6. Grammat. *decis.* 81. *nu.* 13. Bursat. *cons.* 322. *nu.* 10. *lib.* 3. vbi de communi testatur. Osasc. *decis.* 79. *nu.* 18. Farinac. *vbi sup nu.* 133. *& in cons.* 183. Petr. Caball. *in qq. crimin. cas.* 269. *nu.* 8. *centur.* 3. vbi concordantes allegat. Quorum sententiam ego libenter amplector, ea ratione, quia probationes ad condemnandum esse debent plenæ, probatio autem resultans ex dicto testis non repetiti, probationem non facit, nisi ad inquirendum, vt dicunt DD. allegati *sup. n.* 1. ergo &c.

Neque obstat textus *in l. fin. C. de testib.* vbi habetur, quod si testes mortui fuerint, probant saluo iure ipsi Reo opponendi exceptiones contra personas, & dicta eorum, prout idem firmatur per Castrens. *ibidem*, & per Milleum. *in sua Prax. fol.* 84. *n.* 17. Nam respondetur, textum illum habere locum in causis ciuilibus, vt clarè patet ex verbis eiusdem textus, & notant ibidem DD.

33 Non autem in criminalibus, in quibus probationes esse debent luce meridiana clariores. *cap. sciant.* 2. *quæst* 8. quæ est *fin. C. de probat.* & ibi DD. communiter *cap. nos in quemquam* 2. *q.* 1. *cap. Epiphanium* 5 *qu.* *cap. alter.* 6. *qu. vlt. cap est iniusta* 23. *qu.* 4. *& l. dolum C. de dol.* Castrens. *in cons.* 159. Boss. *in tit. de conuictis nu.* 6. Et non per præsumptiones, nisi sit violentæ. Speculat. *de præsumpt.* 2. § 2. *n.* 3. *&* 4.

34 Hoc est, quod in criminalibus probationes esse debent omnino concludentes, ad effectum condemnandi *l. maiorem*, & ibi Bald. *C. de probat. l. non hoc. C. vnde cognat.* Imò concludentes de necessitate, non de [illegible]bili. *l. ad probationem* 2. & ibi Bald. *C. de probat. vers. ex quo non.* Et testes esse debent omni exceptione maiores, vt aduertit Boss. *vbi sup. nu.* 25. DD. communiter & Nos *alias dixim.*

Neque obstat secundò, quod dicunt quidam Doctores affirmatiuam sententiam tenentes, inter quos adest Farinac. *in d. qu.* 72. *nu.* 120. vbi Alios allegat. *& cons* 55. *nu* 37. Bursat. *d. cons.* 7. *nu.* 10. *l.* 1. Baiard. ad Clar. *d. q.* 45. *nu* 22. & Alij, quos refert, sed non sequitur Guazzin. *defens.* 24 *d cap.* 9. *num.* 16. ea ratione moti, quia non est imputandum ad culpam Fisci, vel partis, si ipsi testes mortui non repetantur. Respondetur enim, quod eorum sententia est etiam intelligenda in causis ciuilibus, non verò in criminalibus, prout benè aduertit idem Farinac. *in pracit. q.* 72. *nu.* 133. *in fin.* quem sequitur Centulin. *in addit. ad cons. eiusdem cons.* 35. *litt* D.

35 Non negatur tamen, quod dictum testis mortui, licet non probet, quoad condemnationem; facit tamen inditium quoad torturam. Quia regulariter quod in ciuilibus facit semiplenam probationem, in criminalibus facit inditium ad torturam. Bartol. *in l. fin. in fin. ff. de in lit. iur.* Abb. *in cap. fin. de testib.* Imò communis opinio Doctorum est, quod testes mortui non probent sufficienter ad condemnandum, sed solummodo aliqualem probationem faciant, prout testatur Centul. *vbi sup.* Farinac. *d. qu.* 72. *num.* 133. *in fin.* Honded. *d. cons.* 101. *num.* 2. Bertazzol. *cons* 70. *num.* 3. *libr.* 2. *diuers. cr.* Natta. *d. cons.* 594. *num.* 21. Bursat. *cons* 322. *num.* 10. *lib.* 3. Osasch. *decis* 79. *num.* 18. Grammat. *decis.* 81. *numer.* 13. Caball. *d. cas.* 269. *num.* 8. vbi concordantes plena manu cumulat, & Guazzin. *d. cap.* 9 *num.* 16. *in fin.*

36 Sextus casus est, quando agitur de declaratione tantum depositionis testium, nam tali casu non requiritur citatio partis, nec repetitio formiter facta. Ruin *consil.* 182. sequitur Boss. *in tit. de opposit. contr. test. num.* 35. Baiard. *d. quæst.* 45. *num.* 30. Clar. *quæst.* 61. *vers quæro numquid*, vbi etiam firmat, quod tunc non possunt testes aliquid mutare, vel addere, sed tantum declarare primum dictum, sequitur Farinac. *quæst.* 66. *num.* 113. *& seqq.*

37 Septimus est, secundum aliquos Doctores, quando agitur de criminibus atrocissimis, prout est crimen læse maiestatis. DD. adducti per Farin. *d. q.* 72. *nu.* 120. *& seq.* Honded. *d. cons.* 101. *nu* 14. sed contrarium tenet Idem Farinac. *vbi sup. nu.* 137. Mascard. *de probat. concl.* 583. *nu.* 9. *volu.* 1. Honded. *d. cons.* 101. *nu.* 14. *vol.* 1. Caball. *cas.* 264. *nu.* 8. *in fin.* latè Baiard. *ad Clar. dict. q.* 45. *num.* 34. vbi omnes tenent, quod semper requiritur repetitio testium parte citata.

38 Octauus casus est, in crimine hæresis, secundum DD. cumulatos per Farin. *in d. q.* 72. *nu.* 115. *& seqq. & cons.* 55. *nu.* 2. *& cons.* 79. *nu.* 13. Petr. de Surd. *cons.* 328. *nu.* 3. *vol.* 1. Caualc. *de testib.* 2. *p.* [illegible] *n.* 77.

39 Nonus casus est in crimine Assassinij, in quo propter eius acerbitatem testes sine partis citatione, secundum quosdas DD. plenè probant. Petr. à Plaz. *in epitom. delictor. cap.* 19. *num.* 17. Mascard. *de probat. conclus.* 136. *numer.* 2. *vol.* 1. Honded. *vbi su. num.* 13. Ant. Gabr. *de testib. concl.* 1. *numer.* 21. Baiard. *vbi sup n.* 19.

Idem firmant in Disrobatoribus vlarum, & in aliis enormibus delictis Angel. *de malefic. in ver. fama publica col.* 2. Marsil. *in pract. crim. § nunc videndum nu.* 29. Foller. *in pract. crim. sub forma 3. p. tertio partis verb. & si confitebantur nu.* 41. *cum plurib. seqq.* & Alii apud illos.

40 Contrarium tamen; & veriùs tenent cæteri Doctores, vt etiam in supradictis casibus, & in quibuscumq; aliis atrocissimis criminibus repeti debeant testes, ac dari debeat Reo copia indiciorum, antequam torqueatur, cum competenti termino ad faciendum suas defensiones; prout in crimine læsæ maiestatis tradit Bart. *in extrauag. ad reprimendum in verb. & figura num.* 15. Gig. *in tit. qualiter in crim. proced. qu.* 19. *num.* 3. Osasc. *decis.* 79. *num.* 12. Vulpell. *respons.* 21. *nu.* 3. Personal *de iudic. nu.* 22. In crimine hæresis tenent Bald. *in cons.* 95. *vol.* 1. Boss. *de hæret. nu.* 9. Paris. *cons. nu.* 155. *lib.* 4. Personal. *loc. precit.* Vulpell. *ibid.* In crimine Assassinij firmatur per plures *in decis. Auenion.* 15. In crimine parricidii. Grammat. *voc.* 30. *num.* 2. In crimine sodomiæ. Farinac. *qu.* 30. *num.* 111. In atrocissimis occultis. Personal *de iudic. num* 23. Et generaliter in omnibus atrocibus, & enormissimis. Marsil. *in § diligenter num.* 157. *&* 177. gramm. *vot.* 54. *in fin.* & Peregr. *in cons.* 2. *nu.* 144. *l.* 2. vbi de communi testatur, & respondet ad contraria, & de veriori dicit Caualc. *de testib. p.* 5. *n.* 220.

PRAXIS PROCESSVS.

---

41 Continuando processus compilationem, & connectendo sequentia antecedentibus, præsertim his, quæ posuimus in præcedenti sectione; dico, quod facta priùs Reo citatione ad videndum repeti testes, & eorum iuramenta, ac ad dandum interrogatoria, vbi practicatur, vt per Reum dentur interrogatoria, repetitio fit, vt sequitur, vid.

Forma Repetitionis Testium.

Die... Mens... An... in loco N &c.

Examinatus fuit Perillustr. & Reuerendiss. D. Generalem Vicarium N. Neque, &c. Assistente D. N. Promotore Fiscali eiusdem Curiæ, &c. in cubiculo tali, &c. N de N. testis aliàs pro Curiæ informatione examinatus, qui delato sibi iuramento veritatis dicendæ, prout tactis. &c. iurauit, fuit prius, iuxta interrogatoria data pro parte N. Inquisiti interrogatus, et Primò

Iuxta primum; *Respondit, &c.* & scribitur per Notarium, seù Actuarium causæ vulgari sermone totum id, quod testis respondet, nihil penitùs immutando, prout in superioribus dictum est ad satietatem. Deinde prosequitur eodem ordine, iuxta secundum, iuxta tertium, & sic de reliquis. Absolutis autem Interrogatoriis prædictis continuatur examen, sequenti modo, vid.

Tunc fuit per Dominum interrogatus præfatus N. de N. testis, an ea, quæ alias deposuit in præsenti causa in alio examine per ipsum facto sub die tali.... &c. In loco N. &c. coram, &c. fuerint, & sint vera, illaque pro veritate dixerit, & deposuerit.

Resp. *Signor sì, che quello, ch'io dissi nel mio esame fatto li giorni passati, che non mi ricordo del dì preciso, ma fù del mese N. prossimo decorso, innanzi à V. S. Reuerendiss. nelle sue proprie stanze, è vero, e lo dissi per la verità.*

Et lecto sibi per me de mandato, &c. de verbo ad verbum dicto eius examine alta, & intelligibili voce ad claram ipsius intelligentiam, & per ipsum bene audito, & intellecto, (prout asseruit,) fuit per Dominum.

Interr. *An ea, quæ in præsentiarum legi audiuit, fuerint ab ipso dicta, & deposita eo quo iacent modo, sicque sic ut eius examen, de quo supra mentio facta fuit.*

Respon-

Respondit, *Signor sì, che questo, che m'hauete letto adesso, è il mio medesimo essame fatto giorni sono, e quanto si contiene in esso, è stato detto, e deposto da me nel modo che hò sentito leggere adesso.*

Interrogatus, *an prædictis intendat aliquid addere, vel detrahere, dictumque examen in toto, vel in parte renocare, an verò illud potiùs confirmare, & ratificare pro veritate in omnibus, & per omnia:*

Respondit, *Io non voglio aggiungere, nè sminuire cos'alcuna à detto mio essame, nè quello renocare in parte alcuna: Anzi intendo, e voglio ratificarlo, & approuarlo per vero; sì come per tale l'approuo, e ratifico in tutto, e per tutto.*

Tunc Dominus sedens, &c. examen dimisit, & ipsum testem licentiauit; iniuncto prius eidem, ut se propria manu subscriberet, prout se subscripsit, ut infrà videlicet.

Io N. de N. confermo quanto di sopra, &c.

Vel si scribere ignorauerit, dicatur:

Iniuncto priùs illi, ut propria manu signum crucis apponeret quia scribere nescit, ut asseruit, prout fecit, ut infrà, videlicet.

✠ *Signum crucis propria manu dicti N. de N. testis repetiti, & ratificantis, &c. scribere nescientis, &c.*

N. Vicarius Generalis, vel Iudex, &c.

N. Actuarius, &c.

SECTIO XII.

De Publicatione Processus Defensiui.

SVMMARIVM.

1. *Publicatio in causa defensionum, quando fiat.*
2. *Effectus prædictæ publicationis, qualis.*
3. *Post publicationem istam non ligantur manus Iudicis in totum.*
4. *Percunctatur processus post huiusmodi publicationem defensiuam, ad effectum reprobandi testes Curiæ.*
5. *Iudex ex officio potest hanc publicationem testem examinare, ut primum dictum declaret.*

1 DEmum peractis, & absolutis defensionibus, examinatisque testibus super eis, ad euacuanda indicia contra ipsos Reos in processu existentia, admissisque omnibus iuribus, quæ per illos producuntur ad eorum defensiones pro eneruandis indicijs: super quo multum elaborare debent Aduocati, & Procuratores illorum, ne tempus amittatur in exceptionibus non releuantibus, quæ etiam si probarentur concludenter, adhuc indicia remanerent: elapsoque termino dato ad probandum, seù defendendum, fieri solet in quibusdam Curiis, tam Ecclesiasticis, quam laicalibus publicatio in causa defensionum, siuè ad instantiam Rei, siuè quærelantis, siuè Fisci; cuius forma est similis publicationi processus offensiui, quæ habetur *in sectione 10. num. 79.* mutatis tamen mutandis, vel omissis omittendis; quæ quidem licet non fieret, non viciaretur processus; ex quo regulariter in rubrica defensionum, & exceptionum fuit iam facta instantia publicationem fieri, vt *in eadem section. 10. num. 85. habetur*; terminum concedi ad vberius probandum, terminum ad repulsam, publicationem in repulsa, audiriquue cum Aduocatis super discussionem indiciorum; necnon audiri in omnibus gradatim, & successiuè, &c. Et insuper non est de substantia, quia Acta semper sunt nota Iudici. Clar. *in § fin. qu. 61. in princ.* & Guaz. *in defens. 35 c. 2. n. 1.*

2 Nihilominus si fiat dicta publicatio magnum producit effectum ad Reorum fauorem, quia ipsi Rei possunt producere testes, tam super antiquis, quam super nouis iuribus etiam post dictam publicationem, ad defensam; Fiscus verò, seù Fisco adhærens non possunt ad offensam, nisi super nouis iuribus, & capitulis. Salic. *in l. fin. C. de quæstion. col. vlt.* Marsil. *in prax. crim. § sequens nu. 8.* Carer. *in pract. fol. 627. nu. 128. in fin.* Bos. *de public. process. nu. 3.* Clar. *qu. 61. vers. quæro.* Et dix. *sup. d. sect. 10. nu.* 20. Debet autem fieri dicta publicatio citato Inquisito; vel ipso præsente, & acceptante, & citato quærelante, si adsit. Bald. *in l. gesta, C. de re iudic. col. 2. vers. quare qualiter*; aliàs non valeret.

3 Est bene verum, quod per eam non ligantur manus Iudicis ad agendum ea, quæ ex officio facere debet, & ideo potest gerere multa, etiam post publicationem, vt tradit Bald. *in l. data opera. col. 11. ver. item nota test. C. qui accus. non poss.* Aretin. *in cap. fraternitatis numer. 36. de testib.* Villalob. *in commun. opin. litt. T. numer. 86.* Carauit. *sup. rit. 69. Magnæ Cur. Vic. circa fin.*

4 Facta verò publicatione in causa defensionum, quæ quamuis non sit de substantia processus, *vt diximus supra, & sect. 10. n. 8. vers. fallit in fin.* est tamen expediens, vt fiat publicatio processus defensiui, præsertim si adsit accusator, ad effectum videndi, an voluerit aliquid aliud in contrarium deducere, percunctari solet processus per Aduocatos, & Procuratores Reorum, ad finem videndi, an euacuata sint indicia contra ipsos existentia; & tunc si expediens iudicauerint, petere solent terminum ad reprobandum, seù ad repulsandum testes; qui terminus ad repulsam est omninò concedendus, si petatur, quia est species defensionis, quæ semper competit Reis, etiam post publicationem processus defensiui, vt supra dictum est. Et hac ratione non fit conclusio in caussis criminalibus, quia agitur in eis, vel de vita hominis, vel de alio graui præiudicio ipsius: ideo conueniens est, vt semper se defendere possit. Marsil. *in tract. crim. §. sequens. nu. 1.*

5 Hinc seruatur in practica, vt Iudex possit iterum examinare testes, vt primum dictum declarent, etiam post publicatas attestationes, ex officio tamen, non ad instantiam partis; vt de communi tenent Conrad. *in sua pract. fol. 130. post nu. 37.* Tyndar. *de testib. lib. 1. cap. 1. nu. 1.* Aretin. *in cap. cum clamor col. 2. notab. 2. de test.* Clar. *d. qu. 61. vers. quæro numquid.* & dix. *sup. p. 2. in Pract. Ciuil. sect. 2. subsect. 8. num. 33. & hac ead. p. 4. d. sect. 10. nu. 20. in fin.*

SECTIO XIII.

De Repulsa Testium.

SMMARIVM.

1. *Repulsa testium, si petatur, concedenda est.*
   Repulsa non datur Fisco, & quare?
2. *Non concessa tamen, non fieret nullitas.*
3. *Requisita Repulsæ, quæ?*
4. *Testes reprobatorij, quid deponere debeant?*
5. *Opposita contra testes debent esse in specie.*
6. *Tempus præsens est inspiciendum in Repulsa.*
7. *Crimen oppositum testi probandum est.*
8. *Repulsari possunt testes ex triplici capite.*
9. *Tempus petendi repulsam, quale?*
10. *Terminus repulsæ, qualis?*
    Terminus currit impedito.
11. *Repulsæ repulsa datur, etiam in Criminalibus.*
12. *Repulsa aliquando non conceditur.*
    Testes non integri, quando admittantur.
13. *Repulsa criminalis in Regno Neapolitano, quando fiat.*
14. *Inimicitia, qualis esse debeat, vt possit ex ea repulsari testis.*
15. *Scriptura, quomodo reprobetur.*
16. *Testis aliàs inductus pro se, reprobari aliquando potest.*
17. *Testes omnes repulsandi, aliàs corquari potest.*
18. *Testes ad defensam examinari possunt, etiam post sententiam in criminalibus.*
    Remissoria conceditur etiam pro repulsandis testibus.
19. *Reus protestari debet contra testes in examine.*
20. *Protestari debet reus, quod crimina testium non opponit animo iniuriandi.*
21. *Testes inhabiles reprobari debent per Iudicem ex officio.*
22. *Testes repulsari possunt ex omnibus caussis inhabilitatis.*
23. *Post repulsam, quid agendum.*
24. *Datur etiam alia dilatio, secundum stylum Curiarum Vrbis.*

1 QVoniam, *vt in praeced. sect.* dictum est: quod facta publicatione processus defensiui, & percunctatis Actis per Aduocatos, & Procuratores Reorum, solet aliquando in multis Curijs per Reum instari, & peti Repulsa contra Personas, & dicta testium pro Curia examinatorum, præsertim quando ex defensionibus factis non fuerunt eneruata inditia in totum: ideo de ea agendum nobis erit in præsenti; & sic secundum nostrum solitum plura videnda erunt. Primò, an sit necessariò concedenda. Secundò, qualiter fieri debeat. Tertiò, quot modis fieri possit repulsa. Quartò, quando peti debeat. Quintò, quantus sit terminus ad repulsant. Sextò, an in criminalibus detur repulsa repulsæ sicut in ciuilibus. Septimò, an aliquando deneganda sit repulsa.

Quoad primum notandum est, quod si petatur repulsa per Reum inquisitum, est quidem concedenda, quia est species, & pars principalis defensionis, vt docent Bart. *in extrauag. ad reprimendum. in verb. & figura iudicij*. Menoch. *de arbitrar. lib. 1. qu. 32. nu. 1.* Honded. *consil. 100. nu. 36. vol. 1.* Scaccia *de iudic. lib. 1. c. 97. nu. 91. vers. ex quo est species defens.* Guazz. *defens. 25. cap. 7. nu. 3.* Clar. *in pract. crim. qu. 23. vers. item quaero circa med. & qu. 53 in princ. & per tot.* vbi tradit exceptiones, quæ opponi possunt contra testes. Ex nostris Regnicolis pro regula tradunt Marant. *in spec. aur. par. 6. act. 13. nu. 16. in fin.* Carau. *in Rit. Magnæ Cur. Vic. 144. nu. 8.* Foller. *in Pract. crim. for. fac. 1. par. 2. patens verb. concedatur repulsa num. 1. & 2.* Afflict. *in decis. 351. & in constit. Regni incip. si quis in posterum notab. 10. & in constit. pessimam notab. 6.* Par. de Put. *in tract. de syndicat. verb. tortura vers. & an si quis dixerit col. 2.*

In Curia autem Romana in materia repulsę alio modo proceditur, nam in primis articulis factis pro inquisito in termino ad faciendum suas defensiones, opponuntur etiam exceptiones contra testes. Qui stylus est de directo contrarius illi Regni nostri Neapolitani, vbi non conceditur repulsa in primis articulis: imò dicerentur articuli impertinentes, si reus repulsare vellet ex capite inimicitiæ, vt infertus dicemus *per ritum Magnæ Cur. Vic. Incip. item seruat ipsa Curia, quod exceptionibus*. & aduertit Marant. *in spec. d. act. 13. nu. 8.* & tunc renunciare debet futuræ repulsæ. Carau. *in rit. 282. nu. 2. & 3.* Scagliol. *in rit. 73 nu. 7.* Foller. *vbi sup. nu. 8. & nu. 13.* vbi dicit, quod non obstante Ritu Regni quocumque tempore petatur repulsa testium, conceditur pro defensione Rei. Idem firmat Baiard. *ad Clar. q. 49. n. 40. & 43.*

Sed nota, quod quamuis Reo concedenda sit repulsa, vt supra dictum est, si petatur; Fisco tamen non conceditur contra testes examinatos ad defensionem Rei. Et ratio est, quia Fiscus facit interrogatoria in receptione examinis testium ad defensam, quæ maiorem habent vim, quam repulsa, vt aduertit Carau. *in rit. 258. nu. 3.* Par. de Put. *in tract. syndicat. verb. inquisitio cap. 2. nu. 1. in fin. fol. mihi* 201. sequitur Clar. *in pract. qu. 23.* ibid. Foller. *vbi sup. nu. 2. in fin. vers. tamen non datur Fisco* Scagliol. *in rit. 276 nu 3.* Fallit tamen conclusio, si adesset Accusator, seu Instigator Fisco adhærens, quia tunc daretur ei, & Fisco terminus ad repulsandum testes Rei. Clar. *in d. q. 23. vers. item quaero. ibi: quae tamen ratio*. Foller. Par. de Put. & Scagliol. *in loc. prae.* Honded. *consil. 101. n. 4.*

2 Nota secundò, quod licet repulsa danda sit per Iudicem, si per Reum petatur: si tamen non concederetur: non per hoc fieret nullitas processus: quia etiam testes repulsati sufficiunt ad torturam quamuis non ad condemnationem: & ideo etiam non concessa posset Reus torqueri, existentibus inditiis, & eius confessio valida esset. Gloss. *in l. fin. C. de his quib. vt indig.* Bald. *in l. cunctos populos C. de sum. Trinit. & fid. cathol.* Ludou. *cons. 451. col. 2.* grammatic. *cons. 1. & cons. 33. nu. 44. & in vot. 25. & decis. 11. nu. 9. & decis. 34. nu. 51.* Brun. *de indic. & tortur. col. 3.* Merend. *cons. 90. num. 42. tom. 2. crimin.* vid. latè super hoc Abb. *in cap. cum in iuuentute de probat. & in cap. qualiter, & quando de accusat.* qua confessione postea stante procedi posset ad sententiam, & sententia valeret, quamuis Riminald. Iun. *cons. 361. n. 45. vol. 4.* dicat testes repulsatos, neque ad torturam indicium facere.

3 *Quoad secundum*, qualiter scilicet repulsa fieri debeat, notandum est, quod regulariter continere debet omnes circumstantias, quæ necessariæ sunt accusationi, de quibus *in l. libellorum C. de accusation.* vt tradit Bart. *in l. 3. §. lege Iulia ff. de testib.* Angel. *de malef. in verb. quis stat. termin. ad oppon. contr. prob. in fin.* Roman. *consil. 290.* & Boer. *decis. 321. part. 2.* Bald. *verò in l. edita C. de edend. col. 8. ver. opponitur, & in Auth. si dicatur C. de testib. in fin.* contrarium tenet; prima tamen sententia est magis recepta, & communis.

4 Sed est notandum, quod in repulsa prædicta, quæ fit contra testes criminosos, necessaria sunt plura: Et primo necesse est, vt testes reprobatorii deponant, se non esse criminosos, ita de communi tradit grauat. *dec. 11.* vbi plenè de materia repulsæ, & Rot. *dec. 28. alias 255. de testib. in nouis.*

5 Secundò, quod quando opponitur aliquid contra personas testium, proponatur in specie, non in genere defectus ille, quem obiicere intendit opponens ipse, prout si excipiatur, quod sint periuri, infames, fures, adulteri, Homicidiæ, & similes, specificandus est præcisè locus, tempus delicti, & aliæ circumstantiæ, *vt colligitur ex cap. praesentium §. testes verb. singillatim de test. in 6.* Bald. *in lib. 1. quaest. 2. C. de test.* Lud. Rom. *consil. 290.* gloss. *in cl. in constitutionem ver. circumstantiarum de elect. & in l. surdia.* vbi etiam Bart. & bald. *ff. de legat. 1.* boer. *d. decis. 321. nu. 2.* & grammat. *decis. 24. nu. 49* Foller. *vbi sup. n. 11. in fin.* Caualcan. *de testib. par. 4 nu. 22.* Cæuall. *com. contr. commun. q. 162.* vbi latè Addent. guazz. *defens. 28. cap 8. nu 2.* & Alii apud illos.

6 Tertiò opponi debet exceptio respiciens tempus pręsens, præsertim tempus testimonii lati, non tempus præteritum, quia si pars contraria probaret bonam famam testium de pręsenti, licet de præterito fuerint infames, repulsa nihil obstaret Socein. *cons. 54. col. 2. vers. item, & tertio*. Ann. *consil. 309.* Et præsertim referenda erit ad tempus iuramenti, quod tempus consideratur, vt testes repulsari possint. *l. 1.* & ibi bart. *de testam. l. si arbiter C. de sentent. l. ad testium §. conditione C. qui testamenti fac. poss.* Baiard. *ad Clar. quaest. 84. sup num. 80.* Guaz. *loc. cit. num. 5.* Sed tamen quando opponeretur de præterita criminositate testium, & pars aduersa non probaret bonam famam de presenti, valeret repulsa ex communi regula; *semel malus semper praesumitur malus cap. semel. de reg. iur. in 6. cap. scribam de praesumpt. l. filius §. 1.* vbi Bart. *ff. de accusat.* Item ex alia, quæ dicit; quod *olim criminosus, praesumitur, & hodie criminosus. l. quisquis C. ad leg. Iul. maiest.* Sed quando probaretur de bona fama præsenti, non procederet, quod dictum est. Felin. *in cap. fin. nu. 15. vers. fallit quarto de praesumption.* vid. Farinac. *in q. 62. limit. 12. nu. 266. & seqq.* vbi ponit sex conclusiones in hoc articulo.

7 Quartò requiritur, quod excipiens contra testes, habeat in promptu probationes criminum oppositorum; quia si non probaret, teneretur actione iniuriarum; vt de communi testatur bols. *de iniur. nu. 21.* dicet enim regulariter opponens alicui crimen in iudicio, siuè agendo, siuè excipiendo, si illud probet, non teneatur, vt tradunt omnes DD. de quibus boer *cons. 4. n. 37.* attamen si illud non probet, tenetur. Idem *dict. n. 37. in fin.* etiam si excipiendo proponatur.

8 *Quoad tertium*, nimirum quot modis repulsa fieri possit, notandum est, quod ex triplici capite potest contra testes opponi exceptio. Primò, ex persona ipsorum testium. Secundò, ex ipsorum testimonio non legitimè recepto. & Tertiò, ex eorum dicto non concludenter deposito. Primum igitur caput personas respicit testium, vt si dicatur fuisse inhabiles ad examen ferendum, quia sunt infames, periuri, & similes, qui repelluntur à testimonio ferendo, de quibus latè egimus *sup. sect. 4. de test. à nu. 1. vsque ad num. 54.* ideo ad ibi dicta me remitto. Vnum tantum subdam hic, quod excipiens, verbi gratia, quod testis sit infamis, non tenetur probare, illum communi omnium opinione reputatum esse pro tali; sed sufficit probare esse infamem ex tali vel tali causa Alex. *cons. 152. n. 16. l. 5.* Crottus *de test. n. 4. in fin.* quamuis contrarium teneat bart *in l. 1. nu. 4. C. de test. nu.* & Iason. ibid. & Abb. Io. Andr. ac Butr. *in cap. fraternitatis de testib.* Sed magis communis opinio DD. admittit sententiam Alex. & Crot.

Secundum Caput respicit processum potius, quam personas, quia fortè testes minus legitime recepti fuerunt, vnde eorum testimonia corruunt, prout si deposuerunt sine iuramento, vel non seruatis solemnitatibus, de quibus plene agit Clar. *in l. 2. § testes;* Et ego dixi in superibus. Vel quia licet legitimè examinati, non tamen fuerunt repetiti, & sic non probant, *vt dix. sup. sect. 11. in princ.*

Tertium caput respicit dicta, & depositiones ipsorum testium, peia quia sunt falsi, varii, contrarii, singulares, non concludenter, & huiusmodi, quibus etiam dix. *in d. sect.* 4. Et

quæ

quæ opponi, vel non opponi possunt contra testes; vltra dicta *in d.sect.4.* vide Angel.*in tr.de malef. ver. qui iuxta term.ad oppo.* vbi fusè, & Clar.*in § fin.q.53.per tot.*

9 *Quoad quartum*, scilicet quando repulsa peti debeat, notandum est, quod secundum Aliquos petenda est intra decem dies numerandos à die consignationis copiarum processus, vt fit in ciuilibus, præsertim in Curiis Regni Neapolitani *per Ritum Magnæ Cur. Vicar. incip. item quod facta*, vt aduertit Foller. *loc. pract. nu.13.* sed communiter seruari vidi contrarium, & bene, quia agitur de vita hominis, vt plurimum, in criminalibus, & propterea etiam posteà concedenda erit, si petatur, maximè si in rubrica defensionum, & exceptionum fuit petita, vt fieri solet.

10 *Quoad quintum*, nimirum quantus sit terminus ad repulsam in criminalibus, notandum erit, quod regulariter est medietas primi termini dati ad defensam, ad exemplum causarum ciuilium, in quibus terminus repulsæ est medietas termini probatorij, de quo vide, quæ dixi *in Pract. Ciuil. sub. part.2. sect.2. subsect.9.* & in Regno est *Pragm. incip. cursu dilationum*.

Et licet dictus terminus in Curiis eiusdem Regni *per prææallegatum Rit. Item, quod facta* currat de momento ad momentum, quia repulsa est odiosa, & sic testes debent citari, iurare, & examinari intra terminum, alias vltra illum non examinantur: hoc tamen locum non habet, quando quis legitima causa impeditus non potuit testes examinari facere; prout si Iudex noluit, vel non potuit illos examinare; vel si testes renuerunt examini se subiicere, & per Reum fuit institum, vt cogerentur captis pignoribus; vel ex alia iusta causa, quia tunc per ipsum non stetit, quominus examinarentur, & sic terminus currere non debet in eius præiudicium, sine sua culpa, sed est ei restituendus, *per tex.in l.de quibus diebus in princ.ff.de condit.& de monstr.* & probatur *in prac.rit.in fin.*

11 *Quoad quintum*, an scilicet in criminalibus detur repulsa repulsæ, sicut in ciuilibus, notandum est, quod sicut datur reo inquisito repulsa, ad effectum se defendendi, & reprobandi testes, & dicta eorum: ita conceditur Accusatori aduersus testes examinatos ad defensionem Rei; æque ac fieri solet in causis ciuilibus, in quibus post repulsam datam Reo conuento, conceditur repulsa repulsæ Actori, vt possit reprobare testes Rei examinatos ad reprobationes testium ipsius Actoris, de quibus ego ipse egi suprà *in Practic. ciuil. part.2. sect.2. d. subsect.5. & 10.* Et ita seruatur in Curiis Regni Neapolitani, *vt habetur in cap. Regni incip. in generalibus inquisitionibus*, & tradit Marant.*in spec. d.act.13.nu.1.in fin.* & non amplius, ne detur processus in Infinitum. Bursat.*cons.358.nu.21.vol.1.* Foller.*vbi sup.d. verb.concedatur repulsa n.11.* & Par.de Put.*in tract. de syndicat. ver. inquisitio in versic. & aduerte*, vbi etiam aduertit, quod licet detur Accusatori, non tamen datur Fisco, si procedatur per inquisitionem. Quæ quidem Praxis seruatur etiam in multis aliis Curiis extra Regnum, & meritò ex optima ratione, supra adducta *n.1.*

12 *Quoad sextum*, an scilicet aliquando denegari possit repulsa, notandum est, quod in multis casibus non conceditur. Quorum.

Primus est, In crimine læsæ Maiestatis Diuinæ, idest hæresis, & in crimine læsæ Maiestatis humanæ, idest perduellionis, nam in his non conceditur, nisi ex capite inimicitiæ tantum, non ex alia causa. *cap. per tuas de simon. cap. cum P. Manconella de accus. arg l.famosi, & in l.in quæstionibus*, & ibi Bart.*ff.ad leg. Iul. maiest.* Par. de Put. *de syndicat. in verb. condemnatio vers. an potestas col.3.* Io. Arnon. *in commentarijs commentar.136.*

Et ratio est, quia in dictis criminibus admittuntur omnes testes, etiam si sint socii, criminis, *vt in l.1.§ diuus ff. de quæst.l. quoniam liberi C. de testib.* Item etiam si sint minores, infames, aut alias inhabiles, & eorum dicta legitimum faciunt inditium. Bart.*in l.famosi ff.ad leg. Iul. Maiest.* Alex.*cons.15.incip.circa primum col.2.vol.1.* Mai fil. *cons.1.num.27. cum plur. seqq.lib.1.* vbi late de hoc.

Secundus casus est; In crimine blasphemiæ, In hoc enim neque concedi solet repulsa ex alio capite, quam ex prædicto capite inimicitiæ *arg.d.l.famosi,& l.in quæstionibus.ff.ad leg.Iul.Maiest.* & aduertit Bart *ibid.* Par. de Put.*loc.cit.* Grammat.*cons.55.n.12.* & plene Boer. *dec.301.p.2.* Quia hoc crimen æquiparatur crimini hæresis, et perduellionis, vt alibi dixi.

13 Sunt tamen in huiusmodi materia repulsæ criminalis aduertenda quædam necessaria. Quorum Primum est, quod in tribunalibus Regni nostri Neapolitani opponi non possunt exceptiones repulsatoriæ testium in termino dato ad faciendas defensiones, nisi ex causa inimicitiæ capitalis, *vt habetur in Rit. Magnæ Cur. Vicar. incip. Item seruat ipsa Curia, quod in exceptionibus*, vel nisi Reus inquisitus renunciauerit futuræ repulsæ, & ita pluries practicari vidi in multis Curiis eiusdem Regni.

Quando autem fit repulsa ex capite inimicitiæ, fieri debet in specie, non in genere, vt notat Iason.*in l.1.C.de test.an.* vbi plene.

14 Quæ vero inimicitia repellat testem à testimonio ferendo, et quæ non, ad effectum illum repulsandi, arbitrio Iudicis remittitur. Abb. *in cap. repellantur de accusation* per text. *in cap. inquisitionis §. an fides eod. tit.* In quo aduertat Iudex, an causa inimicitiæ sit affectata per inquisitum, ad finem repulsandi, vel an proueniat ex causa graui, vel leui, et sic de aliis circumstantiis; vt tradit gloss. *in lib.3. ff de test. per text. in §. si vero quis dicat. Authent. de test. & lib.1.§. quæstionum. ff. de quæst.*

Sed quæritur, an sit iusta causa inimicitiæ, & repulsandi testem, quia alias contra eumdem Inquisitum in causa criminali deposuit?

Respondetur, cum distinctione: Aut enim idem testis venit sponte ad ferendum testimonium contra eumdem Reum repulsantem; et præsumitur inimicus, ac consequenter repulsari potest; Aut fuit coactus per Iudicem ad ferendum nouum testimonium contra eumdem Reum; et tunc repulsari non potest ex capite prædicto, ita Abb.*in cap.cum P. Manconella in fin. & in cap.meminimus, de accusation.* Dicunt tamen contrarium multi DD.*in cap.per tuas de simon.* Bart.*in l.in quæstionibus ff. ad leg. Iul. Maiest.* et Arnon.*in commentar.136.* quod testis repulsari potest, etiam ex præsumpta inimicitia.

15 Secundò aduertendum est, quod repulsa non conceditur regulariter cõtra scripturas, sed bene allegari potest, quod sint falsæ, de quo in Regno extat Ritus *Magnæ Curiæ Vicar. incip. Item seruat. dicta Curia non concedere.* Marant.*d. act.13.n.10.* Foller. *d.verb. concedatur repulsa nu 11.* Afflict. *decis.115.* Capic. *decis.68.* Scagliol.*in rit.276.n.54.*

16 Tertiò aduertendum est, quod testis productus ab aliquo in alia, vel in eadem causa pro se, si postea inducatur à Fisco, vel Accusatore contra primò producentem, regulariter repulsari non potest, sed fallit conclusio si ex noua causa reprobare voluerit, puta ex familiaritate, vel consanguinitate contracta cum parte offensa, vel ex subornatione per Fiscum, vel ratione criminis; vel ratione sui dicti, probando factum aliter se habere; vel probando illum falsum; non verò ratione infamiæ ciuilis, vt tradit Innoc. *in cap. cum venerabilis de except. num.7.* Bald. *in Margarit. verb. testis.* Et hæc a fortiori procedunt, quando sunt diuersæ causæ, vel capita, super quibus talis testis deponit ad instantiam inquisiti, et Fisci DD. *cit.* et Salicet.*in l.si quis testibus C.de testam.* Capic. *dec.62.* et plenè Boer. *dec 245.*

17 Quartò aduertendum est, quod repulsandi sunt omnes testes deponentes contra Reum; tam si deposuerunt de visu; quam si de fama; alias si Reus solùm repulsauerit deponentes de visu, et non deponentes de fama; potest contra eum procedi ad torturam, quia adhuc remanent illæsa inditia pro Fisco contra eum, vt ex Butr. notat Alber. *in l.1.§.eiusdem ff. de testib.* sequitur Calc. *in cons.105. col. pen.* et grammat. *dec.34. num.54.*

18 Sed quæritur, an in repulsa, quæ fit in criminalibus, prohibitum sit Reo articulanti ponere idem in articulis repulsæ, quod fuit positum, et articulatum in primis articulis, si fuerint aliàs facti, vel idem, aut de directo contrarium articulis partis aduersæ?

Respondetur negatiue, quia quamuis hoc non liceat facere in ciuilibus, in criminalibus tamen licet, etiam post sententiam, examinare testes ad defensam, tam super nouis, quam super veteribus iuribus, *vt dictum est sup. sect.12. num.2.* secus ad offensam, quia post publicationem non licet examinare testes super eisdem, vel de directo contrariis, sub specie repulsæ, quia esset fraudem facere legibus, si per accusatorem poneretur idem, vel de directo contrarium: *vt colligitur ex c. praeterea*, vbi gloss. *de testib.* Hinc fit, quod si Caius

repul-

repulsauerit testes à Titio productos, poterit Titius repulsare Testes repulsatorios Caij, & approbare suos per eosdem articulos Caij, vel de directo contrarios. Capic. *decis.* 62. Et nota, quod ad Rei defensionem pro repulsandis testibus conceditur etiam Remissorias, vt aliàs dix. & notat Bajard. *ad Clar. quæstion.* 16. *numer.* 52., Farinac. *quæstion.* 77. *numer.* 514 Guazz. *defens.* 15. *capitul.* 1. *numer.* 11. *& defens.* 28. *cap.* 50. *num.* 5.

19 Quintò aduertendum est, quod inquisitus, ad cuius faciem examinantur, vel confrontantur testes: vel si citatur ad videndum iuramenta testium, quando repetuntur, protestari debet contra personas, & dicta testium, ne videatur in illos consentire: & præcludatur ei via repulsandi. Salicet. *in l. si quis de testibus C. de testib.* Quod & aduertere debet, dum examinantur, & interrogatur de testibus contra se examinatis, vt numquam illos approbet, quia non posset postea repulsare. Bald. *consil.* 316. *incip. præsupposita statuto vol.* 4. Boer. *dec.* 321. *in fin. par.* 2. Ideo expedit ei semper se protestari contra eos, vt liberum sit illi quandocumque repulsare, tam quoad personas, quam quoad eorum dicta, etiam si deponant de visu, possit eos reprobare, probando in repulsa negatiuam coarctatam loco, & tempore, & aliis modis, de quibus dictum est *sup. sect.* 10. *per tot.* ita tradunt Salicet. & Capic. *loc. citat.* Quòd si, dum examinatur inquisitus, approbauerit testes, & non protestatus fuerit contra illos ex capite ignorantiæ, poterit nihilominus postea repulsare, probata ignorantia, Boer. *d. decis.* 321. *&* 101. *n.* 52. *p.* 2.

20 Quando verò per inquisitum opponuntur aliquæ exceptiones contra testes, expedit quidem, vt præmittat protestationem, quod id, quod ponit, & excipit aduersus testes contra se examinatos, non est animo iniurandi: sed pro defensione sua, & pro tuitione suorum iurium, & non aliter, nec alio modo, vt aduertunt Bart. *in l. cum ff. de iniur.* Roman. *in l. fin. ff quod quisque iur.* plenè Boer. *decis* 245. *in fin. p.* 2.

21 Sextò aduertendum est, quod Iudex, ex officio tenetur reprobare testes inhabiles ad testimonium ferendum: etiam si inquisitus non repulsauerit per repulsam ordinariam, dummodo constet ex eisdem actis de eorum inhabilitate, prout si testes ipsi in eorum depositionibus dixerint, se esse familiares, vel cósanguineos accusatoris, vel fuisse ex aliquo delicto graui punitos, vel infames, & huiusmodi; quia tunc nó facerent probationem ad condemnandum sufficientem Bart. & Marsil. *in l. maritus ff. de quæstion.* Laur. Calcagn. *in cons.* 64. *num.* 16. vid. Felin. *in cap. insinuante, de testib.* & Butr. *in cap. bona. col.* 6. *de elect. & in cum dilectus col.* 10. *de consuet.* vbi dicit hoc procedere in testibus omninò inhabilibus, prout sunt infames, hæretici, & similes; secus si non essent omninò inhabiles: qui tacito, vel expresso consensu habilitari possunt prout sunt Proxenetæ, domestici, vel consanguinei partis aduersæ, & similes. Tù verò cogita; & cogita; mihi tamen magis placet opinio Bartoli, & Marsili. *vt supra.*

22 Septimò aduertendum est, quod testes in repulsa reprobari possunt ex omnibus illis capitibus, ex quibus sunt inhabiles ad testimonium ferendum in iudicio, *de quibus dixi sup. sect.* 4. *ferè per tot.* Hinc est, quod laici deponentes contra clericos repulsari possunt, *cap. de cætero. de testib.* vbi Abb. limitat pluribus modis, scilicet in criminibus notorijs; Item in his, in quibus non erant clerici; Item quod sufficiant ad inquirendum, & inditium faciendum, non autem ad plenam probationem & ad condemnandum. Imò in materia repulsæ testes reprobatorii repelluntur, non solum propter exceptiones graues, vrgentes, & magnas; sed etiam propter quemcumque leuissimum defectum, vel minimam exceptionem. Gramm. *cons.* 12. *num.* 35. *& consil.* 32 *numer.* 10. Petr. de Surd. *consil.* 132. *n.* 44. *volum.* 1. Farinac. *consil.* 44. *n.* 8. vbi dicit, quod testes reprobatorii esse debent sine vlla prorsùs macula, & in superlatiuo gradu inculpabiles.

23 Tandem aduertendum erit, quod de stylo communi ferè omnium Curiarum, præsertim Regn. Neapolitani facta repulsa testium, fit publicatio in causa repulsæ: & si accusator, vel alio modo pars aduersa petierit terminum ad reprobandum testes repulsatorios, conceditur, & sic danda esset repulsa repulsæ, vt fit in causis ciuilibus: sed tamen in his terminis concedendis standum erit stylo Curiarum, & consuetudinibus locorum: vbi autem concederentur repulsa repulsæ, seruatur sicut in causis ciuilibus de quibus dixit *in Pract. Eran. Vicar. Caroli Pellegr. Par. IV. mea Ciuil. p.* 2. *sect.* 2. *d. subsection.* 9. *&* 10. vbi habentur iterum decreta necessaria pro facienda repulsa, & pro publicatione eiusdem: quæ mutatis paucis verbis deseruire possunt etiam in criminalibus, ideo ad ibi posita me remitto. Vnde facta publicatione etiam in repulsa repulsæ, vt fit in ciuilibus: conceditur terminus ad pereunctandum acta, & processum: quo elapso citari solet Reus inquisitus, & eius procurator, ad discutiendum inditia, & ad dicendum causam, quare non debeat ex inditiis contra se existentibus torqueri: quæ citatio fieri debet cum assignatione termini competentis, vt colligitur ex traditis *in l. custodiat.* vbi Bart. *& DD. ff. de public. iudic.* & in Regni Tribunalibus hæc citatio semper fit in criminalibus, sicut in ciuilibus, in quibus datur terminus quindecim dierum, vt habetur *in Rit. Magnæ Cur. Vicar. Incip. item facta publicatione dicta repulsa*, nam si citatio ad dicendum fit in ciuilibus, cur non facienda erit in criminalibus causis, in quibus vt plurimum agitur de vita hominis? Est benè verum, quod si hæc citatio non fieret, nec audirentur Aduocati, & Procuratores, antequam reus torturæ esset applicandus, & tamen tortus delictum confiteretur: non per hoc confessio ipsius inualidaretur, vt tradit Bart. *in d. l. custodias* argum. eorum, quæ not. *in l.* 1. *C. de fructons. contr. Fisc. lat. retract.*

24 Est autem notandum, quod de stylo Romanæ Curiæ dari solet alter terminus ad producendum omnia: & similiter alius ad dicendum contra producta, quibus terminis seruatis, & elapsi proceditur ad vlteriora, & successiuè ad sententiam, vel condemnatoriam, vel absolutoriam.

Verù nquia aliquando ex defensiunibus, etiam in repulsæ termino per Reos factis, non remanent omninò eneruata, & elisa inditia contra ipsos existentia, sed adhuc salua, & illæsa permanent; Vnde deueniendum erit ad torturam pro veritate omninò eruenda: ideo de illa agendum erit in sequenti Sectione, ne quidquam huic tractatui desit, quod ad perfectam iustitiam in criminalibus ministrandam, necessarium iudicatur.

SECTIO XIV.

De Tortura Reorum.

SVMMARIVM.

1 *Tortura, cui infligenda?*
2 *Tortura descripta.*
3 *Clerici torqueri possunt.*
4 *Presbyteri, an torqueri valeant.*
5 *Clerici leuiter torquendi.*
6 *Torturæ modus vbi præscribatur.*
Ius ciuile seruatur, quando per Ius Canonicum non est correctum.
7 *Tempus torturæ communiter est vnius horæ.*
8 *Clerici à quo ministro torquendi, numquid à Laico?*
9 *Probatur conclusio exemplo Moysis.*
10 *Laicus minister torquens Clericum, non excommunicatur.*
11 *Gradus torturæ, quot?*
12 *Tortura inferri nequit, absque inditiis.*
13 *Indicia ad torturam, qualia esse debeant?*
14 *Tortura iustè inferenda, alias Iudex puniretur.*
15 *Requisita ad torturam, quæ?*
16 *Tortura inferri non potest, quando delictum est plenè probatum.*
17 *Infertur tamen ad effectum manifestandi complices, etiam si plenè constet de delicto.*
18 *Quando torquetur Reus, cuius delictum plenè probatum est, ad manifestandum complices, fit protestatio sine præiudicio probati criminis.*
19 *Tortura est remedium subsidiarium.*
20 *Tortura non infertur sine corpore delicti.*
21 *Personæ priuilegiatæ torqueri nequeunt.*
22 *Indicia legitima ad torturam, in quocumque crimine requiruntur.*
23 *Copia indiciorum danda est Reo ante torturam.*
24 *Indicia ad torturam non debent esse eneruata per Reum.*

25 *Litis contestatio procedere debet torturam.*
26 *Instantia ad torquendum, an requiratur?*
27 *Iuramentum calumniæ ante torturam, quando requiratur.*
28 *Iudex torquens merum imperium habere debet.*
29 *Interlocutio, quod Reus torqueatur, est necessaria.*
30 *Tortura, in quibus diebus inferri debeat.*
31 *Aduocati Rei audiendi sunt ante torturam.*
32 *Tortura non infertur ad corpus delicti manifestandum.*
33 *Minor, quomodo torquendus.*
34 *Torquendus esse debet sanus, & integer corpore.*
35 *Torquendus debet esse ieiunus per 10. horas.*
36 *Torquendi inspiciendi sunt ante torturam, & quare?*
37 *Clerici torqueri nequeunt non præcedente infamia.*
38 *Personæ, quæ de Iure torqueri non possunt quæ?*
Doctores non torquentur in statu Mediolanensi.
39 *Dignitatem aliquam obtinens neque torquetur.*
40 *Milites de Iure neque torquentur, seu declaratur.*
41 *Nobiles de Iure torqueri neque possunt, sed de consuetudine aliter seruatur.*
42 *Decuriones neque de Iure, sed secus de consuetudine.*
43 *Minore 14. annis neque regulariter.*
44 *Senes decrepiti neque torquentur.*
45 *Mulier pregnans, ac lactans neque.*
Signa pregnantiæ, quæ?
46 *Torqueri omnes possunt Regulariter, nisi expressè in Iure prohibitum non sit de aliquo.*
47 *Iudex dubitans, an torturam inferre possit, quid facere debeat.*
48 *A tortura Decreto, appellari an semper liceat.*
Appellatio à tortura, an detur.
49 *Decretum torquendo, quando interponendum, ne ab illo appellari possit.*
50 *Reus, qui non habuit terminum defensionum, antequam torqueatur, petere potest copiam inditiorum.*
51 *Quando plures sunt torquendi, à quo incipi debeat?*
52 *Physonomia mala alicuius indicat malos mores*
Nomen turpe præstat inditium malum.
53 *Tortura, an inferre possit die festiuo.*
54 *Dum Reus torquetur, non intersunt Aduocati, & Procuratores illius de consuetudine.*
55 *Tortura inferenda est iuxta morem Regionis; alias Iudex punietur.*
56 *Tortus in tortura moriens, præsumitur mortuus culpa Iudicis modum excedentis.*
57 *Tortura non inferenda, nisi post decem horas comestionis Rei.*
58 *Torturæ, qualiter inferatur.*
59 *Suggestiua interrogatio omninò vitanda in Tortura.*
60 *Actus omnes Rei torti scribendi sunt.*
61 *Maleficia Reorum, ne veritatem fateantur, quid causent in tortura.*
62 *Remedia multa contra dicta maleficia Doctores quidam enumerant.*
63 *Remedia prodicta sex ponuntur ex potioribus.*
64 *Diabolus etiam naturaliter effectum remediorum causare solet aliquando.*
65 *Negans delictum absolui debet regulariter.*
66 *Ratificatio confessionis in tortura, quomodo, & quando fieri debeat.*
67 *Ratificatio confessionis in tortura fit die sequenti, ne videatur facta metu tormentorum.*
68 *Ratificationis locus, qualis esse debeat?*
69 *Antequam Reus tortus ratificet, vbi ponendus sit?*
70 *Confessio metu tormentorum facta, quando dicatur?*
71 *Post ratificationem dari debet Reo terminus ad se defendendum.*
72 *Reus confessus interrogari potest, quare delictum commiserit.*
73 *Interrogari etiam potest de alijs delictis, si sit suspitio, quod ipse commiserit.*
74 *Interrogatur quoque de socijs criminum.*
75 *Ratificatio qualiter fiat: & quando facta censeatur.*
76 *Casus, in quibus ratificatio non est necessaria.*
77 *Reus confessus ratificare renuens, iterum torquetur.*
78 *Tortura ter inferri potest Reo confesso ratificare nolenti, non amplius.*
79 *Torturæ repetitio, quando Reus negauit est in arbitraria.*
80 *Tortura repetita solet esse magis lenis.*
81 *Arbitrarium Iudicis regulatur à Iure in materia torturæ.*
82 *Repetitio torturæ non in omnibus casibus licet.*
Confessio indebitè torti est nulla.
83 *Tortura inferenda, forma, qualis? cum Decreto.*
84 *Annotatio verborum, & actuum Rei torti qualiter formatur.*
85 *Depositionis Rei torti a tortura Decretum.*
86 *Torturæ finis forma.*
87 *Forma describendi actus Rei in tortura deficientis.*
88 *Forma adhibendi Medicos, dum tortus deficit in tortura.*
Medici relatio prædicto casu, qualiter formanda.
89 *Torturæ prolequutionis Decretum, si defectus torti fuit fictus.*
90 *Decretum desistendi à tortura pro tunc.*
91 *Ratificationis confessionis in tortura forma.*
92 *Torturæ pro vlteriori veritate forma, & decretum, cum protestatione.*
93 *Si tortus negauerit, etiam delictum iam confessum prius quid agendum.*
94 *Idem ferè ordo seruatur in condemnatis in contumacia.*
95 *Si sic tortus fateatur aliqua delicta, ratificatio confessionis necessaria erit.*

1 ABsolutis omnibus dilationibus, & terminis concessis Reis per Iudicem, tam de Iure communi, quam de stylo Curiarum, & consuetudine locorum, de quibus dictum est in fine præcedentis sectionis, si ipsi Rei nihil, vel quid non releuans deduxerint in termino ad faciendum suas defensiones, & non obstante repulsa, ac alijs dilationibus, seù terminis de benignitate, & æquitate Iudicis ipsis concessis, adhuc suspiciones, & inditia ex processu contra eos resultantia, illæsa permanent; & probationes non sunt adeo claræ, & apertæ, vt per eas deueniri possit ad sententiam condemnatoriam, cũ in criminalibus, *vt dixi sup. sect. 11. num. 33.* Luce meridiana clariores esse debeant: Neque ad sententiam absolutoriam, quia vrgent inditia, Necessariò ad finem eruendi veritatem, deueniendum est ad tormenta contra eosdem Reus; vt tradunt communiter DD. Scapp. *de iure non scrip. lib. 5. cap. 109. numer.* 20 Personal. *in tract. de indit. & tortur. num.* 11. & Alij; meritò in præsenti sectione agendum duxi de tortura Reis infligenda. Licet enim plura dentur genera tormentorum ad veritatem eruendam; quia tamen torturam tantum in Curijs Ecclesiasticis frequens, & in vsu est, cum aliæ species tormentorum ad Iudices laicos pertineant, de ista tantum quædam necessaria, iuxta solitum examinabimus. Et Primò quid sit tortura. Secundò. An Clerici torqueri possint. Tertiò, A quo torquendi, num à laicis, vel ab alijs clericis. Quartò. Quot sint gradus tormenti torturæ. Quintò. An possit inferri tortura, non præcedentibus inditijs Sextò. An à decreto torquendo appellari possit Septimò quid agendum, dum Reus torquetur.

2 *Quoad primum*, notandum est, quod tortura nihil aliud est, quam inquisitio, & indagatio veritatis per tormentum corporis, & cordis dolorum, vt colligitur. *ex l. item apud labeonem, § quæst. ff. de iniur. & l. 1. § quæstionem. ff. ad sillonian. & l. 1. in fin. C. de iuram. calum.* Vel est cruciatus corporis ad eruendam veritatem repertus. Abb. *in cap. cum inter de reg. iur.* Marsil. *in rubr. ff. de qu.* vbi latè. Gandin. *in tract. de malef. rubr. de quæst. in princ.* Grilland. *in tract. de torment. numero* 3. Caball. *in Consist. Mediol. lib. 4. cap. 24. litt. A. num.* 1. Sebast. Medic. *in tr. de diffinit. p. 2. fol* 182. *n.* 2. Ista autem tortura quę hodie est magis in vsu in Iure dicitur quæstio, *vt in tit. Dig. & C. de qu.* & fit per applicationem Rei inquisiti ad funem; Videlicet ducitur Reus ad locum torturæ, despoliatus vestibus, ponuntur manus post terga magna cũ diligentia, itaut partes superiores manuum simul iungantur; ligantur postea cum quadam subtili funicula in pulsibus, apertis interim digitis simul; auriculari cum auriculari; anulari cum anulari; medio cum medio; indice cum indice; & pollice cum pollice vtriusque manus.

manus, & ministri iustitiæ artis torquendi peritiam habentes ligant prædictos digitos diligentissime, ne damnum patiatur torquendus, accommodando tali modo, vt iunctura digitorum æqualiter ligatæ existant, postea ligatur in eodem loco, idest in ligatura pulsuum cum corda grandiori, & sic eleuatur in aera per duos, tres, vel quatuor passus supra terram, pendendo totum corpus ex brachijs. ita retortis post terga in fune ligatus Huiusmodi tortura dicitur regina tormentorum, & hodie est magis in vsu. Modus autem taliter torquendi inuentus fuit à Iure Ciuili, vt testatur Burtar. *cons. 201. n. 203. vers. & si quispiam vol. 2.* & dicitur licitus, vt colligitur *ex l. nullus. C. ad leg. Iul. Maiest.* & à consuetudine approbatus, vt post Brun. *de indic.* testantur Clar. *in Pr. cr. q 64. vers. debet igitur Iudex* & Farinac. *q. 38. n. 61.* Caualc. *de brach. reg. p. 2. nu. 57.* & tortura appellatur communiter per DD Regina tormentorum; quamuis sæculares Iudices alii tormentorum generibus vtantur, per quæ multi Innocentes maximum ex illis dolorem sentientes, nec ferre valentes, confitentur crimina, de quibus interrogantur, quæ numquam commiserunt; eligentes potiùs semel mori, quam illam continuatam fere mortem per aliquot horas in doloribus acerbissimis permanentes sustinere. Ideo Christiani Iudices, ne tam inhumaniter in Reos sæuiant, sed recordentur, se esse baptismo insignitos, & lege Christi imbutos, quę in benignitate, & pietate firmata est, de quo aliàs supra alia occasione dix. In iure non reperitur aliud tormentum, quam istud, quod chorda infertur; *vt in l. nullus C. ad leg. Iul. maiest.* & aduertit Bonif. *in tit. qua deb. praced. tort.* In hoc tormento obseruatum est, quod tortus maiorem dolorem sentit, quando chorda est subtilis, quam quando est grossa, vt dicit etiam Salicet. *in d. l. nullus.* & Par. de Put. *in tract. syndicat. verb. tortura n. 3. vers. de repetitione.*

3 *Quoad secundum*, An scilicet Clerici torqueri possint, notandum erit, quod concluditur affirmatiue per text. *in c. illi, qui. 5. qu. 5.* vbi Gloss. & DD. *& in c. fraternitatis 12. qu. 2. & in cap. 1. 23. qu. 5 & ibid.* Gloss. & DD. præsertim Præposit. *in d. capit. fraternitatis, & in summ. 45. dist. & cap. fin. 35. dist.* Abb. *in cap. post cessionem, & in capit. cum in contemplatione, per illos text. de regul. iur.* Felin. *in cap. veniens 2. col. fin. ver. nota. de testibus, & in cap. vniuersitatis. de sent. excommun.* vbi de communi testatur. Villalob. *in collect. commun. opinion. C. numer. 86.* Viuius *in libr. commun. opin. in verb. Clerici non possunt*, Clar. *libr. 5. §. fin. Pract. crim. quæstion. 64. vers. sed in clerici* Boss. *in tit. de indic. numer. 35.* & Alii communiter.

Quod quidem procedit, vt non solum torqueri possint Clerici pro delictu ad veritatem fatendam, verum etiam quando agitur ad testimonio ferendo, vt habetur *in d. c. ille, qui 5. qu. 5.* & ibi Gloss. & Ego dixi sup. *sect. 5. n. 40.*

4 Secundò ampliatur, vt locum habeat, etiam in presbyteris, nam & ipsi torqueri possunt, sicut clerici in minoribus, vt de communi dicit Abb. *in d. c. cum in contemplatione. post n. 6 de reg. iur.* Diaz. *in prima impress. sua Pract. crim canon. capit. 17. num. 1.* cum in alia impressione liber sit multum alteratus. Boss. *de indic. nu. 103.* Par. de Put. *de syndicat. fol. 474. capit. 3. post num. 7.* Viuius *ubi sup.* & Aliì. Neque obstat doctrina Bartoli *in l. ex libero. in princ. ff. de quæstion.* vbi tenet de Iure Canonico presbyteros torqueri non posse. Nam respondetur eius dictum procedere, vt torqueri nequeant à Iudicibus laicis, sed bene possunt torqueri à suo Iudice Ecclesiastico, vt communiter asserunt DD. Capic. *dec. 142.* & ita seruatur in Practica. *vt dix. in d. sect. 5. n. 40.*

5 Est bene verum, quod Clerici non sunt adeo acriter torquendi, sicut laici: nam aliqua debet esse differentia inter illos, & in hoc etiam sunt priuilegiati, Abb. *in d. cap. cum in contemplatione. post num. 6 de reg. iur.* quem sequitur Diaz. *in d. capit. 117. post numer. 5. præsertim n. 13.* Præposit. *in dict. cap. illi, qui. 5. q. 5.* vbi dicit non valere consuetudinem in contrarium. & idem dicit Archidiac. *ibid.* Viu. *loc. præcit.* Quod quidem intelligendum est, quantum ad tempus, non quoad modum, & qualitatem simplicibus torturæ, quæ eadem est in clericis, ac in laicis. Dix simplicis torturæ, quia Iudices laici habent quosdam modos alterandi modum torquendi, puta fundendo aquam frigidam in dorso Rei pendentis in churda; apponendo Arietem, vel pondera in pedibus eiusdem; sciendo carnes vngulis ferreis, & similibus, diabolicis potius inuentis, quam humanis. Hæc tamen media ad eruendam veritatem non omnes Iudices indistinctè adhibere possunt, sed tantū supremi, & qui per speciale supremi Principis priuilegium, permissionem habent, vt est in Romana Curia Illustriss. D Gubernator Vrbis: in Ciu. Neap. Magna Cur. Vic. & similes. Neque in omnibus passim delictis, sed in quibusdam atrocioribus.

6 Vbi aduertendum est, quod modus torquendi habetur *in l. quæstionis modum. ff. de quæstion.* in qua Iudicis arbitrio remittitur, *& in l. de minore §. tormenta. ff. eod. tit.* & ideo dispositum in illis seruari debet, etiam à Iudicibus Ecclesiasticis, cum contrarium nō reperiatur cautum specificè in Iure Canonico: vnde vt aliàs dixi, seruandum est Ius Ciuile, quando contrarium non est sacris Canonibus definitum. *cap. 1. & 2 capite suscipitis, capit. si in adulterium, & cap. quis autem. 10. dist.* Quapropter arbitrari, debet quilibet Iudex; & diligenter perpendere grauitatem, vel leuitatem delicti, qualitatem indiciorum, an leuia, vel grauia; aut maxima sint, an plura, vel simpliciter vnicum; necnon statum personę torquendæ an sit iuuenis, vel senex, an sanus, vel infirmus; an fortis, & robustus, vel debilis, & delicatus an sit maior, vel minor: & se de reliquis: quia quilibet Iudex tenetur reum indemnem conseruare, vel ad illum absoluendum, vt innocentem, vel ad illum condemnandum, vt nocentem, *vt in dict. l. quæstionis modum habetur*: aliàs animam suam damnabit, vt ait Angel. *de malef. in verb. infama publica. q 7.* Anan. *in d. cap. cum in contemplatione de reg. iur.* Bald. *cons. 275. in fin. lib. 2.* Gandin. *in tract. de quæstion. & tort.* & Alij.

7 Hinc est, quod ne Iudices miseros inquisitos in tormento funis diu pati faciant, inoleuit praxis apud timoratæ conscientiæ Viros, vt quando torturam inferunt: Horologium pulueris, (vulgo dictum *Ampulettam*) cum quartis distinctis, adhibeant, sed in locu, in quo per Reum videri non possit: vt cognoscant, & sciant tempus torturæ & quidam scribere faciunt in Actis per Notarium, quando incipit tormentum, & erigitur Ampuletta: & similiter quando finem torturæ imponunt. Cartar. *de interrog. reis. lib. 4. capit. 1. num. 13.* Bernardin. *in schol. ad Ambr. de mod. form. proc. inform. lib. 4. c. 3. nu. 6.* Cumian. *in pract. syndicat. cap. 1. num. 13.* Maur. Burg. *in tract. de mod. procad. ex abrupt. q. 42. nu num. 21.* Caualcan. *de brach. reg. p. 3. nu 60.* quia non est amplius torquendus reus, nisi per horam de consuetudine omnium ferè tribunalium, & rarò infertur per duas, vel tres horas à iudicibus laicis, nisi in atrocioribus criminibus: alias tenerentur in syndicatu, & si excedendo modum, & tempus torturæ, tortus moriatur in tortura, aut paulò post, punitetur, vt homicidia, secundum Cyn. *in l. 3. C. de adulc.* sequitur Angel. *q. tract. de malefic. in verb. fama publica col. antepen. q. 8.*

8 *Quoad tertium* scilicet à quo torquendi sint clerici, num ab aliis clericis, vel à laicis, notandum est, quod torqueri possunt pe laicos, vt ministros Prælatorum Ecclesiasticorum. Præposit. & Cardinal. *in cap. ille, qui. 5. qu. 5.* Abb. *in capit. vt fama. numer. 8. de sent. excomm.* quem refert Diaz. *in pract. pracit. crimin. canon d. capit. 117. numer. 8.* Simancas *de hæretic. cap. 63. num. 29.* Quidquid in contrarium afferant Anton. & Ancharan. *in d. capit. vt famæ. de sentent. excomm.* et Rip. *in capitol. decernimus numer. 39. de iudic.* vbi dicit communem DD. sententiam esse, quod non possint Iudices: et ministri laici clericos torquere, etiā de mandato Episcopi proprii: nam si huiusmodi sententia procederet, numquam clerici in casibus, in quibus de iure torquendi sunt, torquerentur, quia Clerici nō exercent artem ministri iustitiæ, quæ est ignominiosa, vt omnibus liquet, et sic impuniti remanerent de delictis commissis; vnde malè etiam in hoc loquutus fuit Abb. *in d. capit. vt famæ.* quod sit mala obseruantia, vt clerici per laicos torqueantur. Quia aliàs sequeretur absurdum prædictum, quod numquam torquerentur, sed melius locutus est Præp. *in d. cap. Ille* quod scilicet talis obseruantia, et consuetudo sit satis bona, æqua, et iuri consona, quia aliter veritas quorundam delictorum nullo pacto inueniri posset: sequitur Foller. *in Pract. crimin. canon cap. 31. num. 11.* vbi ait, hoc esse verum: etiam quoad Deum in foro conscientię: et sic non peccare Iudices Ecclesiasticos, qui clericos torqueri faciunt per ministros laicos, vt quidam malè fortasse putant.

9 Quod probari potest ex Sacra Scriptura *Exod. 33.* vbi Deus præcepit Moysi, vt puniret Populum Iudæorum, qui adorauerat vitulum aureum in deserto, et Moyses præcepit filiis Leui, vt iniuriam Dei vindicarent, dicens: *Hæc dicit Dominus Deus Israel, ponat vir gladium super femur suum, ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisq;*

quo fratrem, & amicum, & proximum suum. Feceruntque sicut Leui, iuxta sermonem Moysi, occideruntque in illa quasi viginti tria millia hominum, &c. vnde apparet, quod licet Deus, vel Moyses per se potuisset occidere, tamen vt voluit ministerio filiorum Leui, quia quamuis punitio Populorum in Terris resideat penes Ecclesiæ Prælatos, eorumque personas; possunt nihilominus per Laicos talem potestatem exercere.

10 Neque per hoc peccarent, sicut non peccauit Moyses; neque peccarent Laici, sicut non peccauerunt filii Leui, quibus dictum fuit à Moyse; *Consecrastis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio.* Et ratio est, quia tunc Laici opus illud faciunt, non ex se ipsis, ac propria voluntate, sed tamquam ministri, & de mandato proprij Prælati, alias inciderent in excommunicationem Canonis *si quis suadente diabolo* 17. q. 4. quam quidem certum est non incurrere.

Probatur etiam ex Diu. Dionys. *de calest. Hierarch. c. 4.* ta. ex Diu. August. *l. 1. de ciuit. Dei*, & ex Diu. Thom. *in 2. 2. q. 64. art. 3.* vbi asserunt, non licere priuatæ personæ hominem occidere, & proinde peccare, si occidat tamquam ex se: secus tamē si faciat de mandato superioris talem potestatem habentis; quia tunc licet talis occideret, materialiter tantum se haberet, & superior occisionem iubens, occidere dicitur. Et quibus firma remanet conclusio, quod possit Prælatus Ecclesiasticus suos Clericos subditos per ministros Laicos punire, vt patet, tum de Iure Diuino, & positiuo Ecclesiastico, tum etiam ex communi obseruantia, & consuetudine omnium Curiarum, (Et si pauca hæc cuidam amico N. hanc communem veritatem neganti non satisfacerent, plura subiungam in Apologia, quam ad partes pro defensione præd. æ meæ sententiæ breui, Deo dante, in lucem proferam. Nunc autem ad alia progrediamur, quamuis in hoc aliquantulum moram traxerimus occasione prædicta, quia dum hæc scriberem, talis controuersia mihi accidit cum quodam causidico valde familiariter coniuncto; qui cum illius dictis, sine rationibus assertis morem gerere renuissem, antiquam amicitiam rumpere non erubuit, quamuis rationes humaniter, & modestè insinuare conarer, & eius obiectis placide, ac debito respectu respondere.)

11 *Quoad quantum*, nimirum quot sint gradus tormenti torturæ notandum erit, illos esse quinque; Quorum Primus est, territio, & minæ de torquendo; Secundus est, conductio ad locum tormentorum; Tertius spoliatio, & ligatio; Quartus eleuatio in equuleo. Quintum est quassatio, seu ictus secundum quosdam DD. qui sic assignunt ex traditis per Bald. *in l. interpositas circa fin. C. de transact.* Marsil. *in l. numer. 15. ff. de quæstion. & in pract. crim. §. expedita num. 2.* Alij vero aliter distribuunt gradus prædictos, quam vise iam quinque asferant esse, vt facit Paul. Grillan. *in tr. de quæst. & tort. q. 4.* vbi plene vid. guaz. *def. 30. c. 5.*

Quorum *Primus*, est terror ille, quem Iudex infert reo, dum minatur illi torturam, & de facto ducit ad locum tormenti, & ligari facit illum: & iste primus gradus inferri potest, etiam personis, quæ de Iure torqueri non possunt, vt tradit Grillan. *ibid.* præcedentibus tamen indicijs. Guaz. *ibid.*

Secundus torturæ gradus est, secundum eumdem, si Reus, vt supra chordæ ligatus eleuatur aliquantulum supra terram, et breuissimo, ac momentaneo temporis spatio, puta quantum diceretur: *Aue Maria*, &c. sic suspensus teneretur. Qui quidem gradus, qui à secundum Grillan. *vbi supra*, dicitur vere tortura, numquam est inferendus, nisi præcedentibus inditijs; quamuis baldus. *in l. 2. C. quor. appellat.* dicat istum secundum gradum non esse vere tortu. am.

Tertius gradus est, quando Reus suspensus detinetur in tortura per spatium temporis *Miserere*, deest per quantum temporis recitare ur semel m. terere, vel aliquando plus, dummodo non detur qu. ssatio, seu ictus, vel impulsus chordæ. Et ad istum gradum deueniri potest per Iudicem quotiescumque Reus est multum de crimine suspectus, et indicia contra ipsum sunt plene probata de del. ctum verò non est de atrocioribus. Grillan. *ibid.* sequitur Follet. *in Pract. crim. for. secul. primum parte secunda partis ver. Reiundus sorq. n. 17.*

Quartus est, quando Reus in tortura eleuatus, detineretur sic suspensus per quartam partem vnius horæ, vel per tertiam, aut mediam, aut per integram horam, iuxta criminis grauitatem, Indiciorum sufficientiam, et Rei suspicionem, Et in hoc gradu aliquando per Iudices Laicos in delictis atrocibus, & vrgentibus inditijs, adhiberi solent vnus, aut duo ictus, seu ictus chordæ.

Quintus torturæ gradus est, quando post aliquod temporis spatium, in quo Reus suspensus permansit, & post aliquos tractus, seu ictus chordæ, adhuc persistit in negatiua: & appenduntur pedibus ipsius pondera quædam. Qui quidem gradus non solet adhiberi, nisi à Iudicibus Sæcularibus, & neque ab omnibus, sed tantum à supremis, neque semper, sed valde raro, & neque in omnibus criminibus, sed in atrocioribus tantum, prout in crimine hæresis, læsæ maiestatis. proditionis Patriæ, & similium. In nullo tamen casu licet hoc torturæ gradu vti Iudici Ecclesiastico, à quo abesse omnino debet, non solum rigor istius tormenti: verum etiam omne aliud, & quodcumque genus noui tormenti, & suspitio crudelitatis.

Sunt autem qui asserant, torturæ gradus esse tantum tres, vt facit Clar. *vbi sup. q. 64. vers. nunc de gradib. circ. fin. ibi. & audiui.* Quorum Primus est territio, seu timor incussus, seu minæ de torquendo: conductio ad locum tormentorum, spoliatio, & ligatura ad chordam. Secundus est eleuatio ipsius Rei in altum, & illum interrogando, & in tormentis tenendo sic eleuatum per aliquod temporis spatium. Tertius est, illius tortura cum quassationibus seu ictibus funis, etiam si sit vnicus tantū. Qui tamen gradus omnes in idem fere coincidunt, quamuis diuersimode describantur, & enumerentur.

12 *Quoad quantum*, an scilicet inferri possit tortura non præcedentibus indicijs, notandum est, quod non licet Iudici Reum aliquem torquere, antequam ill. legitimè constet per probationes in processu, quod adsint contra eum legitima inditia *l. 1. & ibi Gloss. ff. de quæstion.* cum non sit à tortura incipiendum, vt ait Zafius *in consl. 19. n. 31. in fin. l. 1.* alias si Iudex torqueret aliquem, sine inditiis, & esset Sæcularis teneretur in syndicatu, Clar. *in §. fin. d. q. 64. vers. dixi etiam*, vbi subdit, quod etiam si post illatam torturam superuenirent legitima inditia, non legitimaretur tortura illata, sine inditijs præcedentibus, & idem dicit Brun. *de indic. & tort. fol. 73. nu. 5* & Alij inferius citandi *in 14. requisito.*

13 Neque sufficientia essent quælibet inditia, nisi essent legitimè probata; Vnde si quodlibet indicium non probetur, tal em per duos testes legitimè examinatos, certè non decernetur legitimum. Io. de Amicis *cons. 12*. num. 10.* vbi de communi testatur; quod ante eum dixerat Glos. *in l. fin. ver. vel indicijs C. famil. hercisc.* vide Alios apud Clar. *q. 22. per tot.* Imò neque sufficeret inditia legitimè probata, nisi etiam copulati, ut essent sufficientia ad torturam inferendam; ad quod aduertere multum debent Iudices; aliàs grauissimè peccarent, & si essent Laici tenerentur in syndicatu Clar. *d. q. 64. vers. dixi quoque* Gramm. *vot. 42. nu. 9.* Vnum tamen inditium coadiuuatum sufficeret. DD. communiter, quos citat. Clar. *de qu. 64. vers. sed quæro.*

14 Tortura enim est iustè inferenda, alias nullo modo inferri debet, & si aliter faceret Iudex Sæcularis, & iniustè aliquem torqueret, secundum Ius ciuile, esset capite puniendus, vt ait Marsil. *in l. quæst. modum num. 71. ff. de quæst.* vbi de communi *& in l. 2. §. præterea num. 7. in fin. ff. ad leg. Corn. de sicar. in Pract. crim. §. expedita n. 87. in fin.* Bois. *in tit. de tortur. nu. 31.* Apostill. *ad Riminald. consl. 6. n. 18.* & ad Crot. *de test. n. 96. in fin. verb. medica.* Hodiè tamen hæc pœna capitalis Iudicis iniustè torquentis, quando tortus mortuus non fuerit in tortura, est arbitraria Clar. *d. q. 64. vers. antequam tamen.* Et in Regno Neapolitano punitur carceris biennalis pœna, & publicatione tertiæ partis bonorum Iudex iniustè aliquem torquens, vt notat Grammat. *consil. 15. in fin.*

15 Vt autem tortura iusta sit, ad effectum, vt ritè, & rectè infligi possit, & legitima dicatur, plura requisita habere debet, Quorum.

Primum est, vt Iudex consideret, an delictum sit tale, pro quo Reus de Iure possit tormentis subijci, nam vbi delictum non esset puniendum pœna corporali, sed tantum pecuniaria, vel alia corporis non afflictiua, non posset ad torturam deueniri; DD. cit.

16 *Secundum requisitum* est, vt consideret, an delictum sit plene probatum, vel semiplene: quia si de delicto constet plene in processu, non potest tortura m inferre, vt tenent communiter DD. & notat Marsil. *in l. 1. in princ. num. 7. ff. de quæst. & in pract.*

pract. crim. §. *nunc videndum num.* 25. & *conf.* 51. *num.* 52. Todoc. *in sua pract. crim. cap* 35 *num.* 3 Et Ratio est, quia tortura est remedium subsidiarium ad eruendam veritatem quando alias haberi nequit sed quando iam plenariè constat de delicto, non est ad torturam deueniendum; quæ fuit inuenta in subsidium Bart. *in l. edictum. ff. de quæst.* Angel. *de malefic. in verb. fama publica col.* 18. *in fin. & in l. fin. num.* 4. *in fin. C. de quæstion.* Fuller. *in pract. crim. for. sec. prima parte secunda partis verb. Reus indur. torq. num.* 8 Clar. *qu.* 4. *vers. debet etiam;* Boer. *dec.* 103. *num.* 1. & Alij communiter. Vnde Iudices torquendo Reos, quando plenè constaret de delicto, grauiter peccarent, & tenerentur in Syndicatu. Bald. *in l. milites C. de quæst.* D dac. *practicar. quæst. q.* 23. *fol.* 166. *col.* 2. Coutard. *in Practic. fol.* 188. *n.* 2. Maraot. *in spec. aur. p.* 5. *nu.* 14. *n.* 11.

17 Est benè verum, quod vbi constaret de delicto, possent Iudices Reos torquere, non ad probationem delicti, ne daretur occasio appellandi ab iniusto decreto de torquendo. quod facere possent, vt dicit Bald. *in l.* 1. *nu.* 9. *C. de success. propt. calumn. & in l. obseruare* 2. vbi etiam Cyn. *C. quor. appellat. non recip.* Sed solum ad manifestandum complices, & socios delicti. Innoc. *in cap.* 1. *de confess.* Marsil. *in l.* 1. *in ff. de quæst.* & est communis opinio DD. vt dicit grammat. *vot.* 1. *num.* 3. & *conf.* 1. *numer.* 3. Boer. *decis.* 10. *p.* 1. Foller. & Clar. *loc. citat.* & late Afflict. *in constit. Regni si dumna clandestinum.*

18 Nota tamen hic, quod quando Iudices torquent reos ad effectum prædictum, vt confiteantur socios, & complices delicti, vel super alijs delictis, de quibus indiciati existunt, prius protestari debent, quod illos torquent sine præiudicio confessi vel conuicti criminis, vel condemnationis (si in contumaciam, vel alias condemnati fuerint,) alioquin si interrogarentur super crimine ipso, de quo confessi; vel conuicti essent, sine tali protestatione, & in tortura negarent, & in negatiua persisterent, condemnari amplius non possent: sed absoluendi, quia iam inditia & probationes contra eos existentes, purgatæ remanserunt. Albert. *in rubr. C. de quæst. post num.* 9 vbi dicit, quod fatuus esset Iudex qui torqueret aliquem, quando delictum probatum esset, super socijs, & complicibus, sine prædicta protestatione. Et est communis sententia vt dicit Cæpoll. *conf.* 32. *col. pen. vers. nec potest dici,* Gomez. *capit.* 13. *delictor. post numer.* 20. *vers. & in cantum* Bois. *in tit. de sens. num* 70.

19 *Tertium* est, vt veritas facti aliunde haberi non possit, quam per torturam, vt iam pluries dictum est, cum tortura sit remedium subsidiarium. Marsil. *de quæstion. in princ. num.* 10. Bois. *de indic. numer.* 20. Clar. *qu.* 64. *d. vers.* 5 vbi de communi testatur. Boer. *decis.* 163. *n.* 1. Vulpell. *respons.* 4. *n.* 13. Personal. *in tract. de indic. in tert. nu.* 1. vbi dicit, Iudicem debere exprimere in decreto de torquendo, quod veritas aliter haberi nequit, alias Iudex Laicus teneretur in Syndicatu. Quod prius dixerat Marsil. *loc. cit.* Card. Tusch *in litt. T. conclus.* 326. *num.* . Costa *de subsidiar. remedijs rem.* 26. *n* 3 late Maur. Burg. *de mod. proced. ex abrupt. q.* 4 *n.* 27. si enim adessent testes deponentes delictum deuiturum, non debet tortura granum *consil.* 12. *nu.* 12. gom. *de delict. cap.* 13. *in princ.* Farinac. *de ind. & tort. q.* 38 *num.* 4 vbi Alios cumulat. Ceuall. *in tr. commun. contra comm. q.* 365. Caualcan. *de brach. reg. p.* 3. *n.* 116. Dec. *vol.* 2. *respons.* 115. *num.* 1. vbi etiam ait, quod neque torqueri debet, si confessus fuerit, late Baiard. *ad Clar. d. q.* 61. & Alij, apud Illos, vel conuictus, Caualc. *ubi sup. n.* 10. *cum seqq.*

20 *Quartum requisitum* est, vt prius constet de corpore delicti commissi: alias deueniri non potest ad torturam, vt in superioribus dictum est. brun *de indic. & tortur. fol.* 57. *n.* 11. *in* Clar. *q.* 4. & *q.* 55. *vers. potest etiam,* & late prosequitur Person. *in d. trac. de indic. & tortur. n.* 11. Ant. Gabr. *conclus.* 18. *n.* 1. Mar. Antonin *variar. resol. lib.* 3 *resol.* 4. *n.* 1. Farinac. *d. q.* 38. *n.* 2. Caualc. *d. p.* 3. *nu.* 10. Ant. de Nigr. *sup. constit. Regni c.* 146. *n.* 50.

21 *Quintum* est vt persona torquenda non sit ex priuilegiatis, quæ torqueri nequeunt, nam si sit talis, torqueri minime potest, etiam præcedentibus indicijs legitimis Tusch. *d. litt. T. concl.* 426. *n.* 12. Far. *d. q.* 48. *n.* 5 vbi Alios allegat: Personæ autem quæ torqueri non possunt plures sunt, de quibus Clar. *d. q* 64. *vers. ubi subsunt cum seqq.* & Nos dicemus inferius *n.* 38.

22 *Sextum requisitum* est, vt præcedant legitima indicia ad torquendum *l.* 1. *in princ. ff. de qu.* Marsil. *singul.* 117. Clar. *d. q.* 64. *vers. dixi etiam & vers. dixi que* 7; & *utrobiq;* baiard. *lard.* Menoch. *de arbitr. l.* 1. *qu.* 84. *num.* 1. & *de arbitr. l.* 2. *cas.* 270. *num.* 3, Bursat. *consil.* 144. *n.* 6. *vol.* 2. Farinac. *d. q.* 38. *nu.* 1. Petr. Pella *in tract. de tortur. qu.* 3 *n.* 5. Honded. *consil.* 102. *nu.* 7. & *consil.* 107. *nu.* 23. *lib.* 1. & *cons.* 98. *numer* 83. & *consil.* 98. *nu.* 8. *vol.* 2. vbi de communi testatur, & firmat procedere in quocumque crimine, vt sine legitimis indicijs præcedentibus nemo torqueri possit. & Anton. de Nigr. *d. c.* 146. *n.* 53. idem dicit in crimine lesæ maiestatis. & *in c.* 147. *n.* 15. Caualcan. *de brach. reg. p.* 3. *prec. nu.* 74. & 127. Quinimò indicia esse debet talia, quod sola confessio delinquentis deesse videatur; vnde non sufficiunt quælibet indicia *vt dictum est sup. num.* 13. *per d. l.* 1. *vers. vt sola confessio. ff. de q.* Bald. *cons.* 467. *nu.* . *vol.* 1. Sed concludentia & ad delictum tantum inferentia Menoch. *loc. præcit.* Farinac *consil.* 37. *nu.* 22. & 21. & *cons.* 6 *nu.* 14. Mazz *ibi cons.* 87 *nu.* 9. *vers. ad oppositionem.* Quod inductum fuit, ne Iudices tam facilè torturam inferant, quia de salute hominis agitur, & sic cautè procedendum erit, vt aduertit Farinac. *in d. q.* 37. *n* 4. & Bertaz. *consil.* 3. *vol.* 1. Vnde sicut ad condemnandum requiruntur probationes luce meridiana clariores, ita ad torturam in genere suo requiruntur indicia luce meridiana clariora, vt sint apta ad plenè persuadendum Brunor. à Sol. *in suo unic. cons. crim. nu.* 136. Personal. *de indic. numer.* 53. *vers. hoc tamen intelligas* Farinac. *d. qu.* 37. *num.* 5. Quæ conclusio adeò vera est, vt neque Princeps mandare possit, vt aliquis torqueatur absque legitimis indicijs; & si hoc mandaret, Iudex non teneretur obedire, alias puniri deberet in Syndicatu. Gramm *cons.* 45. *num.* 35. & *not.* 32. *num.* 2. & *sup. constit. Regni tit. de pugnis sublatis num.* 19. Clar. *q.* 64. *dixi quoque* Farinac. *d. q.* 37. *num.* 74

23 *Septimum requisitum* est, vt antequam Reus torqueatur, detur illi copia indiciorum, & processus, facta prius publicatione & dato termino ad se defendendum, & præcedentibus omnibus alijs, de quibus supra. Bossi. *de indic. & considerat. ante tortur. num.* 74. & 75. Clar. *qu.* 49 *in princ. cum versic. seq.* vbi Baiard. *n.* 3. & *seqq.* Deciam. *cons.* 8 *n.* 102. *l.* 1. Io. Ant. de Nigr. *sup. cit. Regni* 146. *nu.* 42. latè Farinac. *cons.* 103. *per tot.* & *q.* 38. *n* 8. & *q.* 39. *n.* 12. Scan. *de visit. carcer. l.* 2. *c.* 3. §. 6. *n.* 8.

Et ita seruatur in Vrbe per Bullam Pauli II. 5a. vbi reuocata fuit bulla Leonis X. in qua dabatur ampla facultas Domino Gubernatori Vrbis circa hoc, & per bullam Pij IV. 85 neque valet consuetudo in contrarium.

Fallit tamen conclusio, quando quis repertus fuit in flagranti crimine, cui non datur copia indiciorum, & processus, ob notorietatem criminis, quia in notorijs ordo est ordinem non seruare. Bald. *cons.* 31. *numer.* 6. *vol.* 2 Grammatic. *decis.* 36. Caualcan. *de brach. Reg. par.* 3. *numer.* 4. & *par.* 4. *num.* 124. Cæphal. *cons* 47. *num.* 17. Quinimò non solum danda est Reo copia indiciorum, ante torturam, verum etiam post illam scilicet ante sententiam. *iuxta l. desertorem* §. *ad diem. ff. de re milit.* Chartar. *de interrogat. Reor. lib.* 4. *cap* 155. & ita in practica seruari testatur Farinac. *d. q.* 79. *nu* 3.. & Scanarol. *ubi sup. li.* 2. *cap.* 5. §. 10. *n.* 2 Et ratio est, quia Reus confessus potest multas exceptiones opponere aduersus propriam confessionem, vt fusè demonstratum supra *sect. nu* 21. & 22.

24 *Octauum requisitum* est, vt indicia Fisci contra Reum, quamuis vrgentia, concludentia, & ad torturam sufficientia, non fuerint eneruata, ac elisa per alia indicia defensiua eiusdem inquisiti. Farinac. *d. q.* 38. *num.* 110 & *seqq.* quem allegat. Guaz. *def.* 30. *cap.* 4 *num.* 23. vbi aduertit Aduocatum pro Reo, vt opponat, quod indicia fisci faciunt pro reo, & sic euitabit torturam, donec discutiantur, post grammat. *not.* 3. *num.* 20. Roland. *cons.* 7. *num.* 36. *lib.* 1. Rim. Iun. *cons.* 704. *nu.* 37. *lib.* 6. Hunded. *cons.* 93. *nu.* 83. *lib.* 2. & Marsil. *singular* 22. *vers. tenens tamen mente*, vbi dicit, quod si Reus habere poterit fidem vulnerati, quod ipse non fuit ab eo vulneratus, sed ab alio, torqueri minime debet.

25 *Nonum requisitum* est, vt lis contestata sit cum ipso inquisito torquendo. Bart. *in l. is qui reus. ff. de public. indic.* Cæpoll. *consil.* 32. *numer.* 16. vbi de communi. Pella *in d. tract. de tortur. qu* 3 *nu.* 15. Maur. burg. *de mod. proc. ex abrupt q.* 100. *nu.* 104. *in fin.* Imò requiritur vt nomen Rei receptum sit inter Reos. Bart. *cons.* 41. *num.* 8. Marsil. *in pract. crim.* §. *nunc videndum num.* 2. & *in tit. de quæst. nu.* 14. Grammat. *cons.* 36. *n.* 4. Guazz. *ubi sup. n.* 14. *vers. necnon requiritur.* Quomodo autem fiat litis contestatio in criminalibus; et quando dicatur nomen Rei receptum inter Reos, dictum fuit in superioribus.

26 *Decimum requisitum* est, quod Accusator, vel fiscus instet apud Iudicem, vt Reus torqueatur. Marsil. *in d.* §. *nunc videnm.*

videndum num. 2. & nu. 25. vbi ait, quod teneatur iurare, se non habere alias probationes. Sed contrarium seruatur de consuetudine totius Italiæ, in qua Rei torquentur absque tali instantia Accusatoris. Card. Tusch. cons. 326. nu. 13. Gomez de delict. cap. 13. n. 22 Clar. q 64. vers. ubi nihil. de Nigr. d. cap. 146. n. 55. Burgos de mod. proced. ex abrupt. q. 42. n. 24.

27 *Vndecimum requisitum* est, vt Reus non petierit, quod Accusator iuret de calumnia, nam tunc inferri non potest tortura, nisi prius præstito dicto iuramento. Vital. de malefic. rubr. quod sit accusatio nu. 9. Secus si huiusmodi iuramentum calumniæ petitum non fuerit, cum tacite remitti possit vt suo loco diximus. Bald. cons. 102 numer. 20. vol. 3 Corn. cons. 142. numer. 9 vol. 4. Bursat. cons. 106. n. 15. vbi de communi.

28 *Duodecimum requisitum*, est vt Iudex habeat merum imperium, alias si esset inferior, & aliquem torqueret, teneretur actione iniuriarum, & puniri posset de priuato carcere. Brun. de indic. par. 2 q 8. numer. 3. Foller. in practic. tract. crimin. for. fac. 3. par. 3 partis verb. & si confitebuntur numer. 79 quia potestas torquendi est meri imperii. l. defensores C. de defensor. ciuit. Farinac. qu. 38. num. 00. Io. Ant. de Nigr. sup. pract. cap. Regni 146. numer. 30. Caualcan. de brach. Reg. p. 2. nu. 1 & p. 3. nu. 37. Vnde inferunt, quod locum tenens alicuius Potestatis, vel simplex Assessor Iudicis pedanei minoris torquendi facultatem non habent Marsil. in l. pen. n. 9 ff. de quaest.

29 *Decimum tertium requisitum* est, vt Iudex interloquatur, quod Reus torqueatur post factam processus publicationem, & causæ discussionem cum Aduocatis Rei. Gomez. de delict. cap. 13. numer. 21. in fin. & fusius num. 23. Card. Tusch. litt. T. concl. 326. n. 2. Rim. Iun. cons. 289. n. 6. vol. 3. Non requireretur autem tale decretum, si Iudex haberet facultatem procedendi ex abrupto. Maur. Burg. de mod. proc. ex abrupt. q. 100. nu. 102. vbi refert octo priuilegia talis facultatis. De Nigr. d. cap. 149. n. 57. Quare si quis torqueretur nullo præcedente Iudicis decreto, tortura diceretur nulliter, & indebite illata, & consequenter puniri posset Iudex, & multo magis diceretur indebitè, illata quando inflicta esset contra forma decreti ipsius Iudicis, Farinac. cons. 24. n. 19. De quo decreto inferendæ torturæ habebis formam inferius in praxi formandi proces. in quo fit epilogus, indiciorum, & ipsa in vnum recolliguntur; quamuis in processu dispersa inueniantur, succinctè tamen, ac hortando reum ad veritatem fatenda quia ob tot indicia contra ipsum existentia, illum negare amplius non potest, obseruat Farinac. prac. q. 38. n. 3. & Alii.

30 *Decimoquarto* est, vt tortura non inferatur in diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum, sed in diebus iuridicis, nisi ageretur de grauibus delictis, non de leuibus. Clar. q. 64. vers. quaero an tortura in princ. Villagu. in pract. crim. lib. 8. cap. 6. concl. 1. in princ. vbi late, & Farinac. d. q. 38. nu. 107 & seqq. Et ita obseruant Iudices Deum timentes. Vnde malè, & perperam agerent, qui secus facerent.

31 *Decimumquintum* est, vt antequam inferatur tortura, audiantur Procuratores & Aduocati Rei, & benè discutiatur an ipse Reus torqueri debeat, vel non Clar. d. qu. 64. vers. quaero nunc, vbi Baiard. nu. 104 ait ita seruari in Regno Neapolitano. Sed hodie male obseruatur à Iudicibus, qui torturam inferunt, sine tot solemnitatibus quamuis per multos Alios Iudices audiantur Aduocati, sed actui torturæ non interueniunt, & ita seruari Mediolani testatur Clar. ubi sup. cir. fin. & in statu Ecclesiastico similiter Baiard. ibid. numer. 105. Tusch. litt. T. conclus. 326. num. 18. & etiam in Vrbe sic seruari refert Caualcan. de brach. reg. in fragmentis fragm. 66. quando agitur de persona insigni. Idem firmat Guaz. d. def 20. cap 4. nu. 27. circ. med. vbi etiam dicit, quod de Iure neque Procurator Fiscalis interuenire deberet torturæ, sed de consuetudine seruatur vt interueniat, ad tollendas eius exclamationes Baiard. nu. 101.

32 *Decimum sextum requisitum* est, vt tortura non Inferatur ad propalandum corpus delicti, quod constare prius debet, vt dictum est supra in quarto requisito num. 20. Sed ad sciendum Authores, & Reos delicti Necnon in casibus, in quibus confessio consonare possit in delictum. Rim. Iun. cons. 83. nu. 25. vol. 6. Sim. de Pret. cons. 50. n. 8. & 9.

33 *Decimum septimum* est, vt si Reus torquendus sit minor 25. annis. Iudex det illi curatorem, alias eum torquere non posset, Angel. de malefic. in verb. comparent dicti inquisiti. vers. necnon sit bene cautus. Marsil. in pract. crim. d. §. nunc videndum n. 31, & cons. 31. n. 19. & de q. nu. 17. Io. Anton. de Nigr. sup. d. c. Regni 146. nu. 54. vbi limitat, nisi iurasset non venire contra processum Bertandier. in pr. cr. reg. 5. in princ. & si minor tortus sine constitutione Curatoris fateretur delictum, eius confessio esset nulla. l. clar. & ibi DD communiter C. de auth. præstan. Aug. de Ang. de malefic. in verb. confitetur totum n. 13. grammat. cons. 52. n. 16. Clar. q. 50. vers. 1 in princ. vbi giacht. in 1. addit. in princ. limitat, si ageretur contra absentem contumacem. Est bene verum, quod hodie aliter seruatur de consuetudine generali, dummodo Reus sit maior 14. annis; vt post Bald. in l. 1. n. 59. C. de conf. tradunt Pr. Papiens. in form. requisition. verb. contra, & aduers. n. 3. Boss. de conf. ff. n. 69. & Clar. vbi suprà.

34 *Decimum octauum requisitum* est, vt Reus torquendus sit sanus, & integer corpore, non aliquo membro debilitatus alias si torqueretur & confiteretur, eius confessio esset nulla, & nihil illi noceret. Lader. cons. 183 nu. 1. Idem dicendum si morbo gallico laboret, vel aliquod vulnus in pectore passus sit; aut difficultatem respirandi, aut malum. Erniæ, vel rupturæ, aut aliud simile malum habeat. Cart. de interr. reor l. 4. c. 1. n. 112. in fin. Farin. d. q. 38 n. 22. in fin. late Cau. de br. reg. p. 3. n. 141. vbi tradit, quomodo se gerere debeat Iudex in similibus casibus; nimirum quod adhibere tenetur Medicos & Peritos, & iuxta illorum consilium in actis redactum procedere.

35 *Decimum nonum requisitum est*, vt non inferatur tortura, nisi post nouem, vel decem saltem horas, postquam Reus comederit, non ante. Marsil. in l. 1. in princip. numer. 81. ff. de quaestion. vbi rationem reddit Cartar. de interrog. Reor. d. lib. 4. cap. 1. num 74 Clar. q. 94. vers. detecta tortura Card. Tusch. in litt. T. d. conclus. 326. num. 17. Pegner. in pract. crim. cap. 12. §. 11. nu. 1. Burgus. de mod. proced. ex abrupt. d. q. 100. num. 152. Farinac. qu. 23. num. 32. vbi tenet sufficere horas octo, in quibus sit digestio cibi. Nouell. verò in tract. ad defens. cap. 3. nu. 20. dicit sufficere quinque, vel sex horas. Et Ambrosin. lib. 5. cap. 1. n. 39. tenet sufficere septem horas. Sed prima sententia Marsilii est magis tuta, quia alias si reo, dum torquetur, euenirent affectus, seu accidentia, teneretur Iudex tamquam singularis in syndicatu; & Alii apud Superiores. Bald. cons. 24. n. 8. vol. 2.

36 *Vigesimum requisitum* est, vt non omnes Rei æqualiter torqueantur; nam Alii leuius; Alii verò grauius sunt torquendi, quamuis legitima præcedant indicia, etiam si simul deliquerint, attentis circumstantiis delicti, indiciorum, & qualitate Personarum. Menoch. arbitrar. lib. 2. cas. 271. per tot. vbi latè Clar. d. qu. 64. vers. nunc de gradibus. Decian. respons. 93. num. 13. Cartar. de inter. Reis d. l. 4. cap. 1. num. 122 in fin. Farinac. d. q. 38. num. 23. De Nigr. sup. cap. Res cap. frequens tit. de test. publ. numer. 28. circ. fin. Vnde Iudex considerare debet per inspectionem ipsorum, an torquendus sit nobilis, vel ignobilis; sanus, vel infirmus, robustus; ve. debilis fortis, vel delicatus; senex, an iuuenis, & huiusmodi.

37 *Vltimum requisitum* respicit Clericos torquendos. Ipsi enim torqueri non possunt, nisi, vt supra enumerata, quæ locum habent in quolibet torquendo, præcedat infamia delicti. Farinac. consil. 38. numer. 16. in princ. latè grauat. theorum 15. per tot. & Alii apud illos.

38 Notandum est insuper, quod Iudex scire debet, quæ personæ torqueri nequeant, cum in iure plures sint, quæ torqueri non possunt. Et Primò Doctores torqueri minimè valent, vt de communi tradit Cater in Pract. cr. fol. 145. num. 180. in fin. vers. excipiuntur, Boss in tit. de indic. num. 111. Par. de Put. in tr. de syndicat. fol. 238. num. 9. in fin. Iacob. de belues in pract. crim. de quaestion. numer. 17. quidquid in contrarium asserat gandin. de malef. rubr. de quaest. n. 38. & Alii apud Clar. d. qu. 64. vers. quaero an Doctores, vbi testatur de obseruantia Ducatus Mediolani, in quo numquam Doctores tormentis subiiciuntur; sed de consuetudine aliter seruatur.

39 *Secundò* torqueri non possunt personæ in dignitate constitutæ; vt de communi dicit Boss. in tit. de tortura testium nu. 7. sequitur Clar. ubi sup. vers. item quaero, vbi ait, Senatum Mediolanensem non permisisse torqueri quemdam Feudatarium inquisitum de graui crimine.

40 *Tertiò* de Iure communi torqueri nequeunt milites, ut habetur in l. milites C. de quaestion. quod licet intelligendum esset de militibus antiqui temporis, tamen etiam ad hodiernos extendit. grilland. de quaest. & tortur. qu 6. in princ. n 3 & Boss. de ind. n. 103. sed Clar. in lib. 1. § miles, & Boss. loc. cit. num. 108 declarant, hodie tantummodò locum habere in his militibus, qui

appel-

appellantur Equites, in Ductoribus exercitus, ac in Capitaneis, & aliis officialibus maioribus, non in militibus priuatis. Et ita ego seruari vidi, tam Neapoli, quam Romæ.

41 *Quartò* nobiles de Iure non essent torquendi, *per ten. in l. nullus C. ad leg. Iul. Maiestat.* sed hodie contrarium seruatur de consuetudine ferè omnium tribunalium, prout etiam ipse seruari vidi in alma Vrbe, & Neapoli, & similiter non seruari in Francia testatur Gul. de Bened. *in cap. Raynutius fol. 97 num. 232.* & Tiraquel. *de nobilitat. cap. 20. nu 134.* Quamuis Didac. *lib. 2. res. cap. 9. nu 4* dicat in Hispania seruari primam opinionem; *secundum d. l. nullus.* Sed in hoc puto seruandam esse consuetudinem Regionis.

42 *Quintò* Decuriones Ciuitatum neque de Iure torqueri possent, *per tex. in l. decuriones C. de quæst.* Sed de consuetudine contrarium seruatur. August ad Angel. *de malef. in verb. quod fama publica post nu 103.* Iac. de Beluis. *in pract. crim. de qu. nu. 18* Cæpoll. *consil. crim. 40. dub. 8.* Brun. *de indic. & tortur. fol 80. num. 20.* Put. *de syndicat. fol 238 a 4.*

43 *Sextò* Minores 14. annis de Iure neque torqueri possunt. *l. 1. § impubes ff. ad Syllanian.* sed tantum terrentur; & cæduntur ferula, vel virgis. Anan. *in cap. 1. nu. 10. de delict. puer.* Antonio Gomez. *cap. 1. delictor. num. 67.* Quod esse indubitatum dicit Igneus *in l. excipiuntur num. 49. ff. ad Syllan.* Fallit in crimine læsæ maiestatis. in quo torqueri possunt. *l. de minore ff. de quæst.* guaz. *def. 30. c. 11.*

44 *Septimò* Senes decrepiti non sunt torquendi. *l. 3. § ignosci- tur ff. ad Syllan.* notat Paul grilland. *de diuers. crim. lib. 3. qu. 6. n. 5.* Viuius *in lib. comm. opin. verb. senex et atis.* Vbi tamen senex non esset decrepitus; sed infra decrepitatem, & esset robustus, torqueri posset, vt ait grammatic. *decis. 34. col. 1.* & Alii apud guaz. *d. def. 30. c. 12.*

45 *Octauò* Mulier prægnans torqueri neque potest, *vt habetur in l. prægnantis ff. de pœnis*, & ibi gloss. & Bart. Imò seruatur, vt neque post partum torqueatur, nisi labantur quadraginta dies purgationis. Et similiter neque torquentur mulieres lactantes, vt sic seruari per Senatum Mediolanensem testatur. Clar. *d. qu. 64. vers. quam modo.* Sunt & aliæ personæ de quibus sparsim per Doctores Vid. Guaz. *d. defens. 3. c. 14. & 15.*

Sed quæritur, quomodo cognosci possit, an mulier sit prægnans præsertim in primis mensibus?

Respondet, quod multa ad cognoscendum pregnantiam adsunt signa apparentia, inter alia sunt sequentia, videlicet. Primò, an habuerit appetitum rerum extrauagantium, puta carbonum, laterum, arenarum, terræ coctæ, cinerum. Item rerum agrestium, fructuum acerborum, & huiusmodi. Item rerum quas antea abhorrebat. Et ratio est, quia retentio in matrice corrupti sanguinis, quem prius purgare, & expellere solebat, participat malam illius qualitatem stomacho, qui alteratus ab illa corrumpit gustum, qui tunc abhorret bonos cibos, & appetit res sibi consortes malas, & extraordinarias. Secundò, quando obstetrix immittendo digitum ad vuluam pertingere non potest cum eo ad collum matricis adeo interius attractum, vt vix tangere valeat. Tertiò, quando purgationes menstruæ iam cessarunt. Quartò, si impleatur eius pectus, vel inflentur mammæ, aut lac ex illis perfluat, si emungantur. Quintò, si in facie superueniant maculæ quædam, tamquam lentis. Sextò, si circa oculos videatur liuidum quoddam. Septimò, si videatur eius caro languida. Octauò, si vrina appareat coloris crocei cum quadam crassitie. Nonò, si vrina vino albo mixta euadat turbida instar brodij fabarum. Decimò, si in die magno grauetur somno. Vndecimò si difficulter tussit, & tussis respondeat in parte ventris. Duodecimo, si ei accidant sincopæ, vel veniat vomitus, præsertim, quando accedit ad mensam. Decimotertiò si deficiat, dum surgit à cubili; ita Fernelius *in sua vniuersal. medicina tom. 3. de partium morbis, & symptom. lib. 6. cap. 17.* vbi latè, Paul Aegineta *lib. 1. de arte medendi cap. 1.* & latiùs Paulus Zacchias *in suis quæst. Medicolegabil tom. 1. tract. 3. qu. 1.* vbi reprobat Cagnol. *in l. si quis prægnans. ff. de reg. iur.*

46 Regula tamen constituenda erit in huiusmodi materia torturæ, quod omnes torqueri possunt, nisi prohibitum reperiatur de aliquo in Iure; vt aduertit Ant. Gomez *cap. 13. delict. n. 3.* Brun. *de indic. & tort. q. 4. princip.* Ang. *de malef. in vers. fama publica vers. videamus q 6.*

47 Est autem aduertendum, quod in illis casibus, in quibus dubitatur, an Iudex torquere possit, vel non, tenetur interloqui procedendum esse contra eum ad torturam, oppositis non obstantibus. Neque citandus est prius accusator, vt dicit Caron. *in sua pract. crim. fol. 8. nu. 1.* nam contrarium seruatur, videlicet sine tali requisitione accusatoris torqueatur Reus.

48 *Quoad sextum principale*, an à decreto de torquendo appellari possit, notandum erit, quod a tali decreto appellare potest Reus, & statim post appellationem interpositam ligantur manus Iudicis, etiam non expectata inhibitione superioris, secundum Angel. *de malefi. in verb. fama publica vers. aduertas tamen.* guid. Pap. *decis 72.* Foller. *in pract. crim. for. fac. 3. part. 3. partis verb. & si confitebuntur num. 50.* Clar. *in §. fin. pract. qu. 64. vers. sed quid agendum.* Quod ampliatur, vt appellari possit, non solum à decreto de tortura, *vt in l. ab. 2 ff. de appellat. recipiend.* vbi DD. communiter. Anton. gomez *d. delict. cap. de tortur. reor. num. 23.* vbi de communi Farinac. *qu. 38. num. 10.* Franc. Marc. *decis. 60. num. 5* guazzin. *defens. 30. cap. 1. num. 5.* latè Muscatell. *de appellat. gloss. 1. sentent. num. 16.* verum etiam à comminatione facta de torquendo, vt dicit Carauit. *super Rit. Magnæ Cur. Vic. 259. num 14. in fin.* & grammat. *sup. cap. Regni si iustè fol. 153. num. 4. in fin.* Et hoc procedit de plano, si appellatio iustè interponatur, vt communiter omnes fatentur; sed vbi interposita esset iniustè, ad dilatandum iudicium, præsertim quando per Iudicem fuerunt datæ defensiones, repulsa, & omnia rite, & rectè, facta; tunc non esset recipienda appellatio, per ea, quæ ita aiunt DD. allegati à Foller. *vbi sup.* guazzin. *d. cap. 1. num. 13.* vbi Alios cumulat. & habetur *in capit. Regni incip. si iustè*, & ibi Scb. Neapod. Carauit. *loc. cit. num. 10.*

Quando verò à decreto de tortura iustè, & legitimè appellatur, admittenda est appellatio, etiam sine inscriptione grauaminis. Franc. Marc. *d. decis. 60. num. 5.* Carauit. *vbi sup. num. 11.* Clar. *d. quæst. 64 vers. sed quid agendum* Cartar. *in pract. de interrogat. reis lib. 4 cap. 1 num. 57. 70. & 77.* Scaccia *de appellat. quæst. 17. limit. 47. membr. 1. nu. 147.* Pilla *de tortur. qu 3. num 139* guazzin. *defens. 30. d. cap. 1. num. 2.* An. de Nigr. *in cap. Regni 246. numer. 45.* vbi de communi. Et idem dicendum in repetione torturæ, quando in prima tortura non fuit appellatum. Rot. Auenion. test. Laurent. *in decis. 60. in fin.* Caualcan. *de testib. p. 4. num. 159* Et in tali appellatione, quamuis ab interlocutorio interposita, supersederi debet per Iudicem à tortura, etiam ante inhibitionem quia agitur de damno irreparabili Scaccia *vbi sup. num. 144. & in quæst. 5. num. 112.* Franc. Marc. *decis. 6. nu. 5.* De Nigr. *d. cap. Regni 146. num. 36.* Carauit. *in rit. 259. numer 12.* Quod locum habet, etiam in tortura pro habenda responsione negatiua, vel affirmatiua. Carauit. *ibid.* Lancellott. *de attent. cap. 12. limit. 1 num. 39. & 98.* Farinac. *d. qu. 38. num. 11.* Imò, (quod plus est) non potest Iudex aliquid innouare, neque pendente termino ad appellandum, & sic per decem dies post decretum de torquendo. gomez. *de delict. cap. de tortur. reor. num. 23.* Lancellot. *de pendent. term. ad appell. cap. 11. num 33.* sed de consuetudine aliter seruatur, vt ait Scaccia. *de appellat. d. quæst. 17. lim. 47. membr 1. num. 149.* vbi Alios congerit. Et in Delphinatu idem seruari testatur guid. Pap. *decis. 74.* Baiard. *ad d. Clar. qu. 64. n. 84.*

49 Solent tamen Iudices, ne reo detur additus ad impediendum cursum iustitiæ per subterfugia, & calumnias, interponere decretum de torquendo non palam, & ante tempus torturæ; sed constituendo Reum, & ipsum hortando ad veritatem fatendum, faciendo illi epilogum indiciorum, iuxta praxim in superioribus traditam, & aduertit Cartar. *in pract. crim. lib. 4. cap. 1. nu. 59. & seq.* si adhuc perseuerauerit in negatiua, interponitur decretum de torquendo, & vnico contextu deuenitur ad torturam nulla mora interposita. Et tunc si reus appellauerit, non erit audiendus; quia iam tortura incœpta erat, prout sic seruari in Senatu Parisiensi testatur Paponius *lib. 24. tit. 9. arrest. n. 13.* & in statu Mediol. dicit Clar. *d. q. 64. vers. sed quid agendum in fin.* & in Regno tenet Maranta *in spec. aur. p. 6. act. 13. de quæst. n. 14.*

Et in statu ecclesiastico refert Cartar. *de interrog. d. lib. 4. cap. 1. num. 68. 69. & 77. in fin.* Et idem seruari in Vrbe, et toto statu Ecclesiastico, vt non admittatur appellatio à decreto torturæ sic interposito, tradit Scaccia *de iudic. libr. 1. cap 97.* et Guazzin. *d. defens. 3. cap. 1. numer. 8. in princ.* Et quod sit in arbitrio Iudicis, si velit admittere appellationem, vel non, tradit Baiard. *in d. qu. 64. nu. 84. in fin.* Idem tenet Caualc. *de testib. p. 4. nu. 159.* vbi dicit, quod Iudex torqueat, quia appellatio non

datur

datur à facto, sed à verbis. latè Burgos *de modo proc. ex abrupt. q. 100. num. 115.*

Quidquid autem sit de consuetudine, & stylo Curiarum, aliter procedendum esset de iure, & si essem interum Iudex, numquam interponerem decretum torturæ sic furtiuæ quodammodo, sed palam, & expresse, vt ait Bart. *in sua celebr. consuet.* incipient *punctus quæstionis*. quem refert, & sequitur etiam Brun. *de indic. & tortur. col. 4.* & Arnon. *in singular. 29.* ad effectum, vt Reus appellare, & se defendere posset; quia talis affectata cautela interponendi decretum torturæ modo, quo supra, tendit potius ad auferendam Reo defensionem, quam ad rectam iustitiæ administrationem; cum Reus appellare possit de iure, non solùm à decreto torturæ, & ab eius comminatione, vt supra dictum est; verum etiam quando est funi applicatus, imò postquam fuit in altum eleuatus, vt tradit Guaz. *d. defens. 30. cap. 1. num. 9. vers. quo cautela.* Vbi talem Iudicis cautelam appellat inanem, ac friuolam, prout facit etiam Arnon. *vbi sup.* Baiard. *in d. qu. 64. num. 85. in fin.* vbi illam appellat insipidam, et eandem reprobat Farin. *in d. qu. 41. num. 22.* & Scaccia *lib. 1. de iud. d. cap. 97. numer. 59.* Ex iat[illegible] bus supra adductis, cum Iudex non debeat anhelare sanguinem Reorum, sed eorum correctionem potius. Nisi aliter seruandum esset per statutum particolare, aut stylum Curiæ, vbi ius dicitur.

50 Et erit notandum, quod si Reus torquendus non habuerit prius terminum ad se defendendum, & copiam indiciorum, et cum decernitur tortura contra illum, petere sibi consignari copiam prædictam cum termino ad se defendendum; vtique danda erit, & interim supersedendum, vt docent Albet. *in l. vnius § cognitorum nu. 3. ff. de qu.* Iason. *cons. 175. col. fin. vers. secundo allego lib. 1.* Foller. *d. ver. & si confitebuntur. nu. 51.* vbi plures allegat idem sentientes.

51 Sed quæritur, cui nam prius inferenda sit tortura, quando plures Rei eiusdem criminis torquendi fuerint?

Respondetur, regulam generalem esse, vt incipit Iudex torquere magis suspectum, vbi omnes æqualiter suspecti non fuerint. Decian. *respons. 11. num. 2. vers. sed primò, & num. 5. vol. 3.* aliàs si fuerint masculus, & fœmina torquendi, incipi debet à fœmina, quæ est timidior masculo, & sic citius illo veritatem fatetur. Tusch. *litt. T. conclus. 327. numer. 2.* Burg. *de mod. proced. ex abr. quæst. 42. num. 9.* si verò omnes sint masculi, incipiendum erit à minori, vel à timidiori, vel a debiliori, vt probatur. *in l. vnius in princ. ff. de qu.* & notatur per Gloss. *in cap. paruu-lis 22 q. 5.* Bart. *in l. 1. ff. de quæstion.* Angel. *in l. fin. nu. 4. vers. secundo quando plures. ff. eod. tit.* Gandin *in tract. de malef. tit. de qu. & tort. col. 2.* Cardin. Tusch. *vbi sup.* Clar. *d. qu. 64. vers. quæro si plures* Decian. *resp. 115. n. 5. vol. 3.*

Et si torquendi essent pater, & filius, incipi deberet a filio in præsentia patris, quia pater magis torquetur in persona filij, quam in persona propria. *l. isti quidem §. fin. ff. quod met. caus.* Gandin. *loc. cit.* Guid. de Suz. *in tract. de indic. & tortur. numer. 7. & 22.* Baiard. *ad Clar. in d. qu. 64. num. 9. & 10.* vbi alios allegat. Cavalcan. *de brach. Reg. part. 3. num. 131.* Farinac. *qu. 23. num. 24.* Guazzin. *defens. 30. cap. 19. numer. 4. vers. ac etiam si in eodem* Andr. de Isern. *in capit. 1. §. publicos latrones de pac. tenend. & eius viol. in vsib. Feud.* Quorum opinio licet non seruetur, vel saltem nimis rarò si casu occurreret, & pater confiteretur delictum ob torturam filij, vel è contra, requireretur ratificatio formiter. Bald. *in l. fin. C. si rector. prouinc. in 2. lect.* Tiraquel. *in l. si vnquam in præfat. nu. 5. C. de reuoc. donat.* vbi ponit multa exempla. Scacc. *de iudic. lib. 1. cap. 3. sub nu. 3.* Boss. *de exam. reor. num. 4.* vbi refert, quendam patrem innocentem fassum fuisse ob dolorem filij; & ob id Iudex sciens veritatem criminis ingressus fuit Religionem Capuccinorum, & sanctissime vixit per plures annos, & sic mortuus fuit.

52 Et vbi essent plures torquendi, & essent æqualiter suspecti, incipiendum esset ab his, qui haberent malam physonomiam, & aspectum; vel qui turpe nomen retinerent, qu[ia] lex multum præsumit contra tales, quod sint mali homines, & delinquentes. Pacian. *de prob. lib. 2. cap. 15. nu. 17.* Marsil. *in pract. cr. § expedita nu. 52. & singular. 84.* Gerard. *singul. 85.* Caret. *in pract. c. habitis indicijs fol. 88. in princ.* Farinac. *qu. 52. nu. 166.* Scacc. *de iudic. l. 1. c. 86. n. 29. & 30.*

Dicitur autem turpe nomen, si quis vocaretur saltalamacchia, Mazzafette, Tagliabosco, scarampine, Pizzsgoera, & huiusmodi Villagut. *in pract. crim. cap. 9. lib. 7.* Pacian. *d. cap. 15. num. 7.* Petr. Pella *de tortur. qu. 5. num. 5.* Burg. *de mod. proc. ex abrup. qu. 42. num. 9.* late Cavalcan *de Brach. reg. part. 2. num. 85.* vbi multa exempla adducit de turpi nomine, prout fac[it] *in nu. 84.* de his, qui habent malam phisonomiam, & Caball. *sup. consti. march. lib. 4. cap. 29 dist. A num. 31.* dummodo alia concurrant indicia contra tales. E contra verò si quis vocetur Carolus, præsumitur bonus, quia dicitur habere pulcrum nomen. Addent. ad Dyn. *in regul. sin sapit. in panis. de reg. iur. in 6.* Iacob. de sancto georg. *in prelud. feuder. in verb. Carolus pulcherrimum nomen.* Pella *d. q. 5. nu. 5. in fin.* sequitur guaz. *d. def. 30. cap. 19. n. 3. vers. ac etiam si sit incipiendum.*

53 Quæritur secundò, an tortura inferri possit die feriato in honorem Dei?

Respondetur cum distinctione. Aut enim sumus in delictis atrocibus, aut in leuibus; In illis potest inferri, *vt habetur in l. nemo C. de episcopal. audient. & in l. Prouinciarum. C. de fer.* In istis verò non; vt tradit Brun. *in tr. de indic. & tortur. 2. p. qu. 5. nu. 52. vers. vlterius;* & in Regno adest super hoc *cap. incip. Item promissimus sanctio.* vid. DD. quos allegaui suprà in requisitis ad torturam. n. 30.

54 Quæritur tertiò, an quando Reus torquetur, possit esse præsens eius Aduocatus, vel Procurator?

Respondetur negatiue de consuetudine fere omnium Curiarum, vt dicit Albet. *in rubr. C. de quæst. in fin. & in l. si postulauerit. § quæstioni. ff. de adulter.* Angel. *in l. custodias ff. de public. iudic.* Clar. *in d. qu. 64. vers. quære nunc.* Foller. *in pract. crim. for. fac. in fragment. de quæst. nu. 216.* sed de iure communi debet interuenire, vt colligitur ex text. *d. l. si postulauerit §. quæst. in ff. de adulter.*

55 Debet tamen Iudex in materia torturæ seruare consuetudinem regionis, & stylum Curiæ, vbi ius dicit, tam in modo, quam in circumstantiis; aliàs puniri potest, iuxta excessum, tam de dolo, quam de culpa. Bart. *in l. quæstionis modum nu. 1. ff. de quæst.* quem sequuntur omnes, vt dicit Marsil *in pract. crim. § expedit. n. 85. in fin.* Pellon. *cons. 84. nu. 12.* Brun. *de indic. & tortur. fol. 109. nu. 32.* B[oss.] *de tortur. n. [illegible]0.*

56 Ideò, vt officialis torquens aliquod patiatur damnum, si reus totus moriatur in tortura, vel post, curare debet, vt Notarius, seù Actuarius causæ describat in actis processus omnes particolarsitates, tam circa modum torquendi, quam circa quantitatem temporis, vt semper apparere possit, an excesserit modum, nec ne, & ita communiter fit, et consulit Ant. Gomel. *in cap. 13. delictor. post num. 16. vers. si verò Iudex;* & sic non solum euitabit peccatum, & pœnas iudiciales, sed etiam furorem Populi; qui aliquando sæuire solet in Iudicem, ob mortem fortasse rei torti, vt refert brun. *vbi supra*, quod euenit Perusii contra Iudicem, qui torxerat quemdam reum via, & modo ordinarii, sine vllo excessu, & tamen quia casu mortuus fuerat reus, & Populus credebat mortuum fuisse culpa Iudicis magno impetu, ex furore aggressus fuit Palatium, vt illum trucidaret et vix cum quibusdam stratagemmis occulte aufugere potuit, alias non euasisset Populi furorem.

57 Inter alia verò, quæ obseruare tenetur Iudex in tortura inferenda, est, quod antequam Reum torturæ applicet, non permittat, vt comedat, aut bibat eo die, quo torquetur per decem horas ante, et ita communiter seruatur, ne aliquod malum illi eueniat, vt dicit Marsil. *in lib. 1. in prim. numer. 29. ff. de quæstion.* Par. de Put. *de syndicat. fol. 455. num. 11.* Millens *in Pract. crim. fol. 103. num. 52.* Alii tamen dicant, sufficere si per septem horas ante torturam nihil prorsus comederit, vel biberit Reus, quia tale tempus sufficiens est ad anterioris cibi concoctionem, nec malum aliquod euenire potest ex causa cibi; sed melius est conformare se communi Doctorum sententiæ, ne malum, quod fortasse casu accideret Reo alia de causa, ipsi Iudici imputetur, quod non facta digestione torxerit; et ex tali causa pœnis subiaceat, *de quo vid. DD. allegat. sup. num. 55.*

58 *Quoad septimum principale*, quid scilicet agendum, dum Reus torquetur, notandum est quod post monitiones Reo per Iudicem factas, vt veritatem fateatur super his, de quibus est inditiatus, epilogando breuiter omnia indicia contra ipsum existentia, si obstinate negauerit, fit decretum de torquendo eum circumstantiis, de quibus inferius, quod nimirum Reus ducatur ad locum tormenti, despolietur vestibus, ligetur, et funi applicetur, etc. Qui dum sic ligatus existit, est iterum interrogandus, et si in negatiua perseuerauerit,

manda-

mandare debet in altum elevari; quo elevato, dum pendet in tormentis prosequi debet Iudex illum interrogare super eisdem, de quibus contra ipsum extant inditia.

59 Hoc autem tempore, plus quam omni alio, studere debet, ne ex suis interrogationibus cogatur reus quodammodo fateri, quod numquam commisit; ideo abstinere omninò tenetur a suggestionibus quibuscunque; de quibus supra dictum est *sectionibus praecedentibus*, & aduertit Chartar. *in Pract. de interrog. Reo lib. 4. capit. 1. num 94.* et Clar. *in §. fin. quaest. 25. vers. reuera igitur cave sin.* qui multoties ex suggestiuis interrogatorijs multi Innocentes, vt a tormentis liberarentur, fassi sunt delicta numquam ab ipsis commissa, sed nec excogitata quidem; Imò non solum abesse debet omnis suggestio tali tempore, sed etiam quaevis suspitio suggestionis; Vt autem euitetur suggestio, fieri debent interrogationes in genere, non in specie, puta an commiserit alia delicta, & quae? an habuerit alios socios, & quos, & similes; in specie interrogando, quia sunt interrogationes suggestiuae, a quibus, tamquam a Peste est fugiendum. Brun. *de indic. & tortur. qu. 5 num. 59. in secunda quaestione*, nisi adsint inditia, ex quibus possit in specie interrogari, nam tunc, ex quo indicia essent sufficienter probata, licitum est Iudici Reum in specie interrogare ad magis illum conuincendum, & ad disponendum, veritatem fateri; quia iam praecesserunt interrogatoria generalia, sine vitio suggestionis. Scaccia, *de indicijs cap. 86. num. 38.* Farinac. *qu. 83. nu. 97.* Bursat. *cons. 201. nu. 82.* Boss. *de exam. Reor. nu. 12.* Spada *cons. 7. n. 3. & 4.*

Neque obstat, quod cum suggestio sit omni Iure prohibita, vt notent Addent. ad Farinac. *cons. 83. verb. suggestiones*; ideo facienda non sunt interrogatoria in specie, vt euitetur suggestionis periculum. Farinac. *cons. 185. nu. 10.*

Respondetur enim, quod haec intelligenda sunt, quando interrogatoria suggestiua fierent per Iudicem in principio constituti, in quo euentum non fuit ad epilogationem inditiorum in processu informatiuo contra reum existentium; Secus autem post, quia tunc non prohibetur Iudex in specie interrogare. Imò ex communi consuetudine malè faceret, si non interrogaret in specie, ad effectum inducendi illum ad veritatem patefaciendam, per ea, quae tradit Farinac. *q. 72. nu. 130. vers. verum quando Iudex.* & vlterius *cons. 126. numer. 45.* vbi citat Ambrosin. *de process. inform. lib. 2. capit. 5. num 23. & seqq.* & Alios DD.

Neque secundò obstat textus *in l. 1. §. qui quaestionem, ff. de quaestionib.* in illis verbis: *qui quaestionem habiturus est, non debet specialiter interrogari, quia hoc magis suggerentis, quam requirentis videtur.* Ex quibus verbis Doctores communiter constituunt illam vulgarem regulam, quod confessio per interrogationem suggestiuam facta, siuè in tortura, siuè extra, non sufficiens ad condemnandum.

Nam responderi potest, haec intelligenda esse, quando interrogaretur Reus in specie non interrogatus in genere; Sed quando praecesserunt interrogatoria generalia, vtique interrogari potest in specie, existentibus iam indicijs rite probatis, vt tradit Chartar. *vbi sup. lib. 3 cap. 1. num. 73. & seqq.* quo in capite, à *nu. 54 vers. praecauero, cum multis sequentibus* latè agit de materia suggestionis.

Sed quaeritur, quare post interrogatoria generalia possit Iudex specialiter interrogare reum, sine vitio suggestionis, & non ante?

Respondetur, hoc esse, quia ante, si in specie reus interrogaretur, esset potius illum instruere ad respondendum secundum ea, de quibus interrogaretur, quam secundum veritatem delicti, vt colligitur ex text. *in d. l. 1 §. in causa, vers. qui quaestionem ff de quaest.*

Habemus enim duplicem formam interrogandi Reos. Prima est per modum requirendi; Secunda verò per modum instruendi. Per modum requirendi fit, quando Iudex ordine seruato Reum interrogat prius in genere de aliquibus generalibus circumstantijs; & postea maturè & ordinatè descendit ad specialia; ad finem illum obtinendi, & conuincendi ad veritatem fatendam. Quod quidem non solum non est Iudici prohibitum: verum etiam est ei permissum facere; dummodo prius habuerit sufficientia Indicia ex processu informatiuo; nam tunc vt cogat Reum ad veritatem fatendam, potest, imò, vt supra dixi, debet illi omnia inditia patefacere cum omnibus circumstantijs, & qualitatibus in processu existentibus, & probatis. *ex prae. DD.* Per modum verò instruendi, tunc fit, quando non seruatur ordo praedictus, sed statim ad specialia inditiorum deuenitur; vt si in principio examinis, seù constituti, statim Iudex Reum interrogaret de delicto, & eius circumstantijs, ac qualitatibus, vt ex illis instrui possit ad respondendum. Et iste modus interrogandi dicitur propriè, suggestio, quia suggerit quodammodo, materiam ad respondendum, iuxta interrogata; quod est omninò prohibitum, vt *in d. §. l. 1.* & traditur per Bart. *ib. n. 2.*

60 Est tamen aduertendum, quod scribi debent in actis processus per Notarium, seù Actuarium causae, non solum omnes responsiones, quas reus seriatim per eadem verba facit verum etiam omnes motus, suspiria, lachrymae quaerelae, & omnes alii actus fideliter illos, ac diligenter annotando, prout inferius suo loco demonstrabitur; ita docet Chartar. *de interrog. reor. lib. 4. cap. 1. num. 94. & cap. 3. num. 82* Et praesertim si Reus deficiat in tortura, aut illi guctur intumescat, vt aut respiratio impediatur; aut aliud accidens eueniat, ex quo periculum vitae oriri potest, nam tunc statim esse deponendus. Benè verum est, quod in huiusmodi casibus non debet esse nimis credulus Iudex, nec multum obstinatus, sed adhibeat peritos medicos, adhoc, vt cognoscant, an sint defectiones, & syncopes naturales; vel affectatae, vt torturam euadere tali industria possit; & medio iuramento recipiantur eorum depositiones, & in actis similiter redigantur. Dixi non debere Iudicem in his casibus esse neque credulum, neque obstinatum, ne nimis credulus commentitijs morbis decipiatur, & nec obstinatus, ne sua obstinatione aliquando quis verè patiatur, & ipse sit causa mortis; cuius paenam, si in culpa fuerit, non effugiet; vt alibi dixi.

61 Aliquando autem Rei torquendi, ne veritatem fateantur, ad euitandam torturam, procurare solent quaedam remedia, siue naturalia, siuè diabolica per maleficos illis subministrata, per quae causantur infirmitates, defectus somnus, taciturnitas, & similia. Permittit enim Deus suo imperscrutabili iudicio haec per diabolum fieri in quibusdam casibus & effectum suum multoties sortiri compertum est, prout experientia docet; & notant Marsil. *in Pract. crim. §. nunc videndum col. fin. num. 38.* Paul. Grilland. *in tract. de quaest. & tortur. quaest. 4. num. 13. & seqq.* Sim. de Pret. *cons. 105 num 8.* vbi ait de Iure ciuili talia sumentes pęna mortis puniri. Huiusmodi autem maleficia, (quae remedia per ipsos Reos. appellantur) consistunt, vt plurimum, in quibusdam verbis aut characteribus ignotis, aut numero crucium, & similibus in chartula aliqua papiri, seù membrana, quam virginem appellant, descriptis, & signatis, quas chartulas postea inuoluunt, vel in cera includunt, et in aliqua parte corporis abscondent, puta in capillis, auribus, ore pudendis, Ano, Vulua, vestimentis, vel in alia parte corporis secreta, & multoties illas deglutiunt, quae operantur, Deo sic permittente, vt vel Reus in tormentis somno opprimatur, adeo vehementi, vt torturae dolorem non sentiat, aut tacitus ita euadat, vt ne verbum quidem proferat, aut corpus ita intumescat, vt breuiter periturum quilibet credat, aut spumam ex ore in magna quantitate, vel sudorem maximum ex toto corpore profluere, cum apparenti vitae periculo, aut aliud id genus efficiant.

62 Quare cum Iudex torquendo Reum talia fieri, vel similia euenire viderit, studere debet, quantum in se fuerit, maleficia inania reddere, vt aduertit Chartar. *in Pr. interrog. Reo. lib. 4. cap. 1. num. 220. vbi num. 222. vers. inuenies*, Septem antidota, & remedia contra talia malefica recenset, prout facit etiam Calon. *de fortileg. capit. 10.* & Scapp. *in tract. de Iure non descript. lib. 5. cap 120 numer. 5. & seqq. ac Catere apud eos* & Iac. Nouell. *in tract. ad defens. cap. 2 num. 23. & seqq.* Multa alia tradit Sprenger. *in Malleo Malef. part. 3. quaestion. 14. & 15.* Et ex eo Alij; Eymeric. *in Director. Inquisit. part. 3.* vbi Pegna. *comment. 39.* Grilland. *de tortur. qu. 4. d. nu. 12. cum seqq.* Caualcan *de brach. reg par. 3. nu. 156. cum seqq.* vbi dicit nullum adesse fortius remedium contra dicta remedia, quam rectam mentem ipsius Iudicis dirigendo illam ad viam veritatis, et iustitiae tantum, et rogando Deum, qui est via, veritas, et vita, vt sibi propitius sit non autem respiciendo lucrum, aut humanam gloriam. De alijs similibus remedijs ad sciendum futura, vid. Petr. Caball. *in cent. 3. cas. 223. per tot.*

63 Vt autem Iudices, qui praedictorum Doctorum libros prae manibus non habent, nec de facili habere possunt, his ma-

leficijs

feficiis occurrere valeant ex tempore, sicasus occurrat, vt pluries accidit mihi, dum Vicariatus Generalis officio fungerer, cum quibusdam reis torquendis, notandum est, quod bonum experitur remedium, de quo Scapp. *vbi sup. num.5.* vt scilicet Reus in alio tormenti genere, si fieri possit, ponatur, & fit Iudex Laicus.

Secundò ad obuiandum prædictis maleficis, poterit Iudex Reum torquendum ex improuiso poni facere in alio carcere, seu loco separato ab aliis carceratis, qui vt plurimum vti solent huiusmodi secretis, seu remediis, vt ipsi asserunt, contra torturam, expressè tamen percipiendo, ne secum ex carcere quidquam deferat. Chartar. *vbi sup. n.222. vers. tertiò mutare.*

Tertiò mandare poterit, vt Reus despolietur omnibus vestimentis, ne quidem subuculam illi relinquendo; & nudus prorsus ex stens alijs vestibus superinduatur. Chartar. *d.n.222. vers. quartò omnes.*

Quartò diligenter inuestigare, & perquirere faciat omnes corporis partes, puta os, foramina narium, vel aurium, etiam annum, (vel vuluam, si sit mulier torquenda, per alias mulieres) ne absconditam habeat aliquam cartulam plicatam, vel granulum cereum, aut aliud simile maleficium; imò & cauterium; si habeat, proiiciendo pallulam, seu eiicer, & aliud nouum imponendo, vel pro tunc vacuum relinquendo; & similiter perquiri debet, an in aliqua parte corporis habeat aliquam incisionem, nam multoties ponunt quosdam paruas chartulas, aut pilulas infra pellem, & carnem. Chartar. *vbi proximè.*

Quintò abradi facere poterit Iudex omnes capillos capitis, & pilos totius corporis ipsius Rei torquendi; & huiusmodi abrasio est potentissimum anthydotum contra prædicta maleficia, vt testatur Scapp. *dict. tract. de Iur. non script. lib.6. cap.120. num.6.*

Sextò permittere non debet, vt aliquid de foris ipsi torquendo ab amicis, vel consanguineis comedendum, vel bibendum, aut vestimenta noua, aut vetera subministrentur, aut deferantur. imò omninò prohibeat, ne aliquis cum eo alloquatur, ne illum instruat, vel dicat aliqua verba superstitiosa, quæ recitata à torquendo statutis horis habent virtutem, taciturnitatem causandi, aut dolorem non sentiendi & similiter quædam pocula, aut vestes superstitiosis incantationibus commaculatæ, vt experientia docet. Chartar. *loc. præcit. d.n.222. vers. sextò.*

Plura alia remedia contra dicta maleficia, ne rei delicta confiteantur, ponit, vltra præcitatos DD. Scacc. *de iure, ... Iudic. cap.* 1 a & Martin. del Rio *Disquisit. magicar. lib.5. sect.9.* Sed pro defensio e Reorum talia n alche a sumentium. vid. Laderch Inol. *in cons.2. ... n.5. & sequ.*

64 Quæritur modò, vtrum possit diabolus hanc virtutem, seu fortitudinem Reo torquendo tribuere, itaut nullo modo delictum in tormentis fateatur?

Respondetur affirmatiuè, Deo sic permittente, vt præcitati DD. asserunt, præsertim Martin. del Rio, *vbi supra*, Scaccia, & Scapp. *ibid.* & Binsf. *Id. in l.7. C. de malefic. q. 1. conclus.15.* Quod contingere potest artificio ipsius diaboli etiam naturaliter pluribus modis, Primo; non faciendo illi sentire dolorem, & non permittendo loqui, concil ando somnum causis merè naturalibus, præbendo illi torquendo medicamenta soporifera, vel quid simile; & sic profundo somno oppressus dolorem torturæ non sentit, & silet, quia loqui non potest.

Secundò taciturnitatem, & silentium præbere solet non per somnum, sed quia illi a fert facultatem loquendi, impedimentum al quod, etiam causis naturalibus ori ipsius applicando, & quamuis dolorem sentiat, loqui non potest.

Tertiò reddit aliquando Reum torquendum robustiorem, & fortiorem ad dol. rem perferendum, quamuis, & illum sentiat, & loqui possit, Vt autem non sentiat dolorem, solet Dæmon adhibere quasdam res naturales vim opstupefactiuam habentes, qu bus sensus notabiliter sopiuntur, & sic dulor minuitur, & toleratur, de quo plenè Idem Del Rio *loc. cit. d. n.21, per tot.* vbi multa curiosa congerit.

Quartò solet aliquando, etiam naturaliter, Imaginatiuam patientis, Rei notabiliter deprauare, itaut per fixam Imaginationem ad aliud, quasi extra se raptus, dolorem non sentiat.

Quintò aliquando pondera ipsi Reo appensa Dæmon inuisibiliter leuat, vel omninò aufert; vel corpus ipsum subleuat; vel funes, quibus ligatur existit, aliquantulum laxat. Aliquando ea, quæ corpori infligi, vel infundi videntur, ipse alio auertit, aut eorum vim autequam ad corpus perueniant, tollit, aut aliud corpus solidum, & densum interinedtat, ne illum contingant.

Sextò aliquando corpus ipsius Rei ex eculeo tollit, & aliud consimile ex aere condensato substituit, omnium oculos decipiendo, quod quidem rarò Omnipotens Deus permittit. DD. precit. sed de his satis hactenus.

65 Quæritur insuper, quid agendum erit, Iudici, si Reus tortus negauerit, se delictum commisisse, & nihil prorsus fateatur, quod præiudicium inferre possit?

Respondetur, quod tali casu tenetur Iudex Reum non confessum absoluere, & liberare; quia remanent purgata indicia per torturam, cum videatur puram veritatem in tormentis dixisse; ita tenent communiter DD. vt testatur Alber. *in rubr. C. de quæst. num.9. & in l. edictum numer. 2. ff. eod. tit.* Cæpoll. *cons. crim.32. col.1. vers. nec potest dici.* Marant. *in spec. nuc. part.6. all. 14. num.16.* Clar. *in prac. quæst.64. vers. illatu reo tortura*, Boer. *decis.163. numer. 12.* & Grammat. *decis.8. num.10. & decis.95. numer.2.* Et dicunt quidam ex præcitatis, hoc procedere, etiam si delictum fuisset plene probatum, contra tortum. Marsil. autem *in l. repetitio num. 24. ff. de quæst. & in Pract. crim. §. quoniam num.9.* dicit, talem Reum negantem in tormentis debere relaxari sub fideiussoribus ex hactenus deductis, sed Anton. Gomez. *in tractat.13. delictorum num. 19.* tenet liberandum esse simpliciter. Clar. *verò vbi sup. & in quæst.62. vers. formæ autem* dicit, quod vbi inditia contra Reum sunt valde vrgentia, quamuis negauerit in tortura, adhuc condemnatur ad aliquam pœnam extraordinariam, & ita seruari in Statu Mediolanensi testatur, prout etiam seruati Neapoli refert. Grammat. *in d. decis.8. & consil. crim.12. in fin.* Boer. *d. decis.163.* Farinac. *in qu.40. nu.13. & seq.* vid. late congesta per Guaz. *def.30. cap.40. n.1. & sequ. & c.44. per tot.*

66 Quod si Reus in tormentis positus veritatem delicti à se commissi fateatur, non statim ex illa confessione in tormentis facta condemnari potest ad pœnam ordinariam, nisi in ea perseuerauerit, & illa ratificauerit extra tormenta. Vnde oie sequenti debet Iudex vocare ipsum Reum ad Bancum Iuris, et confessionem per ipsum factam in tormentis ratificare faciet extra tormenta, alias non posset illum condemnare, quamuis confessus fuerit delictum, *vt habetur in l.2. C. de custod. reor.* & tradunt Bart. *in l.1. ff. eod. tit. de custod. reor. in fin.* Abb. *in c. qualiter, & quando 2. de accu. ... & in c. cum in contemplatione n.7. de reg. iur.* & Alii.

67 Ratio autem, quare ratificatio prædicta fieri debeat non eodem die quo reus torquebatur, sed die sequenti est, quia labi debet spatium 24. horarum saltem, inter torturam, & ratificationem, ita vt si de mane fuerit tortus, de mane die sequenti ratificare debeat apud acta, alias diceretur facta metu tormentorum, si fieret ante, ita asserunt DD. communiter, vt inquit Ant. Gom. *d. cap.13. delictor. n.24.* sed in hoc dicit, Bart. *in d. l.1. §. Diuus seuerus num.4. ff. de qu.* standum esse arbitrio Iudicis, dummodo aliquod notabile tempus labum sit; vt etiam tenet Simancas. *de haeret. cap.63. nu.42.* At verò communia obseruantia est, vt fiat die sequenti. Clar. *d. quæst.64. vers. & circa hanc*, post Angel. *in d. l.2. n.1. C. de cust. reor.* Marsil. *in Pract. crim. §. quoniam n.* t. plenè Chart. *in pract. proc. interrog. Reor. lib.4. cap.1. n.145. cum seqq.*

68 Neque fieri debet huiusmodi ratificatio in carcere secreto, aut alio loco, ex quo carcerem videre possit, sed in banco Iuris, secundum Bart. *in d. l.1. §. diuus seuerus nu.3. ff. de qu.* & Bald. *cons.85. in fin. lib.1.* Vel alio loco opportuno dummodo in eo non inferatur tortura, vel vnde illum videre non possit, aut instrumenta torturæ, quia aliàs adhuc diceretur facta ratificatio metu tormentorum, & esse nulla, ita communiter tenent DD. vt ait Io. Andr. *in d. cap. cum in contemplatione de reg. iur.* August. ad Angel. *de malefic. in verb. fama publica num.128.* Et nota, quod Reus in ipsa ratificatione debet iterum iurare. Doctor. apud Maur. Burg. *de mod. proc. ex abrupt. qu.100. nu.11.* Guaz. *def.30. c.36. n.2.*

69 Ne autem Reus post torturam instruatur ab alijs carceratis, ad confessionem iam factam in tormentis non ratificandam, sed potius ad illam negandam, vt pœnam euadat, poni debet in alio loco carceris separato ab al is carceratis, quia isti solent, vt plurimum esse multum Instructi, & aliquando minis, aliquando verbis iniuriosis, & aliis modis illum adeo

auct-

auertunt à ratificatione facienda, vt potius confessionem factam neget, quam confirmet. Nam experientia patet, quod quando Reus tortus non fuit confessus sed torturam sustinuit, & negauit, omnes carcerati tripudiant, voces lætitiæ attollunt, & magnum faciunt festum, ac certatim illum recipiunt, blandiuntur, amplectuntur, adiuuant, ouis recentibus reficiunt, rebus dulcibus confortant, & similia faciunt, vt pluries fieri audiui, dum essem V carcerus. Idcirco habita confessione Rei non permittat Iudex, illum duci ad eumdem carcerem, quantum fieri poterit sed ponet eum in aliquo loco separato, vt dixi, donec, & vsquequò ratificauerit confessionem de quo Scapp. *de iur. non script. lib. 5. cap. 101. in fin.* Andr. de Isern. *super t. p. constitution. Regni rubr. 27 col. 6.* vbi etiam Affl. *ct. num. 44. in fin.* & Par. de Put. *in tract. syndicat fol. 451. cap. 1. num. 2.* Et vbi fuerit aliqua suspitio, vel timor, quod aliquod malum sibi inferre procurabit, ne pœnam delicti patiatur, poterit illi assignare custodiam Birruariorum, aut aliorum virorum fidelium, qui corrumpere ipsum non possint, vt carcerati facerent, aut auferre omnia, quibus sibi mortem procurare posset in loco, vbi ponitur, aut aliud facere, prout melius expedire videbitur?

70 Sed quæritur, quando nam confessio, seù ratificatio facta, dici possit extorta metu tormentorum, & sic inualida reddatur?

Respondetur, quod hoc arbitrio Iudicis relinquitur. Bart. *in l. interposita, col. 1. verb. vlterius nota. C. de transact.* Angel. *de malefic. in vers. fama publica in fin.* Cyn. & Salic. *in lib. 2. C. de custod. reor.* Alex. *in lib. 1. §. diuus. ff. de qu.* Vnde secundum Aliquos, si quis fuit spoliatus, vt torqueretur, sed non fuit ligatus: & confiteretur, confessio diceretur metu tormentorum extorta. Salic. *in d. l. 2.* sed contrarium dicit Nicol. de Neap. *in l. nouissimè ff. de eo, qui fals. test. numer.* Idem tenet Bart. *in d. lib. 1. §. diuus seuerus. ff. de quæstion.* quem refert Foller. *in practic. crimin. for. formul. 3. p. tertio partis. verb. & si confitebuntur nu. 113.* vbi Alios allegat, quia nisi quis ligetur in tormentis, non potest dici metus tormentorum incussus despoliatio tantum. Alij tamen aliter asserunt, quod qualitercumque terreatur Reus de torquendo, si confiteatur, confessio metu tormentorum extorta dicitur. Gandin. *de malefic. in rubr. de quæst. & tort.* sequitur August. ad Angel. *de malef. in verb. fama publica col. nonepen.* Brun. *de indic. & tortur. p. 2. qu. 2. in princ.* Marsil. *in prax. crim. §. expedita n. 10.*

71 Vbi autem Reus confessus fuerit in tormentis, & confessionem ratificauerit extra tormenta, vt supra dictum est, seruatis seruandis; tunc Iudex debet illi breuem terminum duorum, vel trium dierum assignare ad faciẽdum omnes suas defensiones, & ad producendum omnia, quæ habet contra suam confessionem, ne ex aliqua parte indefensus remaneat; & iste terminus in omnibus ferè Curijs seruari solet, vt aduertit Salicet. *in d. lib. 2. C. de cust. reor.* per text *in lib. 4. § si ad diem. ff. de re milit. & l. si non defendantur. ff. de pœnis.* Affl. *ct. in constit. Regni. incip. si domina col. 9.* Clar. *d. qu. 64. vers. sin autem,* & ratio est quia, *vt in superiori sect. 10. num. 22.* diximus, Reus potest multa probare aduersus propriam confessionem, in ò etiam ratificationem reuocare, vt dicit Grammat. *super constit. Regni fol. 23. num. 23.* & Clar. *qu 55. vers. sed pone.* Quod si Reus in dicto termino illi assignato ad suas defensiones condemnari poterit, vt de communi sententia tradit Bald. *in d. lib. 2. num. 3. C. de custod. reor.* quem sequitur Affl. *ct. sup. 1. p. constit. Regni rubr. 27. num. 43.* & communiter Alij DD. apud Caualcan *de brach. Preg. q. 4. per tot.*

72 Et est notandum, quod si Reus fassus sit delictum, de quo contra eum extabant indicia, interrogari potest de causa, propter quam motus fuit ad delinquendum. Chartar. *d. pract. inter ro l. 4. c. 1. n. 83.* quia potest esse, quod iustum habuerit causam; & sic illi prodesset talis interrogatio.

73 Potest similiter interrogari de aliis delictis, de quibus licet non adsint inditia, adest tamen suspitio, quod ipse commiserit quia fortassis solitus est delinquere, vel est aliquo modo suspectus. Angel. *de malefic. in verb. fama publica num. 120.* Scapp. *de iure non script. lib. 5. cap. 96.* Clar. *d. qu. 64. v. successiuè quæro,* vbi in fine dicit, quod contrarium Mediolani seruatur, vt non interrogetur de alijs, nisi in criminibus assassinii, furti, falsi, & annonæ; quia secundum iura regulare est, vt non interrogetur, nisi ad fuerint inditia. *l. 1. in princ. ff. de quæst.* & Vitalin. *de malefic. rubr. quæ indicib. &c. num. 6. & sequent.* ait, quod Iudices aliter facientes, malè faciunt, prout dicit etiam Farin. *de indic. quæst. 169. & seq.* vbi plenè hanc conclusionem examinat. Contrarium tamen de communi consuetudine seruatur, vt scilicet semper interrogetur de aliis delictis in tota ferè Italia, vt dicit Gandin *de malefic. tit. de quæst. num. 19.* Marsil. *in pract. crim. § constante num. 14. & cons. 53. num 9.* Diaz. *in pract. crim. canon. cap. 117. num 3. in fin.* Foller. *in pract. crim. for. sac 1. p. secunda partis vor. Reo indut. torqu. num. 6. & in tertia parte, tertia partis verb & si confitebuntur num. 33.* & Grammat. *vot 13. numer. 2. & decis. 34. num. 21. & decis. 48.* dicit procedere in omnibus delictis, & sic seruari Neapoli.

74 Item potest interrogari de sociis, & complicibus ad delictum committendum, præsertim quando est de illis, quæ committi nequeunt, sine sociis. Anton. Gomez. *cap. 12. delictor. num. 16. in fin.* Clar. *in §. fin. qu 21. vers. dictum socij.* Et quamuis regula communis sit negatiua de iure, *per text. in l. quis de se. ff. de quæst. & l. fin. C. de accusat.* tamen de consuetudine semper rei torti, & confessi interrogantur de socijs. Blanc. *de indic. nu. 374.* Par. de Put. *de syndicat. fol. 460. cap. 4. nu. 2.* De his tamen interrogandus erit in genere, non in specie, vt suggestiones euitentur. Glos. *in d. l. fin.* et ibi Salic. Brun. *de indic. & tortur. qu. 5. 2. q. num. 56.* plura ponit Scacc. *cap. 81. tit. de socio criminis extra torturam, & in tortura in princ.*

75 Quando autem Reus ratificare debet confessionem in tormentis factam, ducendus erit, vt dictum est, ad aliquem locum separatum, & interrogandus erit, an recordetur de his, quæ dixit hesterna die in tormentis, & si respondet affirmatiuè; iniungi ei debet, vt in substantia repetat quod dixit; & deinde erit illi legenda sua confessio per Notarium Clara voce, & postea interrogandus est, an ea, quæ legi sibi audiuit, ipse fassus fuerit, illaque modò ratificare, & approbare voluerit, an aliquid addere, vel reuocare, vt aduertit Marsil. *in pract. crim. § quoniam num. 1. fol. mihi 67.* et fusiù. Chartar *d. pract. interrog. reo. lib. 4. cap. 1. num. 145. cum seqq.* & vbi dixerit, se velle iam dicta confirmare, et ratificare, ac nolle addere, aut detrahere iam perfecta erit ratificatio confessionis priùs factæ, vt ait Marsil. *d. nu. 1. in fin.*

Et nota quod huiusmodi confessio ratificatio, verificanda erit, cum omnibus suis circumstantiis, de quibus dictum est supra, & notat Marsil. *loc. cit.*

76 Aduertendum est autem, quod in multis casibus ratificatio non est necessaria, & *Primo*, quando confessio fuit spontè facta extra tormenta. Carrer *in sua pr. fol. 9. n. 29.*

Secundo, quando agitur contra Reum in flagranti crimine deprehensum. Charcar. *vbi sup. lib. 4. cap. 1. nu. 152. vers. quo quidem. in fin.*

Tertio, quando quis fuit leuiter tortus, quia appellatione torturæ, secundum Aliquos, non venit Leuis tortura. *arg. l. Scio ff. de integr. restit.* Chartar. *vbi sup. num. 154.* Quod tamen mihi non placet, quia attentis gradibus torturæ, de quibus supra dictum fuit, non est dubitandum, quod taliter tortus, fuerit reuera tortus; & sic confessio illius esset ratificanda, aliàs non valeret.

Quarto, non requiritur adeò strictè ratificatio in teste torto, sicut in Reo. Farinac. *de indicijs, & tortur. quæst. 39. nu. 139. & seq.*

Quintò, non est adeo necessaria in depositione socii criminis contra alium, declarando tamen vt per Scacciam. *cap. 81. num. 9. vers. quinto dubitatur,* vbi respondet ad contraria argumenta, quem vide, si casus occurret, quia non est conclusio multum certa.

Est autem necessaria ratificatio socii criminis, quando grauauit alium socium, sed in faciem nominati. & in tortura, vt tradit Scac. *ca. 86. n. 68. vers. & cum in tortura.* vbi tradit modum, & praxim. Farin. *q. 43. n. 140.* & Ego *dix. sup.*

77 Sed quæritur, quid agendum si Reus confessionem in tormentis factam ratificare noluerit, imo potius reuocare intendat?

Respondetur, quod tali casu est iterum torquendus, vt ad confessionem iam factam reuertatur, etiam si alia noua inditia non superuenerit, quia confessio facta in tormentis facit nouum inditium, quod sufficit ad nouam torturam inferendam. Bart. *in l. vnius §. reus in fin. ff. de qu.* quem sequuntur omnes communiter, vt dicit Blanc. *de indic. n. 219.* Boss. *in sua Pract. tit. de tortur. nu. 41.* Clar. *in §. fin. q. 21. vers. vlterius quæro,* Simanc. *de haret. c. 63. n. 43.* & Alii.

Ex eo

Ex eo autem, quod DD. asserunt, posse Reum torqueri, ad effectum reuertendi ad primam confessionem, inferri non debet, quod possit Iudex tandiù illum in tortura detinere quousque ratificauerit; sed quod possit solum iterum torturam inferre, tanquam si nouum inditium superuenisset. August. ad Ang. *de malefic. in verb. comparuerunt, & confitentur coram. post numer.* 10. Pegna *in Director. Inquisitor. part.* 3. *ver. tertio schol.* 54.

78 At verò ponamus casum, quod iste Reus positus in tortura secunda vice, quia confessionem iam in prima tortura factam ratificare noluit: In hac secunda tortura iterum confessus fuerit, sed requisitus, vt ratificet, similiter negauit; num iterum torqueri possit?

Respondetur affirmatiuè; quia eadem est ratio in hac tertia tortura sicut in secunda; Est benè verum, quod si in hac tertia tortura confiteretur, & in ratificatione negaret, non esset amplius torquendus, ne daretur processus in infinitum, sed potius, absoluendus ex hactenus deductis, & rebus sic stantibus, vt tradit Pat. de Put. *in tract. de syndicat. in ver. tortura fol. mihi* 482. *cap.* 6. *nu.* 2. vbi ait hunc ei casum de facto accidisse; Boer. *decis.* 163. *p.* 2. gomez. *variar. resol. tom.* 3. *c.* 13. *nu.* 27 Follet. *in pract. pract. crim. sor. iac.* 3. *p. tertia partis vers. & si confitebantur nu.* 109. & Clar. *d. q.* 21. *vers. vlterius quæro in fin.*

Dicit tamen, super hanc causam, singulariter vnum Chartar. *in d. pr. inter. re. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 163. quod scilicet possit Iudex, etiam quarta vice torquere talem reum tertio confitentem, & in ratificatione negantem, ex quo inditium variationis non remaneret prorsus purgatum; quod quidem mihi non placet, ne Iudex appareat carnifex in immanitate, & crudelis in tormentandis hominibus, de quo Boss. *vbi sup. de tortur. num.* 44.

Conclusio autem eorum, quæ modò iam diximus, quod scilicet tortura ter repeti possit, locum habet, quando Reus confessus est in tortura, & posteà non vult ratificare extra tormenta.

79 Sed quid, si in prima tortura negauit, an sit locus repetitioni torturæ?

Respondetur affirmatiuè, si sic Iudici videbitur iustis existentibus causis: quæ solent esse criminis immanitas, conditio Rei, grauitas, vel leuitas torturæ iam illatæ, inditia vehementia non dum euacuata, & similes. Scapp. *de iure non scripto l.* 5. *cap.* 108. *num.* 14. *&* 15. Vnde secundum communem DD. sententiam, de qua Clar. *in d. qu.* 64. *vers. vltimò videndum*, dicendum videtur, quod repetitio torturæ est arbitraria, ex doctrinam Bart. *in l. vnius §. reus nu.* 1. *ff. de qu.* Boer. *d. decis.* 163 *num.* 10. grammatic. *cons. crim.* 21. *num.* 25. Et ita seruatur in Practica, vt colligi potest ex communi obseruantia Curiarum, in quibus, quando infertur tortura, solet Iudex in decreto de deponendo Reum à tortura, apponere illam clausulam; *Animo tamen, &c.* pront quando Reus stetit in tortura per spatium vnius horæ, cum amplius permanere non debeat, *vt dix. sup.* & deponendus erit, fit decretum, quod leuiter de tortura deponatur, dissoluatur, brachia ei reaptentur, reuestiatur, & ad locum suum reponatur, *Animo tamen, &c.* ista enim clausula, importat animum repetendi torturam, quatenus opus fuerit, vt aduertit Chartar. *d. l.* 4. *cap.* 1. *nu.* 316. *& seqq.* vbi de vi dictæ clausulæ plenè agit.

80 Et vbi locus est torturæ repetitioni, seruari solet per Iudices timoratæ conscientiæ, vt semper tempus detentionis in illa sit minuendum, vbi prima vice reus fuerit acriter tortus; sed si leuiter, secus. Scapp. Chartar. Clar. & Alij *locis citatis*. Neque inferri, & repeti potest vltra tertiam vicem, vt supra dictum est. Et si perseuerauerit in negatiua, absoluendus esset, quia iam purgata remanent inditia; vt supra similiter diximus. Quod limitatur, vbi adhuc inditia non essent purgata, sed essent vrgentissima, & reus esset famosus, nam tunc non obstante negatiua, condemnari potest ad aliquam pœnam, non ordinariam, sed extraordinariam, iuxta tradita per DD. quos refert, & sequitur Clar. *d. qu.* 64. *vers. illata verò, & vers. Et in hoc proposito. seq.* & Follet. *vbi proximè nu.* 10. Et Alij quos Ego adduxi *sup. d. n.* 40. *in fin.*

81 Insuper notandum erit, quod licet repetitio torturæ sit arbitraria, iuxta supra notata, arbitrium tamen debet esse regulatum à Iure, vt pluries censuit Rot. Rom. præsertim. *decis.* 179 *n.* 1. *& dec.* 235. *nu.* 1. *& dec.* 547 *nu.* 1. apud Farin. *in pract. crim. q.* 38. *n.* 18 & Ego alibi *sup. dix.*

82 Hinc est, quòd non debet Iudex in omnibus casibus, etiam Leuibus Reum bis torquere; Et vbi repetenda erit tortura, non debet infligi vltra tres vices Neque in die feriata ad honorem Dei, & Sanctorum, quantum fieri potest: Neque nouis non interuenientibus inditiis; & quæ sint potentiora primis & diuersi generis. Neque repetenda est debili, infirmo, aut aliquo modo impedito; Neque eodem die, sed diuersis diebus. Farinac. *d. q.* *qu.* 38. Quod si tortura indebite repetatur, & reus confessus fuerit, illa confessio ei non nocebit. Farinac. *ibid. num.* 78. & Marsil. *in pract. crim §. quoniam num.* 32. Et in casu dubio an sit repetenda, necne, semper negatiuè pro non repetenda tortura pronunciandum erit. De reliquis circa materiam repetitionis torturæ, vid. Farinac. *vbi sup.* & Menoc. *de arbitrar. iudic. cas.* 272. vbi plene, *& cas.* 269. vbi exemplis conclusionem exornat.

PRAXIS PROCESSVS.

---

83 Absolutis omnibus, ac generaliter in hac tam importanti materia torturæ, tamquam in speculo magis necessarijs præmissis, deueniendum est, secundum propositum institutum ad practicam formandi processus. Qua propter continuando subsequentia cum præcedentibus, dico quod in illis casibus, In quibus inferenda erit Reo tortura ad veritatem delicti commissi eruendam, quia forte sunt inditia euidentia, & probata, luce meridiana clariora, in specie certa, non dubia, nec æquiuoca, sed concludentia, & à Iure approbata, ita vt sola confessio Rei torquendi deesse videatur, adhoc, vt possit illum condigna pœna condemnare; tunc prosequendo examen, seù constitutum ipsius Rei, de quo in superioribus dictum est, si pluries interrogatus, & monitus, vt veritatem fateatur, facto epilogo, quàm breuissime fieri poterit, omnium inditiorum contra ipsum existentium, confiteri noluerit: debet Iudex proferre decretum torturæ cum suis necessarijs clausulis, & circumstantijs, vt scilicet Reus ducatur ad locum tormenti, despolietur, ligetur, & funi applicetur, & quod postquam fuerit sic funi applicatus, cum adhuc in negatiua perstiteret fuit mandatum in altum eleuari; &c. cuius forma magis vsitata, & communis erit, quæ sequitur, videl.

Forma procedendi ad Torturam, e usque Decretum.

Interrogatus, *& monitus, vt velit tandem recedere à tot mendacijs, subterfugijs, & inuerisimilibus responsionibus; cum ex iam deductis possit ipse constitutus clarè animaduertere sibi nullum negandi modum esse relictum.*

Respondit: *io hò detto la verità fin' adesso: Non hò che dir più, nè mi resta altro: Nè hò detto bugia veruna.*

Et Domino dicente, & ipsum constitutum beniguè monente ad veritatem super præmissis tradendam, quam adhuc minimè dixit: nec expectet, quod pro illa habenda deueniatur contra ipsum ad opportuna Iuris, & facti remedia, pront deuenietur, nisi ad dictam veritatem super præmissis fatendam se disponat.

Respondit; *io hò detto la verità, e se vorrete far' altro fate il padrone. Sò che mi farete torto; & io hauerò patienza; e non hò altro che dire.*

Decretum.

Tunc Dominus sedens, &c. Visa pertinacia, & obstinatione ipsius Constituti. Visisque, & consideratis indicijs contra ipsum existentibus, & signanter depositionibus N. de N. & N. de N. qui asserunt vidisse ipsum constitutum occidisse N. de N. cum ense, multis vulneribus inflictis, & vna simul cum eo ad fuisse duos suos famulos N. de N. & N. de N. Visis litteris, & Armis penes ipsum constitutum repertis, Visis confessionibus eorumdem prædictorum famulorum, attenta fuga per ipsum constitutum arrepta postquam Curia familiam vidit, per quam vsque non obstante fuit captus, consideratis, &c. & sic poni possunt alia inditia, si quæ adsint variatis verbis, pront varia illa fuerint; & si fuerit persona vilis apponatur: *stante vilitate personæ*, si fuerit solitus delinquere, dicatur: *Considerata mala*

ipsius

ipsius qualitate. Si malum habuerit nomen, vel physonomiam, subiungatur; *Attento malo nomine, vel mala physonomia*, & sic de reliquis) *Aliisque iudiciis contra dictum constitutum urgentibus, & ex processu resultantibus, pro veritate habenda super homicidio predicto, quae aliter haberi non potuit, mandauit ipsum constitutum adduci ad locum torturae ibique spoliari, ligari, et funi applicari.*

Qui sic adductus, dum spoliaretur, et ligaretur fuit per Dominum benignè monitus, et hortatus, ut tandem liberè veritatem dicat & recedat ab eius pertinacia, nec expectet, quod in funem eleuetur, prout eleuabitur, quatenus adhuc in eius obstinatione persistat.

Resp. *Signore io non posso dir'altro.*

Tunc Dominus, cum videret ipsum constitutum omninò recusare veritatem fateri, eundem iam spoliatum, ligatum, & funi applicatum mandauit in altum eleuari.

Qui sic eleuatus cepit clamando dicere, ohimè ohimè son morto, oh Dio, oh Madonna santissima aiutatemi; Non posso soffrir più.

84 Vbi verò necesse fuerit Reum, ob aliquam legitimam causam, puta robustitatem, & similes aliquantulum grauare in tormento: & aliquando iusta de causa ipsum tantisper deponere de tortura, tunc annotanda sunt omnia verba per ipsum prolata, omnesque motus, signa, & actus, quos facit. Quod quidem pluribus modis fieri solet per Iudices sæculares, vel mandando moueri funem; vel dari ictus, vel apponi pondera, & similibus de quibus nihil ad Nos, cum versemur in Tribunalibus Ecclesiasticis, in quibus benignitas, & misericordia resplendere debet magis, quam crudelitas. In quibusdam tamen atrocibus delictis, solet tantum moueri funis, quando Reus est vir fortis, & non multum sentit dolorem: & tali casu prosequendo examen, infrascripto, vel simili modo est procedendum, videl.

Forma annotandi actus, verba, & motiua in tortura occurrentia.

Interrogatus, *& monitus, ut non patiatur se ulterius in tormento detineri, sed veritatem liberè fateatur.*

Resp. *Io non posso dir'altro, ancorche stassi quì appeso fin'ad hoggi ad otto.*

Tunc Dominus cum videret ipsum constitutum torturam pacienter ferre, & ob eius robustitatem quasi non sentire, mandauit funem modicum quassari, & moueri, absque ictibus.

Qua sic mota & quassata ipse constitutus dixit; fate quanto volete, e sapete oprare, che tutto sarà in vano; mentre io non hò altro che dire.

Et monitus, ut veritatem dicat.

Resp. *Io non sò, che cosa hò da dire di vantaggio. Non posso dir'altro.*

Et Domino subiungente, ut veritatem dicat super præmissis; quomodo se habeat.

Resp. *Signore io mi sento morire quà sopra, mettetemi giù, che voglio dir ogni cosa.*

Et sibi dicto, ut incipiat dicere, & postea deponetur.

Resp. *Se non mi fate calar giù, io non posso dir cos'alcuna quà sù: però vi prego, che mi facciate calare che così dirò ogni cosa, fate presto, pluries dicta verba replicando.*

Tunc Dominus stante promissione prędicta, & ad effectum prędictum tantùm, non aliter, &c. animo tamen, &c. quatenus, &c. mandauit ipsum constitutum leniter de tortura deponi, & super scamno ligneo accommodari.

Qui sic depositus, & super scamno ligneo accommodatus, fuit per Dominum interrogatus, ut modo pollicitam veritatem fateatur.

Resp. *che volete che dica? io non hò fatto male alcuno; e mi stratiate à torto.*

Et monitus, ut recedat ab huiusmodi subterfugiis, & pollicitam veritatem dicat, quia aliàs continuabuntur tormenta, & sic in altum iterum eleuabitur.

Resp. *Fate pur quel che vi pare; voi sete il padrone: ma auuertite, che mi fate torto, perche son'innocente.*

Et tunc Dominus mandauit ipsum constitutum in altum eleuari denuò.

Qui sic eleuatus, cepit alta voce clamare; ohimè; ohimè. Non posso più, oh Maria Vergine del Carmine; Et postea omninò tacuit. Deinde post aliquantulum temporis dixit; *Mettetemi giù, perche me viene voglia de andar del corpo calatemi, che me sento crepare.*

85 Quandocumque euenit casus, vt deponatur ad effectum euacuandi corpus, vel dicendi veritatem, vel alia de causa illum deponendi, semper erit interloquendum, vt supra mox dictum fuit, vel vt sequitur videlicet.

Forma deponendi Reum ad effectum leuandi corpus vt dixit.

Tunc Dominus ad effectum prædictum, ut euacuaret, & leuaret corpus, mandauit ipsum constitutum leniter de tortura deponi: Animo tamen iterum, etc.

Qui sic depositus, et facta sibi per dominum facultate euacuandi corpus: mox reductus coram eodem Domino, dixit: Signor Vicario prego V.S. Reuer. à non trauagliarmi de vantaggio, perche non posso più. Ohimè che volete far di più adesso? habbiate misericordia della mia persona, per esser'innocente, e non hò altro che dire. Se poi volete che dica qualche cosa, ditemela, ch'io la dirò.

Et tunc Dominus, cum videret sibi uerba dari, mandauit dictum constitutum iterum in funem eleuari pro continuatione tormentorum.

Qui sic eleuatus, fuit per Dominum interrogatus an, sit modo dispositus ueritatem fateri.

Respon. *Io ui hò detto che non hò che dire.* Et nihil amplius dixit. Et licet pluries *per Dominum fuisset interrogatus, et monitus, ut tandem ueritatem fateatur, nihil tamen umquam respondit, nec aliquid amplius dicere uoluit. Quæ Ego, etc.*

86 Quod si occurrat aliud, describatur; aliàs si deueniendum sit ad finem torturę, fieri debet decretum infrascripto, vel simili modo, videl.

Finis Torturæ.

Et Cum stetisset sic in torturam eleuatus per spatium unius horæ integræ ad horologium pulueris, Dominus mandauit ipsum constitutum leniter deponi, dislegari, brachia reaptari, reuestiri, et ad locum suum reponi: animo tamen etc.

Qui sic depositus, dum disligaretur et brachia sibi accomodarentur, clamabat fortiter ohimè, ohimè, fate piano per amor di Dio. Et similia uerba proferebat. Quæ ego, etc.

Si non accidat defectus aliquis, dum Reus torquetur fit ratificatio extra tormenta, de qua inferiùs.

87 Occurrente autem casu, vt Reus in tortura deficiat, prout sæpissimè accidit; Tunc diligens esse debet Iudex, & cautus: obseruando omnia accidentia talis defectus, an vera sint, vel affectata, vt si spumam ex ore emittat, si nimirum sudorem per corpus fluere cernat; si magno pallore primum faciei colorem mutare dignoscat, & huiusmodi: quia sicut realiter, & effectiuè accidere aliquando compertum est: ità multoties affectare, & malitiosè euenire experientia docet: Ideo, ne decipiatur Iudex, laicus, vti poterit aliquibus diligentiis, vt certior fiat, nimirum potest illum vrgere vehementiùs ad respondendum: quassare funem, suffumigia sulphuris, panni linei, aut cartæ in igne positæ eius naribus applicare, & huiusmodi, ad effectum dignoscendi, an reuera tortus ipse defecerit, an verò defecisse dissimulauerit, nam si defectus non est simulatus, non sentit prædicta sibi fieri, aliàs secus. Idem faciendum, quando Reus dormiet, vel dormire finget. Aduertere tamen debet Iudex, ne dum dictas diligentias adhibuerit, interim Reus in tortura moriatur: proinde tutiùs erit peccare in facilitate credendi, quam in duritie, & obstinatione non credendi, cum periculo vitæ torti, de qua rationem reddere teneretur, non solum Deo; sed etiam Superioribus suis; præsertim si non fuisset præsens, sed alteri vices suas commisisset: quod facere non debet; se potius, quando iusto impedimento detineretur, differe torturam ad aliud tempus studeat; Cum igitur Reus deficere in tormentis videatur, annotandi sunt omnes actus, & circunstantiæ occurrentes, dum examen prosequitur, infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma describendi actos dum Reus in tormentis deficere videtur.

Et cum dictus constitutus videretur in tormentis deficere, &c. Dominus mandauit ipsum leniter de tortura deponi, & super sede lignea accomodari.

Qui sic depositus: & super sede lignea accomodatus, cum licet pluries interrogatus, commotus, & quassatus responsum non daret, nec ad animum rediret, imò semi mortui imaginem praeferret, Dominus mandauit in eius faciem aquam frigidam guttatim inspergi. Vel *eius frontem, & tempora, ut aures, & pulsus aceto rosaceo madefieri.* Vel: *Nares ipsius sulphure, aut pingui ligneis accensis suffumigari &c.*

Quibus per actis praefatus constitutus in se reductus fuit per Dominum interrogatus; Quomodo se habeat.

Resp. *Mi sento bene per gratia del Signore, e il gran dolore, che sentiuo, m'haueua fatto venir meno.*

88 Vt autem possit Iudex determinare, an desistere debeat à tortura, vel potius ad vlteriora procedere, cautiùs aget, si medicos adhibeat, qui videant ipsum Reum & si postea dixerint, posse sine periculo procedi ad vlteriorem torturam, facta prius per illos fide in scriptis medio iuramento, vel ipsis formiter examinatis. Quo casu fieri debet sequens, vel simile decretum, videlicet.

Forma adhibendi Medicum ad finem videndi Reum tortum, & referendi, an adsit periculum.

Tunc Dominus mandauit vocari N. de N. Doctorem Physicum, & duci ad carceres, ad effectum inspiciendi dictum constitutum, an aliquid pateat, & effectiuè aliqua accidentali infirmitate laboret, quominus vlterius torqueri valeat.

Qui N. Physicus vocatus, & adductus delato sibi iuramento veritatis dicendae, prout tactis, &c. iurauit, ac sibi per Dominum mandato, ut praesentem constitutum benè inspiciat, ac obseruet: & an sine periculo ad vlterius ipsum torquendum procedi possit, referat, & cetera quae constitutum per ipsum N. bene uiso, & inspecto, eiusque pulsibus, fronte, & pectore, manu pertentatis, non tantum semel, & pluries. Ad opportunas Domini interrogationes.

Resp. *Signore io ho uisto, e ben'osseruato N. de N. qui presente, formato, come mi fù dato, mentre staua sù la corda, e l'ho ritrouato congiuntamente, che secondo li precetti dell'Arte medicinale, non mi pare, che habbia male alcuno, per quel che posso giudicare dalli polsi, dalla fronte, dal cuore, & altre parti del corpo, che hò toccato; onde stimo, che sia stato più tosto atto finto, che sia corpo è altro male, è però stimandolo libero affatto da ogni sorte d'infermità, non scorge salute pericolo alcuno, e questo è quanto posso, e deuo dire in conscienza. Questo dì, etc. del mese, etc.*

Io N. de N. Doctor Fisico faccio fede come sop.

Tunc Dominus Visis, et auditis praedictis mandauit, ipsum constitutum denuò in funem eleuari, Qui sic eleuatus, *fuit per Dominum interrogatus, an uelit modo amplius persistere in suis subterfugijs aut potius ueritatem fateri.*

Resp. *Io non sò che dire, e non mi fa cascare à terra. Ne hauete compassione di me pouer'innocente.*

89 Et prosequitur examen more solito. Simile decretum fieri potest, quando fuit per iudicem detecta malitia, & facta experientia, quod defectus non fuit verus, sed affectatus, vt poneretur à tormentis, & nunc tale, vel simile esse solet decretum, videlicet.

Forma decreti vlterioris torturae, quando defectus fuit fictus.

Tunc Dominus Visis, et perpensis, etc. cum uideret dictum constitutum nullo morbo grauari, sed ipsum commentitius, eiusque maliciosa signa, et affectatum, media fraudulentos, et dolosè ad torturam euitandum excogitaros demonstrare, et tenouare, mandauit eundem in funem denuò eleuari.

Qui sic eleuatus *etc. fuit per Dominum interrogatus, etc.*

Respondit, &c. Et sic prosequitur examen, prout facti qualitas postulauerit.

90 Quod si adhibito Physico, vel alio, ad experiendum, an verus sit defectus, siuè animi deliquium, & affirmatiuè testatus fuerit, non erit ad vlteriorem torturam procedendum: sed fit solitum decretum videlicet.

Forma decreti de amplius pro tunc Reo non molestando.

Tunc Dominus visis, &c. & auditis praedictis, &c. mandauit ipsum constitutum dislegari, eius brachia reaptari, & comellari, & ad locum suum reponi, animo tamen, &c. cum stetisset in torturam eleuatus spatio mediae horae non integrae ad horologium pulueris, &c.

Qui sic depositus, *&c. quae ergo &c.* prout supra fieri solet.

91 Vbi verò torquendo Reum, non occurret animi deliquium, vt supra dictũ est, sed Reus de plano confessus fuit delictum, ad hoc vt ex eius confessione deueniri possit ad sententiã condemnatoriam, necesse erit, vt illam extra tormenta die sequenti ratificet: quae quidem confessionis in tortura ratificatio solet sub infrascripta, vel simili verborum forma fieri videlicet.

Forma Ratificationis confessionis factae per Reum in Tortura.

Die ... mensis ... anni ... in loco N. &c.

Constitutus *personaliter N. de N. coram Per illustri, & Reuerendiss. D. N. de N. Vicario Generali, N. in tali loco N. qui delato sibi iuramento veritatis dicendae, prout tactis, &c. iurauit fuit per Dominum.*

Interrogatus, *an vltra ea, quae superiùs dixit in alijs suis constitutis, & praesertim ea, quae fassus fuit in examine hesterno, occurrat, sibi aliquid aliud ex seipso dicere, & quid.*

Resp. *Signor nò, che non hò altro che dire di più, &c.*

Interrogatus, *an ea omnia, quae hesterna die in tormentis fassus fuit, vera fuerint, & sint, eaque pro veritate dixerit, & fassus fuerit.*

Resp. *Signor sì, che tutto quello, che hieri dissi nella corda, fù verità, e come tale lo confessai, è non altrimente.*

Interrogatus, *an hodie sit paratus, & velit in praesenti extra tormenta ea omnia approbare, & ratificare.*

Resp. *Signor sì, che son pronto di ratificare, & approuare quanto dissi hieri nella corda, adesso senza corda.*

Interrog. *ut modò summatim, & in substantia recenseat omnia quae fassus fuit in dicto suo examine hesterna die in tormentis facto.*

Respondit: *Io confessai hieri per la verità, come messi sono in compagnia di due miei seruitori N. & N. ammazzai N. de N. mia nemico, &c.* & sic de reliquis, prout fact. series fuerit; & ipse dixerit, non plus, nec minus, ne animam suam aeternis cruciatibus illaqueet.

Et lecto sibi per me, &c. de mandato Domini dicto eius examine de verbo ad verbum, prout iacet ad claram ipsius Constituti intelligentiam, eoq; per ipsum benè audito & intellecto, ut asseruit, fuit per Dominum.

Interrog. *&c. vt infra.*

Vel sic alio modo; loco verborum:

Et lecto sibi, &c. dicatur.

Tunc Dominus mandauit mihi Notario, ut ad claram ipsius constituti intelligentiam sibi legerem dictum eius examen de verbo ad verbum, prout iacet. Vel *in ea parte incipiendo* ibi: *Sig. la verità è di questa maniera, &c.* vsq; ibi: *Sig. vi sia raccomandato, che non posso più, calatemi, &c.*

Quo lecto, & per ipsum constitutum bene audito, & intellecto, vt asseruit, fuit per Dominum.

Interr. *an praedicta, quae modo legi audiuit, fuerint à se dicta, & deposita modo, & forma, prout iacent in dicto examine.*

Resp. *Signor sì, che quanto m'hauete letto adesso, è l'istesso, ch'io dissi nel mio essamine di hieri giusto come da me fù detto.*

Interrog. *an praedictis velit aliquid addere, vel demere, an verò intendat potiùs ea omnia ratificare, & approbare; & in casum, &c. praedicta omnia, tamquam vera, & à se pro veritate dicta, & ... sint modò approbet, & ratificet.*

Resp. *Signore, io non hò che aggiungere, nè che leuare à quanto hò detto, mà intendo approuare il tutto, come in effetto approuo, e ratifico per verità.*

Et Do-

Et Domino dicente, & ipsum constitutum monente, vt benè aduertat, an aliquid in dicto examine fuerit per ipsum constitutum, dictum, quod verum non sit; vel aliquid tacitum, aut omissum, quod verum sit, vt illud addat, vel corrigat pro veritate, & si veritatem fassus fuit, non dubitet istam ad præsens ratificare; si verò illam minimè dixit, non terreatur metu tormentorum, quo minus illa improbet, quæ vera non sunt, præsertim si aliquem indebitè nominauit; considerans, quod de eius præiudicio tractatur; licet non sit umquam desperandum de benignitate superioris.

Resp. *Signore tutto quello, che hò detto, è vero lo confermo, nè voglio aggiungere, nè leuare cos' alcuna; nè hò granato, nè nominato alcuno indebitamente, Del resto faccia Dio, quanto hauerò da patire, lo piglierò in pena delli miei peccati.*

Interr. *an ergo prædicta approbet, & ratificet in omnibus, & per omnia, prout iacent.*

Resp. *Signor sì, ch'io ratifico, & approuo in tutto, & per tutto quanto hò detto di sopra, nel medesimo modo, che stà scritto, e m'hauete letto.*

Tunc Dominus sedens, &c. & acceptatis, &c. examen dimisit, & mandauit ipsum constitutum poni ad largam, copiamque dictæ suæ confessionis et constitutorum volentes decreuit, cum termino trium dierum ad faciendum suas defensiones, etc. omni modo, etc.

Si Reus ductus ad ratificandum confessionem iam factam in tormentis, ratificare noluerit, sed potiùs illam reuocare conatus fuerit tunc est illi repetenda iterù tortura, etiam absque aliis inditiis quia sufficiens inditium est confessio illa in tortura facta. Vali casu forma iterum torquendi, & ratificandi, desumi poterit ex formis in præcedentibus numeris annotatis. Et similiter, si in secunda tortura iterum fateatur, sed ductus ad ratificãdum hanc secundam confessionem, adhuc reuocare contendat. Item si tertia vice hoc faciat cum amplius non sit locus repetitioni torturæ, vt supra dictum fuit.

94 Aliquando verò accidit, quod habita ratificatione solet delinquens denuò torqueri pro habenda confessionis aliorum delictorum; vel vt propalet complices, socios criminis, mandantes, fautores, consuleotes, & similes, præsertim in illis casibus, in quibus delicta sunt talia, quæ sine aliis committi non possunt; & tunc facta protestatione, quod hoc fiat, sine præiudicio Iurium Fisco acquisitorum, repetitur tortura infrascripto, vel simili modo, videlicet.

Forma inferenda torturæ pro habenda ulteriori veritate super complicibus, et aliis delictis, etc.

Die.... mensis.... anni.... &c.

Constitutus personaliter N. de N. præfatus coram Reuerendiss. Domino N. &c. qui delato iuramento veritatis dicendæ, prout tactis, &c. iurauit, fuit per Dominum.

Interrog. an vltra ea, quæ in præcedentibus suis constitutis fassus fuit, dispositus sit modò dicere vlteriorem veritatem super aliis, de quibus verisimiliter est informatus.

Resp. Signor sì, che son pronto à dire la verità sempre che mi omanderete cose che io sappia.

Interr. vt iam quod est dispositus veritatem fateri, modo dicat quos socios ipse constitutus habuerit, complices, fautores, vel participes in homicidio præfati N de N. prout alias asseruit occidisse. Et pariter dicat, quæ alia delicta commiserit.

Resp. Quando io ammazzai N. de N. mio nemico erano in mia compagnia due miei seruitori chiamati N & N. solamente, e non vi fù altra persona. Bennero che fui animato, e consigliato ad ammazzarlo da N. de N. & è certo che per le sue suggestioni mi risoluei ad ammazzarlo, altrimente forse non l'hauerei fatto. Nè hò fatti mai altri delitti de sorte alcuna.

Et Domino dicente, non esse verisimile, quod Alii complices non habuerit, cum præsertim tale facinus non potuerit cõmitti à tribus personis tantum, prout quilibet sanæ mẽtis considerare potest ex qualitate facti, eiusque circunstantiis; tanto magis quod in processu constat alios interuenisse (*si ita cum effectu constet. alias dici non debet*,) dicto delicto vna cum ipso constituto: ideo illos nominet. Et pariter dicat, quæ alia delicta commisit; alias contra ipsum ad opportuna Iuris & facti remedia deuenietur.

Resp. Io vi hò già detto, che con me non c'è stato altro, che questi due miei seruitori, che v'hò nominati, quãdo commisi il delicto sudetto: e così non posso, ne deuo nominare, chi nõ ci è stato. Quanto poi ad altri delitti, pure mi pare d'hauerui detto, che non hò fatto altro. Se con tuttociò mi volete stratiare, sete padrone.

Tunc Dominus Visis & consideratis prædictis, viso processu, ex quo apparet in eodem delicto Alios duos interuenisse, vltra ipsum constitutum, & duos famulos nominatos per eudem: stante etiam qualitate delicti commissi in loco, vbi præfatus occisus erat associatus, & bene custoditus à duobus personis armatis: & proinde non est verisimile voluisse aggredi eumdem in propria domo benè custoditum, solummodo cum illis duobus famulis, vt quisque prudens coniecturare potest. Attenta etiam qualitate personæ ipsius constituti, qui à multis annis citra habuit, & retinuit in sua domo & seruitio vltra præfatos famulos alios facinorosos & solitos delinquere. Vnde credendum est, quod alia commisserit delicta, mediantibus prædictis, & aliis facinorosis hominibus, qui diù stare non solent, sinè nouis delictis committendis: & in illis habere alios socios, fautores, auxiliatores, & complices: & ideo pro habendis ab ipso constituto aliis delictis per ipsum verisimiliter commissis, aliisque complicibus, fautoribus, & auxiliatoribus, postquam prædicta aliter ab eo haberi non possunt, mandauit ipsũ constitutum adduci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, & funi applicari. Et hoc sine præiudicio omnium, & quorumcumque Iurium Fisco quomodocumq; & qualitercumq; competentium, & hucusque acquisitorum, ac citra præiudicium omnium, & quorumcumque inditiorum contra ipsum constitutum, & Alios in processu existentium, de quibus ipse constitutus esset conuictus, vel confessus, super quibus nullo modo Dominus intendit ipsum torquere: quinimo explicitè protestatur ipsum super illis se non torquere, & huiusmodi protestationem in quolibet actu repetitam fore, & esse dixit, & intendit quod pro repetita semper habeatur; sed tantùm ipsum torqueri facere vult, & intendit pro vlteriori veritate habenda super dictis complicibus, sociis fautoribus, & auxiliatoribus: ac aliis delictis per ipsum constitutum verisimiliter commissis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, de quo solemniter, & expressè, ac omni meliori modo protestatus fuit, & protestatur.

Quo spoliato, ligato, & funi applicato monuit ipsum constitutum ad compertam veritatem dicendam super dictis sociis, complicibus, fautoribus, & auxiliatoribus; aliisque delictis, quæ verisimiliter commisit: nec expectet, quod contra ipsum ad tormenta deueniatur.

Resp. Io non hò altro che dire più di quello ch'hò detto poco fà e potete fare quello che vi piace, perche sete il padrone: ma certo mi fatte torto.

Tunc Dominus repetita protestatione, de qua supra, illique firmiter inhærendo, mandauit ipsum constitutum in altum eleuari.

Qui sic eleuatus cæpit dicere: ohime, oh gran dolore e questo che sento. S. Antonio aiutami, *& postea tacuit.*

Et monitùs per Dominum, vt veritatem dicat super dictis sociis, complicibus, fautoribus & auxiliatoribus, ac, aliis delictis, & recedat ab obstinatione, & mendaciis.

Resp. Io la verità già l'ho detta, che non hò hauuto altri compagni, che quelli due miei seruitori, nè ci è stato altro, che m'habbi aiutato in dett'homicidio. Nè hò fatt'altri delitti.

95 Si verò dum de prædictis interrogatur, loco veritatis super his, de quibus interrogatur, negauerit etiam delictum, de quo iam est confessus, absque eo, quod de illo interrogetur, sed ex se subiunges; dicendo.

Io non hò fatto mal nessuno, anzi nè meno hò ammazzato N. de N. ancorche habbia detto d'hauerlo ammazzato, per il gran dolore che sentiuo nella corda, e però hò detto vna gran buggia, quale adesso conosco benissimo.

Tali casu fieri debet sequens interrogatio, videlicet.

Et Domino dicente, quod non interrogatur amplius super dicto homicidio; quia iam ipse constitutus super hoc est confessus, & conuictus, et confessionem suam non potest amplius reuocare: sed tantummodo pro habendis responsionibus super aliis sociis, et criminis fautoribus, et auxiliatoribus: ac super aliis delictis. Ideo ad hæc tantum respondeat ut veritatem fateatur.

Resp. *Io non hò fatto mai mal'alcuno al mondo, e quelche hò detto*

dette fiù bora, ò buggia; e dite pure, ò fate quanto volete, che sempre mi farete torto.

Fiunt aliæ Interrogationes, secundum occurrentiam, & postea finitur examen sequenti modo.

Tunc Dominus acceptatis, &c. cum aliud ab ipso constituto haberi non posse e mandauit illum leniter de tortura deponi tum permansisset in ea suspensus, sine aliqua quæstione per spatium quadrantium horæ ad horologium puluetis, dissolui, brachia reaptari, reuestiri, & ad largam poni cum termino trium dierum ad dicendum causam, quare condemnari non debeat ad pœnam ordinariam homicidij.

Qui constitutus sic depositus, dum ei brachia reaptarentur, clamabat heime, son morto, deinde dum vestiretur, submissa voce conquerebatur, dicendo: *oh me, oh me, &c.*

Præsente D. N. Promotore Fiscali, & præmissas confessionem in parte, & partibus tantum acceptante, protestatur ad vlteriora, & reiterationem tormentorum, vel ad grauiora tormenta, quatenus &c. ad effectum prædictum tantum, & non aliter, alias, nec alio modo contra actiam constitutum procedi, cum leuissimè, nec sufficienter fuerit tortus; & demum contra eundem ad sententiam, eius quæ exequationem deuenire, alias &c. & ita dicit, & fieri petit, omni meliori modo, &c.

94 Idem ferè ordo seruatur in condemnatis in contumaciam mutatis; quibusdam paucis verbis facientibus pro executione sententiæ condemnatoriæ de quibus late per Chartar. *in sua Pract. in tract. de execut. sentent. cap. 2. à nu. 57. cum seqq.* vbi *num. 59. & 65. vers. verum nihil*, ait, quod si sic tortus ad nominandos socios, &c. delictum iam confessum negaret, & in negatiua persisteret, non posset condemnari ad pœnam ordinariam sed extraordinariam: & idem *ibid. nu. 68.* aduertit huiusmodi torturam debere esse valde moderatam, non grauem: & *nu. 70 & seqq.* dicit non debere Iudicem in tali tortura interrogare de delicto principali, quia tunc videretur recedere à prima protestatione per contrarium actum. Et tandem *n. 76. 77. 82. & 89.* aduertit non debere Iudicem in tali tortura vti modis illis, ac formis verborum periculosis, vt supra diximus, videlicet. *Ad opportunam interrogationem*, vel *opportunè interrogatus, &c.* ob vitium suggestionis euitandum, ideo semper interrogationes fieri debent clare, & in genere, neminem nominando. Et si fortasse Reus, qui torquetur super sociis, & aliis delictis, delictum, de quo est confessus, negauerit, talem responsionem Notarius non debet scribere, tamquam ex interrogatorio Iudicis factam: sed quia tenetur illam omninò scribere, vt quæ scribit, tamquam à Reo ex se, & sponte prolatam, videlicet *subito*, vel *dicens ex seipso*, vel *deinde dixit ex se ipso.*

Io non hò fatto detto homicidio, & quelche hò detto sin'hora, è stato buggia, &c. ita idem Chartar. *d. cap. 2. nu. 86. in fin.*

94 Semper autem Iudicem monitum volo, quod tunc inferiut tortura super sociis, & aliis delictis quãdo veritas aliunde haberi non potest, cum tortura sit remedium subsidiarium, *vt sup. dictum est*, si verò alia via & medus veritas haberi possit, Reus super his non esset torquendus.

Item aduertendum censeo, quod si Reus sic tortus fatebitur alia delicta, tunc recipi ab eo debet ratificatio super eis die sequenti, extra tormenta, cum omnibus qualitatibus, & circumstantiis, iuxta superiùs tradita.

SECTIO XV.

De Citatione ad sententiam; & an allegandum in Iure, & in facto cum Aduocatis, & Procuratoribus.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad sententiam, quare fiat?*
2 *Citatio Rei est de Iure Diuino.*
Sententia sine citatione, esset nulla.
3 *Sententia non esset nulla in ciuilibus, sine citatione, si præcesserit conclusio in causa.*
4 *Doctores quidam asserentes in criminalibus non requiri citationem ad sententiam, reprobantur.*
5 *Sententia Criminalis ferenda est in termino citationis, aliàs esset nulla.*
6 *Corpus præfertur bonis fortunæ.*
7 *Anima præfertur corpori.*
8 *Citatio ad sententiam, qua ratione facienda.*
Conuictus dicitur pluribus modis.
9 *Causæ cognitio per citationem habetur.*
10 *Aduocati partium audiendi sunt ante sententiam.*
11 *Aduocatorum officium nobilissimum est.*
12 *Aduocati ad offensam non sunt multum laudabiles.*
13 *Vestes Aduocatorum, quales?*
14 *Aduocati, vt benè defendant Partes, scripturam Iurium facere debent.*
15 *Personæ, quibus veritas per partes aperienda est, sunt Confessarius, Medicus, & Aduocatus.*
Veritas quibus aperienda.
16 *Aduocati bonum Ius partis inspicere tenentur, quod nisi habeat, patrocinare non debent.*
17 *Laudes alicuius, qualiter formandæ?*
18 *Verba æquiuoca pro Aduocatis laudare volentibus.*
19 *Aequiuoca verba pro eisdem vituperare volentibus.*
20 *Aduocati patienter se ad inuicem audire debent.*
Honor est honorantis.
Quod tibi non vis, alteri ne feceris.
21 *Suauiter similiter se adinuicem debent Aduocati contrarij.*
Legibus certandum est Aduocatis, non verbis.
22 *Modi, quibus argumentari potest, sunt Ratio, Ius et exemplum.*
Ira impedit, ne quis verum discernat.
23 *Rethorica Aduocatis necessaria est, vt benè causas defendant.*
24 *Aduocatos Rei, qualiter defendere debeat.*
25 *Constitura, quot partes habeat.*
Tempus aggrauat delictum.
Locus similiter.
26 *Pallor, uel rubor faciei Rei non semper sunt signa commissi delicti.*
27 *Instantiæ Fisci forma, ut procedatur ad sententiam.*
28 *Decreti forma iuxta petita Fisci.*
29 *Citationis ad sententiam Forma.*
30 *Relationis forma super citatione prædicta.*
31 *Instantiæ Fisci forma denuò factæ eodem modo.*
32 *Notabilia duo ualde necessaria.*

1 QVoniam formato processu informatiuo, ipsoque legitimato, ac peractis omnibus, quæ de Iure, vel consuetudine facienda sunt, Iudex deuenire debet ad sententiæ prolationem, per quam, vel condemnatur Reus, si culpabilis reperiatur; vel absoluitur, si innocens detegatur: Ideo ne in tam ardua re, tantoque negotio, in quo de graui præiudicio agitur, præcipitanter procedatur, fieri debet de æquitate Iuris Canonici citatio ad audiendam sententiam, ad effectum, vt possit Reus omni defensionum genere defendi per Aduocatos, & Procuratores, antequam condemnetur: aliàs Iudex peccatum grauissimum committeret. quia præcipitatio sententiæ, præsertim punitiuæ, continetur sub vitio Imprudentiæ, quod quidem vitium opponitur virtuti, & dono Consilij. Diuus Gregor. *in 2. moral.* & D. Thom. *in 2. 2. qu. 53. art. 3.* Vnde secundum solitum nostrum institutum percurenda erunt hic quædam in huiusmodi materia magis necessaria, ad Praxim conducibilia.

Et Primò, An Reus ante condemnationem sit necessariò citandus ad sententiam, & ad dicendum & allegandum in Iure, & in facto cum Aduocatis, & Procuratoribus: Secundò, Quare fieri debeat huiusmodi citatio. Tertio, Quæ Aduocatis necessaria sint ad effectum prædictum.

2 *Quoad primum*, notandum est, quod cum citatio, ante condemnationem, sit de Iure Diuino, vt aliàs diximus nam Dominus Deus punire volens Adam, ob præcepti transgressionem de non comedendo de ligno, quod erat in medio Paradisi terrestri, citauit illum, dicens. *Adam ubi es?* gene. c. 3. qui postquam respondisset: *Abscondi me, eo quod nudus essem:* cum Dominus illum reprehendisset, respondit; *Mulier, quam dedisti mihi sociam, decepit me, et comedi.* Tunc Deus citauit etiam Euam, dicens. *quare hoc fecisti*, Ipsa respondens ait; *Serpens decepit me, etc.* Idem fecit cum Cain, qui fratrem suum Abel

occide-

desiderat, dicens: *ubi est Abel frater tuus?* qui respondit: *Numquid custos fratris mei Abel ego sum?* Genes. cap. 4. & cap. *serpens. de poenit. dist.* 2. Postquam autem illos citauit, sententiam promulsit, dicens Adam: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, &c.* & Euæ dixit: *In dolore paries, &c.* Cain verò ait; *quia hoc fecisti, erit vagus, profugus in terra, &c.* Idem tradit Vantius *de nullitat. ex def. citation. n.* 82. & Gratiol. Vbert. *de citationib. to.* 1. *cap.* 8. *n.* 17. *in fin.*

Ideò præcedere omninò debet citatio ad sententiam, *vt in praecitat. loc. sacrae Script. habetur*, & de Iure communi probatur *ex capitul.* 1. *de caus. possess. & propr.* vbi Gloss. & DD. & expressius *in Clementin. sapè §. sententiam de verb. sign. & in Clement. pastoralis, §. caeterum, de re iudic. & l. accusatore. §. 1. ff. de publico. iudic.* Tantò magis, quod citatio facienda est in singulis actis iudiciariis. *l. de vno quoq; ff. de re iudicat. l. nam ita Diuus. ff. de adopt. & l. fin. C. si per vim, vel alio. mod.* Scaccia, *lib.* 1. *de iudic. c.* 88. *n.* 1. vbi plures cumulat, & de communi dicit. Verum quia vnus ex pręcipuis actis iudiciarii, sest sententia diffinitiua, Ideo citandus est Reus antequam condemnetur, alias sententia sine citatione præcedente nulla esset, & non noceret Reo, si condennaretur, vt tradunt communiter DD. & Salicet. *in l.* 1. *n.* 4. *C. si aduersus rem iudic.* Coccin. *dec.* 244. *n.* 1. *p.* 2. *tom.* 1. Burat. *decis.* 58 *a n.* 34. *p.* 2. *tom.* 2.

Imò non solum necessaria est citatio ante sententiam, verū etiam si Reus condemnandus reperiretur in carceribus detentus, postquam citatus fuit ad audiendam sententiam, sententia ipsa proferri debet in præsentia, & in facie, ipsius Rei, vt ait August. ad Angel. *de malefic. in verb. quis Iudex commisit. L. praesens. circa fin.* vbi post Angel. *ubid. i. pen. §. ad extremum col.* 3. *de public. iudic. & in l. reos. C. de accusat.* dicit ita totum Mundum seruare, prout facit Foller. in *Pract. for. facul.* 4. *par.* 3. *partis verb. praesens debet sententiam. num.* 85.

Et quando Reus esset absoluendus per sententiam diffinitiuam, citandus esset accusator, & Fiscus, vt illi die compareant ad audiendam sententiam. Scacc. *d. l.* 1. *de iud. c.* 94. *nu.* 2. *et seqq.* vbi etiam tradit, quid agendum, si non compareant.

Quæ conclusio, quod sententia sit nulla sine præcedenti citatione, procedit etiam si citatio interuenerit, sed illa non fuit legitimè facta, vel si legitima, non fuit legitimè exequuta. Iaf. *in rubr. ff. de in ius vocan. n.* 7. *et* 8. Afflict. *decis.* 182. *n.* 4. nam aliàs locum habet dispositio prædictorum iurium, quia idem est aliquid non fieri vel fieri, sed nulliter. *l. quoties ff. qui satisdat. cogant. et l. unic. C. de rei uxor. action.* Et similiter procedit, iam si sententia fuerit diffinitiua, quam interlocutoria. Necnon si fuerit Prouisionalis, quando ex ea prouenire aliquod præiudicium parti. Gloss. *in Clement sepè §. per illum tex. §. non usum. vers. sententiam verò. in verb. ad id. de verbor. signif.* Vant. *ubi sup. n.* 56. Gratiol. Vbert. *de citat. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 23. *et* 25 Item procedit, etiam si fieret, sed non secundum stylum Curiæ, quia tunc esset nulla, *ut dixim. sup. sect.* 2. *n.* 75.

Quoniam est adeo necessaria citatio ad sententiam, cum ad substantiam iudicii pertineant, vt etiam si citaretur quis ad in formandam Curiam de sua iustitia intra tot dies, illis elapsis determinabitur causa, prout de Iure, dicta citatio non operaretur effectum citationis ad sententiam. *d. Clement. sæpè, de verbor. signif.* Philip. Pirouan. *decis. Roman.* 486. *num.* 7. *par.* 2. *tom.* 1.

33 Hæc tamen conclusio, secundum Aliquos, limitatur in Ciuilibus quādo fuit facta conclusio in causa, nam tunc nō esset nulla sententia, ob non factā citatione, quia conclusio vicem obtinet citationis ad sententiam de quo latè agit Borrell. *in summ. decision. vniuers. tit.* 26. *n.* 40. *cum. plur. seqq. tom.* 2.

4 Neque obstat, quod quidam afferant, de consuetudine non citari Reum ad sententiam, inter quos sunt Foller. *ubi sup. d. n* 85 & Clar. *in cad pr. q.* 44. *vers. quæ allegat* Ang. *in tract. de malefic. vers. Quis Iudex commisit. L. praesens n.* 2. *et* 3. Idem dicit Clar. *in c. de accusat. col.* 4 *i. vers. praeterea q.* 98. Mar. *in spec. aur. p.* 6. *membr.* 1. *ubi de cit. n.* 10. vbi ait in sacro Consilio non fieri citationem, quia feruntur nomine Regio.

Respondetur enim, illos loqui propriè in Curiis sæcularibus in quibus sententię vt plurimum proferuntur de consuetudine in præsentia Reorum, vt patet ex verbis eiusdem Foller. *ubi sup.* Secus tamen est in quibusdam Curiis Ecclesiasticis, in quibus non profertur sententia in præsentia Reorum.

5 Quod quidem per me probatur sic, sententia in Ciuilibus ferri debet in die, & hora, in qua facta est citatio ad sententiam, alias si fertetur ante vel post terminum citationis, nō valeret, tamquam lata parte non citata, *vt habetur in l. ante qui alitet. in princ. & in l. si vicem. §. fin. & utrobique per* Bart. *ff. quod vi. aut. clam. & l. cum non ea die C. quando prouocar non est necess. & notatur* per DD. communiter *in cap. cons. de offic. deleg.* quod tamen intelligi debet, quando citatus non fuit contumax in comparendo in termino præfixo; quia si fuit contumax, poterit Iudex ferre sententiam quandocumque post terminum, sine alia citatione, eum propter contumaciam semper sit in mora. Bald *in d. l. cum eo die*. Sed si tantus rigor seruatur in ciuilibus causis, in quibus agitur solum de interesse circa bona fortunæ, quorum iactura potest aliquando reparari quātuis sit secundus sanguis hominis. Iason. *in l. nec quidquam §. vbi decret. num.* 1. *ff. de offic. procons.* quantò magis, procedere debet fortiori ragione rigor prædictus in Criminalibus, in quibus, vt primum agitur de præiudicio inferendo circa personam, & vitam hominis, qua nihil est carius. Vasq. *Controuersiar illustr. lib.* 1. *cap.* 18. *numer.* 9 maximè quia huiusmodi iactura non facilè reparari potest.

6 Eo fortius, quod corpus debet præferri bonis *l. ex hac. ff. si quad. pauper. fecit. dicat.* vbi habetur, quod liberum corpus æstimationem non recipit. Idem habetur *in l.* 1. *§. sed cum. ff. de his, qui deiecer. vel effud.* vbi dicitur; quod quando homo liber perit, damni æstimatio non fit in duplum, quia in homine libero nulla corporis æstimatio fieri potest, idem probatur *in l. vlt. ff. eod. tit.* vbi dicitur *cum liberi hominis corpus, ex eo, quod deiectum, vel effusum quid erit, læsum fuerit, Iudex computat mercedes medicis praestitas, &c.* & paulò inferius. *Cicatricum autem, aut deformitatis nulla fit aestimatio, quia liberum corpus nullam recipit aestimationem.*

Quod probatur etiam ex sacra Scriptura *Exod. cap.* 21. vnde sumptus est *capus primum de iniur & damn. dat.* vbi habetur, quod si quis aliquem percusserit & non moriatur, recompensare tenetur expensas factas in medicos; nulla mentione facta de cicatricibus ex eadem ratione, quia damnum naturale corporis reparari non potest bonis temporalibus, quæ numquam condignam restitutionem facere possunt pro damno naturali; secundum Gloss. *in d. c.* 1 *ver. operas. de iniur. & damn. dat.* Couarr. *lib.* 2. *variar. resol. c.* 10. *n.* 7. & expresè Petr. Nauar. *de restit. lib.* 4. *c.* 1. *dub.* 10. *nu.* 81.

7 Vnde sicut Anima pretiosior est corpore, vt habetur *Matth. cap.* 5. *& Luc. c.* 12. *& c. sedulò* 38. *dist. cap. praecipimus* 2 *qu.* 1 *& c. cum infirmitas circ. fin. de poenit. & remis. & l. sancimus. C. de sacrosanct. Eccles.* quia vt ait Arist. *lib.* 1. *de Anim. c. fin.* corpus animi causa constitutum est; & ideo omnibus rebus præferenda *d. c. praecipimus. & d. l. sancimus*; Abb. *cons.* 63. & ego ipse *in meo Museo Historico legal lib.* 2. *miscellan.* 4. *nu.* 2. *& num.* 93. Ita corpus est pretiosius rebus, & illis præferendum, vt alibi alia occasione dixi. Ex quibus omnibus firma remanet conclusio, quod sicut in ciuilibus fit citatio ad sententiam, de qua egimus *sup. in Pract. ciuil. p.* 2 *sect.* 2. *subsect.* 13. *per totam* ita fieri debet in criminalibus fortiori ratione, vt dictum est.

8 *Quoad secundum*, quare scilicet fieri debeat huiusmodi citatio, notandum est, quod pluribus ex causis & rationibus fieri debet, potissima autem (meo arbitratu dici potest), quod sit ista; ne sententia fiat sine causę cognitione; quia semper sententiam præcedere debet causæ cognitio, & matura deliberatio, aliàs esset nulla, vt habetur *in l. prolatam C. de sent. & in l. nec quidquam §. vbi decretum ff. de offic. Procons.* Bald. *in l.* 2. *C. si per vim vel alio mod. & in l.* 1. *§. item cum ex edicto, & in l.* 1. *§. item ff. quando appell. est* Calder. *cons.* 8. *de re iud.* Ancharan. *cons.* 212. & ibi Cacher. *decis.* 146. *n.* 5. Grammat. *decis.* 65. *n.* 3. *vbi in fin. d. nu.* 3. dicit, quod etiam si feratur a supremo Principe sententia sine causæ cognitione, nulla, & inualida, vt probatur *in d. clement. pastoralis §. caeterum. de re iud.* sequitur Capic *decis.* 69. *nu.* 29. Roman. *cons.* 478 Marant. *vbi sup. memb.* 1. *n.* 10. *vers. quarto limita.* & Alii.

Quod quidem a fortiori procedit in criminalibus, in quibus præcedere debet causæ cognitio in iudicando, *vt habetur in ca. Nos in quemquam* 2. *quaest.* 1. vbi dicitur. *Nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut conuinctum, aut sponte confessum.* vbi Glos. *in verb. conuictum*, notat quemlibet conuinci quatuor modis. Primò, Iure scilicet instrumentis, vel testibus. Secundo, facti euidentia. Tertio Iuris interpretatione, vt sæpius citatum esse reum, & Quarto violenta suspicione, seu præsumptione, Idem probatur *in cap. Iudex crimin. sum. cad.* 2. *qu.* 1. vbi dicitur,

dicitur. *Iudex criminosum discutiens non ante proferat sententiam, quam aut reum ipse se confiteatur, aut per innocentes testes conuincatur.* Idem probatur *in cap. nihil contra eod. caus. & qu.* vbi habetur, quod Dominus noster Iesu Cristus quamuis sciret, quod Iudas esset fur, noluit tamen illum conuincinnase, quia non erat, qui eum accusaret; & sic non poterat procedere cum causæ cognitione.

9 Hæc autem causæ cognitio haberi nequit per Iudicem, nisi præcedat huiusmodi citatio, discussio indiciorum, ac mensura super illis consideratio, & inquisito; vt etiam in Ciuilibus tradit Gratiol. Vber. *de citat. tom. 2. cap. 10. nu. 144.* Quæ vt accuratiùs fiat, citari debet etiam Accusatur, vbi aufit, vel pars aduersa, aut Fiscus; & tunc dici posset sententia maturè, & rectè prolata; ipsæ enim partes interesse habentes comparendo per suos Aduocatos, & Procuratores reassument omnia indicia, præsumptiones, coniecturas, verisimilitudines, & cæteras probationes; & è contra ex parte defensori examinabuntur per Aduocatos singulæ exceptiones, probationes, iura & causæ pro ipso Reo facientes, & à pœna excusantes. Ideo necesse erit monere ambas partes, vt compareat cum totum Aduocatis ad discutiendum merita processus, siuè contra Reum, siue pro eodem. Et vbi talis stylus non fuerit, intruduci deberet Semper autem audiendus erit Aduocatus accusatoris, seù Fiscl primo loco, & deinde Aduocatus Rei, sicut fit in Ciuilibus, vt dicit Bald. *in l. qui prior. ff. de iudic.*

10 Quod autem audiendi sint Aduocati partium in discussionibus causarum, & meritorum processus innuit Plat. *de leg. dial. 9.* ibi: *Suffragiorum autem, sententiaque modum nostri officij est lege prescribere. Manifestè igitur ista firantur, sed ante hac coram accusante; defendenteque, quam proximè prolata ipsorum dignitate Iudices sedeant, vbi cines, qui otio abundant, omnes adsint, taliaque indicia diligenter audiant: in quibus cum prima oratio ab accusatore fuerit habita, Defensor alteram dicat. Deinde senior de iudicibus, qua dicta sunt, omni adhibita diligentia sufficienter examinet, post eum cæteri omnes considerent; quodcumque ad aduersarijs dictum, vel non dictum perquirendum singuli putant, qui autem nihil discussione sua dignum censet, alteri examinationem ipsum relinquat. At tandem in Vesta sacrario scripta, quæ tunc conclusa fuerint, cuiusque omnium Iudicium signis, deponantur. Postridie cursus eodem in loco congregati, eadem modo examinent, iudicateque, & signis appositis omnibus, quæ dicta fuerint, deponant. Cumque hoc similiter tertiò fecerint, signis, testibusque sufficienter assumptis, Sacrum singuli ferentes suffragium eurisiurando per Vestam vere, iustèque pro viribus se iudicaturos affirment atque ita huic iudicio finem imponant, &c.*

Quæ quidem formalia verba, ideo per extensum apponere volui, quia in se sont neni omne id, quod facere deberent omnes iudices, præsertim Ecclesiastici, antequam sententias proferre deberent, neque tam ineptè incunsideratè, ac præcipitanter, sine vlla litium discussione, & meritorum causæ cognitione, tamque inconsideratè iudicare præsumant. Sed maturè, & circumspectè procedere d scan ; pra lert m in criminalibus, in quibus de tanto personarum & corporum præiudicio agitur, vt supra dictum est, & ne vinci permittant ab Ethnicis in moralibus: & in æquitate Canonica.

11 Verum, quia iura, & probationes per Aduocatos discuti debent, infertur, quod aduocatorum officium nobilissimum est. *l. aduocati C. de aduocat. diuers. iudic.* Ipsi enim, vt eiusdem legis verbis vtar, *ambigua facta causarum dirimunt, suque defensionis viribus in rebus sæpè publicis, ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant; non minus prouident humano generi, quam si prælijs, ac vulneribus patriam, parentesque saluarent. Militant namque causarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine laborantium spem, vitam, & posteros defendunt.* Hinc fit, quod dicuntur Sacerdotes *in l. 1. ff. de iust. & iur.* & vt tales honorandi. Vnde de illis quędam pauca in medium proferre, erit Aliquibus forta se gratum, & vtile: ad hoc, vt possit quisque aliquid vtilitatis ex his mei lucrubrationibus suo statuit conueniens haurire. Quod, & speculator Pater Practicæ *in lib. 1. tit. de aduoc.* satis plene fecerit: & eum imitati sunt etiam Follerius, & Alii Scriptores.

12 *Dico igitur, quod tertium principale* spectat, quod Aduocatorum officium in criminalibus, in duobus versatur, scilicet in defendendo partes Reorum & in defendendo partes Accusantur; hoc autem secundum, cum secum necessariò trahat offensionem Reorum, non est tam honestum, patrocinium præstare ad offensam sicut ad defensam postulare, vt inquit *Cicer. in Verrem*, Vnde, quia sunt de directo contrarij, & vnus alium supplantare studet, & quasi hostes simul pugnare videntur, cum quilibet argumenta contra partem, quam defendit, adducta, erga alterum retorquere semper conetur, Ideo necesse erit prius aliqua præmittere in genere, & deinde in specie.

13 Quare notandum est *Primo*, quod Aduocati accedere debent ad iudicium coram Iudice ad exercendum aduocationis officium, cum vestibus suo officio conuenientibus, *arg. l. fin. C. de postuland.* Vestes autem debent esse talares, quoad fieri poterit: Regionis tamen, in qua sunt, morem seruent, & his, cum quibus viuunt, se conforment. *cap. quisquis 41. dist. in cap. illa 11. dist. cap. qui contra 8. dist. cap. si quis virorum 30. dist.* Vnde prodiit adagium illis versibus.

> *Vir bene vestitus pro vestibus esse peritus,*
> *Creditur a mille quamuis idiota sit ille.*
> *Si careat veste, nec sit vestitus honestè.*
> *Nullius est laudis, quamuis sciat omne quod audit.*

Ita Roffred. *sup. constit. de suffrag.* & Specul. *de aduocat. §. 2. numer. 1.*

14 *Secundò* expedit multum Aduocatis habere scripturam super narratione facti, quod defendere volunt, vt promptas, & paratas habeant probationes, quatenus opus fuerit. *cap. actor. 5. q. vlt. l. qui accusare. C. de eden. & l. argentes. C. de action. & oblig.* prout etiam dix. *in Pract. ciuil. de sess. 2. subsess. 13.* Vbi enim probationes aulunt, secure agitatur iudicium, & defenditur causa. *l. 2. C. de testib.* Deficientibus autem probationibus, vindictæ ratio conquiescit *c. christiana 32. q. 5.*

15 Ideo debent a clientibus omnem veritatem exquirere, & isti tenentur omnes abditus aperire sincere, & vere, alias sibi imputent, si causæ victoriam non reportauerint; quia tres sunt personæ, quibus omnimoda veritas sincere aperienda est, & nihil eis protius celandum, nimirum Confessarius. *cap. cum humilitatis 22. qu. 2. cap. inter hæc breuem. de pœnit. dist. 2.*

Medicus *cap. omnis §. Sacerdos; & in cap. cum infirm. de pœnit. & remiss. cap. tn s. de homic. cap. discipl. in princ. 45. dist.*

Et Aduocatus. *cap. 1. ver. iudiciaria. de pœnit. dist. 6.* Ratio est, quia si causam in aliquo ignorent, bene defendere non possunt, cum sæpe facti ignorantia peritissimos quoque fallit. *l. 2. ff. de iur. & fact. ignor.* nam breuissima facti mutatio totum ius aliquando mutat *l. si is. ff. de excussat. tutor. l. hoc legatum. & l. fin. ff. de legat. 3. l. si in emptione. §. pen. in fin. & l. cum ab eo, & l. qui fundum ff. de contrah. empt.*

16 *Tertiò* considerare debent, an bonum ius foueant; alias patrocinium relinquere tenentur. *l. 1. ff. de inoffic. test.* nam defendi non debet, quod ratione vti non potest. *cap. et. si habent 24. quæst. 3. cap. deinde 26. dist. & cap. Corepiscopi 68. dist.* quia nemo debet malam causam, & desperatum ius defendere, vel suis allegationibus colocare. *l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic.*

17 *Quartò* cauti esse debent Aduocati erga alios Aduocatos, siue alterius partis siue eiusdem, nihil opprobrii contra eos imponendo, & iniuriosa verba proferendo: nisi defensionis causa, si quis contra eum aliqua inhonesta prorumpat. Ideo quilibet Aduocatus benigne, & blandis verbis Alium tractet: & quando eius dictis respondere debet, parum, & superficialiter laudet, nec eius laudibus multum se extendat, vt aduertit Senec. *de formula honesta vita*, aliàs *de quatuor virtutibus in fin. prima col.* dicens: *lauda parcè vitupera parcius.* Et ratio est, quia potecit esse, quod aliquando reprehendere illum, aut in aliquo necessariò vituperare debeat: & sic si prius laudauerit, esset sibi ipsi contrarius, & vt talis à limine Iudicii repellendus esset *cap. quod autem 23 qu. 7. cap. solicitudinem. in fin. de appell. & l. si procuratorio. §. 1. ff. quand. appell. sit.* Vnde studere debet illum laudare per verba æquiuoca, & quæ ad diuersos intellectus extendi possint. *cap. velatum, vers. sunt enim multa. & cap. dirime 37. dist.*

18 Quorum verborum In Iure plura habentur exempla. *Primum*, si dicatur: Domine mi scientia tua, & doctrina manifesta est, & commendatione non eget, quia seipsam ostendit. *l. 1. ff. de in integr. rest. & l. 1. in princ. ff. de exercitor. actio.*

Secundum est: opera vestra, vel fructus vestri vos manifestant. *c. quod Dei in princ. de stat. monac. c. 7. de reg. iur.*

Tertium est, si dicatur: Domine mi Reum veritas latere non potest. *l. 1. C. si in se ad hæred. abstin.*

Quartum, si dicatur: Domine; opus laudat artificem, ideo laude non indiget. *§. Hinc secundum col. 1. Authentis de monachis.*

Quintum est, si dicatur Non laudo Dominationem vestram, quia demonstrata, non sunt amplius demonstranda. *lib. 1. §. si quæ uxori, in fin. §. de dot. praleg. cap. 1. de postula, & cap. quod dicit 16. dist.*

Sextum, si dicatur. Domine mi loquela tua manifestum te facit. *c. legimus, in princ. 93. dist. & c. nobilissimus 97. dist.*

Hæc, & similia verba duplicem sensum habentia, cum laudare voluerit, adhibere poterit Aduocatus, vt semper possit contrarium dicere, si necessitas ita postulauerit,

19 Quod si ex iusta causa eum reprehendere necessarium fuerit, poterit similiter sub quodam honesto colore hoc facere, & de huiusmodi artificio sunt etiam in Iure quædam alia exempla. Quorum.

Primum est, si dicatur: Dominus meus sapientissimè perorauit, ideo ne animum vestrum verborum multitudine aggrauem, cæmentum sine arena, vel arenam sine cæmento, non ligabo *vt in cap. facientis 86. d. 9.*

Secundum est, si dicatur: Cum sciam Domine mi Iudex, prudentiam nolle verbis prosperari, sed motibus, paucis vtar. *c. ecce. 99. dist.*

Tertium, si dicatur: quod veritatis radix consideranda sit, non verborum folia *cap. merchiem. 1. q. 1.*

Quartum est, si dicatur: Quia scientia præferri debet verbis, sicut anima corpori. *cap. sedulo. 38. dist.* ideo rationibus innitendum.

Quintum est, si dicatur: Non esse de verborum viribus disputandum, quia Iuris scientia regulis Prisciani non subiacet. *capit. indignum 38. dist.* Nam sæpè dum verborum proprietas attenditur, sensus veritatis amittitur. *cap. præterea. de verb. sign.*

Et verborum disputatio pertinacibus est relinquenda, secundum Ciceronem, & curiosis, qui de his, quibus non expedit, facile disputant *capit. Abbate sa è prop. fin. de re iudicat. in 6.*

Hæc, & similia verba adhiberi possunt, vbi necessitas redarguendi Aduocatum partis aduersæ sic postulauerit. Semper tamen, vt fortiora sua dicta reddat, concludi debet tali, vel simili modo: Sed certè excusari meretur Dominus meus, quia hæc dixisse noscitur non voluntate, sed potius extrema necessitate, ob defectum Iuris, & inopiam rationum. *cap. qui de mensa in fin. & capit. 1. 37. dist. & c. si in adiutorium. 20. dist.*

Cautè tamen hoc agere debet, quia tali casu Aduocatus partis aduersæ assurgere potest, & torquere argumenta maiori acritate, & verborum mordacitate, de quibus, vide Speculator. *de exordijs, & Arengis aduocator. sub tit. de Aduocat. §. 6. à numer. 16. vsq. ad 34.* vbi multa curiosa cumulat.

20 *Quintò* debent Aduocati patienter vnus alterum audire: aliàs si dum Tu loqueris, alter non audiat, aut susurret, aut strepitum faciat. Tu, dum loquitur ille, fac similiter. Et si te patienter audierit, sic Tu illum patienter audi; quia honorem non meretur, qui non honorauit; iuxta illud ad agrum; *Cur te habebo in Principem, cum me non habeas in Senatorem. cap. esto. 95. dist.* Quia quod quis sibi non vult fieri, Alijs facere non debet. *cap. Ecclesiam §. quibus autem 13. qu. & in proæm. Decretor. & in c. dilecti de maior. & obed.*

21 *Sextò* debent ad inuicem se honorare in salutationibus Aduocati contrarij, & honorem, quem quis sibi fieri cupit, alteri impendat. *cap. qui scit 5. 2. q. 6. & cap. quorundam 84. dist.* Et maximè cauere debent, ne ad inuicem verbis dissentiant; nam legibus certandum, non probris contendendum, nec subdole loquendum est. *cap. Infames §. si quis adeò 3. q. 7. & l. quisquis §. 1. C. de postuland.*

22 *Septimò*, si Alter Aduocatus videatur Te cum allegationibus superare, vel quia Ius tibi deficit, vel ratio, vel exemplum, qui sunt modi, quibus potest quis argumentari. *vt in c. nouit. de iudic. & cap. forus de verb. signific.* tunc vt honorem tuum repares, ne videaris responsionibus penuria declinare, prudenter eum eludere poteris, Te ad aliam materiam transferendo. *cap. in mandatis in fin. 43. dist.* Vel poteris aliqua indirectè, & ad Curialium morem læta, & ridicula verba proferre, si sit Iouialis naturæ; aut dura, & acria; si sit malinconicus ad effectum, vt ad iram moueatur, quia tunc non poterit bene suum ordinare sermonem. Ira enim animum impedit, ne possit verum cernere, & commotionis tempore iustum putat esse omne quod dicit, & facit. *cap. illa, & cap. Ira sepè 11. q. 3. & c. si quis fratres 2. q. 3.*

Cum autem hæc omnia supradicta ad Artem Rhetoricæ spectent; necesse est, vt Aduocati hanc calleant. aliàs in multissimos errores certissimè incidere necesse est, vt experientia passim probatur. Quapropter vt magis ordinatè, ac maturiùs ad particularia descendere valeamus non abs rè & inutile fortasse Aliquibus existimo aliqualem notitiam prædictæ artis Rhetoricæ in fine præsentis practicæ subiungere, cum illa, vt innuimus, sit ne dum Iure consultis omnibus pernutilis: verum etiam Iudicibus, & Aduocatis non parum necessaria.

23 Vt igitur ad antiqua studia aliquantulum me diuertam animi gratia, atque vt Theorica ad Praxim, com opus fuerit, coniungamus, breuissimè omnem ferè Rhetoricam fusè per alios conscriptam, paucis præceptis, perfectas conclusiones continentibus perstringere, & includere studebo. Aristotele tamen, Demostenem, Quintilianum, Tullium, ac Alios huius artis Scriptores secutus; sicque omnes Rhetoricæ orationis partes breui methodo percurrere, succinteque enunciare procurabo. Notandum est autem in huiusmodi materia, quod modus, ac Praxis defendendi Reos, vel contra ipsos faciendi, non est eadem & in omnibus Curiis, ac Tribunalibus vniuersaliter communis, nam diuersimode seruatur, iuxta Regionum, ac Prouinciarum diuersitatem; propterea sequi debet mos, & consuetudo loci, ac stylus illius Curiæ, in qua Ius dicitur. In multis enim Tribunalibus non sic ordinate peroratur, vt infra in Praxi Rethoricæ notabimus; sed tantummodo per Aduocatos allegatur in Iure, & in facto, tam contra Reum, quam pro eo. In multis verò alijs obseruatur praxis perorandi formiter. Et tunc vbi talis modus exercetur, sicut Aduocatus Accusatoris vel Fisci, qui primus, est in faciendo partes contra Reum, acriter prosequutus fuit singula argumenta contra Reum facientia, quæ Iudicis animum mouere, & incitare valent ad ipsius punitionem: Sic Aduocatus Rei, ad illius defensionem, imputatique criminis excusationem, contrarium probare. & adeò artificiosè perorare debet, vt Animum Iudicis iam iratum ex dictis contra Reum, omninò placatum reddat: & sic quodammodo, si fieri posset, ad veniam illius non solùm disponat, sed & impellat pro viribus.

24 Vnde in exordio sumere argumenta studeat ab beneuolentiam conciliandam, maiori, quo potuerit, artificio. In narratione sit cautus, nam omnia ea, quæ aliquo modo lædere possunt, vel amputanda, vel omninò relinquenda sunt. In Confirmatione confutare debet omnia argumenta per Aduersarium adducta, aut saltem elidere, obscurare, aut digressionibus obruere. In Peroratione verò conetur ea adducere argumenta, quæ ad pietatem mouendam, atque ad commiserationem comparandam conducere iudicauerit: adhoc, vt Iudicis Animum ad veniam Reo concedendam moueat: & alliciendo quodammodo compellat, & cogat.

Aliquando tamen Aduocatus Rei, ex quo turpem causam habet, malumque ius fouet, quia forsan talem reum defendit, qui turpe aliquod scelus patrauit, exordiri potest, sine magno verborum apparatu; sed tantum insinuatione vtendo; dicere: quod homo spectandus est: non crimen, nec causa, nec res attendendæ. Præsertim si reus ipse sit Reipublicæ aliquo modo vtilis, vt legitur de M. Aemilio Scauro accusato de pecunijs repetundis, qui cum apud Senatum Romanum nullam exculpationem, quam proponere posset habet: nihilominus absolutus fuit ob vetustissimam nobilitatem, ac recentem Patris, ipsiusque factorum memoriam. Idem seruari potest, si defendatur homo solitus delinquere, Infamis, Vilis, & omnibus exosus. Exordiri enim cogatur ab argumentis ad pietatem mouere valentibus: dicendo, quod misericordia, & æquitas: non hominis crimen, ac seueritas spectari necesse est, neque ipsius rei gratia miserendum esse; sed potius ipsiusmet misericordiæ, ac pietatis intuitu, vt legitur apud Valer. Maxim. *lib. 8 cap. 2.* de Sergio Galba accusato pro

Rostris

Rostris à Libone tribuno plebis, qui similiter nihil habens in sui defensionem, quod adducere, & allegare posset, paruulos quosdam filios suos flens commendare cœpit, quorum miseratione commoti Iudices eum libertati donarunt, quamuis aliàs seuerè punire decreuerint. Eandem obtinuit absolutionem A. Gabinius à Memmio accusatus, qui cum neque excusationem haberet, Sisenna eius filius ad Memmij pedes supplex pro volutus, veniam patris consequutus fuit.

In narratione autem non multum insistat; nisi confutando argumenta, rationes, & præsumptiones adductas Aduocato Accusatoris, vel Fisci, extenuando illas, quantum fieri poterit; maximè si perorauit in constitutione coniecturali, probando non omnes suspiciones admittendas esse contra præsumptum reum, quia, vt dicit Cicero *lib. 2. ad Herenn. cap. 1.* sæpe accidit, Aliquos condemnatos fuisse ex vehementibus præsumptionibus; & tamen postea repertum fuisse Alios delicta præsumpta commisisse, & ipsos innocentissimè fuisse de alienis delictis punitos; de quo infinita adduci possent exempla, quæ videri possunt penes Ciceronem *vbi sup.* Valer. Max. *lib. 8. cap. 1.* Alios; quibus addi potest Paris de Puteo *in tractat. syndicat. verb. tortura*, vbi refert, quod quidam Iuuenis minatus fuerit cuidam meretrici velle illius faciem deformare; quo ab alia meretrice audito, quæ eius inimica erat, statim camdem vulnerari fecit à suo Amasio, non solum in facie, sed & in capite, & in pettore, pro quibus vulneribus, cum mortua esset, captus fuit ille Iuuenis, qui minatus fuerat, & ex illis inditijs condemnatus fuit, sed postea veritas facti detecta est, attamen eius innocentia parum illi profuit, quia iam sententia mortis contra eumdem exequutioni demandata fuerat. Similiter allegari poterit contrarium eius, quod Aduocatus ex aduerso probauit, et tunc confugiendum erit ad causas excusantes delinquentem, de quibus satis dictum est supra *cap. 10. de defensionib. reor. per tot.*

In Confirmatione confutare debet omnes coniecturas, quibus innixus fuit Aduocatus ex aduerso, puta signa, argumenta, probabile, & huiusmodi de quibus, *infrà vbi agimus de confirmat. & confutat.* & causa exempli hæc pausa subiungam.

52 Coniectura igitur per signa, secundum Ciceronem *li. 2. ad Herenn. c. 17.* diuiditur in sex partes, nimirum in locum, tempus, spatium, occasionem, spem perficiendi, & spem celandi.

Locus, quamuis aggrauet delictum, & præcogitationem ostendat. *arg. text. in l. aut facta §. locus ff. de panis*, Blanc. *in l. fin. num. 200. ff. de quæstion.* & Alberic. *in quæst. statut. q. 64 par. 3.* & proinde si Aduocatus contra reum dixit, præsumendum esse contra illum, quia repertus fuit in loco solitario, &c. tamen Aduocatus pro Reo potest vti argumento à contrario, nimirum, non esse verisimile voluisse ibi delictum committere, quia videri, aut audiri poterat, &c. de quo Cicer. *vbi sup.* & Par. de Put. *ibid. in verb. mandauit. in fin.* faciunt tradita per Bart. *in l. de pupillo §. si quis ipsi: ff. de nou. oper. nunciat.*

Tempus licet aliquando aggrauet delictum, scilicet an fuerit de nocte, vel de die, tali, vel tali hora, tamen aliquando exonerat delinquentem; de quo vide Blanc. *in d. l. fin. nu. 198. & seq.* Bart. *vbi sup.* & Alios.

Spatium similiter sicut est signum aggrauans delictum, vt si quis rixatus fuerit cum alio, & post paruum spatium temporis sequutum fuit homicidium, præsumitur factum ab illo qui rixatus fuit; sic etiam est signum defensiuum, & exonerans reum, quia fuit forsan factum calore iracundiæ; in primo motu, & ad defensam; & simil.

Occasio aggrauat similiter, vnde si Aduocatus contra Reum fundauit suam intentionem super illa; Aduocatus pro reo dicere poterit, nullam fuisse occasionem, aut eam extenuare conabitur aliqua ratione.

Spes perficiendi aggrauat delictum; vnde si Aduocatus contra reum fundauit se super viribus, pecunijs, consilio, scientia, potentia, & similibus; Aduocatus Rei retundere illa potest, fundando se super imbecillitate, inopia, stultitia, imprudentia, impotentia, & similibus, quæ confirmare poterit exemplis.

Spes celandi aggrauat similiter delictum. Vnde si Aduocatus contra reum fundauerit se super suspicione clandestinatis, & spe occultationis delicti: iuxta rubricam *de clandest. despons. per tot.* & Gloss. *in l. 1. C. de interdict. matrimonio; vbi etiam* DD. Aduocatus Rei minuere debet illius argumenta per contrarias præsumptiones.

Præterea coniecturas per argumenta Aduocati Accusatoris vel Fisci, poterit similiter Aduocatus Rei per contraria confutare argumenta. Nam argumentum, ex quo sumitur suspitio delicti contra reum fundatur supra tria tempora, nimirum supra præteritum, instans, & consequens, iuxta tradita per Ciceronem *lib. 2. ad Herenn. cap. 7.*

Ex tempore præterito sumitur argumentum ex conuersatione, quam reus habuit, *argum. libr. 3. §. nullas ff. de excus. tut. & l. edilit. §. pedius ff. de edilit. edict.* ex loco, vbi fuerit, vbi visus fuit præter solitum, quia transitus insolitus suspicionem inducit. Bart. *in l. fin. col. 2. ff. de quæst.* & tunc si Aduocatus contra reum fundauerit se super talibus coniecturis; Aduocatus pro reo probabit contrarium, puta quia locus non erat suspectus, & quod reus solitus erat per illum transire, &c. Ex tempore instanti confutabitur per argumenta, quod non est verisimile, vt tempore delicti non fuerit visus illud committere; quod non fuerit clamatum, vel factus aliquis rumor, aut alio modo obseruatus, per aliquem ex sensibus corporis.

Ex tempore consequenti, sumptum argumentum contra reum, quod quis inuentus, repertusque fuerit mortuus ex veneno, vel suffocatione, prout ex signis apparet, confutari potest contrarijs argumentis, de quibus Cicer. *vbi sup.* & latè Follet. *in Pract. crimin. fer. secul. part. 2. 2. partis vers. Dentur capitula quod suffocauit vxorem, & v. item quod sororem veneraui. per tot.*

26 Et similiter si Aduocatus contra reum fundauerit se in pallore consequenti; in rubore faciei Rei post delictum; in titubatione locutionis inconstantis, &c. quæ quidem sunt signa commissi delicti, iuxta text. *in l. de minore § plurimum ff. de quæst. & ibi* Bart. & Bald. *in l. presbyteris C. de episc. & cler* & notat Cicer. *vbi sup. cap. 17.* Aduocatus pro reo versa vice confutare poterit prædicta argumenta, dicendo, quod pallor, rubor, titubatio, & similia euenerunt illi ex magno periculo, in quo reperiebatur; non autem ex conscientia patrati criminis, vt asseritur. Cæterum alijs omissis, breuitatis causa, ne plusquam proposui, prolixior euadam, si singula percurrere voluero, Ideo paucis me expediendo, dico, quod confutare debet Aduocatus defendens reum omnia, quæ opponuntur per Aduocatum contra rem, eodem modo, quo adducuntur. Et sic confutabit testes cum aliis testibus; argumenta cum contrariis argumentis: Rumores, & Famam cum contrario rumore, & fama; Et sic de reliquis iuxta inferius notanda, vbi de conclusionis, & confutationis præceptis in Rethorica agemus;

In conclusione denique, seù peroratione, sicut Aduocatus contra reum conatus fuit mouere Animum. Iudicis ad iracundiam, & seueritatem, accommodando verba, & rationes ad crudelitatem prouocantes, vt patebit in exemplo inferius adducendo in genere Iudiciali: Ita Aduocatus defens reum studere debet perorationem perficere verbis omninò ad misericordiam, & pietatem accommodaris, & quibus ad clementiam, & veniam mouere valeat eiusdem Iudicis, & Auditorum Animos; vt illis mediantibus obtinere valeat intentam absolutionem Rei, quem defendit. Et hæc pauca pro tyronibus dixisse sufficiat. Reliqua præcepta Rhetoricæ aduocatis necessaria in calce præsentis practicæ criminalis videri possunt; curiositatis gratia.

PRAXIS PROCESSVS.

27 Continuando nunc compilationem processus, vt in superioribus sectionibus factum est, deueniendum erit ad modum practicum decernendi citationem ad sententiam, quæ quidem tali ordine fieri solet in aliquibus Curiis; primò enim fit instantia à Promotore Fiscali, quod procedatur ad vlteriora in causa; & Iudex interloquitur, fore, & esse procedendum ad relaxationem citationis ad sententiam; & deinde expeditur citatio, vt in sequentibus parebit. Instantia igitur Fisci erit talis, vt sequitur, vel huic similis, videlicet.

Forma instantiæ Fisci, vt procedatur ad sententiam.

Die... Mensis... Anni... In loco N... Pro Curia, & Fisco, &c. Contra *N. de N. &c.*

Comparuit D. N. de N. Promotor Fiscalis Curiæ N. vt aliàs &c. in causa, quam supradictus N. de N. habet cum Fisco, occasione homicidij patrati in personam quondam N. de N. & aliàs, vt in actis, &c. seruatis seruandis, auditisque Aduocatis, & Procuratoribus in iure, & in facto, non solum semel, & bis; verum, & pluries, lapsis tandem omnibus, & singulis dilationibus eidem N. de N. iam concessis ad se defendendum, & excusandum, cum nihil vsque modo deductum fuerit, quod ipsum releuaret: Instetit ad vlteriora procedi in causa, vsque ad sententiæ prolationem, eiusque exequutionem inclusiuè, stante præsertim lapsu multorum dierum post vltimum terminum sibi assignatum, &c. Aliàs, &c. protestatus, &c. & prædicta, &c. omni meliori, &c.

28 Qua instantia præsentata, & admissa, fieri solet infrascriptum, vel simile decretum, videlicet.

Forma decreti iuxta prædicta.

Qui per illustris, & Reuerendissimus Dominus Generalis Vicarius sedens, &c. prædicta, &c. & Visis, &c. mandauit, prædictum N. de N. formiter citari pro crastina die de mane hora tali... ad videndum ferri sententiam in præsenti causa, prout in actis, &c. offerens se paratum pro Iustitia, &c. & ita, &c. omni, &c.

29 Et tunc in vim prædicti decreti, expeditur citatio ad sententiam tali, vel simili modo, videlicet.

Forma citationis ad sententiam.

Die prædicta, &c.

De mandato, &c. Instante Fisco. *&c. commissa, & facta fuit citatio in scriptis per me, &c. contra supradictum N. de N. vt infra, videlicet.*

De mandato perillustris, & Reuerendiss. Domini Generalis Vicarij, N. Instante Domino N. Promotore Fiscalis huius curiæ, &c. fiuè, &c. Citetur N. de N. pro crastina die de mane hora tali.... &c. ad audiendum tenorem sententiæ ferendæ contra eum in præsenti causa, occasione homicidij per eumdem patrati in personam quondam N. de N. & aliàs, prout latiùs in actis, & processu, &c. & mandatum quodcumque decerni, & relaxari, &c. In quorum, &c. Datum, &c. N. Notarius, &c.

Vel, vt in quibusdam Curijs practicatur, fieri potest sequenti alio modo, videlicet.

N. de N. Illustrissimi & Reuerendissimi Domini N. Episcopi, N. in spiritualibus & temporalibus Vicarius & officialis Generalis, &c.

Seruientibus nostræ, vel quarumuis Curiarum in solidum, &c. Committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitionem Domini N. Promotoris Fiscalis huius Curiæ N. fiuè, &c. Citent, moneant, & requirant N. de N. vt ad primam iuris præcisè, & peremptoriè, &c. hora solita, &c. legitimè compareat coram Nobis, & Nostra Curia ad dicendum & allegandum in iure, & in facto; in scriptis, vel oretenus, cum suis Aduocatis, & Procuratoribus quidquid dicere, & allegare voluerit, &c. Et deinde in anno à cum continuatione ad audiendum tenorem definitiuæ sententiæ per Nos proferendæ in causa in eadem Curia hucusque agitata, occasione homicidij per ipsum commissi in personam quondam N. de N. & aliàs vt in actis, &c. Aliàs, &c. Citens. et referant, etc. Quoniam, etc. Datum, etc.

N. Vicarius Generalis, etc. N. Actuarius: etc.

30 Exequuta Citatione ad sententiam fieri debet relatio per Nuncium seu Cursorem Curiæ, quod Reum citauit, quæ esse solet, vt sequitur, vel huic similis, videlicet:

Relationis forma.

Eadem supradicta die, etc.

N. de N. ordinarius seruiens, et nuncius huius Curiæ N. retulit mihi Notario infrascripto cum iuramento, etc. præsentasse supradictam Citationem in personam supradicti N. de N. existentis in carceribus N. et in eius manibus copiam illius dimisisse, ad effectum, etc. prout habuit in mandatis, etc. super quibus, etc. Omni, etc.

N. Notarius, etc.

32 Et successiuè Promotor Fiscalis instare solet iterum, vt procedatur ad sententiæ condemnatoriæ prolationem contra eumdem Reum iam citatum infrascripta, vel simili forma, videlicet.

Instantia Fisci pro condemnatione.

Die... Mensis... Anni... etc.

Pro Curia, et Fisco, etc. Contra N. de N. etc.

Comparuit Dominus N. Promotor Fiscalis huius Curiæ N. vt aliàs, etc. in termino Citationis personaliter exequutæ contra supradictum N. de N. pro hac die, et hora, etc. vt supra retulit N. publicus nuncius Curiæ, etc. accusataque illius contumacia, etc. instetit contra eumdem ferri sententiam condemnatoriam, prout iuris, etc. et mandatum quodcumque desuper necessarium, et opportunum decerni, et relaxari, etc. aliàs, etc. protestans, etc. omni, etc.

33 Sunt tamen hic aduertenda duo: Primum est, quod licet prænotetur supradictus ordo, qui est frequentior in vsu multarum Curiarum; non ponitur tamen, tamquam necessaria methodus, & inuariabilis praxis, ita vt variari, & mutari non possit, sed tantum adnotatur præsens ordo iudiciarius ad aperiendum mentem Iuuenum, vt possint rectè operari: cum de facto multissima alia acta occurrant fieri in iudicio, secundum variationem circumstantiarum, quæ hic non apponuntur; neque apponi congruenter possunt. Secundum est, quod in quibusdam Curiis seruatur, vt ante prædictam citationem ad sententiam, fiat separatim, monitio ad dicendum, & allegandum cum Aduocatis, & Procuratoribus; & postea fit citatio ad sententiam. In Aliis verò neutra præmittitur, sed tantùm post lapsum terminum datum Reo ad se defendendum, discussoque super indiciis deuenitur ad sententiam sine alia citatione, quia profertur in præsentia eiusdem Rei. Ideo ne Iudex in errorem incidat, in his, quæ ordinatoria processus concernunt, conformet se stylo Curiæ, in qua ius dicit, & consuetudini loci, in quo existit; vt pluries supra monui.

SECTIO XVI.

De Sententia Condemnatoria.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quid facere debeat, antequam sententiam proferat.*
2 *Sententia inconsiderata, quot Personas offendat.*
3 *Iudex malè iudicans tenetur parti ad interesse.*
4 *Puritas interior Iudicis iudicantis, in quo consistat.*
5 *Puritas exterior consistit in manibus, & lingua.*
6 *Concussio committitur per Iudicem, quando dat sententiam per pecuniam.*
7 *Iudex in peccato mortali existens, an sententiando, mortaliter iterum peccet.*
8 *Negatiua sententia est magis communis.*
9 *Sed limitatur, si Iudex esset in peccato publico, & scandaloso; quia tunc peccaret mortaliter, iudicando.*
10 *Melius faceret Iudex, si ante sententiæ prolationem, confessionem sacramentalem præmitteret.*
11 *Iudex, an pro sententia possit aliquid accipere.*
12 *Sportulæ, quid sint.*

13 *Xenia,*

13 *Xenia, quid sint?*
14 *Stipendium iudicantis licitum est regulariter.*
15 *Beneficium datur, propter officium aliquando.*
16 *Expensa Itineris Delegato extra domicilium proficiscenti debentur, etiam si sit delegatus à Papa.*
17 *Expensa extraordinaria non debentur.*
18 *Assessor Iudicis Delegati salarium habere debet à partibus.*
19 *Assessor, quando, & à quo assumendus.*
20 *Assessoris officium, quale?*
21 *Assessor habet iurisdictionem aliquando.*
22 *Assessor, à quo eligendus?*
23 *Assessor, qualis esse debeat?*
24 *Assessor Iudicis Ecclesiastici, an esse possit laicus.*
25 *Delegatus habere debet expensas itineris à partibus, non à delegante, nisi in duobus casibus.*
26 *Episcopus iter faciendo per Diœcesim habere non debet à subditis expensas, nisi visitationem faciat, aut consecrationem alicuius Ecclesiæ particularis.*
27 *Assessor Iudicis ordinarij expensas habere debet ab ipso ordinario, non à partibus.*
28 *Esculenta, & poculenta recipi possunt à quolibet Iudice, si liberaliter dentur.*
29 *Iudex sæcularis extra domicilium proficiscens expensas itineris habere debet.*
30 *Munera per Iudicem Ecclesiasticum ordinarium recipi non possunt.*
31 *Munera neque à Iudice Delegato habente beneficium cum iurisdictione recipi possunt.*
32 *Delegatus à Papa restituere tenetur munera accepta, ratione litis, nisi finita lite darentur.*
33 *Consuetudo recipiendi munera excusat Iudicem ab obligatione restituendi.*
34 *Munera data, an repeti possint, vbi consuetudo non esset illa recipiendi.*
35 *Iudex aliquid recipiens pro iniqua sententia ferenda, pluribus pœnis puniri debet.*
36 *Sententia contra rectitudinem iustitiæ lata pecunia vel alia remediante, an valeat?*
Iudex, neque vt iustè iudicet, pretium, aut munera recipere potest.
Restitutio acceptæ rei per Iudicem sententiam sic proferentem, quando facienda, num ante, vel post sententiam.
37 *Probabili opinione æqualiter existente non potest Iudex aliquid accipere pro ferenda sententia ad fauorem alicuius, secundum vnam partem.*
38 *Iudex, an possit aliquid accipere, vt vnam causam expediat ante alias.*
39 *Iudex pro maiori diligentia adhibenda in causa potest aliquid accipere.*
40 *Delinquens ad pœnam ordinariam regulariter condemnari non potest; nisi sit conuictus, vel confessus.*
41 *Pœna ordinaria delicti, quando per Iudicem minorari possit?*
42 *Pœna ordinaria minor euadit aliquando ex aliqua circumstantia.*
43 *Pœna imponenda est, iuxta circumstantia delicti.*
Circumstantia delicti considerandæ per Iudicem in sententiando, quæ?
44 *Pœnarum genera de Iure Canonico, quæ?*
45 *Pœna mortis de Iure Ciuili æquiualet excommunicatio de Iure Canonico.*
46 *Depositio ab officio, vel beneficio æquiparatur pœnæ amputationis capitis.*
47 *Pœnarum genera de Iure Ciuili, quæ?*
48 *Verberum pœna, an detur de Iure Canonico.*
49 *Pœna Clericis infligenda est secundum Ius Canonicum: aliquando tamen secundum Ius Ciuile.*
50 *Leges Ciuiles in auxilium Sacrorum Canonum sumendæ.*
51 *Pœnæ delinquentibus, quare imponantur.*
52 *Pœna correspondere debet delicto, aliàs peccat Iudex, si indulgeat delinquenti.*
53 *Seueritas Iudicis miscenda misericordia est.*
54 *Rigor pœnarum, quando exercendus per Iudicem.*
55 *Condemnatio Rei maiorem laudem Iudici affert, quam absolutio illius.*
56 *Punitus ab vno Iudice inferiore maiori pœna non potest iterum à superiori idem puniri grauius pro eodem delicto.*
57 *Sententia condemnatoria, an exequi possit ante decem dies ad appellandum concessos.*
58 *Conuictus, vel confessus, an appellare possit.*
59 *Appellans, quando est quis confessus, allegare debet errorem confessionis.*
60 *Degradandus est Clericus Curiæ sæculari tradendus:*
61 *Degradatio actualis fit cum certo Episcoporum numero.*
62 *Degradatio verbalis, quid sit?*
63 *Degradationis pœna pro quibus criminibus imponatur.*
64 *Occidere hominem malum ex iustitia bonum est.*
65 *Sententia condemnatoria ad triremes forma.*
66 *Sententia publicatio.*
67 *Relatio Ministrorum Curiæ super conductione condemnati ad carceres.*
68 *Exequutionis sententiæ decretum.*
69 *Mandatum seù prouisionales litteræ pro exequutione sententiæ, qualiter formetur?*
70 *Relatio ministrorum Curiæ super transmissione condemnati ad alienos carceres pro exequutione sententiæ.*
71 *Traditionis condemnati Curiæ sæculari sententia.*
72 *Degradationis sententia, qualis?*
73 *Degradatio actualis, quomodo fiat.*
74 *Recommendatio degradati, an sit superflua.*
75 *Exilij sententia qualiter concipienda.*

1 ABsolutis omnibus, vt supra præmissum est; debet Iudex necessariò deuenire ad sententiæ prolationem; quæ quidem, vel est condemnatoria, vel absolutoria. Quapropter, vt contineretur methodicus ordo procedendi hucusque obseruatus, etiam in sequentibus, in præsenti agemus de sententia condemnatoria, in sequenti verò Sectione de sententia absolutoria. Ideo de more plura erunt per nos examinanda, de quibus actum non fuit suprà *in pract. Ciuil. part. 2. sect. 3. subsect. 1. per tot.* vbi egimus de sententia in caussis ciuilibus; & de eius requisitis, ac de alijs multis, quæ necessaria sunt etiam in sententia criminali; quapropter ad ibi dicta me refero. Hoc autem loco reliqua prælibabimus; & Primo, quid agere debeat Iudex, antequam sententiam in criminalibus caussis proferat. Secundò, An possit Iudex pro sententia, siuè pro officio exercendo aliquid accipere à Partibus. Tertiò, quibus in casibus sententia condemnatoria proferatur pœnis ordinarijs reum condemnando. Quarto, quæ sint pœnarum genera de Iure Canonico.

Quoad primum, notandum est, plura debere Iudicem facere antequam sententiam proferat. Primo enim debet benè perpendere merita causæ, & circumstantias delicti; ac magna diligentia examinare probationes, & exceptiones oppositas per Reum, atque cuncta rimari, iuxta *c. iudicantem 30. q. 5. & c. graue 35. q. 9.* quia in criminalibus maior circumspectio requiritur, quam in ciuilibus, cum hic de bonis agatur: ibi verò de corpore, vt alibi diximus. Propterea non præcipitanter, sed maturè procedere ad punitionem debet, ne imprudentiæ notam incurrat; quæ quidem in se continet præcipitationem; & cum imprudentia sit vitium oppositum virtuti prudentiæ, & dono Consilii, secundum D. Gregor. *l. 2. moral.* & D. Th. *in 2. 2. q. 53. art. 3.* peccatum grauissimum est, (vt etiam in Pr. Ciuili dictum fuit,) quia ex præcipiti, & inconsiderata sententia, infinita ferè mala oriuntur.

2 Offenditur enim Deus, qui iustus est, & iustitiam diligit, cum scriptum sit: *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum*; vt inquit Dauid Prophet. *in Psalm. 118. num. 137.* offenditur pars, quæ iniustitiam recipit, quia seruare tenetur æqualitatem inter partes. *cap. fin. de transaction. cap. reuera. 3. part 9 cap. ea vindicta. 23 quæst. 4. & cap. qui rectè 11. qu. 3.* Offenditur Respublica, quia non distribuitur ius suum vnicuique, iuxta text. *in l. iustitia ff. de iust. & iur.* & tandem offenditur idem ipse Iudex, qui malè iudicat, quia tenetur ex officio rectè iudicare, & non præcipitanter, vt indocti faciunt; iuxt. tradita per D. Thom. *1. 2 qu. 79. art. 1.* S. Ant. *p. 3. t. 9. cap. 1. in pr.* Caiet. *in summ. Verb. Iudicis peccata*, Nau. *in c. si quando. not. 13. cum trib. seqq. de rescrip. & in manual. cap. 24 num. 12.* Hinc est, quod iudicare tenetur, secundum opinionem probabilem circa factum pro Reo, relicta probabiliori pro Fisco, vt dix. sup. *in Pract. Ciu. p. 2. sect. 3. subs. 1. nu. 49. & 50.* quod quidem benè perpendere debet, antequam senten-

sententiam proferat; aliter pecca um grauissimum committeret, si præcipitanter iudicaret.

3 Imò non solam grauiter peccat Iudex præcipitanter, & non rectè iudicans; verum etiam tenetur parti læsæ ad refectionem omnium damnorum, & interesse, quæ patitur, & restitutioni obnoxius remanet, vt habetur in Instit. *de oblig. quæ ex quasi delict. nascunt.* & tenent communiter Theologi, & Canonistæ omnes, sine aliqua contradictione.

4 Secundò debet Iudex adnoc, vt rectè iudicet, v tæ puritatem habere. Quæ quidem duplicitet consideratur, interior scilicet, & exterior. Interior est illa, quam habere debet in ... nda sententia ex mero zelo iustitiæ, ipsiusque amore, & inclinatione; non vero ex odio, aut amore partium; neq; ex cupiditate, auaritia, aut al a animi passione, aliàs grauiter peccaret, iuxta grauitatem materiæ, in qua deficit. Hæc autem puritas in eo consistit, vt non iudicet contra iustitiam, sed secundum merita causæ, ac secundum allegata, & probata, aliàs iniquum iudicium ferret, & contra iustitiam, & consequenter mortiferè peccaret, vt docet S.Thom 2.2.q.67.art.2. quem sequuntur multi DD. Quomodo autem hoc in eligendum sit, secundum Alios ad saltietatem, Ego Ipse dix. supra *p.1. in Prax. Crimi.d. sectione 3. sub sect. 1. n. 56. & seqq.*

5 Exterior verò puritas est illa, quam Iudex habere debet in manibus, idest quod abstineat se à muneribus, & sordibus. *arg. cap. statutum § insuper. de rescript. in 6.* Et similiter consistit in abstinentia à verbis contumeliosis, & iniuriosis. Contra vtramque puritatem exteriorem faciendo Iudex, semper peccaret; nam si aliquem iniuriaret, aut verberaret, vltra peccatum, teneretur in syndicatu, si esset Iudex laicus, qui hoc faceret. *per text. in l. nec magistratibus ff. de iniurijs.* Et aduertit Pat. de Put. *in tract. synd.* Quinimò in multis locis seruatur, vt Iudex huiusmodi crimina committendo, remoueatur ab officio. Contra puritatem verò manuum peccaret Iudex concussione *per tit. ff. de concussion.*

6 Est autem concussio, quando Iudex venalem dat sententiam, alias non daturus; Aut non dat, alias non daturus; Aut minatus alicui, quod nisi talem pecuniarum summam dederit, vel aliud pro eo fecerit, sententiam pro se non proferet, aut aliud pro eo fecerit, sententiam pro se non proferet, aut aliud fac et. *cap. inhibemus, & cap. in cum cap. concussiones 1. q. 1. cap. militare. 23. qu. 1. l. 1. & 2. ff. de concussion.* & talis Iudex ex Concussione pecuniam extorquens, furtum committit, ac proinde restituere tenetur; & similiter tenetur ad omnia damna, si ex causa pecuniæ condictæ sibi non traditæ, vlterius iustitiæ complementum non fecerit *vt in d. l. 1. & 2. vbi DD. notant*, & Summistæ *in verb. Concussio*, Gabriel. *in 4. dist. 15. qu. 6. art. 1. notab. 4. & seqq.*

7 Sed quæritur hic, an Iudex sententiam proferendo, & Aliquè iudicando, dù in peccato mortali existit, peccet mortaliter.

Respondetur, in hoc duas esse Doctorum sententias. Prima affirmatiua est; secunda verò negatiua; Qui primam sequuntur asserentes, Iudices siuè Ecclesiasticos, siuè seculares in peccato mortali existentes, mortaliter peccare, iudicando, sunt quamplures ex Theologis, præsertim de Ecclesiasticis Iudicibus, S.Thom. *in 4. dist. 19. qu. 2. art. 2. qu. 2.* Paludan. *rad. dist. 19. q. 3. art. 3.* Alex. de Alex. *p. 3. sum. qu. 4. memb. 3.* Syluest. *verb. correctio q. 16.*

Mouentur autem hac ratione, quia Iudex in peccato iudicans, indignæ officium, & munus suum exercet, & ideo peccat, iuxta illud Ioan. c. 8. vbi Christus in causa adulteræ inquit; *Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mitt.*

Accidit auctoritas D. Pauli Apostoli *ad Rom. c. 2.* vbi habetur, Inexcusabilem esse, qui alium iudicat. *In quo enim alterum iudicas, te ipsum condemnas, id enim facis, quod iudicas.* Ex quo colligitur, non licere peccanti iudicare.

Secundò, quia *in cap. vlt. de temporib. ordinat.* habetur, Prælatum in mortali existentem, suspensum dici, quoad se, quoad Deum, vt ait Paludan. *vbi supra.* Hanc sententiam sequendo Vuiclefus ad suum errorem extendere conatus fuit, asserens non solum talem Iudicem sic iudicando peccare, verum etiam iurisdictionem omnem amittere, & auctoritatem, existimans potestatem Ecclesiasticam, vel ciuilem fundata esse in gratia, quæ quidem per peccatum amittitur; Sed hic error damnatus fuit in Concilio Constantien. *sess. 8. art. 15.* contra quem late disputat. Thom. Vualdens. *tom. 1. libr. 2. cap. 81. & tom. 2. libr. 1. cap. 8.*

8 Secunda verò sententia negatiua, est communis omnium fere DD. quod scilicet Iudex, siue Ecclesiasticus, siue laicus, quamcumque iurisdictionem exerceat in peccato existens, non peccat mortaliter, simpliciter loquendo, nisi in quibusdam casibus, de quibus infra. ita S. Thom. *2. 2. qu. 33. art. 5. & q. 60. art 2 & ibid.* Caietan. Salon. Arragon. & Bannes Petr. Nauar. *de restit. lib. 2. cap. 4. p. 4. num. 455.* Valentia *tom. 2. disp. 6. q. 4. pun. 2.* late Sayr. *lib. 1. de Sacram. in commun. c. 7 qu. 4. dub. 2.* Mart. Nauarr. *in comment. sub. ie. de iudic. ... numer. 48. vers. tertium*; & Alij communiter; quibus Ego libenter adhæreo, ex quo fortioribus o... tur rationibus

Hæc sententia intelligenda est in foro exteriori, extra confessionem, alios iudicando, nam in confessione; nam tali casu, si quis in foro conscientiæ in mortali existens aliquem absolueret, mortaliter peccaret, vt in confessio est apud omnes DD. & nos infra *dicem. part. 5. tom. 2. Prax. num.* Secundò declaratur, vt intelligi debeat, quando Iudex siue Ecclesiasticus, siue laicus est in peccato mortali occulto, nam tunc alios iudicando, dummodo alia ad iudicium necessaria obseruet, non peccabit mortaliter, *vt prætis.* DD. asserunt. Et Ratio est, quia peccatum mortale ex se non se opponit rectitudini requisitæ ad iudicium, nam tum luminis rationis, vel inclinationi ad ius suum alteri tribuendum: quæ quidem bene stare possunt cum peccato; aliàs sequeretur, non bene dixisse Diuum Augustinum *in libris de Ciuitate Dei*, in quibus sæpissime laudat, & iustissima dicit iudicia Priscorum Romanorum, qui cum Gentiles essent, mortaliter peccare Alios iudicando, cum fide, & gratia carerent, nemo est, qui neget; quod dici non potest, nam Sanctus præfatus eorum iudicia tulla, & laude digna existimat.

9 Secus tamen dicendum, si Iudex esset in peccato publico, & scandaloso, nam tunc mortaliter peccaret, sententiam ferendo, et iam iustam, vt ait S. Thom. *d. q. 60. art. 2.* vbi Ca et. & Alij citati. Et ratio est, quia in hoc casu oritur scandalum Aliorum, & iustitia vilipenditur, maximè si alios iudicaret de illis criminibus, quibus ipse innodatus existit.

Ad contraria verò respondetur, & Primo ad rationem, nam licet indignè vtatur suo officio priuatuè, hoc est quia priuatus est conditione, vt officium digne exerceat; non tamen vitur officio contrarie, hoc est non agit directè contra tum iusto iudicio, vt sic: vnde remoto scandalo non peccat mortaliter. Et ad illud Apostoli *ad Roman. 2.* respondetur, quod non ex eo, quod in peccato existit, alios iudicando de peccato, in quo ipse est, nouum peccatum committit: sed quia ex illo iu ... ostendit seipsum similiter condemnab lem, propter idem, vt simile peccatum, S. Th. *vbi sup. art. 2. ad 3.*

Ad illud verò Ioannis 8. respondetur, quod intelligendum est, quoad confusionem Iudæorum, vt crimen proprium agnoscerent; non tamen quod necessarium sit ad rectè iudicandum sine peccato, vt in gratia existat; sed quod omninò deceat Iudicem immunem esse à crimine sub aliquali peccato.

Ad *caput* tandem *fin. de temp. ordin.* respondetur, quod ille textus non loquitur, quoad actum iudicandi alios, sed de actus & exercitio ordinis sacri, quem exercens Prælatus in peccato existens, mortaliter peccat, quia in ordinatione gratiam suscepit, vt digne Sacramenta administret; ideo nisi illa in gratia exerceat, mortaliter peccaret: Quod non procedit in actu iurisdictionis, exercendo in peccato. Ergo, &c.

10 Est bene verum, quod melius faceret Iudex, si antequam sententiam proferret, sacramentalem confessionem præmitteret, non solum vt prorsùs quodcumque peccatum, aut scandalum euitet; verum etiam vt sic faciendo, iustitiæ, & iudicii actum meritoriè exercere valeat, cum assistentia diuinæ gratiæ. De quo vide omninò. *cap. 1. & per tot. 1 qu. 7.* & non displicebit, cum multa curiosa ibi reperiantur testimonia sacræ Scripturæ, ex quibus colligitur, quod malus Iudex sententiam proferendo, non ex hoc illam inualidam redderet, sed alia ratione.

11 *Quoad secundum.* An scilicet possit Iudex aliquid accipere à Partibus pro sententia ferenda, siue exercendo iustitiæ officio, notandum est quod hoc locum habet tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & ad tria reduci potest. *Primo ad stipendium*, quod Iudici datur pro officio exercendo. *Secundo ad expensas* pro impenso labore; *& Tertio ad munera*, quæ quidem aliquando dicuntur sportulæ, aliquando xenia.

12 Vtrum

12 Vt autem conclusio clarior euadat, atque vberior appareat, supponendum est, quod sportulæ sicut olim dicebantur omnia ea, quæ à Magnatibus dari solebant in cibo, vel in pecunia h s, qui e s officii gratia Comitati sunt, vel salutatis sic nunc sportula in genere sumptæ dicuntur quæcumque munera, vel in cibo, vel in pecunia consistentia, quæ Iudicibus à Partibus litigantibus dantur, vltra stipendium ipsis debitum, vt colligitur. *ex c. non sanè, 14. qu. 5. cap. cum ab omni de vit. & honest. cleric. Authent. sed hodie. C. de episc. & cleric. & in §. at autem. Auth. de iudic. collat. 6.* sed communiter dicuntur in specie *sportulæ* solùm dari solita pro sententiis ferendis.

13 *Xenia* verò dicuntur modo omnia ea, quæ Iudicibus dantur, consistentia in esculentis, vel poculentis tantùm, quæ intra duos, vel tres ad summum dies consumi possunt, ita enim appellabantur olim munera hospitibus dari solita. *c. statutum §. insuper. de rescri. in 6.* His suppositis dicendum est.

14 *Primò circa stipendium*, non esse prohibitum Iudicibus siuè Ecclesiasticis, siuè sæcularibus aliquid accipere pro iustitiæ officio exercendo loco stipendii, absque labe simoniæ, quia licet opus exercendi iustitiam sit opus spirituale, vel ecclesiasticum, illud tamen non recipit pro illo opere iustitiæ, sed pro obligatione officii exercendi, quæ obligatio ad aliquid faciendum, est quid temporale, & pecunia æstimabile. Accedit, quod si non habeat stipend. ū sibi assignatum, quia opus exercendi iustitiam requirit studium, laborem, & industriam, ad quæ exercenda nemo gratis obligatur, vtique potest aliquid accipere à litigantibus loco stipendii.

Limitatur tamen, quando Iudex haberet stipendium certū sibi assignatum à lege, Principe, vel conuentionem, nam tunc nihil recipere posset ab ipsis litigantibus; & si reciperet, teneretur ad restitutionem, nisi consuetudine excusaretur; & ratio est manifesta, quia iam recepit, non esset ampliùs loco stipendii, sed vltra mercedem sibi debitam reciperet, ergo peccaret contra iustitiam commutatiuam.

15 Quapropter Iudices Ecclesiastici habentes Beneficium ecclesiasticum, cui annexa est iurisdictio nihil accipere possunt à litigantibus, loco stipendii, quia beneficium datur propter officium, & consequenter loco stipendii, & ideo ex obligatione officii tenentur gratis illud exercere, adeoq; non possunt quid quam aliud à litigantibus recipere, tam si sint Iudices ordinarii, quam si sint Delegati, ita communiter Theologi, & Canonistæ. Gabriel *in 4. dist. 15. qu. 6. art. 2. concl. 4.* Alex. de Ales. *par. 3. qu. 43. memb. 6. art. 3. §. 2. fine sum.* Syluest. *verb. Iud. x 1. q. 10. vers. quintum.* Tabien. *eod. vers. sexto.* S. Antonin. *3. p. tit. 9. c. 2. §. 8.* Nauarr. *in manual. c. 25. nu. 12.* Ioan Andr. & Abb. *in cap. cum ab omni num. 9. de vit. & honest. cleric.* Azor. *3. par. lib. 12. c. 23. vers. denique.* Bonac. *tom. 2. circa ultimum Decalog. praeceptum disp. 10. qu. 2. punct. 8. num. 1.* Quæ quidem conclusio locum habet, etiam si beneficium sit tenue, quia sua culpa non debet aliis nocere, non debebant enim illud acceptare, si sufficiens non erat ad illos alendos. Gabr. *vbi supra citat.*

16 *Dicendum est secundò circa expensas* pro impenso labore, quod Iudex delegatus à Papa, etiam si habeat beneficium tuta conscientia poterit aliquid accipere pro compensandis expensis, quando reuera aliquas facit, & quidem moderatas, extra domum propriam, vt si iter facere necesse sit, nam tunc pro vecturis equorum, & famulorum victu potest aliquid moderatum recipere, iuxta locorum consuetudinem, vt colligitur *ex cap. statutum §. insuper. de rescript. in sexto*, vbi late glos. & DD. *& cap. cum ab omni de vit. & hon. st. cleric. capit. caritatem 12. quæst. 2.*

Sed quæritur, an talis delegatus extra domum suam proficiscens ad officium exercendum, teneatur deducere expensas, quas domi facturus esset, quando cas à partibus repetit?

Respondetur negatiuè, secundum Gloss. *in d. cap. statutum §. in super. verb. moderatas*, ibi Franc. Abb. *in dict. cum ab omni n. 13. de vit. & hon. cler.* S. Anton. *2. p. 3. tit. 9. c. 2. §. 8.* gabr. *in 4. dist. 25. q. 6. art. 2. conclus. 4. lit. G.* Syluest. *verb. Iudex 1. q. 19. vers. 2.* Tabien. *eod. verb. vers. 11.* Angel. *ad §. 13.*

Quod locum habere dicunt glos. Abb. Sylu. & Tabien. etiam si delegatus beneficium habeat pingue, nam adhuc expensas pro victualibus, & vecturis petere potest, quia Pontifex *in d. cap. statutum, & c. cum ab omni* indistinctè loquitur. Et ratio est, quia beneficium datur pro iurisdictione ordinaria, non delegata; Hostiens. tamen, & Glos. *in d. cap. statutum, & cap. cum ab omni*, & alii tenent debere Iudicem deducere expensas, quas domi facturus esset.

17 Sed quid; si iter faciendo occasione causæ, Iudex ipse delegatus, vel aliquis ex famulis à latronibus despolietur; aut aliquis infirmetur, ex cuius occasione longiorem moram facere conctur; & sic maiores expensas elargiri; Aut aliquis equus moriatur num quid possit huiusmodi expensas à partibus repetere?

Respondetur negatiuè: *per l. inter causas §. non omnia ff. mand. dat.* quæ casu fortuito eueniunt, partibus imputari non debent.

18 Quæ conclusio, vt possit expensas Iudex delegatus petere, locum habet, etiam si assumere necesse sit Assessorem, partibus tamen non suspectum: nam tunc potest illi salarium à partibus repetendum assignare; si verò non indigeat Assessore, tunc si illum assumat, tenetur de proprio satisfacere, vt expressè cauetur *in d. cap. statutum §. Assessorem de rescr. in sexto.*

Tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus Assessor Iuris peritus assumi potest per Iudicem, qui legum Doctor non sit, vt ei assistat, & instruat in his, quæ Iuris fuerint, vt colligitur ex text. *leg. 2. C. de assessorib.* Assessor autem Is est, quem ille, qui iudicandi potestatem habet, sibi associat, vt ei assideat, & assistat, & ad rectè causam discendam eum instruat, vt *d. l. 1.* notat Azor. *in summa C. de assessor. n. 1.* Specul. *lib. 1. de assessor. §. assessorum est*; quos sequitur Dec. *in rubric. ff. de offic. assessor. nu. 1.*

20 Ex qua descriptione desumi potest, quod Assessoris officium versatur circa plura. Et Primò, vt inuigilet ad veritatem indagandam, quid Iuris sit, Iudicem instruat *d. lib. 1. C. de assessor.* Hinc fit, quod postquam Iudex illum elegerit, & ipse acceptauerit; tenetur de Innocentia Iudicis, nisi protestationem in Actis fecerit, quod ipse non consentit, cùm videt Iudicem iniustè agere. Bald. *in l. quoniam notab. 1. C. de appell.* Dec. *vbi proximè num. 4.* Boss. *in tit. de sent. num. 3.* Par. de Put. *in tract. syndic. 1. num. 12.* Secundò, vt admittat, vel reiiciat libelles, prout Iuris fuerit, inspiciendo an benè confecti fuerint, vel de re illicita *vt in l. fin. C. vt nem. priuat. tit. præd. fac.* Tertiò vt perpendat petitionem partis, an illi competat actio; & an Iuris ordinem in petitione fecerit *vt in l. ac quidquam §. obseruare ff. de offic. procons.* Quartò, vt consideret, & bene disponat decreta interponenda in causis coram eo Iudice, qui assistit, vertentibus: vt colligitur ex tex. Glos. & DD. *in l. 1. ff. de offic. assessor.* Quintò vt videat & diligenter consideret edicta, & alia, quæ à Iudice promulgantur, an iuridica fuerint; & si contra, vel præter Ius esse cognouerit, prohibeat, ne publicentur, Par. de Put. *in tract. de syndicat. verb. Assessor. c. 1. n. 16.*

21 Sed quæritur, an Assessor aliquam habeat iurisdictionem aliquando?

Respondetur affirmatiuè, participat enim de iurisdictione Iudicis. *d. l. 1. ff. de offic. assessor.* præsertim enim de iurisdictione peditus ex aliqua publica causa; secus in causa appellationis; in qua nullam habet iurisdictionem. Bald. *in Authent. ad hæc n. 1. in fin. C. de iudic.* Steph. Gratian. *decis. March. 145. nu. 15.* Vnde non potest Assessor, in Iudicis absentia sententiam ferre in causis criminalibus, etiam si fuerit Vicarius ab ipso Iudice constitutus, vt ex Angel. *de malefic. in ver. hæc est quædam sententia* aduertit Follet. *in Pract. crim. for. sac. ver. pænis debit. ferrante num. 87.*

22 Eligi potest Assessor de consuetudine ab ipso Iudice, Specula. *de assessor. §. eligitur in princ.* Menoch. *de arbitr. Iud. cas. 253. nu. 3. in fin.* nisi aliter ex statuto particulari teneatur. In quibusdam verò locis eligitur de consensu partium; & tunc melius est, quia non faciliè recusari potest, vt suspectus; & de eius facto Iudex non obligatur, sicut quando ab ipso fuerit eligitur. *d. l. c. & l. nullus Iudicum C. de assessor.* Par. de Put. *in d. c. 1. n. 11.* & quia participat de iurisdictione Iudicantis, vt sup. dictum est, potest ab eo appellari, si aliquem grauauerit. Specula. *vbi sup. §. debet autem.*

23 Cum verò eligitur Assessor, vtique eligi debet, qui non sit turpitudine, aut infamia notatur. *l. 2. ff. de offic. Assessor.* Nec partibus, aut alteri ipsarum suspectus, aliàs recusari potest *in d. lib. 1. ff. de offic. Assess.* & Specul. *d. §. debet autem.* Neque maiori excommunicatione ligatus, quia tales ab officiis publicis repelluntur DD. apud Mrgal. *1. p. instit. 2. c. 5. n. 31.* Neque qui non sit peritus in eo genere in quo ius dicere debet. Vnde, vt idoneus sit, eligi debet peritus in Iure Canonico, si iudicare debet in causis Canonic. si verò in causis Ciuil. esse debet

peritus

peritus in Iure Ciuili; aliàs si tunc fuerit solum Canonista, vel Theologus, recusari poterit, vt tradunt DD. communiter, & Lap. ac Domin. *in c. statutum. de rescript. in 6.* Dec. *in cap. sciscitatus n. 60. & seqq. de rescr. & in cap. decernimus. de iudic. n.* 139 Est benè verum, quod talis peritiæ esse debet in ea facultate, in qua iudicat, Iudicis arbitrio relinquitur. *vt habetur in d. c. statutum §. assessorem de rescr. in 6.* & notat Menoch. *in dicto cas. 253 n. 3.* vbi *n. 5. in fin.* post Salic. *in l. 1. C. de poen. iud. qui malè iudic.* & Purpur. *vol. 1. n. 72. & ibid.* Bolognett. *num. 13. ff. de offic. assessor.* dicit, sufficere illum esse peritum, & versatum, quamuis priuilegium Doctoratus non habeat.

24 Sed quæritur, an possit esse Assessor Generalis alicuius Iudicis Ecclesiastici, Aliquis, qui non sit Clericus, sed laicus?

Respondetur affirmatiuè cum Hostien. Butr. Abb. & Aliis *communiter in prac. c. statutum §. Assessorem de rescr. in 6.* & Dec. *in d. cap. decernimus n. 131. vbi vsque ad n. 135* impugnat rationes Andreæ Siculi ibidem contrarium tenentis, & dicit ita seruari in prax. Et idem tenet *in cap. id quod debilitate. n. 73 de offic. deleg. & in rubr. ff. de offic. assessor. in fin.* vbi de communi DD. sententia testatur. Quidquid afferat Gem *n. in d. §. assessorem.* & And. Sicul *in d. cap. decernimus de iudic.*

Sed quid è contra, num Clericus esse possit Assessor generalis in Curia sæculari.

Et respondetur negatiuè cum Decio *in d. cap. decernimus num. 142.* & ratio est, quia cum sit officium sæculare publicum, non potest Clericus illud exercere *l. placet C. de episc. & cleric. cum concordantibus.* Accedit, quod in multis causis sanguinis interuenire deberet, tam consulendo, quam iudicando; quod facere non potest. *cap. sententiam ne cleric. vel monach.* & fusiùs dicemus *in 2. to.* posset tamen esse Assessoris particularis in vna causa tantum, quæ pœnam sanguinis non infligat. Dec. & Alii. *vbi sup.*

25 Quæritur secundò, An delegatus ab alio Ordinario, quam à Papa possit similiter expensas moderatas à pluribus, vt supra, recipere?

Respondetur affirmatiuè, tam pro victualibus quam pro vecturis equorum; Nisi esset delegatus ad vniuersitatem causarum. Vel ad vnam tantum cum fraude, vt dici posset delegatus particularis, quia in his duobus casibus teneretur ordinarius delegans de proprio expensas illi subministrare; ratio est, nam tunc dici debet ordinarius non delegatus; extra verò prædictos duos casus potest licitè expensas recipere, si proficiscatur extra suam propriam domum: vt traditur per Gloss. *in d. c. stat. §. insup. verb. moder. de rescr. in 6.* Abb. *in d. cap. cum ab omni n. 13.* vbi etiam Innoc. *de vit. & hon. Cler.* Angel. *verb. Index §. 11.* Tabien. *eod. verb. vers. 9.* Gabr. *in 4. dist. 15. q. 6. art. 2. concl. 4. litt. G* quidquid in contrarium afferant Gloss. *in d. cap. cum ab omni verb. prat. expens.* & Sylu. *in verb. Index 1. quæst. 9. vers. 3.* Et ratio est, quia si Papa, qui est ordinarius ordinariorum omnium *arg. c. cuncta per mundum 9. quæst. 3.* non subministrat expensas suo delegato, sed illę suppeditantur ei à partibus; quare non erit idem dicendum de aliis ordinariis inferioribus, in quibus militat eadem ratio? ergo licitè talis delegatus ab ordinario expensas recipere poterit, cum nullibi in Iure Canonico prohibitum hoc reperiatur.

26 Quæritur tertiò An Iudex Ecclesiasticus ordinarius iter faciendo per loca suæ iurisdictionis, extra tamen locū proprii domicilij, possit, expensas huiusmodi à partibus accipere?

Respondetur negatiuè, quia habet redditus iurisdictionis, loco stipendi, quibus onera, & expensas compensare potest. Glos. *in d. cap. cum ab omni. verb. praeter expensas,* Abb. *ibid. n. 12. de vit. & hon. cler.* Angel. *verb. Iudex. §. 12.* Syluest. *verb. Iudex 1. q. 9. vers. quartum.* Tabien. *eod. verb. vers. decimò* Gabriel *vbi supra,* & Alii.

Fallit tamen prædicta conclusio in duobus casibus: Primo quando Episcopus Diœc. suæ iurisdictioni subiectam visitat, nam tunc licitè expensas recipere potest. *cap. cum apostolus de censib. & cap. exigit eod. tit. in sexto.*

Secundo fallit, si Episc. proficiscatur extra locū sui domicilii pro consecratione alicuius Ecclesię. *c. cum sit rom. de sim.*

27 Idem dicendum est, si Iudex ordinarius Ecclesiasticus Assessorem recipiat, nam tunc de propriis bonis illum prouidere debet, quia tenetur iustitiam gratis ministrare, & peritiam iudicandi habere, vnde si indigeat Assessore, vel aliàs ei placuerit illum assumere, debet ex redditibus sibi assignatis expensas illi suppeditare Abb. *in d. cap. cum ab omni num. 13. de vit. et hon. cler.* Gabriel. *in 4. d. concl. 4. litt. G.* Angel. *verb. Iudex §. 15* Syluest. *verb. Iudex 1. q. 10. vers. secundum* Tabien. *eod. vers. decimoquartò, & communiter omnes Alij.*

28 Bene tamen vetum est, secundum Ius canonicum, & ciuile, ac DD. communiter, quod quilibet Iudex siue Ecclesiasticus, siue sæcularis; siuè ordinarius, siue delegatus accipere potest xenia, idest esculenta, & poculenta, quæ intra paucos dies consumi solent, vt expresse debetur *in cap. statutum §. insuper de rescript. in sexto. l. solent. ff. de offic. proc. & l. plebiscito ff. de offic. præsid.* Gabriel. *in 4. dist. 15. prae. qu. 6. art 2. concl. 4. lit. G.* Alex. de Ales. *p. 3. q. 40. membr. 6. art. 3. §. 2.* Caietan. *in summ. verb. Iudicis peccata in fin.* Tabien. *verb. Iudex 1. vers. sextò,* Syluest. *eod. verb. qu. 8. vers. secundum,* Angel. *ver. eod §. 8.*

Et tamen aduertendum, quod huiusmodi Xenia debent esse moderata, non excessiua, hoc est quod potiùs intra duos, aut ad summum tres dies consumi, Et quod dentur ex mera liberalitate, non quod aliquo modo directè, aut indirectè exigantur, aut aliquo prætextu, quasi coactione petantur. *arg. cap. de eulogijs dist. 18.* & colligitur per Glos. *in d. cap. statutum § insuper in verb. paucos de rescript. in sexto, & DD. præcitat.* Multa enim licitè recipi possunt, quæ tamen peti prohibentur. *c. placuit, & c. quam pio 1. q. 2. & cap. quæstio est Nobis 13. q. 2.*

29 Tandem quoad expensas prædictas notandum est; quod Iudex sæcularis, tam si sit ordinarius, quam si delegatus, licitè illas petere potest, quando extra proprium domicilium proficiscitur, sicuti potest, & testis, extra suum domicilium, causa ferendi testimonii iter faciens. Et ratio est, tùm quia æquitas naturalis dictat, vt tales, expensæ compensentur; tùm quia nullibi de Iure ciuili prohibitum reperitur, ne petantur; secus de Iure Canonico *arg. cap. ad Apostolicam de Simon.* Angel. *verb. Index §. 10.* Syluest. *ver. Index 1. q. 9. versic. primum;* Tabien. *eod. verb. versic. 8.* & Alij.

30 *Tertiò circa Munera*, & sportulas plura notanda succedunt, quorum primum est, quod Iudex Ecclesiasticus ordinarius habens beneficium, cui annexa est iurisdictio, nullo modo potest à litigantibus munera, & sportulas accipere; & si contrarium faciat, restitutioni obnoxius remanet. Ita Ioan. Andr. & Abb. *in præcit. cap. cum ab omni num. 9. de vit. hon. cler.* Alex. de Ales. *p. 3. quæst. 40. membr. 6. art. 3. §. 2.* Anton. *p. 3. tit. 9. c. 2. §.* Gabr. *in 4. dist. 15. quæst. 6. art. 2. concl. 4.* Syluest. *in verb Iudex 1. qu. 8. vers. tertium,* Tabien. *eod. vers. sextò* & Alii, qui hanc conclusionem procedere, vt supra dictum est, asserunt, non obstante quod *in d. capit. cum ab omni et in capit. statutum §. insuper de rescr. in sextò.* sermo sit de Iudice delegato, non de ordinario; quia ratio prædictorum Iurium potior consideratur in Iudice ordinario, quam delegato: Cum & ipsi detur beneficium, vt ius reddant sub-ditis illius iurisdictionis beneficio annexæ; ergo à fortiori ordinarius tenetur abstinere, sicut delegatus; vnde si recipiat, restituere tenetur.

31 Secundum est Iudex Ecclesiasticus delegatus à Papa habens Beneficium, cui annexa est iurisdictio, neque potest munera accipere, vt dictum est de Iudice Ecclesiastico ordinario, expresse cautum reperitur *in d. cap. cum ab omni, et in cap. statutum prae.* vbi Abbas, & Alij, s. Ant. *d. §. 9* Tab. *d. vers. sextò;* Syluest. *loc. cit.* Caietan. *in sum. verb. Iudicis peccata in fin.* Quod procedit etiam in delegato ab Alio ordinario & non à Papa; quia licet in *d. cap. statutum* agatur solum de delegato à Papa, & non de delegato ab alio ordinario: ratio tamen videtur esse eadem in omnibus, pro quo facit *pranotat. cap. cum ab omni.* vbi summus Pontifex Innocentius III. indistinctè loquitur, Delegatum non possę munera accipere: ergo indistinctè de omnibus intelligi debet. *vulgat. surib. cap. 1. dist. 19. cap. sunt nonnulli 1. q. 1. cap. solite de maior. et obed.*

Quæ conclusio, vt delegatus Ecclesiasticus aliquod munus recipere non possit, si beneficium habeat, procedit etiam si illud sit tenue, quia sibi imputare debet, quare acceptauit beneficium tenue, ita Gabr. *in 4. dist. 15. qu. 6. art. 2. concl. 4. litt. G. in fin.* Ang. *in verb. Iudex. §. 14.* & Sylu. *verb. Iudex 1. qu. 8. vers. tertium in fin.* nisi propter talem causam impediretur exercere aliquod honestum opus, de quo mediocriter & honestè viuit, Abbas tamen in *d. c. cum ab omni n. 11. de vit. et hon. cler.* absolutè tenet in tali casu posse licitè accipere cum moderatione.

32 Tertiū est, quod delegatus à Papa, si munera occasione iustitiæ ministrandæ accipiat, ad restitutionem acceptorum tenetur; neque suffragaretur ei remissio facta per partem

dantem, vt expressè habetur *in d. cap. statutam. §. si quid autem de rescrip. in 6.* vbi Gloss. *in verb. commissione* dicit vnum notabile, quod si Iudex prædictus munera restituet parti danti finita lite, & pars ipsa tunc redonaret, quod esset valida ipsa donatio; secus si hæc restitutio fieret ante litem finitam. Idem tenet Syluest. *in verb. Iudex 2 q. 8. vers. secundum*, & Angel. *eod. verb. §. in fin.* Et ratio est, quia finita lite cessat suspitio fraudis, ac subornationis; & quilibet potest voluntariè rem sua in alium transferre, vt *in § per trad. Institut. de rer. diuis.*

33 Sed quæritur, an consuetudo accipendi munera excusare possit Iudicem Ecclesiasticum, siuè ordinarium, siuè delegatum, ita ut peccati reatu, & restitutionis obligatione aliquid recipere valeat?

Respondetur affirmatiuè, cum Cardin. *in clement. statutum de elect.* si consuetudo aliquid accipendi ortum habuit a libera donatione; secus si ab exactione. Idem videtur tenere Specular. *in lib. 1. tit. de salarijs §. 1. n. 12.* quia consuetudo, vt aliquid percipiatur, valida esse potest, *vt in §. Hæc autem omnia vers. num etiam, & §. si igitur vers. fecit enim, Authent. Vt Iudic. sin. quoque suffrag. collat. 2. & arg. cap. dilectus. de offic. ordin. & arg. l. sic publicanus. ff. de public. & vect.* Vnde satis probabile mihi videtur, posse Iudicem munera recipere in locis, in quibus consuetudo adesset aliquid recipiendi hac ratione suprapositat; quia iura possunt contraria consuetudine abrogari. Alij tamen vt S. Antonin. *in 3. p. tit. 9. cap. 2 §. 8 circ. med. vers. verumtamen, & in fin.* Abb. *in prac. cap. cum omnia. an. 10. de vit. & hon. cler.* Syluest. *verb. Iudex. 2. q. 8. vers. quartum* Angel. *Iudex eod. ver. §. 15.* tenent partem negatiuam, & docent, consuetudinem in contrarium non valere. Nihilominus cum prima sententia sit probabilis, & sequi posset, quia nititur optima ratione, ego non tam facilè damnarem Iudicem aliquod munus moderatum recipientem, iuxta loci consuetudinem, vbi talis adesset.

Difficultas tamen maior esse potest, an iura contrarium disponentia censeantur de facto abrogata, vel legitima? In qua dicendum mihi videtur, quod vbicumq; consuetudo talis obseruetur sciente Principe, & non contradicente, vel puniendo: vel contrarium præcipiendo, tali casu consuetudo licita esset, dummodo moderatè recipiantur munera.

34 Quæritur secundò, an repeti possit à Iudice, quod recepit, vbi prædicta consuetudo non adesset.

Respondetur cum distinctione: Aut enim datum fuit ab aliquo scienter, nomine turpitudinis, & tunc negatiuè respondetur *l. cuius. ff. de reg. iur.* Aut ignoranter, & tunc affirmatiuè dicendum est. *c. prohibeas de mag. & procurat. in fin. de cons. et l. cui l. ff. de reg. iur.* Aut gratis, datum fuit, & repeti non potest. *c. de eod. d. c. 8.* Aut tandem per extorsionem, & tunc in quadruplum data restituuntur. *c. quoniam quidem. in fin. 18. d. c. in eum 1. q. 1. et c. sanctimus 1. q. 7. et in §. scriptum est 2. vers. sicut enim Auth. ut iud. sin quoq. suffr. collat. 2 et l. fin. C. de co. concuss.*

35 Quæritur tertio, quam pœnam incurret Iudex, si aliquid recipiat, vt iniquam sententia proferat?

Respondetur, quod est suspensus per annum ab officio, & si fuerit Iudex ecclesiasticus & durante suspensione diuinis se immiscuerit, irregularitatem incurrit Summo Pontifici reseruatam; Et similiter tenetur ad restitutionem receptæ vel pecuniæ quæ qui dem restitutio fieri debet non danti, sed pauperibus, vel parti læsæ in cuius iniuriam, & damnum data fuit, vt expressè habetur *in cap. cum aterni § si quis autem. de sent. et re iudic. in sexto.* vbi Gloss & late S. Antonin. *d. par. 3. tit. 9. cap. 2. §. 8. circ. med. vers. debet illam.* Ratio autem quare pluribus pœnis puniatur talis Iudex traditur ab Innocentio Quarto *in d. c. cum aterni in fin.* quia qui in pluribus præsumit offendere Deum, Iustitiam officij debitum, & naturam ipsam, hoc est proximum dignus etiam est, vt multiplici pœna castigetur.

36 Hinc est, quod Iudex vendens aliquo modo sententia, aliquid accipiendo, vel vt contra iustitiam, illam proferat, vel vt celerius contra iura decernat; vel vt contra rectitudinem iustitiæ illam differat: non solum grauissime peccat; verum etiam ad rei acceptæ restitutionem tenetur; vt colligitur communiter per DD. *ex cap. non licet. 11. qu. 3. et cap. non sane 14. qu. 5.* & habetur *in d. cap. statutum §. si quid autem. de rescrip. in 6. et cap. cum ab omni de vit. et hon. cler.* Et ratio est, tum quia donans aliquid tali modo, non dat voluntarie, & gratuitò, sed coactè, & inuite: tum etiam quia est contra Ius Diuinum, & Positiuum; habent enim, *Deuteron. cap. 16.* vbi de Iudicibus agitur: *Non accipies personam, nec munera, quia munera excecant oculos sapientum; & mutant verba iustorum. Iustè quod iustum est, persequeris, &c.* Idem habetur Leuit. 19. Exod. 23. & Ecclesiast. 20. dicitur *Xenia, & dona excecant oculos Iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum.* Idem probatur ex *cap. cum ab omni prac.* vbi habetur *iustum iudicium Iudici vendere non licet, & venales sententia ab ipsis etiam sacularibus legibus reprobantur;* & in *d. cap. statutam. §. Insuper* habetur: *gratis, & cum omni puritate iudicium procedas, nullum munus accipiat, &c. & in dd. cap. non licet & capitul. non sanè* ex S. Augustin. *epist. 54. ad Macedonium:* habetur *non licet Iudici vendere iustum iudicium, & si licet Aduocato vendere iustum patrocinium, Iurisconsulto iustum consilium, & in cap. rectè. 11. q 3.* ex Diuo Gregorio habetur. *Qui rectè iudicat, & premium remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat, quia iustitiam, quam gratis impartire debuit, acceptione pecunia vendidit; &c.*

Ex quibus omnibus clarè patet non licere Iudici iniustum iudicium vendere, vt sup. dictum est. Imo neq; licet Iudici aliquid accipere, vt iustè iudicet, aliàs recipiendo peccaret, & acceptum restituere teneretur, prout similiter testis aliquid accipiens pro veritate dicenda, vt habetur *in pracit. cap. non sanè 14. q. 5.* S. Aug. *epist. 54. ad Macedon.* Aragon. *in 2. 2. q. 75. art 4* Less. *de iust. l 2. cap. 14. dub. 9.* Sot. *eod tract. de iustit. l. 4. q. 7. art. 1. ad secundum* Azor. *p. 3. l. 4. cap. 21. q. 6.* Rebell. *lib. 18. q. 10. n. 8* Petr. Nauarr. *lib 4. cap. 2. n. 34.* Martin Nauar. *in manual c. 17. n. 44 & 96.* Sayr *in clau. Reg. l. 10. tract. 5 c. 3. n. 6. vers quo circa.* Tolet. *lib. 5. sum. cap. 21. n. 5.* et Alij. Scio tamen Io. Fran. Suarez *in Enchiridio casuum conscientiæ lib. 5. §. cas restituendum ver. quod accepisti, & l. 10 §. iudicium ver. iudex potest,* & Dian. *p. 3. tr. 6. res. 4.* contrarium sententiam tenere, dicunt enim posse Iudicem aliquid accipere pro iusta sententia ferenda dummodò non detur ad redimendam vexationem; Sed solùm ad alliciendum ipsius animum ad iustam ferendam sententiam, aut ex mera liberalitate, quia tali casu posset recipere, nec ad restitutionem teneretur; Sed prima sententia mihi magis placet; quia Iudex tenetur ex debito Iustitiæ iustam sententiam ferre, vnde si aliquid reciperet, peccaret contra iustitiam, ad quam ministrandam tenebatur gratis, & dans, inuoluntariè dare censetur.

Qua recenta sententia dubitari potest, an restitutio accepti in tali casu facienda sit statim, sine iudicis condemnatione, aut partis repetitione, an verò post sententiam, aut repetitionem? Et respondetur cum communi, restitutionem faciendam esse statim ei, qui dedit, nulla expectata sententia, quia cum contra iustitiam receperit, vtique restituere statim debet, nam retinere non potest, ideo non requiritur sententia, aut repetitio partis. ita Domin. Bannes *in 2. 2. q. 62. ar. 5. controuers. 3. concl. 2.* Adrian. *de restit. q. 16.* Petr. Nauar *d. cap. 2. q. 12. n. 98.* Mol. *tom. 1. de iustic. tract. 2. disp. 88.* S. Antonin. *p. 2. tit. 2. cap. 5. §. 1.* Sayr. *d. cap. 3. n. 8. vers. Alij verò, & num. 9.* vbi plures congerit. Quidquid aliter senserint Sot. *l. 4. de iust. q. 7. art. 1. ad secundum vers. primus modus.* Eman. Rodriquez *p. 2. c. 40. conclus. 8.* Ludouic. de Beia *p. 1 respons. cas. consc. cas. 1. & 31.* & Alij, qui dicunt Iudicem teneri restituere post sententiam.

37 Quæritur insuper, an possit Iudex in causa vtrinque probabili aliquid accipere ab vna ex partibus pro ferenda sententia ad eius fauorem?

Respondetur negatiue, per nouissimam constitutionem Sanctissimi Domini Nostri Alexandri VII. *die 24. Septemb.* 1665. edita super reprobatione 28. opinionũ diuersorum Doctorum, in ea enim, §. 26. reprobando opinionem Doctoris talem opinionem tenentis habentur hæc formalia verba: *Quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest Iudex pecuniam accipere pro ferenda sententia in fauorem vnius pra alio.* Vnde satis rectè Tannerus *in 2. 2. disp. 3. q. 6. dub. 10. n. 290.* etiam ante præfatum constitutionem Pontificiam reprobauerat opinionem Lessii *l. 2. c. 14 dub. 9. num. 65. edit. Parisien. ann. 1618.* asserentis, Iudicem aliquid accipientem ab eo, in cuius fauorem, secundum opinionem probabilem, quando duæ extabant opiniones æqualiter probabiles, altera pro vna parte, altera verò pro alia parte, & in sua libertate erat vtramlibet sequi; non peccare contra iustitiam, nec teneri ad restitutionem; & ratio, quam assignat, est, quia non tenetur plus vnam, quam alteram opinionem sequi, & proinde quod accipit, nõ est pro iustitia sententiæ; sed pro eo, quod præfert vnam opinionem alteri, ad quod non tenetur. Moderat tamen hoc

suam

suum dictum, dicens habere tantum locum attento Iure naturali, nam si Ius positiuum attendatur, neque hoc fieri permissum est. Quod tamen etiam de Iure naturali oppositum tenendum est cum Tannero vbi suprà, maximè verò hodie post præfatam constitutionem Alexandrinam, per quam res est omninò explicita, & contrarium assere, sapere hæreticam prauitatem. Hanc sententiam Lessij refert Dian. *p. 4. tract. res. 55.* & illam sequi videtur; quamuis non explicet; sed se retractat postea *p. 6. tract. 6. resol. 59.*

38 Sed quid dicendum, si Iudex aliquid acciperet ab aliquo, vt potius vnam causam prius expediat, quam aliam, quando simul ad ipsum delatæ fuerunt, vtrum peccet contra iustitiam? Hoc dubium examinat Paul Layman. *in Theol. mora. lib. 3. sect. 5. tract. 4. cap. 4. num. 9.* cuius verba formalia per extensum ponit Dian. *d. par. 3. tr. 6. res. 45.* & concludit, quod secluso scandalo, & attento Iure naturali, quando litigantes iure temporis æqualiter gaudet, potest aliquid recipere, vt vnam causam ante aliam expediat, quia in hoc nulli infert iniuriam; & quia in gratiam eius, qui aliquid dedit, se obligauit causam ipsius ante alias expedire, potest aliquid sumere, quia talis obligatio est pretio æstimabilis; quamuis, vt ipsemet Layman. dicit, res ista periculo non vacat. Quod si aliquid reciperet pro expedienda causa posterius ipsi delata, an e alias prius introductis, dubitari non potest quod peccaret, cum hoc facere non possit, quia quodammodo ius acquisiuit ad celerius eius causæ expeditionem pars, cuius causa prius in iudicio introducta fuit.

39 Posset tamen Iudex in rigore, & secluso scandalo, & periculo iniustitiæ aliquid accipere à litigante instar muneris liberalis, vt maiorem adhibeat diligentiam in causa, quam alìàs adhibere solet; vel vt alliciatur ad diligentius causam intra iustitiæ limites expediendam; secundum Lessium. *de iust. & i. lib. 3. cap. 14. dub. 9. num. 64.* & Molin. *de iust. tom. 1. tr. 2. disp. 88. numero 6.*

40 *Quoad tertium*, nimirum quibus in casibus sententia condemnatoria proferatur pœnis ordinarijs reum condemnando, notandum est, quod nemo quantumuis reus cuiuscumque delicti condemnari potest, nisi sit testibus conuictus, vel ore proprio confessus *l. qui sententiam C. de pæn.* Quod est adeo verum, vt non possit quisquam neque ex præsumptione violenta, aut inditijs indubiatis criminaliter damnari. Gaudin. *in tract. maleficior. sub rubr. de præsumption. & indic. indub.* Paul. de Castr. *cons. 197. incip. visa inquisitione col. vlt. in princ.* Angel. *in l. 2 ff. de furt.* Cæpoll. *cons. 6. incip. veritatis in 3. col.* latè Marsil. *in consil. 96. n. 10.* Hęc autem conclusio intelligenda est regulariter, & in casibus, in quibus ordo Iuris requiritur in procedendo contra inquisitos, vt pęna ordinaria puniri possint, quamuis bene puniri valeant pœna extraordinaria, & mitiori, secundum Bald *in Margarit. verb. pœna in vlt. col. vers. pœna ordinaria*, sequitur Marsil. *in sua Pract. crim. §. constante numer.* 100. Secus tamen est in certis quibusdam casibus, in quibus ordo est ordinem non seruare, vt in delictis notoriis, læsæ maiestatis, & similibus de quibus aliàs supra dixim. quia in illis poterit Iudex maiori seueritate vti.

41 In his verò delictis, in quibus proceditur ex officio Iudicis, non ad quærelam partis, poterit vtique minorare pænā ordinariam a legibus statutam, iuxta tradita per Hostiens. *in c. in Archiepiscopatu de raptor.* quem sequitur Bald. *vbi supra in secundo col. vers. pœna legalis*, Marsil *ibid. n. 84. & in l. 1 §. diuus ff. de sicar. in princ.* vbi hoc dictum procedere dicit, quando causa ex qua Iudex vult minorare pęnam, non est approbata a Iure, vt ex ea possit, & debeat minorari pęna; alias cogetur minorare, etiam quando proceditur ad quærelam.

Sed numquid, quando Iudex minorauerit pænam ordinariam, teneatur inserere causam in sententia quare a pæna ordinaria recedit, vid. Angel. *de malefic. in verb. quasi non soluerit*; de quo nos supra alia occasione diximus.

Vtrum verò teneatur Iudex condemnare Reum ad pęnam ordinariam, si secundum allegata, et probata in Iudicio nocens appareat; quamuis ipsemet Iudex sciat priuata scientia illum esse innocentem; vel è contra possit illum absoluere si ipsi constet certa scientia esse nocentem; sed secundum allegata, & probata, apparet nocens, vide quæ dixi supra; *in Pract. ciuil. p. 2. sect. 3. subsect. 1 n. 56. cum sequentib.* vbi latè de hoc.

42 Est similiter notandum circa impositionem pænarum, an scilicet reus habuerit iustam causam delinquendi, an non; vt si quis se defendendo aliquem occideret: Sed tamen moderamen inculpatæ tutelæ excessit: vel an delinquerit magno dolore motus, & similibus, nam tunc non pæna ordinaria puniendus esset, sed mitiori, vt habetur *in l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. de adulter.* Angel. *de malefic. in verb. & dictus Titius se defendendo. versic. aduertas.* Aretin. *consil. 265. incip. si ne col. vlt.* & plenè Marsil. *in d. l. 1. n. 18. ff. de sicar.*

Idem dicendum est in casu incertitudinis, vt si plures aliquē vlneribus affecerunt, ex quibus vulneratus mortuus est, sed ignoratur quis in specie vulnus lethale infixit. Vel si plures fuerunt in rixa, & vulneratus non habet, nisi vnicum vulnus & ignoratur quis illud dederit, tunc nemo ipsorum puniri debet pæna ordinaria sed mitiori extraordinaria, Gloss. *in l. item Mela §. sed si seruum. ff. ad leg. Aquil.* & plenissime Marsil. *in d. l. 1. n. 72. limitat. 16. ff. de sicar.* secus si data opera concorditer plures occiderent, quia tunc omnes pœna ordinaria punirentur. Grammatic. *cons. 4.*

Neque condemnari debet pœna ordinaria occidens aliquē, si occisus alias contra legem deliquisset, verbi grat. si pater occideret filium, qui vnam de causis ingratitudinis contra eum commisit, & sic de simil. secundum Bart. *in l. Diuus ff. ad leg. Pomp. de parric.* sequitur Marsil. *in d. l. 1. n. 100. ff. de sicar.*

43 Notandum est præterea, quod in pœnis imponēdis debet Iudex plurium rerum rationem habere: *Primò* enim personarum qualitatem attendere debet, contra quas delictum commissum fuit, quia alteratur pœna plus, vel minus, iuxta ipsarum qualitatem. Vnde si quis occiderit Clericum, plus punitur, quam quia Laicum. Glo. *in cap. sicut qui 17. q. 4.*

Secundò, si quis occiderit seruum alicuius, magis punitur, quam si liberum occidisset; quia vltra pænam *ff. de sicar.* tenetur reficere interesse Domino ipsius serui, & aliquando in duplum, *vt in l. 2. & l. si seruus §. huius, & l. Noratius §. hac actio. ff. ad leg. Aquil. & in §. fin. Inst. eod. tit.*

Qui verò occideret liberum: tenetur solum *de sicar.* nam liberum corpus æstimationem non recipit. *l. lib. pen ff. si quadrup. pauper. fecisse dicat. & l. fin ff. de his qui deiecer. vel effud.* de quo latè Speculat. *lib. 4. tit. de iniur. & damn. dat. §. 2 per tot.*

Tertiò, si quis occideret infantem, maiori pæna puniendus esset, quam si virum perfectæ ætatis occidisset, vt tradit Salic. *in l. pen. C. de sicar.*

Quartò attendi debet, an data opera, vel casualiter commissum sit delictum: nam in priori casu maior pæna imponi deberet, quam in secundo. DD. communiter *in l. Diuus. ff. de sicar.* vbi Bart. *& in l. si quis serno C. de furt.*

Quintò, attendenda sunt instrumenta, quibus vsus est, qui delictum commisit, quia si quis aliquem baculo percuteret, & ex illa percussione moreretur, mitiori pæna esset puniendus, quia non præsumitur habuisse occidendi, sed verberandi tantum, Bald. *in proam. ff col. 3.* Quod tamen intelligendum est, si percussio non fuit facta in capite, quia tunc cum vulnera in capite ex se lethalia sint, præsumitur voluisse occidere, & sic pæna ordinaria esset puniendus. Angel. *in lib. 1. §. sed si clauo ff. de sicar. & de malefic. in verb. scienter, et dolosè* Felin. *in cap. significasti de homicid.* & Bart. *in l. 1. §. diuus C. de emendat. seruor.*

Sextò, si quis percuteret aliquem cum lapide, & ex illa percussione moriatur, percussor mitiori pæna puniri deberet, ob eamdem rationem, quia præsumeretur non habuisse animum occidend. *l. omne delictum §. si quis commilitonem, ff de re mil.*

Idem dicendum est si quis in ludis publicis manu tantum, sine armis colludentem, vel colluctantem percuteret, & ex percussione occideret. *l. qua actione §. 1. ff. ad leg Aquil.* vbi Bald. *& in c. 1. §. iniuria col. vlt. de pace iuram. firmat. in Vsib. feud.*

Item, quandò quis habens ensem, illum non euaginaret, sed tantummodò percuteret aliquem cum ipso non euaginato, vel cum ipsius manubrio, si ex illa percussione sequeretur mors, puniendus esset mitiori pæna non ordinaria, quia adhuc præsumeretur non habuisse animum occidend, vt habetur *in l. eum, qui C. de sicar.* vbi communiter omnes scribentes. Angel. *de malefic. in verb. scienter vers. pen.* Soccin. *in consil. 178. incip. primo aspectu*; Quod dictum procederet, nisi percussisset in capite, vt supra dictum est, prout tenet Angel. *loc. cit.* de quo vid. Cæpol. *in cons. 39.* & Grammatic. *in vot. 23. numer. 10. cum seqq.*

44 *Quoad quartum*, quæ scilicet sint pænarum genera de Iure Canonico, notandum est, plura esse, nimirum suspensio-

nem, depositionem, excommunicationem, intrusionem, incarcerationem, & verberationem, secundum Archid. *in cap. vir cummissionem 23. quæst. 5.* de quibus *in secundo tomo* latè agimus, quarum quidem aliquæ æquivalent pœnis quæ de Iure ciuili imponuntur.

45 Hinc fit, quod quando in Iure Canonico inuenitur imposita pœna mortis, intelligi debet de excommunicatione; nam sicut homo per mortem priuatur vita corporis; ita per excommunicationem priuatur vita animæ, idest spiritualibus Ecclesiæ bonis, vt habetur *in cap. venerabilem §. rationibus circa fin. vers. mori præcipitur qui filij sunt legit.* & notat Abb. *in cap. 1. de furt.* Quod quidem Gulielm. de benedict. *in cap. Raynutius in quæstione de homicidio num. 10. de testament.* intelligendum tenet in delictis, in quibus mors esset imponenda per Iudicem Ecclesiasticum, qui non potest eam imponere per tex. *in cap. sententiam, et cap. Clericum ne Cleric. vel monac. etc. ex his de excess. prælat.* Secus tamen quando mors veniret imponenda per Iudicem Sæcularem.

46 Similiter quando in Sacris Canonibus inuenitur imposita pœna amputationis linguæ, intelligitur de priuatione officij; & quando imposita pœna amputationis capitis, intelligitur de depositione, vel amissione dignitatis. Præpos. *in cap. delatori 5. q. 6.* Abb. *in cap. 1. de homic. voluntar. et in cap. cum furatur. de furt.*

47 Vt autem plenior de his habeatur notitia, notandum est, quod de Iure ciuili septem pœnarum genera reperiuntur imposita, quarum singulis correspondet pœna de Iure Canonico; Istarum autem tres sunt capitales, quatuor verò non capitales.

Prima ex tribus capitalibus est mors corporis, hoc est separatio animæ à corpore, quæ per leges ciuiles pluribus modis infertur, de quibus nihil ad Nos. Huic autem de Iure Canonico correspondet, vt diximus, excommunicatio, vel degradatio, & traditio Clerici Iudici Sæculari, vt ab ipso puniatur.

Secunda capitalis, & morti proxima, est pœna metalli, quæ multipliciter olim inferebatur: Alij enim condemnabantur in metallum simpliciter, & hi grauioribus vinculis premebantur: Alij in opus metalli, & hi leuioribus; sed ambo libertatem, & ciuitatem ammittebat: Alij verò condemnabantur in ministerium metalli, idest vt seruirent damnatis in metallum, & hi ciuitatem tantum, non libertatem amittebant, & si damnabantur in perpetuum, fiebant serui, aliàs non *l. aut damnum §. solet eos, §. quisquis, et in ministerium ff. de pœnis, et in §. cum autem in fin. Instit. quib. mod. ius patr. solut.* vbi Glos. *in verb. metallum in fin.* dicit huiusmodi pœnas hodie non esse in vsu. Huic pœnæ Iuris Ciuilis correspondet de Iure Canonico pœna carceris, quæ pro grauissimis delictis infligitur.

Tertia capitalis est deportatio, & in opus publicum damnatio nó tamen metalli. Et huic correspondet de Iure Canonico pœna, quando condemnatur quis ad seruiendum Curiæ, vel alicui pio loco, vt alicub. fieri solet, pro grauissimis delictis.

Ex reliquis quatuor pœnis non capitalibus Iuris ciuilibus. *Prima* est relegatio ad tempus, vel in perpetuum.

Cui correspondet pœna detrusionis in monasterium de Iure Canonico, quamuis Glos. *fin. in cap. publice 32. q. 1.* hanc dicit succedere loco pœnæ mortis, de quo videl. Felin. *in cap. qualiter 2. de accus.*

Secunda est infamia; & hæc locum habet etiam de Iure Canonico, nam qui ex delicto efficitur infamis de Iure ciuili, est etiam talis, secundum Sacros Canones, *vt in cap. infames 6. q. 5.*

Tertia est dignitatis amissio, vel interdicta aspiratio ad dignitatem officium, vel forum. Et huic correspondet pœna Iuris canonici, quando prohibetur quis ne ad aliquam dignitatem assumatur; Vel quod in aliqua Ecclesia non ordinetur, aut ordines exerceat; Vel quod ad superiores ordines non promoueatur: Vel si suspendatur ad tempus, aut in perpetuum ab officio, aut beneficio: Vel quando interdicitur quis ab ingressu Ecclesiæ.

48 *Quarta* pœna ciuilis non capitalis est verberum, hoc est fustigationis, & hæc quidem in grauioribus criminibus etiam de Iure canonico seruatur, sed diuersimodè, vt habetur *in cap. cum Beatus 45. dist.* vbi Glos. *in verb. grauioribus* alios textus allegat. Hæc supradicta latè examinat Innocent. *in cap. qualiter, et quando 2. de accusation.* vbi etiam Abb. & Felin. & Diaz. *in Pract. crimin. Canonic. cap. 133.* ac Felin. *in d. cap. qualiter*, qui ait, Ius canonicum vltra supradictas pœnas, alias habere, prout est tormentum funis *cap. illi qui. 5. q. 5.* de quo *in c. ut fam. de sent. excomm.* Item est priuatio cinguli militaris. *c. nullus secundo 11. q. 1.* item depositio Comitatus Palatini *cap. præceptum, vers. palatina dignitatis 22. q. 5.* Alias pœnas prosequitur Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 20 n. 2.*

49 Sed quæritur, an Clericus per suum Iudicem Ecclesiasticum condemnari possit pro crimine ad pœnas à Iure Ciuili inflictas; vel potius ad eas, quæ de Iure Canonico imponuntur?

Respondetur cum distinctione: Aut enim pœna pro illo crimine inuenitur expressè imposita à Iure Canonico, & non à Iure Ciuili: Aut eadem imposita est à Iure Canonico, & Ciuili. In priori casu non est dubium, quod imponenda sit pœna Iuris Canonici *cap. de causis de offic. deleg.* In secundò verò casu est etiam pœna Canonica imponenda. Præpos. *in cap. dignum 3. quæstion. 9.* Aut tandem per Ius Canonicum non est imposita certa pœna, sed bene per Ius Ciuile: & tunc subdistinguendum: Aut enim illa pœna prohibita est à Iure Canonico, & non est imponenda: Aut non est prohibita, & tunc imponi potest. Præpos. *vbi sup.*

50 Et ratio est, quia Iudex Ecclesiasticus, & quilibet alius vti potest legibus in auxilium Canonum *cap. si in adiutorium dist. 10.* vbi verò leges Ciuiles contrariantur sacris Canonibus, seruandæ non erunt *cap. lege Imperatorum vod. dist.* sed sacri Canones, quia Ciuiles leges non dedignantur sequi sacros Canones *cap. Enthemium. § hinc colligitur 2. q. 3. c. cler. de iud. & l. leges sacratissimæ, cum concordantib. C. de episc. & cler.*

51 Quæritur secundo, cur pœnæ imponantur Reis, qui delictum commiserunt.

Respondetur cum Platone. *de legib. dialog. 12.* illas imponi, non quia peccauerunt solum: cum facta pro infectis haberi nequeant, *l. in bello §. facti ff. de capt. & postlim. reuers. & l. verum est. ff. de reg. iur.* sed vt in futurum, & ipsi Rei delinquentes similia delicta non committant: & Alij, qui iniquitates puniri vident iniustitiam oderint, scelera non admittant, & pœnas pertimescant, vel saltem minus in simili vitio peccent, cum proxime punitum recordentur *DD. communiter; ex verbis mox citandis.*

52 Et est aduertendum ad vnum valde singulare, nimirum, quod non debent Iudices Ecclesiastici esse nimis indulgẽtes in pœnis Reis imponendis pro commissis criminibus, quasi plus Deo placeant eius clementiam imitando, quam seueritatem sectando pœnarum. Nam peccatum grauissimum committunt Iudices, qui sub specie charitatis, et pietatis delinquentes impunitos dimittunt: quia qui parcit malis, bonos offendit, secundum textum *in c. sed illud 45. dist.* vbi Archid. et Alij, vt probatur exemplo Achor filij Saræ, qui solus seruatus fuerat regulam auream de Hiericontino anathemate, et tamen quia Sacerdotes Dei, qui Populo præerant, vt beneuoli viderentur, illum castigare neglexerunt, Ira Dei descendit super omnem Populum, *de quo Numer. cap. 11. & cap. Ecclesia §. item peccato Ciuium. Et §. item ex peccato 1. qu. 4.* Ideò publice peccantes publice etiam sunt puniendi, vt cæteri metum habeant, et scandalum auferatur, cum delicta puniri vident; *cap. si mala. 2. qu. 4. cap. quapropter. 2. qu. 7 cap. ita plane 23. qu. 4 cap. primum 18. q. 2. & cap. vlt. 18. q. 3.* Imitari potius debent Diuum Paulum Apostolum, qui hominem peccantem puniuit, tradendo illum Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret; *vt habetur 1. ad Timot. 1. & 5.* et Moysem, qui Populum Dei sancto zelo diligens, cum idolatrare vidisset inultum non dimisit sed idolatras occidi fecit, et tamen ardentissime diligebat. Et erga eos magnam misericordiam exercebat, quia Deum pro eis orabat, vt habetur *Exod. 32.* de quo *in cap. quid crudele 23. q. 4.*

Aliàs cum misericordes videri voluerint erga delinquentes, iram Dei in se concitabunt, nam ex vno peccatore, nisi corrigatur, totus populus polluitur, *cap. sed illud circa fin. 45. dist.* sicut ex vna oue morbida, nisi ex grege eiiciatur, totus grex inficitur *cap. feruntur 1. q. 1. & cap. resecanda. 24 q. 3.* iuxta illud. *Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.*

53 Sed non per hoc assero, quod non debeant Iudices Ecclesiastici, esse misericordes potiùs, quam seueri; bene tamen dico, quod misericordia non sit tam excessiua vt omninò criminosi euadant impuniti; sed iuncta sit seueritati; cum in actibus administrationis iustitiæ imitari Deum teneantur, qui cũ misericors sit, et miserationis eius nõ sit numerus, iustitiam tamen exercere non desistit. Miscenda erit igitur lenitas

cum se-

cum seueritate, faciendo ex vtroque quoddam temperamentum, vt neque multa asperitate vxulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur, vt inquit text *in cap. disciplina 45. dist.* vbi etiam habetur hoc voluisse innuere Deum in Arca tabernaculi, vbi cum tabulis legis afferuabatur virga simul, & manna, quia in boni Iudicis pectore virga districtionis, & manna dulcedinis esse debet. Propterea Dauid *Psalm. 22.* ait; *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt*; virga enim percutit, & baculus sustentat. Quare dicit D. uus Greg. *l. 20. moral. p. 4. capit. 11.* vnde sumptum est, *d. cap. disciplina*; quod esse debet districtio iustitiæ, quæ feriat, & consolatio baculi, quæ sustentet; Item amor, sed non emolliens; rigor, sed non exasperans: zelus, sed non immoderatè sæuiens: & Pietas, sed non plusquam expediat; parcens.

54 Ex quibus deducitur, debere Iudices semper sequi, & seruare mediocritatem, maximè verò in iudicando. *arg. cap. ex parte de consib. cap. 1. de offic. cust. l. si seruus ff. de pignor. act. & l. nec supina ff. de iur. & fact. ignor.* Melius tamen esset, si sequerentur æquitatem, quam rigorem; ac si peccarent potius in pietate, quam in seueritate, vt inquit textus *in capit. alligant 26. quæst. 7.* & habetur *in l. placuit. C. de iudic.* Quod quidem admittit. Gloss. *in d. cap. alligant autem. verb. melius est*; quando seruando æquitatem, & misericordiam, est spes correctionis; secus quando non est talis spes, quia tunc potius seruari debet rigor, quam misericordia, *vt in capitul. est iniusta. 23. quæstion. 4.*

55 Extra autem hunc casum incorrigibilitatis generosior, & gloriosior erit actus pietatis, quam rigoris, & magnificentior actus absoluendi, quam condemnandi, secundum Paul. de Castr. *in consl. 97. incip. visa condemnatione in fin.* faciunt tradita per Anchar. *in consl. 23. incip. visa inquisitione* vbi reprehendit Iudices anhelantes ad condemnationem. Et Bald. *in consl. 403. incip. quidam fuit. vol. 3.* ait, quod iustius peccatur in absoluendo, quam in condemnando. *per l. item Mela §. si plures ff. ad leg. Aquil.* Idem tenet Decius *in consl. 175. incip. in causa falsitatis. col. vlt.* & latè Marsil. *in Pract. crimin. §. occurrent in fin.* clauc tamen non erranie in iustitia ministranda.

56 Tandem menti tenendum est, tamquam corollarium ex prædictis, quod si aliquod delictum puniri potest pluribus pœnis per diuersas leges inflictis; & aliquis Iudex condemnauit Reum talis criminis ad pœnam mediocrem, & mitiorem quã. uis puniri posset grauiori pœna, non tamen per hoc poterit alius Iudex, siuè superior, siuè qui etiam æqualiter super eum iurisdictionem haberet, maiorem, vel minorem pœnam eidem irrogare pro eodem delicto; vt latè traditur per Boer. *d. 289. p. 2. per tot.* Et Ego *in seq. sect. latè.*

57 Sed quæritur, an sententia condemnatoria exequi possit statim, vel expectandum sit tempus decem dierum, qui conceduntur Reo ad appellandum?

Respondetur in hoc dissentire Doctores inter se; Baldus enim, & quidam Alij *in l. addictos, C. de episcop. audient.* & Bart. *in l. non tantum ff. de appell.* & Dyn. *ibid.* ac Anan. tenent, posse sententiam exequi statim, non expectatis decem diebus, intra quos appellari potest, quando non est statim appellatum per ipsum condemnatum, vel alium eius nominè. Alij verò contrarium tenentes asserunt, expectandum esse, vt labatur decendium. Ita Imol. *in d. l. non tantum*, & idem Bart. *in l. qui vltimo. in fin. ff. de pæn.* & Alii. Quorum quidem sententia negatiua mihi magis placet, cum sit magis æqua, & Iuri consona, iuxta tradita per me *in Prax. Curl. sup. p. 2.*

Quamuis autem hæc sententia sit verior de Iure, & in Curiis Ecclesiasticis seruetur in Curiis sæcularibus, sed male meo arbitratu, nam etiam ante decem dies, quando pro parte condemnati non est appellatum, ducitur Reus ad supplicium, & exequitur sententia condemnationis, vt aduertit Alber. de Rosat. *in l. 1. ff. de except. rei iudic.* Paul. de Castr. *in d. l. addictos*, & Angel. *de malefic. in verb. & ibi capite à spatulis amputetur col. 4.* Est enim contra expressum. *tex. in d. l. addictos C. de episcop. aud. in fin. & in Authentic. in princ. de appellat. col-lat. 4* in quibus Iuribus conceduntur decem dies ad appellandum.

58 Fallit tamen, quando reus esset conuictus, & confessus, nam tunc si condemnatus appellauerit, sententia exequi debet, non obstante appellatione. DD. communiter *in l. obseruare. C. quor. appellat. non recip.* Sed si sit solùm conuictus, vel solum confessus, tunc in delictis enormibus neque admittitur appellatio, secundum Gloss. *in d. l. obseruare verb. propria.* & habetur *in l. constitutiones. ff. de appellat.* vbi Bart. Alber. & Angel. *in pen. col. vers. secundò non audiuntur, et in l. 1. C. de rapt. virgo* vbi etiam Marsil. & Speculat. *lib. 2. §. 2. n. 3.* qui tamen loquuntur in Ciuilibus, non in Criminalibus.

59 Quòd si quis fuit confessus; & tunc condemnatus appellauerit, debet in appellatione exprimere causam iustam, vel errorem confessionis, quæ si sit legitima & talis, vt possit confessionem infringere, admittatur appellatio; At si non allegaretur error, vel iusta causa, sed appellatur simpliciter; tunc si per Iudicem superiorem non fuit inhibitum, sententia exequi potest, non obstante appellatione secundum Speculat. *ubi sup.* Ioann. Andr. *in cap. Romana §. sin autem de appellat. in sexto in Gloss.* Abb. *in cap. cum specialis §. porro de appll.* vbi etiam Fran. *in 2. col. concl. 2.* Bald. *in d. l. addictos C. de ep. aud.* & Imol *in l. constitutiones, et in l. Creditor. §. iustus ff. de appell.*

60 Et est notandum hic, quod accidit aliquoties in Curiis Ecclesiasticis, vt condemnari debeat aliquis Reus pro criminibus enormibus, prout est hæresis, & similia ad tradendum, & consignandum illum Curiæ Seculari pro punitione; tali casu si Reus consignandus prędictæ Curiæ, sit Clericus in sacris, vel etiam in minoribus ordinibus constitutus, degradari debet per Iudicem Ecclesiasticum, ante traditionem ipsius, iuxta formam, solemnitatem in Cæremoniali Episcoporum traditam, quæ sumpta fuit ex *cap. 2. de penis in 6.* de qua *in cap. nonimus de verbor. signific.* & latè Gulielm. de benedict. *in c. Raynutius in praecip. praeuentionali de testam.* & Archid. *in cap. Episcopus*, & ibi etiam Præpos. *11. qu. 3.* & Abb. *in cap. cum non ab homine de iudic.* & glos. *in cap. 1. verb. canonibus de haret. in 6.* fusè Sayr. *de censur. l. 5. cap. 19. per tot* vbi *n. 6.* ait degradationem actualem priuare Clericũ executione legitima officiorum; & beneficiorum ex toto absque spe restitutionis, & vtroque clericali priuilegio, tum fori, tum Canonis, quæ quidem actualis degradatio est executio depositionis verbalis, vt tradit Sayr. *ibid. num. 10.*

61 Requiritur autem in degradatione certus Episcoporũ numerus, nimirum si degradandus si Episcopus requiruntur duodecim Episcopi, quæ quidem reseruata est Summo Pontifici; si Sacerdos, sex alij Episcopi, vltra Episcopum degradantem: si Diaconus, vel subdiaconus, tres Episcopi; si Clericus in minoribus, sufficit solus Episcopus proprius. Abb. *in d. capit. non potest, et in d. cap. cum non ab homine*, conuocatis Abbatibus, Prælatis, & alijs litteratis suæ Diœcesis, *vt habetur in cap. 1. de hæretic. in 6.* Hic autem numerus Episcoporum requiritur in degradatione verbali, quando fit ad effectum deueniendi ad degradationem actualem. aliàs solus Episcopus verbaliter tantum degradare poterit, si deueniendum non sit ad actualem vt dicit Abbas; Geminian. & Ancharan. *in cap. 2. de pæn. in 6.* & hoc de generali consuetudine, pro quo facit text. *in cap. at si Clerici de iudic. cap. cum non ab homine de for. comp. et cap. postulasti de haret.*

62 Dicitur verò verbalis degradatio, quando per sententiam priuatur quis à legitima executione ordinum, & graduum Ecclesiasticorum, quæ & depositio dici, solet: Actualis verò est executio depositionis verbalis, sicut traditio Curiæ sæculari est executio actualis degradationis, de qua *in cap. nouimus de verb. signific.* & per Abb. *in cap. qualiter 2. num. 10. de accus. & in cap. at si Clerici §. de adulteriis num. 14. de iudic.* & Alij, penes Sayr. *dict. l. 5. cap. 20. num. 10.*

63 Quæritur in quibus casibus imponatur pœna degradationis actualis?

Respondetur, tres pręcisè casus enumerari in Iure Canonico, in quibus locum habet degradatio, vt tenet glos. *in cap. ad abolendam verb. relinquantur. de haret.*

Quorum Primus est, crimen hæresis, *d. cap. ad abolendam, et cap. 1. damnati de haretic. et cap. 1. eod. tit. in 6.*

Secundus est, falsificatio litterarum Apostolicarum. *cap. ad falsariorum de crimin. fals.* Gloss. *in cap. si quis Sacerdotum ver. mox. 11. quæst. 1.*

Tertius est, coniuratio contra Episcopum *c. si quis Sacerdotum 11. q. 1.* supradictos, tres casus enumerat etiam Sayr. *lib. 5. de cens. cap. 20 nu. 10. 17. et 18.* glosa tamen ait *in d. c. ad abolend.* in his tantum debere Clericos degradari; in alijs verò non, quãuis tradantur Curiæ sæculari, tamquam incorrigibiles. *cap. cum non ab homine de sent. excom.* nam tunc criminosus primò deponitur, secundò si est incorrigibilis, excommunicatur: tertiò

si perseuerat in incorrigibilitate, anathematizatur; & tandem si induratus adhuc perseueret, traditur Curiæ Sæculari. Quam Glosam licet aliqui sequantur; tamen Anchar. *in cap. ad quod de reg. iur.* & Abb. *in cap. at si Clerici de iudic.* merito impugnant, dicentes, quod in effectu in casu homicidii qualificati, puta cum qualitate assassinij, Clericus esset actualiter degradandus, & Curiæ sæculari tradendus.

Item, si interfecit sacerdotem proditoriè cum spoliatione bonorum.

Item, si committat parricidium.

Item, si Ecclesiam incenderit.

Item, si Ecclesiam rebus ad seruitium Diuinum deputatis spoliauerit.

Item, si molitus fuerit prodere patriam.

Item, si commiserit plura homicidia, vel latrocinia, aut falsitates, aut plura crimina atrocia.

Item, si exercuerit sodomiam, de quo vid. Sayr. *d. lib. 5. cap. 20. numer 21. cum seqq.* In his omnibus supradictis casibus, secundum prædictos DD. Anchar. scil. & Abb. *ubi proximo, & in alijs relatis à Sayr. ubi sup. numer. 22. cum seqq.* Clerici degradari actualiter debent, & Curiæ sæculari tradi, asserentes non habere locum in dictis grauissimis delictis. *cap. cum non ab homine de iud.* vt sufficiat sola depositio. Hanc sententiam sequitur Gulielm. de Benedict. *in cap. Raynutius de testam. in quæst. de homic.* vbi latissimè materiam examinat, & similiter ponit formam degradationis, camdem sequuntur Felin. socc. Dec. & multi Alii *in d. cap. at si clerici de iud.* & Diaz. *in pract. canon. crim. vers. Parricida*, & Boer. *in decis. 69. nu. 16. p. 1.* dicit ita pluries fuisse iudicatum. Idem tenet Follet. *in pract. crimin. can. cap. 43. num. 23. in fin.* vbi ait, quod quando delicta sunt atrocia, oriretur scandalum si non puniretur atroci pœna; ergo Clerici talia committentes degradandi, & Curiæ Sæculari tradendi sunt.

64 Probatur auctoritate s. Thom. *in 2. 2. qu. 64. art. 2.* vbi ait, quod laudabiliter homo malus occiditur, vt bonum commune conseruetur; nam sicut malum est occidere hominem bonum, ita bonum est occidere hominem peccatorem, tanquam occidere bestiam, quia homo malus peior est, quam bestia, cum pluribus noceat. Idem sanctus DD. *ubi sup. art. 4. in fin.*

Neque obstat, quod Clericis de Iure Canonico non permittitur pœna sanguinis & mortis naturalis, *ut in d. cap. in Archiepiscopatu de raptor.* vbi communiter DD. quia repræsentant Christum, qui mansuetus erat, & cum percuteretur, non repercutiebat, *ut in 1. Petr. 2.*

Respondetur enim, quod *in d. cap. in Archiepiscopatu* prohibetur, ne possint per se talem pœnam exercere, sed possunt benè per alios eorum authoritate, si grauis sit excessus, & habetur etiam *in 23. qu. 5. per tot.*

PRAXIS PROCESSVS.

65. Prosequendo non actus ordinarios processus, & continuando quæ sequuntur ad præcedentia more solito, per actis his, de quibus dictum est supra in fine præcedentis sectionis *n. 27. in Prax. Process.* ponimus quasdam formulas sententiarum condemnatoriarum, vt ex his aperiatur mens Iudicis ad similes conficiendas, variatis variandis, & additis, vel demptis his, quæ necessaria erunt addenda, vel auferenda, secundum factorum, & criminum diuersitatem. Erit igitur sententia condemnationis talis, vt sequitur, vel huic similis, videl.

Forma sententiæ ad triremes.

In Christi nomine Amen.

Nos N. de N. V. I. D. Protonotarius Apostolicus, ac Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini N. Episcopi N. in spiritualibus, & temporalibus Vicarius, & Officialis Generalis, &c. in causa, & causis inquisitionis formata per hanc Episcopalem Curiam N. contra Clericum N. de N. super homicidio per ipsum patrato in personam miserabilis N. de N. & aliis ut latius in actis, &c. Visa accusatione contra ipsum porrecta per N. de N. Visa citatione ad informandum, visis testium depositionibus, confessionibus, defensionibus, visa citatione ad dicendum, & ad sententiam; Auditoque in omnibus tam Aduocatis, ut Procuratoribus, in Iure, et in facto, oretenus, et in scriptis: Visis instantijs D. Promotoris Fiscalis auditis similiter in omnibus; atque demum ac rimato toto processu, ac visis, & consideratis omnibus alijs videndis, & de iure considerandis, solum Deum, & iustitiam præoculis habentes, in hunc, qui sequitur modum, sententiam ferimus, pronunciamus, declaramus, & promulgamus. Christi nomine humiliter repetito, & inuocato dicimus, pronunciamus, declaramus, & sententiamus; supradictum N. Reum conuictum fore, & esse condemnandum, prout Nos ipsum condemnamus in pœnam Triremium Pontificiarum per septennium, ita vt per dictum tempus septem annorum deseruiat pro forzato ad remigandum super dictis Triremibus Summi Pontificis, &c. & ad effectum prædictum quodcumque mandatum necessarium, & opportunum fieri, & relaxari decernimus, declaramus, relaxamus, ac exequi mandamus. Et ita dicimus, pronunciamus, declaramus, ac diffinitiuè sententiamus non solum præmisso, sed omni alio meliori modo, &c.

Ita est ego N. Vicarius Generalis N. &c.

Vel

Ita pronunciaui Ego N. &c.

66 Fit Publicatio sententiæ, prout sequitur.

Forma publicationis sententiæ, &c.

Lata, Data, lecta, &c. ac in his scriptis sententialiter promulgata fuit suprascripta sententia per præfatum Perillustrem & Reuerendiss. Dominum N. Vicarium Generalem N. &c. pro tribunali sedentem, &c. lecta vero, & stipulata fuit per me Notar. infrascriptum sub Anno D. N. Iesu Christi 1665. indictione 15. Sanctissimi D. N. Alexandri VII. Pontificatus vndecimo, Præsulatus vero Illustrissimi, ac Reuerendissimi Domini Episcopi N. ann. quinto die autem nona mensis Iunij de mane hora decimatertia, & Præsentibus N. N. & N. testibus ad prædicta adhibitis, ac vocatis, &c.

Et Ego N. Apostolica Authoritate Notarius rogatus, &c.

67 Facta publicatione sententiæ, vt supra, & intimata Reo more solito, ducitur idem Reus ad carceres per seruientes Curiæ, ad effectum prædictum, quo ducto fit relatio talis actus per Cursorem, seu per eosdem ministros Curiæ, infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma relationis Cursoris.

Die.. Mens.. Ann. .. etc.

N. de N. ac N. de N. carcerarius, et executor Curiæ N. respectiuè, mediante eorum iuramento retulerunt mihi infrascripto Notario, &c. se hodie præmissa, die vna cum N. & N. socijs conduxisse N. de N. supra scriptum ad carceres Episcopales N. condemnatum ad triremes ad effectum illum transmittendi ad Triremes Sanctissimi Domini N. Papæ Alexandri VII vigore sententiæ &c. ac mandati, &c. super quibus, &c. omni, &c.

N. Notarius, &c.

68 Quando verò exequenda erit sententia, in aliquibus Curijs fieri solet infrascriptum, vel simile decretum pro eius exequutione, videlicet.

Forma Decreti pro sententiæ exequutione, &c.

Qui Perillustris, & Reuerendissimus Dominus, &c. Visis actis, &c. decreuit, quod sententia diffinitiua alias per eamdem Curiam Episcopalem N. lata sub die tali, &c. stante lapsu decendij ad appellandum exequatur, prout præsenti decreto, iuxta eius seriem, continentiam, & tenorem exequi mandauit, & ac expediantur necessaria mandata, etc. omni, etc.

N. Vicarius Generalis, etc.

Datum, etc. in Ciuitate N. die.. mens... ann. etc. Cur. Trib. Sed. etc. præsentibus pro testibus N. N. et N. rogatis, etc.

N. Notarius, etc.

Vel alio modo videlic.

Et per Episcopalem Curiam N. eiusque Reuerendiss. Dominum Gener. Vicar. etc. Visis actis, etc. fuit prouisum, et decretum, quod sententia diffinitiua alias per eamdem Curiam, contra N. de N. sub die.. mens... eiusdem anni lata, stante lapsu temporis de

ijs decem dierum ad appellandum concessi, exequatur, prout præsenti decreto iuxta sui seriem, continentiam, & tenorem debita exequutione mandatur, &c. & expediantur debitæ prouisiones in forma, &c. & ita per hoc suum, &c.

N. Vicarius Generalis, &c.

Prouisum die. &c. vt supra, &c.

69 Deinde expediuntur Prouisiones, seu mandatum pro sententiæ exequutione infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma mandati, seu prouisionalium litterarum pro sententiæ exequutione, &c.

De mandato Perillustris. & Reuerendiss. Domini Generalis Vicarij N. &c. & ad instantiam Domini N. Promotoris Fiscalis eiusdem Curiæ, &c. Mandatur vobis exequutoribus, subexequutoribus, & Alijs quibuscumque ministris, ad quos spectat, & quatenus statim visis, & receptis præsentibus sub 500. ducator. &c. aliisque &c. pœnis, &c. debeatis N. de N. Reum conuentum, ut ad Triremes Pontificias per septem annos ad remigandum pro fortiato condemnatum pro causis, & causis, vt in actis, & in nostris carceribus Episcopalibus ad effectum prædictum detentum, &c. extrahere ex his, & eumdem cautè, modestè & diligenter ducatis ad carceres Illust., & Reuerend. Domini Episcopi N. (cui eumdem quamplurimum in Domino commendamus, offerentes Nos, & Nostram Curiam ad similia, & multò maiora paratissimos, &c.) ad finem illum cum alijs per eius tribunal condemnatis transmittendi quamprimum ad Triremes prædictas, &c. in vim sententiæ per Nos, & Curiam nostram latæ sub die.. mens.. &c. & decreti sub die...&c. quibus relatio, &c. & aliàs, prout in actis, &c. & ita mandamus hac die...&c.

Loco † sigilli.

N. Vicarius Generalis, &c.
N. Notarius, &c.

Vel alio modo, vt in quibusdam Regni Tribunalibus, posito prius titulo, videl.

Abbas N. de N. V. I. D. Prothonotarius Apostolicus, ac Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini N. Episcopi N. in spiritualibus, & temporalibus Vicarius, & officialis Generalis, &c.

Seruientibus nostris, vel quarumuis Curiarum in solidum, &c. significamus qualiter in nostra Curia lata fuit sententia diffinitiua tenoris sequentis, videlicet (*& inseratur tenor sententiæ, prout supra nu. 65. à Verbis:* Christi nomine, &c. *vsque ad illa:* Et Ego N. Apostolica auctoritate Notarius rogatus fuit, &c. *inclusiuè*) & postea interpositum fuit decretum tenoris sequentis, videlicet (*& inseratur tenor decreti, prout nu. 68.*) Vnde nos, &c. volentes debitè prouidere, pro exequutione sententiæ suprascriptæ vni ex prædictis seruientibus committimus, & mandamus quatenus receptis præsentibus, vocatis, & rogatis quibuscumque alijs seruientibus, birruariis, ac alijs quibuscumque nostræ iurisdictioni subiectis necessarijs, & opportunis, &c. ad omnem instantiam, & requisitionem Domini N. Promotoris Fiscalis nostræ curiæ Episcopalis N educat N de N. ex carceribus nostris, & omni quæ statui Clericali, modestia, conuenit, cautè & diligenter ducat, & transportet ad Ciuitatem N. dictumque N. in carceribus Illustriss. Domini N. Episcopi, siue, &c. relinquat, ad finem, & effectum illum transmittendi quamprimum occasio venerit, ad Triremes Pontificias pro fortiato per septennium, &c. sub pœnis, &c. Alias, etc. Et referatur, &c. Datum, &c. die etc. mensis, etc Anni, etc.

Locus † sigilli.

N. Vicarius Generalis, &c.
N. Notarius, etc.

70 Sequitur relatio seruientis, seu exequutoris sub infrascripta, vel simili forma, videl.

Forma Relationis exequutoris.

Die... Mensis... Anni... In Ciuitate N. N. de N. seruiens, ac cursor huius Episcopalis Curiæ N. & N. de N. Barigellus, & exequutor eiusdem, medio eorum iuramento retulerunt mihi infrascripto Notario, &c. se vna simul cum alijs eorum socijs sub die... præsentis mensis N. & anni &c. conduxisse ad carceres Illustriss., & Reuerendiss. Domini Episcopi N. supradictum N de N. condemnatum ad Triremes Pontificias, eumque consignasse N de N. custodi carcerum prædicti Domini Episcopi de mandato eiusdem, &c. ad effectum illum transmittendi ad Triremes S. D. N. Papæ Alexandri VII. (nunc regnantis) *vigore mandati, &c. & aliàs prout habuit in commissis, &c. & ex fide de recepto suprascripti apparet, &c. super quibus, &c. omnia, &c.*

N. Notarius, &c.

71 Quod si Reus condemnandus sit pro crimine hæresis, homicidij, vel alterius delicti, pro quo tradendus esset Curiæ Sæculari, tunc fit sententia sub eadem forma prout sup. *nu. 65.* vsque ad verba declaramus, & sententiamus supradictum N. Reum conuentum fore, & esse *condemnandum cuius loco dici debet:* fore, & esse Curiæ Sæculari tradendum, seruata forma Sacrorum Canonum, & Apostolicarum Constitutionum, prout nos illum tradimus, & tradi mandamus: præsertim Illustriss. Domino Gubernatori Ciuitatis, vel loci N. cui eumdem multum in Domino commendamus, &c. Et ad effectum prædictum mandatum quodcumque necessarium, et opportunum fieri, relaxari decernimus, etc. prout in eadem sententia *d. nu. 65.* vsque ad finem, cum eius publicatione ibidem posita, etc.

72 Ante tamen traditionem, si talis Clericus degradendus erit, & Curiæ Sæculari tradendus, tali casu prius ferri debet sententia depositionis verbalis cum numer. prædictorum Episcoporum, qui etiam omnes subscribere debent sententiam, quia assistunt, vt Iudices, non vt Assessores tantum: vt communiter DD tradunt; & ideo in principio ponuntur Nomina omnium Episcoporum Assistentium, videl.

Forma sententiæ degradationis, seu depositionis verbalis.

In Christi, &c. *Nos* Episcopus N. Episcopus, N. & Episcopus N. &c. *In causa*, &c. *& ponatur series inquisitionis; & in reliquis seruari potest, vt in alia forma tradita suprà nu. 65. vsque ad verba:* fore, et esse condemnandum *quorum loco apponenda erunt verba:* fore, et esse deponendum, ac omni officio, & beneficio Ecclesiastico, ac clericali priuilegio degradandum, prout nos deponimus, ac degradamus. Idcirco authoritate Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ac nostra te præfatum N. de N. omni officio Ecclesiastico, & vtroque clericali priuilegio, tùm fori, tùm Canonis sententialiter, & perpetuo in his scriptis priuamus, teque ab illis verbo deponimus, & pronunciamus realiter, et actualiter, secundum Sacrorum Canonum traditionem te fore, et esse deponendum, et degradandum, prout nos per hanc nostram sententiam, quam in his scriptis more maiorum proferimus, pro tribunali sedentes deponimus, & degradamus. Et ita dicimus, declaramus, deponimus, degradamus, ac diffinitiuè sententiamus, non solum præmisso, sed omni alio meliori modo, &c.

Et subscribuntur omnes Episcopi, vt supra dictum est; & legitur sententia præsente Reo.

73 Deinde deuenitur ad actualem degradationem quæ fieri solet tali ordine, prout annis præteritis seruari vidi in degradatione cuiusdam Domini N. de N. Præparatur tabulatum altum aliquo Atrio magno, siuè Platea alicuius Ecclesiæ, vel in alio congruo loco, & ponuntur in dicto tabulato duo scamna, vnum à parte dextra cum tapeto pro Illustrissimis Dominis Episcopis, ac Vicario Generali ordinarii, & aliud à parte sinistra pro Dominis Gubernatore, & Aliis ministris Iustitiæ Sæcularis. Ante verò scamnum dictorum Episcoporum, & Vicarii apponitur tabula munita ad modum Altaris, & decenter parata, cum candelabris; in quibus sunt candelæ ceræ rubeæ extinctæ, cum calice, & patena cum hostia, cum duabus paruis phialis, seu ampullis: altera vino, altera aqua repletis, cum Missali, seu libro Euangeliorum; & vestibus omnibus Sacerdotalibus. Quibus sic dispositis assurgunt Episcopi vestibus Pontificalibus induti & Vicarius vestibus suo statuti decentibus similiter indutus, & asportato Reo cer[...] eis vestitur per ceremoniarum magistros, siuè alios clericos huic functioni destinatos vestibus Sacerdotalibus (si sit Sacerdos: aliàs vestibus suo ordini conuenientibus) ante altare prædictum, & tunc si Sacris vestibus inductus, et manibus tenens calicem

præpa-

præparatum, ac si ad celebrandum pergeret, vel si non sit Sacerdos, tenens vas, vt instrumentum, vel ornamentum ad suum ordinem spectans, e si in suo officio debetet solemniter ministrare, adducitur ad præsentiam sui Episcopi, qui coram omni Populo ad hunc effectum pro maiori terrore cõgregato, declarat alta, & intelligibili voce, qualiter dictus Reus, tale, vel tale delictum cõmisit, ex quo indignum tali gradu se reddidit. Quo facto prædictam sententiam verbalis degradationis actualiter, effectiuè, ac realiter exequendo, incipit illi auferre omnia insignia, ornamenta, ac vestimenta ei in ordinatione data ordine retrogrado, incipiendo ab vltimis gradatim, vsque ad vestem in prima tonsura sibi data. In singulis autem vestibus vtitur Episcopus quibusdam terribilibus verbis omninò oppositis his, quæ in collatione ordinum prolata fuerunt.

Primò enim dum aufert ab illius manibus calicem cum patena, & hostia superposita, dicit Episcopus: *Calix iste fuit tibi traditus in signum ministerij Passionis Christi, & potestas per eam tradita fuit data gratia, & illustratione Spiritus Sancti ad resistendum Diabolo, & operibus suis: ad audiendum fidelium confessionem absoluendam, & remittendum peccata confitentium: ac offerendum sacrificium Deo, tam pro viuis, quam pro Defunctis. Sed quia Christus Dominus noster dixit ex præcepto: Non occides, & iussit homicidas à suo Altari arceri, & auelli, cum Tu contra præceptum Decalogi, & Dei, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ determinationem, proprijs manibus N. de N. occidere non es veritus; meritò à celebratione missarum te omninò remouemus, & potestatem confessiones audiendi, absoluendi, et remittendi peccata tibi similiter auferimus. Demanibus tuis calicem cum patena, et hostia superposita, tamquam indignum à participatione tanti Sacramenti auferimus.* Et aufert illi calicem.

Secundo abraduntur eidem Reo quatuor digiti manuum, nempe pollex, & Index vtriusque manus leuiter cum frustro vitri, absque sanguinis effusione, dicendo: *Quia in vnctione, et consecratione manuum collata tibi fuit potestas consecrandi, et benedicendi; Ideo pariter te eadem potestate priuamus, et à te omninò remouemus.*

Tertiò aufertur ab eo Casula; dicendo: *Quia hæc vestis sacerdotalis est, et salutis signum, et per eam radix omnium virtutum designatur, et tibi concessa fuit; vt in omnibus virtutibus sanctissimè exercendo proficeres; sed cum suadente diabolo charitatem à te abiecisti, et ingratum erga Deum, et proximum, præsertim contra præfatum N. de N. te reddidisti, illum occidendo, contra omnem caritatem, meritò auferimus à te vestem sacerdotalem, et te honore sacerdotali priuamus.*

Quartò ponitur in manibus liber Euangeliorum, & postea illi aufertur, dicendo: *Quia fuisti ordinatus ad sacros ordines Diaconatus, et Subdiaconatus, et in ipsa ordinatione fuit tibi collata potestas legendi Euangelia, et Epistolas in Ecclesia sancta Dei, in quibus continentur præcepta, et mandata legis nostræ nouæ, et antiquæ: sed quia illa, quæ cantasti, et legisti non obseruasti, et minus opere adimplesti; imò seruiendo Diabolo homicidium perpetrasti; meritò illa potestate te priuamus, et priuatum esse declaramus, et librum Euangeliorum, et Epistolarum tollimus, auferimus, et à te amouemus, quia ille non competit, nisi dignis.*

Quinto; Aufertur illi stola, quam manibus tenendo dicuntur; *Ista stola candida, et immaculata tradita tibi fuit, vt officium tibi iniunctum adimpleres; sed quia iugum Domini per istam stolam assignatam turpiter abiecisti: ideo tandem stolam à te amouemus, & auferimus, & te inhabilem reddimus ad omne sacerdotale officium exercendum.*

Sextò, Aufertur ei Manipulus, dicendo; *Manipulus iste fuit tibi traditus, per quem designatur fructus omnium bonorum operum, quæ per manus exercentur: sed quia tu proprijs manibus execrabile homicidium commisisti, indignum ad deferendum manipulum te constituisti; Ideo tam meritò eum tibi auferemus.*

Septimò, Aufertur illi cingulum, dicendo: *Quia iste cingulus signum denotat mansuetudinis, & patientiæ, & tu illas non conseruasti: meritò eum à te tollimus.*

Octauò, Aufert Alba, seu Camisus, dicendo: *Ista vestis fuit tibi tradita ad puritatem, quam denotat, conseruandam; sed quia tu puritatem abiecisti, meritò à te tamquam puritatis inimico, illam auferimus, & amouemus.*

Nono, Aufertur Amictus, dicendo: *Amictus iste per quem designatur castigatio vocis ad malum, fuit tibi traditus ad fugiendum quodcumque mali genus; verum quia tu non castigasti vocem tuam ad malum operandum: ideo illum à te, tamquam ab indigno, auferimus.*

Decimò, Aufertur ab eo generaliter potestas inttandi sacramentum, tangendi pallas, vasa & alia indumenta sacra, auferendo ex eius manibus duo candelabra prius illi tradita: Claues Ecclesiæ similiter sibi consignatas, postea ponitur in suis manibus liber exorcismorum, & similiter aufertur; & deinde traduntur illi ampullæ cum vino, & aqua, & similiter ab eo auferuntur, ac in singulis ablationibus prædictorum instrumentorum dici debent quædam verba ad terrorem, omnino opposita illis, quæ in singulorum ordinum collatione prolata fuere, ad similitudinem eorum, quæ retulimus suprà.

Tandem spoliato ipso Reo omnibus supradictis vestimentis, & eodem superpelliceo dumtaxat induto continuatur functio degradationis per Episcopum, dicendo eidem Reo: Quoniam ignominiam sæcularis habitus abiecisti, & coronam, in tuo capite, quod est regale signum sacerdotij, recepisti, ob quã causam in sortem Domini fuisti electus, & successiuè ad ordinem præsbyteratus assumptus; sed quia non obseruasti sanctitatem, iustitiam, & multo minus charitatem. Ideo anctoritate Dei omnipotentis, Patri, & Filij, & Spiritus Sancti, ac nostra auferimus à te habitum Clericalem, & nudamus te Religionis ornatu, atque deponimus, degradamus, & exuimus, te omni ordine, officio, beneficio, ac priuilegio clericali, & tamquam ab ordine, gradu, & professione clericali, & Ecclesiastica indignum eiicimus, & expellimus, atque in ignominiam, & seruitutem habitus, & status sæcularis te reddimus, & restituimus.

Quibus prolatis aufertur ab eo superpelliceum, & remanet in habitu sæculari. Et tunc Episcopus accipit in suis manibus forbices, quibus, aliquot capillos ex ipsiusmet Rei capite recidit, & illicò Barbitonsor sequitur abrasionem totius capitis, radendo illud adeò, vt nullum prorsùs prioris coronæ, seù tonsuræ clericalis vestigium remaneat in eodem. Et Episcopus subiungit: Et Te veluti ingratum filium à sorte Domini, ad quam vocatus fueras, abijcimus: ac coronam tui capitis, regale quidem signum Sacerdotij de tuo capite amouemus, propter tui regiminis prauitatem.

Et tunc prædictis omnibus absolutis induitur Reus quadam veste laicali crocei coloris, & Episcopus vertendo terga ad ipsum Reum, erga Dominos Iustitiæ temporalis ministros conuersus, stando omnes, tam Episcopi, quam officiales sæculares, dicit: *Domini Iudices rogamus vos cum omni affectu, quo possumus, vt amore Dei, pietatis, & misericordiæ intuitu, & nostri interuentu miserrimo huic, quem vobis commendamus, nullam mortis, vel mutilationis membri periculum inferatis, sed illum in vestrum forum benignè recipiatis, & tractetis: quia Imago Dei est; & quamuis peccatum graue commiserit, ob quod indignum se reddidit in Ecclesiastico ordine permanere: tamen sicut Petrus Apostolus negauit Christum, & postea pænitendo, Principatum inter Apostolos obtinere meruit, & similiter Maria Magdalena, & Alij; ita ille pænitentiam agendo, & virtutibus se exercendo, dignum se vestræ protectioni reddere potest; quapropter iterũ eum charitati commendamus, &c.*

Quibus peractis capitur Reus à Ministris Iustitiæ sæcularis, & ad alium locum ducitur. Et Episcopi descendunt à Catafalco cum alijs assistentibus, & ministris sæcularibus, dispoliantur vestibus Pontificalibus, & quilibet ad locum suum pergit.

74 Neque dicas cum Hostiens. *in summa libr. 5. tit. de hæretic. §. qua pœna feriatur num. 9.* huiusmodi reccommendationem Episcopi, quam facit Ministris sæcularibus pro Reo degradato, esse potius vocalem, & fictam, quam realem, et veram; quia iam scitur, quod talis degradatio fit, ad hoc vt Reus pœna mortis puniatur.

Respondetur enim cum Abb. *in cap. nouimus de verb. signif. & in d. §. qua pœna feriatur numer. 9.* quod tale suppositum non est verum per se, quia in *d. cap. nouimus* habetur, quod effectiuè, & efficaciter pro Reo intercedi debet. Vnde quamuis Ecclesia illum punire potuerit mitius, et non tradere Iudici sæculari: quia tamen delictu est tam graue, Ecclesia non vult amplius illum in suo foro retinere, et eum degradat, tum pro sua confusione, et resipiscentia: tum etiam ad Aliorum terrorem, & exemplum. Verum quia post degradationem, Reus non est amplius de foro Ecclesiastico, et consequenter non amplius spectat ad Ecclesia illum punire, Ideo pro eo intercedit apud pro-

proprium Iudicem sæcularem, qui sua iurisdictione vtitur, prout delicti qualitas requirit.

75 Si verò procedendum erit contra Reum, non ad sententiam triremium, vel degradationis, de quibus supra; sed tantum ad exulandum per certum aliquod tempus, vel ad soluendum aliquam pecuniarum quantitatem locis piis applicandam, fieri potest sententia infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma sententia ad exulandum, &c.

In Dei nomine Amen.

In causa Inquisitionis formatæ per hanc Episcopalem Curiam N. contra Clericum N. de N. loci N. nostræ Diœcesis; de, & super vulneribus illatis per ipsum N. de N. nec non super fractura carceris, & aliàs, vt in Actis, &c. fuit prouisum, vt infra.

Per Episcopalem Curiam N. eiusque Reuerendiss. Dominum N. Generalem Vicarium Christi nomine repetito; viso processu desuper formato, visis defensionibus per ipsum factis, visa citatione ad dicendum, & ad sententiam, audito in omnibus D. Curiæ Promotore Fiscali, visis videndis, & consideratis de iure considerandis fuit prouisum, & diffinitiuè decretum, dictum Clericum N. de N. attenta eius longa carceratione, fore, & esse condemnandum ad exulandum à dicta Ciuitate N. & à tota Diœcesi nostra per annos septem. Nec non ad soluendum ducatos tot.... applicandos ad beneficium, & reparationem fabricæ Ecclesiæ N. quibus solutis Procuratoribus dictæ Ecclesiæ non esse de cætero molestandum, prout præsenti diffinitiuo decreto condemnatur, & de cætero non molestari mandatur. Et ita per hoc suum, &c.

N. Vicarius Generalis, &c.

Prouisum in Ciuitate N. die... mens.... anno... præsentibus pro testibus N. N. & N. de N. rogatis, &c. Et in fidem, &c.

N. de N. Actuarius, &c.

Vel alio modo prout sequitur, videl.

I E S V S.

Per Episcopalem Curiam N. eiusque D. Reuer. Generalem Vicarium N. Visa Inquisitione formata contra Clericum N. de homicidio, (siuè de alio delicto) *in personam N. patrato, & aliàs, vt in actis, &c. Visis citationibus, & defensionibus per ipsum factis, auditis pluries cum Procuratoribus, & Aduocatis, oretenus, & in scriptis, visoque et examinato toto processu desuper formato. Audito etiam in omnibus Promotore Fiscali huius Curiæ, visis videndis, et consideratis de iure considerandis fuit prouisum et diffinitiuè decretum, dictum Clericum N. de N. fore, et esse condemnandum ad exulandum à dicta Ciuitate N. et tota Diœcesi per annos tot.... etc. prout præsenti diffinitiuo decreto condemnatur, etc. et ita, Hoc suum, etc.*

Vel concipi potest sub alia forma verborum; secundum stylum propriæ Curiæ, & consuetudinem loci, in quo iurisdictio exercetur. Nam supradictę formulę ponuntur solum ad exemplum, non pro forma necessariò obseruanda; vt alias dixi.

SECTIO XVII.

De Sententia Absolutoria.

SVMMARIVM.

1. *Absolutoria sententia, quod modis fiat?*
2. *Reus liberatus, tamquam innocens, molestari non potest denuo pro eodem delicto.*
3. *Absolutus per collusionem potest iterum puniri.*
4. *Collusio, quomodo præsumatur.*
5. *Tertius pro suo interesse potest iterum Reum absolutum accusare, si primam accusationem ignorauit.*
6. *Ignorantia accusationis alterius, quomodo probanda.*
7. *Reus absolutus, potest iterum puniri, si delictum erat qualificatum, & ipse simpliciter absolutus fuit.*
   Qualitas alterans delictum; quæ?
8. *Reus absolutus ex hactenus deductis; potest iterum accusari, nouis superuenientibus indiciis.*
9. *Stylus Romanæ Curiæ in absoluendo Reum ex hactenus deductis.*
10. *Absolutoria sententia ab obseruatione iudicii, quia continere debeat, ac censeatur diffinitiua.*
11. *Absolutus ex defectu probationum, an possit reaccusari.*
12. *Purgatio Canonica, quid sit?*
13. *Purgatio Canonica, qualiter fiat?*
14. *Purgatio prædicta aliquando fit cum compurgatoribus.*
15. *Purgatio Canonica, quando indicenda.*
16. *Infamatus de delicto suspenditur ab officio, vel beneficio ad tempus, quousque purgetur infamia.*
17. *Scandalum semper vitandum.*
18. *Infamatus de crimine, deficiens in purgatione, pro conuicto habetur.*
19. *Transactio delinquentis cum Accusatore inita, impedit, ne iterum accusari possit ab illo.*
20. *Transactio cum parte non impedit Iudicem, ne ex officio iterum procedat contra inquisitum.*
21. *Absolutus à crimine via exceptionis deducto, iterum accusari potest.*
22. *Absolutus à crimine deducto per viam denunciationis potest reaccusari.*
23. *Absolutus à crimine ciuiliter intento, potest iterum accusari criminaliter.*
24. *Absolutus à crimine in foro Conscientiæ accusari iterum potest in foro fori.*
25. *Absolutus à foro Sæculari, an possit, iterum accusari in foro Ecclesiastico, & è contrario.*
26. *Absolutus per viam inquisitionis, an accusari iterum possit.*
27. *Vicarius Generalis ex vi mandati generalis absoluere Reum non potest.*
28. *Absoluere valens, condemnare etiam potest, & è contrario.*
29. *Absolutoria sententia forma.*
30. *Purgationis Canonicæ sententia forma.*
31. *Purgationis Canonicæ iuramenti forma.*
32. *Compurgatorum iuramenti forma.*
33. *Absolutoria sententia forma post purgationem Canonicam.*

Visum fuit in præcedenti proxima Sectione circa prolationem sententię condemnatorię, quando Reus vel confessus fuit delictum; vel de eo per legitimas probationes conuictus remansit. Verum quia aliquando necessariò absoluendus est, ex quo neque confessus, neque conuictus fuit, Ideo in præsenti de more, quædam alia pauca breuiter nobis percurrenda supersunt, circa sententiam absolutoriam. Et Primò, quot modis Reus absoluatur per sententiam. Secundò, an sic absolutus possit iterum molestari pro eodem crimine.

1 *Quoad primum*, notandum est, quod multipliciter quis absolui contingit: *Primò* enim absoluitur seruatis seruandis, factisque defensionibus, tamquam repertus innocens: *Secundò* absoluitur ab obseruatione iudicii, & ex hactenus deductis in processu. *Tertiò* absoluitur ex defectu probationum iudiciorum, facta tamen purgatione ab infamia. *Quartò* absoluitur vigore transactionis, aliisque modis, de quibus infrà. In priori casu procedit realiter sententia absolutoria per pronunciationem diffinitiuam, quæ quidem importat, vt reus sic liberatus non possit de eodem crimine amplius molestari, prout si quis inquisitus de homicidio, factis defensionibus, apparet homicidium fuisse ab alio commissum, nec ipsum aliquo modo illius participem fuisse: tunc absoluendus erit per diffinitiuam sententiam, tamquam Innocens *text. text. in cap. de his de accusat.* vbi Gloss. *in verb. replicare*, Abb. & Alii *& libr. 1 § pen. & fin. & l. si cum f. naut. caupon. & stabular.* vbi Bart. & Alii. Bos. *in tit. de sentent. num. 50.* Decian *in tract. crim. tom. 1. lib. 1. cap. 32. nu. 1.* Clar. *in pract. crim. qu. 57. vers. 1.* & ibi Addent. latè. Card. Tusc. *litt. S. concl. 179 num. 1.* Couarruu. *lib. 2. variar. resol. cap. 10. in princ.* Farinac. *laud. in pract. crim. qu. 1. num. 51. & qu. 4. num. 31.* vbi Alios allegat, & de communi testatur, *& in consil. 5 n. 17.* Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 12.* Bertaz. *cons. 39. num. 1. vol. 2.* Petr. Caball. *in quæst. crim. cas. 93. num. 1.* Cauale. *de brach. Reg. part. 4. num. 273.*

2 Quæ conclusio locum habet, tàm si processum fuit per viam accusationis, quàm inquisitionis, tam de iure Ciuili, quam de Iure Canonico, Caball. *vbi sup. num. 2.* Decian. *ibid. nu. 5.* vbi late. Guazz. *ad defens. Reor. def. 2. cap. 7. numer. 3. cum seqq.* vbi fusissime, *vt in def. 35. cap. 11. num. 1. & seqq.* & ibi Alios congerit.

gerit. Et ratio est, quia ex sententia oritur exceptio rei iudicatæ, *vt in l.3.C.de except.rei iud.l.1.C. quand.prouoc. non est necess. & in l.si cui § ijsdem, ff.de accusat.* & ibi Bart. & Alii communiter, & de Iure Canonico habetur *in d.cap.de his de accus.* vbi communiter DD. Marant. *in spec.aur.p.6. vers. & permittitur aliquando nu.49. & seqq.* & Alii, apud Illos.

3 Limitatur tamen, si absolutus esset per collusionem, vel prævaricationem, siuè cum Iudice, siuè cum accusatore facta sit, nam tunc docto de collusione, seù prævaricatione possit vlterius accusari, & inquiri, vt probatur *in d. l.si cui § ijsdem ff.de accusat. & in cap.insuper de collus.* & notatur per Abb. *ibid.* latè Marant. *vbi sup.n.45. & 50.*

4 Præsumitur autem interuenisse collusionem, aut prævaricationem, si Accusator conuersabatur cum accusato. Farinac. *d.qu.4.num.13.* vbi Alios cumulat. & Guazz. *d.defens.2.cap.7. num.44.* quia regulariter, ex accusatione criminali oriri solent inimicitiæ capitales. *libr.1. & l.si inimicitia. ff. de his quib. vt indig.* ita docet Bart. *in libr.1.§. prævaricationem ff. ad Turpil.* Vel si Iudex imponeret minorem pœnam, quam per leges tenebatur, vt si pro homicidio imponeret pœnam pecuniariam. Clar. *in d.qu.57.vers.dictum est.* Farinac. *d.qu.4.nu.2.in fin.* Guaz. *d.def.2. c.7.nu.25.*

5 Limitatur secundo, quando superuenirет aliquis, qui vellet Reum absolutum accusare, vt propriam iniuriam prosequatur; sed probare tenetur, se ignorasse accusationem propositam per alium; nam tali casu audiendus esset, non obstante sententia absolutoria, & sic iterum ab eo accusari posset, *vt in d.l.si cui §. ijsdem, & l.maritus §. si autē. ff. de adulter.* de quo late agit Felin. *in cap. de his fallent.8. & 9. de accusation.* Ant. Gomez. *in delict.cap.1.num.25. in fin.* Farinac. *d.qu.4 nu.26.* Caranit. *in rit. 272.num.23. & seq. vers. sed non obstante. & vers. dici etiam* Guaz. *d. cap.7.n.45.*

6 Probabitur autem ignorantia per proprium iuramentum. *arg. cap. nulli de election. in 6.* Item demonstrando fuisse absentem à proprio loco, tempore accusationis. Item quod tunc erat in minori ætate constitutus. *vt in cap. fin. Qui matrim. accusar. poss.* Abb. *in d. capit. de his. de accusat.* Decian. *d. capit. 30. num.53. in fin.* Farinac. *d quæstion.4. numer. 21.* Guaz. *d.capit. numer.47.* vbi ponit alios modos probandi ignorantiam.

7 Limitatur tertiò, quando quis fuit accusatus, vel inquisitus de simplici delicto, & de illo sic proposito fuit absolutus per sententiam, sed delictum erat qualificatum; vt si absolutus fuit ab homicidio simplici, & illud erat cum qualitate assassinij, vel proditionis, & huiusmodi; dummodò qualitas alteret delictum: nam tunc non obstante sententia absolutoria, poterit iterum molestari, ob illam qualitatem alterantem. Bart. *in l. denunciasse. §. quid tamen ff. de adulter.* vbi tradit, quæ dicatur qualitas alterans, & quæ non. vid. Bald. *in l.quicumque col.4. C. de seru.fugit. & in l.2.§. in tutela. in fin.ff. de tutel. & ration. distrah.* vbi disputat articulum pro, & contra, & tandem videtur concludere negatiue. Sed sententia Bartoli *in d.l.denunciasse.* videtur magis recepta, qui tamen in *l.senatus ff.de accusat.* distinguit, an qualitas fuerit proposita ante nomen receptum inter Reos, aut post; si ante, tenet posse iterum prosequi accusationem super qualitate: si post, secus. Et idem tenet Salic. *in l.qui de crimine C. de accus.*

8 *Secundo verò casu*, quando absoluitur quis ab obseruatione Iudicij ob ineptitudinem libelli, vel accusationis, secundum Specul. *lib.3. de abolit. & purgat.§.1. num.6. in fin.* Decian. *d. cap.30.nu.27.* Guaz. *d.def.2.c.7 nu.13.* Vel ex hactenus deductis in processu, potest regulariter iterum accusari superuenientibus aliis indiciis, quia ista sententia absolutoria non producit exceptionem peremptoriam rei iudicatæ, *vt probatur in cap. libellorum 2 qu.8.* vbi canonizata est *lex. libellorum ff. de accusat.* facit text. *in cap. cum P. de accusat.* docent Abb. *in d.cap.de his de accusat.* Gloss. *final. in l.si qui adult. C. de adult.* & late Paul. Grillan. *in tr. de relaxat. carc. in secunda quæst. princ. sub num.2.* & Marant. *loc. cit. num 52.* Thesaur. *decis.132 nu.13.* Boss. *de sent. num.95.* Foller. *in pract.crim.canon. cap.35.nu.9.* Couarr. *l.1. var.resol.cap.1.nu.8. vers. 4. constat.* Farinac. *d.q.4.n.23.* Caball. *d.cas.93.nu.8.* Caualcan. *d. p.3.n.277.* Guazz. *d.def.2.cap.7.nu 7.* Imo in tali casu admittitur ad iterum accusandum: non solum quilibet alius; sed etiam illemet, qui prius accusauit, *vt habetur in cap. prohibentur. 2.q.1.* & ibi gloss. & DD.

Est tamen aduertendum, quod in tali casu tempus ad iterum accusandum, durat, iuxta naturam temporis concessi ad accusandum prima vice, vt dicit Præpos. *in d. cap. prohibentur,* secundum gloss. *in d l.libellorum.* vid. Alexandr. *in consil.64. dub. 5.vol.1.*

9 Stylus autem procedendi ad sententiam absolutoriam ab obseruatione iudicis in Romana Curia est, vt præcedant quatuor citationes: Primò enim citatur accusator ad videndum procedi, prout de Iure ad primam. Instantie, &c. Secundò iterum citatur ad videndum procedi, prout, de iure ad primam pro secunda dilatione. Tertiò citatur ad videndum procedi, prout de Iure ad primam pro tertia dilatione. Et quartò iterum citatur ad videndum procedi, prout de iure ad primam pro quarta dilatione: & ex tunc elapso termino, si accusator non procedit ad vlteriora, conceditur absolutoria. De quo diximus *in Pr.Civ.p.7.*

10 Sed non erit omittendum singulare dictum Abbatis *in cap. examinata de iud.* quod scilicet in sententia ab obseruatione iudicii exprimi debet causa prædicta, nimirum obseruatione Iudicii: aliàs censeretur sententia diffinitiua, quæ pareret exceptionem rei iudicatæ. Imò Butrius in *eod. cap. examinata* tenet, necessariò exprimendam esse causam, alias sententia non valeret: & idem tenet Io. Andr. *in cap. fin. de dol. & contum.* pro quo facit textus, iuncta gloss. *in l. properandum §. illo in princ. C. de iudic.* sequitur Corset. *in repertor.* Abb. *verb. absolutio*, vbi dicit, expressionem causæ esse de necessitate, aliàs sententia esset nulla. *per text. in lib.2.§. Senatus ff. de vulg. subst.* vbi gloss. *& in l. filius familias §. Diui*, & ibi gloss. *ff. de legat.1.*

11 *Tertio verò casu*, quando scilicet quis absoluitur ex defectu probationum indiciorum, facta tamen purgatione ab infamia, an possit iterum accusari, disceptatur inter Doctores, vt ait Abb. *in cap. ex tuarum de purgat. canonic.* Firmatur autem conclusio cum tali distinctione: Aut purgatio non fuit canonice præstita, & admittitur accusatio, non obstante purgatione: Aut fuit canonice præstita: & tunc iterum subdistinguendum: aut enim interuenit accusator, sed quia defecit in probationibus, fuit per Iudicem iniuncta purgatio, & regulariter non admittitur amplius accusatio: aut non interuenit accusator, & tunc iterum subdistinguendum: aut enim fuit præfixus terminus omnibus accusare volentibus, cum clausula, quod elapso termino non audietur amplius accusator: & tunc non est admittenda accusatio. *arg. cap. fin. Qui matrim. accus. poss.* aut non interuenit talis clausula: & tunc si purgatio est præstita, sed non est adhuc absolutus, & potest iterum accusari. *arg. l. admonendi. ff. de iureiur.* aut absolutus fuit: & tunc; aut accusator vult accusatum onerare de non se purgando; & non potest reaccusari: aut vult suscipere in se onus probandi: & admittitur ad iterum accusandum, non obstante sententia absolutoria; & ratio est, quia absolutoria concessa fuit ex defectu probationum; sed quando absoluitur quis ex non integris probationibus repertis denuò integris probationibus, non obstat absolutio prius facta. *l. admonendi ff. de iureiur.* Præposit. verò, & Archid. *in cap. habet 2. qu.4.* latiùs distinguunt casum cum Hostiens. *in d. cap. ex tuarum de purg. can.* Quorum distinctiones breuitatis causa omitto.

Regulariter autem post purgationem receptam admittitur tertius ad iterum accusandum, si suam prosequatur iniuriam, & probet se nesciuisse purgationem indicendam, alias non. *vt in l.si cui §. hisdem. ff. de accusat. cap. de his. de accus. cap. habet hoc. 2. qu.4.* vbi gloss. *in verb. dubietas; & l. licet in fin ff. naut. caup. & stabul.* Vel si probet interuenisse collusionem. *vt in cap. ex tuarum, de purg. canon. l. cum qui §. in popularibus. ff. de iureiur.* aut prævaricationem inter priorem accusantem, & accusatum. *vt in l.3. ff. de prævaric.*

Et nota, quod licet purgatio canonica non sit hodie tam frequens, vt erat antiquitus, quia vel adsunt indicia ad torturam contra Clericum Inquisitum, & torquetur: Aut non adsunt, & liberatur simpliciter, vt plurimum. Nihilominus quando Reus imputatus, non obstante absolutoria, tamquam innocens, adhuc remaneret infamatus de crimine, solent Ecclesiastici Iudices indicere, vt se purget, vt sic probetur innocens, vt habetur. *in cap. si quis de gradu in fin. c. si presbyter. cap. quotiens de purgat. canon.*

12 Sed quæritur, quid nam sit purgatio canonica?

Respondetur, illam esse, quando aliquis Infamatus existit de aliquo crimine, sed non est neque conuictus, neque confessus

de illo;

de illo; quamuis contra eum actu sit, siue per inquisitionem Iudicis, siue per accusationem partis, & quamuis probatum non sit crimen; nihilominus mala fama adhuc perdurat, & in certus rumor circumfertur, *ut habetur in d. cap. habet hoc, & cap. presbyter 2. qu. 4.* & ib. Gloss *cap cum P. ead. qu. 7 cap. fin. & tot. tit. de purgat. canonic. & cap. tam litteris de testib.* Hostiens. *in sum. de purgat. canonic. num. 3.* Petr. Gregor. *in syntagmat. iur. l. 31 cap. 29. n. 3.* Quæ quidem purgatio canonica iniungi solet, non solum qua ndoquis infamatur de delicto, verum etiam de defectu natalium *capit. accedens*, vbi gloss. *verb. purgationi de purg. can.* vbi ait purgandum esse per testes, led Butr. *ibid. nu. 9.* illum reprobat, dicens sufficere per iuramentum, prout reprobat etiam Abb. *n. 4.*

13 Quæritur secundò, qualiter fieri debeat purgatio Canonica?

Respondetur, quod ille, qui vt dictum est infamatur de aliquo crimine, conuenitur per Iudicem Ecclesiasticum ad se purgandum. Et sic iurare debet corporaliter super Sacrosancta Dei Euangelia, se immunem esse à crimine, super quo dicitur infamatus. *cap. accepimus; & capit. constitutus de purgat. canon.* Et si delictum sit tale, quod potuerit per alium committi suo nomine, vt est crimen Simoniæ, & similia, iurare debet quod pro tali re spirituali, nec ipse per se, nec per interpositam personam, nec alius pro eo, se sciente, pretium temporale recepit, vel dedit; neque cœpit, aut dari mandauit, aut consensit *cap. quoties de purg. canon.* Neque consilium tale dedit, aut auctoritatem præstitit, aut ratum habuit. *capit. si quis vidnam 50. distinct. capit. audiuimus 2. quæst. 5. & d. cap. quoties.* latè Præposit. *in cap. 5. & cap. habet hoc 2. quæst. 4.* & Specul. *lib. 3. tit. de abolition. & purgat. §. 2. n. 5. cum seqq.* Quod procedit, etiam si voluisset non iurare. Ioan. Andr. *ad Spec. vbi sup. in verb. iurabit.*

14 Assumuntur aliquando compurgatores. *vt in cap. legitimi 2. quæst. 4.* in quo ex Concilio Agatensi determinatus fuit numerus, nimirum si fuerit Sacerdos, vt adhiberentur septem Sacerdotes; Si Diaconus cum tribus Diaconis. Quamuis huiusmodi numerus hodie non seruetur; sed Iudicis Ecclesiastici arbitrio remittitur, quia talis solemnitas sublata fuit per Concilium Hilirdense, *vt in c. presbyter. §. à plebe; & à cap. omnibus 2. qu. 4.* & vtrobique gloss. & DD. Abb. *in cap. 1. de purgat. canon.* Vnde cum numerus prædictus sit arbitratus, vt inquit glos. *in d. cap. omnibus, & in cap. inter sollicitudines verb. quatuordecim, de purg. canon.* & Hostiens. *in d. sum. num. 4. §. quoties numerus vers. sed certè.* attendere debet conditionem, & qualitatem personarum; quantitatem infamiæ, & atrocitatem delicti, *vt in d. cap. omnibus.* Quando verò adhibentur testes compurgatores, iurare similiter debent super sancta Dei Euangelia, quod ipsi credunt, illum verum iurasse; vel quod secundum eorum conscientiam ille sit immunis ab illo crimine, & quod bonum exhibuit iuramentum. *d. capit. constitutus, & capit. quoties de purgat. canon.* Vel quod credunt, illum, qui purgatur, dicere veritatem, & esse bonæ famæ. *cap. de testib. eod. tit. de purg. can.* Huiusmodi purgatio erat in frequentiori vsu apud Priscos Rom. teste Bondo *lib. 4. de gestis Romanor.*

15 Et nota, quod non est indicenda purgatio, nisi facta diligenti perquisitione ad inueniendam veritatem delicti *c. Accedens de purgat. canon.* Præposit. *in cap. 1. 2. qu. 4.* sed si factis diligentiis non oriuntur inditia, ex quibus deueniri possit ad torturam, aut condemnationem; & infamatus de delicto non est confessus, neque conuictus; tunc quia remanet nihilominus aliqua infamia, quæ præsertim in Clericis, importare solet aliquod scandalum, inducitur huiusmodi purgatio per Ecclesiasticum Iudicem ad prorsus eliminandam ab eo omnem infamiam. *cap. presbyter. 2. quæstion. 4. & cap. 1. cum seqq. de purgat. canon.*

Quinimò neque à quocumque Iudice iniungitur, sed solùm ab eo, qui cognoscit, vel cognoscere debet delictum, de quo quis est infamatus, aliàs infamatum non reuelaret. Petr. gregor. *in synt. Iur. vniuer. lib. 48 cap. 15. num. 19. per text. in cap. cum dilectus in fin. de purg. canon. cap. ad audientiam. de consi. & cap. licet de offic. legat.*

16 Medio autem tempore, quo Iudex Ecclesiasticus inquirit super delicto, de quo Clericus est infamatus, suspenditur ab officio, & beneficio ad tempus, quousque veritas appareat, quando atrocitas criminis ita postulauerit; aut aliàs oriretur scandalum, si permitteretur, infamatum in ipsis perseuerare. *cap. inter de purg. can.* Item, quando delictum non est atrox, neque oriretur scandalum, si factum esset successiuum; puta adulterium, fornicatio, & huiusmodi, infamatus debet ter moneri, vt se corrigat, & si fama adhuc perdurat, nec ille se correxit quantum debebat, vt mala fama auferretur, vsque ad purgationem; adhuc suspendendus erit ab officio *d. cap. presbyter.* & ibi gloss. *latè 2. q. 4. cap. 2. de purg. canon.*

Quod si infamatus post monitiones sibi factas ita virtutibus inhæserit, vt mala fama purgata remanserit; vel factis diligentiis, licet delictum probari non potuerit; tamen adhuc infamia remansit; purgatione indicta restituitur ad officium, & beneficium, de quo suspensus fuerat. Abb *in capitul. 2. de purg canon.* quia contraria contrariis curantur. *capitul. 1. de pænit. dist. 2.*

17 Et ratio est, quia aliàs sequeretur scandalum, quod quantum fieri potest, euitari debet, vt habetur Matth. *cap. 8. & 1. Corinth. 8. & in c. 1. §. item sicut 23. qu. 3.* Vnde D. Thom. *in 2. 2. q. 43. art. 7.* ait, quod ratione scandali etiam spiritualia aliquando sunt tenenda, aut occultanda, vel ad tempus differenda sunt, quousque scandalum cesset; dummodo spiritualia illa non sint de necessitate salutis. *capitul. de his, verb. 50. dist.* Hinc est, quod Christus Dominus, & Redemptor noster, cum nulli subiectus esset, legibus, ratione scandali soluit tributum, vt habetur Matth. 17. *& in cap. inter verba §. 1. qu. 3.* Item ad euitanda scandala seruari debent aliquando à personis consuetudines Regionum, dummodo non sint contra salutem Animæ. *cap. illa 12. dist.* Item ratione scandali ad sacros ordines promouentur aliquando, qui aliàs non promouerentur. *cap. aliquantos 51 dist.* Et ratione scandali permittebatur presbyteris olim chrisma conficere. *cap. presbyteros 95. dist.* Sic ratione scandali vitandi remouentur à beneficiis Clerici de aliquo delicto infamati. *d. cap. de his verb. 50. dist.* Item ratione scandali vitandi dantur defensiones in quæstionibus hæresis, & conceduntur reperta sine nominibus testium. *cap. fin. de hæret. in 6.* Et tandem, vt euitetur scandalum, receditur aliquando à regulis iuris *cap. non potest. 23. qu. 4.* quia scandalis obuiandum est. *clement. 1. de offic. ordinar. clement. 1. de immunit. clement. 1. de sentent. excom. & clem. pen. in princ. eod. tit.* & ibid. Cardinalis plenè notat.

18 Vlteriùs est notandum, quod in materia purgationis, si fortè infamatus, cui per Prælatum indicta fuit purgatio, defecerit in purgatione, habetur pro conuicto de illo crimine, de quo est infamatus, & vt talis puniri potest. Abb. *in cap. 1. cum P. de purg. canon.* Hostiens. verò *in summ. de purg. canon. §. qua sit pæna. in fin.* & Anan. *in cap. accedens. de accusat.* tenent, quod talis deficiens in purgatione puniri debet pæna arbitraria non pæna ordinaria, ob rationes, quas ibidem afferunt. Quomodo autem feratur sententia purgationis canonicæ, & iuramenti forma, *vide inferiùs n. 30. & seq.*

19 *Quæro verò an*, in principio proposito, quando scilicet absolutur quis per sententiam, vigore transactionis, vt si quis accusatus de aliquo crimine transegit, seu composuit se cum accusatore: tunc non potest iterum accusari ab eodem accusatore pro eodem crimine, si transactio valida est, *l. transigere C. de transaction.* Decian. *in dis. 30. num. 10.* Farinac. *d. quæst 4. nu. 31.* vbi latè. Ab Alio tamen tertio benè accusari poterit, quia transactio cum accusatore facta, tertio non præiudicat, iuxta tradita. *in dd. transigere*, & ibi per DD. & fusè Marant. *in specul. aur. d. part. 6. vers. & permittitur aliquando num. 55. cum seqq.*

Si autem transactio non valeret, accusari vtique iterum poterit à tertio: sed ab eodem accusatore, cum distinctionibus, & declarationibus allatis à Felino, & Abb. *in capitul. de his, de accusat.* & Bart. *in lib. si maritus. §. si negauerit, ff. de adulter.*

20 Sed numquid poterit Iudex ex officio procedere, non obstante transactione, seu compositione facta cum accusatore?

Respondetur affirmatiuè cum Speculator. *in lib. 3. tit. de abolition. & purgation. §. 1. num. 9.* per text. *in l. Ita vulneratus, §. quod dilectio ff. de publ. & l. transigimus, C. de offic. Rector. Prou. vers. censura nostra vigore.* Et hoc, ne crimina remanerent impunita, contra dispositionem textus *in c. vt fam. de sent. excom. & l. ita vulner. ff. ad leg. Aquil.* Quod quidem intelligendum est in crimine publico, vel in quo non licet transigere: in aliis verò non poterit Iudex proce-

procedere. Specul. *ubi sup. n. 10.* & nos alibi supra alia occasione latius diximus.

21 Quid autem Iuris, si quis absolutus fuerit à crimine deducto in iudicio per viam exceptionis, non possit iterum accusari?

Respondetur affirmatiue, cum Abb. & Imol. *in d. c. de his, de accusat.* Bart. *in l. si cui §. 1. numer. 3. ff. de accusat.* Decian. *in d. tract. crim. lib. 3. cap. 30 numer. 3.* quia cum crimen deducitur via exceptionis, non punitur pœna ordinaria ipsius. *cap. 1. de except. cum dilectus. § fin. de ordin. cognit.* Marant. *ubi sup. num. 85.* Clar. *quæst. 19. vers. per exception.* ibi: *Sed verum est.* Limitatur, quando opponeretur crimen, quod puniendum esset pœna ordinaria: vt ait Abb. *in d. cap. cum dilectus col. 16.* vbi iste post Alios declarat, quando hoc sit, & Felin. *in d. cap. de accusat.*

22 Idem dicendum erit, quando quis absolutus, fuit à crimine deducto in iudicio per viam denunciationis: nam tunc iterum accusari poterit sic absolutus ob eamdem rationem, quia non fuit punitus pœna ordinaria, cum causa ad emendationem, non ad pœnam tendat. *cap. 2. de accusat.* Marant. *loc. cit. n. 85.* Quod limitatur, quando Iudex, vigore denunciationis, ordinariè processit, & seruatis seruandis sententiam protulit. Felin *in d. cap. de his limit. 4.* Abb. *in cap. innotuit 1. col. antepen. de iudic.* Salic. *in l. ea quidem C. de accus.*

23 Idem quoque dicendum veniret, quando quis absolutus fuisset à crimine deducto in iudicio ciuiliter tantum, puta ad recuperationem propriæ rei: nam tunc sic absolutus posset iterum accusari criminaliter. *lib. 1. C. quando ciuil. act. crimin. praiud.* Marant. *latè ubi sup. numer. 96. & seq.* vbi Alios citat.

Limitatur tamen, quando vtraque pœna tenderet ad vindictam. *l. quod senatus, & l. prator. edict. §. 1 ff. ad adulter.*

Limitatur secundo, quando fuisset pronunciatum, quod delictum commissum non fuit; secus si fuisset dictum, quod non fuit probatum: nam in priori casu ab eodem accusari non posset. *l. si quis cum totum ff. de except. rei iudic.* sed à tertio bene poterit accusari. *l. lib. qui de crimine C. qui accus. non poss.* & ibi Gloss. Felin. *in d. c. de his limit. 6. de accus.*

24 Sed quæritur, an absolutus à crimine in foro pœnitentiæ, possit iterum accusari in foro fori?

Respondetur affirmatiue, *per text. in capitul. admonere te, & ibi Gloss. in verb. pœnitentia 33. quæst. 2. c. si quis omnem 1. quæst. 7. cap. quoniam multa 48. dist. & c. placuit 50. dist.* tradunt Gloss. Abb. & plenius Felin. *in d. c. de his limit. 5.* quem allegat Marant. *ubi supra. nu. 87.* vbi de communi Menoch. *de arbitr. cent. 6. cas. 593. nu. 31.*

25 Quæritur secundò, an si quis absolutus, vel punitus fuerit in foro sæculari possit iterum accusari, & puniri, vel absolui in foro Ecclesiastico, & è contra?

Respondetur Affirmatiue, quando delictum esset mixti fori, & de eo cognoscere posset Iudex Ecclesiasticus, & sæcularis, vt est vsura, blasphemia, & similia, de quibus late agemus *in 2. tom. part. 5 num. 10.* quando sufficienter punitus non fuisset a primo Iudice, ita Abb. *in cap. cum de prec.* plene Felin. *in d. cap. de his limit. 11. de accusat.* Bald. *in l. placet. C de Sacros. Eccles. & in lib. si quis in hoc genus. C. de Episc. & Cler.* late Cyn. Salicet. & idem Bald. *in l. qui sepulcr. C. de sepulcr. viol.* Roman. *in cons. 375.* sequitur. Clar. *in quæst. 57. vers. ideo quero,* & ibi Baiard. late. Et ratio est, quia cum diuersæ pœnæ imponuntur per diuersas leges, vna non tollitur per aliam, vt *est text. in c. fin. animas,* & ibi Abb. *de maledic. & in cap. felicis §. super hoc de pœn. in 6.* Idem Abb. *in d. cap. cum de prec.* & late Afflict. *in constitut. Regni incipient. Multa legis in secunda notab.* latius vero conclusionem præfatam examinat F. rinac. *in d. quæst. 4. nu. 7. cum seqq.* & latissime Scacci. *de iudic. lib. 1. cap. 12. num. 8. cum plurib. seqq.* vid. Guazz. *defens. 2. d. cap 7. numer. 55. & defens. 35. capit. 11. nu. 2. & 3.*

26 Quæritur tertiò, an Reus per viam inquisitionis, si fuerit postea absolutus, possit iterum accusari?

Respond. cum distinctione: aut enim loquitur de Iure Canonico; aut de Iure Ciuili. In priori affirmatiue concluditur, quia secundum Ius Canonicum non imponitur pœna ordinaria, quando proceditur per viam inquisitionis, sed delicta puniuntur pœna extraordinaria. *c. inquisitionis de accusation.* Vnde ad effectum puniendi pœna ordinaria, iterum accusari, potest. In secundò verò casu concluditur negatiue, quia de Iure Ciuili imponitur pœna ordinaria, etiam si procedatur per inquisitionem. Bart. *in l. 2 § si publico ff. de adulter.* Felin. *in d. c. de his de accus.*

27 Vltimò quæritur, an Vicarius Episcopi ex Generali mandato tantum, nisi etiam speciale habeat, possit Reos subditos absoluere?

Respondetur negatiue, per text. *in cap. licet de offic. vicar. in 6.* vbi Archid. & Alii. Quidquid dicat Marian. *in cap. qualiter 2. de accusat.* Sande. *in cap. non potest col. 3. de re iudic.* quos sequitur Diaz. *in pract. crim. canon. tit. officialis et Vicario,* qui dicunt posse Vicarium absoluere, quamuis non condemnare per text. *in l. fin. C. ubi senator. vel clariss.* Et ratio primæ sententiæ, (quam ego sequor innixus auctoritati Doctorum, quos retuli supra *part. 1. sect. 2. subsect. 2. num. 64*) est quia in *d. cap. licet,* permittitur solum Vicario ex vi generalis mandati, vt possit inquirere ad effectum referendi Episcopo, non autem ad effectum puniendi, ergo sicut non potest punire sine mandato speciali, sic neque absoluere, aliàs frustra permitteretur relatio, si posset absoluere. Ad textum. verò. *d. l. fin C. ubi senator.* respondetur, quod non est eadem ratio *l. fin. cum dicto cap. licet,* nam ibi agitur de casu speciali reseruato à principe; ob eminentiam dignitatis, hic vero agitur de casu generali, quia in omnibus ablata est potestas condemnandi.

28 Vnde firma remanet conclusio illa quod qui non potest condemnare, non potest absoluere. *l. nemo qui condemnare. ff. de reg. iur.* Menoch. *de arbitr. Iud. lib. 1. qu. 43. num. 2. vers. altera est negatiua, & num 25. cum seqq.* Caed. Tulch. *practicar. conclus. litt. A. conclus. 40. num. 1.* Eadem enim est potestas ligandi atque soluendi. *cap. verb. de pœnit. dist. 1. cap. cum inferior. de maior. & obedient.* Et è contrario ille, qui potest condemnare, potest etiam absoluere. *l. lib. 3. ff. de re iudic.* Felin. *in cap. auditis num. 20 in fin. de præscript.* quia absoluere, & condemnare conuertibilia sunt; vnde qui potest vnum, potest & aliud. Farinac. *in Fragment. crimin. part. 1. litt. A. numer. 7.* Felin *in d. cap cum inferior. num. 4. de maior. & obed.* Menoch. *de quæst. 43. in prin.*

PRAXIS PROCESSVS.

---

29 Quoniam quæ dicta sunt in præcedenti Sectione, signanter *à num. 59. cum seqq.* de sententia condemnatoria, magna ex parte accomodari possunt, & effectiuè adaptari solent, etiam in Sententia absolutoria; ideo non multum in illis insistemus, sed tantum propriam formam sententiæ absolutoriæ subiungemus in præsenti Sectione, ne sicco vestigio præterire videamur; est igitur eius forma, prout sequitur vel huic similis, videlicet.

Forma sententiæ Absolutoriæ.

In Christi Nomine Amen.

Nos N. de N. V. I. D. Prothonotarius Apostolicus (si talis sit) ac Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Episcopi N. in spiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis, &c. (siuè Gubernator, seu Iudex talis, &c.) Cognitor, *decisor, & Iudex ordinarius causæ, & causarum* (siuè in causa, & causis,) *quæ versa sunt, & vertuntur inter Dominum Promotorem Fiscalem huius Episcopalis Curiæ N. ex vna, & N. de N. loci N. reum conuentum partibus ex altera, super imputatione, quod dictus N. homicidium commisisse in personam N.* (siue quod volneraverit N. vel commercium Carnale habuit cum N. vel aliud tale, vel tale delictum commisit; & hinc inferatur tota series facti prout fuit inquisitio in processu) *& alias, prout latius in actis, & processu, &c. quibus, &c. Visa longa carceratione dicti N. Visis testium depositionibus, visa eiusdem N. negatione, in qua etiam in tortura perseverauit, Viso termino ad se defendendum illi dato, visis eiusdem defensionibus, testiumque depositionibus ad eius defensam examinatis, ac perpensis, visis omnibus rationibus, & iuribus pro eius parte deductis, & allegatis, oretenus, & in scriptis; auditoque in omnibus Curiæ Promotore Fiscali; Viso tandem toto processu, visisque omnibus aliis videndis, & considerato de Iure considerando; Visa denique* [illegible]*, & citatione*

parte

pariter rite, ac tidem facta pro hac die, & hora ad audiendam sententiam.

Christi nomine repetito pro tribunali sedentes, &c. ac solum Deum prae oculis habentes, dictum N culpabilem non repertum ex hactenus deductis. &c. nec de iure inuisibilem hoc nostra diffinitiua sententia, quam in his scriptis: ferimus: absoluimus, & liberamus, ac pro absoluto, & liberato haberi volumus, & mandamus: Fisco pro hac causa, vt supra, perpetuum silentium imponendo, &c & ita dicimus, declaramus, pronunciamus, liberamus, absoluimus, ac diffinitiuè sententiamus, & amplius non molestari mandamus, non solum isto sed omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciaui Ego N Vicarius Generalis, &c. fiat.

Gubernator, &c.

Lata, data, etc. prout in praecedenti sectione n. 66.

30 Vbi verò fieri necesse erit purgationem Canonicam, vt supra dictum est, seruatis prius seruari solitis in aliis iudiciis quoad acta ordinatoria, proferenda est sententia, prout infra, vel huic similis, videl.

Forma sententiæ Purgationis Canonicæ.

Christi nomine inuocato. Nos N. de N. etc. vt supra (si verò fuerit superior Regularis, cum & ipse purgationem indicere possit suis Religiosis subditis, dici poterit:) *Nos Abbas Monasterij N. vel Prior,* seu *Guardianus, &c. talis Religionis,* vel *Iudex Delegatus in hac causa, prout in actis, &c. Visis auditis, & maturè consideratis omnibus, de quibus N. de N. &c. fuerat inquisitus, ob infamiam,* vel *accusationem.* vel *denunciationem,* v. g. *Illum carnale commercium habuisse cum N. de N muliere loci N.* vel *occidisse,* vel *vulnerasse N. &c. & cum infamia contra ipsum exorta probationem veram, seu certam non habeat, sed tantum rumor vagus, & incertus circumferetur: Ex quo aduersus illum talis infamia scandalum generat, ob probabiles quasdam coniecturas in processu non purgatas: ipsoque audito; Auditisque iis, quae ab eius Aduocatis & Procuratoribus ad suam defensam adducebantur, ne fama eius sic maculata remaneat, Deum prae oculis habentes, vt de illius vultu nostrum iudicium prodeat, & oculi nostri videant aequitatem, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam his scriptis ferimus. Christi nomine repetito pro tribunali sedentes, &c. sententiamus, declaramus, & pronunciamus dicto N de N. iniungendam esse Canonicam purgationem, prout illi per hanc nostram sententiam iniungimus, ratione asserti delicti, de quo est imputatus, & diffamatus, vt supra, & ipse negauit commisisse, et mandantes, vt infra tot dies coram nobis iusiurandum praebeat ad Sancta Dei Euangelia, manibus illa tangendo, se in praedicto delicto esse immunem, & crimen ipsum nullo modo attentasse, ac vt vna cum ipso septem alij Sacerdotes,* seu *Religiosi eiusdem ordinis, ac probata vita;* (quando placuerit illos adhibere, vt supra dictum fuit) *& nulla exceptione maiores pari modo iurent, se credere illum verum iurasse. Reseruantes nobis potestatem, iuxta Canonicas Sanctiones proferendi aliam sententiam punitoriam, si integrè purgationem non praestiterit; vel absolutoriam, si praestiterit. Ita pronunciaui. Ego N. Vicarius Generalis,* siue *Abbas* siue *Prior* siue *Guardianus ordinis N. &c.*

Lecta, lata, & publicata fuit haec sententia pro tribunali sedentes in tali loco N. die... mensis... anni... praesentibus pro testibus ad hoc specialiter vocatis N. N, & N.

N. Notarius, &c.

31 Post quam sententiam fieri debet purgatio intra terminum in ea praefixum, quae talis erit, vt sequitur.

Forma faciendi purgationem Canonicam.

Die... Mense... Anni... Constitutus personaliter N de N. coram Perillustri, & Reuerendissimo Domino Vicario Generali Episcopi N. vel *coram Adm. R. P. Abbate N. monasterij N.* seu *coram P. N. Priore conuentus N. Religionis N, &c. reuerenter, & humiliter exposuit, se paratum esse, Diuina ope, praestare purgationem Canonicam, iuxta formam, & modum illi in sententia praescriptum per ipsum D. Iudicem, siue, &c. Quam oblationem ipse D. Iudex admisit, si, et in quantum, etc. asserens se paratum ad eam suscipiendam, iuxta Canonicas Sanctiones. Et statim aperto libro Euangeliorum dedit ei iuramentum de veritate dicenda, & dictus N de N. manibus tangendo Euangelium, dixit: Ego N. per hoc Sacrum Dei Euangelium, dixit: Ego N per hoc Sacrum Dei Euangelium iuro, me esse immunem, & non commisisse homicidium, vel adulterium, siue &c. de quo sum suspectus, & infamatus.* Et sic se subscribebat. *Ego N. de N. iuraui, prout supra, & propria manu me subscripsi, &c.*

32 Quòd si Iudici placuerit adhibere compurgatores, qui esse debent homines probatae vitae, & omni exceptione maiores & qui experientiam habeant, anteactae vitae, & morum infamati, *vt in cap. cum P. monicella.* vbi Gloss. *& can. cum dilectus de purg. cano.* Et eisdem ordinibus insigniti, sicut infamatus, *vt in cap. si legitimi et c. si mala fama 2. q. 4. & in cap. inter sollicitudines de purgat. can.* & notatur per Hostiens. *in sum. de purgat. can. num. 1.* vbi etiam ait, quod si haberi nequeunt adhiberi possunt, etiam Laici, deficientibus Clericis, imò etiam foeminae, si homines commodè haberi non possint. *arg. cap. in decima 16. quaest. 2. tunc post praestationem praedicti iuramenti, iuxta tenorem in sententia sibi praescriptum, septem abeuntes compurgatores Sacerdotes,* si fuerit Sacerdos Saecularis, vel *eiusdem ordinis,* si Regularis, vel *tres* si fuerit Diaconus, vel Subdiaconus, &c. *qui omnes, tamquam idoneos praedictus D. Iudex admisit illisque accersitis manifestauit se N. de N. esse suspectum, & infamatum commisisse adulterium cum tali muliere, siue homicidium in personam N. siuè &c. & iurasse per Sancta Dei Euangelia, se esse immunem à tali delicto. Ipsosque iurare debere, se credere verum iurasse.* Quibus per ipsos auditis, *& affirmantibus se promptos, statim aperto libro Euangeliorum, vnusquisque eorum manibus super Euangelio positis vnus post alium sic iurauit: Ego N. de N. vocatus in compurgatorem pro N. de N. iuro per hoc Sanctum Dei Euangelium me credere illum verum iurasse,* & quilibet eorum sic se subscribat: *Ego N. de N. iuraui, prout supra, & propriâ manu me subscripsi, &c.*

N. Notarius, &c.

33 Quibus peractis citari debet in scriptis Reus infamatus, qui se purgauit, vel oretenus per Iudicem moneri, vt tali die, & tali hora compareat ad audiendam sententiam expeditionis suae causae; & huiusmodi monitio, vel citatio redigitur in actis cum relatione Cursoris; & in illa die, & hora praescriptis, proferenda est sententia, tali vel simili modo, videl.

Forma sententiæ Absolutoriæ infamati, post purgationem canonicam.

Christi nomine inuocato. Nos, &c. vt suprà. *Cum in sententia per Nos lata die..., mense... praesentis anni....., indicta fuerit purgatio Canonica N. de N. super asserto crimine adulterij cum tali muliere,* siue *homicidio N. &c. quod, & si ipse illud commisisse negauerit, quia tamen infamia; & suspicione laborabat, praedictam purgationem illi indiximus, quam cum coram Nobis praestitisset infra terminum, & iuxta modum sibi assignatum. Qua visa, & considerata, consideratàque dispositione Sacrorum Canonum; discussisque maturè omnibus, quae erant discutienda: Deum prae oculis habentes, vt de illius vultu iudicium nostrum procedat, per hanc sententiam, quam in his scriptis ferimus. Christi nomine repetito dicimus, declaramus, pronunciamus, & diffinitiuè sententiamus d. N. de N. purgationem sibi impositam canonicè perfecisse: ideoque in posterum illum existimandum, & habendum esse à supradicto adulterio, siue homicidio, &c. immunem, ac innocentem: & omnem suspicionem, & infamiam fuisse, & esse sublatam: & quatenus expedit, & opus est, eum absoluimus, & liberamus; non solum praemisso: sed omni meliori modo, quo de iure fieri potest.*

N. de N. ita pronunciaui, &c.

Lecta, lata, etc. vt supra, etc.

Quando verò infamatus deficeret in purgatione, secundum quosdam Doctores; condemnandus erit poena ordinaria, vt d. aut. *sup. num. 15.* sed. Hostiens. *ibid. supra legatus* ait, hoc procedere posse, agatur via accusationis; alias poena esset arbitraria quae semper est minor ordina. Abb. *in cap. accedens. numer. 5. de accusat.*

De reliquis quilibet Iudex ex se decernere poterit, secundum diuersitatem factorum occurrentium.

SECTIO XVIII.

De modo, & forma procedendi ad sententiam contra Reum absentem in contumaciam.

SVMMARIVM.

1 *Requisita necessaria ad transmittendam inquisitionem Reo absenti, quæ sint?*
Corpus delicti in primis constare debet.
2 *Inditia legitima requiruntur ad transmittendam inquisitionem.*
3 *Inditia legitima ad inquisitionem, quæ dicantur.*
4 *Inquisitio, seu citatio Reo absenti, qualis esse debeat.*
5 *Inquisitio transmitti debet Reo absenti in domo solitæ habitationis.*
6 *Statuta loci seruanda in transmissione inquisitionis, seu citationis.*
7 *Personæ Ecclesiasticæ regulariter non ligantur statutis Laicorum.*
Statuta Principis sæcularis non ligant Clericos.
8 *Ordinem in processu formare tenentur, etiam Clerici, si sint Iudices laici.*
9 *Bannum continere debet pœnam, sed qualem?*
10 *Fuga dicitur esse indicium delicti commissi.*
11 *Ordo procedendi contra contumaces non est vbique idem.*
12 *Inquisitio, quid continere debeat?*
13 *Stylus Curiæ seruandus in omnibus, præsertim in inquisitione Reo transmittenda.*
14 *Monitorium in Romana Curia contra Inquisitum, qualiter formetur.*
15 *Citationum forma iuxta stylum Romanæ Curiæ.*
16 *Inquisitionis forma, quæ?*
17 *Citatio cum insertione inquisitionis.*
18 *Citatio sine inserta forma inquisitionis.*
19 *Citatio aliquem bannimenti, qualis prius esse debeat.*
20 *Banni Decretum, quale?*
21 *Bannum, quid continere debeat?*
22 *Bannum, qualiter formandum; & eius publicatio.*
23 *Banni intimatio qualiter fiat.*
24 *Banni Relatio, qualiter facienda.*
25 *Instantia Fisci pro condemnatione Rei, qualis?*
26 *Citationes ad sententiam decretum, quale?*
27 *Citatio ad sententiam, qualis?*
28 *Relatio Nuncij super citationis executione.*
29 *Instantia Fisci noniter facta pro condemnatione.*
30 *Sententia in contumaciam, qualiter formanda.*
31 *Publicatio sententiæ, qualis?*
32 *Relatio intimationis sententiæ, qualis?*
33 *Ordinationes Sacræ Consultæ circa acta contumacialia, quæ?*
Acta contumacialia qualiter fiant?
34 *Declarationes earundem.*

IN superioribus dictum fuit de modo legitime procedendi, et formandi, & processum contra Reum delinquentem in fortis Curiæ existentem, qui per Diffinitiuam sententiam, vel condemnatur, vel absoluitur, secundum merita causæ, iuxta allegata, & probata in Actis. Verum quia euenit aliquando, vt procedi necesse sit contra Reum absentem in contumaciam, quia forte post captas contra ipsum informationes per Iudicem super delicto, se absentauit, ne carceraretur: Ideo in præsenti videndum remanet, quomodo formandus sit processus contra Reum in contumacia, ad effectum, vt rite, & recte deueniri possit ad sententiæ prolationem contra eundem. Quare pauca nobis de more breuiter prælibanda offeruntur. Et Primò, quæ requirantur ad rite, & recte procedendum ad sententiam contra contumacem. Secundò, an vbique seruetur idem Ordo procedendi in contumaciam.

1 *Quoad primum*, notandum est, plura requisita præcedere debere, adhuc, vt contra Reum absentem deueniri possit ad sententiam condemnatoriam in contumaciam.

Quorum primum est, vt Iudex informationes capiat de delicto, formando processum, siuè procedat per Accusationem, siuè denunciationem, inquisitionem, siuè per alium modum, examinando testes pro Curiæ instructione. Et ante omnia constare faciat in processu de corpore delicti, iuxta notata *in l. 1. §. item illud. ff. ad Syllanian.* vbi DD. *& dixi supra sect. 1. numer. 35. cum seqq.* & adducunt Rimin. Iun. *cons. 683. num. 14. vol. 6.* Farinac. *consil. 89. n. 55.* vbi ait, quod sententia contumacialis non supplebit corpus delicti; *& in quæst. 2. num. 1.* vbi Alios cumulat. Fab. Turret. *cons. 57. n. 8.* vbi inuehit contra quosdam Iudices imperitos, procedentes contra reum sine probatione corporis delicti, & Dertan. *in respons. 96. n. 19. vol. 3.* vbi ait, hoc verum esse, etiam vbi adesset statutum, vt contumax haberetur pro confesso.

2 *Secundum requisitum* est, vt si Reus sit ab aliquo accusatus, vel contra illum alio modo procedatur, habeat contra se sufficientia inditia in actis redacta, quia alias inquisitio, seu citatio, siuè monitorium contra ipsum transmissum, vt patebit inferius, erit nullum. Plot. *consil. 52. n. 17.* & desumitur ex traditis per Clar. *in pract. cr. q. 5. vers. scias etiam, & qu. 6. in princ. & fere per tot. & qu. 20. vers. ad formandam*, vbi de communi testatur. Boss. *de inquis. nu. 21.* Grat. *cons. 50. n. 10. vol. 2.* Farinac. *in pract. crim. q. 11. n. 4.* Scaccia *in tract. crim. lib. 1. c. 84. n. 3. & 37.* & latè *in cap. 97. n. 198* Guaz. *defens. 9. c. 1. num. 2.* & Chart. *in pract. de exec. sent. s. fi. n. 59.* Idem statutum est etiam per *Bullam* Pij V. 137. & 40. incip. *licet alias*, vbi similiter habetur, quod Rei condemnati in contumaciam audiri non possunt, si compareant, nisi in carcere constituti. Imò sententia contumacialis sustineri non posset, nisi præcesserint legitima inditia, saltem sufficientia ad inquirendum. Andr. Facchin. *in controuers. iur. lib. 9. c. 40.* latè Magon. *dec. flor. dec. 22. n. 2. & 4.* vbi etiam habetur hoc verum esse, siuè procederetur per viam inquisitionis ex dispositione Iuris communis, siuè municipalis. Idem firmat Clar. *locis præcit.*

Quod est adeo verum, vt si Iudex in ipsa inquisitione, seu citatione, quæ Reo absenti transmittitur, dicat Reum fuisse de crimine diffamatum, adhuc ei non credatur, nisi legitimè constiterit, quia eius assertioni non staretur. Menoch. *de arbitr. l. 1. q. 76. num. 8* Magon. *d. decis. 22 n. 2. & 5.* Clar *q. 31. vers. fama publica.* Imò neque valeret citatio prædicta sine præcedentibus inditijs, etiam si fieret vigore cuiuscumque arbitrij Iudici concessi à Principe Supremo. Rolan *consil. 3. n. 11. l. 1.* Grat. *consil. 97. n. 8. lib. 1.* Magon. *ibid. n. 8.* vbi Addent. *lit. B.* Farinac. *d. q. 11. nu. 43.* Et ratio est, quia Princeps mandare non potest vt transmittatur citatio non præcedentibus legitimis inditijs Boss. *de inquisit. num. 23.* Plot. *cons. 90. num. 2. in fin. & n. 4. lib. 1.* Caualcan. *in pract. de testib. p. 3. num. 109.* Turret. *consil. 66. num. 1.* Farinac. *vbi sup. num. 41.* Magon. & Addent. *d. lit. B.* Quamuis Bald. *in l. nullus num. 1. C. ad leg. Iul. maiest.* contrarium teneat, quem refert Angel. *de malefic. in vers. quod fama publica num. 5.* potest tamen intelligi dictum Baldi, quando Princeps motu proprio, & ex certa scientia diceret sibi constare de crimine quia tunc scientia Principis supplet omnem defectum. Clar. *d. nu. 64. vers. fama publica*, & ibi Addent. Plot. *cons. 60. num. 6* Magon. *d. dec. 22. n. 7.* Secus si fiat citatio ad instantiam partis, quia tunc non præsumitur scientia. August. ad Angel. *vbi sup.* quem refert & sequitur Guazz. in *d. defens. 9. cap. 1. numer. 9.* Farinac. *d. q. 1. num. 42.* & latè Scacc. *in tract. crimin. lib. 1. cap. 84. num. 20.* vbi Alios allegat. Et hæc conclusio, vt præcedere debeant legitima inditia ipsam inquisitionem, locum habet etiam in crimine læsæ maiestatis. Angel. *de malefic. in vers. che bai tradito, la tua patria in princ.* Decian. *respons. 18. num. 52. vol. 1.* Roland. *cons. 57. numer. 10. & 14. lib. 4.* Farinac. *d. qu. 11. num. 34.* Alioquin Iudex procedens ad inquisitionis seu citationis transmissionem, sine legitimis inditijs præcedentibus, si esset Laicus, teneretur in syndicatu ad resarcienda damna, & interesse per partem passa. Roland. *cons. 94. num. 13 lib. 4. & cons. 17. numer. 6. lib. 3.* Farinac. *ibid.* Magon. *d. decis. 22. numer. 13.* & ibi Addent. *dict. lit. B in fin.*

3 Sed dubium est, quæ indicia dicantur legitima ad effectum transmittendi Reo absenti inquisitionem, seu citationem, cum in hoc plurimum discordent Doctores inter se, vt testatur Farinac. *in d. q. 1. num. 45.* & Facchin. *controuers. iur. lib 9 cap. 15. in*

15. *in pr.* vbi enunciant quinque opiniones, prout facit etiam Turret. *consil. 9. num 11* vbi Alios cumulat; ad quod respondetur breuiter omissis disputationibus, cum Chartar. *in pract. tit. de exec. sent. praecs. cap. final. numer. 69.* Farinac. *in d. qu. 11. sub num. 17. vers. aduerte primò*. Scarria. *d. lib. 1. cap. 84. num. 8.* Guazzin. *d. def. 9. cap. 2. nu. 1.* & Aliis, quod sufficiat omne illud, quod à Iure approbatum est *l. legitima. ff. de pactis*. Item omne illud, quod legitimum à Doctoribus communiter existimatur. Vnde firmatur conclusio, non requiri indicia necessaria ad inferendam torturam, vt tenent Natt. *cons. 594 nu. 14. lib. 3.* Beccan. *cons. 11. num. 7.* Addent. ad Pract. Papiens. *in form. inquisit. gloss. 1. verb. contumax*, & Alii; sed leuiora sufficere ad transmittendam inquisitionem, seu citationem, vt tenent Decian. *respons. 18. num 57. vol. 1.* Menoch. *de praesumption. lib. 1. qu. 88. numer. 2. & seqq. par. 1.* Farinac. *d. qu. 11. n. 47.* vbi de communi testatur. Carrar. *d. cap fin num. 138.* quam sententiam vti certiorem sequitur Scarc. *in d. cap. 84. numer. 6. vers. contrariam sententiam*. Et ratio est, quia citatio non est tanti praeiudicii, prout est tortura. Plura indicia sufficientia ad transmittendam inquisitionem ponit Scarr. *in d. cap. 86.* vbi dicit esse in Iudicis arbitrio, quae indicia sufficiant. Menoch. verò *in praesu. qu. 28. numer. 11.* sex indicia recenset sufficientia ad transmittendam inquisitionem particularem, vel aliam transmissam substinere, latè de illis agit Farhin. *d. lib. 9. controuers. inr. cap. 15.* & Marrab. ab Anguill. *in consil. 30. n. 14. cum plurib. seqq.* Nota tamen, quod dictum socii criminis non sufficit ad formandam inquisitionem contra nominatum ab illo, vt de communi testatur Plot. *in consil. 47. n. 3. & consil. 52. num. 20.* latè Chartar. *in d. cap fin. nu. 74. & seqq.* vbi Alios concordantes cumulat, & respondet ad Boss. *tit. de inquisit. n. 44.* contrarium tenentem.

4 *Tertium requisitum* est, vt formato processu praecedentibus legitimis indiciis, & constito de corpore delicti, si de persona Reus inquisitus haberi non possit, quia vel malitiosè latitauerit, vel fortè, ne carceraretur, aufugit; transmittatur contra illum citatio, quae communi vocabulo appellatur inquisitio; & in ea inseri debet tota series delicti, de quo loquitur, *vt dictum fuit sup. section. 2. num 77.* & dicemus *inferius nu. 37.* & cum praefixione termini competentis ad comparendum, & se excusandum à delicto, seù delictis in inquisitione, seù monitorio, (vbi per viam monitorii proceditur) contentis, & connotatis; alias opponere posset, quod licet fuisset citatus, non potuit tamen se exculpare, quia non fuit citatus cum inserta forma tenoris inquisitionis, vt tradunt Angel. *de malefic. in verb. Iudex commisit. nu. 3.* Clar. *in d. qu. 31. vers. quaero numquid.* Villagut. *in pract. crim. lib. 1. c. 4. concl. 6. in fin.* Plot. *consil. 72. num. 26. tom. 2. crim.* Chartari *de execut. sentent. capit. 2. num. 187. & seqq.* Farinat. *d. quaest. 1. num. 40.* & Scarc. *in tract. crim. lib. 1. c. 29. n. 7.* vbi dicunt ita communiter ferè vbique seruari; nisi adsit contraria consuetudo, vel statutum particulare, vel seruetur Ius commune, vt ait Chartar. *vbi sup. nu. 388.* Farinac. *ibid. numer. 49. vers. benè verum est*, & latè Scacc. *loc. citat. numer. 7.* & Caualcan. *de brach. reg. par. 2. num. 299. & p. 4. num. 36.*

5 *Quartum requisitum* est, vt dicta citatio cum inserta forma tenoris inquisitionis transmittatur Reo absenti in domo suae solitae habitationis; relicta copia ipsius in manibus domesticorum, ad effectum illi notificandi omnia in ea contenta, ne causam ignorantiae allegare valeat; Clar. *in d. qu. 31. vers. dictum est, cum vers. seq.* Chartar. *de exeq. sentent. dict. cap. fin. nu. 59. & 139.* & Ego ipse *supr. sect. 6. num. 12. cum seqq.* alias contra illum deueniri non posset ad sententiam condemnatoriam; Secus si sic citatus, & relatus non comparuerit infra terminũ sibi assignatum: nam tunc proceditur ad condemnationem in contumaciam seruatis reliquis, de quibus inferius, iuxta comminationem in citatione, seù inquisitione sibi factam, Clar. *in d. q. 31. in princ.* Scaccia latè *in tract. de iudic. crimin. cap. 58. in fin. & cap. 97.* Natt. *cons. 394. nu. 14. vol. 3.* Ambros. *lib. 3. process. informat. cap. 1. n. 4.*

6 *Quintum requisitum* est, vt in citatione, seù inquisitione transmittenda seruetur forma statuti loci, si fortè adsit; aliàs si non seruaretur ad vnguem circa modum procedendi, & citandi, corrueret inquisitio, & totus processus desuper fabricatus. Plot. *cons. 52. nu. 21. lib. 1.* Soccin. Iun. *cons. 37. n. 5. vol. 2.* Farinac. *consil. 86. n. 56.* & Marcabr. ab Anguill. *d. cons 30 n. 3, cum plurib. seqq.* vbi latè; & Alii mox allegandi *numer. seqq.*

Proinde ad euitandas nullitates, maximè in Statu Ecclesiastico, afferam inferius in praxi processus formulam terminorum contumacialium, quam *Barberinam Constitutionem* vocant, & eam secum habere, ac sine vlla diminutione obseruare tenentur omnes Iudices praedicti Status, quae emanata fuit per sacram Congregationem Consultae anno 1641. Et quia processus in contumaciam fieri solent non solum à Iudicibus Secularibus; verum etiam ab Ecclesiasticis, qui aliquando iurisdictionem temporalem in aliquibus locis habent, operae pretium duxi illam de verbo ad verbum subnectere cum omnibus aliis necessariis ad huiusmodi effectum *n. 31.*

7 Sed quaeritur, an Episcopi Statu Ecclesiastici, qui iurisdictionem temporalem non habent, sed spiritualem tantum, seruare teneantur praefatam Barberinam Constitutionem contra Clericos contumaces, vel contra saeculares, qui in eorum Tribunalibus vt contumaces condemnari debent?

Respondetur affirmatiue, quamuis prima facie potius negatiue videretur respondendum, cum talis constitutio sit merè laicalis, quae non ligat Clericos, & Ecclesiasticas personas. *can. benè quidem 96 dist. capit. continua 11. quaest. 1. cap. ecclesia clerici capit. clerici, & cap. qualiter. de iudic. cap. 2. de for. compet. cap. non minus, & capitul. aduersus de immunit. Eccles. capit. quamquam de censib. in 6. capit. 1. clerici, & capit. fin. de immunit. Eccles. in 6. capit. quae in Ecclesiarum, & cap. Ecclesia S. Mariae de constitution.* & vtrobique communiter DD. omnes, *& Authent. cassa & irrita C. de sacrosanct. Eccl.* Carol. de grass. *de effect. clericat. effect. 2. num. 2. & 3* vbi quadraginta Doctores cumulat; & ratio dubitandi prouenit ex eo, quia Sacra Congregatio Consultae (cuius Praefectus tunc temporis erat Eminentissimus ac Reuerendiss. D. Cardinalis Franciscus Barberinus,) est Tribunal merè laicale vt omnibus patet, & statuta Principium saecularium non afficiunt Ecclesiasticos, vt in dictis iuribus probatur. Sed his non obstantibus contrarium partem affirmatiuam in hoc casu sequi non dedignor. Moueor duplici ratione. Primò, quia praedicta Constitutio Barberina respicit publicum, & commune Reipublicae bonum, & quando statutum laicale afferre potest Clericis commodum, & auferre incommodum, dicitur rationabile, & comprehendit etiam Clericos. Abb. *in d. cap. Ecclesia S. Mariae numer. 13. de constit.* Bart. *in l. 1. C. de summ. Trin. & Fid. Cathol.* Tiraquel. *in tract. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. numer. 4.* Baiard. *ad Clar. qu. 77. num. 34.* Carol. de Grass. *d. eff. 2. nu. 130* quia tunc dici non potest contra libertatem Ecclesiasticam Medices *in tract. de legib. & statut. par. 4. quaest. 6. numer. 5. vers. fauorabilis dicitur*; Secundò, quia sicut Delegatus seruare debet leges, & statuta loci, vbi est delegatus. Bald. *in cap. de consit. num. 4. vers. quaero vtrum Iudex delegatus de for. compet.* ita Episcopi, nam licet habeant Tribunal separatum à Tribunali saeculari prout delegatus à Tribunal. ordinarii, non faciunt tamen Curiam separatam. Bald. *in l. si quis in hoc numer. 2. C. de episc. et cleric.* ideo seruare tenentur statuta laicorum, in quorum Territoriis habent Episcopatus, si sint bona, & aequa, nec repugnent Ecclesiasticae libertati. Bald. *in l. omnes populi, num. 28. ff. de iust. et iur.* prout est, dicta Constitutio Barberina, quae concernit directionem actorum contumaciarum, qui ordo potius fauorabilis est, quam praeiudicialis iurisdictioni, & libertati Ecclesiasticae, & proinde seruandus. *arg. tex. in l. 1. C. quae sit long. cons.*

8 Confirmatur, quia praedicta Barberina Constitutio respicit solum ordinatoria iudicii, quae etiam Clerici seruare tenerentur, si litigarent coram Iudice saeculari. *cap. illud 12. dist. et d. l. 1. C. quae sit lon. cons. et l. 3. in fin. ff. de test.* Imò etiam si litigarent coram Episcopo tenerentur statuta laicorum seruare in ordinatoriis iudicii. *cap. cum nonnullis. vers. vellent. procedere. de eo, qui mitt. in pos. rei ser. cau.* Bart. *in l. cunctos populos num. 30. C. de summ. Trin. et Fid. cath.* Capyc. *decis. 66. numer. 4.* & ratio est, quia tunc huiusmodi statuta laicorum non respiciunt personam in Clericorum, sed causas circa modum procedendi. Abb. *in cap. quod clerici, numer. 11. de for. com.* Afyr. *in tract. de execut. sent. §. 1. cap. 78. num. 13.* Grass. *d. effect. 2. num. 132. et seqq.* vbi Alios cumulat, & Pignatell. *consult. 2. contr. forens. capit. 33. n. 30. lib. 2.*

9 Quaeritur secundo, an bannum, quod vigore dictae Constitutionis Barberinae, vel alias transmittitur contumaci, continere debeat poenam?

Respondetur affirmatiuè ferendae tamen, nõ latae sententiae, tam si habeatur respectus ad Ius commune; quam ad dictam

Constitutionem Barberinam; quia est species decreti interlocutorii, quod expectat aliam sententiam, *arg. tex. in l. 1. ff. de pignor. oris. & in Authent. item nulla. C. de sacros. Eccles.* Bald. *in l. si quis filio. §. cui quis ff. de in offic. testam.* & ideo continere debet pœnam per viam comminationis ferendæ sententiæ aliàs non valeret ad effectum vt Reus timore pœnæ incurrendæ perterritus se disponat ad comparendum, & se purgandum à delictis sibi in Banno enunciatis. Hoc patet ex verbis eiusdem Banni, quod inferius ponetur, & notatur per August. ad Angel. *de malefic. in verb. qui dom. Iud. commiss. nu. 5.* Chartar. *in pract. de exec. sent. cap. banniat. cap. fin. num. 294.* Farinac. *pract. qu. 11. nu. 44. vers. differt autem.*

Neque obstat, quod dicit Scaccia *de iudic. cap. 97. num. 38. & seqq.* vbi, quærit de iure communi an Bannum sit sententia diffinitiua, vel interlocutoria, vbi plures DD. adducit diffinitiuæ vim habere tenentes. Quamuis ipse contrariam sequatur sententiam eorum, qui dicunt habere vim interlocutoriæ; prout facit etiam Caballus *in qq. crim. cas. 181. num. 4.* Respondetur enim tales Doctores intelligendos esse de banno emanato per modum pœnæ, non per modum comminationis; vt est in casu nostro; & notatur per Chartar. *vbi sup. cap. 1. num. 443.* quia Iudex non habet animum condemnandi contumacem in ipso Banno, sed per sententiam. Quapropter non exequi potest bannum contra contumacem, sed sententia, quæ sequitur post illud, secundum pœnam in eo comminatam, vt aduertit Bald. *in l. 1. post numer. 12. C. de hered. instit.* Chartar. *in d. capit. 1. numer. 441. et in d. cap. fin. numer. 294.* & Alij.

10 Quæritur tertiò an sola fuga prætensi Rei præstet indicium sufficiens ad transmittendam inquisitionem?

Respondetur affirmatiuè, si concurrant alia inditia. Clar. *in quæst. 20. vers. formandam in fin. et quæstion. 21. vers. fuga delinquentis*, vbi latè de materia fugæ. Quod autem fuga præbeat inditium, tradit Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 89. numer. 1. cum plurib. seqq.* Mascard. *de probat. conclus. 819. lib. 2.* Farinac. *l. 2. de indic. et tortur. qu. 45. per tot.* Nota tamen quod quidam Iudices in hac materia tacere solent, an benè, vel malè ipsi videant. Scientes enim non adesse contra aliquem inditia vndequaque legitima pro transmittenda inquisitione, seu monitorio, citant illum ad comparendum ad informandam Curiam sub certa quadam pœna pecuniaria, & si non comparuerit infra terminum illi assignatum, mulctare solent redigendo hæc omnia in Actis Curiæ; & tunc quia censetur verè contumax, & constare dicitur de eius fuga, coadiuuando hoc inditium supradicto modo, transmittunt postea citationem cum inserta forma inquisitionis.

11 *Quoad secundam*, notandum est, quod in procedendo contra contumaces diuersimodè seruatur; in multis enim tribunalibus Episcopalibus, quæ habent iurisdictionem, vt Domini temporales, proceditur iuxta stylum Romanæ Curiæ: in multis verò aliis diuerso modo. In Romana Curia fit monitorium cum inserto tenore inquisitionis, in quo apponitur nomen, & officium Iudicis inquirentis, nomen inquisiti, terminus, qui datur ad comparendum; Pœna, sub qua comparere tenetur; series delicti, cum annotatione temporum, & locorum, & aliarum circumstantiarum, prout constant in processu informatiuo. Item modus exequendi comminatio procedendi ad vlteriora, si reus non compareat; tempus, & locus, in quo formatur, & subscriptio ipsius Iudicis de quibus omnibus Angel. *in tract. de malefic. in verb. Hæc est quædam inquisitio per tot.* Chartar. *vbi sup. de execut. sentent. in præfat. numer. 115. & in cap. fin. numer. 149.* Decian. *tr. cr. t. l. 5. cap. 20. num. 9. vers. nota etiam* Clar. *vbi sup. qu. 31 per tot.* Papienf. *in pr. tit. de forma inquisitionis*, Marian. *in cap. qualiter & quando de accus. à nu. 187. vsque ad n. 212.* & Follet. *in pract. crimin. for. s. col. parte 1. secunda partis, ver. vel eos verbaliter citari faciat per tot.* & Ego dixi *sup. d. sect. 2. num. 74.*

Post exequutionem monitorii fit relatio exequutionis illius per nuncium apud acta Curiæ, *prout etiam dix. sup. d. sect. 2. nu. 78. et 79.* Deinde expectatur, quod transeat tempus assignatum ad comparendum, quo lapso, fiunt aliæ citationes ad docendum de paritione mandati, et monitorii pœnalis contra eumdem Reum formati executi, et in actis reproducti, et ad dicendum contra, et tandem citatur ad sententiam.

12 Vbi verò non seruatur prædictus stylus Romanæ Curiæ, non fit monitorium; Sed tantummodo inquisitio, quæ ad idem coincidit, quamuis sub diuerso nomine; & similiter continere debet nomen Iudicis inquirentis & eius officium; nomen inquisiti, seriem delicti, tempus, & locum; in quo formatur, & subscriptionem Iudicis inquirentis, iuxta traditam per DD. præc. præsert. Clar. *in d. qu. 31. vers. quæro etiam numquid in fin.* Angel. *vbi sup.* Papienf. *ibid.* & per Foller. *cit. nu. 4.* Quæ scribitur in Actis Curiæ: Et cum transmittitur citatio Reo contumaci, vel absenti, eius tenor inseritur in ipsa citatione, *vt in dict. sect. 2. numer. 77.* cuius copia dimittitur domi, vt dictum est, in manibus domesticorum, vel aliorum, prout fieri potest, cum assignatione termini ad comparendum, & respondendum inquisitioni. Necnon comminatione, quod ad vlteriora procedetur, non obstante quod ipse non comparuerit, iuxta notata per Foller. *vbi sup. n. 3.*

Quibus absolutis in quibusdam Curiis Ecclesiasticis est stylus, vt si non comparuerit Reus sic citatus, excommunicetur præcedentibus tamen citationibus ad dicendum, quare excommunicari non debeat, iux. trad. *in 2. tom. p. 5. prax. 7.* In quibusdam verò Curiis sæcularibus, ac etiam ecclesiasticis, seruatis seruandis, ponitur in banno, nisi infra certum terminum comparuerit. Foller. *in pract. crim. 1. par. secunda partis verb. Banniatur*, & si post terminum in contumacia perseuerauerit, citatur ad sententiam pro certa die, & deinde in antea ferri potest sententia condemnatoria, quamuis Chartar. *de exec. sent. cap. 1. nu. 430.* teneat huiusmodi citationem post bannum non esse necessariam.

13 Sed in hoc attendenda erit loci consuetudo, & stylus Curiæ, vt dicunt DD. quos allegat Clar. *vbi sup. qu. 31. vers. dictum est, & vers. quæro modo, & q. 44. vers. item quæro*, & Chartar. *d. num. 430. vers. subdit tamen*, plura de obseruantia styli cumulat Mascard. *de probat. conclus. 1339* Afflict. *d. r. 391. num. 5.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 8. col. pen. & vlt.* & Caualcan. *in indice suar. decis. verb. stylus.*

PRAXIS PROCESSVS.

---

14 Ad habendam continuationem Praxis formandi processum criminalem, subiungam hoc loco formulas necessarias fieri solitas in Curiis, tum sæcularibus: tum etiam Ecclesiasticis, quæ aliquando habent iurisdictionem temporalem in quibusdam Castris, & oppidis, vt sunt multi Episcopatus Italiæ, præsertim Regni Neapolitani, & etiam extra Italiam, ad effectum procedendi contra Reum delinquentem in contumacia perseuerantem. Quando enim proceditur ad sententiam condemnatoriam contra Reum contumacem per viam monitorii, iuxta stylum Romanæ Curiæ, vt dictum est supr. formari solet, vt sequitur, videl.

Forma monitorii, seù citationis, quæ transmittitur Reo contumaci.

Tibi N. de N. loci N. ex aduerso principali auctoritate nostri officij, necnon ad magnifici Domini N. Promotoris Fiscalis huius Curiæ instantiam: tenore præsentium præcipimus, & expressè mandamus, quatenus, infra triduum proximum ab executione præsentium computandum, cuius primus dies pro primo, secundus, pro secundo, & tertius pro tertio; & vltimo peremptorio termino tibi assignatur, sub pœnis confiscatorum criminum, & delictorum, de quibus imputaris, Triremium, & confiscationis omnium bonorum tuorum, mobilium, & immobilium, iurium, & actionum, præsentium, & futurorum, &c. vbique locorum existentium, debeas coram nobis, seù nostra Curia Notario personaliter per te ipsum comparuisse, & te præsentasse ad te excusandum, exculpandum & defendendum ob infrascriptis criminibus, & excessibus per te commissis, & perpetratis, & signanter super eo, Quod cum alias de anno .... Mens. ... N. de N. reperiretur in loco N. &c. (& inferuntur, vt in inquisitione, quæ habetur supra *in d. sect. 2. de inquisition. numer. 76.* ab alio vers. *Quod cum alias, &c.* vsque ad verba: *super quibus omnibus, & singulis, &c.* inclusiue. Deinde prosequatur) *Alioquin, &c. Volumus autem præsens nostrum monitorium tibi personaliter, si persona tua commodè haberi poterit, sin autem domi tua solitæ habitationis, & ad valuas Curiæ nostræ, dimissis ibi a-*

liis co-

lius sepijs affixis præsentari, et intimari: Illudque sic exequutum ita te arctare, et afficere, ac si personaliter, et magis legitimè exequutum foret. Certificantes nihilominus te, quod si in dicto termino non comparueris: Nos, siuè infrascriptus Curia Nostra Notarius seruantes quatuor terminos in similibus seruari solitis, iuxta stylum Curia nostra, ad declarationem incursus pœnarum prædictarum, illarumque legitimam exequutionem contra te procedemus, siuè procedet, contumacia, & absentia tua, ac alijs in contrarium forsan facientibus non obstantibus quibuscumque. In quorum, &c. Datum in Palatio nostra solito residentia hac die . . . mens . . . ann . . .

N. *Iudex, &c.*

Locus † sigilli.

N. *Notarius, &c.*

15 Exequuto deinde dicto monitorio fit relatio exequutionis per Nuncium, seu Baiulum Curiæ apud acta more solito. Postea expectatur Reus per triduum assignatum ad comparendum, quo elapso idem reus citatur quater ad docendum se paruisse monitorio pœnali, &c. & in actis reproducto, & ad dicendùm contra ad primam diem, &c. tali modo, videlic.

Forma citationum iuxta stylum Romanæ Curiæ.

Prima Citatio.

Illustrissimo Domino N. *Gubernatore, &c.*

Citetur N. *ex aduersò principalis ad docendum se paruisse monitorio pœnali contra eum formato, exequuto, & in actis legitimè reproducto, ad dicendum contra primò pro prima dilatione ad primam diem. Instante Fisco, etc.*

N. *Notarius exequuta, etc.*

Hæc prima citatio solet annotari in actis pro die, qua fit relatio per Nuncium, quod illā exequutus fuit more solito, quod fit etiam, in alijs tribus citationibus, illicò Promotor Fiscalis instat accusari contumaciam tali modo: vid.

Comparuit N. *Promotor Fiscalis, et accusauit contumaciam, ac instetit mandari citari secundò pro secunda, etc. omni, etc.*

Secunda citatio fit post duos dies, ita vt si prima facta fuerit die octaua: ita fiat die decima: Et ita fit etiam tertia post alios duos dies, & sic die duodecima, & quarta tandem citatio ad sententiam fit die decima quarta mensis, eodem modo, videlicet,

Secunda Citatio.

Illustrissimo Domino N. *etc.*

Citetur N. *ex aduerso principalis, etc.* (vt supra, sed in fine additur) *secundo pro secunda dilatione ad primam diem Instante Fisco, etc.*

N. *Notarius, etc. Exequuta, etc.*

Comparuit Promotor Fiscalis, etc. et obtinuit citari tertio pro tertia, etc.

Tertia Citatio.

Illustrissimo Domino N.

Citetur, (&c. vt supra, & in fine additur) *tertio pro tertia dilatione ad p. d. Instante Fisco, etc.*

N. *Notarius. Exequuta, etc.*

Comparuit &c. (vt supra deinde) *& obtinuit citari quarto pro quarta, & superabundanti, &c.*

Quarta Citatio.

Illustrissimo Domino, &c.

Citetur N. *ex aduerso principalis ad videndum deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, concludendum, concludiq; videndum, & audiendum sententiam diffinitiuam, & loco sententia videndum declarari se incidisse in pœnis in monitorio contra eum formato, exequuto, in actis legitimè reproducto contentis, &c. & pro præmissorum exequutione mandatum quodcumq; de super necessarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad primam diem instante Fisco, etc.*

N. *Notarius, etc. Exequuta fuit, etc.*

Prax. Vicar. Carola Pellegr. Par. IV.

Comparuit Promotor Fiscalis, &c. & accusata contumacia obtinuit declarari, vt supra, &c.

Et tunc Iudex proferre solet sententiam condemnatoriam, iuxta superius dicta, cuius formam habebis paulo post inferius *num.* 21 Benè verum est, quod ex recenti Praxi Curialium Criminalistarum Vrbis seruetur, vt hæ citationes fiant ordine successiuo, videlicet. die 8. ad 9. pro prima 9. ad 10. pro 2. 10 ad 11. pro 3. & 11. ad 12. pro 4. & superabundanti dilatione, & eadem die 14. pro 15. ad sententiam. Sed in hoc standum est loci consuetudini, & stylo Curiæ; In quilibet autem citatione, vt supra, fit etiam relatio exequutionis per Nuncium, & instantia fisci, vt mandetur iterum citari, prout annotaui supra, & facta tandem relatione executionis citationis ad sententiam Ident fiscus instat, quod feratur sententia, quam Iudex profert, iuxta inferius dicenda, & hæc vbi seruatur stylus Romanæ Curiæ.

16 Vbi verò non seruatur stylus prædictus, fit inquisitio in forma solita, videl.

Forma Inquisitionis.

Hæc est quædam inquisitio, siuè titulus inquisitionis, quæ fit, & fieri intenditur per D. N. *Iudicem, &c. ex eius mero officio, auctoritate, potestate, arbitrio, et qua fungitur, (ad querelam) et ad instantiam Domini* N. *promotoris Fiscalis, etc. (vel ad denunciam, etc.) contra, et aduersus.*

N. *de* N. *Terra* N. *homicidam, &c in, de, et super eo, quod fama publica præcedente, & clamorosa insinuatione sic referente, non quidem à maleuolis, et suspectis, sed potius ab honestis, et veridicis hominibus et personis non semel tantùm, sed sæpè, et sæpius ad aures, et notitiam dicti Domini Iudicis per modum notorij audita, relataque peruenit: Quod cum alias de anno . . . . mense . . . .* N. *de* N. (& inferatur hic totus tenor inquisitionis, quam posui supra *in d. sect. 2. de inquisitione numer.* 70. ab illis verbis:) *Quod cum alias de anno . . . etc.* vsque ad finem inclusiuè, nullo prorsus verbo omisso. Variantur tamen huiusmodi inquisitiones, secundum varietatem, et diuersitatem delicti, ac factorum circumstantias. Quod remittitur arbitrio practici Iudicis, siuè Notarij, sufficit tamen hic apponere clausula magis necessarias in principio, et fine, ad effectum, vt quilibet ex se formare possit inquisitionem, prout facti qualitas postulabit, colligendo ex his generalia, et necessaria, tamquam si hauriret aquam ex communi fonte pro proprijs victus commoditate.

17 Formata prædicta inquisitione citari solet Reus, vel cum inserto tenore inquisitionis, vel sine insertione illius, secundum cuiusque Curiæ stylum, et huiusmodi citatio fit bis cum competenti termino quatuor dierum, inter vnam, et aliam, vt mox dicam, si fiat cum inserto tenore inquisitionis, erit vt sequitur, videlicet,

Forma primæ citationis, cum insertione inquisitionis.

Die 8. verb. grat. *Mensis* N. *anni* N.

De mandato Illustrissimi Domini N. *Iudicis, etc.*

Instante Domino N. *Promotore Fiscali, etc.*

Citetur N. de N. ex aduerso principalis quatenus infra sex dies proximè currentes post præsentium exequutionem; quorum duos primos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos pro tertio, et vltimo peremptorio termino eidem assignamus, etc. personaliter compareat coram eodem Illustrissimo Domino Iudice ad respondendum inquisitioni contra eum formatæ In, de, et super eo, quod cum alias de anno... etc. (*sequitur vt supra in inquisitione num præcedenti vsque ad finem, deinde concluditur*) Alioquin, etc. In quorum, etc. Datum, etc. die . . . . ann . . . . quibus supra, etc.

N. *Iudex, etc.*

N. *Notarius, etc.*

18 Si vero non infertur tenor inquisitionis, fit vt sequitur, videl.

Forma Citationis sine insertione Inquisitionis.

Die ... Mens. ... Ann. ...
De mandato, &c. vt supra.

Citetur N. de N. ex adverso principalis, quatenus infra sex dies proximos à præsentium exequutione computandos, quorum duo primi pro primo, duo pro secundo, & duo pro tertio & ultimo peremptorio termino ei assignatur, personaliter compareat ad respondendum inquisitioni contra ipsum formata occasione homicidij per eum commissi in personam N. de præsenti anno, &c. prout latius in ea, ad quadam habeatur relatio, &c. Datum, &c.

N. Index, &c.

N. Notarius, &c.

19 Exequuta citatione prædicta fit relatio per Nuncium, seù baiulum Curiæ more solitò, quam in huiusmodi materia annotaui supra *in d. sect. 2. num. 79.* Post vero secundam citationem, eiusque exequutionem, ac relationem, proceditur ad banniendum Reum, & tunc ante Bannum secunda citatio erit, prout sequitur, vel huic similis, videlicet.

Forma secundæ citationis.

Die 12. mensis ... N. Ann. ...
De mandato, &c. vt supra.

Citetur N. de N. ex adverso principalis, quatenus infra triduum compareat personaliter ad respondendum inquisitioni contra ipsum formatæ tenoris, prout in ea, ad quam, etc. actis, etc. In quorum, &c. Datum, etc. Fit intimatio per Cursorem, & postea relatio solita, *de qua in d. sect. 2. num. 79.* Seruatur tamen de stylo, quod inter vnam, & aliam citationem intercedat tempus quatuor dierum, vt dictum est, ita vt si prima facta fuerit die octaua mensis N. secunda fiat die duodecima eiusdem; Bannum verò postea fit elapso biduo, & sic die decimaquinta, quia dies termini non computatur in termino. *mulg. inscrib.*

20 Deinde fit instantia per Fiscum, vt declaretur contumax & ad vlteriora contra eum procedatur, & præsertim, quod in Bannum ponatur, &c. & in calce talis instantiæ Fisci, fit decretum, vt sequitur, vel huic simile, videlicet.

Forma decreti contumaciarum, & Banni.

Qui Perillustris Dominus, etc. sedens, etc. et visis citationibus ad comparendum, et contumacia eiusdem N. comparere nolentis ad se defendendum, etc. eumdem supradictum N. de N. contumacem declarauit, et in Bannum poni mandauit, etc. omni, etc.

21 Bannum verò continere debet nomen, Iudicis, nomen, & cognomen Rei, qui bannitur: causam, propter quam bannitur, diem, mensem, & annum: & subscriptionem Iudicis. Ch. *de exec. sent. cap. fin. num. 186. vers. prout etiam.* Foll. *ubi sup. ver. bannientur. nu. 5.* In condendis Bannis elaborare multum debet Iudex, vt seruet stylum Curiæ, & formam statutorum loci, aliàs resultaret nullitas, vt tradunt Farinac. *in pract. cr. q. 11. num. 37.* Chartar *d. numer. 186. vers. prout, cum vers. seqq.* & Scacc. *de iudic. caus. cap. 97. num. 32. vers. secundò quæro.* Et cum Bannum sapiat naturam sententiæ interlocutoriæ, si Reus compareat infra terminum in Banno præfixum, ipsum resoluitur in vim simplicis citationis. Farinac. *d. q. 11. num. 101.* & Scaccia *d. cap. 97. num. 38.*

22 Forma verò Banni esse solet vt sequitur, vel huic similis, mutatis mutandis, secundum facti diuersitatem, vid.

Forma Banni.

In Dei nomine Amen.

Di ordine e commissione espressa del Sig. Governatore di N. etc. et ad instanza del Magnifico N. Proc. Fiscale, etc.

Si deduce à notitia di tutti, qualmente havendo N. de N. della Terra N. dell'anno prossimo passato à di tanti .... del mese tale N. commesso homicidio in persona di N. del detto luogo, seù Terra N. in compagnia di N. e d'altri da nominarsi à suo luogo, e tempo, &c. e con qualità, &c. come più ampiamente appare da gli atti, alli quali, &c. & essendosi perciò reso contumace, non curando comparire a rispondere all'Inquisitione contro di lui formata nel termine delle citationi fattegli. Però si mette in banno in pena della Galera, e confiscatione di tutti, e singoli suoi beni; &c. E si prohibisce, che nessuno debba ricettarlo, nè dargli confugio, aiuto, nè fauore; ma più tosto perseguitarlo, &c. sotto le medesime pene. Et in tanto s'assegna termine di giorni nove al detto N. de N. à comparire à defendersi dal detto banno. Altrimente passato detto tempo, da adesso per all'hora si cita per il primo giorno giuridico immediatamente seguente à vedersi condannato nelle sudette pene, e ad assistere qualsivoglia mandato necessario, & opportuno, &c.

In quorum, &c. Dat. &c. die ... mens. ... ann. ...

N. Gubernator, &c. *N. Notarius, &c.*

Fit publicatio banni, & relatio publicationis, vt sequitur.

Die, & anno, quibus, supra, &c.

Publicatum, & exequutum fuit bannum prædictum in publica platea N. ad locum solitum, &c. per N. de N. publicum Præconem Vniuersitatis, alta, & intelligibili voce per dictum N. sic referentem, me Notario omnia dictante de mandato, &c. præsentibus N. N. & N. testibus habitis, & rogatis ad supradicti banni publicationem, omni, &c.

23 Deinde intimatur eidem Reo domi, vel personaliter, prout fieri potest cuius intimationis forma erit sequens, vel huic similis, videl.

Forma intimationis Banni.

De mandato Domini Gubernatoris loci N. instante Fisco, &c. intimetur N. de N. qualiter fuit in banno positus & eidem assignatus terminus nouem dierum ad comparendum, & se defendendum. Alias, &c. In quorum, &c. Datum, &c. die, &c. mens. etc. ann. etc.

N. Gubernator, etc.

N. Notarius, etc.

24 Fit relatio intimationis prædictæ, hoc, vel simili modo.

Forma relationis intimationis Banni.

Dicta die, etc.

Intimatum fuit supradictum Bannum præfato N. de N. dimissa copia in forma, etc. cum insertione totius tenoris dicti Banni per me Notar. fa. ctam et tradita N. publico Baiulo Curiæ ad effectum illam exequendi, prout ipsemet N. Baiulus retulit mihi infrascripto Notario, etc. se in continenti discessisse, et personaliter se contulisse ad domum dicti N. de N. et præsentasse, ac reliquisse in manu N. fratris dicti N. simul in eadem cohabitantis copiam supradictæ intimationis, etc. super quib. etc. omni, etc.

25 Successiuè Fiscus instare solet, vt procedatur ad vlteriora, præsertim ad condemnationem, iuxta comminationem tali, vel simili modo, videl.

Forma instantiæ Fisci pro condemnatione.

Pro Curia, et Fisco.
Contra
N. *de* N. *etc.*

Comparuit Magnificus D. N. *Promotor Fiscalis, vt alias, etc. in causa, quam suprascriptus* N. *de* N. *habet cum Fisco occasione cuiusdam inquisitionis contra ipsum formatæ, ob homicidium patratum in personam* N. *et alias, vt in actis, etc. attenta illius contumacia nihil deducentis in termino ipsi assignato ad se defendendum, instetit ad vlteriora procedi, præsertim ad sententiam condemnatoriam ploratione, etc. alias, etc. protestatus fuit, etc. et prædicta, etc. omni, etc.*

26 Sequitur decretum, quod citetur ad sententiam tali, vel simili modo, videl.

Forma decreti citationis ad sententiam.

Qui Perillustris Dominus, etc. Sedens, etc. prædicta, etc. et visis, etc. mandauit prædictum N. *de* N. *formiter citari pro cra-*

in crastina die de mane hora tertiadecima, ad videndum ferri sententiam eandem aeternam, prout latis, &c. offerens se paratum prout iustitia, &c. &c. &c.

27 Ex expeditur citatio ad sententiam, prout sequitur, vel huius similis, videl.

Forma citationis ad sententiam.

Praedicta Die... Mensis... Anni...

De mandato, &c. Instante Fisco, &c. commissa, & facta fuit citatio in scriptis per me, &c. contra infrascriptum N. de N. et infra videlicet.

De mandato Perillustris Domini, &c. Instante Domino Promotore Fiscali, &c.

Citetur N. de N. pro crastina hora decimatertia, &c. ad audiendum contra eum ferri sententiam condemnatoriam, iuxta formam inquisitionis, & comminationis, aliud facta tenoris; prout iustitia, &c. & quandocumque singulis diebus & horis, &c. ideo, &c. aliasque &c. In quorum, &c. Datum, &c. die &c.

28 Expedita praedicta citatione consignatur Baiolo, seu Nuncio, qui postquam exequutus fuerit, iuxta commissionem, relationem facit more solito, vt infra, videl.

Eadem praedicta die, &c.

N. de N. publicus Baiulus Curiae, &c. retulit mihi infrascripto Notario cum iuramento, &c. se hodie ad instantiam Domini Promotoris Fiscalis, & de mandato, &c. se contulisse ad domum praedicti N. de N. & ibi affixisse citationem praedictam, relinquendo etiam ex superabundanti eius copiam in manibus N. eius coniunctae dicti N. de N. in eadem domo cohabitantis, &c. & alias prout habuit in mandatis, &c. super quibus &c. omnis &c. N. Notarius, &c.

29 Exequuta, vt supra praedicta citatione, & elapso termino [illegible] & nemine comparente, Fiscus instat denuo pro [illegible] &c. prout infra, videlicet.

Instantia Fisci pro condemnatione.

Die, &c.

Pro Curiae & Fisco, &c. Contra N. de N. &c.

Comparuit Magnificus D. N. Promotor Fiscalis, &c. vt alias, &c. in termino citationis domi contra N. de N. exequuto pro hesterna die, & hora, &c. vt supra vtta a N publicus Curiae Baiulus, &c. accusata illius contumacia instetit contra eumdem ferri sententiam condemnatoriam, declarando illum incurisse in poenas per bannum comminatas, & in actis deductas; & mandatum quodcumque de super necessarium, & opportunum decerni, & relaxari, alias, &c. protestatus, etc. omni, etc.

30 Deinde interloqui solet pro sententia ferenda tali modo videl.

Qui Perillustris Dominus, et. Sedens, etc. praedicta omnia, etc. visis, etc. suam protulit sententiam, tenoris sequentis, videl.

Forma sententiae in contumaciam.

In Christi Nomine Amen.

Nos N. de N Vtriusque Iuris Doctor Gubernator N. &c. Iudex ordinarius Visor, cognitor, & decisor omnium causarum, quae vertę fuerunt, & vertuntur inter Dominum N. Promotorem Fiscalem huius Curiae ex vna, & N. de N. Reum conuentum, inquisitum, processatum, & contumacem partibus ex altera, &c. In, de, & super eo, etc. quod etc. non quidem, & c. se', &c. non semel, &c. sed saepe, &c. etiam per viam notorii, &c. quod cum alias de anno &c. *(vt inseratur totus tenor inquisitionis prout sup. n. 7. usque ibi.* Rebusque aliis *etc. inclusiue, deinde sequitur)* sedentes, &c. sequentes, &c. et sequi volentes, &c. Deumque ac iustitiam prae oculis habentes, Visa cadaueris supradicti N. visitatione, & recognitione, visis testium depositionibus, visa inquisitione contra eum formata, cum citatione in forma, &c. visa supradicti N. contumacia, quam pro vera & legitima confessione haberi volumus, & mandamus Viso Banno, & illius publicatione, ac intimatione, visa citatione ad sententiam cadentem pro hac die, & hora iuris, Viso denique toto processu, ac instantiis Domini Promotoris Fiscalis, & Visis omnibus aliis, videndis, ac maturè consideratis de iure considerandis, &c.

Christi Nomine repetito, à quo bona cuncta procedunt, &c. Dicimus, pronunciamus, declaramus, & sententiamus supradictum N. de N. Reum conuentum, & contumacem fore, et esse condemnandum, prout ipsum condemnamus in poenam Triremium per decennium, & medietatis omnium, & singulorum eius bonorum, quae Camerae Episcopali N. applicamus, & pro applicatis, & incorporatis haberi volumus, & mandamus, &c. Mandantes, quod si vllo vmquam tempore d[illegible] N. de N. in manibus, & fortiis Curiae deuenerit, educatur & duci debeat ad Triremes Pontificias Sanctissimi Domini Nostri Papae N. ad remigandum per decennium pro forzato, vt ipsi condigna sit poena, & in aliorum transeat exemplum, decernentes, & relaxantes super praemissis omnibus, & singulis omne, & quodcumque mandatum, siue mandata de super necessaria, & opportuna, & ita dicimus, pronunciamus, declaramus, sententiamus, condemnamus, applicamus, decernimos, & relaxamus. &c. singula singulis, &c. non tantum, &c. Sed omni meliori modo, &c.

Ita pronunciaui Ego N talis Iudex, etc.

31 Forma Publicationis sententiae.

Lata, data, lecta, et in his scriptis sententialiter promulgata fuit suprascripta sententia per D. N. de N. Gubernatorem siue Iudicem N. aut dictam, etc. Sedentem, etc. ad Banc[illegible] Iuris N. sub anno Domini Nostri Iesus Christi... Indictione... Sanctissimi Domini Nostri D. N. Papa N. Pontificatus... Praelatus Reuerendissimi Domini Episc. N. anno... Die vero... Mensis..., Praesentibus ibidem N. N. et N. testibus habitis, etc.

Ego N Notarius, et Cancellarius rogatus interfui, etc.

32 Relatio intimationis sententiae praedictae, videl. ret.

Eadem die, &c.

Intimata fuit supradicta sententia praefato N. in eius domo solitae habitationis, dimissa copia in scriptis totius tenoris illius in manib. N. eius matris per N. de N. publicum Curiae Baiulum, siue Nuncium, &c. prout mihi infrascripto retulit medio iuramento, &c. super quibus. &c. omni. &c.

N. Notarius, et Cancellarius, etc.

33 Quia vero, vt dictum fuit supra, Iudices, & Officiales status Ecclesiastici in ferendis sententiis contumacialibus tenentur seruare ad vnguem omnia ea, quae per supremum Tribunal Sacr. Consultae emanata fuerunt anno 1641. existente illius Praefecto Eminentissimo, ac Reuerendissimo Domino Cardinali Francisco Barberino; ideo illa de verbo ad verbum, prout iacent, imprimi curabo ad veritatem, & commodum singulorum, quae sunt, vt sequuntur, videl.

ORDINI

Sopra i termini sustantiali, da osseruarsi dalli Offitiali dello Stato Ecclesiastico nelle cause contumaciali.

Considerando l'Eminentiss. & Reuer. Sig. Card. Francesco Barberino Soprintendente Generale dello Stato Ecclesiastico i graui pregiudicii, che nascono dalle Nullità delle sentenze, che si danno in contumacia contro li Rei nelli Tribunali dell'istesso Stato, causate spesse volte per la mala osseruanza de' termini sustantiali, che deuono precedere le sentenze; per le quali Nullità s'impediscono poi l'essecutioni dell'istesse sentenze; & volendo S. Emin. prouedere à questi inconuenienti tanto con prescriuere certa forma da osseruarsi in ciascun Tribunale dello Stato Ecclesiastico immediato, e mediato, eccetto di Roma, Bologna, Ferrara, e suo Ducato, Auignone, e Beneuento, nelle quali Città, & luoghi si douerà osseruare lo stile, che si è vsato fin'hora, quanto ancora col timor delle pene, ch'incorreranno li trasgressori, d'ordine espresso della San. tità di Nostro Sig. ordina, & statuisce l'infrascritte Prouisioni.

1 Et prima, che quando alcun Reo querelato, denuntiato, ò inquisito d'alcun delitto, & contumace sarà talmente indiciato, che l'inditii siano sufficienti à formare, et realmente l'inquisitione al Reo, si formi l'inquisitione con l'espressione, e circo-

circostanze del delitto, e del qual'il Reo sarà inditiato, & l'inquisitione si distenda, & descriua in vn libro particulare, quale si dourà chiamar il libro delle Inquisitioni, & sotto ciascuna Inquisitione si noti poi la commissione delle Citationi.

2 Formata contro il Reo l'Inquisitione si citi dal Cursore, Nuntio, ò Balio l'istesso Reo alla casa della sua solita habitatione, à respondere all'Inquisitione contro di lui formata, & à difendersi da quella, in termine di cinque giorni, assignandoli tre di quelli per il primo, e gl'altri due per il secondo, e peremptorio termine, con trasmetterli la copia dell'inquisitione inserta nella citatione: & essequita che sarà, dourà il Cursore, Nuntio, ò Balio fare la relatione in voce al Caponotaro, ò Cancelliero criminale, ò altro Notaro della Cācellaria, ò vero officio criminale di hauer essequito la citatione alla casa della solita habitatione del Reo con la dimissione della copia dell'inquisitione, come sopra: & la relatione dourà notarsi sotto la cōmissione della citatione, alla qual relatione, & all'altre, che si faranno, come si dirà dalli Cursori, Nuntii, Balii, & Trombetti, & si notaranno dal Caponotaro, Cancelliere, ò Notaro, vuole Sua Signoria Eminentiss. si dia piena fede, se bene non saranno fatte, & prese alla presenza de' Testimonii.

3 Passato il termine di cinque giorni prefisso nella citatione, si formi il Bando, il quale dourà essere sottoscritto dal Giudice, e Caponotaro, ò Cancelliero criminale, ò Notaro, & nel Bando si esprima sommariamente, & in sostanza il delitto per il qual'il Reo si pon'in bando, & la pena del delitto nella quale dourà esser condannato nella sentenza contumaciale; & in quello se gl'assegni il termine di cinque giorni à comparire è defendersi dal detto Bando, e s'inserisca la citatione à sentenza per il primo giorno giuridico immediatè seguente doppo spirat'il termine delli detti cinque giorni.

4 Il qual Bando con l'inserta citatione à sentenza si dourà publicare ad alta voce dal Cursore, Nuntio, Balio, o Trombetta alla porta del Palazzo del Gouernatore, Podestà, Commissario, ò altr'officiale, auanti il quale pende la causa, & oltre la sudetta publicatione s'intimi ancor'il bando con l'inserta citatione à sentenza alla casa della solit'habitatione del Reo, con lasciarui la copia dell'intimatione, & del Bando.

5 Et della publicatione, & intimatione del bando, & della dimissione della copia di esso in quelle, chi l'haurrà publicato, & intimato sarà la relatione in voce al Caponotaro; ò Cancelliero criminale, ò Notaro, quale douerà annotare la relatione come sopra.

6 Spirato il termine di cinque giorni prefisso nel Bando, da computarsi dal giorno dell'intimatione sudetta, dourà il Giudice nel giorno giuridico, nel quale caderà la citatione à sētenza proferir la sentenza contumaciale da scriuersi, e sottoscriuersi nel libro delle sentenze, con il rogito, e publicatione di quella.

7 Et perche spesso si sogliono commetter delitti da forastieri, se non constarà in processo che siano tali, ordina S.Eminenza che precedendo la relatione del Cursore, Nuntio, o Balio della diligenza da esso fatta di trouar la casa della solita habitatione del Reo, & non hauerla trouata, contro li sodetti s'essequiscano le citationi, & intimationi alla porta del Palazzo del Gouernatore, Podestà, Commissario o altr'officiale auanti al quale pende la causa, o altro luogo solito, con affiger non solo la copia delle citationi, & intimatione, mà ancora dell'inquisitione, e del bando. Ma costando in altro modo legitimamente in processo che sieno forastieri, non occorrerà fare la sodetta perquisitione, et contro li medemi forastieri si eseguiranno le citationi, et intimatione, et affigerann'assieme con l'inquisitione, e bando come sopra.

8 Et se occorrendo il termine come sopra perfisso al Reo nella citatione à respondere all'inquisitione, ouero nell'intimatione del bando a difendersi, o a sentenza comparirà alcuno a domandar il termine a perquirere, certiorare, e far comparire l'Inquisito: e gl'assegni tal termine ad arbitrio del Giudice: qual termine spirato, s'intimi di nuouo al Reo il termine circondotto, ò fosse a rispondere all'inquisitione, o a defendersi, et à sentenza nell'intimatione del bando, et si proceda poi auanti come sopra si è ordinato,

9 Dichiarando che seruati che saranno li termini contumaciali secondo il modo, come sopra espresso nelli presenti ordini, non si possino sotto alcun pretesto, o colore chiamar nulle le sentenze, ancorche dalle Constitutioni della Marca, statuti particulari de luoghi confirmati ancora dalli Sommi Pontefici, si disponesse altrimente, o dalla longa consuetudine, ancorche immemorabile, fusse indotto, a quali per ordine espresso di N.Sig. in questa parte si deroga.

10 Et accioche ciascun Giudice, Caponotaro, Cancelliero, & Notaro sia più accurato, & auertito in osseruare questi Ordini, comanda Sua Eminenza, che se li Giudici, che pronuntiaranno le sentenze contumaciali, & li Caponotari, Cancellieri, e Notari, che se ne rogaranno, mancaranno in cosa alcuna nell'osseruanza de' predetti Ordini, incorrin'in pena di scudi 500. di moneta, d'applicarsi alla Reuerenda Camera Apostolica, & della priuatione dell'officio.

11 Et sotto l'istessa pena commanda Sua Eminenza alli Caponotari, Cancellieri, che debbano registrare, & scriuere quest'Ordini nelli libri delle Cancellarie di ciascuna Città, Terra, Castello, & luogo del detto Stato, & tenerli attaccati ancora in luogo publico nelli Officii loro, ò Cancellarie criminali, et notificarli alli Gouernatori, Podestà, Commissarii, Luogotenenti, Auditori, & altr'officiali nell'ingresso de i loro gouerni, & officii, & farne apparire il rogito.

12 Dichiarando che se bene non sarà fatta la detta affissione, e notificatione, siano nondimeno li Giudici obligati alla osseruanza delli presenti Ordini, e trasgredēdo, incorrino nelle pene sopradette; perche vuole, et dichiara Sua Eminenza, che la publicatione delli presenti Ordini da farsi in Roma nel luogo solito di Campo di Fiore da vno de' Cursori di Sua Santità, leghi, & obblighi qualsiuoglia persona di qualsiuoglia stato, grado, e conditione, in tutte le Città, Terre, Castelli, & luoghi dello Stato Ecclesiastico immediato, & mediato, à capo di 15. giorni dopo la detta publicatione, cōme se in tutti li sudetti luoghi particulari, & à ciascuno solennemente, et personalmente fosse stato intimato.

Dato in Roma alli 25. di Maggio 1641.

F. Card. Barberino. *Felice Contelori Secr.*

Die, anno, & Indictione quibus supradictum Bannimentum affixum, et publicatum fuit ad valuas Cameræ Apost. in acie Campi Floræ, & aliis locis solitis, et consuetis Vrbis per me Dominicum Varesium Santiss. D.N. Papæ Curs.

Pro D. Mag. Curs. Io. Iosephum de Grossis Curs.

F O R M V L A

Omnium terminorum contumacialium in Statu Ecclesiastico seruandorum pro huius Barberinæ Constitutionis obseruatione.

PRimò Inquisitio, quæ Reo legitimis præcedentibus inditiis transmittenda est, formari, & conscribi debet in peculiari inquisitionum libro, ad hoc præcipuè constituto, atque ibidem singillatim adnotandæ sunt citationes, quæ committi debent iuxta formam prædictæ Constitutionis, & alii termini, de quibus datur infrascripta formula per extensum

Formula inquisitionis.

Inquiratur ex officio Curiæ ad instantiam Fisci, & ad querelam NN. de tali loco (*si fuerit porrecta*) in, de & super eo quod &c. seu, Hæc est quædam Inquisitio, quæ fit, & fieri intenditur contra, & aduersus NN. in eo, & super eo quod etc. *& hic inseratur tota delicti series, cum eius circumstantiis, de quibus Reus erit inditiatus, Deinde concludatur verbis, videl.*

Et prædicta omnia etc. super quibus, etc. *& benè faciet Index si eam subscribet.*

Posthac subnectatur dies, mensis, & annus in quibus fuit formata, & inchoata, vt sequitur.

Die..... mensis..... anni.....

Inchoata, facta, et formata fuit, etc.

Deinde committatur citatio ad respondendum Inquisitioni cum transmissione totius tenoris inquisitionis prædictæ, quæ commissio in dicto libro adnotetur prout infra.

Forma Commissionis citationis ad respondendum inquisitioni.

Instante Fisco commissa fuit citatio contra dictum N. Inquisitum ad respondendum Inquisitioni prædictæ infra terminū quinq; dierum cum tenore totius Inquisitionis in ea inserto.

Et scribatur tenor prædictæ citationis in libro prædicto, qui erit infrascriptus, videl.

Forma citationis ad respondendum inquisitioni.

De mandato D. N Gubernatoris, &c. Instante D. Procuratori fiscali.

Citetur N. N. de tali loco exaduerso principalis ad personaliter comparendum coram eodem D & respondendum infrascriptæ inquisitioni contra ipsum formata, & ab ea se defendendum, infra terminum quinque dierum, quorum tres primi pro primo, reliqui verò duo pro secundò, & vltimo peremptorio termino sibi assignantur alioquin &c. In quorum &c. Dat &c. hac die.

Cuius inquisitionis tenor talis est, qui sequitur, videl. Inquiratur ex officio, &c.

Et hic inferatur totus tenor inquisitionis, & res transmittatur subscripta à Notario Cancell.

Forma relationis executionis supradictæ citationis.

Die mensis anni

Executa fuit supradicta citatio contra dictum N. N. Inquisitum domi suæ solitæ habitationis in Ciuitate N. dimissa copia citationis prædictæ cum toto tenore inquisitionis in ea inserto per N. publicum mandatarium Curiæ, vt mihi retulit, &c. in fidem, &c.

N. N Notarius, & Cancellarius rogatus.

Elapsis insuper dictis quinque diebus, non computato die, quo fuit facta executio; Reus prædictus, nisi quid obstet, ponatur in banno, & commissio banni, pariter adnotetur in eodem libro inquisitionum, vt infra sequitur.

Forma commissionis banni.

Die mensis anni

Commissio banni Fisco instante contra dictum N. N. inquisitum cum citatione ad sententiam pro prima iuridica iuxta formam dictæ Constitutionis.

Bannum etiam erit pariter adnotandum in libro prædicto, & sit concipiendum, videl.

Forma Banni.

Essendo stato citato N. N. del tal luogo &c. à rispondere all'inquisitione contra di lui formata, per hauere, &c. *& hic substantia delicti apponatur concludendo*, e come meglio apparisce, e si legge nel processo contra di lui formato, & inquisitione transmessa al medesimo, alli quali s'habbia relatione, ne essendo mai comparso, però

D'ordine del Sig. N. Gouernatore si pone in pena, &c. *& hic apponatur pœna, qua Reus inquisitus erit puniendus, actuæ prosequendo dicatur.* Et in tanto se li assegnano altri cinque giorni di termine á comparire, e difendersi dal presente bando, qual termine passato, e non comparendo, si cita e chiama adesso per il primo giorno giuridico immediatamente seguente, ad vdire la sentenza condemnatoria, da darseli in detta causa, non obstante la sua assenza, e contumacia. In fede, &c. Dat. hac die.

Hic est necessaria subscriptio Iudicis, & Notario iuxta formam dictæ Constitut. & bannum est publicandum ad valuas Palatii D. Gubernatoris, seu Iudicis coram quo causa pendet.

Forma relationis publicationis banni.

Die mensis anni

Bannum prædictum publicatum fuit ad valuas Palatii D. Gubernatoris, seù in loco solito, &c. alta, & intelligibili voce, me Notario legente per N. N. publicum mandatarium, seù subicinem vt etiam mihi retulit, in fidem, &c.

N. N. Notarius Cancellarius rogatus.

Post publicationem banni prædicti committitur intimatio, cuius forma erit infra videl.

Forma commissionis intimationis banni.

Die mensis anni

Instante Fisco commissa fuit intimatio banni prædicti cum insertione eiusdem banni, & citatione ad sententiam, vt in banno prædicto continetur.

De mandato D. N. Gubernatoris, &c. Instante D. Procuratore fiscali.

Intimetur N. N. de tali loco, &c. exaduerso principali, qualiter fuit positus in banno, & eidem assignatus terminus quinque dierum ad comparendum, & se defendendum ab eo, tenoris sequentis, videl.

Et hic inferatur tenor banni, in quo inest citatio ad sententiam pro prima die iuridica.

Forma relationis executionis intimationis banni.

Die mensis anni

Executa fuit supradicta intimatio contra supradictum N N. Inquisitum domi suæ solitæ habitationis in Ciuitate N. dimissa copia dictæ intimationis cum toto tenore banni, et citatione ad sententiam in ea inserta per N. publicum mandatarium dictæ Ciuitatis, vt mihi retulit, etc. in fidem, etc.

N. Notarius, et Cancelarius rogatus, etc.

Transactis quinque diebus post intimationem executam, prima die iuridica immediatè sequente feratur sententia condemnatoria stipulanda coram testibus per Notarium Cancellarium in libro peculiari sententiarum.

Quod si Reus inquisitus citandus erit forensis, sed non constabit in processu, quod sit forensis, tunc mandatarius Curiæ debet facere diligentias reperiendi domum dicti Inquisiti, et si illam non reperierit factis diligentiis, referre debet à se non fuisse repertam, et tunc ad valuas Palatii Gubernatoris; seu in loco solito dictam citationem, cum inquisitione, et successiuè bannum, et illius intimationem cum affixione copiæ exequi debebit, et referre, prout in formula infrascripta. Præfatæ tamen diligentiæ non exiguntur, si eundem Reum inquisitum ex processu legitimè constet esse forensem.

Forma relationis executionis citationis ad respondendum inquisitioni contra forensem qui post diligentias citatur per affixionem ad valuas Palatij Gubernat.

Die mensis anni

N. publicus mandatarius Ciuitatis N. retulit mihi Notario, et Cancellario infrascripto se fecisse diligentias reperiendi domum solitæ habitationis supradicti N. Inquisiti, et illam non reperisse, ideo prædictam citationem cum toto tenore inquisitionis in ea inserto executum fuisse per affixionem ad valuas Palatii D Gubernatoris, seu in loco solito, ibique copiam dimisisse, et ita retulit mihi, etc. [illegible], et omni, etc.

N. N. Notarius, et Cancellarius rogatus, etc.

Forma relationis intimationis banni per affixionem vt supra contra forensem executæ.

Die mensis anni

N. publicus mandatarius Curiæ Ciuitatis N. retulit mihi, etc. de prædicta contra dictum N. Inquisitum executum fuisse intimationem cum toto tenore banni, et citatione ad sententiam in ea inserta ad valuas Palatii D Gubernatoris, etc. ibique copiam affixisse, et dimisisse, prout habuit in mandatis, et ita retulit, etc.

N. N. Notarius, et Cancellarius rogatus, etc.

Ad supradicta, ne qua imposterum Iudicibus circa has materias difficultas exoriri queat, libet hic nonnulla quasi pro corollario, ac veluti appendicis in modum attexere.

Primò, si ad alicuius instantiam infra terminum citationis ad

ad respondendum inquisitioni, seu intimationi banni, concessa fuerit dilatio ad perquirendum, seu certiorandum ipsum Reum; illa elapsa iterum exequenda erit citatio, seu intimatio prædicta, & in libro Inquisitionum erit pariter adnotandum, fuisse iterum executam dictam citationem, seu intimationem, eo quod altera circumducta fuerit.

Secundò, si contingat, quod prima dies post lapsum termini Intimationis banni, sub qua cadit citatio ad sententiam, fuerit feriata ad cultum Dei, vel Sanctorum, & propterea pronunciari non potuit, adnotandum erit in libro Inquisitionum, sententiam non fuisse latam prima die post transactum terminum quinque dierum; quia erat feriata in honorem, &c.

Tertiò, si plures eiusdem criminis correi sint citandi, quorum alter distet à loco Curiæ inquirentis, alter verò ibi commoretur, erit animadvertendum, vt citationes cadant in eadem die, ne plures in eadem causa ferri sententias contingat, si tamen hoc commodè fieri poterit.

Quartò, & quatenus per incuriam Iudicis, vel Notarij, vel alia de causa non feratur sententia die iuridica, in qua cadit citatio, tunc poterit committi particularis citatio pro prima die iuridica ad sententiam, & fieri debebit relatio, vt supra absque eo quod de nouo transmittatur bannum cum insertione citationis ad sententiam.

Romæ, ex Typographia Rev. Cam. Apost. 1641.

34 Post quæ, cum plura dubia orta fuissent super obseruatione prædictorum, emanatæ fuerunt sequentes declarationes eiusdem Sacræ Consultæ anno 1656. existente illius Præfecto Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Sacchetto, videl.

DICHIARATIONE
Con aggiunta,

Degli ordini sopra i termini sostantiali da osseruarsi dagli Officiali dello Stato Ecclesiastico nelle cause contumaciali.

ESsendosi in prattica sperimentato, che l'osseruanza letterale degli ordini promulgati li 25. Maggio 1641. sopra li termini sostantiali da osseruarsi nelle cause criminali, che fanno contro li contumaci, porta grauissime difficoltà nell'esseguire contro delinquenti le sentenze contumaciali; onde per lo più dopò essere capitati in mano della Corte, rimangano esenti da i meritati castighi. Quindi è, che l'Eminentiss. & Reuerendiss. Sig. Card. Sacchetti volendo prouedere a questo inconueniente d'ordine espresso della Santità di N. Sig. statuisce, e dichiara.

1 Prima che suffraghino gl'atti contumaciali, ancorche sieno in fogli volanti, e non descritti, e non registrati in lib. alcuno.

2 Che l'essecutioni delle citationi sia rispondere all'inquisitioni, come à sentenza, & anco dell'intimatione del Bando si presumino fatte alla casa della solita habitatione del Reo, ancorche nella relatione del Nuncio riferito d'hauer esegnito a casa del detto Reo con esprimere la Città, Castello, Terra, Villa, ò altro simil luogo, doue sia posta la casa, nella quale sarà stata fatta l'esecutione.

3 E che così anco si presumerà essere state le citationi sudette eseguite, con hauerne lasciata la copia a casa del Reo, ancorche nella relatione dell'esecutione non fusse espresso essere state eseguite dimissa copia.

4 E che così anco si presumerà, che le citationi esequite contro l'inquisiti, che non haueranno habitatione sotto la giurisdittione del Giudice inquirēte, come sopra siano state eseguite per affissione di esse citationi alla Porta del Palazzo del Gouernatore, o Giudice inquirente, o alla porta della Chiesa Cathedrale della Città, ouero della Chiesa Matrice, o Parochiale del luogo, doue risiederà il Gouernatore, o Giudice della causa ancorche nelle relationi dell'esecutioni di dette citationi non fosse espresso essere le citationi medesime state esequite per affissione, purche apparisca in detta relatione essere state le citationi sudette eseguite alla porta del Palazzo, o della Chiesa,

5 Che le relationi da farsi in voce da Cursori, Nuncio, ò Balio al Cancelliere criminale, ò altro Notaro vagliano, ancorche non notate sotto la commissione delle citationi, o nel libro dell'inquisitioni, bastando, che dal detto Cancelliere, o Notaro si ritrouino notate in qualsiuoglia luogo de loro atti, ancorche in fogli volanti purche siano fatte con dichiaratione tale, ch'inferisca l'esecutioni di quell'atto particolare.

6 Che tanto l'inquisitioni, quanto il bando suffraghino, ancorche non sottoscritti dal Notaro, bastando per loro validità, che siano, ò sottoscritte dal Giudice, ò che n'apparisca la commissione precedente del medesimo Giudice, di modo che essendoci, ò la sottoscrittione, ò la commissione, vna di esse basti per la loro validità, & à questo effetto si stimerà constare della commissione, mentre apparisca notato nelle citationi essersi fatte le medesime d'ordine del Giudice.

7 E che parimente non s'attribuirà à vitio di nullità, se nelle citationi sopradette non sarà notato il giorno della data di esse, purche nelle relationi dall'esecutione delle medesime citationi sia apposto il giorno, nel quale saranno state eseguite. E che ne anco indurrà nullità, se non apparirà notato il giorno, nel quale fù inchoata, fatta, & formata l'inquisitione contra il Reo, ma solo basterà, ch'apparisca notato il giorno dell'esecutione della citatione a rispondere all'inquisitione come in proposito di questa, e dell'altre citationi s'è detto di sopra.

8 Che la publicatione del Bando con l'inserta citatione a sentenza possa farsi non solo ad alta voce, ma ancora per affissione, ò altro modo equipollente.

9 Che la suffraghi la sentenza, benche non registrata nel libro delle sentenze, e che ogni volta che sia sottoscritta dal Giudice, e che si troui il foglio d'essa nella Canc. ouero appresso al Not. della causa, si presuma, e s'habbia per letta, e publicata.

10 E perche molte volte è stata da Rei allegata la nullità degl'atti per essersi decretati, o eseguite le citationi, o intimationi, ò fattane la relatione in giorno non giuridico, vuole Sua Eminenza, ch'alle pene apposte nelli detti ordini soggiacciano li Giudici, Fiscali, Notari, & altri, che faranno, ò faranno fare, o noteranno la commissione, ò esecutione, ò la relatione d'alcune delle citationi, ò intimationi prescritte dagli ordini medesimi in giorno di festa, la quale, ò per precetto di Santa Chiesa, ò per consuetudine, e constitutione particulare del luogo debba in honore di Dio, o de Santi osseruarsi. Et oltre le dette pene vuole, che li Caponotari, Notari, e loro Sostituti, che contrauerranno al presente capitolo, incorrano nella pena della galera per dieci anni da eseguirsi irremissibilmente.

11 Si vole in oltre, che per le precedenti dichiarationi non siano liberati li Gouernatori, e Podestà de' luoghi, Notari, Canc. & altri, à chi speta, dall'osseruanza puntuale di tutte, e singole cose ordinate nelli detti ordini publicati sotto li 25. Maggio 1641. mà che tutti, e singuli officiali in essi compresi siano tenuti, & obligati in riguardo del loro officio osseruarli a e porli in esecutione sotto le medesime pene contenute in essi, all'esecutione de' quali ordina S. Emin. che si venga irremissibilmente, come se le precedenti dichiarationi non fussero state publicate come quelle che si fanno per più facile esecutione delle sentenze contumaciali, e non per introdurre maggior trascuragine negli officiali. E perche si vuole di più, che particolarmente li Giudici, e Notari siano diligenti nell'inuigilare all'osseruanza delle cose dette, si dichiara parimente, ch'ogni volta che si trouarà in qualsiuoglia processo alcun'atto fatto contro la dispositione de gli ordini medesimi, ò del presente Editto, si procederà alle pene poste di sopra contro il Giudice, che hauerà commessa, ò sottoscritta l'inquisitione, o citatione, o bando, ò pure haurà sottoscritta la sentenza contumaciale, e contro il Notaro, che si sarà rogato di qualsiuoglia de gli atti nominati di sopra, e contro il Capon. o Cancell. dell'officio, ancorche il fisco non proui, che il difetto sia stato fatto con ordine, e con participatione d'alcun di essi.

Dicha in oltre S. Eminenza, che la publicatione delle presenti dichiarationi da farsi nel luogo solito di Campo di Fiore obblighi dentro 15. Giorni qualunque persona di qualsiuoglia stato, grado, o conditione, & in qualsiuoglia luogo dello Stato Ecclesiastico mediato, o immediato, come se in ciascun luogo, & à ciascuna persona fossero state publicate, & intimate.

Dat. in Roma questo di 10. Maggio 1656.

G. Card. Sacchetti. *Cesare Rasponi Segr.*

Die, mense, & Anno quibus supra præsens declaratio affixa fuit in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Vrbis per me Petrum Paulum de Grassis Apostolicum Cursorem.

Pro Mag. Curs. A. Castruccius Curs.

SE-

SECTIO XIX.

De forma procedendi ad exequutionem sententiæ contra Reum condemnatum in contumacia.

SVMMARIVM.

1 *Identitas personæ condemnati in contumacia necessaria pro executione sententiæ.*
2 *Recognitio Rei delinquentis, quando erit necessaria.*
3 *Recognitio condemnati in contumaciam dupliciter fit.*
4 *Reus recognoscendus, de quibus interrogari debeat.*
5 *Modus recognoscendi condemnatum diuersus à primo.*
6 *Recognitio Rei per testes, qualiter fiat.*
7 *Reus in contumacia condemnatus, negans postea se esse eumdem, quando torqueri possit.*
8 *Indicia contra negantem identitatem personæ qualiter requirenda.*
9 *Negans identitatem personæ, absoluendus est.*
10 *Mutus condemnatus in contumacia, qualiter recognoscendus.*
11 *Interpretes pro examine mutorum, quando facienda.*
12 *Reus non semper interrogari possit de socijs criminum.*
13 *Protestatio ante torturam Rei in contumaciam damnati, quod operetur.*
14 *Suggestio interrogatoriorum fugienda,*
Interrogatoria omnia fieri non debent, & quare.
15 *Tortus super complicibus, negans delictum, an relaxandus.*
16 *Recognitionis forma, qualis? per confessionem.*
17 *Protestationis forma in recognitione facienda.*
18 *Lectio sententiæ in contumaciam latæ, qualiter Reo facienda.*
19 *Recognitionis acceptatio, qualiter fieri debeat.*
20 *Recognitionis forma per exhibitionem sententiæ.*
21 *Decretum, quod legatur sententia in actis producta.*
22 *Recognitionis forma magis compulsiua.*
23 *Recognitio per testes, qualiter fiat.*
24 *Testis recognoscens, qualiter examinandus.*
25 *Interrogationes Reo facienda, si recognitus per testes, adhuc negauerit.*
26 *Tortura Rei pro habenda ab illo identitate suæ personæ, quales.*
27 *Recognitionis forma per signa, vel per interpretes.*
28 *Recognitionis forma per scripturam eiusdem Rei loqui non valentis, sed scribere callentis, qualis?*
29 *Recognitionis forma per interpretes eiusdem nationis, cuius est Reus recognoscendus.*
30 *Torturæ forma pro habenda vlteriori veritate super socijs criminis.*
31 *Tortura pro habendis socijs criminis Conclusio.*
32 *Sententiam exequutionem alterius in contumaciam latæ, qualiter formanda.*

1 Visum est in proxima præcedenti sectione de forma procedendi contra Reum contumacem, vel absentem; in præsenti verò successiuè videre necesse erit, quomodo procedendum sit contra talem Reum condemnatum in contumaciam, si ad manus Iudicis deuenire contigerit; quia non statim, ac talis condemnatus in fortius Curiæ deuenerit, procedi poterit contra illum ad sententiæ exequutionem; sed prius formandus erit nouus processus super recognitione personæ illius rei, qui condemnatus fuit in contumacia, vt legitime constet, illum esse eumdem, qui in sententia descriptus est, hæc enim personæ identitas necessaria est, tamquam extremum necessarium, alias sententia condemnatoria exequi non potest. Chart. *in Pract. crimin. tit. de execut. sent. contra Bannito cap. 2. in princ.* Clar. Scacc. Ambr. & Alij citandi.

2 Hæc autem recognitio multis in casibus pernecessaria est præsertim quando processum fuit ad sententiam contra aliquem delinquentem, cuius nomen ignorabatur, quia fortè erat aduena, & peregrinus, & ideo in processu informatiuo descriptus fuit per signa, prout per vestimenta, staturam, barbam, & similia; ex quibus processum fuit postea terminis seruandis ad condemnationem in contumacia; de quo Chart. *vbi sup. dict. c. 2. 4. & super tot.*

Secundò, si in sententia fuisset erratum in nomine, cognomine, patria, vel alia demonstratione in inquisitione descripta.

Tertiò, quando qualitates capti, de quo agitur super executione sententiæ, videntur esse diuersæ ab illis, quæ inueniuntur descriptæ in sententia.

Quartò, quando in loco, vel patria Rei condemnati reperiuntur plures eiusdem nominis, & cognominis, vel similes qualitates genericas habentes, Chart *d. c. 2. à n. 4. vsque ad 14.*

3 Ista recognitio Rei condemnati in contumacia pluribus modis fieri potest, ad effectum exequendi sententiam contra illum in contumaciam latam; sed duo tantum seruantur in practica. Primus enim est ille, per quem Reus condemnatus proprio ore confitetur, se esse eumdem; & sic per propriam confessionem ipsius condemnati. Ad hunc ergo effectum constituitur condemnatus nouiter captus coram Iudice & absque vlla expressione nominis describitur à Notario causæ illius statura, effigies, barba, vestimenta, & alias id genus demonstrationes. Deinde statim post prædicta, antequam interrogetur reus; defertur eidem iuramentum veritatis dicendæ; & præmittitur protestatio, quod per interrogationes, & responsiones faciendas, vel per quemcumque alium actum Iudex non intendit vllo modo præiudicare sententiæ condemnatoriæ, & Iuribus Fisco competentibus; quibus in scriptis redactis modo, & forma inferius describendis *nu. 17. & seq.* proceditur ad vlteriora, interrogando Reum de nomine, cognomine, prænomine, patria, exercitio, & alijs qualitatibus in sententia, seù banno expressis, & si illius responsiones concordauerint cum nomine, & alijs qualitatibus prædictis, & fatebitur se esse eumdem in sententia descriptum; tunc habebitur pro sufficienter recognito, & consequenter poterit contra eum sententia executioni mandari, nisi aliud obstet, ita Bart. *in l. Diuus nu. 5. ff. de custod. reor. & in l. inter stipulantem, §. 1. nu. 11. ff. de verb. oblig.* quem refert Salicet. *in l. quicumque post nu. 2. C. de seruis fugit.* Aug. *d. l. inter stipulantem §. 1. nu. 4.* vbi de communi testatur, Ioan. Arnon *in comment. 42. & in Epitom. 87 vbi ponam casum,* Boss. *in Pract. crim. tit. Bannitus quid importat n. 16.* Rolan. a Vall. *cons. 60. n. 26. tom. 2.* Farinac. *in prax. q. 11. n. 14.*

4 In Practica tamen seruatur, quod tali casu vlterius interrogetur idem Reus sic confessus, an in eodem loco, vnde se oriundum esse fatetur, reperiatur Aliquis alius eiusdem nominis, & cognominis, vel alias prædictas qualitates habens; & si responderit, quod non; tunc ad plus confirmandam claram intelligentiam, Iudex mandare debet legi per Notarium causæ; seù Actuarium vulgari sermone sententiam condemnatoriam contra ipsum latam *vt infra num. 18.* & deinde interrogabitur, an ille sit ille met, re, corpore, & substantia, qui in sententia descriptus, & nominatus est, ac de delicto in ea contento inculpatus, & si responderit, quod sic: tunc perfecta est recognitio, quamuis negauerit, se eum commisisse delictum. Chart. *loc. cit. d. cap. 2. à nu. 15 vsque ad nu. 27.* quia non est necesse, vt fateatur, se illud delictum commisisse, cum iam in eo habeatur pro confesso per contumaciam. Idem Chart *vbi sup. num. 16. vers. sed verior.* Clar. *in Pract. crim. lib. 5. § fin. q. 96. vers. sed numquid.* His prædictis vtile est, sed non necessarium, quod Iudex statim acceptando dictam recognitionem, declaret illam fuisse legitimè factam, *prout infra num. 14.* & suis loco, & tempore sententiam fore exequendam Farin. *d. q. 11. n. 25. vers. ampliatur.*

5 Alter modus, quo fieri solet huiusmodi recognitio, est, quod compareat Promotor Fiscalis, vel alter pro eo, coram Iudice, & exhibeat sententiam, siuè originalem, siuè illius copiam authenticam non cassam, nec aliquo modo vitiatam, ac petat quod præuia ipsius condemnati recognitione, vel illo tortto super complicibus, fautoribus, ac alijs delictis, sententia contra condemnatum exequutioni demandetur, cum eadem protestatione, quod per quemcumque actum faciendum non inferatur aliquod præiudicium dictæ sententiæ, seù alijs sententijs forsan contra condemnatum latis, & Iuribus Fisco acquisitis; Et pariter producit processum in patre, & partibus petens, sibi ius, & iustitiam administrari, prout habetur *num. 20. per tot.* Post quam comparitionem Iudex pronunciat

nunciat se paratum suis loco, & tempore iustitiam facere. Deinde condemnatus constituitur, & examinatur, modo, quo supra dictum est.

Vel altius eaondiendo examen, eò constitutum ipsum interrogationibus statim ducat, vt postquam nomen, cognomen & alias qualitates supraootatas propalauerit, & confessus fuerit, etiam se contumacem, & banditum, fateri cogatur, & tunc habita confessione, saltem nominis, cognominis, & aliarum circumstantiarum, quamuis negauerit ille bannitum legitur, & vulgarizator illi sententia, & deinde interrogatur, an ipse sit illemet re, corpore, & substantia, de quo loquitur sententia, Et si affirmauerit, perfecta iam erit recognitio personæ, ad finem exequendi sententiam, & Iudex acceptat illam, ac declarat fuisse legitimè iactam, & sententiam suis loco, & tempore exequendam fore, & esse, vt dictum est paulò ante, de quo infra n. 22.

6 Quod si Reus in contumacia condemnatus, & in fortiis Curiæ deuentus negauerit, se esse illum, qui in sententia nominatur; tali casu si haberi possunt testes, qui illum recognoscant, & conuincant; quod sit idem qui in sententia nominatus fuit, & de crimine in ea contento inquisitus sit, monetur per Iudicem, vt aduertat veritatem fateri, quia adsunt testes, qui illum recognoscere possunt, & cum adhuc negauerit Iudex mandabit ad locum examinis adduci tres alios magis similes constituto, quoad fieri poterit, & inter illos in ordine positum constitutum, & successiuè ad illorum faciem vocaci vnumquemque ex testibus, cui delato iuramento veritatis dicendæ interrogabit eum, an cognoscat N. de N. de loco N. & qua de causa illum cognoscat, & à quanto tempore citra illum non viderit: & an si modò illum videret, recognosceret: & ipso teste dicente, quod sic: demonstrantur ei quatuor illi homines, inter quos est reus prædictus in ordine positus, iuxta practicam quam tradit Chart. *vbi sup. d. cap. 2. nu. 36. & seq.* & post eum Tranq. Ambros. *de mod. form. proc. in form. lib. 6. c. 3. nu. 4.* & Nos inferius ponemus n. 22. Deinde Iudex dictum testem debet interrogare, an inter illos adsit dictus N. de N. qui inculpatur de homicidio; quia non sufficit, si dicat, quod illum cognoscat, & vocatur talis de tali, nisi etiam asserat, quod est ille, de quo in sententia mentio fit, & inculpatur de delicto in ea contento. Chartar. *vbi sup nu. 40. & seqq.* Et si testis dixerit, quod inter illos quatuor adest ille N. de N. de quo prius interrogatus fuit: tunc Iudex dicat ei, vt illum ostendat, manu eundem tangendo: quo per testem tacto, & in suo dicto, ac recognitione perseuerante, illum licentiabit. Et successiuè alios testes eodem ordine, & modo vocabit, & examinabit.

Porrò post dictam recognitionem poterit constitutus Interrogari vlterius ad habendam recognitionem, etiam per propriam confessionem.

Notandum præterea, quod licet constitutus non confiteatur, se esse illumet, qui in sententia reperitur descriptus, dummodo tamen testes in sufficienti numero deposuerint se illum cognoscere per nomen, & cognomen, & commissum delictum in sententia mentionatum, nam de vtroque deponere debent copulatiuè. Chart. *d. num. 40.* Imo reddere debent testes causam scientiæ, quare cognoscant, & quod sit idem in sententia nominatum, proinde legenda est eis sententia condemnatoria. vt statuit Sacra Congregatione Consultæ die 23. *Septemb.* 1634 per Epistolam directam Domino Gubernatori Anconæ. Tali enim casu tamquam contra conuictum sententia executioni demandari poterit absque alia confessione; sed testes esse debent omni exceptione maiores, qui de magno præiudicio agitur. Farinac. *d. qu. 11. nu. 25. vers. amplius quaro.*

Quod si huiusmodi Reus vocaretur pluribus nominibus, sed condemnatus fuit sub vno tantum; tunc sufficeret, quod sub eodem nomine recognosceretur a testibus. Farin. *ibid. n. 15. vers. & si pariter*, vbi Alios allegat.

7 Item aduertendum erit, quod si talis reus condemnatus, & postea captus negauerit se esse illummet, de quo loquitur sententia, & per testes, qui eum recognoscunt, conuinci non poterit in numero sufficienti; nonne si adsit, saltem vnicus testis illum recognoscens; vel adsint aliqua inditia acquisita ex ipsiusmet confessione, vel aliunde; vtique poterit Iudex deuenire ad remedium subsidiarium torturæ, pro habenda confessione super identitate personæ, & illius recognitione, de qua infra num. 25. & latè tradunt Farinac. *dicta quaest.* 11. num. 25. vers. amplius quaro Chart. *de exec. sent. d. cap. 2. num. 32. & seqq.* Rolandus *in consil. 20. numer. 7. libr. 2.* Nellus *de bannitis in tertia parte prima temporis quaest. vlt.* Clar. *dict. qu. 96. versic. quaero vtrum quid circ. med.* Sacc. *de indic. quaest. 62. num. 125. vers. & haec quid.* & *quaest. 97. num. 175 vers. fi. & exemplum*, vbi ait, quod recognitus ab vno teste potest in summo gradu tormentari. Vel tortura omissa poterit Iudex sententiam exequi, cum mitigatione tamen pœnæ. Et si tortus in negatiua persistat, nec, vt supra, testibus conuinci potuerit, erit absoluendus: vel cum fideiussione de se repræsentando quandocumque relaxandus.

8 Ad acquirenda verò indicia ex confessione eiusdemmet condemnati, Iudex poterit illum interrogare, non solum de nomine, cognomine, patria, parentibus, & aliis qualitatibus: verum etiam de aliis circumstantiis, quæ opportunæ videbuntur, donec sibi videantur adesse inditia sufficientia ad torturam, vt bi gratia interrogando de discessu à patria, quo tempore, vbi postea fuerit, quare discesserit: an cognouerit N. de N. qua occasione, an esset illi amicus, vel inimicus, qua de causa? An sciat vbi ad præsens reperiatur, an dici audiuerit, quod fuerit interfectus, à quo, seù quibus, quando, in quo loco, quo genere armorum: An sciat quis fuerit de tali homicidio inculpatus, vel inquisitus, citatus, bannitus, condemnatus, & similibus, secundum factorum diuersitatem, & eiusdem rei examinati responsiones; vt dictum fuit per Nos *supra sect. 3. num. 32. cum seqq.* & aduertit Chartar. *de exec. sententiae, cap. 8. puncto d. cap. 2. num. 33.* Acquisitis postea talibus interrogatoriis, & Rei responsionibus, indiciis ad torturam sufficientibus; ac facta monitione, vt veritatem dicat, super tali recognitione Iudex mandabit constitutum duci ad locum torturæ, & funi applicari, & tandem si in negatiua persistat in ea ... addita tamen supradicta protestatione, quod torturam inferat, sine præiudicio sententiæ, & iurium Fisco acquisitorum.

9 Et si tortus fateretur tandem, quod ipse esset illemet qui in sententia nominatus, & de delicto inculpatus est, & talem confessionem extra tormentorum more solito ratificauerit, Iudex sententiam condemnatoriam exequi poterit; quamuis negauerit, quod delictum commisisset, vt trad. Chartar. *vbi proximè nu. 20.* quia vt supra dictum est, iam habetur pro confesso, quoad delictum, per contumaciam. At verò si torturam substinendo, in negatiua persisterit, relaxandus, & absoluendus erit: Farinac. *dict. quaest. 11. num. 25. vers. amplia rursus in fin.*

10 Quòd si condemnatus in contumacia, vel bannitus & postea captus loqui non valeat, vel natura, vel casu, vel dolo malo, amputando sibi linguam, ne se, & complices detegeret, credens, quod nisi ipsemet confiteatur ore proprio, puniri non posset; tunc examinandi sunt testes super impedimento loquelæ, & quod scribere callet, vel non, & constito, quod sciat scribere; cogendus erit talis mutus, vel surdus respondere interrogatoriis scriptis, etiam per responsiones manu propria scriptas. Et tunc si scribere recusaret, poterit Iudex eum compellere ad scribendum per torturam. Chartar. *de exercit. sentent. practic. cap. 2. num. 43. 44. & 45.* Sicut cogere potest Reos, qui loqui valent, & respondere renuunt, de quibus dictum est in superioribus *Sect. 9. per tot.* Quod si scribere nesciat, tunc interrogandus est per nutus, & signa; & ille similiter per signa, & nutus respondere tenetur. Idem Chartar. *loc. cit. num. 45.* Et tunc si Notarius, seù Actuarius causæ benè intelligat, interpretabitur; Annotando in principio constituti, quod ipse Reus examinandus est mutus, vel surdus, & similiter annotare debet signa, & nutus tum Iudicis interrogantis: tum Rei constituti respondentis, videlicet quod interrogatus per opportunos nutus, an tale, vel tale quid in fit Respondit, quod sic, caput inclinando; vel quod non caput renuendo: sic de reliquis. Si verò Notarius signa non Intelligeret, tunc deputandi sunt Interpretes Idonei, prout sunt consanguinei, vicini, & amici eiusdem Rei muti, qui signa, & nutus illius intelligant: & si plures haberi non possint, sufficiet vnus. Ipsis autem Interpretibus præstandum erit iuramentum præsente Reo de fideliter interpretando signa, & nutus, & Notarius scribet, quod tale signum fuit sic per interpretes adhibitos interpretatum; Et in fine examinis dicti Interpretes debent se subscribere, vt tradit Chart. *vbi sup. n. 50. 55. & 56.*

11 Hæc

11 Hæc autem interpretum deputatio fieri debet in principio examinis præsente eodem Reo examinando, vt docet Bartol. *in l. 1. §. eadem ff. de verb. oblig.* Et quod dictum est de surdo, vel muto, quibus ad respondendum dantur interpretes, procedit etiam in Reis bannitis exteris, qui neque latinam neque illius regionis linguam intelligerent; nam si Notarius illam non calleret, adhibendi essent interpretes, modo, quo supra quamuis Iudex ipse eius linguam intelligeret, cum non possit illam interpretari. Chartar. *ibid. n. 52. & seq.* Scacc. *de iudic. q. 97. n. 176. vers. sexta difficultas*; de quibus omnibus habetur forma infra. *n. 27. & seqq.* Et tamen valde aduertendum in huiusmodi recognitionibus mutorum, & surdorum, vt si recognosci possint per testes, non fiat recognitio per nutus, & signum, nisi in subsidium, cum sit valde periculosa, ad effectum exequendi sententias contra eos in contumaciam latas.

12 Præterea notandum est, quod facta recognitione personæ delinquentis in contumaciam condemnati aliquo ex modis supra notatis; solent aliquando Iudices non statim sententiam condemnatoriam exequutioni demendare, sed Reum condemnatum vlteriùs vrgere pro veritate habenda super socijs criminum, fautoribus, auxiliatoribus, receptatoribus, & similibus; nec non super alijs criminibus. Farinac. *qu. 13. de indic. & tort. num. 131. vers. sub limitq primò.* Chart. *de exec. sent. d. c. 2. nu. 57.* maximè quando agitur de delictis, quæ verisimiliter, sine sociis, vel auxiliatoribus committi nequeunt, præcedentibus tamen aliis iudiciis legitimis; quia regulariter non potest reus interrogari super socus, nisi præcedant legitima inditia. Scaccia *d. q. 97. num.* 180. Clar. & Alii pěc ipsum allegati *in Pract. crim. §. fin. q. 64. vers. successiuè quaero in fin.* latè Farinac. *de indicijs q. 37. n. 159. & seq.* Vulpell. *cons. 4. n. 12.* quod tamen limitatur in criminibus atrocibus, puta assassinii, furti, asportationis annonæ, & similium; quia talis reus posset interrogari de sociis, & aliis, vt supra, sine indiciis. DD. cit. Et si talis reus super huiusmodi interrogatus, negauerit, poterit Iudex illum torquere, vt socios, fautores, & alios propalet, & alia delicta confiteatur. Chartar *d. cu. 2. n. 69. & n. 68.* vbi aduertit, quod tortura ad huiusmodi effectum detegendi socios, & alios, esse debet leuis, & moderata, non grauis, & excessiua. Forma verò huiusmodi torturæ habetur infra. *num 29.*

13 Præmittenda est tamen protestatio per Iudicem, modo, quo supra, quod scilicet torturam illi infert, sine præiudicio sententię, recognitionis, rei iudicatę, & iurium quomodocumq. Fisco competẽtium; aliàs si reus tortus negaret delictũ sine prædicta protestatione, & in negatiua persisteret, absoluendus esset, etiam si de delicto esset plenè conuictus. Chart. *d. c. 2. n. 59. & seqq.* vel saltem pœnam ordinariam euaderet.

Hæc autem protestatio non suffragaretur, si Reus in tormentis positus interrogaretur super delicto principali, & ipse negaret, quia videtur recessum ab ea, per actum contrarium. Chartar. *d. cap. 2. nu. 70. & seq.*

14 Item aduertendum erit, nè Reus, qui super complicibus torquetur, Interrogetur modis illis breuioribus, de quibus aliàs in superioribus diximus. *d. sect. 9.* videlicet *opportunè interrogatus:* Vel: *Ad opportunam Domini interrogationem.* Vel: *Subdens interrogatus*, & similes, tales enim modi interrogandi sunt valde præiudiciales, tum quia si tunc Reus responderet, negando delictum principale, sub intraret disputatio, num iuribus antea Fisco acquisitis, per talem responsionem pręiudicatum sit; tum etiam quia modi prædicti præseferunt vitium suggestionis, quod est omni studio fugiendum, vt aliàs diximus, & notat Chartar. *d. c. 2. nu.* 81. Debet igitur tortus ad hunc effectum interrogari simpliciter, & in genere de sociis, & aliis criminibus non specificando delicta neq; Aliquem nominando. chart. *ib. n. 82. cum plur. seqq.* vt suggestio euitetur.

15 Postremò aduertendum erit, quod si Reus tortus super complicibus, & aliis criminibus, legitimè super his interrogatus respondeat, se non commisse delictum principale, de quo iam condemnatus est; tunc Iudex autus esse debet in annotatione huiusmodi responsionis; nam si Notarius scriberet talem negatiua simpliciter in interrogatorio, præiudicium inferret Iuribus Fisci, & sic sententia exequi non posset. Ideo talem responsionem Iudex scribere faciat per Notarium, tamquam ex se ipso datam, non ad Interrogatorium, sit verbi gratia: *Dicendo ex se ipso.* Vel: *Subdens ex se.* Vel: *Deinde dixit ex se ipso. Io non hò fatto tal homicidio, & à torto vengo di ciò imputato, perche non hò fatto mai mal' à nessuno, &c.* ita aduertit Chartar. *in d. cap. 2. num. 89. in fin.* & Alii Criminalistæ. Tandem finito examine, & Reo arbitrio Iudicis tormentato, moderatè tamen, mandabit de tortura deponi, & ad largam mitti cum termino competenti ad dicendum causam, quare sententia, contra ipsum lata exequutioni demandari non debeat, vt meliùs apparebit ex infra notandis. In fine postea examinis huiusmodi comparere solet Promotor Fiscalis, & instare ad reiterationem tormenti, seù ad grauiùs torquendum, & ad grauiora tormenta contra eumdem procedendum. Quibus absolutis, & maturè perpensis deueniri solet ad sententiæ exequutionem, prout mox infra dicemus.

PRAX. PROCESSVS.

16 Continuando, etiam in hac vltima Sectione, ordinem vsque modo in superioribus obseruatum, exponam omnium oculis formulas necessarias pro habenda recognitione Rei in contumaciam condemnati; nam postea quam talis ad manus Iudicis peruenerit, ad effectum exequendi sententiam contra ipsum absentem latam, quæ sine recognitione personæ eiusdem in sententiam mentionati, quibusdam præcedentibus solemnitatibus, vt supra dictum est, minimè exequi potest: Ideo cum facienda erit recognitio Rei, cuius nomen cognitum non erat, dum processus Informatiuus compilabatur, secundum dicta *sup. n. 2. & seq.* eius forma talis erit videl.

Forma constituti, seù examinis pro recognitione Rei condemnati in contumaciam per eius confessionem.

Die... Mens... ann.... In loco N. &c.

Constitutus personaliter in carceribus N. coram Per illustri, seù, &c. Domino Iudice, seù Gubernatore, &c. Meque Notario infrascripto. &c. Assistente Domino N. Promotore Fiscali &c. Seu, &c.

Quidam homo procere staturæ ætatis suæ, prout suo aspectu dignosci poterat, annorum tot.. in circa, cum barba coloris nigri, seù rasi, seù vt vulgò dicitur castagnaccia, habens quamdam mediocrem cicatricem in fronte, à parte dextera tendentem versus articulum dexteram, indutus vestimentis panni coloris rubei, seù crocei, siue berettini, & similium, tibialibus sericis coloris viridis, seù, &c. caligis corduane nigris cum pileo in capite filtri semialbi cum pennis rubeis ad modum militis, &c. qui delato sibi iuramento veritatis dicendæ, prout iurauit tactis, &c.

17 *Præmissa prius per Dominum prædictum Iudicem, seù, &c. protestatione, quod non intendit per quamcumque interrogationem à se faciendam, vel responsionem à dicto constituto dandam, aut quemuis alium actum de super adhibendum sententia, siue sententijs contra dictum Constitutum latis, iuribusque Fisco vsque modo acquisitis, & quomodolicet competentibus praiudicium aliquod inferre, de quo solemniter, & expressè, ac omni meliori modo protestatus fuit, & protestationem semper, & quandocumque, at in quolibet acta ex nunc pro tunc repetit, & pro repetita haberi vult, & intendit, ac vltimo loco in omnibus, tum in principio, tum in fine cuiuslibet actus apposita censeatur, & non alias. etc. Ita etiam instante Domino N. Promotore Fiscali, etc.*

Ad opportunas Domini præfati interrogationes dixit, & deposuit, prout infra, videl.

Interr. *quomodo ipse constitutus nominetur; et cognominetur.*

Resp. *Io mi chiamo N. de N.*

Interr. *an habeat agnomen, aut prænomen, & ex quo loco sit oriundus.*

Resp. *Io non hò nè sopranome, nè agnome, che sappia, e la mia patria, doue son nato, si chiama N.*

Interr. *an in dicta sua Patria sit aliquis alius, qui habeat eidem nomen, et cognomen.*

Resp. *Signor nò, che non ci è altro, che si chiami, come mi chiamo Io, che sappia.*

Interr. *An habeat patrem, matrem, fratres, sorores,*

& qua sint eorum nomina, ac exercitia.

Resp. *Mio patre, quale ancora vive in detto luogo, si chiama N. de N. mia matre si chiamaua N. de N. quale adesso non è più viua. Hò tre fratelli chiamati il primo N. il secondo N. & il terzo N. & hò solamente vna sorella chiamata N. Mio padre campana di sue entrade, non hauendo alcun'arte, conforme nè meno io.* Vel si habeat exercitium, explicetur, quod est, &c. Et si Iudici videbitur alias opportunas interrogationes facere, illas facere poterit, prout facti qualitas requiret. Postea mandabit sibi legi sententiam condemnatoriam, modo, quo infra, videl.

18 *Tunc Dominus Iudex mandauit per me, &c. ad omnem bonum finem, & effectum exhiberi, legi, vulgarizari, ac proprio vernaculo sermone exponi ipsi constituto ad claram eiusdem intelligentiam quamdam sententiam condemnatoriam ad triremes per septennium, sine, &c. & confiscatione bonorum latam contra ipsum per Dominum N. sub die... mensis... anno... sub rogitu mei Notarij, &c. prout in libro actorum criminalium folio...*

Quæ sibi per me lecta, & vulgari sermone exposita de verbo ad verbum, prout iacet, alta, & intelligibili voce, & per ipsum benè audita, & intellecta, prout asseruit, fuit ipse Constitutus; per eumdem Dominum.

Interr. *an ipse sit ille met N. de N. filius N. de N. loci N. re, corpore, & substantia, de quo explicitè canit sententia; & qui in ea reperitur condemnatus pro homicidio in pœnam triremium per septennium, & confiscationis bonorum,* siuè aliarum pœnarum, &c.

Resp. *io son N. de N. figlio di N. de N. del luogo N. in corpo, & in anima; ma però non hò mai fatto tal delitto; & resto molto marauigliato, come sia stato condennato à tali pene innocentemente, &c.*

Interr. *an de prædicta sua familia sit aliquis, qui vocetur N. de N. prout ipse.*

Resp. *nella mia famiglia N. non ci è altro che si chiame N. come mi chiamo io.*

19 Quo facto statim proceditur ad decretum infrascriptum, acceptando recognitionem, vt sequitur.

Tunc Dominus huiusmodi recognitionem ipsius Constituti acceptauit, illamque fuisse, fore, & esse ritè, ac legitimè factam, atque sententiam prædictam suis loco, & tempore, prout iuris fuerit, exequendam pronunciauit, omni meliori, &c.

Io N. *de* N. *hò deposto come di sopra, &c.*

N. *Iudex &c.* N. *Actuar. &c.*

20 Potest etiam fieri huiusmodi processus sub alia forma recognitionis rei condennati in contumaciam, per exhibitionem scilicet sentent.æ à Fiscal. & per confessionem ipsius Rei in sententia mentionati, *vt annotatur sup. nu. 5.* & sit infrascripto, vel simili modo, videlicet.

Diuersa forma recognitionis Rei per exhibitionem sententiæ, & per ipsius confessionem.

Die... Mensis... Anni... &c.

Coram Per Illustri Domino N. *Iudice, seù Gubernatore* N. *&c. Neque, &c. Comparuit Dominus N. Promotor Fiscalis huius Curiæ N. & fecit exhibuit, atque produxit quoddam instrumentum, seù transumptum in publicam formam redactam per D. N. de N. Notarium, non Cassum, non Cancellatum, nec in aliqua parte vitiatum cuiusdam sententiæ lata per eumdem Dominum N. Gubernatorem, &c. siuè per D. N. &c. ac rogatum per me, &c. siuè per N. Notarium, &c. de anno... et mense... die verò eiusdem mensis... tenoris, prout in ea, etc. contra N. de N. de Terra N. ad præsens carceratum in carceribus N. huius ciuitatis N. in qua dictus N. de N. reperitur condemnatus in pœnam Triremium per septennium, & confiscationis bonorum* siue alterius pœnæ, &c. *occasione homicidij, de quo in dicta sententia, & petijt, ac instetit, prius debita personæ recognitione dicti* N. *de* N. *ac ipso super alijs complicibus, & delictis, iuxta solitum, iuris, & facti remedijs examinato, ad debitam dictæ sententiæ executionem, iuxtà Sacrorum Canonum, Apostolicarum, (& Synodalium, si quæ sint) constitutionum, bannimentorum, ordinationum, ac statutorum formam deueniri, aliàs, &c. Præmissa semper protestatione, quod per quascumque interrogationes dicto N. faciendas, & responsiones ab eodem dandas nullum censeatur præiudicium fieri supradictæ sententiæ, ac iuribus Fisco quomodocumque, & qualitercumque hactenus acquisitis, & aliisque sententijs vbique locorum contra eumdem forsan latis, de quibus, &c. omni, &c.*

Et insuper exibuit, & produxit, in parte tamen, & partibus pro Fisco, & Curia facientibus & non alias, aliter, nec alio modo, quemdam processum, siuè copiam Authenticam processus fol. tali... fabricatum per eumdem Dominum Gubernatorem, siuè, &c. incipientem sic... &c. & finientem sic... &c. sub rogitu mei, &c. tenoris, prout in eo, &c. & petijt, ac instetit dictum processum diligenter videri, & super contentis in eo dictum aduersarium, cum protestatione, de qua supra, diligenter examinari, et sibi comparentis ius, & iustitiam administrari, etc. aliàs, etc. omni meliori modo, &c.

Qui Dominus, &c. Visis supradicta sententia, et processu, ac auditis præmissis obtulit se paratum suis loco, et tempore ius, et iustitiam administrare, omni, etc.

Successiuè.

Constitutus personaliter, &c. prout annotatum est suprà *nu.* 16. vsque ad *num.* 17. postea dicatur.

Interrogat. *Quomodo nominetur, et cognominetur.*

Resp. &c. vt sup. vsque ad *nu.* 18. postea subiungitur.

Interr. *An ipse constitutus fuerit vmquam processatus, inquisitus & condemnatus pro aliquo delicto, et quatenus sic, pro quo.*

Resp. *Io non son stato mai processato, inquisito, nè condennato per delitto alcuno, che sappia.*

Et monitus, vt benè aduertat, nec dicat, se numquam fuisse inquisitum, nec condemnatum pro aliquo delicto, quia Curia benè constat contrarium, quod fuerit inquisitus, et condemnatus de quibusdam delictis, et certè non est verisimile, quod ipse notitiam aliquam non habuerit, et non habeat de omnibus, et singulis, &c.

Resp. *Signore mi creda, che non hò hauuto mai notitia alcuna di quanto al presente sento per vostra bocca, del che molto mi marauiglio.*

21 *Tunc Dominus ad conuincendum ipsum constitutum de mandato, ac ad omnem alium bonum, ac meliorem finem, & effectum exhibuit eidem constituto sententiam triremium,* (vel, &c.) *de qua supra etc. per D.* N. *Promotorem Fiscalem productam; latam, et promulgatam per eumdem Dominum Gubernatorem.* (vel, &c.) *et mandauit per me illam ad clarum ipsius constituti intelligentiam, legi, et vulgari sermone exponi a principio vsq; ad finem.*

Quæ per me lecta, et sibi vulgariter exposita, et bene per ipsum audita, et intellecta, vt asseruit, fuit per Dominum.

Intert. *an ipse met constitutus sit ille met* N. *de* N. *loci* N. *filius* N. *re, corpore, et substantia de quo mentio fit in sententia, et qui condemnatus fuit propter homicidium in pœnam triremium, et alias prout in ea, etc.*

Resp. *Signor sì, che io sono* N. *de* N. *della Terra* N. *figlio di* N. *in corpo, e sostanza, ma non però si trouerà mai con verità, che habbia commesso tal delitto d'homicidio, nè è possibile, che sia stato così falsamente condannato in galera per detta causa.*

Interrogat. *An de sua familia* N. *sit aliquis alius qui nominetur* N. *de* N. *sicut ipse Constitutus.*

Resp. *Signor nò, che non ci è altro nella mia famiglia, che si chiami* N. *come mi chiamo io, che sappia.*

Tunc Dominus, etc. prout habetur supra *nu.* 19.

22 Poterit Iudex huiusmodi recognitionem facere, vtendo alia æquipollenti, sed aliquali forma, nam post protestationem, de qua supra *num. præcedent. in princ.* & post descriptionem personæ Rei condemnati, nec non post interrogationes super nomine, cognomine, patria, exercitio, & ætate interrogabit eúdem de loco, in quo fuit captus, quomodo, à quo, quando, cum quibus erat, an erat armatus, solus vel associatus, & cum quo, seù quibus, quomodo cum illis erat, à quanto tépore; Quid faciebat in illo loco, qomodo viuebat, in domo cuius habitabat, an proprijs expensis, vel alienis, & cuius, cum quo, seù quibus ibi conuersabatur, quanto tempore ibi habitauerat, quãdiu ibi eẽ permanere intẽdebat, quare, & cętera similia interrogatoria faciendo, ad effectum, vt constitutus proprio ore se inuoluat, & quasi nõ aduertens cõtumaciã

suam

suam confiteatur; Et tali casu post confessionem propriam exibenda erit ei sententia contra ipsum lata, iuxta formam superius traditam, *n. 19. vel n. 21.* vel, vt infra, videl.

Et exhibita ipsi constituto per me de mandato Domini, &c. quadam sententia condemnatoria ad triremes, & ad bonorum confiscationem, siuè, &c. contra ipsum constitutum lata sub die tali... mensis N. ann.... per eumdem Illustriss. Dominum Gubernatorem; (siuè Altum) *sub regita mei, &c.* (vel alterius) *tenoris, &c. & eadem per me vulgariter exposita, & per eumdem constitutum benè vt asseruit, audita, & intellecta, fuit per Dominum.*

Interrogat. *An ipse sit illemet, &c.* prout supra *dictis numeris 18. & 21. vsque ad finem*, & cum decreto posito similiter *sup. n. 19.*

23 Fieri solet similiter huiusmodi recognitio personæ Rei in contumaciam condemnati, & post sententiam ad manus Iudicis ducti, & in fortijs Curiæ detenti, ad effectum exequendi sententiam taliter contra eum latam, per testes idoneos, qui ipsum recognoscant, & deinde etiam per suammet confessionem; & tali casu forma ipsius constituti erit vt infra, videl.

Forma Recognitionis Rei in contumaciam condemnati, per Testes, & vlterius per ipsiusmet confessionem.

Die... Mensis.... Ann.... &c.

Constitutus personaliter, &c. prout supra *n. 16.* cum protestatione *n. 17.* & opportunis interrogationibus factis, si negauerit, se esse eundem in sententia mentionatum, monetur infrascripto modo.

Interrog. *& monitus, vt benè aduertat dicere veritatem, quia non desunt testes, qui recognoscere poterunt ipsum Constitutum vocari N. de N. non autem N. de N. vt ipse fingit, & esse illum eumdem, de quo agitur, & fit mentio in sententia, & qui in ea est condemnatus.*

Resp. *Quali testimonij potranno dire, che Io sia quello, che non sono? Io mi chiamo N. e non N. del qual si fà mentione nella sententia, e del resto ogn'vno potrà dire quello, che li piacerà.*

24 *Tunc Dominus ad conuincendum constitutum ipsum de mendacio, & ad illum disponendum ad veritatem fatendam, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum mandauit ad locum examinis adduci tres alios homines, qui magis similes ætate, statura, & effigie ipsi constituto reperiri poterunt.*

Quibus adductis Idem Dominus mandauit eos in ordine poni, & inter illos collocari etiam ipsum constitutum, & ad illorum faciem successiuè mandauit vocari N. de N. Testem, qui ad faciem illorum adductus, & sibi delato iuramento veritatis dicendæ, prout iurauit, tactis, &c. fuit per Dominum.

Interr. *An cognouerit, & cognoscat N. de N. Terræ N.*

Resp. *Signor sì che hò conosciuto, e conosco N. de N. della Terra N.*

Interr. *Qua occasione, a quanto tempore citra, quandiù est, quod ipsum non viderit.*

Resp. *L'hò conosciuto, perche andauamo spesso insieme à spasso per la Città, & hebbi la sua amicitia da tre anni in qua, Vltimamente non lo viddi più da sei mesi in circa à questa parte, e si disse publicamente, ch'era fuggito, per hauer vcciso N. de N. per il che era stato condannato in galera.*

Hic fieri poterunt aliæ interrogationes, si Iudici videbitur, prout facti qualitas postulabit, & deinde subiungatur.

Interr. *An si modo dictum N. de N. videret, illum recognosceret?*

Resp. *Signor sì, che lo riconoscerei subito.*

Et Domino dicente, vt modo inspicat istos quatuor, qui sibi ante oculos exibentur sic in ordine dispositi, & dicat pro veritate, an inter dictos quatuor adsit, & reperiatur ille N. de N. de quo paulo ante interrogatus fuit, & qui dicebatur, quod occiderat N. de N. & qui condemnatus fuerat ad triremes.

Resp. *Io hò visto, e vedo benissimo questi quattro huomini posti in fila, e tra essi vi riconosco N. de N. del quale poco fà m'hauete domandato, e di chi si mormoraua d'hauer vcciso N. de N. e che perciò era stato condannato in galera.*

Et Domino subiungente, vt dicat, & designet quisnam ex dictis quatuor hominibus sit ille N. de N. & illum manu tangat.

Resp. mouens se de loco ad locum, & manu tangens constitutum tertium in ordine positum, *Signore: questo qui ch'è il terzo nella fila, & hora tocco, è propriamente quel medesimo N. de N. di chi sin'hora m'hauete domandato, & Io vi hò risposto.*

Præsente dicto N. de N. constituto, & dicente Sig. costui bisogna, che sia imbriaco, ò pazzo, che opera così à caso; ò pure l'hauete voi insegnato, che toccasse me; mentre Io non mi chiamo N. ma N. e mai hò visto quest'huomo, ne lui hà potuto veder me.

Replicante tamen dicto N. *de* N. *Teste adducto, & dicente; Io non sono, nè imbriaco, ne matto, ne meno istrutto dal Signor Giudice, ne da altri; e però vi dico Signore quello vol negare il suo essere, egli si chiama* N. *de* N. *e non* N. *de* N. *come finge, e così si facea chiamare l'anni à dietro quando Io l'hò conosciuto, e così lo chiamauano tutti, frà quali molti suoi paesani, sì come egli medesimo diceua d'esser tale.*

Et cum vterque persisteret in suo dicto Dominus licentiauit adductum, & successiue ad magis conuincendum ipsum constitutum de mendacio, & ad magis disponendum ad veritatem fatendam, & ad omnem meliorem finem, & effectum mandauit adduci N. *de* N. *loci* N.

Qui adductus, & delato sibi iuramento veritatis dicendæ, prout tactis, &c. iurauit, fuit per Dominum.

Interr. *an cognoscat N. de* N. *&c.*

25 Et prosequatur ordine suprapositum cum primo teste *in praced. nu. 24.* & sic eodem modo procedetur cum aliis testibus adducendis pro recognitione facienda.

Et quando Reus perseuerauerit in negatiua, non obstante quod tot testes illum recognouerint, & Iudex voluerit eumdem vlterius interrogare, vt si possibile erit, habeat etiam confessionem à Reo ex ore proprio, tunc potest prosequi post examen vltimi testis, modo, quo infra, videl.

Et cum vterque persisteret in suo dicto Dominus licentiauit dictum N. vltimo loco adductum, sicut licentiauerat prius alios quatuor adductos, & successiuè prosequendo examen cum ipso constituto, eumdem.

Interrogauit, *quomodo audeat negare, se esse N. de N. de quo loquitur sententia sibi iam lecta, cum videat, quod per tot testes fide dignos fuerit recognitus pro veritate pro N. de N. & non pro N. de N. vt ipse fingit.*

Resp. *Signore. Io non sò che si dicano questi testimonij falsi, sò bene che non son quello che essi dicono, perche io sono N. de N. non N. de N.*

Interr. *quare velit, quod prædicti testes dicerent ipsum constitutum nominari, & esse N. de N. si reuera nominaretur, & esset N. de N. prout ipse fingit.*

Resp. *Io non sò perche dicano vna cosa per vn'altra; sò ben che non sono quello, che loro dicono.*

Hoc in loco fieri possunt aliæ interrogationes, si opportunæ, & necessariæ videantur, & deinde examen compleri, modo, quo supra *n. 19.* & contra eumdem procedi potest ad sententiæ condemnatoriæ exequutionem, tamquam contra conuictum. Et est notandum, quod si reuera reus plura haberet, nomina, & in sententia fuit condemnatus sub vno ex illis; sufficiet, si per testes idoneos recognoscetur sub eodem nomine, vt dictum est *sup. n. 6. in fin.*

26 Quando verò non reperiuntur testes in numero sufficientes, & idonei, qui huiusmodi Reum condemnatum in contumacia, & postea captum non recognoscant; & ipse persistit in negatiua, quod non est ille, de quo loquitur sententia condemnatoria; tunc si adsunt indicia sufficientia, vel saltem vnus testis illum recognoscens, modo, quo *sup. n. 24.* vtique poterit Iudex ipsum torquere pro habenda ex proprio ore confessione super identitate personæ, & eius recognitione, ad effectum exequendi sententiam, tali autem casu modus torturæ erit infrascriptis, vel huic similis, videl.

Forma inferendæ torturæ Reo condemnato in contumaciam pro habenda confessione identitatis Personæ.

Die... Mens... ann... &c.

Constitutus personaliter, &c. prout *sup. n. 16.* & 17. & deinde interrogatur super omnibus alijs, de quibus dictum fuit etiam *sup. n. 8.* ac ipso persistente in negatiua subiungitur, continuando examen.

Interrogatus, *& monitus per Dominum, ut tandem a tot mendacijs abstineat; & se disponat veritatem dicere, an ipse sit illemet N. de N. de quo loquitur sententia, & in ea condemnatus reperitur ad pœnam triremium, cum iam videat, se non posse aliquo modo negare, alias deuenietur contra ipsum ad opportuna iuris, & facti remedia.*

Respondit, *io non hò detto altrimente bugia, che mi chiamo N. de N. e non N. de N. e però non sò che vogliate più da me, o se mi strappazzerete di vantaggio, potrete farlo, perche hauete il braccio longo per l'officio, che esercitate, ma sappiate, che mi fate torto, e n'hauerete da rendere conto à Dio benedetto.*

Tunc Dominus sedens, & Visis, &c. & visa obstinatione ipsius Constituti, stante depositione N. de N. &c. et eius confrontatione facta cum ipso Constituto, qui in eius faciem asseuerauit, ipsum Constitutum nominari N. de N. non autem N. de N. Attentis etiam variationibus ipsius Constituti, mendacijs, et inuerisimilibus responsionibus, de quibus supra, ad habendam cantummodo confessionem super identitate personę ipsius Constituti, et an ipse reuera sit ille N. de N. nominatus in dicta sententia, cum aliter ab ipso haberi non possit, et non aliter, aliàs, nec alio modo, &c. ac sine praeiudicio prędicta sententię, ac iurium Fisco quomodocumque et qualitercumque acquisitorum, & vsque modo competentium, repetitis semper protestationibus, de quibus supra de verbo ad verbum, & iuxta illarum formam, & non alias, &c. Mandauit, ipsum Constitutum duci ad locum torturę, ibique spoliari, ligari, & funi applicari.

Qui dum sic ductus spoliaretur, ligaretur, & funi applicaretur, fuit per Dominum benignè verbis monitus, ut veritatem dicat.

Respondit. *Signore, io la verità già l'hò detta sin'hora, e però non sò, ne posso dir altro.*

Tunc Dominus, cum videret Constitutum ipsum omninò recusare veritatem fateri, eumdem sic spoliatum, & ligatum, & funi applicatum mandauit in altum eleuari.

Qui sic eleuatus cœpit clamare, gemere & dicere; Ohimè, Sig. Iddio aiutami; Madonna Santiss. soccorremi.

Interrog. *ut veritatem dicat, an ipse sit illemet N. de N. in prędicta sententia mentionatus.*

Resp. *Signor nò che non son quello, mà son bene N. de N. come v'hò detto di sopra.*

Interr. *& monitus, ut tandem desistat continuare tot mendacia, cum iam videat se esse conuictum per testes, quòd sit idem in sententia mentionatus, & non ille N. de N. quem se fingendo facit.*

Resp. *Io hò detto, e dico la verità, e li testimonij dicono una grandissima buggia, e però Dio m'aiuterà.*

Deinde fieri possunt aliæ interrogationes, secundum temporis, & facti opportunitatem: & vbi euenerint aliqua accidentia in huiusmodi tortura inferenda, recurre ad superiùs dicta in simili materia. *Sect. 14. de tortur. Reor. à nu. 55. cum seqq.* Et tandem, si deueniendum sit ad finem torturæ, fieri solet infrascriptum decretum, videlicet:

Tunc Dominus attentis, &c. cum aliud à Constituto habere non posset, cum stetisset sic in tortura eleuatus per spatium medię horę ad horologium pulueris, mandauit ipsum Constitutum leniter deponi, disligari, brachia reaptari, reuestiri, & ad largam, ut moris est, reponi, cum termino dierum trium addùcendum causam, quare dicta sententia contra ipsum alias lata exequi non debeat, &c.

Qui sic depositus, dum disligaretur, & brachia sibi reaptarentur, cœpit fortiter dicere; Ohimè, ohimè, fate piano per amor de Dio; hæc, & similia verba proferendo. Quæ ego, &c. Præsente D. N. Promotore fiscali, &c. prout inferius n. 31.

Vbi verò in tortura confessus fuerit, & opus erit, ob aliquam causam necessariam, confessionem ratificari facere, extra tormentum, quomodo in ea procedendum, sit vide supra *ead. pręcit. Sect. 14. n. 61.* Sed regulariter in huiusmodi tortura non adhibetur ratificatio; quia agitur tantum de recognitione super identitate personæ, ad effectum exequendi sententiam, & non alias.

27 Quòd si casus acciderit, vt Reus in contumaciam condemnatus, & qui recognosci debet, sit mutus, vel surdus, & loqui non valeat; vel sit exterus; cuius Idioma non intelligitur; nec ipse latinam, aut vernaculam linguam calleat: in his casibus fieri debet recognitio, vt dictum est supra *nn. 10. & 11.* per signa, & nutus, vel per scripturam; vel per interpretes infrascripto, vel simili modo, videl.

Forma recognitionis Rei contumaciam condemnati, qui loqui non valet, per signa, & nutus, vel per scripturam, vel per Interpretes.

Die... mens... ann... &c.

Constitutus personaliter, &c. prout suprà *n. 16.* describendo personam eo leni modo, quo ibidem fit: & cum protestatione annota similiter *n. 17.* deinde subiungitur.

Ad opportunas Domini interrogationes per nutus, & signa, cum mutus, aut surdus esset, vel linguam amputatam haberet, ita quod loqui, aut audire non posset, nisi per nutus, & signa, quæ ego Notarius, & pro Actuarius causa non intelligebam; ideo idem Illustriss. D. mandauit vocari N. N. & N. ipsius Constituti consanguineos, qui asseruerunt intelligere dictos nutus, & signa, quæ fiebant per dictum Constitutum, & eum ea loqui solere nutibus, & signis. Quos sic ad faciem dicti Constituti adhibitos, & deductos Dominus deputauit Interpretes, mandando ipsis, ut quæ ipse Dominus interrogaret, dicto Constituto nutibus, & signis, fideliter exponerent, & ea, quæ d. C. nutibus, & signis responderet, sibi, & mihi Notario vulgari sermone referrent: & delato illis iuramento de fideliter omnia interpretando: Item & ipsi Consti tuto de veritate dicenda, prout iurauit tactis, &c. Præmissa per Dominum protestatione, &c. (inseratur protestatio, quæ habetur supra *n. 17.*)

Idem Constitutus ad opportunas Domini interrogationes ut supra, vulgarizatas per eumdem Dominum, & per dictos N. N. & N. Interpretes, ut supra deputatos, præsentes, & assistentes ipsi Constituto interpretatas, dixit, & deposuit nutibus, & signis per eosdem Interpretes ipsi Domino, & mihi Notario declaratis, prout infra, videlicet.

Interrog. *Primo per Dominum latinè, & deinde vulgariter, & per dictos N. N. & N. Interpretes per nutus, & signa de nomine, cognomine, patria, parentib. & exercitio.*

Resp. *per nutus, & signa per eosdem N. N. & N. Interpretes ipsi Domino, & mihi vulgariter exposita. Io mi chiamo N. figlio di N. la patria è N. deinde quibusdam signis faciendo, manibus acturum suendi calceamenta, se declarauit super eius exercitio, prout dictum actum præfati N. N. & N. interpretati sic fuerunt: Il mio mestiero, è di calzolaro.*

Interrogatus, &c. & sic prosequatur examen vsque ad finem faciendo interrogatoria, quæ necessaria erunt eodem ordine supra exempli gratia notato: præsertim: *n. 17. 18. et 19.* Deinde completo examine Interpretes se subscribant sic:

Io N. de N. hò interpretato il presente esamine nel modo, che stà scritto di sopra, &c. & eodem modo se subscribant Alij Interpretes, si plures adhibiti fuerint. Et hæc quoad mutum, aut surdum, aut alio modo impeditum loqui non valent, neque scribere scientem.

28 Si verò huiusmodi Reus mutus, vel surdus, aut loqui impeditus scribere sciat, seruato in omnib. eodem ordine, quo suprà à principio Constituti *præcit. n. 16.* quoad descriptionem personæ Constituti; ac etiam quoad annotationem protestationis, deinde subiungatur.

Et cum mutus, aut surdus esset, (vel linguam amputatam haberet) ita quod loqui, aut audire non posset.

Ad opportunas Domini interrogationes dixit, et deposuit proprijs manib. scribendo, prout infra, videl. & Primo.

Interrog. *de nomine, cognomine, Patria, parentibus, et exercitio.*

Resp. *dictum interrogatorium inscriptis redactum primo legendo, deinde sua propria manu calamo accepto scribendo, ut infra. Io mi chiamo N. de N. son figlio di N. e di N. legitimi consorte, la mia Patria è N. et il mio mestiero è di Procuratore.*

Deinde eodem modo prosequitur examen iuxta practicam interrogatoriorium supra positam *nn. 17. 18. & 19.* extendendo alia interrogatoria, & responsiones, ac exhibendo sententiam & accipiendo recognitionem, prout ibidem notatur, paucis tamen quibusdam, vel mutatis, vel additis, ob causam dicti impedimenti.

29 Quòd si Reus recognoscendus aliud habeat linguæ impedimentum, quia fortè sit vltramontanus puta Germanus, Polo-

Polonus, Gallus, Hispanus, & simil., qui linguam latinam, aut Italicam vernaculam non calleat; tunc adhibendi sunt Interpretes eiusdem rationi, vel alterius vtramque linguam intelligentes, prosequendo examen eodem modo, prout supra *nu.* 27. paucis tantùm verbis mutatis, aut additis, exempli gratia.

Ad opportunas Domini interrogationes, cum esset Germanus, Polonus, vel &c. & nesciret latinè, aut vulgari Italico sermone loqui, & ego Notarius dictam linguam non intelligerem, Dominus Iudex mandauit vocari N. de N. & N. de N. mercatores morantes in Platea N. natione Germanos, Polonos, & simil. qui Germanam linguam, vel &c. et vulgarem Italicam se callere dixerunt. Qui sic ad faciem dicti Constituti deducti, et adhibiti; Idem Dominus deputauit Interpretes, mandando eis, vt quæ ipse Dominus interrogaret, dicto constituto lingua Germanica, vel similis, etc. exponerent, et quæ ipse constitutus eadem sua lingua responderet, sibi, et mihi Notario vulgari sermone referrent. Et delato illis iuramento, etc. vt supra. *d. n.* 16. mutatis verbis. *tactibus, et signis* in *suo sermone Germanico per eosdem interpretes, etc.* Deinde.

Interr. *per Dominum latinè, postea vulgariter, et per dictos N. et N. interpretes, eorum lingua Germanica de nomine, patria, etc.*

Resp. *Suo sermone Germanico per eosdem N. et N. Interpretes ipsi Domino, et mihi vulgariter exposito. Io mi chiamo N. la mia patria è N.* & sic de reliquis; tandem expleto examine interpretes se subscribant eodem modo, quo supra notatum est *præfat. n.* 27. *in fin.*

30 Vbi verò post factam recognitionem Rei in contumaciam condemnati, altero ex modis supra expositis deueniendum erit ad torturam eiusdem Rei, vt propalet complices criminis, fautores, auxiliatores, & alia delicta, interim suspensa exequutione sententiæ condemnatoriæ; tunc prosequendo examen modo quo supra *n.* 16. *et seqq.* si interrogatus super socijs, vel de alijs criminibus negaret, posset successiuè moneri, vt veritatem fateatur, &c. & persistente in negatiua, procedi contra ipsum ad solitum decretum torturæ, vel si examen super recognitione personæ iam perfectum fuit; tunc potest iterum constitui idem Reus ad effectum prædictum propalandi alia delicta, socios, auxiliatores, & similes, præmissa protestatione, & alijs, de quibus in sæpè cit. *num.* 16. *et* 17. habetur & si in negatiua persistens, dictos socios, &c. negauerit, proceditur contra eum ad torturam infrascripto, vel simili modo, videlicet.

Forma inserendæ torturæ pro habenda vlteriori veritate super complicibus, & alijs delictis, &c.

Die.... Mensis.... Anni.... etc.

Constitutus personaliter, N. de N. coram Illustri Domino N. Iudice, etc. Meque, etc. Assistente Domino N. Promotore Fiscali, etc. qui delato sibi iuramento veritatis dicendæ, prout iurauit tactis, etc. Præmissa prius per Dominum protestatione, etc. prout habetur, suprà *numer.* 16. deinde subiungitur.

Interr. *vt modo dicat, quot socios ipse constitutus habuerit, complices, et participes in dicto eius homicidio commisso in personam N. et pariter dicat, quæ alia delicta commiserit.*

Resp. *Io non hebbi compagno alcuno nel detto homicidio, oltre N. et N. miei seruitori, come già sapete, mentre ancor essi si trouano carcerati per la medesima causa. E non hò fatto altri delitti in vita mia, eccetto che questo.*

Et Domino dicente, non esse verisimile, quod alios complices non habuerit, præsertim, quia tale facinus committi non potuerit ab ipsis tribus solum, quod apertè colligitur, ex circumstantijs, et qualitate facti; Ideo nominet, et pariter quæ alia delicta commisit, aliàs contra ipsum deuenietur ad opportuna iuris, et facti remedia.

Resp. *Io vi hò già detto che non ho hauuto altri compagni, che non ho commesso altri delitti, che questo: se poi mi volete strapazzare, & vessarmi, et tormentarmi senza raggione, fate pattone, et lo pigliarò il tutto per i miei peccati.*

Tunc Dominus sedens, etc. Visis, et consideratis prædictis; Visa etiam supradicta sententia, in qua Alij, vltra ipsum constitutum, et duos suos famulos reperiuntur condemnati sub littera N. et N. quorum nomina aliter, quàm ab ipso constituto, difficillimè haberi possunt: stante etiam qualitate delicti commissi, quod omnino quisquis prudens iudicabit non potuisse à tribus tantum personis committi, attenta etiam qualitate personæ ipsius constituti, qui à tribus annis citra bannitus, et contumacus reperitur; Vnde credendum verisimiliter est, quod alia commiserit delicta, et quod plures habuerit fautores, Receptatores, et auxiliatores, cum huiusmodi delinquentes sine illis omnino salui esse non possint, pro habendis nominibus complicum in homicidio prædicto, et qui sint Alij in sententia condemnatoria designati sub dicta littera N. ac pro habendis ab ipso constituto alijs delictis per ipsum verisimiliter commissis, alijsque complicibus, fautoribus, auxiliatoribus, & receptatoribus, postquam prædicta aliter ab eo haberi non possunt, mandauit ipsum constitutum adduci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, & funi applicari; et hoc sine præiudicio quorumcumque iurium fisco quomodocumque et qualitercumque competentium, et acquisitorum, et citra præiudicium sententiæ condemnatoriæ suprà exhibitæ et recognitionis personæ ipsius Constituti in ea contentæ, ac omnium, et quarumcumque aliarum sententiarum contra dictum Constitutum latarum, si quæ, etc. ac rei iudicatæ, et notorietatis criminis inde resultantis, et aliorum omnium, de quibus idem Constitutus esset confessus, vel conuictus, super quibus, modo vllo Dominus non intendit ipsum torquere, quinimò explicitè protestatur ipsum super illis se non torquere, et huiusmodi protestationem in quolibet actu repetitam fore et esse dixit, et intendit, et quod pro repetita semper habeatur, sed tantum ipsum torqueri facere intendit pro vlteriori veritate habenda supra dictis nominibus, complicibus, fautoribus, auxiliatoribus, & receptatoribus, ac alijs delictis per ipsum Constitutum verisimiliter commissis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, de quo solemniter, & expressè, ac omni meliori modo protestatus fuit, & protestatur.

Quo sic adducto, spoliato, ligato, & funi applicato Dominus monuit ipsum Constitutum ad compertam veritatem dicendam super dictis fautoribus, auxiliatoribus, & receptatoribus: ac alijs delictis, quæ verisimiliter commisit, dum fuit contumax, bannitus, vel aliàs, &c. ac ad probandum nomina aliorum in dicta sententia condemnatorum sub littera N. nec expectet, quod contra ipsum ad tormenta deueniatur.

Respondit; *Io non hò altro che dirui di più, perche hò detto di sopra à bastanza tutto quello che doueuo dire, però se mi volete strangolare così a torto, fate padrone.*

Tunc Dominus repetita protestatione de qua supra, illaque semetipso in herendo, mandauit ipsum Constitutum in altum eleuari.

Qui sic eleuatus cæpit dicere; ohime Signore Iddio Maria Vergine, S. Antonio aiutatemi. & deinde tacuit.

Et monitus per Dominum, vt relinquat obstinationem, & dicat veritatem super dictis fautoribus, &c. ac alijs delictis.

Resp. *Io non hò hauto altri compagni, nè fautori, nè fatto altri delitti. Non sò che volete più da me, oh Dio, ohime.*

Deinde dixit ex se ipso: Io non hò fatto male nessuno, anzi ne meno hò ammazzato N. de N. come balordamente dissi mesi sono, perche forse ero impazzito, o stordito per li strapazzi fattemi a torto: però hauendo detto vna così gran bugia adesso mi disdico.

Et Domino dicente, quod non interrogatur amplius super dicto homicidio, quia de hoc est iam confessus, conuictus, & condemnatus, sed tantummodo interrogatur super complicibus, fautoribus, & auxiliatoribus, ac alijs delictis: et cum confessionem suam non possit amplius in dubium reuocare, ideo eum ad effectum prædictum, et ad habendum nomina in sententia condemnatorum sub litt. N. tantummodo torqueatur, ad hæc solùm respondeat.

Resp. *Io hò detto quelche poteuo, e doueuo dire, e se mi tenete qui cent'anni, non dirò altro.*

31 Deinde fiunt alia interrogatoria ad arbitrium Iudicis, secundum opportunitatem, attento spatio temporis, quo reus in tortura permanere debet, & tandem absoluto examine fit decretum, quod deponatur cum termino ad dicendum, quare sententia exequi non debeat, cuius tenor erit sequens, videlicet

Forma conclusionis examinis Rei in Tortura facti pro vlteriori veritate, &c.

Tunc Dominus acceptatis, &c. cum aliud à dicto Constituto habere non posset, mandauit leuari de tortura de pena, (cum permansisset in ea suspensus; sine aliqua quassatione per spatium mediae horae,) dissolui brachia reponere, & reaptari, & ad largum poni, cum termino trium dierum ad dicendum causam, quare dicta sententia exequutioni contra ipsum demandari non debeat.

Qui Constitutus sic depositus, dum dissolueretur, ac brachia reaptarentur submissa voce ob dolorem dicebat, ohimè, fate piano fratello, oh Dio che dolore è questo, & similia.

Quibus absolutis solet Promotor Fiscalis instare pro exequutione sententiæ, & infrascripto, vel simili modo scribitur per Notarium causæ, videl.

Presente Domino N. Promotore fiscali, & premissam recognitionem, & alias confessiones in parte, & partibus tantum acceptante, petenteque ad vlteriora, & reiterationem tormentorum, vel grauiora tormenta ad effectum praedictum tantum, & non aliter, alias, &c. contra dictum Constitutum procedi, cum leuissimè, nec sufficienter fuerit tortus. Et demum contra eundem ad exequutionem sententiae praedictae deueniri, alias, &c. omni, &c.

32 Vltimo loco, transacto triduo, & nihil releuans pro parte rei recogniti deducto, solet citati ad sententiam pro die, & hora certis de qua *in d. fol. 18 nu. 18.* qua exequuta, & per Baiulum facta relatione, deuenitur ad prolationem sententię executiuæ alterius sententię contra rem in contumaciam alias latæ, *de qua in praecedenti fol. 18. nu. 21.* Solet autem hæc esse talis, prout sequitur, vel huic similis, videlicet.

Forma sententiæ triremium in exequutionem alterius sententię in contumaciam latæ.

In Christi Nomine Amen.

Nos N. de N. V. I. D. Gubernator N. seu, &c. Iudex ordinarius, Visor, Cognitor, & decisor causarum omnium cuiuscunque generis, quae versa fuerunt, & vertuntur inter D. N. Promotorem Fiscalem, & Curiam dicti loci N. ex vna, & N. de N. loci N. Reum conuentum, inquisitum, processatum, & in vlius contumacia condemnatum ad triremes per septennium, & bonorum confiscationem, pro homicidio commisso per ipsum in personam quondam. N. de N. alias prout latius in actis, & sententia, quibus, &c. & demum captum, carceratum, & legitimè recognitum parte ex altera. Visa Nos quo supra, &c. Visis processibus, ac sententia, (seu sententijs, si plures fuerint) *contra dictum N. de N. lata sub die.... mensis.... ann.... in qua condemnatus fuit ad poenam triremium per annos septem, & bonorum omnium confiscationis, &c. Visa captura de eo facta, & recognitione eius personae legitimè sequuta; Viso termino eidem dato ad dicendum causam, quare supradicta sententia* (seu sententiæ) *exequi non debeat, & quod in eo nihil penitus deduxit, quod illum releuaret: Visa citatione ad sententiam pro hac die, & hora, iuris, omnibusque alijs, &c. Visis videndis & consideratis de iure considerandis,* (Habito verbo cum Illustriss. Domino Episcopo N. si taliter procedendum sit, vel habito voto Dominorum Congregationis, seu Concistorij criminalis Curiæ, si fuerit, siuè, &c.).

Christi Nomine repetito solum Deum, & iustitiam prae oculis habentes decernimus, declaramus, pronunciamus, & diffinitiuè sententiamus supradictam sententiam, (seu sententias) *ad triremes, vt supra latam contra supradictum N. de N. debita exequutioni demandandas fore, & esse, prout demandari mandamus, & adhuc effectum, eundem N. de N. ad triremes Sanctissimi Domini Nostri Papae ad remigandum pro forzato per spatium, & tempus decennij, in dicta sententia expressum transmitti mandamus, ac moderatorum eius bonorū confiscandam fore, & esse, & Camerae N.* (siuè pio loco N. siuè pijs vsibus, &c.) *applicamus, prout confiscari, & applicari volumus, & mandamus, & pro confiscatis, & applicatis haberi declaramus, &c. & mandatum* (seu mandata) *quodcumque desuper necessarium, & opportunum decernimus, & relaxamus ac exequi mandamus, non solum praemisso, sed omni alio meliori modo, &c.*

Ita est Ego N. iudex, &c. seu Gubernator, &c. Vel
Ego N. de N. Iudex, seu Gubernator ita pronunciaui, etc.
Lata, Data, lecta, &c. prout supra *fol. 18 num. 22.*

Deinde expediuntur mandata necessaria, & opportuna pro exequutione effectiua prędictę sententiæ, tum pro trāsmissione Rei condemnati ad triremes, tum pro confiscatione bonorum, & vbi seruatur, vt sententia intimetur condemnato, vel interloquatur pro exequutione illius, vel adsit alius stylus, ille seruari debet, de quibus omnibus multa habentur sup. *fol. 16. à n. 54. cum seqq.*

Quibus omnibus absolutis, ac peractis fit relatio apud acta Curiæ, per nuncium, seù exequutores, & ministros Curiæ super exequutione sententiæ, quæ scribitur per Notarium, seu Actuarium causæ in processu, qui conseruandus erit in Archiuio ad futuram rei memoriam; Cuiusquidem relationis forma, si quis videre cupiat, reuideat supracit. *fol. 16. n. 97.* vbi per extensum inueniat: & illam inuenisse non pœnitebit.

Et his hactenus. Ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, Beatissimæq; Virginis MARIÆ, & omnium Sanctorum. Amen.

Monitio ad Lectorem.


Quæ hic apponenda putabatur, *Appendix de Rhetorica* Aduocati, atq; Causidicis necessaria (*sup. fol. 15. n. 26. in fin. promissa*) exin, glìscente nimium operis mole, consultiùs omittenda, seù potiùs transferenda visa fuit; Eò vel maximè, ne huius Tomi editio in longum protraheretur, contra studiosorum vota, pluribus ex locis quotidiè opus expostulantium. Illam, Deo auspice, iam congestam, dabimus Tomo sequenti, post diuersas, omnigenasque Practicas, quibus Suada Facultas vsui esse potest. Interim his fruere, Deoque Optimo Maximo pro me ex operis complemento, grates repende; Typographorumque erroribus ignosce.

FINIS.

In Conceptione Tua Virgo Immaculata Fuisti Ora Pro Nobis Patrem, Cuius Filium Pepetisti.

-320581-

INDEX



INDEX MATERIARVM OMNIVM,

Quæ in hoc Primo Tomo Praxis continentur.

Prior numerus paginam indicat; posterior vero marginalem numerum.

Acto

Index Materiarum.

Archie-

B

C

D

degra-

E

electio

Index Materiarum.

exce-

F

fidei

Emer.

Mon-

G

sequitur infra post 4. pag.

L

monia-

N

O

Va Resti-

S

T

termi-

vindi-

F I N I S.